questo libro è di me
Gabriel Tono

CICERONIS DE OFFICIIS LIBRI III.

Cato maior, vel de Senectute:
Lælius, vel de Amicitia:
Paradoxa Stoicorum sex.

Cum PETRI *Marsi*, FRANCISCI *Maturantij*, OMNIBONI, MARTINI *Philetici*, *&* ASCENSII, *in hæc omnia præstantissimis Commentarijs.*

MARII Nizolij Brixellensis defensiones locorum aliquot Ciceronis contra disquisitiones Calcagnini.

Cum duplici Indice, tam omnium capitum, quàm rerum adnotatione dignarum.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

Venetijs, apud Ioan. Gryphium. 1584.

INDEX OMNIVM RERVM NOTATV DIGNARVM
SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

Peccata

questo libro e di me
Gabriel Tona

CICERONIS
DE OFFICIIS
LIBRI III.

Cato maior, vel de Senectute:
Lælius, vel de Amicitia:
Paradoxa Stoicorum sex.

Cum PETRI *Marsi*, FRANCISCI *Maturantij*, OMNIBONI, MARTINI *Philetici*, *&* ASCENSII, *in hæc omnia præstantissimis Commentarijs.*

MARII Nizolij Brixellensis defensiones locorum aliquot Ciceronis contra disquisitiones Calcagnini.

Cum duplici Indice, tam omnium capitum, quàm rerum adnotatione dignarum.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

Venetijs, apud Ioan. Gryphium. 1584.

INDEX OMNIVM RERVM NOTATV DIGNARVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

Stultus

INDEX

FINIS.

INDEX EORVM QVAE IN OFFICIIS POTISSIMVM TRACTANTVR.

QVAE IN LIBRO PRIMO.

IN SECVNDO.

IN TERTIO.

FINIS.

M. TVLLII CICERONIS OFFICIORVM AD MARCVM FILIVM LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Ciceronem filium suo hortatur exemplo, ne simplici cuipiam studio sese addicat, sed Græca cum Latinis, & orationis virtutes cum Philosophiæ scientia coniungat. Deinde quo eum reddat attentiorem, hanc quæ de officijs est, Philosophiæ partem, duobus potissimum nominibus commendat, vel quod vsus eius ad omnem vitæ rationem latissimè patet, vel quod hæc vna sit Philosophis omnibus inter se communis. Postremo testatur se in hac disputatione Stoicos potissimum sequi, quod hi vel optimè boni finem, ad quem officia omnia referuntur constituerunt, cum Epicurus voluptate metiens summum bonum, atque Aristo, Pyrrho, & Herillus tollentes rerum delectum, officii quoque naturam subuerterint.

QVANQVAM te, Marce fili, annum iam audientē Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, institutisq; Philosophiæ, propter summam & doctoris auctoritatem, & vrbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exēplis: tamen, vt ipse ad meam vtilitatem semper cum Græcis Latina cōiunxi, neque id in Philosophia solum, sed etiā in dicendi exercitatione feci: idē tibi cēseo faciendū; vt par sis in vtriusq; orationis facultate. quam quidē ad rē nos, vt videmur, magnum attulimus adiumentū hominibus nostris; vt nō modo Græcarum literarū rudes, sed etiā docti aliquantū se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandū. quaobrem disces tu quidem à principe huius ætatis philosophorum, & disces, quādiu voles (tādiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit) sed tamen nostra legēs, nō multū à Peripateticis dissidentia (quoniā vtrique & Socratici, & Platonici esse volumus) de reb. ipsis vtere tuo iudicio: nihil enim impedio: orationem autem latinā profectò legēdis nostris efficies pleniorem. nec uero hoc arroganter dictū existimari velim. nā philosophādi scientiam concedēs multis; quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornateq; dicere, quoniā in eo studio, ætatē cōsumpsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodā modo vendicare. quamobrem magnopere te hortor, mi Cicero, vt non solū orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui iā se illis ferè æquarunt, studiose legas. vis enim dicēdi maior est in illis: sed hoc quoque colendū est æquabile, & tēperatum orationis genus. & id eo, quod nemini uideo Græcorū adhuc contigisse, vt idē vtroq; in genere laboraret, sequereturq; & illud forense dicendi, & hoc quietum disputandi genus. nisi fortè Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum uehemens, dulcis tamē, vt Theophrasti discipulū possis agnoscere. nos autem quantū in utroq; profecerimus, aliorum sit iudiciū: vtrunque certe secuti sumus. equidē & Platonē existimo, si genus id forense dicēdi tractare uoluisset, grauissime, & copiosissime potuisse dicere; & Demosthenem, si illa, quæ à Platone didicerat, tenuisset, & pronunciare uoluisset, ornate, splēdideq; facere potuisse. eodēq; modo de Aristotele, & Isocrate iudico: quorū uterq; suo studio delectatus cōtēpsit alterum. sed, cum statuissem aliquid hoc tēpore ad te scribere, & multa posthac, ab eo exordiri volui maxime, qđ & ætati tuæ esset aptissimum, & auctoritati meæ grauissimum. nam cū multa sint in philosophia & grauia, & utilia, accurate, copioseq; à philosophis disputata, latissime patere uidentur ea, quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta sunt: nulla enim uitę pars, neq; publicis, neq; priuatis, neque forensibus, neq; domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq; si cū altero contrahas, vacare officio potest: in eoq; excolendo sita uitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. atque hæc quidem qō cōis est omnium philosophorum. quis est enim qui nullis officij præceptis tradendis, philosophum se audeat dicere? sed sunt nōnullæ disciplinæ, quæ propositis bonorū, & malorum finibus, officiū omne peruertunt: nam qui summū bonum sic instituit, vt nihil habeat cū virtute cōiunctū; idq; suis commodis, non honestate metitur; hic si sibi ipse consentiat, & nō interdum naturę bonitate uincatur; fit, vt neq; amicitiam colere possit, nec iustitiā, nec liberalitatem: fortis uero, dolorem summū malū iudicās; aut temperans, voluptatē summum bonum statuens, esse certe nullo modo potest. quæ quāquā ita sunt in promptu, vt res disputatione non egeat; tamen sunt à nobis alio loco disputata. hæ disciplinæ igitur, si sibi consentaneæ esse velint, de officio nihil queant dicere: neque ulla officij pcepta firma, stabilia, coniuncta naturæ tradi possunt, nisi aut ab ijs, qui solam, aut ab ijs, qui maximè honestatē pp se dicāt expetendā. itaque propria est ea præceptio Stoicorū, & Academicorū, & Peripateticorū: quoniā Aristonis, Pyrrhonis, & Herilli iam pridē explosa sententia est: qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, vt ad officij inuentionem aditus esset. sequemur igitur hoc quidem tempore, & in hac quæstione potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed, vt solemus, è fontibus eorum iudicio, arbitrioque nostro, quantum, quoq; modo uidebitur; hauriemus.

PETR. MARS.

QVanquam te, Marce fili.] In omni re septē circunstantiæ requiruntur. Persona, res, causa, locus, tempus, modus, & materia, quæ maximam habent vim, vt si quis eas neglexerit, decorum suum seruare nō possint aut aliquid laude dignum efficere. Vnde dicit Seneca, refert, quid, cur, quādo, quare, ubi, & cætera, sine quibus facti rō nō cōstabit. Cui Cic. M. T. Ciceronis filius philosophiæ operam daret, ipse locus gymnasium ferè totius orbis, & omniū bonarū artiū, & disciplinarum emporiū eū hortabatur, ne ipsas Athenas scientiarū inuentrices, cultricesq; dedecoraret. Inde debebat excitari splendore æterni nominis, qui omnibus palmam eripuit in omni disciplina eminentissimus. Præterea philosophia ipsa, quæ est ars vitæ: & perturbationum medicina, vt qui eam aspernētur, & uitupe-

Quæ I of re circūstātiæ, reqrātur.

rent

rent vitæ parricidæ appellandi sint.Ipsa etiam ætas id suadeat: hisq; pceptis,& institutis philosophiæ gaudere debet. Nā quis est ingenua & honesta in familia educatus, qui turpitudine ipsa nō offendatur? Decet bonæ indolis adolescentē parere philosophiæ præceptis,& rōni;sed maximè oporteret Cic.oēs bonas artes amplecti,ne à tāta patris excellētia degenerare videretur, quod postea accidit.Ingenij vis,inquit Seneca , pceptis alitur , & crescit,nouasq; psuasiones adiicit innatis,& deprauata corrigit . Et alibi,Facile est teneros adhuc animos cōponere,difficulter reciduntur vitia,quæ nobiscū creuerūt . Diuiditur hoc opus in procemiū,& tractatū. in procemio ea facit,quæ à scriptoribus(vt veterum instituto sancitum est) diligenter custodiri,seruariq; debēt,captare.i.beneuolentiā,docilitatem & attentionem . Docilem facit auditorē summā totius rei de quā disputaturus est,pstringens.Dicit.n.se de officijs scripturū. Beneuolentiā captat à persona Cratippi , quē principē illius memoriæ philosophorū appellat,à persona filij, cū filiū appellat, & iudicio illius permittit vti opinionibus philosophantiū.A re ipsa laudans pcepta de officiis dicēs ea latissimè patere,cū nulla sit vitæ pars,quæ officio vacare debeat.A persona sua laudās officium suum sine arrogantia.A persona aliorum,quorū opiniones confutat,Aristonis,Pyrrhonis,Herili,& Epicureorū.Inde cū futura sit omnis disputatio de officiis cū rōne , & officiū æquiuocū sit,& propositio æquiuoca,& ambigua distinguenda sint,vt conueniat inter differentes quid sit,de quo disputatur,diuidit prius officiū,inde diffinit.Et cū procemium debeat continere capita rerum,de quibus dicendū est,præponit se disputaturum de honesto , vtili, & repugnātia quæ videtur esse inter vtile,& honestum.Et cū hoc facit reddit auditorem attētū.Id autem fit,cum pollicemur nos de rebus magnis, & utilibus dicturos,& si numero exponuntur res, de quibus disputādum est,vt Cic.facit in primo volumine disputaturus de honesto , dicit hoīes habere semina quædam, & virtutis igniculos à natura datos,ex quibus constatur honestum , quod est secundum naturam.Et diuiditur in quatuor partes, prudentiam,iustitiam,fortitudinem,& temperantiam , quæ sunt magnæ , & ueræ uirtutes , propterea ꝙ ex rōne oriuntur, qua nihil est in homine diuinius . De his ergo disputat,quos appellat fontes omnium officiorū.Sed prius de officiis i.actionibus studiosis , quæ ab ipsa prudentia oriuntur,inde à iustitia, & fortitudine. Postremo à temperantia,vbi declarat quid sit illud decorum , quod vbiq; seruandum est.Demū propositis duobus honestis, vtrum sit honestius.In secundo volumine disputat de vtili, distinguens ea quæ ad tuendā vitā pertinent, probans per inductionē nihil humanæ vitæ prodesse sine opera hominis, dicitq; imperantibus nihil esse vtilius,quàm nō timeri à subiectis, sed amari,cum odio habeantur, qui alijs formidolosi sunt , & affert tyrannorum exempla,qui ferè oēs interficiūtur. Inde gloriam ex tribus constare dicit,si diligit multitudo , si fidem habet,si cum admiratione quadā honore quempiā dignū putat, qui gloriā quærit,qua ratione ista parantur,docet. Inde ponit primam adolescentis commendationem afferens nonnullorū exēpla,qui in prima ætate laudem sibi,& gloria compararunt. Inde agit de beneficentia,& liberalitate,& largitionibus,ędilitijs muneribus,& qua opera vti debeamus emerendi fauoris , & beneuolentiæ gratia. Quis potius defendendus sit, diues an pauper.Inde de tribus exigēdis,tandē duobus propositis utilibus,vtrum sit vtilius . In tertio & vltimo disputat de repugnātia non q̄ est,sed quę videtur esse inter utile,& honestū,constituitq; formula qua officiū cognoscatur.Et discurrens per quatuor virtutes ostendit,nihil esse vtile,quod non sit honestum. Et simul agit de prudētia,& iustitia,docēs nihil esse utile , qđ sit malitiæ coniunctum & iniustitiæ , ponens exempla de his , quę dolo malo alios circumueniūt,& disputat de pdiis vēdundis,& mancipijs,& an vitia debeat venditor aperire emptori,& quid præstari debeat . Quis sit uir bonus . Nec esse utile alicui occupare patriam,vbi Cæs.taxat.Inde ponit nōnullas quæstiones Hecatonis Stoici,quem Panętius erudiuit,& cōtrouersias, q̄ sunt in iure Stoicorū , & quo tēpore promissa seruanda non sint.Quę omnis disputatio ad iustitiam,& prudentiā pertinet, quarum altera semper est utilis , altera malitiā imitatur.Inde agit de fortitudine,ostendens nihil esse vtile , quod virum , & magnum dedeceat, & ponit exēplum Vlyssis,Reguli: & aliorū qui magno animo mortem potius oppetere uoluerunt,quam amittere laudē fortitudinis & animi inuicti. Postremo disputat de temperantia docens nihil esse vtile,quod temperantiæ contrarium sit , & damnat illos ,qui in uoluptate summū bonū posuerūt,cōtra quos,quia magni nominis erat,dicit se velle vti velis & equis.i.totis viribus ut persuadeat,nihil esse utile, quod non sit honestum. Inde imponens operi quasi fastigium & extremam manum,filium loquitur. Quanquam te Marce fili,sensus est . Quamuis te oporteat, & penè necessarium sit , quoniam sine reprehensione aliter facere non posses,abundare iā preceptis philosophiæ propter omniū de te expectationem, cum audias Cratippum eminentissimum philosophum, & sis apud Athenas omnium bonarum artium,& disciplinarū inuentrices,& vbi exempla tot clarorū uirorū te appellant,hortātur,prouocant : tamen puto vtile tibi esse iungere græca cū latinis , & mea scripta legere : quæ ad tuā eruditionē instituta sunt,puto inquit cū iam annū audiueris Cratippū,te græcis literis eruditū esse,& imbutū philosophicis pceptis, vt alia desiderare quasi non sit opus , cū bibas ad vberrimū philosophiæ fontē,tamē hæc mea præcepta cōducere tibi arbitror , cū propter philosophiam ipsam,tū propter latini eloquij nitorē. Lege igitur latina vti quæ doctus sis in vtraque lingua , & sic his circunstantijs imponit filio , quasi necessitatē percipiēdi optimè philosophiā,cū eò sit profectus , vt si aliter fecerit , intelligat,se præter opinionē patris iā cōceptā , & aliorū expectationē facere quod turpissimū est . Ideo filiū exēplo hortatur suo Tullius,qui latini eloquij maximus auctor habetur, & qui nō solū græcorū , sed etiā latinorū ad suā vtilitatem monimenta euoluerat,vt eius ingenio nihil deesset omniū capaci,quæ cœlo continentur. Quanquā, tametsi, iungitur cū indicatiuo ut quāquā oportet,nō aūt quāquā oporteat, sed dicim⁹ cū oporteat,& quamuis oporteat . [Idq; Athenis] Addit circūstantiā loci.i.audias Cratippum & præsertim Athenis, vbi oēs disciplinæ florent.[Oportet]Quasi necesse est,& debes, si ab officio discedere non vis,& si cupis ista reprehensione carere. In oratore sic scribit,oportere perfectionem declarare officii,quo semper vtendū est,& in omnibus. [Præceptis]Præceptum & præceptio idem sunt,& dicitur præceptum quasi regula quædam bene viuendi,& documentū traditū ad aliquā artē percipiēdum. Hæc philosophia quæ est de moribus,duas habet partes , dogmata & præcepta:quibus ad id,quod est,dogmate constitutum est , dirigimus.i.ad ipsum finem:quem non vno modo philosophātes constituerunt. Ideo varia erant dogmata , quæ (vt Seneca interpretatur lib.xv.epist.)nos decreta dicimus,vel scita,vel placita,& opus est tenere dogma,inde ad illud tāquā ad signū officia dirigere,quæ cadunt sup. præceptis . Hæc dogmata Cic. instituta appellat,de quibus agit in lib. de fin.in quibus uaria affert dogmata,& opiniones de summo bono.In hoc opere de dogmate agitur & præceptis.Nam confutatis opinionibus nōnullarum disciplinarum constituit finē in virtute ex dogmate Stoicorum,Academicorum,Peripateticorum . Et alibi, vbi dicit,honestum esse solum aut summum bonū , hæc enim pars ad dogma pertinet,quod in se continet finem , præcepta uero ad finem tendunt.Itaque Arist. de moribus præcepta traditurus in j.lib. Ethices de dogmate agit constituens summū bonū in operatione animæ per virtutem in vita perfecta.Vtrāq; igitur partem Cic.tetigit,quæ necessariæ sunt illi, qui vult in philosophia institui,& ad imaginem perfectam effingi. Nam si finem ignorabit,quo se dirigat,nō habebit. In Lucullo dialogo sic scribit: Duo hæc maxima sunt in philosophia iudiciū veri , & finis bonorum,nec sapiens esse potest ,qui aut cognoscendi initium ignorat , aut extremum expetendi , aut vnde proficiscatur,aut quo perueniendum sit, nesciat.& alibi : Ratio vitæ diffinitione summi boni continetur.Instituta etiam sunt boni mores & domesticæ disciplinæ,quæ literis non mandantur,sed obseruatur cōi opinione bonorum virorum per quādam consuetudinē.Vnde dicitur philosophia moralis,quæ posita est in consuetudine.Nam assuefaciendo nos studiosis actionibus , & institutis,consequimur habitum virtutis,quem dū excolimus, felicitatem humanā consequimur,quæ à nobis nō possidetur, sed est in actione studiosa . Omne institutum est præceptum , sed non cōtinuo oē præceptū institutū,nam possunt aliqua pcepta esse,quæ nō seruantur cōi opinione , & consensu bonorū,& possunt ēt præcipi ea,quæ agenda non sunt.Sed ipsa vera philosophia nihil pcipit quod agēdū nō sit.Sed quidā philosophātes,& vt verius loquar philosophastri,qui peccāt in constituendo fine bonorū,ea pcipiūt,quæ nō sunt instituta. Institutiones

In uno quoque procmio quæ fieri debeat.

Imperātib⁹ à subiectis nō timeri vtile.

Vtile tē perātiæ cōtrariū eē neq.

Quāquā tametsi cū qbus iūgātur.

Institutum à pcepto in quo differat.

tiones uero sunt principia, & dispositiones ad aliquā sciētiam, ut institutiones Iustiniani, & Quintiliani, qui oratorem à puero instituit, format, & ad imaginem perfecti oratoris effingit, Vnde instituere est erudire etiā in alijs rebus, ut apud Iuuen. Instituitq; rudes melior Locusta propinquas. i. docet eas beneficia. Instituta (ut dicebam) sunt mores, & ea quæ ad uirtutem ducunt reip. disciplina. Vnde apud iureconsultos est titulus de institutis antiquis. i. moribus, & consuetudine priscorum, qui optimè, sancteq; uiuebant, & apud Valer. plura exempla sunt de institutis antiquis. [Iam aud.] circunstantia temporis. [Auctoritatem] Auctoritas sententia imitatione digna, & æstimatio, quæ reprehēsioni obnoxia non est, quæ rebus gestis, & sciētia comparatur. Inde auctoritatem dicimus esse in aliquo, qui dignus est, ut omnes eum spectent, & imitentur ob uirtutum præstantiā [Alter] Cratippus. [Potest] Te augere, ornare, celebriorem reddere, & perfectiorem, nam ab ipsa natura inchoati bonis artibus nos ipsi perficimus, Vnde inuentę sunt artes, & disciplinæ ut ipsam natura adiuuarent, quæ uirtutum semina nobis tribuit. & sic filium ad suā perfectionem hortatur. In 4. de finib. dicit. Non enim sapiētia genuit hominē, sed accepit à natura inchoatum, hanc ergo intuens debet institutū illud, quasi signum absoluere. [Altera exemplis] .i. ipsa urbs Athenarum, in qua maxima exempla erāt, fuerentq; ad benè beateq; uiuendum. Vnde lib. 5. de finibus ait, Hoc autem t.pe, & si multa in omni parte Athenarū sunt in ipsis locis induciæ sum morum uirorum, tamen ego illa moueor exedra, modo. n. fuit Carneades, quē uidere uideor. Est. n. nota imago, à sedeq; ipsa tanta ingenij magnitudine orbata desiderari illam uocē puto. Ergo ipsa urbs Athenarū exēplis, quibus uel maximè abundabat eum augere poterat, & hoc dixit Cic. ut filius ad illorum, qui illic claruerunt, celebranturq; imitationem sese cōparet, nam optimum quęq; eligere debemus, quæ imitemur, & statuæ eriguntur uita functis, ut cæteri ad imitationem excitentur. Vnde Plin. gaudebat decretam fuisse statuam Spurinæ, & filio erectam. Non modo, inquit, defuncti memoriæ prouisum est, sed exemplo, acuent. n. ad bonas artes iuuentutē, adolescētibus, ut digni sint, modo tanta præmia constituta sunt, [Ad meam utilitatem] Exemplo suo monet filium, ut iungat græca cum latinis, cū id maximè conducat, ut in ipso Cice. intueri licèt, & locus est ab utili, nam in genere deliberatiuo utilitatē proponere debemus, & sine græca eruditione, quæ de philosophia scripta sunt intelligi perfectè non possunt. ut autē intelligerent nostri opera Cic. effectū est, & plura fecisset, si per nefandissimum M. Antonium, & tēpora illa ingrata, licuisset ut ipse pollicetur lib. 2. de Diuin. dicens: Adhuc hæc erant, ad reliqua acri redibamus animo sic parati, ut nisi quæ causa grauior obstitisset, nullum philosophiæ locum esse putaremus, qui non latinis literis illustratus pateret. Magnificum illud, inquit, Romanisq; hominibus gloriosum, ut græcis de philosophia literis non egeant, quod prosequar profecto, si instituta perfecero. O grauem iacturam, ò nequam hominem Antonium, qui ciuibus tantū munus inuidisti tuis. [Ad meam utilitatē, quoniā Cic. ut Romani eloquij ubertatem sibi compararet, & doctrinā ex græcorū fontibus hauriret, græca scripta euoluit, ideo subiungit, neq; id in philosophia solum, sed etiā in exercitatione dicendi. Cic. ut eius monumenta declarant, & ipse testatur in secundo de Diuin. multa in actuosa philosophia scripsit. Cohortati, inquit, sumus omnes, ut maximè potuimus ad philosophiæ studium in eo libro, qui est inscriptus Hort. & quod genus philosophandi minimè arrogans; maximeq;, & constans & elegās arbitraremur, quatuor Academicis libris ostendimus. Cumq; fundamentum philosophiæ esset positū in finibus bonorum & malorū, perpurgatus est is locus à nobis 5. lib. ut quid à quoq;, & quid cōtra quęque philosophū diceretur intelligi posset. Totidē subsecuti libri Tusculanarum disputationes res ad bene uidendum maximè necessarias aperuere. Primus. n. est de contemnenda morte. Secundus de tolerando dolore. De ægritudine lenienda tertius. Quartus de reliquis aīi perturbationib. Quintus eū locū cōplexus est, qui totā philosophiam maximè illustrat. Docet. n. ad beatè uiuendum, uirtutē seipsa esse contentam. Quibus rebus editi tres libri perfecti sunt de natura deorum, in quibus omnis eius loci quæstio continetur, quæ ut plenè esset cumulateq; perfecta de Diuin. ingressi sumus his libris scribere, quib. ut est in animo de fato si adiunxerimus erit abundè satisfactum toti huic quæstioni, atque his libris ad numerandi sunt sex de Rep. quos tunc scripsimus, cum gubernacula reip. teneremus, Magnus locus philosophiæ quæ per prius à Platone, Arist. Theoph. Peripateticorumq; familia tractatus uberrimè. Nam quid ego de consolatione dicā, quæ mihi quidē ipsi sanè aliquantum medetur, cæteris item multum profuturam puto? sed etiam in dicēdi exercitatione. i. declamationib. tam græcè, quā Latinè. In Bruto sic scribit, Cōmētabar declamitans sæpè cum M. Pisone, aut Q. Pōpeio, aut cū aliquo quotidie, idq; faciebam multum etiā latinè, sed græcè sæpius. Ita, inquit, eram Diod. Stoico, & eius artibus uarijs, atque multis deditus, ut ab exercitationibus oratoris nullus dies uacuus esset. nā cum scriberet in philosophia, lib. orat. interposuit, ipso teste, sic enim ait, Cumq; Aristoteles, item Theophrastus excellentes uiri, tum subtilitate, tum copia cum philosophia, dicendi etiā præcepta coniunxerint, nostri quoque oratorij in eundem librorū numerū referendi uidentur. Ita tres erunt de Oratore, quartus Bru. quintus Orator. Hæc omnia eo spectant, ut si filium hortetur, & ad sententias graues philosophiæ, & ubertate orationis, quæ duo cumulatissimè, & potissimum dicendi artem Cic. erat assecutus. [Vt sis par] æquè doctus græcè, & latinè ac in facultate illius orationis quæ oratorū propria est, & illius quæ philosophorum tātundem possis. utraque enim uiro ad perfectionem suspiranti necessaria est, ut utraque etiam lingua latina, s. & græca. [Quā quidem ad rem, sine arrogantia laudat id quod Romanis opera sua præstiterit, & à re ipsa personaq; sua beneuolētiā captat [Ad quā rē, ut]. s. latini possint esse pares in facultate utriusq; orationis, & arte dicendi atq; philosophia. Nā ante Cic. & Varronem philosophia Romæ peregrinabatur, & dicendi artē Cicero ad summum perduxit. Nos attulimus, inquit, auxiliū, qui scripsimus in philosophia, & oēs locos graues latinos fecimus, & in Rhetoricos nihil prætermissum est, quod ad consummatū oratorē pertineret. Ergo nō modo illi, qui sunt omnino rudes græcarum literarum. sine quibus philosophia græcis literis celebrata sciri non poterat à latinis, habent iā cognitionē philosophiæ latinis, monimentis illustratā à nobis, ut Romani græcis litteris in philosophia non egeāt, sed & illis, qui græcè sciūt, tamen nō perfectè possunt intelligere locos graues à philosophis græcis tractatos, & iudicare de opinionibus, & habere delectum, quod prudentis est. Opera nostra, inquit Cic. non parū adiuti sunt, cum omnia latinis literis illustrata sint, & potissimum de finibus bonorū, & malorū, in quibus uarias affert philosophantium opiniones, & non probabiles refellit [Rudes] ignari. Rude lignū dicitur non expolitum, inde ad animū trāsfertur, rudesq; illi dicuntur, qui adhuc animū non expoliuere disciplinis, & doctrina rerumq; usu. Aliquantū, non dixit multū, ut uitaret arrogantiam, & ideo utitur mediocritate. [Ad dicendum] Quantum ad artem oratoriā, in qua nihil ferè iā à Romanis desideratur: relinquit enim nobis Rhetoricos ad Q. fratrem iuuenili quodam ardore, scribendiq; licētia, & impunitate cōpositos, quibus diuinos illos oratoris omnem & Isocraticam, & Aristotelicam dicendi rationē cōplexus, uir ad cōmunem natus utilitatē substituit. Etenim Rhetorici ad Herenniū qui sub Cic. nomine circunferuntur, & leguntur, Ciceronis non sunt, quod stylus & ipse ieiunus & mācus quidā, & confusus ordo præceptionis planè ostendunt. Riuulus est ex illo fonte uberrimo deductus. Languida præmia diuinā Cic. eruditionem, & copiā non sapiunt. Iccircò nō eloquentiæ principi opus penè mutum adscribatur, sed alicui, qui Ciceronē imitari pro uiribus conatus sit. Cui certè successit ad uotum, sed an ille, ut pro Ciceroniano opere legeretur optauerit nescio, hoc unum scio Ciceronis non esse, sed imitatoris, quod qui acri iudicio utrosque Rhetoricos conferre uoluerit, facilè dispiciet, sed de his alias. Attulit igitur Cicero auxiliū Romanis in arte dicēdi, cum dederit optima præcepta & cognitionē, ut iā non egeant præceptis græcorum, qui dicendi artifices, & scriptores fuerūt. [Et ad iudicandū] Quantū ad philosophiam, Topica, rerūque scientia, quā Cic. cōplexus erat, & eloquij nitore illustrauerat. Propriū oratoris est dicere. Philosophi autem iudicare, qui rōne quadā & formulis disputat. opera igitur Cice. sētētias græcorum in philosophia cognoscimus, & sn̄ias ipsius, aliorumq; appositas interdū, ut quid sit melius, & eligibilius in ipsis pceptis, finibusq; bonorū & docti, & rudes græcarū literarū iudicare possunt. Qđ q̃ a magnificū, & gloriosū Ciceroni uidebatur, & erat, nō immeritò filiū ad paternæ gloriæ imitationē horta-

Auctoritas quid.

Statuæ uita functis ob uirtutē agūtur.

An græca, & latina ligua necessaria sint.

Rude quid dicatur.

Rhetorice ad Herennium an Ciceronis sit.

Rōnes, sunt philosophiæ instrumenta.

tur & excitat, à se.n.ad hæc omnia iter erat, vel maximè patefactum. Habẽda est igitur gratia Ciceroni, cũ referri non possit, quæ omnia latius ingenij sui propè diuini vbertate, & in arte dicendi, & in philosophia suppeditauit, vt ad vtriusq; facultatis perfectam cognitionẽ, aliorum opera quasi non egeamus, ad iudicandum igitur.i. ad philosophiam cuius proprium est recta, veraq; cùm ratione & formulis de omni re iudicare. Plato in nono de rep. sic ait, Rationibus iudicandum est, quoniã rationes sunt instrumenta philosophi.

Petri Marsi compendiosa reformatio, & enarratio quorundam locorum, & ambiguitatum in officialibus libris. M. T. Ciceronis.

ADD.

QVanquam te, M. Fili. Hoc quasi vestibulo Augusti huius (vt ita dixerim) sacrarij, quo formulæ officiorum digerũtur, & compendiũ rectum, vndiq; munitũ, ac fidũ ita sternitur, ad humanæ docilitatis, ac rõnis cõsummationẽ, quæ virtus appellatur, ea pars actuosæ philosophiæ, quæ dogmatica dicitur à græcis, decretoria uerò à nostris, quoniã dogma, decretum, scitum, & placitum, & summatim tractatur, & fundamentum, cui moles omnis morũ, & vitæ cum decoro agendæ descriptio innititur, è cuius rõne ac ui pendet omnis indicatura officiorum, qualitas quapropter acre iudiciũ requirit, & naturalis institutionis, ad studij notitiã exposcit in primis. finẽ summi boni dico ad quẽ cõis parens natura.i. Deus gloriosus, atq; sublimis homines produxit, subornauit, instruxit, ad hanc metã currendum est, ad illam omnis cura respicere debet, atq; conniti. Trimembris est hæc prosphonisis, id est allocutio Ciceronis, & præfatio ad filium. Tria siquidem ab eo contendit, vt.s. eloquẽtiam latinam, & græcã pariter sibi comparet, & non minus philosophicã, quã senatoriã, & forẽsem. Deinde vt officijs gaudeat quibus recta itur ad virtutẽ, & perfectus animi status conformatur, & illa securitas, quã Euthymiã appellauit Democritus, ac extremũ esse bonũ decreuit. Demũ vt eos in scitis philosophiæ (quo lex vitæ habetur) & admonitionibus eos ad imitandum sibi proponat, qui virtutem, aut solam, aut maximè per se expetendã sanxerunt. Qualis fuit fons, & parens philosophię Socrates. Qualis Platonica familia, & Aristotelica. Nec non porticales philosophi, quos Zenonios ab eorum Duce, à sectario appellamus. [Oportet] Necessum est, si iusta desidiæ nota uolueris vacare. Oportere siquidẽ necessitatem importat officij, quo utẽdũ est omnibus. Et semper audis, inquit, Cratippũ eminentissimum philosophum mitylenæum, & audis Athenis in celeberrimo.s. omnium bonarum artiũ, & disciplinarũ emporio, qua propter magna tibi necessitas, ꝓfectus in philosophia, & processus imponitur. Quæ autẽ ad te scribo documenta, nõ tam eo spectant, ut quasi rude informent in ratione uitæ, atq; instituant, quã vt tibi eloquij latini afferãt nitorẽ, pariantq; dicendi, & eloquẽdi copiosam supellectilem, & instrumentum, cũ multa vel plurima potius in philosophia sint, quæ non facilè videntur posse dici latinè, à me igitur instructus, atq; excultus, æquè latinè, ac græcè philosophaberis. [Præceptis] documẽtis, admonitionib. exhortationibus.i. ex parte philosophiæ, q̃ preceptiua dicitur, quam is optimè tractat, qui cumulũ totius vitæ complexus est, atq; summam, ad quam veluti ad scopum i. signum, officia.i. naturæ congruentes actiones tanquã iacula, & sagittæ dirigantur. [Et institutis] ordinationibus, decretis, & scitis, ad quæ referuntur officia, vt ad extremũ naturæ bonum, quod prudentiæ ratione venatur, & tandẽ statuit, atque confirmat, vt moueri non possit, aliter enim statutũ nõ esset, atq; subnixũ: Statuere est deinde, ac iudicare, vnde componitur instituo, quod significat instruo, ordino, sancio, vnde instituta, ordinationes, & scita dicet Cic. post paulo. Qui summum bonũ sic instituit.i. ordinat, & ponit, & de meo instituto dicam aliquid.i. mẽtis proposito, & decreto. Quid inter est inquit Seneca in epist. inter decreta philosophiæ, atq; præcepta? nisi q̃d illa generalia præcepta sunt, hæc specialia, vtraq; res præcipit, sed altera in totum, particulatim altera, honestas actione, decreta pariũt, & ꝓcepta, hoc interest inter decreta philosophiæ, atq; præcepta, q̃d inter elemẽta, & mẽbra, hæc ex illis pẽdẽt, illa horũ causæ. Necessaria sunt decreta, quæ dant animis inflexibile iudiciũ, infigi debet persuasio ad totam pertinens uitam, hoc est quod decretũ voco. Qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt, quæ agentur, & cogitabuntur, qualia uerò hæc fuerint, talis & vita erit. [Auctoritatem] Aestimationem Cratippi, & Athenarum, vbi exẽpli clarissimorum virorum in omni genere virtutis, & laudis claruerunt. [Augere] ornare, honestare. [Exẽplis] Varijs imaginibus, & quasi exẽplaribus ipsarũ disciplinarũ. Instruenda est vita exẽplis illustriorib. inquit Seneca, æquè præcepta bona, si sæpè tecum sint profutura, scientias quasi bona exempla, longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla veniẽtia t.pa notis instruit exẽplis ait Flaccus. [Ad utilitatem] .i. ad commodum, atque compendium, & non ad ostentationem gloriãq; inanẽ, vnde monuit Horatius. Vos exẽplaria græca Nocturna versate manu, uersate diurna. [In dicẽdi exercitatione] meditationibus, cõmentationibus, declamationibus. [Vt pars sis] similis paremq; habens uim, & efficaciam in latina oratione, græcaq;. [Facultate] Potestate, quod ego vim appello, dicit Quint. pleriq; potestatem nonnulli facultatem uocant. [Vt uidemur] Vt nos opinamur, sicq; esse nobis persuademus. [Adiumentũ] Opem, Instrumentũ, suppellectilem parauimus latinis, vt nostro beneficio eloquẽtiã exercere possit, & philosophiã, quæ hactenus peregrinari videbatur, sed nos eam Romanã effecimus, ac latij iure donauimus. [Rudes] omnino expertas. [Aliquantulum] Aliquod auxiliũ. [Dicendũ] Aptè optandũ, atq; agendũ in omni genere causarũ, in quib. diu multumq; versati sumus, & dicẽdi præcepta tradidimus & formulas, vt sine græcis dictatis munere cõsummati oratoris fungi possint Romani ciues, & itala pubes. [Ad iudicandum] Via, & ratione philosophandũ cũ elegantia, & copia per formulas topicas, & dialecticas explosis Amafinijs, & simplicissimis Epicureis, qui citra artem ac nitorem distinctæ orationis, atq; concinnæ philosophiam desidẽ illã, atque humilem nec non probrosam, vtpote in uenereis hortis natam, & ocio marcescentem, & seplasiaria tractauerunt. & mores graues, atq; seueros fregerunt, contaminaruntq; proposita uoluptate, quã escã uitiorum, vel maxima ueri philosophi appellauerunt. Rationes (vt ait Plato) sunt philosophi ueritatẽ indagantis instrumenta, quib. ad rectum contendit iudicium, & ob id ars illa, quæ rationes continet logicè dicta est à grecis, rõnalis uerò à nostris, & dialectica.i. diligens rõ, uia, & modus disserendi, à qua (vt inquit Boet.) non potest abesse iudiciũ: neque .n. põt quisquã diligenter differere, nisi iudicauerit quale sit id quod in disputatione sumitur. Quod si ad differendi ordinem diligentia rationis adhibetur, non est dubium, quin hoc iudicium sit ad inuentionũ uarietatem accommodatum.

Quamobrem] Igitur inquit Cic. cũ iã planũ sit magnã esse vtilitatẽ, græcè, & latinè scire, disces philosophiã græcis literis mandatã, & vtere opinionibus, & discreto philosophorũ iudicio tuo, dũmodo legas scripta nostra, & græca cũ latinis cõiũgas. [Et disces quãdiu voles. beneuolũ facit filium, cum ait, da operã græcis literis quãdiu voles, sed cum impendere nimium studiũ in aliqua re ultra quàm oporteat cõtra officiũ sit, corrigit Cic. permissionem dicens; diu debes velle græcis literis, & philosophię incumbere, quousq; videbitur tibi nõ parũ profecisse, sed id esse adeptũ quod tẽpus, & rõ exposuit, & sic filium hortatur, vt celerrimè omnia quorũ indiget è fontib. græcorũ hauriat, & ad paternam eloquentiam, reip. munere, & administratione contendat, nec diutius illic immoretur, & desidat, sed in oculis patriæ, & celebritate uiuat, uestigijsq; paternis insistat, quod minimè fecit [Non pœnitebit] .i. non parũ uidebitur, pœnitere à penuria dicitur auct. Gellio in hac significatione, sic ante Cic. vsus fuerat Terẽ. dicẽs: Me quãtũ hic operis fiat, pœnitet.i. parum uidetur q̃d à seruis fit. Tãdiu discendũ est inquit Sene. quãdiu nescias, si prouerbio credimus, quandiu uiuas. & interrogãti Philedono quoad discipulus esse vellet, respondit Plato, quoad meliorẽ, atq; peritiorẽ esse nõ pęnitebit, sed pœnitere in his verbis Platonis i aliã significationẽ, quę nota est omnibus, accipitur. [Quoad] quousque proficias, crescas in ipsis philosophiæ præceptis. In oratore sic ait. Quæ qualiacunq; in me sunt. me.n. ipsum nõ pœnitet quãta sint, sed apparẽt in orationib. nostris. & Liu. lib I. cum iam uirium haud pœniteret, & in 8. quippè minimè pœniteret se uirium suarum.

Proficias, ꝓcedas in philosophica rõne, q̃ est de vita, & moribus, atq; lex vitæ merito dici põt. [Nõ pœnitebit] Non parum videbitur, te ipsum explorabis inq t, & nemini de te magis, quã tibi credideris, acrẽ te iudicẽ tui profectus exhibe, vt locũ pœnitẽtiæ non relinquas, & nõia ꝓspicias in primis. Turpe si q dẽ eẽt spẽ de te iã cõceptã fallere, ꝓdigere uerò tps, quo nil est p̃ciosi⁹, turpissimũ. effice igr̃ vt vitæ rõ sub doctore celeberrimo

Oportere quid ꝑtendit.

Platonis dictum.

Statuere q̃d sit.

Decretũ quid.

Pœnitere vnde.

& Athe-

&Athenis tibi cōstet. Turpissima est iactura dicit Seneca, quæ per negligentiam fit,& si volueris attendere,maxima pars vitæ elabitur malè agentibus , magna nihil agentib: tota vita aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod precium tēpori ponat,qui diem æstimet,omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est . Quemadmodū studere omnibus annis honestū est , ita non omnibus institui turpis, & ridicula res est elemētarius senex,iuueni parendum est,seni vtendum.

Nostra]Quæ nos in philosophia scribimus.Non multū dist. à Peripateticis] Non multum dissimilia à præceptis peripateticorū,quib.nunc das operā sub Cratippo,& h.d.vt ostendat se voluisse in philosophia imitari Stoicos, Peripate. & Academicos ea libertate,quā habent noui Academici,quorum decretū Cic.sectatus est,vt in omni opere Academicū seruat decorū,variosq. mutat quasi colores,cū liber esset Academicus,& in nullius magistri verba iurasset. Carneade quo more latius vagaret & decurreret felicissime.Nā lib. de fin. bonorum & malorū more Academicorum probabilia defendens totus est Peripateticus,imò peripateticorum disciplinā ita laudat , ut aliàs reijcere videatur:sic enim introducit Pisonē dicētē. Relinquatur hæc sola disciplina digna studiosis ingenuarū artiū,digna eruditis,digna claris viris,digna principibus,digna regib. In Tusc. disputationib.& paradoxis est totus Stoicus , remouetque ab homine affectus,quos,vt dictat ipsa recta rō,probat Aristot.& Academici,& dicit beatā uitā discēsurā in taurum Phalaridis, & tenens positiones Stoicorū,& admirabiles opiniones , quæ paradoxa appellantur,interdum nihil affirmat,sed disputat in utranq; partē , vt Socr. qui ita disputabat, ut nihil affirmaret, ipse refelleret alios,& nihil scire diceret, nisi idipsum quod sciret se nihil scire,ob eaq; cām ab Apolline sapientissimus iudicatus est,ꝙ hęc esset vna sapientia non arbitrari sese scire,ꝙ nesciat.Et post Socr.Plato,à quo Academici eundem disputandi modum tenuerunt,quē Cic.probauit & tenuit,cū videatur esse sine arrogantia id disputandi genus secutus est,quapropter in 2.de Diu. d. cum aūt proprium sit Academiæ iudiciū suum nullum interponere,ea probare quæ simillimas ueri uideātur conferre causas,& quid in quaquā sententiā dici possit exprimere,nulla adhibita sua auctoritate iudicium audientium relinquere,integrū & liberū tenebimus , hanc consuetudinem à Socr.traditam,eaq. inter nos si tibi.Q.frater videbitur,quā sæpissime utemur.[Qm̄ utriq;] Affert rationem,quare hæc quę nunc scribit imitatos Stoicos,& non multū diffident à dogmate Peripateticorum Cic.filio legenda sint,qm̄ vtrique, inquit, uolumus probabilia sequi,& nos Academici , & nos Peripatetici quib.nunc das operā,vtiq; inquit , eosdem doctores sectamur & Socratis , atq; Platonis opiniones amplectimur , inter Stoicos,Peripateticos,& Academicos potius in uocabulis quā in re differentia erat.Vnde dicit Piso apud Cic. lib. 5. de finib. Stoici restant.hi quidem non unā,aut alteram à nobis,sed totam ad se nostram philosophiam transtulerūt , atq. aut reliq. fures earū rerum,quas cœperunt signa commutant, sic illi ut nostris sententijs pro suis uterentur, nomina tanquā rerū notas mutauerunt,ergo inquit.[Qm̄ utriq;] .i.nos Academici q. probabilia sequimur,& Peripatetici,qui etiam Socr.sectantur, & Plat.Arist.Perip.principis doctorem.[Volumus esse Socr.].i. uolumus tenere opiniones ipsius Soc.qui in sola uirtute summum bonum posuit,& omnes bonos beatos esse,& improbos miseros dicebat.Has opiniones Stoici , à Stoa porticu denominati,accipienter facere suam disciplinam,& dogma. quorū princeps fuit Zeno Polemonis Acad.auditor, subtilissimus disputator,qui Acad.disciplinam corrigere ausus est . Nam omnia quæ ad beatam vitā pertinerent in una uirtute posuit. nec quidquàm aliud numerauit in bonis , idque appellauit honestum,quod esset simplex quoddam & solum , & unū bonum, cætera uero,& sic nec bona,nec mala essent:tamen alia secūdū naturam dicebat,aliæ naturæ contraria , & his ipsis interiecta quædam,& media numerabat.Vnde dicit uolumus esse Soc.& sic intelligitur Cic.uoluisse opiniones Stoic. tenere , quoniam erant probabiles, & eas ipse in nonnullis locis tuetur, & ueras esse ostēdit.in Paradoxis ait:Eoq. scripsi libentius , ꝙ mihi ista Paradoxa,quæ appellant,maximè uidentur esse Socratica,longeq. verissima,& alibi dicit , Soc. isto mō disputabat bene hercule narras,nam istum doctum, & sapientem uirum fuisse memoriæ traditum est.nam à reb. occultis, & ipsa natura inuolutis,in quibus ante cum philosophi occupati fuerunt , constat

Stoici vnde dicti.

auocauisse philosophiam,& ad uitam cōmunem adduxisse,ut de uirtutibus,& vitijs,oīnoq; de bonis rebus , & malis quæreret. cœlestia autē uel ꝓcul esse à naturæ cognitione censeret , uel si maximè cognita essent , nihil tamen ad bene uiuendum conferre.Ex disputationib. Socr.omnes sectæ manarūt . Soc. nihil scriptum reliquit.Sed omnia de quib.disputauit , ab eius auditorib. Platone,& Zenophonte eloquentissimis, celebrata sunt,& mādata literis.Et subiungit [Volumus esse Platonici] .i.tenere uolumus utriq. opiniones Platonis . Nam Plato Socr. discipulus perfectissimam disciplinam reliquit Academicorū , & Parepateticorū,& à quib. Stoici magis uerbis,quam sententijs dissenserunt. Nam à Platone una,& consentiens(ut idem primo Academico , a M. Varrone) duob. vocabulis philosophiæ forma instituta est,Academicorum,& Peripateticorum , qui reb.congruentes, nominib. differebant,quippè cū Speusippum sororis filium Plato philosophiæ quasi hæredē reliquisset,duos uero præstantissimos studio,ac doctrina Xenocratem Chalcedoniū,& Arist.Stagiritem,qui erant cum Arist. Peripatetici dicti sunt,quia disputabant inābulātes in lyceo gymnasio,Speusippus autem & Xenocrates,qui primi Platonis rationem,auctoritatemq; susceperant , & post eos Palemo , & Crates , vnaq. Orator in Academia congregati alio Gymnasio ad Academo quondam heroe denominato [ut scribit Laertius] Academici appellati sunt, sed cōis erat ratio bonorum , & malorum inter utrosq;. Nam omnis illa antiqua philosophia sensit in una uirtute positā esse beatā uitā,nō tamē beatissimam, nisi adiungerētur bona corporis, & fortunæ ad uirtutis usum idonea Stoici bona corporis per se assumenda esse dicebāt , sed non adiungebant ad finem bonorum.Vnde cum nulla esset inter ueteres Academicos,quos Cic. in officialib. libris imitabatur , & Peripateticos,quibus Cicero filius operam dabat differentia,dicit uolumus esse Socratici,& Platonici. Et sic respondet tacitę obiectioni,potuisset.n.dicere filius,non sunt mihi legenda pater quæ scribis in philosophia,ut Academicus,& probabilia defendens in diē uiuis , itaq. nunc stoicos tenes , nunc Platonicos, nūc Aristotelicos . Nos autem certū dogma habemus,& disciplinam, & doctorē vtor Cratippo Peripatetico , iō dicit non multū dissidentia.Adde etiā, ꝙ Peripateticorum , & stoicorū,quos in his officijs Cic. potissimū sequitur, quia præceptionis,& doctrinæ ferè eadē est. Stoici dant præcepta de officijs,quibus hominem ad uirtutē instituunt, & felicitatē,officiū perfectumq. perfectum , quod pertinet ad finem bonorū . In officio .n.perfecto,quod omnes numeros habet,& in solum sapientē cadit,finis bonorū consistit,& humana felicitas. Istud perfectum officium appellatur à Stoicis honestum, officia uero,quæ cadūt sub ꝑceptis media , & cōia, quasi secunda quędā honesta nominant,de quibus potest reddi certa ratio, ut sunt hæc,quæ Cic.tractat.hoc idem faciunt peripatetici,quāuis utātur alijs nominibus:Aristoteles enim peripateticorū princeps, dicit summum bonum humanū consistere in actione uirtutis in uita perfecta,actiones autem officia sunt. officium enim nil aliud quā conueniens actio,& cum dicit in uita perfecta, ostēdit non in quacunq; actione licet studiosa, sed in illa , quæ ab habitu uirtutis proficiscitur,summum bonum consistere.Vna enim hirundo,inquit,non facit uer, sic una actio cum uirtute non facit hominem felicem hunc uirtutis habitum,& perfectā actionem Stoici apellant honestū, ergo potius nominibus differunt,quam ordine,& uia præceptionis.Volunt.n. Stoici medijs officijs peruenire ad illud honestum, quod ipsi appellant , & Peripatetici dicunt studiosis actionibus perueniri ad uirtutē cui Stoici nomē imposuerūt,honestū,actiones uerò studiosas appellant officia. Dicit igitur Cicer.Poteris uti dogmate,& præceptis horum philosophorum,ut tibi uidebitur, qui in uirtute summum bonum constituerunt,cuicunque sectæ adhęseris mihi placebit,& quodcunq; decretum sectaberis gratū erit, quoniam utrique uoluimus tenere opiniones,Socratis,& Platonis,qui de summo bono optime senserūt.Cauendum est, tibi,inquit,ab aliis , qui in fine constituendo errauerunt . ergo cum inter has tres philosophorum disciplinas nulla ferè differentia sit,de ipsis opinionibus utere iudicio tuo .i. poteris sequi id quod tibi videbitur,modo non discedas ab Academicis , Peripateticis,& Stoicis. In 3.lib.ita filium alloquitur . Sic ego à te postulo,ut mihi concedas si potes , nihil præter id , quod honestum sit,esse per se expetendum . si hoc non licet propter Cratippum,at illud certè dabis,quòd honestum sit,id esse per se

Peripatetici vnde.

Virtutis habitus à Stoicis quo appelletur.

se maximè expetendum, mihi vtrum uis satis est, & tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quidquã probabile. Clarum igitur est Cic. voluisse esse vniuersalem in philosophia, nec alicui sectæ addictum, sed vtrunque dogma probasse, nec laborasse filium ad aliquã disciplinã ita traducere, vt alias reijceret. permisit .n. illius iudicio vti opinionib. philosophantium, cum nulla ferè inter ipsos differentia esset. [De rebus ipsis] opinionibus, & decretis philosophorum non inquit, te addicã alicui secte, poteris vti iudicio tuo, & integrum, liberumq; tibi est, quod institutum sequi velis. [Vtere] Vteris, & sic beneuolũ reddit filium. In vltima Tusculana sic dicit Cic. Tu quidã tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim cum alijs isto modo, qui legibus impositis disputant. Nos in diem uiuimus, quodcunq; nostros animos probabilitate percussit id dicimus, itaque soli sumus liberi [Orationem autẽ latinam. nunc filium hortatur, ut sua scripta legat, quibus orationem latinam poterit vberrimam facere. locus est ab vtili. Legendis nostris. legendo nostra. Sic apud Liuium, his audiendis, credendisque. i. audiendo & credendo. [Pleniorem] Copiosiorem vberioremq;, captat beneuolentiã à re ipsa, & persona sua. [Nec uero] Vult Cicero ostendere quare legendo sua filius efficiet orationem latinam pleniorẽ, quoniam, inquit, in arte dicẽdi ætatem consumpsi meam, vt iure possim mihi assumere, quod propriũ est oratoris, philosophiã, concedo multis, me autem oratorem profiteor. Cicer n. (auct. Fabio) cum se ad imitationem græcorũ contulisset, vim Demosthenis; copiam Platonis, & suauitatẽ Isocratis assinxit. Nec uerò inquit, quod in vno quoq; optimum fuit consecutus est tã tum, sed plurimas vel potius ex seipso virtutes retulit immortalis ingenij felicissima vbertas. Non eñ [vt ait Prudẽs] aquas collegit, sed uiuo gurgite exundat dono quodam prouidẽtiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentiam experiretur. Platonem in primis admiratus est Cicero, & acumine sententiarum, summa, multipliciq; doctrina, & granditate uerborum, orationisque sublimitate, quæ media est inter carmen, & solutam orationem.

Nostra hæc præcepta, & officiales formulas, Stoico decreto in primis consentaneas, literis à nobis mandatas, ea libertate, quam recentior nobis præbet Academia, cuius rõnem disserẽdi profitemur, & probabilia omni disciplina citra pertinaciam, defendimus. [Nõ multum dissidentia] Parũ uel nihil potius discrepantia ab institutis peripateticis, atq. ammonitionibus, verbis potius quã re. i. sententia, & decreto uidentur dissentire, vt in libris de finibus probatũ est. [Vtrique] Nos, qui in hac quæstione sequimur Stoicos, & uos Peripatetici, quorum scita habẽt Socr. primum auctorem, & quasi fontem, è quo riuuli veterum Academicorum. i. Platonicæ familiæ, atque Aristotelicæ, nec non Stoicæ defluxerunt, Stoica siquidẽ Paradoxa sunt Socratica, & solã uirtutẽ satis esse ad bene beateq; uiuendum Soc. decreuit, quod Stoici seligentes proprium dogma constituerunt. [De rebus ipsis] Sententijs, opinionibus, & placitis integrum inquit, tibi sit eligere, quod libuerit è classicis philosophis, caue modo, ne ad Aristippum dilabaris, & Epicurũ, quorũ decretũ in ganeis, lustris, atq; sinu meretricis natũ est. [Legẽdis nostris] Dum legẽtur nostra, siue legendo nostra eleganter, & distinctè descripta. [Pleniorẽ] Vndiq; copiosam, & floridam.

Arrogãs qs & qs dissimulator.

Arroganter] Arrogans is est, qui sibi aliqua attribuit præter veritatẽ, & laudem, quã non meretur. Arrogans (inquit philosophus in Eth.) præclara, & ea quæ non insunt, & maiora, quã insint, vbi fingit, dissimulator autem, aut inesse sibi negat, aut imminuit, ambo inquit uituperandi sunt, sed arrogans magis, [Velim] Pro volo. i. nolo putent me esse arrogantem, cũ mihi assumã id, quod pertinet ad bonũ oratorẽ. [Concedẽs] .i. cũ ingenuè fatear, multos eẽ in philosophia ante me doctores, sed in arte dicendi primum locũ mihi uẽdico. [Philosophãdi scientiam] .i. ipsam philosophiam, & scientiã rerũ, nam sciẽtia est per quam cognoscimus res per causas suas, & principia, estq; habitus demonstratiuus. [Multis] Dixit non omnibus. Nam & Cic. egregiè philosophat⁹ est. & omnes ferè locos graues tractauit, sed h. d. vt deuitet arrogantiã, fuit. n. apud latinos, tàm in arte dicendi, quàm in philosophia eminentissimus. Nec potuit aliquis in singulis rebus, non solum in omnibus illius magnitudinem asseq. [Quod est] Quod pertinet ad bonum oratorem.

Aptè dicere qd sit.

Aptè dicere est ex arte, & polite loqui, atq; à natura. eloqui ab arte, inde eloquentia dicitur, quæ ab eloquentia differt Aptè dicit is, qui res ipsas, verba, & actionem accommodat tempori, & personis, scitq; seruare id quod decet in quacunq; materia, & quocunq; tẽpore, & apud quos orandum sit. Hic locus à philosophis tractatur vberrimè, qui de decoro præcipiunt. Aptè dicere putat Cic. esse quartam uirtutẽ elocutionis lib. 3. de Orat. tractans hunc locum, dicit, non omni causæ, neq; auditori, neque personæ, neq; tempori congruere orationis vnum genus. Aptè igitur dicere est decenter, & ut circunstantia postulat dicere. Nam (vt inquit Fab.) nec iocis lacrymas, vbi opus erit miseratione, siccabimus. Vnde uidendum est quid dicas, & quid quoque loco dicendum sit, & aptè dicere non tantum debet ad elocutionem referri, sed etiam ad inuentionem. Nam si uerba aptè disposita magnũ habent momentum, multo magis res ipsæ inueniendæ, de quibus dicturi sumus. Illud, inquit Fab. diligentius dicendum est cũ demũ aptè dicere, qui non solũ quod expediat, sed etiam quod deceat inspexerit. Aliud genus dicẽdi grauitas senatoria exposcit. aliud aura popularis. Tempus quoque ac locus egent obseruatione propria, nã & tempus cũ triste, tum liberum, tum angustum est. [Distinctè] Vt omnia in oratione loco collocentur suo, & distincta sint translationib. & figuris, quæ orationem exornãt: sin aptè collocentur sic distinctè dicere ad dispositionem refertur. [Ornatè] Ad elocutionẽ.

Distinctè dicere quid.

Quinque sunt partes rhetorices, inuentio, dispositio, elocutio, pronunciatio, & memoria. Tres duntaxat Cic. posuit, quia maximè consistunt in arte, pronunciatio autẽ, & memoria, in natura, sic Plato memoriã, & celeritatem ad discendum naturæ tribuit, & idem Cic. lib. 5. de fin. dicit. Virtutum quasdam natura ingenerari, ut est docilitas, & memoria, quæ ferè omnia appellantur vno ingenij nomine, easq; uirtutes, qui habent ingeniosi uocantur. Et Fab. lib. 8. scr. Omnem orationem constare rebus, & verbis. In rebus intuendam esse inuentionẽ, in uerbis elocutionem, in vtraq; collocationem, quæ memoria complecteretur, actio commendaret. Ergo aptè dicit, is qui scit res adinuenire secundum differentiam causarum, personarum, & locorum. Distinctè dicit, qui omnia benè locat in oratione, & exornationib. uariat, atq. distinguit, nã dispositio docet quid quoquo loco collocandum sit. non semper eodẽ modo fit, sed, vt materia quæ tractatur postulat. Ornatè dicit, qui verbis puris, & latinis utitur, & ab omni vitio remotis, & nisi accedat ornatus, perijt inuẽtio, & dispositio. Nam delectatio proprias habet partes in elocutione, quamuis & in alijs sit. Vnde Cic. inuẽtionem, ac dispositionẽ prudentis hominis esse putat, eloquẽtiam uero oratoris. Eloqui. n inquit Fab. est omnia quę mente conceperis promere, atq; ad audiẽdum proferre: siue quo semper uacua sunt propria, & similia gladio condito, atque intra uaginam suam hæreti. Hoc itaq; maximè docetur. hoc nullus nisi arte assequi potest. Vnde M. Anto. à quo mediocris orator apud Cicer. in oratorijs lib. instituitur, ait disertos uisos esse multos, eloquẽtem uerò neminem. Disertos putat dicere quę oporteat, ornatè autem dicere proprium esse eloquentissimi, quæ virtus in Cic. cumulatissima fuit, vt nil addi posset. [In eo studio] Exercitatione dicendi, & labore. Studium est uehemẽs applicatio animi ad id, quod quis discere, aut inuenire cupit. & studium dicitur etiã uoluntas, & cura. Illa ingenij Cicer. felicissima ubertas ab ineunte ætate in dicendi exercitatione uersata est, nec laboribus pepercit, aut uigilijs, & oratores, qui in Asia clari nominis erant adijt, vt se ad illorum imaginem effingeret, quo etiam nemo sępius atq; diutius declamauit, & dum uiueret in iudicijs regnare dictus est. Vnde queritur in proœmio de oratore. Se prima ætate in perturbationem, & turbulẽtissimas tempestates reip. incidisse, ut à studijs quasi abduceretur. Nec uero inquit, nobis cupientibus, atque exoptantibus fructus ocij datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus celebrandas, inter nosq; recolendas. [Si mihi assumo] Capere significat sponte, uel non sponte accipere. Sumere est ultro quasi alijs non permittentibus capere, & sic assumere est multum, ac plenè nimium sibi tribuere. Ideò dixit si mihi assumo, quoniam non ab omnibus fortè concedebatur, qui in arte oratoria id ætatis clari erant. [Meo iure] Significat id ferè q̃ mea auctoritate, licentia, ac concessa mihi ab omnibus libertate. [Quodammodo] Vtitur mediocritate, vt deuitet arrogantiam. [Vendicare] Assumere, & ascribere mihi. Sic apud Ouid. in Fast. Vendicat ausonias Iunonis cura Calendas .i. suas esse dicit, & sub eius tutela. Hæc omnia, quæ Cic. dicit, eo spectãt, ut ad eloquẽtiã latinã filium hortetur, ad summum culmen à

Eloquiũ quid.

Ingeniosi qui dicantur.

Capere quid.

patre

patre perductam,& in qua poterit multum proficere, cũ oĩa, quæ ad ipsam consequendam pertinent, à se latinis suppeditata essent. Ideò cognita eloquij vtilitate dicit. [Arroganter] Superbè, atque procaciter. [Scientiam] Exactũ iudicium de rebus ad omnem philosophiam spectantibus. [Aptè] Opportunè, vt requirunt circunstantiæ, hoc pertinet ad inuentionẽ, atq. prudentiã. [Distinctè] Ordinatè, citrà confusionem, cũ. s. suũ habẽt omnia locũ in orationibus. [Ornatè] Politè, latinè, eleganter, propriè [Assumo] propria voluntate, ac mea spõte capio. [Meo iure] Potestate, ac libertate mihi cõcedenda, imò concessa. [Vẽdicare] Attribuere, arrogare, meumq; quasi mãcipiũ profiteri, propriamq; possessionẽ longo vsu cõparatã, & in meas rationes descriptã. [Quamobrẽ ma. te. hor.] Hortari est dare consiliũ ad erigendũ animum. hortatur Cicer. filium, quẽ sciebat ad studia pigrum, & ideò calcarib. egebat, & exhortatione, vt ipse ad Attic. scribit in quadam epist. loquens, de filio, & nepote, qui erat etiam nepos Pomponij Attici ex filia, quæ nupserat Q. Fr. dicit illic, filium suum egere calcaribus, nepotem uero frænis, vt de Ephoro, & Theopompo discipulis suis iudicauit Isocrates. [Orationes meas] Quæ habent genus dicendi forẽse, & vim ad mouendos affectus, qua philosophorum eloquentia uocatur. [Ferè equa] .i. totidẽ ferè sint numero, quot orationes, & sic ostẽdit Cic. se nõ pauciora stylo philosophico scripsisse, quã oratorio. Vt in vtroque orationis genere, facultatem cõmẽdat suam, & voluntatẽ cũ decoro, licet hæc quodammodo ad illã magnitudinem, & parem ferè ornatum assurgant, tamen aliqua differentia est, & respondet tacitæ obiectioni: potuisset. n. dicere filius ad consequendã eloquentiam, & vim dicendi, satis mihi erunt orationes tuæ, libri autẽ qui de philosophia sunt, non possunt habere illũ orationis nitorem, præcepta autẽ ad bene viuẽdũ dat mihi Cratippus. ideò ostẽdit hoc genus dicendi quietũ colendũ esse latino homini, vt in quacunque re, de qua sit dicendũ, aptè, & sine reprehẽsione dicere possit. Illis orationibus, quæ habent uim dicendi. [Vis. n.] .i. certè, & profectò ostendit inter vtrunq; genus dicendi, & scribẽdi aliquã esse differentiam. Quippe non oportet tantam uim, & contentionem adhibere in lib. de philosophia, quãta est in orationibus, in quibus affectus varii mouendi sunt, & quadam ui quædam extorquenda, & summa contentione vtendum, maximè cũ ventum est ad certamen confutationis, & confirmationis, vt id quod intenditur persuaderi possit. [Vis] Vehementia, & efficacia, ut moueatur auditor ad effectum, quod Cic. habuit. de quo Fab. Nã quis docere diligentius, mouere uehementius potest, cui tãta vnquã iucunditas affuit, vt ipsa illa, quæ extorquet, impetrare eum credas, & cum transuersum ui sua iudicẽ ferat, tamẽ ille non rapi uideatur, sed qui &c. Summa igitur uis esse debet in orationibus, in qua re Cic. Demosthenem imitatus est, qui quasi neruis quibusdam adeò sua scripta intendit, vt nil elimatius, vel uerborũ grauitate, vel sententiarum pondere reperiatur. In bruto sic scribit: Acrem oratorem, incensum & canorũ concursus hominum fortisq; strepitus desiderat. & in Oratore sic ait: Erit igitur, qui in foro, causisq; ciuilibus ita dicet, vt ꝓbet, delectet, & flectat. Probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ. Nã id vnum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Hoc quoq; quemadmodum, & illud genus forense, quod orationes habent, lib. philosophorũ quietum habet dicendi genus, quod etiam perfectus orator, vt de omni re quæcunq; proponatur, aptè dicere possit, habere dẽt. [Aequabile] Quasi æquale, vt est mare quietum, quod non æstuat. Sic genus dicendi philosophorum æquabile est, nec fluctuat velut inter æstus iracundiæ, ceterorumq; affectuum. Philosophi. n. ita loquuntur, vt nunquàm extollant orationẽ, nec concitent animorum motus, vt faciunt oratores in causis forẽsibus. Orationes enim uim habent ad mouendos quoscunq; affectus. Ideò dicit Cic. alibi Omnes animorũ motus, quos homini natura rerum tribuit penitus pernoscendos. Et Aristot. in rhetoricis docet, qũo, & quibus locis quisq; ad affectũ, moueatur. [Temperatum] non ita concitatum, & mouens affectus, vt est genus dicendi forense. de oratione philosophorũ ita scribit idem Cic. in orat. Mollis est oratio philosophorum, & vmbratilis, nec sententijs, nec verbis instructa popularibus, nec iuncta numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidũ, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum casta, verecũda, virgo incorrupta quodammodo, itaq; sermo potius, quam oratio dicitur. Idẽ de eadẽ oratione sic ait: Tũ horũ oratio, neq; neruos, neq; aculeos oratorios, ac forenses habet, loquuntur cum doctis, quorũ sedare animos malunt, quã incitare, sic de rebus minimè turbulentis docẽdi cã loquuntur, ut in eo ipso, quòd delectationẽ aliquã dicendo aucupent, plus nõnullis qua necesse sit facere uideantur [Et id quidem] comparatione græcorũ laudat Cic professionem suã sine arrogantia quippe non fraudat illos proprijs studijs, & inuentis. & se id assecutũ dicit, ꝙ nemini adhuc græcorũ, qui principes doctrinæ habeãtur, cõtigerat: vt. s. idẽ, & philosophandi, & orandi munus cum laude exercuerit. [Laboraret] Sũmũ studiũ, & laborem poneret, quẽadmodum ego feci, inquit Cic. Nã quãuis aliqui in artẽ dicẽdi scripserũt, vt Arist. tñ labores in orandis causis non susceperũt, vt Cic. q. in iudicijs, & foro regnauit [Illud forense] qđ magnũ est, & arduũ, hũs genus iudiciale, quod difficillimũ est. In quo tamẽ Cic. ita excelluit, ut nihil aliud in tota uita egisse uideretur. Quot reos secũdo euentu defendit? in cuius uerbis, & actione magna uis inerat, tãto deniq. artificio vtebatur, quod à iudicib. extorqueret impetrare uideretur, illos etiã liberauit, de quorũ morte, & perditione iã cõstitutũ erat, ut Q. Ligarium, M. Marcellum. Sed Cic. artificiosa oratione è sñia deiectus est Cæsar. Forẽse igitur genus dicendi summæ difficultatis est, & omnem magnitudinem recipit. [Quietum genus] disputationes philosophicas. in quib. non est opus assurgere, aut mouere indices, auditoresq; ad affectum. Sensus est. Hactenus nemo ex græcis inuẽtus est, ꝗ se in causis forensib. exercuerit, & etiã scripserit in quieto gñe dicẽdi, quo philosophi utũtur. [Ferè] Quasi [Aequarũt] Parẽ hñt humerum .i. ꝗ ꝓpe ascendunt ad numerum ipsarum orationum. Libri autem in philosophiã hi fuerunt. Hortensius, Acad. De nat. deo. De diuinatione. De fato. De finib. Tuscul. scholę, Cato iunior. Lelius, Cato maior, Paradoxa. De republica. De legibus, Cõsolatio, postremum autem opus hoc bene diuinum de officijs. [Studiosè, diligẽter, & accuratè] vt formã dicendi possis imitari, & quasi colorem ducere. [Vis] Robur, efficacia, impetus & vehementia in mouendis affectibus, & uictoria non impetranda mõ, sed extorquẽda, vñ Silius de Cic. Ille super gangẽ, super exauditus, & indos implebit terras uoce, & furialia bella, Fulmine compescet lingue, nec deinde relinquet Par decus eloquio cuiq̃ sperare nepotũ. [enim] certè. [Colẽdum] Tractandum, exercendum, frequentandum. [Aequabile] planum, quietum, tranquillum. [Tẽperatum] sedatum, moderatum, castum. quasi uirgineum, & pacatum, quoniã ad sedãdos affectus tenditur, nõ ad commouẽdos, aut inflãmandos, ut forẽses nituntur orones, q̃ cum vsus exigit, corruscãt, tonãt, fulgurãt, & frena moderãtur iudicium & coronę, nec non tenebras cum libuit obfundunt, ꝑiudiciaq; iã facta subuertunt, ut aliquã effecisse gloriatur Cic. [Vtroq; in gñe] duplici, nã forensis orõnis atq; philosophicæ [Laborarent] Labores ponerẽt, atq; industriã. [Sequerẽt] Tractaret, excoleret, atq; vsurparet. [Quietum] pacatum, lene. sedatum. [Nisi for.] occurrit obiectioni, & dicit forte, nõ oĩno, quippe orator fuit parũ vehemẽs, ut nõ planè uideret id adeptus, qđ orator in causis forensib. ꝓstare dẽt. In hoc numero eorum, ꝗ secuti sunt illud genus forẽse, & hoc quietum genus dicendi. [Demetrius Pha.] Cognominatus est à Phalero portu, siue à Phalerea tribu. Phanostrati filius fuit, & Theophrasti Peripatetici auditor, à Cassandro Macedonum principe, qui ergo Atheniẽses benignã exercuit mẽtẽ, Athenis ꝓfectus ĩpositus est, cum esset ciuis, ꝗ auct. Str. nõ mõ popularẽ nõ destruxit potẽtiã, sed ẽt melius, rectiusq; restituit, uerum tñ inuidia ualuit, & in paucos odiũ, & inimicitia, ut post Cassandri obitũ in Aegyptum fugere coactus sit, & eius inimici statuas plures trecẽtis deiectas cõflauere, quodq; indignius est, quasdã in loca sordida, & cloacas cõiecere. In hoc fuit stylus philosophicus oratorio permixtus robore, dicebatq; tñ in rep. ualere eloquẽtiam, quantũ, id bellũ ferũ, huius t. pe, & auct. Fab. lib. j. fictas causas ad imitationẽ fori apud Græcos dicere institutũ ẽ, cũ esset Demetrius apud Ptolemæũ, multa de illo calamitoso ocio cũ scripsit, nõ ad vsum aliquẽ suũ, quo erat orbatus, sed ille animi cultus erat illi quasi humanitatis cibus, tãdẽ morsu aspidis periit. In Bruto dicit, Demetrius Phalereus successit adolescens eruditissimus ille ꝗ dẽ horũ oĩum, sed nõ tã armis institutus, quã palestra, itaq; delectabat magis Atheniẽses, quã inflãmabat, ꝓcesserat. n. in solẽ, & in puluerem, nõ, ut è militari tabernaculo, sed è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis hic primus inflexit orationẽ, & suauis, sicut fuit uideri maluit, quã grauis, ideo

Frobo, Delecto, Flecto qđ significent.

Forense genus dicendi cuius difficultatis sit.

Demetrii mos.

Theophrastu vñ nomi forti us fuer..

iō dicit in hoc loco ipsum fuisse oratorē parū uehemētē, quip-
pe nō erat uehemēs, ut auditores inflāmaret, & moueret ad ef-
fectus[Subtilis]acutus.i. philosophia, & dialectica. [Orator] .s.
in forensi gñe deliberatiuo, & demōstratiuo. [Parūue.] qui nō
inflāmabat auditores, sed potius dulci oratione delectabat . vñ
nō perfectè genus dicēdi forēse tractabat , in quo uehementia
opus est, & summa contētione , vt auditor moueatur.[Dulcis]
suauis in oratione, ut appareret illū esse formatū uocib. Theo-
phrasti, qui suauissimus in dicēdo fuit. Theophrastus, cū Plato.
audiuisset ad Aristot. se contulit. uir summæ prudentiæ (vt ait
Laert.) studijq; singularis , atq. eloquētissimus, vt cū prius uo-
caretur Tirtamus , ob diuinam eloquentiā eū denominauerit
Theophrastū. De quo idē Cic. scribit aliquid. Quāquā.n. & phi-
losophi quidā ornatè locuti sunt, si quidē & Theophrastus à di
uinitate loquendi nomē inuenit. Et Str. dicit, Arist. omnis disci
pulos suos fecisse eloquētes, Theophrastū verò eloquētissimū.
[Nos aūt]vt Cic. uitaret arrogātiā , ait se esse secutū vtrūq. ge-
nus dicēdi forēse .s. & quietū, sed quantū profecerit in utroque
aliorū iudicio reliquit. Sciebat.n. se utrūq. tractasse uberrimè .
[Phalereus]Atheniensis à tribu, in qua censebatur denomina-
tus. Phalereū, inquit, Stephanus nauale Atticū, & tribus, à qua
tribulis Phalereus, & Phaleris fœminei gñis [Disputator]vena
tor ipsius ueritatis, & expurgator, philosophico instrumento.i.
rationibus, & dialecticis formulis.[Subtilis]acutus, perspicax ,
& uia differens. [Parum veh.]Non concitari spiritus, sed remis-
sioris, & languidioris, vt delectare posset quidē iudices, sed non
permouere, atq; inflammare, qđ ad robustū neruosum, atq; ar
dentē pertinet oratorē[Dulcis]iucūdus, suauis, lepidus, expres-
sit quippe doctorē suū Theophrastum.[Profecerimus] proces-
serimus. [Secuti sumus] Studiosè tractauimus, & professi su-
mus.[Equidē & Pla.]occurrit obiectioni: potuisset.n. obijci, nō
ne alij id præstare ualuissent, ut si utrūq; genus dicēdi aptè tra-
ctarent, potuisse quidem affirmat Cic. sed noluisse, & accipit va
ria exempla eorū .s. qui philosophiā tantū excoluerūt, & eorū ,
qui dicēdi artē amplexi sunt , cū utrunq. potuissent cū decoro
præstare. Nā Plato uarius, multiplex, copiosus, & tātæ eloquen-
tiæ fuit, ut Iouē, si græcè, uoluisset, Platonicè locuturū philoso
phi dicerent. De quo ita Fabi. Quis dubitet, & Plato. esse præci-
puū siue acumine differendi , siue eloquendi facultate diuina
quadā, & homeri ca: multum.n. supra prosam orationē, quā pe
destrē græci uocant, surgit, ut mihi nō hoīs ingenio, sed quodā
Delphico uideatur oraculo dei instinctus.[Grauissimè] quātū
ad sententias, & pondera rerū, quas callebat in omni disciplina
summus.[Copiosissimè]quātū ad ubertatē orationis , & subli-
mitatē illam dicendi, qua Plato alijs antecelluit.[Et Dem.]De-
mosthenes interpretatur robur populi, omnis græciæ oratores
superauit. In philosophia Plat. audiuit, Hiseam verò rhetorē in
arte dicendi.[Tenuisset] voluisset tenere, atque defendere sua
eloquentia, sed philosophiā non curauit eloquētiæ studiosus .
[Ornatè]& splēdidè, oē splēdidū est ornatū, sed nō ecōtra. orna
tus in oratione à multis haberi pōt, splendor verò à paucis. Vn
de vt exprimeret Demosthenis summā eloquētiam , qui Cicer.
quantus est, effecit, illum dicit non modo ornatè, sed ēt splēdi-
dè, ꝙ paucis datū est, dicere potuisse, [Eodē mō]similiter, ut di
xi de Plato. & Demost. & Arist. totum se ad philosophiam con-
tulit, quāuis libros rhetoricos ad Alexandrū , & ad Theodectē
scripserit. De quo Fab. Qui Arist. quē dubito an scientia rerū ,
an scriptorū copia, an eloquendi suauitate, an inuentionū acu-
mine, an uarietate operū clariorem putem.[Isocrate]Isocrates
cōdiscipulus Arist. audiuit.n. & ipse Plat. & suauissimus orator
fuit, & in diuerso gñe dicendi nitidus, & cōptus, & palestræ, quā
pugnæ (vt inquit Fab.) magis accōmodatus, omnis dicendi ue-
neres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in com-
positione diligens, & curiosus usque ad reprehensionem, cuius
domus cūctæ græciæ quasi ludus quidā patuit atq; officina di-
cēdi, nā auditorijs quā iudicijs aptior gloriā intra parietes ale-
bat. Cui inuidens Arist. adolescētes, & ipse docere cœpit , ut sa-
piētiā cū eloquentia iungeret, dicens, turpe est tacere, cum Iso-
crates loquatur Isocrates primus Panegyricos scripsit , & 4. &
90. ætatis anno eum librum composuit, qui Panathenaicus in-
scribitur[Suo stu. proprio]& ꝙ quisq. magis amabat [Cōtem-
psit alterū]Arist. cōtēpsit laudē ex arte dicēdi, & Isocrates quā-
uis philosophiā didicisset, oratoriā facultatē cū summa laude ,
& æstimatione amplexus est, & excoluit[Tractare[exercere, ex-
colere [Grauissimè] prudentissimè , ac magno sñiarum pon-

Demosthenes quid interpretetur.

dere [Copiosissimè] vbertatē orationis maxima cū esset loquē
tissimus , & eloquij felicitate, quasi supra hoīem assurrexerit,
[Tenuisset]profiteri uoluisset, ac frequentare. [Pronunciare]
Afferre in medium , & literis mandare decretū Plato atq; præ-
cepta potuisset, inquit, si collibuisset eleganter disputare in phi
losophia, & scribere, cum summus esset orator.[Splendidè]cō-
cinnè, distinctè, floridè.[Isocrate]clarissimo sophista , & nume-
rosa orone inclyto, cuius imaginem describens Philostratus di
cit, si rem habitu canētis apposita ori Isocratis arguit illius sua
delam, & leporem, quē posuit in rhetoricis formulis, & morib.
Decessit mœrore confectus nō sustinēs audire casum Atheniē-
siū ad Cheroneā.[Sed cū statuissem] facit auditorē attentū di-
cens, se id nūc scribere voluisse, ꝙ esset cōueniens adolescentiæ
filij, & suæ auctoritati, qui iam peruenerat ad senectutem longa
rerū experientia edoctus , quē decebat instituere adolescentes
officiis, quæ patent latius , cū nulla ætas proprijs officijs vacare
debeat, & affert rōnem, quare id fecerit , quoniā hæc præcepta
de officijs aptissima erant ætati Cic. adolescētis, qui ad felicita-
tē humanā, & suā perfectionē à pr̄e debebat institui clarissimo
viro, & in omni disciplinarū gñe perito , vt vtriusq; decorū ser-
uaretur. Nā ab adolescentia (ut inquit Plato) institui hominē
oportet, vt officiosus adolescat, & his gaudeat, quibus gaudēdū
est, & doleat, quibus dolendum. Formatur.n. disciplinis tenera
etas, vt cera manu artificis , & multum refertà teneris consue-
scere, iō scribit Hor. Quo semel est imbuta recēs seruabit odorē
Testa diu. Vnde tenera ætas à libidinibus arcenda est , alijsque
sceleribus, quoniam cū ætate adolescunt, & ingenij aciem per-
dūt, q a iactura nulla pōt esse maior. Difficile.n. est vitia recede-
re, quæ nobiscum creuerunt[Statuissem]cōstituissem animo ,
& decreuissem.[Et multa posthac] post hoc tempus scribere.s.
Posthac significat post hoc tēpus, ante hac ante hoc tēpus. Scri-
bens igitur Cic. multa ad filiū, uoluit à medijs officijs incipere,
quib. tenera ætas debebat institui.[Volui exordiri]Incipere , &
auspicari, inde exordia. Exordiri est incipere res maiores. Vnde
Silius poema suū ita auspicatur. Ordior arma [Aetati tuę ado-
lescentię, quę medijs officijs formari debet. Ista.n. media officia,
quæ dicuntur, omnib. cōia sunt, & cōia appellantur, & cuique
ætati sua tribuūtur. [Aptissimum]decens, & conueniens, nam
adolescens his officijs ad habitum uirtutis instituendus est , cū
in ipso nō possit esse uirtus, quia uacat prudentia, quæ magna
rerum experientia comparatur, sed est indoles, & quoddā uir-
tutis signū, & sic in pueris nō potest esse uitium, quia nō agūt
cū consultatione, & deliberatione, sed est in ipsis quædā probi-
tas aut improbitas. Vnde scribit Arist. j. Eth. Iuuenē nō esse ido
neū auditorē philosophiæ, iuuenē .s. ætate, & moribus, quippe
senes libidinosi, & praui iuuenes sunt, & nō plus in se pensi ha-
bent, quā iuuenes ætate, qui feruore quodā sanguinis incitati,
& affectu, quo illa ætas, vel maximè ducitur, appetunt uolupta
tes, & nō continentur ratione, quæ affectib. uincitur, debemus
audire præcepta ad bene viuendū, & ita uiuere, ut præcipitur ,
quòd iuuenis spernit, cū per ætatem quid philosophia velit , &
polliceatur, expendere non possit, atq. dispicere . Præcepta igi-
tur de officiis Cic. adolescenti aptissima erant, vt .s. bonus fieret.
Vnde fortunati dñr adolescētes apti ad rerum cognitionē, qua
seipsi perficiūt. Habet hoc optimū in se generosus animus (in-
quit Seneca) ꝙ cōcitari ad honesta . Auctoritati meæ grauissi-
mum, dignissimum, & conueniens grauitati meæ. Nā decebat
Cic. grauē, & summæ æstimationis in rep. virū de officiis ad fi-
lium scribere, qui rōni paternæ parere debet, quod Cic. sufficiē
ter p̄stare poterat, vsu rerū edoctus. Auctoritati, dignitati, ma-
ximè cū scribat ad filium, qui est tanquā appetitus obtēperans
rōni . Vnde pueris dantur pædagogi, vt illis pareāt, tanquā re-
ctę rōni, quā pueri nondū habere possunt. [Sed cū statuissem]
hoc est secundū huius præfationis membrum quo Cic. hortat
ad eam philosophiæ partē, quæ mortem purgat, & bonum effi
ciens uirū ad naturę p̄fectionē sternit iter, & ad extremū huma-
ni ingenij bonum, affectat viam. Ceteræ quippe disciplinæ, quā
quam liberales dñr.i. homine libero dignæ, acutū reddere pñt
adolescentē, sed non bene moratum, qm̃ de tali eruditione nō
loquuntur liberalia studia, dicit Seneca, hactenus utilia sunt, si
p̄parent ingeniū non detineāt: tam diu .n. in istis immorandū
est , quandiu nihil animus agere maius potest, rudimēta sunt
nostra, non opera . Quare liberalia studia dicta sint uidet, quia
hoīe libero digna sunt . Ceterum unū studiū uerè liberale est,
quod liberū facit, hoc est sapiētiæ sublime, forte, magnanimū,

Posthac ante hac qd significent.

Fortunati adolescētes q dicātur.

Studia liberalia unde dicta.

certa

certa pusilla.& puerilia sunt[Statuissem]iudicassem, censuissem, decreuissem.[Posthac] Deinceps.[Exordiri]Incipere,auspicium facere.[Maximè,potissimũ]Et in primis.[Aetati tuæ] Iuuenilibus annis quos pcepta instruunt,& exẽpla, his etenim humani affectus, veluti quodã ciuili edicto coercẽtur, & obligantur, atq. pcepta ipsa hortantur ad officia, quib. parat uirtutum maximum humanæ docilitatis bonũ.Natura,inquit Seneca non dat uirtutẽ.Ars est bonũ fieri: Virtus nõ cõtingit aĩo nisi instituto, & edocto, & ad summũ assidua exercitatione pducto,ad hoc quidẽ, sed sine hoc nascimur,& in optimus quoque antequã erudias,uirtutis materia,nõ virt⁹ est.[Aptissimũ conuenientissimũ,qm talib.pceptis, & institutis instruenda est. Adolescentia, & iuuenilia ingenia formanda sunt ad decoros mores.Ingenij uis,ait Seneca,præceptis alit,& crescit, nouasq; persuasiones adijcit innatis,& deprauata corrigit. [Auctoritati]paternæ dignitatis,& senatoriæ, consulariq; æstimationi,in epist.ad Att.dicit: De officio magnificè explicam⁹ alloquamur Cic.Quid.n.melius pater filio.[Grauissimum]Decentissimum, præcepta siquidem profecta à consummato sene maximũ habent pondus atq; momentũ,& oracula quędam existimari debent[Nam cũ multa sint]probatio est propositionis.[Grauia] Quantum ad sententias,& pondera rerum, circa quas philosophia uersatur.[Vtilia]Cognitione.s.& uitæ humanæ ad beatè uiuendum.[Disputata]subtiliter inuestigata, & mandata literis. [Latissimè patere] Extendere sese ad omnes,& ad omnia, & hoc probat,quoniam nulla est uitæ pars, quæ officio uacare debeat.cetera,quæ in philosophia scribuntur,non se ad omnes ætates extendunt aut conueniunt, vt de rebus naturalibus, & diuinis,de aĩa eiusq; immortalitate, officia autem unicuiq. ætati accommodata sunt, & sic latius patent. latè intelligimus ad multos,latissimè ad oẽs [De officijs] studiosis actionibus, media officia intelligit siue communia, quæ à Stoicis neq; in bonis,neq; in malis ponebantur,sed esse talia dicebant,vt de illis certa ratio reddi posset,quare facta sint,quod autem ratione actum esset,id officium appellabant.[Tradita]mãdata literis,ut posteris prodessent. [Pręcepta] ad regulam preceptionis redacta i.præcipiendo tradita,& docendo. [Nulla] Enim uitæ pars,confirmatio superioris probationis,[Nulla pars] Nulla actio vitæ humanæ.[Neque publicis, cũ uersamur in negocijs reip.& sic innuit gubernationem ciuilẽ. Nulla,inquit, est pars uitæ, q̃ debeat uacare officio, aut cum uersamur in negocijs reip.aut priuatis,aut causas forensibus.i.extra domum, aut in reb.domesticis.i.in cura rei familiaris tuendæ.Et sic tetigit tres partes moralis philosophię, in quib. homines uersari debẽt cũ officio:Politicam quæ est circa gubernationem ciuilem, Oeconomicam quæ est ad rem familiarem tuendam,& gubernationẽ familiæ,ac Ethicen, quæ uersatur circa gubernationem cuiusq. hominis singulatim,nã prius dẽt quis Ethicen noscere .i. seipsum moribus excolere,& uirtutes morum adipisci,& se perficere. Inde gubernare familiã, postea remp.gerere.[Priuatis] Cum non sumus in magistratu,sed priuati,& quidq̃d agimus, ab officio seiũgi non dẽt, de his oĩbus pcepta tradit Cic.[Si tecum agas]quid nã quisq; bene institutus ipsa turpitudine ostẽditur,& nactus latebras eam aspernatur,cũ propter se fugiẽda sit.ergo si soli sumus, & aliquid agimus, non debemus officio vacare.Ideò dicit Cato apud Cic. in lib. de Fin. Quis animo æquo uidet eum,quẽ impurè,& flagitiosè putet uiuere?quis nõ odit sordidos,vanos,leues,futiles?quid autẽ dici poterat si turpitudinem non ipsam per se fugiendam statueremus,quo minus homines tenebras,& solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant,nisi eos per se turpitudo ipsa deterreat?[Si cum altero contrahas]Si facias cum alijs contractus uẽdendo, emendo, & si utaris aliorũ cõmercio.de his contractib.loco suo dicetur.[Vacare officio] .i.non põt esse sine officio. Vaco interdũ significat uacuũ esse, unde dicimus uaco officio.i.sum sine officio,& sic iungitur cũ ablatiuo.accipitur etiam in aliam significationem cum iungitur cũ datiuo, vt uaco literis.i.do operã, & incumbo.[In eoq; excolendo]Dũ excolitur.nã in operatione studiosa.i.officio consistit honestas.i.ipsa uirtus.[Sita]Posita,nam cũ officium dimittimus, honestatem retinere nõ possumus,sed labimur ad uitia,quib. nihil põt esse inhonestius,& turpius.[In negligendo]Dum negligit,nam in parua actione, quæ est contra officium, consistit ipsa turpitudo.i.uitiũ, quo nihil põt esse turpius,& hæc necessario subsequuntur. nam si in officio consistit honestas,necesse est,ut neglecto officio, negligatur honestas.i.uirtus,& curratur in uitium,quod uirtuti contrariũ est. Vnde uult Arist.hominem esse felicem,dum uirtutem exercet, cum autem dormit,quamuis habeat uirtutis habitũ,non uult esse felicem, dicitq; parum tunc ab alijs differre.Ideò dicet postea Cic.cum de prudentia loquetur, omnem laudem uirtutis consistere in actione.Igitur officium nunquam est negligẽdũ. In ultimo de finib.sic scribit. Somnum denique nobis nisi requietem corporib.& medicinã quãdã laboris afferret, contra naturam putaremus datum:aufert.n.sensus,actionemq; tollit omnem.[Grauia] præclaris sententijs subnixa.[Vtilia]Humanæ perfectioni apta,& mentis cultui. [Accuratè]Pẽsiculatè, diligẽter.[Copiosè]diffusè.[Disputata]Tractata,expurgata, declarata.[Latissimè patere]Ad omnem ætatem,statũ,sortẽ,atq. fortunã se extendere.latè patere id dicitur,quod multos complectitur,latissimè uerò quod omnes.[Tradita]Efficaciter data,inculcata,repetita,ut altius imprimerentur, & quasi infixa mentib. inhærerent. Tradere hoĩes discipulis præcepta dicuntur,ait Sen.non traditur quod fugit.[Præcepta] Monstrata iure quodam præceptionis,ammonitionis,& exhortationis.præcipere est iubere,docere,formulasq; constituere, inde pceptũ, & pręceptio.Pars hæc actuosę philosophiæ præceptiua dicitur, & cum decretiora conspirat,utiliter, & conuenit.[Forensibus] Ciuilibus,extra domum tractatis,unde domi forisq;.[Tecum agas]quid solus cõmeteris,& te ipso vtaris ad aliquid honestũ opus.[Contrahas]Negocieris emendo,vendendo,nominaque faciendo,contrahere est cõtractus i.mutuas obligationes exercere.[Vacare]Carere,vacua esse. [Officio] actione congruentĩ naturæ vsibus,vnde cathicon.i.conueniẽs,& decens dicit à græcis.[Excolendo]Dum excolitur.i.exercetur,& frequẽtatur.[Sita]Posita,locata.[Honestas]Commẽdatio,nitor,& decor[Turpitudo]vituperatio,probrũ,dedecus,infamia.[Atque hæc quęstio]Inquisitio.i.inquirere officia,& de his dare præcepta in q̃bus consistit honestas,est cõmune omnibus philosophis, nam qui nulla officiorum præcepta tradiderunt, non sunt appellãdi philosophi. Alibi dicit:Quærendi initium ratio attulit, quæ præfert virtutem cum esset ipsa ratio confirmata quærendo, quæstio autem est appetitio cognitionis,quæstionisq; finis inuentio.[Nullis]Tradendis præceptis, nulla tradendo præcepta de officijs.i.de actionibus, quæ ad uirtutem ducunt, dixit Cic. quæstionem de officijs ad omnes philosophos pertinere, sed quia sunt nonnullæ philosophorum sectæ,quæ cum malum finem proponant de officio, quod semper ad bonum finẽ tẽdit, præcipere non possunt,omnia.n. media quibus ad malum finẽ propositum itur,mala sunt.Ideò dicit. [Sed sunt nonnullæ disciplinæ] Cõfutat opiniones quorundam philosophantium de summo bono, ut constituat illud extremum, ad quod omnia referãtur,de quo in principio dictum est,& imitatur Arist. qui in j.Eth. summum bonum constituit, confutatis quorundam opinionibus,& hæc pars ad dogma pertinet, vt dictũ est. Refellit eos Cic.qui summum bonum in aliqua re ponebant, quæ honestate vacaret,& nihil haberet cum uirtute cõiunctũ. Aristipp.Cyrenaicus,qui Cyrenaicam philosophiam instituit, & Areta eius filia,quæ illi in schola successit in uoluptate, quæ maximè sensum moueret,summum bonũ posuit.post eum Epicurus.Quanquam de ipso alij aliter sentiunt,& plures habet adsertores.Iudicabat.n. Epicurus illum esse beatum,qui habetet uirtutem, sed ipsam uirtutem non satis esse ad beatam uitam, quia beatum efficiat uoluptas, ponebat Epicurus summum bonũ in omnium dolorum priuatione,quã stabilem uoluptatẽ appellabat.aliã uerò qua sensus hiãt mouentẽ. In ij.de fin.sic ait:Cũ Epicuro autẽ hoc plus negocij est,q̃ è duplici gñe voluptatis coniunctus est, & alibi. Qui igitur conuenit ab alia uoluptate naturam proficisci,in alia summum bonũ ponere, Callippo & Dinamachus honestati uoluptatẽ adiũxerunt.Diodorus carere omni molestia,cum honestate, summũ bonũ putauit,Hieronymus indolentiam posuit, ambo hi Peripatetici fuerũt.Carneades Cyrenaicus Academicorũ optimus, ut Stoicis sede opponeret, in quos positiones obnixè defendentes ingenium ipsis exarserat, in primis naturæ ultimum finem locauit,quem virtuti adiunctum magnam auctoritatem habiturum dicebat, Stoici summum bonum putauere consentire naturæ,qđ esse uolebant è uirtute.i.honestate uiuere,quod sic interpretabantur uiuere cũ intelligẽtia earum rerũ, quæ natura euenirent eligente ea,quæ essent secundũ naturam,reijciẽtẽq; contraria.

contraria. Honestũ quod ducatur à conciliatione naturæ Zeno Citicus statuit finẽ esse bonorũ, q. princeps Stoicorũ fuit, nã correxit (ut dictum est) disciplinã ueterũ Academicorum, & peripateticorũ. Zeno primus in lib. de nat. hoīs dixit. Finẽ esse secundũ naturam viuere, id autẽ secundũ uirtutẽ, ad eam quippe natura nos ducit. Similiter & Cleantes in lib. de volupta te, & Possidonius, & Hecato in lib. de fin. Pyrrho Eliensis Plistarchi filius præter virtutem nihil appetendum reliquit, negabat .n. quidquã, aut turpe esse, aut honestũ iustumue, vel iniustũ, eademq; ratione in omnibus quidquã verũ esse, sed lege atque consuetudine cũcta homines facere, nec vnũ esse agẽdũ potius quã aliud, cõsequẽs ad hæc illi vita fuit: nihil. n. declinãs omnia sustinebat. Aristoch. Zenon. auditor idem ferè tenuit, omnia quippe apud illos in differentia erãt, vt inter optimè ualere, & grauissimè ægrotare, nihil interesset, qui reiecti fuerunt, naturam omnino relinquentes. Nã Pyrrho nihil appetẽdũ reliquit, Arist. autem quodcunq; occurreret, quod cũ tenerent virtutẽ è medio tollebant. Dum. n. in vna virtute sic omnia esse uoluerunt, vt eam rerũ selectione spoliarent, cũ propriũ prudentiæ sit habere delectũ bonorum & malorũ, uirtutẽ ipsam cuius nomẽ usurpabant, sustulerunt, nã prudentia non habebat quod ageret, aut ubi pedẽ poneret. Ablatis omnib. officijs, officia vero tollebantur oĩ delectu, & discrimine remoto: quæ. n. poterãt esse apud illos officia, omnibus rebus exęquatis, vt inter ipsas nulla esset differentia, nec dicerent vnũ esse agendum potius quàm aliud In ij. de Fin. loquens de varijs philosophorum opinionib. & primis naturæ sic ait: Quæ cũ Aristoni & Pyrrhoni uisa sint pro nihilo, ut inter optimè valere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse, rectè iampridẽ cõtra eos desitum est disputari. Heril. Chalced. discipulus Zenonis in sciẽtia summũ bonum posuit, cum audiuisset ab Arist. & Theoph. vehementer esse laudatũ, hic profecto quoddã bonum uidit, sed nec optimũ, nec quo vita gubernari posset, naturam & corpus omnino reliquit, animum duntaxat amplexus, quod eũ sentiret, & teneret oẽm consilij capiendi causam intentionemq; officij sustulit. Ergo hi tres de officio disputare nõ possunt, quod apud ipsos nullũ est. cũ nullam faciant differentiam in rebus, quarum aliæ sunt secundũ naturã, aliæ cõtra, & oĩa officia proficiscantur à natura, & illi coniuncta sint, cum homines, duce natura, summum bonum appetant, quod officio cõparatur, officia cõiuncta naturæ firma, & stabilia tradi nõ possunt nisi ab his, qui optimum finem proposuerũt, cũ ab ipsa natura quosdam igniculos, & virtutũ simulacra habeamus. sunt enim prima elementa naturæ, quib. auctis virtutis quasi carmen efficitur. Ergo cũ ita nati, factiq; simus ad extremum naturæ properandum est. Id aũt cõsequemur si optimo fine proposito delectabimur officijs, quibus honorũ omniũ extremum paratur, ad quod natura ipsa nos creauit, aliter posito fine, qui vacet honestate, omnia officia peruertentur. Nam qui in diuitijs summum bonum ponit, tollit amicitiã, liberalitatẽ & ipsam deniq; iustitiam. quæ cõi utilitati consulit. Qui in voluptate, tollit tẽperantiam, Qui in indolentia, tollit fortitudinem, quantũ uirtutum ab ipsa natura (ut dictum est) principia, & quasdã scintillas habemus. Arist. di. Summum bonum proprium quid, taleq;, esse diuinamus, ut auferri facilè nequeat; ea uero quæ pecunijs incumbit, uiolenta quædam est uita, ipsęq; diuitiæ non sunt id, quod quærimus bonũ: utiles. n. sunt, & ob aliud quæri solent. Diuitiæ igitur instrumẽtũ uirtutis esse debent, quo utimur ad honestas actiones, in quibus actuosus consistit. finis ergo, qui talẽ utilitatẽ ab honesto segregat, honestatem retinere nõ põt, & deprauat officium quod est actio secundũ uirtutem. Nonnullæ disciplinę, sectæ philosophorũ, & rõnes habẽtes propriã artem, & dogma, disciplina est etiam bonus uiuendi modus in rep. unde quæritur alibi Cic. se incidisse in perturbationes veteris disciplinę, inde discipuli dicunt imitatores Sic apud Iuuen. in tabulam Syllæ si dicant discipuli tres. i. qui sequebantur Syllã in proscribendis ciuib. [Peruertunt] Deprauãt, & non seruãt officiorũ ordinem, cũ finem male constituerint. Nã qui probat quare omne officium peruertitur, & confutat primum illorũ opiniones, qui in diuitijs summũ bonũ statuunt, qm̃ diuitiæ appetuntur non propter se, sed ob aliud, ut. s. familiã tueamur, amicos, propinquos, affines, ac summũ bonũ propter seipsum expetitur, & diuitiæ quidem sunt, quædam bona, sed nõ semper, & qui diuitijs incubat, ipsasq; amplectitur, non potest esse liberalis, aut iustus, aut amicus. [Sic] hoc pacto constituit finem bonorum. [Cum uirtute] Nulla est coniunctio uirtutis cum diuitijs, & voluptate, immò eas spernit [Idq;] Summũ bonum. [Metitur] mensurat, adæquat, statuitque esse in diuitijs [Commodis] vtilitatibus, uoluptate, exclusa omnino uirtute. [Nonnullæ] aliquæ Hoc est tertiũ membrũ quo Cicero ostẽdit classicos, doctores, quos in actuosa philosophia imitari debeat, & colere [Disciplinæ] Philosophicæ institutiones, uiæ, ac modi præceptionis, & artis uitæ degendæ. disciplina dicitur ars, eruditio & regula, unde actus disciplina reip. modus, & ratio priscæ ciuilitatis, disciplina militaris. Disciplina dicitur respectu discẽtiũ. Doctrina uerò docentium, est tamẽ eadem res. Interdum, inquit Sen si ea ciuitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur. & alibi. Pars uirtutis, disciplina constat, pars exercitatione, & discas oportet, & quod didicisti agendo confirmas [Propositis] constitutis, & terminatis, ut signis quibusdam, ad quæ actiones dirigantur [Finib] Terminis. i. summis bonis, ad quæ natura (ut ipsi dicunt) respiciat, & à quib fugiant [Officiũ peruertãt] obliquẽt in cõtrarium, atq; detorqueant, ut id s. sit contra uerũ ordinẽ naturæ, quod tales philosophi opinantur esse decorũ, & ad naturã ut sunt aristippei, & epicurei summũ bonum uoluptate, ac proprijs commodis dirigentes, & æstimãtes. [Instituit] ordinat, ponit, decernit [Suis cõmodis] Proprijs delectationibus, & compendijs Non honestate, uirtute, & eius actione [Metitur] mensurat, & æstimat, expendit, atque dirigit .i. qui decernit summum bonum esse diuitias, & iucundum ipsius sensus motum, & titillationẽ [Si sibi consentiat] .i. uelit esse sibi consentaneus, nec discrepare à se ipso, & uitæ proposito, non colet illas uirtutes, quæ in cõitate consistunt, & alijs prosunt, ut est iustitia, & liberalitas, qui diuitias summum bonum statuit, ut sibi sit consentaneus, nihil dabit cuiquam. [Naturæ bonitate] Quæ dedit nobis uirtutũ semina, & inchoauit uultq; nos recta pergere ad ipsam uirtutem. id ad finẽ humanũ consequendũ. [Neq; amicitia] Quia omnia amicorum debent esse cõia, & qui statuit finẽ in diuitijs, nõ erit amicus, quia uult omnia pro se & pntat se esse infelicem, si de suo aliquid minuatur. [Neq; iustitiã] Qm̃ iustitia tueri debet societatẽ coniunctionis humanæ, cui sunt adnexæ, pietas, liberalitas, benignitas, comitas [Neq; liberalitatem] Quæ uersatur circa erogandas pecunias, & nunquã põt esse diues, cum pauca sibi relinquat [Fortis uerò] refellit illos qui ponebant summũ bonum in indolẽtia, nam tolleretur fortitudo, quæ pro decoro seruando patitur dolores, & mortem [Iudicans]. i. is, qui iudicat dolorẽ esse summum malum, & nõ dolere summũ bonum. [Aut temperans] Refellit illos, qui uoluptatẽ statuebãt finem esse bonorũ, quippe tolleretur temperantia, quæ spernit uoluptates. Ille igitur non põt esse fortis, qui putat summum malum esse dolorem, nec temperans esse potest, qui putat uoluptatem esse extremum bonũ. [Quæ] supradicta non posse illum esse tẽperãtẽ, qui ita arbitratur [In prõptu] manifesta, & nota omnib. ut non sit opus de hac re subtiliter inquirere, & disputare, tamen, inquit, sunt & disputata à nobis, & literis mandata. In Lucullo Dial. ait: A me, ea quæ in promptu erant, dicta sunt, à Lucullo autem reconditiora desidero. [Alio loco] i quinque lib. de fin. bon. & mal. In j. Torq. sectator Epicuri partes illius tuetur, qui (ut dictum est) in uoluptate summum bonũ posuit. In ij. refellitur Epicuri ratio. In 3. introducit Catonem sedentẽ in bibliotheca Luculli, quæ erat in Tusculano, circundatum libris Stoicorum, & secum disputantem de fin. bon. & mal. secundum sententias, & opus Stoicorum, quos Cato perfectus Stoicus imitabatur, & illarum opiniones tenebat. In 4. refellit Cic. rõnes Cato, appellatq; illius argumentũ, plũbeum pugionẽ. In 5. & ulti. introducit Philonẽ Peripateticũ cũ Põponio Attico. L. Cic. qui erat Cic. patruelis cum Q. fratre disputante in academia, quæ erat prope Athenas summo bono constituto, à ueteribus academicis, & peripateticis. [Si sibi consentiat] decreto suo congruat. seruetq; cõstantiam, neq; uacillet, sed uiuat ad dogma, ut. s. uita opinioni respondeat, scitoq; consentanea sit, dictum est de tali constantia, & incõstantia in lib. de Fin. [Naturæ bonitate] Genuina probitate, q̃ natura sequitur humanæ societatis cõciliatricẽ, hominẽ homini applicantem, & cõmendantẽ [Vincatur]. i. superetur praua opinio de bonis, & malis, & potius naturæ obediat quã decreto [Amicitiã] uirtutem, oĩa cum amico cõia habentẽ, & amici cõmodis consulentẽ, & laborantem. [Institiã] uirtutem tribuentem cuique, quod illi debetur. [Liberalitatem] Virtutem lætã, dare aliquid, & nõ accipere. hoc enim

ut est, sic ducit honestius [Iudicans] decernēs statuens maximū esse malū, dolorē, & optimum indolentiam, q̄ analgisia dicitur à græcis, hoc Hieron. Rhodii placitū fuit [Statuens decernens, iudicās. [Ita] sic, taliter. [In promptu,] in aperto, ac manifesto, & quasi ad manus. Promus dicitur qui ex penaria cella penus educit, Condus qui reponit. Foris est promus ait Horat. Et Plaut. in Asi. Ego sum promus, Condus procurator peni [Disputatione] Pressa perscrutationē, probationēque. [Alio loco.] Quin. lib. de Fin. qui dogmatici. i. decretorij dici possunt. de decretis etenim uarijs philosophorum agitur, hi autē qui sunt in manibus, quāuis mixti sint, tamen à maiori parte, præceptiui sunt, & appellantur, & iccircò post illos ponendi, & legēdi, quoniā hęc præceptio ad illa tendit capita. [Hæ disciplinæ igitur] Inquit Cic. cum planum iam sit, non posse disputari de officijs ab his, qui malū finē proponūt, quod pertinet ad malitiam, & stultitiam, tales inquā non possunt de officijs disputare, quoniam officia semper ad honestum statum tendunt, sequitur illos non posse dicere aliquid de officio: qui statuunt, finem bonorum aut in uoluptate, aut in dolentia, aut diuitijs, aut in aliqua alia re, quæ uacet honestate. [Disciplinæ] Philosophorū rationes & uiæ, siue doctrinæ, ac regulæ [Cōsentaneæ] .i. si uelint ea dicere, quæ proprio decreto non repugnēt. Is dicitur esse sibi consentaneus, in quo nihil est repugnās, qui finē bonorum uoluptatē statuit, temperantiam laudare non pōt, si sibi uult esse consentaneus, cum illa uoluptati sit inimica. Itaque uidēdū est non solum quid quisq; dicat, sed esse q̄d illi dicere consentaneum sit. i. conueniens ratione finis, cui consentire debet quicquid agimus, ne inepti uideamur, & imprudentes, subeamusq; inconstātiæ crimē ac notā. [Neq; ulla probat] Quare non possunt de officio dicere. [Firma] Quātū ad animum, qui dēt esse in proposito firmus, & uera opinione de summo bono perseuerare [Stabilia] quantum ad exercitationem, optimum quippe finem prudenter cōstituere debemus, inde cōstanter agere, & exercere officia, omniaq; media, quibus ad constitutum finem rectè itur, hoc non poterat præstare Epicurus inconstans in opinionibus, & factis. Nā quāuis benè uiueret, laudabat tñ uoluptatem. Vnde cum esset instabilis, nō poterat dare præcepta de officijs stabilia, nec illi, qui nullam in rebus faciunt differentiā, nec unum agendū dicunt potius quā aliud, nec ille qui ponit summū bonū in sola sciētia, quoniam actiones corporis non curat, & naturā. Relinquitur ergo confutatis, & reiectis falsis opinionibus Academicos, peripateticos, & stoicos, qui summum bonū in uirtute ponebāt, & firmi, stabilesq; erant in eorum opinionibus & sententijs, tenens obnixè suū dogma, cui addicti erant, posse dare præcepta de officijs firma & stabilia. In j. de fin. sic ait: Nec satis est iudicare quid faciendum, non faciendum ue sit, sed stare etiā oportet in eo, quod sit iudicatū. Vnde Arist. in eth. perfectæ actionis has ponit conditiones, si agens ex habitu agat, si eligat sic agere, & firmo, ac immutabili proposito agat. [Cōiuncta naturæ] Quæ dedit nobis principia virtutis, ut nos ipsi postea bonis artibus perficeremus, unde officia debent sequi naturam, q̄ uult nos recta ad uirtutē pergere, in qua illud extremum consistit. Aliter nulla esset differentia inter naturā hominis, & ceterorū animalium, quod quā sit absurdum, quisq; à natura bene institutus iudicare potest. Nam ea rōne, qua geramus uobis simile in specie, habemus naturam cōmunem cum reliquis animalibus, & etiam plantis, ea ratione, qua sensus exteriores, habemus, cōes natura nobis cū ceteris beluis, quæ sensus habent, tactum, gustum, uisum, odoratū, & auditum. Sed ea rōne, qua homines sumus rationē habentes à natura datam, qua nihil est in nobis diuinius, distamus à bestijs. ergo cū natura dederit rōnē, dedit nobis principium ad omnes uirtutes consequēdas. Vnde oīa officia debēt esse coniuncta naturæ, ut illa duce properemus cū ratione, & recta quidem ratione ad finē nostrum, ne aspernari illius munus, & benignitatē uideamur, quod illi faciunt, qui bruta uiuunt animalia, quo in hoīe habēti rōnem .i. intellectum nil pōt esse turpius. Actiones illorū, qui malū finē cōstituūt, nō pñt naturæ cōiūgi, q̄ ab oī turpitudine abhorret, & p̄ se nil nisi honestū, & hoīs præstantia dignum, amat, sed corrupti mores deprauāt naturā, nec curāt honestatem, ut natura iubet. Vnde fit, ut p̄cepta de officijs, q̄ naturæ cōi parēti conueniāt, & coniūcta sint tradere nō possunt, cū ipsi ad id nitantur, & omnibus mediis cōtēdāt, à quo natura, uel maxime abhorret. Nihil. n. est magis naturæ cōiunctum, quā uirtus, nihilq; ab ipsa alienius quā uitiū. Vnde sequitur ab his solū dari præcepta de officijs posse, qui in uirtute summum bonum ponunt, & ad illū properant officijs, quæ à natura nō discrepant. Virtus, inquit Sen. secundū naturā est. Vitia inimica, & infesta sunt. Virtus certè oritur in nobis ex electione earum rerū, sunt secundū naturā, & ad conseruationē illius tendūt, oīs ars naturā ipsam adiuuat, Philosophia vero est ars uitæ, & naturæ opitulatur, q̄ hoīem inchoauit. [Nisi ab his] Qui solā. i. a Stoicis, q̄ in bonis nihil ponebant, præter uirtutē, nam bona corporis, & fortunæ (ut dictū est) non adiungebant ad finem bonorum, sed aliqua æstimatione digna censebant, & uirtutem satis esse ad bene, beateq; uiuendum. [Solā] Quoniā stoici nihil expetendū dicebāt, præter solā uirtutem, & dicebat honestum esse solum bonum, ut ait Horat. in j. de Fin. & Chrysippus in libris de Honesto. [Aut ab his qui maxime] .i. peripateticis, & Academicis, q̄ dicebāt uirtutem maximè expetendā esse, & ante alia oīo, sed post uirtutem, cui datur primus locus, bona corporis, ut homo non sit deformis, ac bona fortunæ, ut sit diues, si uult esse plane felix, diuitias. n. dicunt esse instrā q̄dam ad actiones honestas: non. n potest exercere liberalitatē ille, q̄ est pau p̄ & inops. Arist. sñia: Is qui est oīno deformis, non est aptus ad felicitatem, & ille qui est in maximis calamitatibus, quāuis habeat oēs uirtutes, non potest esse felix, sed bonus, quod stoici negabāt, dicentes beatā uitam descensurā in oīa tormenta. itaque summum robur uirtuti dabāt, quā uidebantur eneruare peripatetici, cum alia quædam iungerēt ad finem bonorum, quem stoici in sola uirtute constituebāt. Rigida est stoicorum opinio, peripateticorum autem humanæ accōmodatior, quæ & animum perfectum habere cupit, & etiam corpus, quibus duobus homo constat, ut in princ. disputatum est [Maximè]. i. ante omnia dicebāt peripatetici uirtutem expetendam, & præponendam omnibus alijs rebus, sed nō posse uitam beatam esse, & beatissimam in sola uirtute, ut stoicis placebat. & cum dicerent peripatetici uirtutem expetēdam maximè, relinquebātur quædam. i. expetenda post uirtutem ad decorandam humanam felicitatem. Hæc fuit opinio ueterum academicorum, & peripateticorum, qui rebus congruentes, nobilibus tamen differebant. [Itaque] Cōcludit Cic. dicens, hanc p̄ceptionem de officiis pertinere solū ad stoicos, peripateticos, & Academicos, qui in constituendo finē naturā ducem imitantur, à quo origo summi boni petenda est. [Est propria] non pertinet ad alias, nisi ad has tres disciplinas. [Ea præceptio] Pręcipere de officijs. i. actionibus studiosis ī uita humana tendentibus ad honestum finem. [Consentaneæ] Congruentes, & à suis scitis nō discrepantes, atq. iudicijs. [De officio] Decenti actione, consonaq; parenti naturæ, quæ uirtutes in hoīe inchoauit, & ad illa instruxit, & subornauit. Generosus, ait Sen. est ad uirtutem bene à natura cōpositus. Nulli uos tuitio natura cōciliat, illa liberos integros genuit. [Præcepta] Documenta, & formulas actionum. [Firma] non uacillantia, uel metabunda. i. bene fundata in primis naturæ cōmendationibus, & inuitamentis [Stabilia] Bene radicata in iure naturali, atq; decreto, quod latissimè patet, & cui nihil potest derogari. Quapropter Arist. Appellatus naturale primum, cui congruere debent ciuilia iura, & instituta. Ad hoc primum. Sūmi philosophi respexerunt, & optimi principes, quorū æqua moderatio, & popularitas officium fuit, nō regnū, sed tale semen penitus euanuit, & argentum nostrū, atque aurū in scoriā degenerauerunt, homoq; homini factus est ex deo lupus. [Coniuncta] Affixa, adhærentia, illiq; semper congruentia, à natura siquidem petitur agendi principiū. i. officij formula, & probabilis rō uitæ, modusq;, nam qui magistra utitur natura, ad illius certè leges, & summa cōponitur officij, & destinatur [Qui solam] .i. à stoicis, qui nihil extra uirtutem bonū esse decreuerunt, quapropter apud illos sola uirtus in appetitionē cadebat. id. n. dr̄ appetendum, qd̄ est bonū. [Propter se] ob propriā naturā, & dotes, q̄ sunt satis ad bene, beateq; uiuendū, explicatū est hoc decretū, & aliqua ex parte uellicatū in 3. & 4. de Fin. Vera bona, inquit, stoicus Seneca, illa sunt, q̄ ratio dat solida, ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrescere quidē, aut minui. Cetera opinione bona sunt, & nomē quidem habēt cōe cum ueris, proprietas autem boni in illis non est. Itaque commoda uocentur, & ut nostra lingua loquar, p̄ducta. [Ab ijs qui max.] ueterib. Academicis. i. Platonicis, & Aristotelicis, qui tria genera posuerūt, principatumq; uirtuti adscripserūt, gradusq;

Promus quis dicatur, & quis cōdus.

Consentaneus sibi quis dicatur.

Virtus secundū naturā est.

Quæ ad felicitatē requirantur.

Quæ sint uera bona.

gradusq; statuere bonorum, ut.s.minima diceret externa, maiora corporis, maxima uero animi.i.uirtutes, q̃ humanę rõnis absolutionis, & consummationes diniuūtur.[Ea pceptio] Traditio præceptorum, admonitionem, & ordinis uitę cū decoro, & è natura degendæ [Academicorum] Platonicæ militiæ, cui appellationem dedit Academia Platonis gymnasium, [Peripateticorū] Sectatorum Aris. qui in Lyceo docens, & inābulans peripateticum se appellauit. Hę duę sectę nominibus tantū differentes, re ipsa cōgruebant.i.de bonis malisq: idē senserunt, ut in ult.de Fin.ostendit Cic.[Qm̃ Aristonis] Rñdet tacitæ obiectioni, & refellit Pyrrhonem, Aristonem, & Herillum, poterat.n.obiici, Etiam Pyrrho, Aristo, & Herillus possunt pcipere de officiis, qm̃ in uirtute summū bonum cōstituerūt, quemadmodum Stoici, Academici, & Peripatetici. Rñdet Cic. dicēs ipsos potuisse quidem de officio disputare, si reliquissent aliquē delectum in rebus, & actionibus, ut esset ingressus ad officiū, sē cū apud illos omnia promiscua sint, & nihil agendum tanquā bonum dicat, aut reiiciendum tanquā turpe, malūq;, cum nullam in actionibus humanis drīam ponant, & virtutem ipsam selectione spoliet qua eliguntur ea, quæ ad finē naturæ coniunctū perducunt, nō pñt disputare de officiis, q̃ debent esse coniuncta naturæ, quam illi omnino relinquebant, cū dicerent, nihil esse magis scd̃m naturam quam aliud. Vnde electionē & intelligentiam earum rerum, quæ naturæ cōgruerunt, & earum q̃ illi cōtrariæ essent relinquebant, & p cōsequens ipsam uirtutē q̃ electio est, aut non sine electione, ut dictum iam est. Cum.n.ea, quæ naturę conueniunt eligimus .i.omnia honesta, & ea fugimus quæ naturæ contraria sunt, & infesta.i.turpes actiones & uitia, uirtutē habere dicimur: Qui uero uirtutē selectione spoliant ipsam uirtute, & prudētiam, sine quā non mō nō potest esse, sed ne intelligi quidem virtus, è medio tollunt, quāuis usurpant nomen uirtutis quę nulla esse pōt. ubi nihil relinquitur expetendum, quod naturę magis cōiunctum sit, quā aliud, sequeretur.n.magna uitę confusio, vt tam turpia, quàm honesta agere, virtus esset, hi ergo nō possunt tractare officium, quod semper ad honestatem respicit, quàm illi à turpitudine non seligebat, dicentes agendū esse quidquid in mentem inciderit, & hoc modo dicebant hominem vacare anxietatibus, cupiditatibus, timore, & alijs affectibus, & illā esse beatam vitam in qua nihil est magis expetēdū, quā aliud. Viues, inquit Arist. apud eundem in lib. de Fin. magnificè, atq; præclarè, si quodcunq; visum erit ages, nunquàm augeris, nunquā cupies, nunquā timebis. Cū igitur talia sentiret, locum officio non relinquebat, quod sequitur honestatē, & turpitudinem fugit, quippe si studiosi esse volumus, necesse est vt turpia ab honestis discernamus, quod Pyrrho, & Aristo minimè fecerunt.in vlt.de Fin.sic ait.Multa sunt dicta ab antiquis de contemnendis, ac despiciēdis rebus humanis, hoc unū Aristo.tenuit præter vitia, atq; virtutes negauit esse rē vllā, aut fugiendā, aut expetendam.Herillus cū sola scientiam, & animi perfectionem amplecteretur, de officijs pertinentibus ad vitā degendā disputare non poterat, quoniam nil aliud agendū in uita censebat, quā contemplari, & philosophari, & sic causam consilij capiendi in ipsis actionibus relinquebat, & naturā quæ vult, vt corpus curetur, & animus. Aliter corpus, & corporis par tes frustra dedisset ipsa natura, si animum tantum curari vellet, & sic vita humana sustentari non posset, quapropter istorū sententia merito explosa fuit. Et sic Cic. per hanc confutationem constituit summum bonum humanū in operatione studiosa, & intelligentia earum rerum, quæ sunt secundum naturā, & earū, quæ contra. Ad hunc ergo finem, i.ad ipsam virtutē, tanquàm ad signū quoddam omnia officia dirigenda sunt. Iō d.Sene.nō disponet singula, nisi is, cui uitæ suæ proposita est summa. Scire debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere, ac moderari manu telum, errāt cōsilia nostra, cum non habēt, quo dirigantur, ignoranti quē portum petat, nullus sē suus ventus est. Et alibi dicit: Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factū nostrum, dictumq; respiciat, veluti nauigantib. ad aliquod signū dirigendus est cursus, vita sine proposito vaga est. [Quoniam Arist.] Occurrit tacitæ obiectioni Cicer. paucisq; ostendit, hos philosophos praue de principijs naturæ, ac progressu indicantes, & statuentes non posse præceptiuam hanc partem tractare, & explicare officia quorum initia peti à primis naturæ dote, & commēdationibus, quæ primigenia nominauit M. Varro ab istis philosophis nullo loco numerata, & pro nihilo habita. Aristo. fuit Chius, Stoici dogmatis, ferrea quadam, & præfracta opinione æmulator. Nam & præter virtutem nihil appetendum dixit, vt ceteri Stoici, & primus nullā esse in rebus hūmanis, & vsib. naturæ necessarijs differentiam asseuerauit. Hoc idem fecit Pyrrho Eleus septicorū.i.cōmentantium, & de omni re dubitantium auctor, atque sectarius Herillus Chalced. in sententia summum decreuit bonum. Cato, vt Stoicus apud eūdem in 3.de Fin.dicit: Explicatur deinceps differentia rerum, quā si nullā esse diceremus, confunderetur omnis vita, vt ab Aristone, cum inter eas res, quæ ad uitā degendā pertinerent, nihil omnino interesset, neq; ullū delectū adhiberi oporteret. Et alibi, Prima illa naturæ, siue cōtraria sub iudiciū sapientis, & delectum cadunt, estq; illa quasi subiecta materiæ sapientiæ. Absurdi sunt & hi, qui cum scientia uiuere vltimum bonorū, qui nullam rerum differentiam esse dixerunt, atq; ita sapientem beatum fore nihil aliud alij momento ullo ante ponētē, vt quidam Academici constituisse dicunt extremum bonorū, & summum munus esse sapientis, obsistere visis, assensusque suos firmè sustinere. Piso Peripateticus apud eūdem in vlt.de Fin.dicit: Sæpe ab Arist. & Theoph. mirabiliter est laudata per seipsa rerum scientia. hoc vno captus Herillus scientiam summū bonū esse defendit, nec rē ullā aliā per se expetendā. Multa dicta sūt ab antiqs de cōtēnendis, & despiciēdis reb humanis, hoc unū Arist. tenuit, pter uitia, atq; uirtutes negauit rē esse ullā, aut fugiendā, aut expetēdā. Iampridem, lōgo iam tēpore. [Explosa] Reiecta & exclusa. Explodo nō tm̃ significant eiicio, sed eiicio manib. & quidem cū sono pulsantibus, & æqualiter quēpiam è domo, è theatro, ex aliquo ue cōcilio interiectione manuū, atq; pulsatione eiicimus. Vnde snīa dr̄ explosa, quasi pulsatione manum eiecta, tanquam ipsi illi, qui huius snīæ auctores ab ipso cœtu iniectis in eos manibus reiecti sunt. Anazarchū (auc. Euse.) Pyrrho audiuit, q̃ nec sensu nec rōne quidquā posse comprehendi docens, magno risu omniū explosus est. Huius opinionis auctor fuit Zenophanes, quē Pythagoras, & Nessas audiuerūt, Nessam Metrodorus, Metrodorū Diogenes, Diogenē, Anazarchus, Anazarchū Pyrrho. Tamen quāuis ezplosa & reiecta sit [Haberent ius suum [.i. possent iure suo disputare. [Si aliquē delectum [Si potuissent aliquā drīam in rebus agēdis, ut aliquid agendū esset, potius quā aliud. Hr̄e.n. delectū rerū est inter res ipsas, circa quas humana uita uersat̄, ponere aliquā drīam, ut aliquid agendū sit tanquam honestū, aliqd uero fugiēdū tāquā turpe. Delectus dr̄ a deligo deligis, quod idē quod seligo, & eliso, & facito differentiam, vnde selectio dicitur à Cic. Virtutem, inquit, in libris de finib. Pyrrho, & Aristo, selectione spoliabant. Isti igitur non ponebant aliquā differentiam in rebus appetendis, aut fugiendis, sed res ipsas promiscuas dicebant, cum proprium prudentiæ sit bonorum, malorumq; habere delectum. Aequatis autem omnibus reb. ut inter has nihil intersit, prudentia non habet locum, & si perit virtus, cuius nomen illi vsurpabant, in ea summum bonum ponentes, quæ apud ipsos nulla esse poterat, cum nulla esset rerum selectio. Pyrrho, & Aristo, prima naturæ .i. bonā valetudinem, membrorum integritatem ac sensum, & similia non curant virtutis splendore capti, quapropter explosi sunt, quoniā virtus inuenta fuit non vt naturam desereret, sed vt illā adiuuaret ad conseruationem eorum, quæ homini tribuit. temperantia enim valetudinem tuetur, fortitudo & se, & suos.

Margin notes: *Aristonis opinio de officijs.* — *Officia omnia ad quæ dirigēda sint.* — *Aris. quis fuerit.* — *Arist. opinio.* — *Delectus unde.*

ADD. Explosa] Ignominiosè reiecta, & exclusa tanquam è Theatro quicunque spectatoribus non arrisissent. Explodere est collisione manuum ac sono, nec nō sibilo effugare, cōtumelijsq; afficere. [Qui tamen] Quāuis explosi sint, inquit, Cicc. attamē quia virtutem ac scientiam bonū summū decreuerūt, possent pcepta tradere officiorum, si posuissent conuenientē differentiam in primis secundum naturam, siue primigenijs, à quibus oritur offm̄.i.actio naturæ usibus necessaria, consentaneaque. Cato apud eūdē Cic.in 3.de Fin.d. Initijs ita constitutis primū est officium. Id.n.appello catheco, vt se cōseruet in naturæ statu, deīceps, vt ea teneat, q̃ secūdū naturā sint, pellatq; cōtraria. Stoici ergo, nisi tenuissēt hoc rerū humanarū discrimē, atq; delectū i eadē cā essent, qua Pyrrho, & Aristo, apud quos nulla officij origo inueniri pōt, cū oīa æquata sint, & prudentia officij magistra nullū habeat locū. Vñ d. Cic. alibi, Quæ adhuc Cato à te dicta sunt, eadē dicere posses, si sequerere Pyrrhonē, aut Aristonē: nec.n.ignoras si ijs istud honestū nō mō summum, sed

etiam

etiam (vt vis) ſolum bonum videretur. Quæro igitur nõne tibi
faciendum idem ſit nihil decenti bonum, quod nõ rectum, ho
neſtumq; ſit? reliquarum rerũ diſcrimẽ oẽ tollenti? reſpondet
Cato: Certè ſi tollerem, ſed relinquo. Nam explicatur à uobis
differentia rerum, quam ſi nõ nullam eſſe diceremus, confun-
deretur omnis vita, vt Ariſtone, neque ullum ſapientiæ munus
inueniretur, cum inter eas res, quæ ad vitam degendã pertine-
rent, nihil omnino intereſſet, neq; vllũ delectũ adhiberi opor-
teret. [Suum ius] Propriã poteſtatẽ, & libertatẽ. [Diſputandi]
Quærendi, & via, modoq; diſſerendi, ac præcipiendi, cũ in virtu
te ſummum bonum ponant, quã tñ peruertũt, è medioq; tol-
lunt prudentiam omnis honeſtatis formã, & ducem, cum om-
nia exęquent, pariaq; faciant, nullum deniq; relinquãt diſcri-
men. Nam virtus aut ſelectio eſt, aut non ſine ſelectione, quæ
officium dirigit, & comitatur. Rerũ. i. eorum omnium, quę nec
virtuti adnumerantur, nec vitio, vt ſint commoda corporis, &
fortunæ, nec non his contraria, & fugienda, ſed tales philoſo-
phi inter optimè valere grauiſſimeq; ęgrotare nullam dicẽbãt
eſſe drĩam. In 3. de Fin. dicit. Quid aũt apertius, quã ſi ſelectio
nulla ſit ab his rebus, quæ contra naturam ſint earum rerum,
quæ ſint ſecũdũ naturã, toll tur demũ omnis ea, quę q̃ritur,
laudaturq; prudẽtia [Delectũ] Selectionẽ, atq; diſcrimẽ rerum
aſſumendarũ pro vſu vitæ, ac reijciendarũ. [Ad officij inuẽtio-
nẽ] Offm̃ nõ põt inueniri & cõſtitui, niſi honeſta diſcernãtur à
turpibus, illi nullũ relinquebãt ingreſſum ad officia, cũ omnis
res ita exæquarent, vt inter ipſas dicerent nihil intereſſe. eſt n.
officiũ agere honeſta, turpia verò contra officium. Sed cũ dici-
tur nullam eſſe differentiam inter honeſtum, & turpe, non re-
linquitur ad intus ad inuentionẽ officij, habito autẽ rerum de-
lectu ſtatim officium inuenitur agere. ſ. quòd honeſtum eſt, &
turpitudinem fugere, Plat. in dialogo de voto ſic ait. Prudẽtes
ſunt quicunq; agenda, dicẽdaq; cognoſcũt, qui vtraque igno-
rant, ſed nõ cognoſcũt, vt agentes, & loquentes quæ non opor
tet. Igitur cũ iſtorũ ꝓpria ſit p̃ceptio de officijs. [Hoc tp̃e] ſcri-
pturus de officijs inquit. Volo potiſſimum imitari Stoicos, &
maximè Panetiũ, qui de officijs accuratiſſimè ſcripſit, quẽ ferè
totum his lib. Cic. hauſit [Hoc tp̃e] quo. ſ. ad te ſcribimus, quẽ
medijs officiis, cum in ea ætate ſis, in qua non potes habere per
fectam prudentiã ad perfectũ officiũ, quod in ſapientem ſolũ
cadit, præparare, ac ducere cupio. Segregabo, inquit, media of-
ficia, ſiue cõia de ipſis ad tuam inſtitutionẽ, cæterorũq; ſcribã,
vt tandem ad perfectum, ſiue rectum peruenias. i. ad tuã perfe-
ctionem & felicitatẽ, quam Stoici in ſola virtute ponebant, cui
nomen indidere honeſtum, & cum dicit hoc tp̃e, oſtẽdit Cicer.
nolle diſciplinã Stoicorum ita tenere, vt aliàs reijciat, cum ſe
Academicũ profiteretur. Volo, inquit, præſentia potiſſimum
imitari ſtoicos, nec volo ipſorũ ſingula verba interprætari tan-
quã illorũ ſectæ addictus, & diſciplinæ, ſed id accipiã, quod mi-
hi videbitur probabile, vt decet Academicũ. Et vtitur pulchra
translatione. Locos. n. graues, & ſtoicorum opiniones appellat
fontes, ex quib. vult haurire. i. accipere id, quod probabile uide
bitur. [potiſſimum] Maximè, quia non relinquit diſciplinam
peripateticorũ, & Academicorũ, ſed id accipit ubique, qđ con-
uenit materiæ, de qua ſcribit. In hac quæſtione, inquiſitione of
ficij. [Sequimur ſtoicos] Scribã, inquit, de medijs officijs, quæ à
ſtoicis, neq; in bonis, neq; in malis ponebatur, ſed eſſe dicebãt
actiones, de quib. reddi poſſet certa ratio, vt ſunt hæc officia, q̃
literis à Cic. mãdantur. Nam Zeno recte facta ſola in bonis po-
nebat, peccata in malis, officia aũt media putauit. Vñ cũ Cicer.
intendat rudes inſtituere, & homines ea rõne qua uerſantur in
ſocietate ciuili, & non ſunt prudentes, dat præcepta officiorũ
. i. actionum, de quib. poſſit reddi ratio [Non ut interpretes.]
Non ꝙ velim, inquit, tanquã illorum diſciplinæ addictus inter
pretari ad verbũ ſentẽtias eorũ. i. latinè exprimere quidquid il-
li græcè ſcripſerunt, ſed hauriam è fontib. eorum quæ proba-
bilia uidebuntur, vt facere in alijs operibus ſcribendis cõſueui.
Cic. n. (vt ſupra dictũ eſt) noluit ſibi aliquã certã præſcribere di
ſciplinã philoſophorũ, ſed ex omnibus id quod melius, & pro-
babilius videbatur, elegit, oratorioq; ornatu cõplex⁹ excoluit.
In j. de Fin. ſic ait. Quod ſi nos non interpretum fungimur mu
nere, ſed tuemur ea, quæ dicta ſunt ab his, quos ꝓbamus, eisq;
noſtrũ judiciũ, & noſtrũ ſcribendi ordinẽ adiungimus, quid ha
bet cur græca anteponit his quæ & ſplendidę dicta ſunt, neque
ſunt cõuerſa de græcis? [Iudicio noſtro] Iudicabo, inquit Cic.
tanquàm arbiter, non interpres, quid ex opinionib. ſtoicorum

Zenonis opinio d̃ officijs.

tenendum ſit, & ſic laudat ſe dicens futurum ſe iudicem, & ar-
bitrum ſtoicorum. Interpres ad uerbum exprimit id, quod in
terpretatur, nec aliquid addit, aut minuit, hoc eſt officium fidi
interpretis Iudex ante habet delectum, & ea tenet, quæ proba-
bilia uidentur, reijcitq; improbabilia, in quo delectu habendo
opus eſt iudicio, quod Cic. ſe iam habere latẽter gloriatur di-
cens ſe nolle fungi in hoc interpretis officio, ſed iudicis, atque
arbitri, quod maius eſt. Arbitrium quippe iudicium eſt, nõ om
ne iudicium eſt arbitrium. Iudicium. n. ratione nititur, arbitriũ
etiam voluntate pro qua ponitur aliquando. Iudex enim de iũ
re ſolum iudicare debet, & non tranſgredi limites rationis, &
præſcripta legum, arbiter aũt pro uoluntate ſua. Arbiter enim
propriè eſt iudex electus ex conſenſu partiũ, vt pro ſua uolun-
tate diiudicare, & comprimere poſſit controuerſias, vt poſtea
dicet de Labeone. Qui datus fuit arbiter Nolanis, & Neapoli-
tanis diſceptantib. de finibus agrorum. Cic. igitur non vt inter-
pres, ſed vt arbiter accipiet ex opinionibus ſtoicorũ quidquid
placuerit ei melius, & probabilius iudicio, arbitrioq; ſuo uide-
bitur. Arbiter, inquit. Nõ. n. dicitur iudex qui totius rei habeat
facultatem, & arbitrium dicitur ſententia quæ ab arbitro
ſtatuitur. Intentionẽ officij, actionis naturæ congruentis. [Adi-
tus] Ingreſſus, acceſſus per intelligentiã. ſ. earum rerũ quas ap-
petit natura, & ſequitur, & illarum, quas auerſatur, & quoad
põt, declinat. Apud illas diſciplinas nullũ habent officia locũ,
quæ nullam præ ſe ferunt prudẽtiã, ſed cõfuſionẽ vitæ profitẽ-
tur, vel maximã. [Sequimur] Imitamur ea libertate, quã nobis
dat Academia, non. n. in verba certi magiſtri iurauimus, ſed ſe
quimur quodcunq; probabile uiſum fuerit, uiuimusq; in diẽ.
[Quæſtione] inquiſitione, ac perſcrutatione officiorum, quæ
cathecontra uocant græci, conuenientia, & decentia noſtri. [Po
tisſimum] Maximè, ac in primis [Non ut] Inter tanquàm lati-
nè exprimentes Stoicorũ decreta & præcepta, nolo, inquit, ap-
pellari interpres operis alieni, ſed auctor officiorũ, & magiſter,
voloq; meus eſſe, non alienus [E fontibus]. i. locis, atq; ſenten-
tijs rigabo, inquit meũ hũc hortulũ ſtoicis aquis, & officiorũ
præcepta concinnabo porticalibus inſtrumentis, & ſeueri ſu-
percilij calamiſtris, [Quoq; modo] Quacunq; uia & rõne. [Ar-
bitrio] Volũtate ac libertate, quã habeo, vt Academicus. [Hau-
riemus] Delibabimus, aſſumemus, noſtrũque uſum faciemus,
benedicta quæcunq; cõia ſunt, & aliqua cõmutatione uerbo-
rũ occupãtis fiunt honeſtiſſimè. Turpe eſt ſeni, d. Sen. aut pro-
ſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere, aliquid de tuo
profer, omnes iſtos nunquã auctores, ſed interpretes ſub alie-
na umbra latẽtes nihil exiſtimo habere generoſi, nũquã auſos
facere aliquid quàm diu didicerunt, memoriã in alienis exer-
cuerunt, aliud eſt. n meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe eſt rem
commiſſam memoriæ cuſtodire. At cõtra ſcire eſt & ſua facere
queq;, nec ab exemplari pendere. Ego utor via uetere, ſed ſi
priorem planioreq; inuenero, hanc muniam, & qui ante nos
iſta mouerunt, non domini noſtri, ſed duces ſunt. patet omni-
bus ueritas, nõdũ eſt occupata, multũ ex illa futuris relictũ eſt.

Interpres quis dicatur. Arbitriũ a iudicio ĩ quo differat & ĩ quo iudex ab arbitro.

Meminiſſe in quo a ſcire differat.

Franciſci Maturantii Peruſini interpretatio librorum de officiis M. Tullii Ciceronis.

SAtis cõſtat poſt occiſum Iul. Cæſ. hoc à Cic. opus editũ fuiſ-
ſe, & quo tp̃e M. Brut. timore cõpulſus Athenas nauigauit,
ubi à plebe auide ſuſceptus, & decretis ornatus Theonneſtum
Academicũ, & Cratippum Peripateticum audiuit, multos Ro-
manorum principum filios, qui philoſophiæ operam dabant
Athenis fuiſſe, interq, eos Cic. filiũ, quẽ pręcipuè laudabat Bru
tus, ſe illum admirari, inquiẽs ſeu uigilia, ſeu ſomno ductum,
ꝙ ita generoſus eſſet ac ita tyrãnos exoſus. Cratippus ipſe Mi-
tylenæus, fuit auct. Plu. Sed Cic. filius ſub Bruti auſpicijs exer-
citum ductauit, & circa Billidem in Epiro, C. Anton. ſuperauit,
& plurima ſtrenuè geſſit. Fuit poſtea uir conſularis, & Aſiam
proconſul cum imperio tenuit, licèt parenti morib. & ingenio
haud mediocriter diſſimilis, adhuc ſcribi. Omnes autẽ exordij
proprietates huic p̃fationi fermè adeſſe uidẽtur. Nam à perſo-
na ſua beneuolentiã colligit, cũ officium ſuum ſine arrogãtia
extollit, magnum dicẽs attuliſſe latinis hominibus adiumẽtũ,
& nemini adhuc græcorum contigiſſe, vt idẽ forenſe dicẽdi, &
quietum diſputãdi genus ſequeretur, docilẽ reddit, & attẽtum
ab utilitate rei, ꝙ latiſſimè pareant, quæ de officiis præcepta
traduntur. Eos demũ in odiũ rapit, qui aut in uoluptate, & ua-
cuitate

Cratippus.

mitate doloris summum bonum ponũt, aut nullũ rerum delectum relinquũt. Sed ante omnia minus honestã suspicionẽ diluit, quod fieri debere in exordijs ipse, & Quint. præcipiunt quoties incidit. Occurrere.n. poterat filius, quod mihi philosophiæ præcepta das pater, Nõne ego Athenis à græco doctore instituor, esto respondet pater, placet tamen vt idem, quod nos efficias, & cum græcis latina cõiungat, vt parem habeas in vtraq; lingua dicendi facultatẽ. Ordo est. Tamẽ idẽ tibi censeo faciendum, vt par sis in vtriusq; orationis facultate, vt ego &c. Quanquã. Annum vt profecisse iam aliquid credibile sit. [Idq; Athenis] Non in quauis ciuitate, sed Athenis quas omniũ bonarum artiũ inuentrices ipse vocat Cice. vbi (quod idem ait) omnis doctrina & nata, & alta est. [Oportet] Necesse est, & rõnẽ statim subiungit. Præceptis: ad Cratippum referas. [Institutis] Ad Athenas. sunt.n. præcepta seu præceptiones ipsa disciplina, qua instruimur. Instituti uero boni mores consilio, & ratione sumpti. Apud Valerium Max. titulus est de institutis antiquis, quasi de moribus antiquis. Institutiones sunt pceptiones quibus instituuntur, & docentur homines, vt Quint. de Oratoria institutione lib. [Doctoris] Cratippi. Quem peripateticorũ principẽ ætate nostra esse omnes prædicant. [Vrbs] In qua omnis ars liberalis semper maximè floruit. [Alter] Doctor [Altera] vrbs. [Tamen] Hic apertè suppositionem diluit. [Ad meam] Et hinc attentum reddit, eandem.n. ad filium peruenturam vtilitatem innuit, si & ipse idem facere voluerit. [In philosophia] Cum triplex philosophia sit hic moralem accipe. [In philosophia] Vt eam græcè solum discerem, aut traderem, quoniã volui ẽt latinè id facere. [Dicendi exercitatione] Apud sophistam & rhetorem in declamationibus, aut in foro in veris causi. Idem: vt cum græcis latina coniungas. [Vtriusque orationis] Græcæ & latinæ. [Quã quidẽ ad rem] Hic officium suum sine arrogantia laudat. Cum latinis hominibus magnã attulisse vtilitatem sibi viderit, quòd philosophiã latinis literis tradidit, quæ usq; ad eam ætatem latuerat, ut in Tusc. quæs. ipse ait [Nostris] Latinis. Virg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. [Vt non modo] In hoc inquit latinis hominibus profuit latinis literis philosophiam tradẽs, vt græcarum literarum ignari discere eam iam possent, quod antea facere non poterant, cum græcè tantum traderetur. Qui autem græca cognoscerent, nostra cum græcis conferentes de scriptis iudicarent. [Discendum] Ad ignaros. [Iudicandum] Ad doctos referas. [Quamobrem] Euacuat nunc suspicionem penitus. Et discito, inquit, à Cratippo quandiu voles, ego minimè impedio, mea tamen vt legas moneo, non ut rem, sed ut uerba tantum imiteris, ut copiosius latinè dicas, aut scribas. In quo attentũ reddit, cũ utilitatem quã consecuturus est, ostendit [A principe] Cratippo [Quam diu. uo.] Et quãdiu uelle debeat subiungit quoad. s. tantũ profecerit, quantum sufficere arbitratur. [Pœnitebit] Parum uidebitur. Liu. cum iam uirium haud pœniteret, hoc est cũ non paruę uires uiderentur. Terẽt. Hic quantũ operis fiat pœnitet. [Nostra] Quæ de morali philosophia latinè scripsimus. [Non multum à peri. diss.] Et hic occurrit obiectioni, potuisset enim filius dicere, Academicus es pater, ego uerò à Peripatetico instituor, respondet parum Peripateticis Academicos dissentire, & se Stoicum atq; Academicum in hoc opere esse uelle, hoc est Stoicorũ, & Academicorũ decreta sectari. Peripatetici genera bonorum tria esse dicebãt, maxima animi, secunda corporis, tertia externa. Nec multo ueteres Academici secus. Socrates Ethicẽ primus inuenit, cui Plato successit, qui ueterem Academiã instituit. fuit & media quã Archesilaus induxit, & noua quam Lacydes inuenit. Arist. Platonis discipulus fuit, à quo dum adhuc super uiueret, recessit. Vnde dixisse illum tradunt, Arist. in nos recalcitrauit, non secus atque in matrem pulli geniti. Mortuo Platone cui successit, absente Aristo. Zenocrates. Non legatus Atheniẽsium. Ad Philippum profectus erat, Peripatũ in lycio elegit, illicq; usque ad unctionem deambulans cũ discipulis philosophari solebat, atq. ideò Peripateticus uocatus est, Peripatin.n. deãbulare est. Alij propterea sic appellatũ asserunt, quòd ex ægritudine conualescentia ac deambulanti, Alexandro assistens quædam dissereret. Vbi uerò plures esse cœperant, sedens docebat, Peripateticæ igitur sectæ princeps fuit, à quo Peripatetici fluxerũt. Qui (ut dictum est) cum Academicis idem ferme sentiebãt. Socrates nihil bonum dicebat esse nisi honestate, quẽ secuti postea sunt Stoici. Quorum sectæ Zeno Citicus auct. fuit. Sic uerò dicti sunt à porticu, quæ pisianacta nomine, & pœcile uocata est, ubi docere Athenis est solitus, græcè autẽ porticus Stoa nominatur. iidem prius poetæ, deinde Xenonij appellati sunt [Socratici] Vt sola honestatem bonum esse dicamus. [Platonici] Vt esse animi bona asseremus. Sed non sola. Sectã Socratis (ut diximus) & opiniones secuti Stoici, Platonici, Peripatetici, parum ab illis quantum ad mores, & uirtutes attinet diffidentes primus Plato non omnino id secutus, quod Socr. uolebat. Qui solam uirtutem bonum esse prædicabat, tripartitã bonorum diuisione excogitauit, ut essent bona animi, bona corporis, bona externa, & sic sectæ Peripateticæ uiam dedit. Arist.n. & qui cum secuti sunt Platonis opinionẽ amplexi. Si cõtra Stoicos argumentari solebant, hominem nõ ex aĩo tantum, sed ex animo simul & corpore constare, idcircò bonis corporis, & externis indigere. Imò Arist. bonũ esse, inquit, philosophari, sed non egentibus. idem ait impossibile esse, aut certè non facilè præclara ab eo agi, cui desunt facultates. Et ut apertius rẽ intelligas, nihil bonũ nisi uirtutem Stoici dixerunt. Peripatetici uerò summum bonũ eam esse. Sed non solum uoluerunt. non enim corporis, ut robur, bonã ualetudinem uelocitatem & externa, ut diuitias, nobilitatem excludebant. [De reb. ipsis,] Hoc est de finibus. Qui diuersi fuerunt, ut docet Cicer. lib. de Fin. & Tusc. lib. 5. Tui, inquit, iudicij sit eligere quam uelis sectã amplecti, & quæ dogmata sectari malis. Siue Stoicos, siue Academicos, siue Peripateticos præferas Vnum à te peto, ut nostra legas, quod tibi ad eloquentiam proderit. Nam copiosior in dicendo euades. [Legendis nostris] Gerundium est, non participium. Liu. lib. 2. de secundo bello Pun. His audiendis, credendisq. opportunè maior in dies multitudo Siracusis confluxerat. [Nec uero] Se laudare nimium uisus erat, q̃ dixerat orationem autem latinam efficias legendis nostris pleniorem, & idcircò ne arrogãs habeatur, hoc ueluti ad excusationem subiũgit. [Arroganter] Insolenter, superbè, arrogamus nobis ea assumentes, quæ nostra non sunt, tribuimus alijs quæ merentur. Cic. Non tantum mihi arrogo, quantum tibi tribuo. Cũ omnem, inquit, ætatem meã in dicendo consumpserim nõ debeo, si dicendi gloriam mihi assumo, arrogans haberi [Philosophãdi] Confiteor enim multos in philosophiæ doctrina me esse pstantiores. [Aptè] Pro materiæ qualitate, vt grauia graui, mediocria mediocri, humilia humili efferantur oratione. [Distinctè] Ad figuras refertur uerborũ, & sententiarũ, quę si rare (ut ait Cic.) Disponentur, distinctã sicuti colorib. si crebro collocabuntur obliquã reddent orationem. [Ornatè] Hoc ad elegantiam, compositionem atq. dignitatem pertinet. [Aetatem cõsumpsimus] Nã à 24. uel 27. anno incipiens Cic. semper usque ad ea tempora quib. occupata à Cæsare resp. est, in foro, iudicijsq. est uersatus. Et ipse ad Q. scribens: Nullus inquit, dies est, quo non dicam pro eo. In priore ætate semper apud sophistã declamauerat. Vẽdicare, assumere, & quasi appropriare ac mecum esse dicere. [Quamobrem] Concludit & hortatur, ut non solum orationes suas legat, sed hos de philosophia libros, qui eloquentia & ornatu non carent, & si in ipsis orationibus uis maior est, ubi in aduersarium acriter dicitur, & omnia in contentione fermè posita sunt. Aequarunt, quantum ad ornatũ attinet, non quantum ad figuras dicendi, & uehementiã, [Aequabile] Quod uno tenore & eadem figura contextum apparet, quam in oratione uariare necesse est. Nam cum nostra argumenta confirmamus, & aduersariorum refellimus intẽtiore utimur oratione, cum crimẽ (cuius accusamur) minuimus, aut ad misericordiã concitamus leuiore, ac remissiore [Temperatũ] mediocre, inter sublime, & humile [Et id quidẽ] continuò declarat. [Foresẽ] Quo in orationibus utimur, quas in foro iudiciali recitamus, qđ uehemẽs, & cõcitatũ plerunq. solet esse. [Hoc] Quietũ, quo de philosophia scribẽs uti soleo. Quietum dicit q̃n raro contingit orationẽ intendere, cum disputet admonẽdi gr̃a, nõ uictoriã de aduersario apud iudices cõparãdi. Aliud aũt est in umbra (ut si dicã) exerceri, aliud in uero certamine uersari. [Nisi fortè] Noĩat cõplures, quos nõ negat utrũq. cõseq potuisse, si uoluisset ĩ utroq. labore. Sed altero relicto, ĩ uno tñ claruisse. dicit, se aũt utrũq. esse cõsecutũ. [Forte] hoc cũ dicat cõcedere se, Demetriũ utrũq. adeptũ esse significat. fuit is Phanostrati filius, Phalereus à tribu noĩatus, q̃ Athenis phalerias dicebãt. Erat aũt post Piræũ portũ in litore propinquo. Nã multitudinẽ Cecrops puetustus Atheniẽsium rex in 12. populos diuisit, quos & trib⁹, & ciuitates uocãt. Theseus postea

Tria genera bonorum, Arist.

Peripatus.

Bona animi, Bona corporis Bona externa.

postea ex omnib. vnã ciuitatẽ effecit. Singuli aũt populi in vna mœnia coacti sua nomina retinuerunt Auct. Str. Sed Demetrius auditor fuit Theophrasti, atq; illi admodũ familiaris. Et à Cassandro viro cui ciuitas Atheniẽsis parebat, præfectus vrbi impositus, anno 10. præfuit, æreis statuis 360. honoratus, quarum plures equestres erant, & in curribus, seu bigis stabant. Summo studio intra 300. dies famæ consummatę, post Cassandri obitum paucorum odio & inimicitijs fugere in Aegyptum coactus est, vbi ab Aspide mœnium morsus è vita migrauit. Auct. Str. & Laert.

Diogenes. Diogenes reliq t historias, orationes, libros de Rhet. sed in orationibus quidem parum vehemens fuit, & concitatus primusq; (vt Quint. ait) inclinasse eloquentiã dr. Sed in medio dicendi genere omnibus à Cic. præfertur, in disputationibus de philosophia peracutus. In vtroque vero gñe dulcis & suauis, qualem dicebat esse Theophrasti discipulum, cui Tytan prius nomen erat. Sed Theoph. Arist. ob diuinam elocutionem appellauit. Hunc præterea dicebat fræno indigere, quod excellenti acumine ingenij cuncta facillimè assequeretur.

Callis. Callisthenem verò calcaribus, quoniã tardus ingenio esset, Arist. discipulos omnes ingenio, & doctrina superauit [Nos autem] seipsum laudare arrogantis est, ideoq; ait vtrunq; me genus secutum esse affirmo. Quantum vero in vtroque profecerim alijs iudicãdũ relinquo. [Equidem & Pl. &c.]

Plato. Dem. Non negat fuisse apud græcos qui consequi vtrunq. potuissent, vt Plat. & Demonst. sed hunc dicit contempto forensi dicendi gñe, quieto, disputandi de philosophia delectatu. Illum contra forense duntaxat amplexũ Plato Aristonis filius Atheniensis, à Solone genus duxit pro egregio corporis habitu, cum apud Aristonẽ argiuum palæstritem exercentur, Plato cognominatus est, cũ prius ex aui nomine Aristodes vocatus esset, quãuis ob orationis vbertatem, & miram latitudinem, quidã sic appellatũ putent, siue quòd ampla fuerit fronte, fertur Socrates oloris pullum vidisse per somnium in gremio sibi plumescere. Qui continuo exertis pẽnis, & expansis alis in altum euolans suauissimos cãtus ederet, postero die cum à patre sibi commendatus esset, hic ait cygnus est quem vidi, audiuit Socr. & illo mortuo Cratillum Heraclyti discipulum, & Hermogenem, eius paruuli in cunis dormiẽtis apes labellis mel inseruerunt. Singularem eloquij suauitatẽ eius ore emanaturã significantes. Nam tãta fuit eius loquentia, vt vulgo diceretur Ioueũ si humano sermone vti vellet, non alia quam Platonis lingua locuturũ. de quo ait Quint. Quis dubitet Plato esse præcipuũ, siue acumine disserendi, siue eloquendi facultate, diuina quædam & homerica, multũ si supra prosam orationem & quã græci pedestrẽ vocãt, surgit, vt mihi nõ hominis ingenio, sed quodã delphico uideatur dei oraculo instructus. [Si ge. fo. tract. uo.] Hoc est foro operam dare, & causas agere. [Grauissime] ad sentẽtias. [Copiosissime] ad ornatum refertur [Et Dem.] Huic Demosth. panis habebat, cognominatus, cum Oropi cãm egisset Callistratus, magni tũc noĩs orator, & ingenti fuisset admirationi, ob eius gloriã. Adolescẽs adhuc Demosthenes adamauit, & omissis ceteris disciplinis ad id vnũ se exercuit, vt dicendi facultatẽ nancisceretur præceptore Iseo maxime in orando efficaci vsus est. fuit & Plat. auditor, magnãq. ab eo vtilitatẽ ad dicendũ suscepit. auctor Plut. Decem vno tẽpore fuerunt Athenis oratores, quorum longe princeps ac penè lex orandi Demosth. fuit, vt Quint. tradit. [Illã] philosophica præcepta de moribus & rebus naturalibus, de cœlo & similibus, Splendidè, eleganter, luculenter, [De Arif.]

Arist. Qui Nicomachi filius Stagirites fuit, & plurimũ.n eloquentia valuit, priusq; iudicialem scripsit orationem, & de arte Rhet. li. composuit. Sed magis philosophiæ, quã foro operam dare voluit. Dubitat Quint. scientia rerum, an scriptorum copia, ac eloquendi suauitate, ac inuentorũ acumine, ac varietate operum hunc clarioré putet. [Isocra.]

Isocra. Hic Athen. fuit, Theodori filius ex dicto, Gorgiæ Leontini discipulus eloquentię pater à Cic. appellatur, ex cuius ludo (vt idẽ ait) meri oratores, vt ex equo Troiano meri principes, exierũt. habuit enim præstantissimos discipulos, inter quos Theopõpus, & Ephorus maximè claruerunt. Quorum habenis alter, calcaribus alter indigere ab eo dicebatur, hũc nitidũ ac cõptum, & palestræ magis quã pugnæ accõmodatũ, omnesq; dicẽdi veneres sectatum dicit Quin. nec immerito, qñ auditorijs se, nõ iudicijs comparauit, in inuentione facilis fuit, honesti studiosus, in composi. adeo diligens, vt cura eius reprehendatur. [Sed cũ sta.] Hic docilem facit breuiter, quib. de rebus dicturus sit ostẽdens, simul & attentum reddit. Latissimè patere dicens, quę de officijs præcepta sunt tradita. [Hoc tẽpore.] Quo ociosus sum, & à forensibus laboribus, senatorijsq. muneribus liberatus. [Multa posthac.] Quod fecisset nisi è medio sublatus fuisset [Exordiri.] Incipere. à textore sumpta est translatio. Hora. de Hom. Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. [Aptissimum ætati tuæ] adolescens erat M. Ci. Quæ ætas, cum lubrica sit & facilè labefactari soleat, maximè indiget moralis philosophiæ præceptis. Quibus in via virtutis detinetur, à qua voluptatibus plerique deliniri, quæ dulces videntur, cum amaritudo virtuti permixta sit, facilè discedunt, & præcipites in vitiũ ferũtur. Optima itaque à principio tradẽda pueris sunt. Quod Quint. placet. Quia tenacius hærent, quæ nudis animis percipiuntur, vt sapor, quo noua imbuas durat. Et Virg. ait. Vsque adeo in teneris consuescere multum est. Sed occurrit quod ait Arist. Iuuenem idoneum auditorem ciuilis disciplinæ nequaquã esse, cum & rudis sit earum rerum quæ in vita versantur, de quibus tractet ciuilis disciplina, & affectus sequatur, vt inaniter auditurus sit, cum non cognitio sed actio finis sit. Soluit quæstio aliquã partem philosophiæ. Si non oẽs, iuuenis ætati accommodatam esse, & in hoc lib. de cuiusque ætatis decoro tractatur. Quid adolescentem, quid virũ, quid senẽ deceat, potest & aliter solui, philosophiæ, vt medicinæ duo esse officia, curandi, & præseruandi. Curat medicus præsentem ęgritudinem, dat & pharmachum contra futurã ne accidat, multi antidota sumunt ne honesta postea venena noceant. Eodẽ modo philosophus à præsentibus vendicat vitijs, & à futuris conseruatur. Sicq; aptissima est iuueni moralis philosophia, vt vel pręsentia abigat vitia, si qua sunt, vel cautos reddat, ne in illa labantur. Sed si moralis philosophiæ idoneus auditor iuuenis non est, quando disce? certè nunquàm. Et Plato ait. Ab ipsa adolescẽtia institutos esse conuenire, vt pro quibus oportet gaudeam & doleamus Sed reuera illum intelligit Arist. qui vitijs deditus sit, & cupiditatibus obtemperet. Nam (vt idem ait) nihil refert ætate quis iuuenis sit an moribus, non enim in tempore est defectus, sed in diuidendo, & persequendo singula, secundum animi perturbationem. Nam talibus quidem, inquit, inutilis erit ista cognitio, quemadmodum ijs qui incontinentes sunt. Qui vero cupiditates suas rationi subijciunt, ijs ista scire admodum proderit. Idẽ, bene institutum moribus esse oportet eum, qui de honestate, & iustitia, & omni ciuili ratione auditurus sit. Satis arbitror probabiliter his quæ diximus solutam quæstionẽ. Grauissimum, quid enim magis decet senem, quã ea tradere quæ mores instruãt, & homines meliores reddant? [Auctoritati] Aestimationi receptæ de mea virtute, & integritate opinioni [Nam cum multa &c.] Nihil latius patere in philosophia dicit his quæ de officijs tradũtur. Quæ cum virtutis actione significent, agi quidquid quod ipsis vacet in vita nõ potest, omnem ergo actionẽ honestam cõplectuntur. Mira autem est operis laus, per quã maxima ostẽditur vtilitas. [Multa] Vt quę domum & familiã instituũt, & æronomicè subijciuntur. Quæ ciuitatem gubernare docent, & ad politicã spectãt. Vt de morte, de perturbationib. & cupiditatibus, de amicitia, de senectute, de pace, de bello, de omni denique honesto, de finibus, & reliquis, quæ ad moralẽ philosophiã pertinent. Grauia] Quãti ad pondus sententiarum. Vtilia] quoniam vitæ humanæ & morib. prosunt [Accurate] Diligenter. [Copiose] Ornate. [A Philosophis] Morales intellige, Pythagoras Samius primus philosophiam, & se philosophum appellauit. Cum Sycione alloqueretur Leontem Sycionorum tyrãnum, siue Fliasiorum. Nullum enim hominem, sed solũ Deũ esse sapientẽ dixit. Antea ergo sophia. i. sapientia dicta est, quæ nunc philosophia dicitur, & qui hanc profitebantur, sophi. i. sapientes sunt appellati. aucto. Laer. [Latissime patere] Ad plurima extendi, & omnia cõplecti. [Tradita] Literis & monimentis ac liberis. [Præcepta] Verbis [Nulla.n. vitæ pars &c.] Confirmat quod dixit. est autẽ sufficiens argumentatio. Constat.n. propositione, ratione, rationis confirmatione, & complexione. [Publicis] Politicam hic. [Priuatis] Hic œconomicè tangit. [Forensibus] Expressius id exequitur quod publicis dixit. Nã & forensia negocia ad Politicam, & domestica ad œconomicã referuntur.

Moralis philolo. Moralis philosophiæ partes tres sunt, politica, œconomica, ethica, sed hunc quæ vnum duntaxat instituit multi non admittunt. Nullũ.n. habetur bonum quod non sit alijs cõmune. Nã (vt ait Arist.)

Ama-

Amabile quidem bonum vni soli pulchrius, tamen & dignius genti, ciuitatibusq́. [Si tecum agas quid] Cum honestate intelligas, & ad monasticam referimus. [Si cũ altero cõtrahas] hoc ad iustitiam spectat cõmutatiuam, quæ in vendendo, emẽdo, locando, conducendo, permutando posita est. [Colendo] si quisque facit quod eum facere decet. [Negligendo]. i. sit præter officium. [Atque hæc quidem &c.] Omnes inquit de officio quærunt philosophi, hoc est quid agere debeant singuli secundum honestatem. [Quæstio] Inquisitio, de qua omnes quærunt philosophi. Et qui de actione virtutis nihil disputant, se philosophos esse dicere non possunt, quasi hic moralis philosophię pars sit potissima, aliàs quæstio pro dubitabili propositione aliàs pro tormentis, hic pro inquisitione, seu materia accipitur. Vt cum ciuilis quæstio materia oratoris dicitur esse. [Communis] In qua omnes se exercent. [Quis est enim] Confirmat à cõtrario sensu, & probat si nullus philosophus est qui de officijs non disputat, qui de illis disputat, certè philosophus est. Cuius si est de moribus præcepta tradere, & illi officia exprimuntur, non potest non de officijs tractare. [Sed sunt nonnullæ] nonnullas dicit sectas esse, quæ de officio nihil præcipere potest, quod finibus peruertunt, quod eiusmodi nolũt esse, vt honestati nullus relinquatur locus. Ab aduersariorum persona beneuolum facit lectorem cum eos in odium rapit, Aristippum autem & Cyrenaicos, qui ab eo fluxerunt. Nec nõ Epicureos & Dionysium Heracliensem intelligat. Aristippus primus voluptatis assertor Cyrenaicus fuit. Cyrenaici, qui Aristippi instituta seruauere duas perturbationes posuerunt, dolorem, & voluptatem, hanc leuem motum, dolorem uero aspe rum, appellãtes, voluptatem autem corporis intelligebãt, quã & finem dicebant. Existimabant ijdem finem à beata vita differre, esseq; eum particularem voluptatem. Beatam autem vitam, siue felicitatem voluptatem particularium constare conuentu, ex quibus & præteritæ connumerantur & futuræ, particularem quoq; voluptatem propter se eligendam, felicitatem verò non propter seipsam, sed propter particulares voluptates expetendam. Testimonio nobis esse finem habendam voluptatem, quòd à pueris hanc nobis natura conciliauit, etiam absq; iudicio rationis, & cum illa fruimur, nihil amplius quærimus, quódq; nihil æque ac dolorem naturaliter fugimus. Voluptatem præterea bonũ esse, ẽt si turpibus proueniat rebus, & si enim fœda sit actio, voluptatẽ tamẽ per seipsam eligendam esse, bonumq; existimandam. In qua voluptatem finem posuerit Epicurus ipse in Epist. ad Menęcem declarauit inquiens. Cũ dicamus finem voluptatem esse, nox luxuriosorum voluptates, easq; quæ in gustu sunt positæ, vt quidam ignorantes aut à nostra sententia dissentientes, aut male accipientes arbitrantur, sed nõ dolere corpore, animoq; trãquillum esse & perturbatione vacare dicimus. Idem Epicurus iocundam vitam non posse à virtutibus separari asserebat. Finis ergo Epicurei erat, in priuatione doloris, & tranquilla, quietaq; vita. Dionysius ẽt ipse finem dixit voluptatẽ, sed corporis, vt Cyrenaici, ad quos à Zenone discedẽs sese contulit. hic palam lustra ingrediebatur, cęteraq; sub omnium gerebat oculis, quæ ad voluptatem pertinẽt. Sed Cice. præcipuè Epicureos tangit. [Disciplinæ] pro sectis hic accipe. est autẽ secta quæ rationẽ aliquã iuxta id quod apparet, & in prõptu est, sequit̃, aut sequi uidetur auct. Laert. [Bonorum, ac malorum] Vt Epicuri, qui bonum dicit esse voluptatem, malũ dolorem. [Officium oẽ peruertunt.] Et quomodo peruertunt, mox ostẽdetur. [Nã qui summũ bonũ &c.] Probat quod dixit. Est autẽ summum bonũ extremũ illud, ac perfectum bonum ad quod cum tandem peruentũ fuerit, omnis appetitus conquiescit. i. quod semper propter se expetitur, & nunquã propter aliud, cuius gratia cetera fiunt omnia, & ad illud referuntur, ipsum autem nusquã refertur. Media per quę ad hoc ascenditur, bona quidẽ sunt, non tamẽ summa, quoniã propter aliud expetuntur, hoc summum bonum extremum, & vltimum dicitur, quia ultra id non est progressio. Primũ nominatur, quia eius gratia omnes omnia faciunt. De quo Cic. lib. de Fin. Quærimus, inquit, quid sit extremum, quid ultimũ bonorum. quod omniũ philosophorum sententia tale esse debet, ut ad id omnia referre oporteat, id autẽ ad aliud nusquã. [Instituũt] ordinant, suscipiunt. [Vt nihil habeat cum uirtute coniunctum] Contra Cyrenaicos, & Dionysium dicere uidetur, qui corporis uoluptatem asserebant, quæ nihil habet cum uirtute, & honestate copulatum, & belluarum est, non omniũ, atque ex uirtutũ numero, ut ex probato mulierum cętu meretrix eijcitur, quod lib. de Fin. Cice. ait. [Idq; suis commodis] Hoc magis contra Epicuros dictum, qui omnia ad summũ cõmodũ referebant, dũ omni dolore, labore, ac perturbatione uacui esse uolebant. [Metitur] Existimat, reputat. [Non honestate] Quæ postulat, ut, pro parentum, & patria salute pericula adeamus, ut propinquis, atq; amicis adsimus, & tantisper dũ il li opera nostra indigent, à nostris commodis & quiete, discedamus: non enim nobis tantum nascitur, ut Plato dicebat. Sed ortus nostri partem patria uendicat, partem amici. [Hic si sibi ipsi consentiat,] Hoc est si commodis suis omnia metiatur, & sibi ipsi uelit semper satisfacere, ut Epicurus, qui tamen aliter uixit, quàm præceperit. [Naturæ bonitate] Quam ueluti optimam ducem qui sequitur, errare nunquàm põt. Non. n. quidquã turpe docet, cuius uis est quod nõ opinio genuit, sed quædam innata uis instruit, ut deos colamus, patriam, & parentes tueamur, quod obfuturum est, defendẽdo, aut ulciscẽdo propulsemus, ætate, & dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignemur, idq; alijs faciamus, quod fieri nobis uellemus. [Amicitiam] Omnia amicorum causa (si modo honesta sunt) facere debemus. Sed qui commodis suis metitur, singula, nunquã se pro amici periculo offeret, nũquã illius causam defendendã suscipiet, dũ animi trãquillitate frui uolet, oĩbusq; animi perturbationibus uacuus esset. [Colere] seruare, custodire. [Nec iustitiam] Quę pars uirtutis, imò excellentissima uirtutum, & tota, ac integra uirtus, ut ait Arist. & suum cuiq; tribuit; quod nunquã faciet qui omnia suis cõmodis metietur. [Nec lib.] Quæ pars est iustitiæ, & in cõferendis beneficijs uersatur: liberalis enim est, dare quib. oportet, quod is nunquàm faciet, qui suis duntaxat commodis studet. [Fortis uero &c.] Pergit ostendere neque fortem esse posse, neque temperantẽ eum, qui dolorem summum malum, & uoluptatẽ summũ bonum iudicat, ut Hieronymus, & Epicurei, qui cũ dicerẽt uoluptatẽ esse summũ bonũ, dolorem uolebant esse summũ malũ, sed qui id agit corporis ualetudinem quieteq; tueatur, & neque doleat unquã, neq; perturbetur, is certè nunquã fortis habebitur: nulla enim pericula suscipiet, nullos labores perpetietur, eiusq; ueluti dormientis uita erit. Temperans idẽ non dicetur. Nam qui potest temperans esse, qui à libidinib. non abstinet, & affectus sequitur rationi repugnantes? cum temperãtia rationis in libidinẽ, atque in alios non rectos impetus animi firma sit, & molesta denominatio. Quæ ita sint in prõptu facilia, alio loco lib. de finibus bonorum & malorum, ubi eos tantum modo rectè dicit sentire, qui aut solam uirtutẽ bonũ dicunt, ut Stoici, aut maximũ in eam bonũ collocãt, sed nõ solum ut Peripatetici à quibus parum ueteres Academici dissentiunt. [Hæ disciplinæ &c.] Hoc est si consentire sibi uelint Epicurei, & quemadmodũ disputant ita uiuere, uoluptatisq; causa omnia facere, quod pecudis est, non hominis: Nec minus temeraria esset responsio Epicuri dicentis, omnia se uoluptatis causa facere, quem Xersis Persarum regis se interrogante cur tam ingentes copias in græciam traijceret, sic responderet, ut mella ex Hymetto mõte rapiam, Quod lib. de fin Cice. ait. Propterea autem si sibi consentaneæ uelint esse, dixit. quoniam & si uoluptatem summum bonũ esse dicebat Epicurus, ꝙ cũ eo rationalia, & irrationalia illam appetere cernebat, & dolorem summum malum, quẽ omnia animalia naturaliter effugiunt, Tamen idem dicebat non conuiuia, & commessationes, non piscium usum, & cæterorũ quæ affert preciosior mensa suauẽ uitam gignere, uerum rationem sobriam, causasq; perscrutãtem, cur quæq; uel eligenda, uel fugienda sint, opinionesq; expellentem, per quas animũ ut plurimum occupat tumultus, & horum omniũ initium maximumq; bonũ prudentiã esse. Eudoxus quoque (ut ait Arist.) idem quod Epicurus asserebat, summum bonum uoluptatem dicens esse, dolorem summũ malum, quòd illa cuncta animalia appeterent, ab hoc declinarent. In cunctis uero esse id quod expetitur probũ, ac maximè optimum, & id optimum intelligit, in quod ferãtur cũcta, eiusmodi uerò uoluptatẽ esse, fidem aut habuere eius sermones, propter uitæ probitatem, magis quã per seipsos, quoniam egregiè modestus uidebatur, & non ut amicus uoluptatis hoc dicere credebat, sed ꝙ re uera ita esset: Si ergo sibi consentaneæ uelint esse dixit, hoc est sibi consentire. [De officio] Quod ut tueamur à nostris commodis discedamus oportet. [Neque ulla officij præcepta &c.] Defensas retentasq; de officio

Cyren. olu- tas. Dolor.

Secta.

Summũ bonum.

Iustitia.

Liberalitas.

Temperantia.

ſicio ſententias Stoicorum , Academicorum , Peripatetico-
rumq́ue eſſe dicit. Nam ſtoici nihil bonum dicebant eſſe niſi
honeſtum . Academici tria bona eſſe uoluerunt. animi, cor-
poris , externa . quam diuiſionem à Platone (ut diximus) ex-
cogitatam Peripatetici ſuſceperunt , & defenderunt . [Firma]
Ad animum referas , qui in eodem ſemper propoſito perſe-
ueret , & abduci ab eo nunquam ualeat . [Stabilia] Idem eſt,
& ſi poteſt ad exercitationem ipſam, & actionem referri.[Con-
iuncta na.]Hoc eſt quæ naturam optimum ducem ſequãtur ,
eiq́ue obtemperent , & ut intelligas , quomodo firma , & ſta-
bilia eius præcepta eſſe poſſunt,ſicut Epicuri, qui cum patien-
tiam laudet , laborem etiam ſuper fugiat . cum fortitudinem
probet , tranquillitatem appetat . Cum erogandũ egeno præ-
cipiat eſſe , tamen ne ſibi ipſi deſit , timeat , & propterea ero-
gare non audeat. [Qui ſolam] Vt Stoici.[Qui maximè] vt Pe-
ripatetici.[Propter ſe.] Vt ſit ſummum bonum , quod oĩa ap-
petant , cuius gratia omnia fiant,ut à me dictum eſt. [Itaque]
Singula ſingulis reddit. Nam Stoici ſolam honeſtatem , Pe-
ripatetici non ſolam, ſed maximè per ſe dicebant expetendã , à
quibus Academici ueteres, ut docuimus, ferme nihil diſſentie
bant. Dicti autem ſunt Academici à loco , in quo regreſſus
Athenis Plato à longa peregrinatione commorabatur . Erat
autem in ſuburbano nemoroſus , à quodam heroe Academo
nomine ſic appellatus , aere minus ſalubri. [Quoniam Ariſt]
Multæ fuerunt ſectæ , ſed Pyrrhonis Ariſtonis , & Herilli peni-
tus repudiatæ ſunt.quoniã nullum rerum delectum relinque-
runt.Ariſto Chius finem eſſe dixit ad aliquid inter uirtutes ac
uitia indifferenter uiuere , nullam quamlibet modicam ueri-
tatem relinquendo. ſed æquè ſe in omnibus habendo, eſſe au-
tem ſapientem præclaro hiſtrioni ſimilem , qui ſiue Therſitæ ,
ſiue Agamemnonis perſonam fingat , utrunque decentiſſimo
geſtu imitatur. Naturalem item , ac rationalem locum ſubſtu
lit , dicens : Alium quidem eſſe ſupra nos,alium nihil ad nos,
& ſolam quæ mores inſtituat partem ad nos pertinere . Nul-
lum itaque delectum,nullam rerum differẽtiam relinquebat :
cum nullam quãlibet modicam uarietatem faceret , & indif-
ferenter uidendum diceret , inter uitia uirtutes , quaſi æqua-
lia atque idem omnia eſſent. Pyrro Helienſis negabat quid-
quàm aut turpe eſſe, aut honeſtum , iuſtumue , uel iniuſtum.
Eadem ratione , & in omnibus quidquàm uerum eſſe . Cete-
rum lege atque conſuetudine cuncta homines facere . Neque
enim eſſe quidquàm potius quàm aliud conſequens ad hæc il-
li uita erat , nihil quippe declinabat , nihilq́ue deuitabat , ſed
omnia ſuſtinebat , & occurrentes etiam currus immotus ex-
cipiebat . Herillus Calcedonienſis finem ſcientiam dixit, cun-
cta referens ad uiuendum cum ſcientia, ne ignorantia deijcia-
mur . Eſſe autem ſcientiam habitum in phantaſiarum acce-
ptione non explicabilem uerbis. Aliquando nullum eſſe finem
dicebat , ſed ſecundum caſus uarios , & res, mutari ipſum ,
ut ſit idem æs , & Alexandri fiat ſtatua , & Socratis . Differre
autem finem, & cauſam quam hipoteliſa uocabat , ideſt fini
ſubiectum , hancq́ue & qui ſapientes non ſunt, ſuſpicari illum
neminem niſi ſolum ſapientem , Quæ autem inter uirtutem,
& uitium ſint indifferentia eſſe . hæc quæ ſuperius dixi Laer-
tius. Cicer. libro de Finib. 2. Quæ cum Ariſtoni , & Pyrrhoni
omnino uiſa ſint pro nihilo , ut inter optimè ualere , & gra-
uiſſimè ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe,rectè iampri-
dem contra eos deſitum eſt diſputari . Dum enim in una uir-
tute ſic omnia eſſe uoluerunt, ut eam rerum electione ſpolia-
rent , nec ei quidquàm aut vnde oriretur darent , aut vbi ni-
teretur , quam amplexabantur ſuſtulerunt . Herillus autem
ad ſcientiam omnia reuocans , vnum quoddam bonum uidit,
ſed nec optimum , nec quo uita gubernari poſſit , itaque hic
ipſe iam pridem eſt reiectus . [Exploſa] Repudiata , cum de-
riſu eiecta , Eſt autem explodere manibus quodam cum ſono
eijcere,qualiter è domo,e theatro,ex aliquo concilio eijcimus-
[De officio] De actione uirtutis . [Aliquem delectum] Vt nõ
ducerent.Sicut Ariſto æquè in omnibus uiuendum, aut quid-
quàm turpe , aut honeſtum , iuſtum vel iniuſtum negarent .
Et quæ inter uitium , & uirtutem ſunt indifferentia eſſe , ut
Pyrrho , & Herillus . [Ad officij inuentionem] Hoc eſt,ut dif-
ferentias rerum cognoſcentes quomodo utendum officio eſ-
ſet per eos intelligeremus . [Sequemur igitur] Concluſio eſt,
hoc tempore ſcribentes de officiis . Potiſſimum ideò hoc ait ,
quia & Academicos, & Peripateticos quoque ſequitur aliquid

Honeſtũ p ſe eſſe expetendum.

Pyrrhonis,& Herili dictũ.

Pyrrho negabat quidquã inueniri quod eẽt honeſtũ, ideo fuit exploſ᷒.

à Stoicis diſſentientes. [Quæſtione] Diſputatione, inquiſitio-
ne , materia . [Non ut interpretes] Vt quæ illi dicunt tantum
transferamus,& nihil ex nobis adijciamus. [Vt ſolemus] In li-
bris noſtris, quos de philoſophia græcos imitantes ſcribimus .
[E fontibus) Eorum translatio eſt. [Iudicio] Vt eligamus quę
eligenda uidentur . [Arbitrio] Voluntate .

QVANQVAM te , Marce fili,] In huius procemij prin-
cipio , & beneuolum , & attentum reddit filium ſuum Cic. be-
neuolum quidem , quia filium appellat , attentum uero,quia
docet neceſſarium eſſe , ſi negligentiæ notã uitare uelit, philo-
ſophiæ incumbere , cum omnia habeat , quæ ad eam auxilia-
ri poſſint : Præceptorem uidelicet optimum,quia Cratippum,
locum laudatiſſimum , quia Gymnaſium Athenienſe , Tem-
pus opportunum , quia iam annum audierit , Fortunam ſatis
uberem , cum tam beneficum habeat patrem , Rem præterea
quam dicat decentiſſimam,quia ſapientiam moralem eloquẽ-
tiæ adiunctam . Monet autem ut græcis latina coniungat.Or-
do eſt, O Marce fili quamquam oportet te audientem Cratip-
pum philoſophum illum optimum , annum ideſt , per anni
ſpacium , & id Athenis , ideſt in ciuitate Athenienſi ubi bona
docentur , & bene uiuitur , abundare , ideſt abundantem eſſe
præceptis , ideſt regulis , & documentis philoſophiæ propter
ſummã auctoritatem doctoris tui uidelicet Cratippi, quæ pro
& , inſtitutis , bonis moribus, & conſuetudinibus uiuendi pro
pter auctoritatem urbis, ideſt Athenarum,quorum ſcilicet do
ctoris , & urbis alter uidelicet doctor Cratippus poteſt augere
te.i. auctiorem , & copioſiorem efficere , ſcientia , ideſt in ipſa
philoſophia . & altera uidelicet urbs Athenienſis in qua glo-
rioſè multi uixerunt , poteſt augere te exemplis per exempla
bonorum uirorum . Tamen ut,ideſt , quemadmodum ipſe,
ideſt ego coniunxi ſemper latina ſup.eloquia,& dogmata cum
græcis ad meam vtilitatem . Neque ideſt , & non feci id , non
coniunxi latina cum græcis ſolum,ideſt ſolummodo . In phi-
loſophia in ſtudio ſapientiæ, & in libris de ſapientia diſquiren-
tibus : ſed etiam in exercitatione dicendi , in facultate orato-
ria . Ita ſupra ego cenſeo idem faciendum ſup. eſſe tibi , ideſt
à te, vt ſis par.i. pariformis,& indifferens,atque æqualiter abũ-
dans in facultate utriuſque orationis græcæ uidelicet , & lati-
næ . Ad quam quidem, ideſt ad quam utriuſque orationis fa-
cultatem , nos attulimus , ideſt ego Cic. attuli (ſed urbanè ,
& modeſtè pluraliter loquitur) ut uidemur, ideſt ego uideor,
uel mihi , & alijs hominibus noſtris , ideſt latinis , magnum
adiumentum , ut non modo , ideſt ut non ſolum rudes .i. ru-
diter , & uulgariter periti græcarum literarum , ſed etiam do-
cti arbitrentur ſe adeptos , aliquantulũ, ideſt aliqualiter mul-
tum , quod modeſtè dicit , & ideſt ad dicendum dum ipſi elo-
qui ualent , & ad iudicandum de aliorum uidelicet locutione,
& ſcientia , hoc eſt ad philoſophiam , ſine qua nemo rectè iu-
dicare poteſt. Quia oportet bonum iudicem bene noſſe, quod
philoſophia docet. Quanquam & etſi , ut docet Valla libro 2.
ſeq; orationis dignitatem quandam præ ſe ferunt, uoluntq́ue
quoties in principio orationis ponuntur uerbum indicatiui
modi, quando uero ſecundo loco etiam ſubiunctiui,hoc ergo
loco magna aggreſſus bene dicit , quamquam oportet . An-
nus ab an , quod eſt circum deductus uidetur . Eſt enim ſolis
circumuolutio à quo uis puncto in idipſum , unde à primis
mortalibus ante inuentas literas dracone caudam ſuam mor-
dente ſignificabatur . hinc Maro in Georg. in ſe ſua per ue-
ſtigia uoluitur annus. Quod autem accuſatiuo ſecundũ Seru.
ad uetuſtiorem locutionem pertinet, ſecundum Non.Marcel-
lum ad continuationem temporis,nam quoties,inquit,per ac
cuſatiuum annos,uel dies loquimur,iuges.i. continuos annos
uel dies vocamus, quoties per ablatiuũ interiectionem aliquã
bus annis,uel diebus.Sed Valla utrunque irridet docens per a-
ctionem more græco,potius quàm latino ſine continuatione
temporis loqui poſſe. Idem Neſtor aſſerit. Tamen ſi peritiſſi-
morum exempla intueri uoluerimus , tam Ser. quàm Marcel-
lum rectè locutum dixerimus . Raro enim ubi continuum eſt
tp̃s,q̃ diu ſeu quã dũ q̃d ſit aut factũ,aut futurũ eſt nõ aliter ,
q̃ in accuſatiuo locuti ſunt;licèt notã cõtinuationis aliquãdo
adiecerint,ſicut totos dies,& integros annos.Vñ in 6.Aen. pp
cõtinuationẽ t̃pis dr̃ , Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis .
Quod ſi intercapedo eẽt,diceret noctibus atq; diebus.Poſſum᷒
tñ tp̃s cõtinuatũ, ſicut quolibet in quo aliquid fit,in ablatiuo
ponere,ut uigilaui tribus horis,& tres horas. Nos ut uidemur.

ASC.

Philoſophia docet bene noſſe.

Nota quoque regula puer quoties in prima persona loquitur, possumus modestiæ gratia etiam de vno nũc singulariter, nunc pluraliter, nunc mistim loqui, in secunda de vno nõ nisi singulariter quantuscunque ille sit, ad uitandum tamen stomachum, & indignationem magnatum, à pronominibus ad epitheta dignitatum confugiemus. Non ergo dices, tu dixisti rex, aut episcope, sed maiestas tua, dixit rex, ita iussit paternitas tua, vt præstantia tua præses excellentissime, ita præcipit &c. Dixi modestiæ, & urbanitatis gratia, quia (vt docet Sipon.] modestius, hoc est (vt vulgo dicunt) humilius loquimur de nobis in plurali, significantes nos aliorum auxilio fretos, atq; adiutos, quàm in singulari significantes nostra solum auctoritate quidpiam fecisse, aut ut fiat mandasse. Hinc publica mandata pluraliter fiunt. Attende præterea non rectè dici: Videtur mihi, quòd ego magnum adiumentum attuli, uidetur mihi, quòd tu magnum adiumẽtum attulisti &c. sed sic: uideor, uel uideris magnum &c. Bene ergo Cicer. (ut omnia) dixit. Quam quidem ad rem nos ut uidemur &c. Longinquissimus autem fierem, si singula ad elegantiam spectantia persequi vellem, cuiusmodi sunt. Pulchrè dictum est in utriusque orationis facultate. Quia dictio recta regenti uenustè præponitur, & quia inter præpositionem, & casuale venustè aliquid ponitur, sicut quam ad rem. Quidam autem vim exceptiuam sæpe, habet, ut sit, si non ad omnia certè ad hanc rem, & pulchrè ponitur cũ ne, & id quod excludere uolumus. vt, Ne Deus quidem, facta infecta facere posset. Quamobrem disces tu quidem à principe huius ætatis &c. Cum captionem beneuolẽtiæ à persona filij, & Cratippi cohortatur Cic ipsum filium suum, vt illum quidem audiendo diligenter discat, & rem philosophicam quãuis sectam exhauriat, sic tamen, ut orationem latinã è paternis scriptis pleniorem efficiat, cum ipse solus sapiẽtiæ rerum eloquentiam uerborum adiunxisse uideatur. Capit autẽ beneuolentiam à persona filii, quia eius iudicio cõmittit quẽ philosophorum sectari velit. A persona uero Cratippi, quia ipsum philosophorum eius ætatis principem affirmat. Ordo est. Quamobrem, idest, propter quam rem, quia uidelicet turpe esset, & doctoris, & vrbis auctoritatem d decorare, & quia nos magnum adiumentum attulimus ijs, qui in utriusq; orationis facultate partes esse volunt. O Marce fili, tu quidẽ, idest certè disces à principe philosophorum, huius .i. nostræ ætatis. Et disces quamdiu uoles, debebis autem velle discere sup. quo ad .i. quamdiu, non pœnitebit .i. non parum esse contemptibile tibi uidebitur, tantum sup. quantum proficias, disces dico qui dem à Cratippo. Sed tamen legens nostra sup. documenta, nõ dissidentia, idest differentia multum à Peripateticis .i à doctrina Aristotelica, quoniam hoc per parenthesim dicit. Quoniã nos uolumus esse vtriq; & Socratici, & Platonici, hoc est imitari vtrosque, & Socraticos .i. eos qui Socr. potissimum imitati sunt, videlicet Stoicos per Zenonem, & Platonicos .i. Academicos qui Platonem auctorem, habent, hoc est in ijs sententijs, in quib. bene sentiunt Peripatetici eos sequi uolumus, & in quib. Academici Academicos, quia utrique Socr. auct. haben. Vnde Horat. in j. Epist. Nullius addictus iurare in uerba magistri &c. Tu ergo leges nostra utere de ipsis rebus tuo iudicio .i. secundum iudicium tuum: nil enim impedio. at pro sed, tu efficies legendis nostris (quod uulgarius diceretur legendo nostra) hoc est per lectionem nostrorum scriptorum, profectò orationem latinam pleniorem i. aliquantulum plenam, & hoc si comparatiuum propositiuo posuit, vel pleniorem quàm aliorum, & potissimum græcorum scripta legendo, quia de se dicit in princ. Tusc. quæst. Meum iudicium semper fuit nostros aut inuenisse per se sapientius, quàm græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent in quib. laborarent. Verò, pro sed, non uelim hoc sup. dictum meum .s. quod legendis nostris efficies orationem latinam pleniorem .i. magis consummatam, & perfectam, existimari .i. iudicari dictũ sup. esse, arroganter .i. cum attributione laudis mihi indebitæ. Nã si ego concedens .i. attribuens, & permittens multis scientiam philosophandi, assumo .i. attribuo, uel (ut uulgare dicunt) approprio mihi id quod est proprium oratoris, uidelicet dicere .i. eloqui aptè, distinctè, & ornatè. Quoniam nos consumpsimus ętatem sup. nostram in eo studio .i. exercitio, ego uideor uendicare .i. (vt dicunt) appropriare, & ut meum asserere mihi quodãmodo meo iure, quia iustum videtur, ut quod quisque didicerit, & in quo se exercuit id se scire fateatur. Cetera Marsus explicabit. Quamobrem Mar. &c. quia ergo Cic. sibi oratoris proprium munus iustè uẽdicare potest, hortatur filium ad suorum librorum lectionem tam eorum in quibus sublime genus dicendj tenuit, uidelicet orationum, quàm præsentium in quibus æquabile atque temperatum habet, cum neminem græcorum in utroque genere satis exercitatum uideat. Ordo est, Quamobrem .i. propter quam rem, quia uidelicet oratoris officium mihi iustè attribuere possum. O mi Cic. ego hortor te magnopere .i. magno conatu, ut legas studiosè .i. multum diligenter, non solum orationes meas, sed etiam hos libros de philosophia, uidelicet morali, qui .s. libri æquarunt .i. æquauerunt, hoc est æquales, seu æquè magnos ferè se fecerunt illis uidelicet orationibus. Enim pro quia, uis .i. uirtus, uel potius copia, & uehementia dicendi .i. eloquẽdi, siue oratoriè loquẽdi, est maior in illis .s. orationibus, sed hoc .i. præsens genus orationis æquabile, & temperatum .i. æqualiter se habens inter sublime, & tenue, est quoque .i. etiam colendum .i. debet etiam coli .i. exercitari. Et quidem .i certe, nemini .i. non alicui. Ego non uideo id alicui græcorum contigisse i. etiam cum difficultate datum esse. Adhuc .i. vsque in hodiernum diem, ut idem laboraret in utroque genere sequeretur, & .i. pariter, illud genus dicendi forense i. iudiciale, & acre. & hoc genus disputandi quietum .i. temperatum, & sedatum. Nisi for. Da Pha. potest haberi in hoc genere existens disputator subtilis, & orator parum uehemens in genere forensi, deliberatiuo, & demonstratiuo, tamen dulcis fuit sup. ut possis agnoscere discipulũ Theophrasti illius suauissimi, & diuini oratoris. Autem pro sed, iudicium aliorum sit quantum nos profecerimus in utroque .s. genere dicendi, & forensi, & philosophico, q. d. Ego de me iudicare non possum nec debeo. Non possum quidẽ, quia quisq; cautus amore sui temere de se iudicat. Vnde est Aesopi fabula de mantica propriorum errorum in tergo posita, & aliorum in pectore. Nec debeo, quia (vt dici solet.) Laus proprio sordescit in ore & in libello puerorũ. Ne te collaudes, nec te culpaueris ipse. Equidem .i. ego quidem, vel certè. ego existimo. iu dico. & .i. similiter Plato. philosophorum (ut quidam uolunt] principem, si uoluisset tractare id genus dicendi forense .i. quo in foro iudiciali illo tempore utebantur, quod est acre, & uehemens, potuisse dicere grauissimè quantum ad sententias, & copiosissimè quantum ad uerba, & .i. pariter existimamus sup. Demost. oratorem inter græcos præstantissimum, si tenuisset ea quæ didicerat à Plat. & uoluisset pronunciare, potuisset facere illud i. dicere ornatè, splẽdideq;. Et ego iudico eodẽ modo dẽ Arist. & Isocrate, quorũ vterq; delectatus studio contempsit alterum. Arist. n. licet Rhetoricos libros scripserit, & eloquendi suauitate valuerit, præcipuum tamen studium ad rerum inda gationem applicuit. Isocrates è contrario [quamuis philosophiam didicisset] ad facultatem tamen dicẽdi animum appulit, potissimum uterq; ergo cõtempsit .i. paruipendit, alterum .i. alterius studium. Sed cum ista. hic appetit subiectum huius operis, id est materiam circa quã tota intentio uersabitur, hoc est declarat de quo scripturus est, quia de officio, quo nulla pars uitæ siquidem recta est uacare potest. Ordo est. Sed ò fili cum id sup. ita sit, quod statuissem aliquid scribere ad te hoc est in præsenti tempore. Et multa posthac, idest post hoc tempus sup. statuissem scribere ad te, tamen supp. ego uolui exordiri, idest incipere, maximè .i. potisimum ab eo sup. opere quod esset, & idest simul, aptissimum .i. conuenientissimum tuæ ætati, quia iuuenis es, & ita officij imperitior. Et idest, simul, grauissimum, idest grauitatem maximam cõferens meę auctoritati, qui & pater tuus sum, & dignitate multa præditus. Nam cum multa, & grauia, quo ad sententiam, & pondus, & utilia quo ad cognitionem, & executionem eorum sint disputata, idest discussa, & disquisita, à philosophis in philosophia, accuratè, idest diligenter, cum summa cura, & copiosè .i. abundanter, & prolixè, tamen sup. ea quæ tradita, & præcepta sunt ab illis de officijs, de proprijs, & debitis operationibus, ob quas quisque factus uidetur, uidentur patere latissimè, idest plurimi uidentur de eis scripsisse. Enim, pro quia, nulla pars uitæ, sup. dicentis potest uacare, idest vacua esse, & carere officio, idest debito munere suo, neque in publicis rebus (quas qui gerunt uulgo officiarii dicuntur) neque in priuatis rebus (quas quisque pro se gerit) neque in rebus forensibus (quæ aguntur in foro) neque in rebus domesticis (quas quisque domi suæ perficit) neq; (quicunq; es) agas

Elegans loquendi mod' & doctr.

tecum, idest uitam solitariam teneas, uel tecum nullo arbitrio quid agendum sit disquiras, neque si contrahas.i. contractum & commercium facias cum altero.que, pro, &, omnis honestas uitæ est sita i.constituta, & locata in eo.s.officio excolẽdo, idest dum excolitur, hoc est in eo cultè, & ornatè exercendo, & omnis turpitudo uitæ est sita in eo.s.officio negligendo. Atq;.pro & quidem.i. certe, hæc questio .i. inquisitio de officio est communis omnium philosophorum, idest omnes philosophi disquirunt de suo cuiusque officio. Enim, pro quia, quis est qui audeat dicere se philosophiam nullis præceptis officijs tradendis.i.non tradendo nulla præcepta de officio? q.d. nullus. Aduerte Grammatice, quod Tulius libenter pro gerundio cũ prepositione, aut absolutè posito quantum ad regimen passiuo, utitur gerũdiuis nominibus etiã absolutè positis, vt vti vulgares dicerent. Tu efficies legendo nostram orationem latinam pleniorem, dixit supra Cic.legendis nostris.& vbi diceret. Quis est qui audeat se dicere philosophum nulla præcepta officii tradendo? dicit hic nullis officij præceptis tradendis. Sed sunt nõnullæ disciplinæ, quæ propositis malorum, & bonorum &c. in hac parte refutat opiniones eorum, qui licèt de officio locuti sint, non rectè tamen senserunt, ponentes scilicet summũ bonum ad quod officium ducit in re aliqua, quæ honestate careret, in eis aut refellendis, conciliat operi suo gratiam, & ita ex aliorum personis captat beneuolentiam. Ordo est: Sed nõnullæ, idest quædam disciplinæ, idest præceptiones disciplinis traditæ sunt, quæ propositis.i.constitutis finibus bonorum, & malorum, hoc est, quæ proponentes, & constituentes fines, idest summam bonorum, & malorum, quia scilicet id non rectè faciunt, peruertunt omne officium. Nam qui instituit sic summum bonum, ut nihil habeat coniunctum cum uirtute, idest ut possit existimari sine virtute, vt qui ponit in uoluptate, aut indolentia, idest priuatione omnis doloris, quæ sine uirtute esse potest, & qui metitur, idest commensurat, id uidelicet summum bonum suis commodis, idest commoditatibus. Hoc est qui iudicat illud summum bonum, quod sibi uidetur utilissimum, & non metitur id honestate, idest iuxta mensurã honestatis, idest huiusmodi.i. Si ipse consentiat sibi, idest si uelit, suam sententiam in ea re sequi, vt solum commodum suũ sectetur, & si non uincatur interdum bonitate naturæ, quæ uidelicet dedit nobis virtutum semina, & quæ nos ad humanitatem compellit, docetque interdum amicitiæ, nec spe utilitatis propriæ concedendum esse. Fit idest, contingit tunc, ut ipse neque possit colere.i. exercere decenter amicitiam, nec iustitiam, nec liberalitatem. Aduerte autem Grammatice, quoties per metaphoram.i.translationem loqueris, perseuerabis in eo sicut Cic. quia inuenta, & excogitata Stoicorum fontes uocat, subiungit hauriemus, quod ad aquas spectat, non excerpemus, quod ad fructus spectaret. Scies item quoque duas esse dictiones: non enim est compositio hic, sed appositio, quia idẽ est quod, & quo, leges quoquo ut plerique.

Voces aliquot annotatæ ex officiis M.T.Ciceronis.

COmmunis est omnium philosophorum] Cum dicamus, hoc mihi cum illo commune est, Commune tamen omnium dicit, potius quàm omnibus. Etiam si in eodem hoc lib. scripsit. Multa enim ciuibus inter se communia, nec reciproci seruata proprietate, si modo locus mendo vacat [Hic si sibi ipse consentiat.] Consentit sibi, qui constat sibi, suique similis est. Vtrunque rectè dicimus, Consentit illi, & Consentit cum illo.

PLacet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est ante definire, quid sit officium: quod à Panętio prætermissum esse minor. omnisq; enim, à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci; ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.

PETR. MARS.

PLACET igitur] Priusquam de re disputare incipiat, ut uitetur omnis ambiguitas, officium prius diuidit, inde diffinit, nam propositio ambigua distinguenda est, & cum sumus in æquiuocatione, debemus diuidere uocem ęquiuocam in sua significata. Diuisio fit tripliciter, generis in species, vt animalium, alia sunt rationalia, alia irrationalia. Totius in partes, ut domus, aliud est tectum, aliud pauimentum, aliud paries. Vocis in significationes proprias, ut canis significat animal latrabile, sidus cœleste, canem marinum. Et cum fit diuisio nominis per significationes proprias, æquiuocationis partitio nuncupatur. Cum oratio ambigua in significationes proprias distribuitur, discretio ambiguitatis appellatur, quam Græci amphibologiam dicunt. ut est illud, Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Ergo cum nomen plura significant æquiuocum sit, ut inter eos, qui ambigunt conueniat, quid sit id, de quo agitur, distinguendum est, & officium est nomen æquiuocum, nisi aliquid addatur. Nam est officium medium & perfectum. medium positum est in præceptis: perfectum siue rectum pertinet ad finem bonorum. Sed in hoc loco utitur Cicer. diuisione generis in species, officium enim est tanquam genus, & duas habet species coniunctas, officium perfectum, & officium medium. Disputaturus, inquit, sum de medio officio, siue communi. quod tendit ad finem, & cadit sub præceptis, quibus vsus uitæ in omnis partes conformatur. [Disputatio] Subtilis inquisitio. [Antequam] Incipiamus disputare. ut omnis tollatur ambiguitas. [Diffinire] Patefacere quid sit officium. Nam cum quærimus officium, non possumus scire quale sit, nisi prius quid sit cognouerimus. Vnde in 2. libro de Finib. confutaturus opinionem Epicuri de summo bono, diffinit uoluptatem, atque necessariam esse diuisionem, & finitionem rei omnis in quærendo, dicit autem quæ uia quadam, & ratione habetur oratio præscribere primum debet vti quibusdam in formulis ea res agatur, ut inter quos disseritur conueniat, quid sit id de quo disseratur, & in Oratore hoc præcipit dicens. Nouerit primum uim, natura genera uerborum, & simplicium, & copulatorum. Deinde quot modis quiqquã dicatur, qua ratione verum falsum ue sit iudicetur, quid efficiatur à quoque, quid cuique consequens sit; quodque contrarium, cumque ambigue multa dicentur, quomodo, quidque eorum diuidi, explanarique oporteat. Explicanda igitur est uerbis mens nostra, atque inuolutæ rei notitia diffiniendo aperienda est. Siquidem diffinitio est oratio, quæ quid sit de quo agitur ostendit, quàm breuissimè. Explicato genere cuiusque rei, uidendum est, quę sint eius generis, siue formæ, siue partes, ut in ea tribuatur omnis oratio. Finitio (ut inquit Fab.) est rei propositæ propria, & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enunciatio. [Disputatio] Propriè dialecticorum est, qui subtiliter cum ratione, formulisque omnia inquirunt, & tractant. Cicer. ait in Orat. Quanquam aliud videtur oatio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere, attamen vtrunque in disserendo est. Disputandi ratio, & loquendi dialecticorum est. Oratorum autem dicendi, & ornandi. Plato sic scribit in Phędro: In omnibus o puer unicum principium his qui bene consulere uolunt est intelligere, quid illud sit, de quo consultatur, vel omnino aberrare necesse est, plerunque uerò latet, quod nesciant rei substantiam, ergo inquit, ne nobis accidat, quod in alijs damnamus, quid amor ipse sit, & quam vim habeat diffinitione ex consensu posita cognoscamus, & post paulo dicit: Eos qui bene diuidere res nouerunt, ac diffinire dialecticos appello. Aristot. in hist. animal. sic scr. Caussa uerò quamobtem antiquiores illi auctores non ad hunc peruenerint modum, quia quid res esset, atque substantiæ diffinitionem ipsam explicare non solebant. sed Democ. hanc tetigit primus. Socratis uero temporibus vsus quidem diffiniendi increuit, sed indagatio rerum naturalium desijt. Nam omne philosophandi studium ad uirilem uirtutem, ciuilemque usum translatum est [Quod] scilicet diffinire quid sit officiũ miratur. Cicer. Panætium Stoicum disputaturum de officiis prætermisisse officij diffinitionem. Sed (pace Cic. dixerim) Panætius cum esset stoicus, ne à dogmate discederet iure suo, & diuisionem officij, & finitionem omisit, cum apud Stoicos nulla esset ambiguitas, de quibus officiis disputandum esset, quoniam (ut supra dictum est) ex correctione Zenonis, officia media erant inter honestum, & uitiũ. Vnde cum dicerent se disputaturos de officijs, intelligebatur de officiis mediis, & actionibus, de quibus posset reddi certa rõ, & Zeno nõ uirtutis usum, ut Academici & Peripatetici, sed ipsum habitũ virtutis ꝑ se pręclarum

Diuisio quotuplex sit.

Cicer. ror.

 clarum

14

clarum esse dicebat, omnibusque affectibus sapientem uacare uoluit. quod negant Peripatetici. non igitur opus erat tãquã vocem ambiguam diffinire officium, cum apud stoicos planũ esset, officia, de quibus dantur præcepta, esse media, & neque in bonis, neque in malis locari. & medium officium uocabant καθῆκον, idest conueniens. perfectam uerò actionem, & rectam κατόρθωμα, & κατόρθωσιν Cato tenens stoicorum dogma lib. 3. de Finib. ex stoicorum sententia ita loquitur: Sed cum quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus, consentaneum tamenest fungi officio, nec in bonis, nec in malis ponamus. Est enim aliquid in his rebus probabile, & ita quidem, ut eius ratio reddi possit, ex quo intelligitur officium mediumquoddã esse, quod neque in bonis ponatur, neque in contrarijs, quod ratione actum erat, id officium appellabant Stoici. Igitur non oportebat diuidere, finireque cath icon. i. officium, quod per se clarum erat ex Stoicorum disciplina. Ergo cum idcebant se daturos præcepta de officijs, de medijs, siue cõmunibus sine ambiguitate aliqua intelligebatur, & ideò rem per se claram non erat opus diffinitione patefacere. [Omnis enim] Probat Cice. quare Panætius debuerit officium diffinire, ut. s. tolleretur omnis ambiguitas, & intelligeretur, de quo disputandum esset, & quid esset istud officium, & quæ uis huic uerbo subijceretur; [Omnis institutio] Præceptio; & propositum de aliqua re agẽda. In oratore sic uir, Quidquid est igitur, de quo ratione, & uia disputetur. i. ad vltimum sui generis formam, speciemq; reuocandum. [A ratione] Nam scientia (vt dicebat Plato) non potest esse, nisi in rationibus. qua de causa distinctiones rerum probabat, & has ad omnia, de quibus disputabatur, adhibebatur. Ideò dicit à ratione, qua dialectici vtuntur. nam nihil dicunt sine ratione, quorum propria est disputatio. nam dialectici argumentis, & quasi rerum notis rudibus vtũtur ad probandum, & ad concludendum id quod explanari volunt. Omnis igitur ratio, quę uia quadam, & ratione habetur, debet habere initium disputationis à diffinitione, vt vitetur omnis ambiguitas. Diffinitio est patefactio rerum opertarum, cũ quid, quidque sit, aperitur. Et omnis bona diffinitio constat ex genere, & differentijs, vt homo est animal rationale, & nihil carens genere, ut differentijs, diffinitur propriè, sed ita uerbis circunscribitur, ut cum alijs commune non sit, & intelligatur q. d sit id, quod eo modo describitur. Res superiores nulla diffinitio complectitur, iccircò earum superiora genera inueniri non possunt. Inferiores, vt sunt indiuidua, ipsę quoque specificis differentijs carent, quocirca secluduntur etiam ipsæ à diffinitione. Mediæ res quæ, & habent genera, & de alijs, vel de speciebus, vel generibus, vel indiuiduis prædicantur, sub diffinitione cadunt. Descriptione utuntur oratores, cum patefaciũt uim, & proprietatem alicuius rei, de qua dicunt. Latius enim uagantur. & pluribus uerbis circunscribunt, id quod uolunt intelligi. Partitio est generis in proprios locos disputatio, ut bonorum, alia sunt in animo, alia in corpore, alia extra corpus. Genus in diffinitione positum cum ceteris vnit id, quod diffinitur, differentia uerò separat, & propriam facit formam.

[Margin: Diffinitio ex quibus constet.]

[Margin: ADDI.] ANTE diffinire] Patefacere, determinare quæ uis huic uerbo subiaceat. [Prætermissum] Præteritum, relictum. Ne mireris Cic. quoniam Stoicus philosophus non flosculos quosdam, aut superflua sectatus suo iure prætermisit eius rei diffinitionem, quæ in Stoico decreto notissima erat, & nullam habebat ambiguitatem, cum æquiuoca non esset, sed uniuoca. καθῆκον, siquidem naturæ congruentem significat actionẽ, de qua instituebat præcepta Panætius, perfectam uerò actionem κατόρθωμα Stoici appellabant. & κατόρθωσιμ rectam affectionem. Adstipulatur meæ opinioni Boetius, qui disserens de vtilitate, ac necessitate diffinitionis dicit: Si uerba aut nota omnibus extitissent, aut significationem sui semper tenerẽt, & non ambiguo, uel obscuro dicto audientes fallerent, & loquentes sub diuersa interpretatione deciperent, omnino diffinitio necessaria minimè crederetur. [A ratione] A formula rationalis disciplinę, idest logices, quæ uiam, & modum disserendi præscribit, diuidereque docet res, ac singulas diffinire, ut omnis ambiguitas disputationis tollatur, & concordes inuicem sint differentes de re proposita, & tractanda [Institutio] Inceptio, quæstio, principium. [Proficisci] Originari à declaratione rei disceptandæ. Platonem imitatur Cicer. in Phædro sic scribentem: In omnibus o puer vnicum principium his, qui bene consulere uolunt, est intelligerę, quid illud sit, de quo deliberatur, uel omnino aberrare necessum, plerosque uerò latet, quod nesciant rei substantiam; tanquam igitur facientes in disceptationis principio non declarant, procedentes uerò nec sibi, nec alijs consentanea loquuntur. Tibi igitur, & mihi ne accidat, quod in alijs damnamus postquam nobis disputatio est, utrum amanti potius, uel non amanti in amicitiam sit eundum. Quid amor ipse sit, & quam uim habeat diffinitione ex consensu posita cognoscamus. hæc Plato. Aristot. libro 10. histor. animal. & partium sic scr. Causa uerò quamobrem antiquiores illi auctores non ad hunc inuenerunt modum. Quod quid res, esset, atque substantiæ diffinitionem explicare haudquaquam solebant. Sed Democr. hanc tetigit primus, non tamen quod ad rerum naturalium studium putauerit necessariam, sed quod ab ipsa retraheretur, Socratis uerò temporibus vsus quidam diffiniendi increuit, sed indagatio rerum naturalium desit. nam omne philosophandi studium ad utilem uirtutem, ciuilemque usum translatum est.

[Margin: PETR. MARS.] PLACET igitur] Iam finito exordio opus ipsum aggreditur, prius autem officium diffinit, quod fieri debere dicit quoties aliqua de re assumitur disputatio, vt intelligatur quid illud sit, de quo disceptatio est. Diffinitio enim diffinitum exponit, si ergo officium diffiniatur per aliquod diffiniens, quod ipsum sit clarius percipietur. Sed ut qualis sit ad hæc Cicer. qua hac loco utitur, diffinitio, facilius comprehendatur, sciendum multa à topicis diffinitionum species tradi, quas, omnes nos cum in rhetoricos Cic. scriberemus subiectis exemplis explicauimus: Vna tantum propria est philosophorum, quæ syntatichi, & sysiolis à græcis uocatur. & sic diffinitur. Diffinitio est rei propositæ propria dilucida, & breuiter comprehensa enunciatio. Constat autem genere, specie, differentia, uel differentijs proprijs, quid sit res aperit, qualis sit, & quemadmodum suis membris constare debeat. Philosophus quoque in Topic. orationem esse diffiniuit quid est esse rei significationem, & nos orationem compositam accipimus ex genere, & differentia, uel ex eo, quod per modum generis, & ex eo quod per modum differentiæ se habeat, quòd si plures fuerint partes, prima genus erit, reliquæ omnes differentiæ loco. Et genus diffinitio communius debet esse. differẽtia uerò æqualis si una tantum fuerit; Sin uerò plures omnes cum diffinito simul conuertuntur, vt si equum finias. Equus est animal mortale, irrationale, hinniẽs. Animal genus est, equus species, mortale, & irrationale differentiæ: hinniens propriũ. hæc diffinitio cum diffinito congruit, cætera omnia excludit, rei enim essentia per substantialia significat. Est alia diffinitio quæ descriptio propriè nominatur, non per substantialia, sed per accidentalia rei essentiam aperiens, ut homo est animal sociabile bipes. Hæc fit multis modis. Cum autem accidentalia seu proprietas colliguntur, ut animal est, quod uoluntate sua moueri potest. Animalis enim accidentalia motus sunt possibilitas, uoluntas, aut membra explicantur rei, & enumeratio fit partium, ut domus est, quæ constat tecto, pariete, & fundamentis. ex hac membrorum partitione quid sit domus intelligitur. Nam si una ex his partibus, quæ integrales uocantur, defuerit, domus non erit aut non membra enumerantur, sed species diuiduntur, ut animal est, quod uel sensu tantum, uel sensu, & ratione utitur: duas enim species hic complectimur. Animalis irrationalis, ut leonis, bouis per solum sensum, & rationem homines. Et secundum hanc partem officium. C. diffinit. [Quod à Panætio prætermissum esse miror] Hic Rhodius fuit, circa res ciuiles, & philosophiam ac liberales artes maximè insignis. De officiis scripsit, quem Cicer. æmulatur. Sed hoc loco reprehendere uidetur, quòd officii diffinitionem prætermiserit, fuit autem Academiæ sectæ eius, quæ uetus uocatur. [Omnis] Ratio cur diffinire officium debeat, aut cur prætermissum à Panætio miretur. [Institutio] Inceptio, initium. Instituere incipere est. [A ratione] A causa aliqua rationabili. omnis enim disputatio à ratione cur aliquid sit, qui sumi debet, & propterea diffinitione opus est, quæ rationem nostram quam suscipimus disputandum clariorem efficit.

[Margin: Diffinitio constat ex genere, specie, & differentia, aliud est quando plures est diffinitio simul conuertuntur.]

[Margin: ASC.] PLACET igitur] Hic ostẽdit à quo exordiẽdum sit, quia de diffinitione eius, de quo agendũ est, ꝑtermissa tñ (si multiplex sit) eius distinctione ac diuisione. Ordo est. Igitur quoniã omnis disputatio futura est de officio, placet diffinire ante. i. in prin-

principio. quid sit officium, quod ego miror esse prætermissum à Panætio Stoico philosopho, qui de officijs plurima scripsit, sed Marsus ostendit non esse mirandum, ostendit tamen cui miretur dicens: Omnis enim institutio, idest in aliquam sententiam introductio, quæ suscipitur de aliqua ratione, idest rationabiliter, uel ex deliberatione, aut debito modo debet proficisci, idest oriri, & incipere, progredi à diffinitione, ut intelligatur quid sit de quo disputetur, idest disquirendum sit.

ARGVMENTVM.

Quoniam non est sim' lex officii uocabulum, neque poterat in genere finiri commodum, diuisione explicat, duplici quidem uerbis, sed re eadem. Facit autem & Stoicorum sententia duo genera officiorum. Alterum, quod perfectum uocant, estq; cum fine boni coniunctum, neque in quenquam præterquam in sapientem competit. Alterum medium, siue inchoatur quod per se, neque bonum sit, neque malum, sed ad usum aliquem uitæ sumitur: ut rectè depositum reddere, perfecti sit officii: depositum reddere imperfecti: cum rectè nisi sapiens nemo reddat, reddãt autem simul, & stulti. Diuus autem Ambrosius prioris generis esse putat, quæ secundum consilia fiunt: posterioris, quæ secundum præcepta: ut bene administrare rem, ad inchoatum officium pertineat: erogare in pauperes, ad perfectum.

OMNIS de officio duplex est quęstio. Vnũ genus est, quod pertinet ad finem bonorũ: alterum, quod positũ est in præceptis, quibus in omnes partes usus uitæ confirmari possit. superioris generis huiusmodi exempla sunt: omnia ne officia perfecta sint; nunquid officiũ aliud alio maius sit, & quæ sunt generis eiusdem. quorũ autem officiorum præcepta traduntur, ea, quanquã pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionem uitæ communis spectare uidentur. de quibus est nobis his libris explicandum. Atq; etiã alia diuisio est officij. nam & mndium quoddam officiũ, dicitur, & perfectum. perfectum autem officium, rectũ (opinor) uocemus, quod Græci κατόρθωμα; hoc autem, commune, quod ij καθῆκον uocant. atque ea si definiũt, vt rectum quod sit, id perfectum officium esse definiãt; medium autem officium, id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi posit.

PETR. MARS.

OMNIS de officio duplex est quæstio] Hæc est diuisio officij, quàm facit ante diffinitionem. [Duplex est] Inquisitio de officio. [Vnum] Quippe officium est primum, & perfectum, in quo consistit summum bonum. & hoc officiũ ad habitu iam parto ipsius uirtutis proficiscitur, & non cadit nisi in sapientem, idest uirtute præditum, & virum perfectum. De hoc officio non dãtur præcepta, quoniam sapiens ipsum exercet, idest uir consummatæ uirtutis exercet. Sed disputauit solum, an omnia officia, quæ à tali habitu uirtutis proficiscuntur, sint perfecta, & an vna actio sit maior alia, & præstabilior, & in qua magis summum bonũ consistat. Et fortitudo, & iustitia quæritur, in cuius istarum duarum usu magis consistat summum bonum, & dicetur consistere in ipsa iustitia, quoniam est ad conseruationem humanę societatis, & patet latius: Ista igitur quærere prudentis est, cuius munus est habere delectum bonorum, & malorum, & officium prudentis est proponere finem humanum, & inuenire ea, quæ sunt ad finem, & considerare perfectionem officiorum inter se constituere, diiudicareque in quo officio illud extremum magis consistat. Nam quemadmodum quędam actiones quibusdam alijs actionibus præstabiliores sunt, sic finis unus alio fine præstabilior est. Et finis est præstabilior eo, quòd est ad finem. & cum plures sint artes, necesse est plures esse fines, & vt sese habent illa, quorum sunt fines, ita sese habent ipsi fines. & illud propter quod est aliud, præstabilius est eo, quod est illius gratia. Prudentis igitur (vt dicebam) est habere hunc delectum, quod facit Cicer. in lib. de Finib. in quibus

Finis medio nobilior est.

disputat, in quo nam consistat finis bonorum. In 3. de Fin. ex stoicorum sententia, sic ait: Bonorum, alia sunt ad illud ultimum pertinentia, alia efficientia alia utrunque de pertinentibus, nihil est bonum præter actiones honestas, & efficientem sapientiam uolunt esse. Nam quia sapientia est conueniens actio est cum illo pertinenti genere, quod diximus, quod autem honestas actiones affert, & effecit, id efficiens dici potest. [Alterum posi. in præ.] Hoc est illud officium, de quo potest reddi certa ratio cur actum sit. Nam ex sententia stoicorum (vt dixi) quod cum ratione igitur officium est, de quo præcepta traduntur, quoniam non proficiscitur ab habitu uirtutis, ut illud perfectum, sed hoc præcipuè est etiã prudentis: cuius enim officium est finem ultimum constituere, idest summum bonum, quia bonum, & finis conuertuntur, & si summum bonum, & finis ultimus, & quid agendum sit imperare eiusdem est inuenire media, quibus ad finem perueniatur, ut sunt hæc media officia, quibus homo instituitur ad societatem ciuilem, quæ communia sunt omnibus de quibus Cicer. disputatus est, quoniam non sapientes, quod esset absurdum, sed rudes instituere cupit, & ad sapientiam formare. Sed hæc officia quanquam uidentur comparata, & tradita ad institutionem uitæ communis, tamen pertinent ad illum finem bonorum, & humanam felicitatem. Nam his tandem officiis consequimur habitum virtutis, in cuius vsu (vt volunt Peripatetici) siue habitu (ut stoici) finis bonorum, idest felicitas consistit. Ideò dicit quanquam pertinet ad finem bonorum, tum id minus apparent, quia uidentur spectare magis ad institutionem uitæ communis, quam ad summum illud, & extremum bonorum. Prudentia & iustitia officijs constat, inquit, Seneca, officia præceptis disponuntur. Pręterea ipsum de bonis, malisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quę præcepta producunt. [Vsus uitæ] Exercitatio, & modus uiuendi. [In omnes partes] Nam (ut supra patuit) nulla est uitæ pars quæ debeat uacare officio. & hæc præcepta unicuique ætati conueniunt, quibus instituitur, paraturque uita hominis ad perfectum officium. quod pertinet ad finem bonorum. [Conformari] i. ad ueram formam honestatis effingi. [Superiores gener.] Illius officij, quod pertinet ad finem bonorum. Nam quærit prudens, an omnia officia perfecta sint, ut si quæratur, uter magis meretur laudem fortitudinis, ille scilicet qui forti animo articularis morbi dolores, & febrium æstus, ceterosque corporis cruciatus, an ille, qui patitur dolores pro salute patriæ, profecto hic magis quam ille, & hoc est maius officium fortitudinis, quàm primum. & sic de similibus. Sed ista iudicare prudentis est [Et quæ sunt gene. eius.] i. & quæ sint similia inter se, & talia, cognoscere autem perfectionem officiorum prudentis est. Vnde dicit Aristote. 1. Ethic. Singula bene per propriam uirtutẽ efficiuntur, quæ cum ita sint, fit ut bonum humanum sit operatio animæ per uirtutem, & si plures sint uirtutes, per optimam, & perfectissimam. Iudicare autem quæ nam sit perfectissima illius est, qui vsum habet uirtutis. [Quorum autem off.] Quibus scilicet instituitur uita communis, & societas inter se: Ordo est: Ea scilicet officia, quorum traduntur præcepta quãquàm pertinent. [Id] quòd pertineant, quoniam hæc officia tandem ducunt ad illum finem. [Minus app.] idest non uester, quoniam dicũtur comparata magis ad eruditionem uitæ communis, quam ad finem bonorũ consequendum, sed reuera id pertinent, & tandem efficiunt. [Vitæ communis] Quoniam medium officium commune est omnibus, in quibus potest uersari. ideò, & commune officium dicitur. in eo autem in quo consistit finis solum sapiens. Quanquam pertinent ad finem, quamuis in his mediis etiam consistat finis ille, si respicere uolumus ad habitum virtutis, qui talibus paratur officiis, & per consequens finis bonorum, sed quod in se habeant hæc officia non apparet imprudentibus quibus officia non ad id tradita uidentur, sed ad eruditionem cõem humanæ uitæ, itaque his habitum uirtutis consequimur Vnde in Ethicis dicit philosophus: Omnes habitus ex operationibus similibus fiunt, quapropter tales, quasdam operationes reddere oportet, ipsarum nanque differentias habitus ipsi sequuntur. recte igitur dicitur iustum fieri agentem iusta, & temperantem temperata. Qui uerò hæc non aget, nunquam ẽrit bonus. Idem dicit Plato in 4. de rep. his uerbis; Iusta agere iustitiam gignit in animo, iniusta uero iniustitiam, vt salubria sanitatem inducunt, insalubria

Prudentia, & iustitia ex quibus cõstent.

Iustus & tẽperãs, quis dicatur.

 morbum.

morbum. Signum habitum est, inquit Aristoteles, ipsa uoluptas, atque dolor. [De quibus] Officiis mediis, & communibus, de quibus præcepta traduntur. [Alia diuisio est officii] Facit aliam diuisionem officii Cicero, sed idem dicit, quod in superiori, licet aliis nominibus officiũ ipsum appellet idẽ quod ptinet ad finem bonorũ est perfectum officiũ, & quod ponitur in præceptis est medium. [Quoddam est officiũ] Quod rectè factum appellatur, & dicitur à græcis κατόρθωμα.i. rectũ officiũ, perfectũ officium dicitur rectũ, & rectũ, & perfectũ καθῆκον [Hoc].i. Officium dicunt stoici id, quod cũ ratione fit. de quo primus Zeno stoicorũ princeps scripsit, quod dicebat esse actionẽ naturalibus apparatibus propriam. Officia, inquit, Diogenes, dicuntur ea, quæ ratio facienda suaserit, vt parentes honorare, patriam tueri, amicos parare, illisq; adesse. Officium inquit Dona. dicitur quasi efficium, ab efficiendo, quod vnicuique personæ conuenit, Græcè dicitur καθῆκον. ita.n. Zeno primum actionem studiosam appellauit. [Atque ea] Officia media, & perfecta. [Ratio probabilis] Quoniam quidquid cũ ratione fit officium uocatur à Stoicis, & cõtra officium quidquid ratione fit.

Officiũ q̃d sit.

OMNIS quæstio] Inuestigatio, perscrutatio humanę actionis habet duas partes.i. considerationem perfecti offici, & inchoati.i. imperfecti distinctionem. & sic Cic. præmittit eam diuisionẽ, quæ à Dialecticis partitio ęquiuocationis appellatur. Officium siquidem est æquiuocum, cum simpliciter sumitur apud latinos, & plura significant, ergo præmittitur distinctio, vt liquidior sit ipsa diffinitio, breuis tamen, vt mos est Stoicis. Hæc diuisio uerbis quidem.i. notis, & appellationibus duplex est, re autem una. officium siquidẽ, aut est finale (ita dixerim) aut præceptis ordinatum, & admonitionibus. Illud perfectum aliter appellatur rectum, habetque omnes numeros.i. omnem perfectionem, quoniam à natura iam constituta oritur, & qui tali officio fungitur, scit, eligit, & perseuerat. hæ nanque conditiones ad perfectum officium, siue bonum requiruntur, hoc uero.i. præceptiuum, & admonitiuum medium etiam dicitur, & commune, hoc discrimen officium non faciũt res ipsæ, actiones ue, sed ipsi agentes diuerso modo affectu, atque dispositi. [Vnum genus] Vna qualitas, natura, & proprietas officij. [Quod pertinet ad finem bon. [.i. quod in se continet ultimum bonum, quod telicon à Stoicis dicebatur, finale poterat latinè dici. Sed Cicer. nouam, & duram Romanis auribus notam reformidans, verbum uerbo non reddidit, sed pertinẽs ad finem interpretatus est. Cato Stoicus apud eundem in 3. de Fin. dicit: Sequitur illa diuisio, vt bonorum alia sit ad illud vltimum pertinentia. sic enim appello, quæ telica dicunt, iam hoc ipsum instituamus, ut placuit pluribus uerbis dicere, quod nõ poterimus vno, vt res intelligetur, alia efficientia, alia vtrunq;. De pertinentibus nihil est bonum præter actiones honestas. De efficientibus nihil præter amicum, sed & pertinentem, & efficientem sapientiam uolunt esse. Nam quia sapientia est cõueniens actio, est cum illo pertinenti genere, quod diximus. quod autem honestas actiones affert, & efficit id efficiens dici potest. [Alterum quod positum est in præceptis].i. documentis, & admonitionibus quomodo sit uiuendum, ut naturæ cõgruamus. & in nulla parte uitæ claudicemus. [Quibus] Præceptis ad singulos actus uitæ pertinentibus, & magnam uim habentibus ad rectam educationem, & tale momentum, quale semen in bene cultam, & fermentatam terram proiectum. Nõ multis præceptis opus est, ait Sen. sed efficacibus, seminis modo spargenda sunt. quamuis exiguum sit, cum occupauerit idoneum locum, uires suas explicat, & è minimo in maximos fructus diffunditur, eadem est præceptorum conditio, quæ seminum, multum efficiunt, & augusta sunt, tantum (vt dixi) idonea mens rapiat illa sibi, & in se trahat. [Vsus uitæ] actus uiuendi naturæ consentaneus, quæ pro suo fulcro multa requirit, circa quæ versatur commune officium, ut in suo statu conseruetur uita. [Conformari] Effingi ad ueram imaginem rationalis, uitæ, atque proportionem Senec. dicit: Sub tua cura potuit ad meliora formari, & quidam hoc, uel illo modo se componunt, statum uitæ suæ formando. Et Pers. Acri fingendos sine fine rota. [Superioris generis].i. officii, siue boni telici.i. ad finem boni pertinentis. [Huiusmodi],i. talia, cum scilicet, quærimus quid sit ultimum bonum, quod perfectum officium, & quæ conditiones ad illam perfectionem requirantur. Aristot. disceptans quæstionem hanc in 2. moralium dicit. Ea quæ à uirtutibus prodeunt non iustè, aut temperatè aguntur, si sunt iusta, aut temperata, sed si agens sic se habens agat. Primo quidem si sciens. Deinde si eligens propter ipsa. Tertio si firmo animo, & immutabili agat. res igitur iustæ, temperatæque dicuntur cum sunt tales, quales uir iustus ageret. aut temperans. hic autem non est is, qui hæc agit, sed qui sic etiam agit, ut iusti aguntur, & temperantes, qui hæc non agit nunquam euasurus est bonus. Rectè igitur dicitur, iustum fieri agentem iũsta, & temperatum etiam temperata. [Sit maius] Cum habeat plures numeros, & pateat latius, ut de iustitia dicet in collatione honestorum. [Et quæ sint generis eiusdem] Paris naturæ, ac qualitatis, cũ sic librata sint, ut inter se non differant, quoniam eosdem habent nutus, & momenta, & maximè apud Stoicos, qui honesta paria esse dicunt, & ipsa etiam turpia. vnde paradoxus: parua est, vt magna culpa. [Ea] Officia, quæ posita sunt in præceptis, & ipsa bona telica; idest, ad finem pertinentia, habent quippe actiones honestæ à uirtutibus profectæ, & qui perfectè illas exercet, perfecto officio fungitur. Si autem iuuenis ætate, ac moribus, & tantum inchoatus in medio officio uersari dicet, quoniam [ut dixi] agentes discrimen faciunt officiorum.i. actionum, & non ipsæ actiones, quæ eædem sunt, & ante habitum constitutum, & post. unde dicit Senec. Per virtutem ad uirtutem iri. Sed enim ait Aristot. non solum ortum, & incrementa, corruptione sua ex eisdem, & ab eisdem efficiuntur, sed & actus in eisdem etiam erunt. Nam abstinendo à uoluptatibus efficimur temperati, & facti iam temperati maximè ab ipsis possumus abstinere. Idem & in fortitudiue sit: etenim assuescendo, formidolosa res paruipendere, subireq; ipsas, atque perferre fortes euadimus, factique fortes maximè res formidolosas poterimus ferre. Signum habituum fit oportet ea uoluptas, quæ ipsis actionibus aduenit, & similiter dolor. Qui nanque à corporis abstinet uoluptatibus, si hoc ipso gaudet, temperans est, sin autem molestè fert, intemperãs. Rursus qui pericula subit, & gaudet, aut saltem, non dolet, fortis, qui uero dolet timidus. [Id] .i. quod pertineant, & relicta sint.i. similia (ita dixerim) & perfecta, cum perfectè.i. ex habitu, & non qualicunque actione tractabuntur. [Minus] Non ita uidetur, quoniam adolescentes talem naturam officiorum, & eorum, qui ipsis funguntur: non uident, non dispiciunt. Cum ob rationis, & iudicij imbecillitatem talem non habeant iudicaturã. Ad ceteros habitus habendos, ait Aristot. eligere, & perseuerare non requiruntur, sed scientia tantum. Ad uirtutes autem scire parum, uel nihil est: cetera uero non parum, sed totum possunt. [Ad institutionem] Eruditionem, instructionem, conformationem. [Spectare] Tendere, respicere, dirigi. [Vitæ communis] Ciuilis, & communi iure ac vinculo naturæ ipsius congregatæ, beneficijs etenim, & mutuis officiis humana uita constat, & eatenus progreditur ciuilis amicitia, & concordia, quatenus iustitia, gratitudo, & remuneratio. [De quibus] Officiis præceptione dispositis, & ad ciuilem cultum paratis, & destinatis, ut homo ciuiliter sciat uiuere, ac felicitatem tandem assequatur, quæ in ipsis consistit, & honestis usibus. [Alia diuisio.].i. aliter possumus officia distinguere, & alias notas.i. signa, & appellationes imponere. nam pertinens ad finem dicetur perfectum, & positum in præceptis. medium, siue commune denominabitur, & sic rebus manentibus.i. vi. & significationibus, notæ tantum mutabuntur. [Medium] Inchoatum, quod nec uirtuti annumeratur, nec uitio, cum in his uersetur, quæ media stoici appellãt, & adiaphora.i. industria, ut sunt diuitiæ, bona ualetudo, integritas sensuum, denique omnia ad uictum pertinentia, quorum est aliquis usus, circa hæc uersari est mediis, siue communibus officijs fungi, quoniam tam perfecti uiri quam inchoati, idest imperfecti eligunt ea quorum indiget usus uitæ, & domi, forisque necessaria tractant, reiiciuntque contraria. Ciceronianus Cato in 3. de Finibus dicit. Quoniam non dubium est, quin in his, quæ media dicimus, sit aliquod sumendum, aliud reiiciendum, quidquid ita fit aut dicitur, communi officio continentur, ex quo intelligitur, quoniam seipsos omnes natura diligant, tam insipientem quam sapientem sumptum, quæ secundam naturam sint, reiecturumque contraria, ita est quoddam commune officiũ sapientis, & insipientis, es quo efficitur uersari in his, quæ media dicimus. [Perfectum.] idest, hñt omnis numeros, & cõditiones, ambiẽtes honestum actũ à consummato nire

PDI.

Philosophi sententia.

-tro tractatum. [Opinor] Vt mea fert opinio sic posse dici
-tinè cathorthoma,& sic affert utriusque officij diffinitionem
spinoso, & contracto stoicorum decreto, & breuiloquio con-
sentaneam. Aduerbia sunt quæ differentiam faciunt, me-
renturque coronam, vt iustum in motibus, præconium.
Iustus.n.is dicitur,qui agit iusta,& iustè, (vt dictum est) & re-
ctus homo,qui recta agit,& rectè,nec non rectum officiũ,quod
rectè factum est,per habitum.s. rectitudinis. At uerò dicit phi-
losophus, opus hominis, & studiosi hominis idem esse genere
dicimus,vt Citharædi, studiosiq; Citharædi.& hoc in omnibus
absolu tè operi adiuncta perfectione,quæ est à propria uirtute.
Citharœdi nanque opus est pulsare Citharam,studiosi uerò be-
ne pulsare,eodemque modo,cum hominis opem uitam quõ-
dam esse ponamus,& hanc ipsam operationem animæ, atque
actus curatione studiosi profecto uiri hæc ipsa sunt,cum bene,
recteq; fiũt. Singula autem bene propriam uirtutem efficiũt.
hæc Arist.Cato Stoicis in 4.de Fin.dicit:Quoniam uidemus es-
se quondam, quod rectè factum appellamus. Id aũt est perfe-
ctum officium,erit etiam inchoatum,vt si iustè depositum red
deret in rectè factis sit,in officijs ponatur depositum reddere:il
lo .n.addito rectè fecit, rectum factũ per se,aut hoc ipsum red-
dere in officio ponitur.[Hoc autem]Quod.s.medium, & com-
mune nos dicimus ipsi Græci,& Stoici philosophi, de quorum
decreto,& verborum nouatione agitur,uocant.[καθῆκον].i.ex-
pediens atque conueniens.In officijs capiendis ait Gel. censen-
dis,iudicandisq; catheconta.i.expedientia,& conuenientia phi
losophi appellant.[Quod sit rectum] Habeat omnem rectitu-
dinem.i.scientiam, electionem .i. rectam uoluntatem ipsius a-
gentis,& constantiam,siue firmitatem. Virtus,inquit Sen.& a-
liorum scientia est,& sui,discẽdum de ipsa est,ut ipsa discatur.
Actio recta non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit: ab
hoc.n.est uoluntas. [Ratio probabilis] Causa uerisimilis, quæ
ad talem actionem impulerit.In 3.de Fin.dicit: Sed cum quod
honestum sit,id solum bonum esse dicamus,consentaneum est
tamen fungi officio,cum id officium, nec in bonis ponamus,
nec in malis.est.n.aliquid in his rebus probabile,& quidẽ ita,vt
eius rõ reddi possit,est autẽ officiũ,qđ ita factũ est, ut eius fa-
cti ratio reddi possit. Quoniam in his rebus,quæ neque in uir-
tutibus sunt, neque in uitijs, est tamen quiddam, quod usui
possit esse, tollendum id non est, est autem eius generis actio
quoque quędam,& quidem talis,ut ratio postulet aliquid age
re,& facere eorum. quod autem ratione factum sit, id officiũ
appellamus. Est igitur officium eius generis, quod neq; in bo-
nis ponatur,neque in contrarijs,hæc Cic.Seneca Stoicę discipli
næ addictus nihil bonum asserens præter uirtutem,dicit: Non
statim bonum est,si quid necessarium est,ac proijcimus, si hoc
nomen pani,& polentæ damus,& ceteris sine quibus uita non
ducitur.Quod bonum est,utique necessarium est,quod autem
necessarium est,non utiq; bonum.Quoniam quædam necessa-
ria sunt, & eadem uilissima, nemo eousque dignitatem boni
ignorat,ut illud ad hæc in diem utilia dimittet.

FRAN. MAT. OMNIS de officio &c.] Nunc officium diffinit,per diuisio-
nem eius generum,Genera autem Cic. pro qualitatibus more
suo accipit,dicit itaque duas eius species esse,alteram quæ finẽ
respicit,alteram quæ in præceptis posita est. [Finem bon.] Eũ
quærimus quis sit bonorum finis, propter quem aliquid agi-
mus,& ad quem aliqua nostra operatio refertur. Multi quidẽ
fines sunt,ut multi sunt actus,& artes,& scientiæ. Nam(ut ait
Arist.)omnis ars,omnisq; doctrina,similiter autẽ actus, & ele-
ctio bonum quoddam expetere uidentur. Medicinę finis est sa-
nitas:Nauiculariæ nauigium. Rei militaris uictoria : Oecono-
miæ diuitiæ; sed multi fines sub uno aliquo supremo consi-
stunt,sicut ars frenorum faciẽdorum,& ceteræ quæ ad structu-
ram equorum pertinent sub equestri consistunt, ipsa uerò &
omnis bellica actio sub re militari,res militaris finem habet ui
ctoriam,& eodem modo aliæ artes sub alijs sunt.fines uerò qui
magis principes,sunt omnibus in rebus finibus anteponuntur
inferioribus.Sicuti uictoria ceteris operationum finibus, quæ
eam præcedunt,scientiæ item ciuiles,quę quas disciplinas in ci
uitatibus esse,quales quenq; addiscere,& quousq; oportet,di-
sponit. Subsunt res militares,œconomia, rhetorica,atque alię
scientiæ. Eadem lex ferè quid agere quisque,à quoq; abstinere
debeat,constituit,itaque eius finis aliarum fines continet. Est
autem summum humanum bonum, ipsa tamen bonum affe-
ctat, quod est omnium agibilium supremũ.& hoc felicitas est.

Sed Cicer.non de omnium rerum supremis finibus loquitur,
sed de particularibus honesti, & eorum operationibus dunta-
xat, cum dicit duas de officio esse quæstiones,alterã quæ ad fi-
nem bonorum spectat,alteram quę posita est in pręceptis,qui-
bus communis uita instituitur,ut cum quæritur quid sit pru-
dentia, quid iustitia, quid fortitudo, quid temperantia, quid
vtilitas,quid honestas,ad bonorum finem quæstio spectat. Cũ
uero quæritur qua ratione hæc,vel illa pars iustitiæ tractari de
beat,quid in hac, quid in illa re fieri,quid ab hoc, quid ab illo
secundum quamuis honesti partem agi,aliud.n. iuuenẽ, aliud
senem,aliud virum,aliud fœminam decet,aliud magistratum,
aliud priuatum. Quæstio in præceptis posita est, quæ ad ope-
rationes,& vitæ actiones pertinent. In nulla autem humana re
tanta certitudo est,quanta in operationibus secundum virtu-
tem,quæ stabiliores quam scientiæ videntur esse, vt ait Aristo-
teles.Nam quid agendum in quaque re sit secundum honestate
tem ostendunt. [Vsus vitæ]Quod hominum exigit,& postulat
vita[Cõfirmari]Stabilis in bona actione cõstansq; reddi.[Om-
nia ne officia,&c.] Vt prudentiæ officium est ratione quadam
delectum habere bonorum,& malorum.Iustitiæ,suum cuique
pro dignitate tribuere. Fortitudinis res magnas appetere, hu-
miles contemnere, & labores cum vtilitatis ratione perpeti.
Temperantiæ, libidinem, atque alios non rectos impetus ani-
mi ratione moderari,& seruari in rebus omnibus modũ, quæ-
ritur num ij fines perfecti sint,& num finis iustitiæ maior sit fi-
ne prudentiæ, & temperantiæ, sicut est re vera. Nam plus est
suum cuique tribuere, quam bona à malis discernere, & tem-
perantem in omni uitæ actione esse, quod vnum tantum, aur
certè paucis prodest, cum illud plurimis. Bonis autem tanto
maius est, quanto latius patet, omnes quidem perfecti sunt,
sed alius alio maior est,& dignior.Quæritur item,num officiũ
vtilitatis perfectum sit,& dicitur perfectum esse,si modo utili-
tas, quam sequi studeamus,seiuncta ab honestate non fuerit.
Num pudicitia Lucretiæ, quæ metu famæ Sexto Tarquinio
succubuit perfecta fuerit. Et perfecta quidem fuit : nihil enim
metus peccauit,& coacta uiolari passa est. Eadem tamen cum
se occidit nullo modo seruauit officium: non enim probabili
causa fecit : quid enim ad eam infamiam pertinebat. cum sibi
conscia pudicitiæ seruata esset, quantum in ipsa fuit. Nũquid
vt cum virtus cum virtute confertur,& uerè dignior, & utilior
sit quæritur [Quorum autem of.]Quæ,inquit,officia uitam,
& mores instruunt, & in præceptis posita sunt, spectant quidẽ
ad finem bonorum. Sed cum ea traduntur finis ille minus est
euidens. exempli gratia, docetur quispiam, quomodo alium
in contrahendo, vel emendo, vel uendendo decipere possit, &
ne id faciat, admonetur. hoc officium finem habet honestatẽ,
quæ iubet ne turpe aliquid faciamus.Sed dũ præcipimus, ulti-
mus finis, quem dixi minus apparet, quoniam de eo non lo-
quimur:nec enim omnino consideramus, sed viam potius, &
rationem rectè agendi respicimus. Cum uerò, dicitur non esse
quenquam decipiendũ,
cuipiam iniuriam faciendam,non esse
quoniam contra honestatem sit,hic finis tangitur, quia illud
cum nominemus,statim consideremus oportet.Sed non idem
accidit cum præcepta aliqua tradimus rectè agendi,quomodo
aliquid fieri, vel non fieri debeat : nihil enim de fine loqui-
mur. ideoque ille minus euidens est. [Institutionem vic.]
Quoniam vitam hominum instituunt. Communem autem
vitam quotidianam omnium secundum rectitudinem,& deco
rum uiuendi consuetudinem intelligit. [De quibus] De offi-
cijs enim solum modo tractat, quæ in præceptis posita sunt, &
vitam instruunt quid faciendum, & non faciendum sit in om-
ni negocio præscribentia. [His libris] De officijs, qui sunt
tres. [Atque etiam &c.] Hic aptè ostendit Cicér. qualis hæc
officij descriptio sit, cum aliam eius dicit esse diuisionem.
quomodo exoritur, quæ facilè tamen soluitur, quomodo
vnius rei plures sunt diffinitiones, siue descriptiones per di-
uisionem, respondetur res multas esse, quarum vna est sub-
stantia, & plura sunt accidentia, si secundum substantiam
res diffinitur illa propria, & vera diffinitio est, ut homo
est animal rationale mortale. Si homini accidit qualitas, ut si
albus ponunt, & aliæ accidere multę,vt sit bonus, malus, robu-
stus,imbecillis.Non est igitur vitium si alia atque alia diuersa-
rum qualitatum fiat diuisio, quod circa substantiã fieri nõ po
test,secundũ quã[vt diximus]vna est duntaxat diffinitio.Fit igi
tur duplex officij diuisio, quarum vtraq; duplicẽ eius cõplectit

 qua-

Iustus qd sit.

Oeconomia rhetorica,& aliæ sciẽtię.

Vtrũ utilitatis officiũ sit pfectũ.

qualitatem [Perfectum autẽ &c.] id perfectum officiũ, inquit esse, quod cum honesto conuertitur. Si perfectum, ergo rectũ, & contra, ut stoici disputabant. Quidquid honestum id perfectum, & nihil perfectum, quod non honestum. dicentes catorthoma opus uirtutis. i. rectum significat. est enim catortheo egregiè, & cum uirtute aliquid facio, & caturthosis correctio. Hoc autem commune officium cathecon uocant. primus omnium sic appellauit Zeno Atticus, auct. Laert. Erat autẽ deprauatus locus hic, græca dictione quę est cathecon, subducta, quę in probatæ fidei codice à me est reperta. [Sic diffiniunt] sic inquit, Stoici cathecon diffiniunt, vt nihil rectum velint intelligi, quod idem perfectum non sit. Exempli gratia, Clam apud te quispiam pecuniam deposuit, repetenti restituis, officio fungeris recto, quod si rectum est, perfectum est. Infertur patriæ bellum, obijcis te pro eius salute periculis, hostes repellis, patriam à perturbatione liberas, fungeris item officio perfecto. Potes circumuenire quempiam emendo, conducendo, locando, & aliquid huiusmodi contrahendo, non facis rectum & perfectum tuum habetur officium, quod si tuæ vtilitatis gratia faceres, vehementissimè peccares. [Medium officium] Hoc officium non penitus honestum, & perfectum uidetur esse, cur tamen factum sit, ratio probabilis reddi potest. Exempli gratia: Deponit aliquis apud amicum pecunias, efficitur idem postea patrię hostis, repetit pecunias, denegat amicus, cognoscit enim obfuturum patriæ plurimũ, si eas reddiderit, accusatur quòd depositum non restituat, se excusat, & rationali utitur causa, hoc ideò facio, quia inutile & damnosum fore patriæ si reddatur, intelligo. Timoleon Corinthius Timophanem fratrem ducem à Corinthis delectum, cum per milites mercenarios tyrãnidem occupasset, cuius particeps esse poterat, interficiendum curauit, huius officium medium fuit, nam cur id fecisset ratio nabilem causam attulit, quòd legibus patriæ paruerit, & suorum ciuium libertati consuluerit.

Interper fectũ offi cium, & mediũ.

ASC. OMNIS de officio) Ponit diuisionem officij duplicẽ, quarum prior est officiorum, alterum pertinet ad finem bonorum .i. ad speculationem, qua inquiritur quid summum sit, alterũ ad præcepta, quibus præcipitur quomodo officium exercebitur, & de hoc hic principaliter agetur. secunda diuisio est. Officiorum alterum perfectum, & animo rectum, de quo dubitari non contingit, alterum medium. i. in probabili consistẽs: Ordo est: Omnis quæstio. i. inquisitio de officijs est duplex, vnum genus officiorum supp. est, quod pertinet ad finem bonorum .i. ad inquisitionem de summo bono. Alterum sup. est quod positum est in præceptis. Quibus sup. præceptis. Vsus uitæ. i. usualis uita possit confirmari. i. stabiliri, & approbari in omnes partes. i. ad quamlibet partem uitæ amplexandam, aut refutandã. Exempla generis superioris. i. prioris, uidelicet eius, quo inquiritur quid summum bonum, sunt huiusmodi. Ne pro an, omnia officia sunt perfecta, & nunquid aliud officium sit maius alio, & sup. omnia ea, quæ sunt eiusdem generis. i. modi, & naturę. Autem pro sed, quãquã ea officia, quorum officiorum præcepta traduntur, pertinent ad finem bonorum. i. ad summum bonum (præcepta enim præsupponunt inquisitionem de summo bouo) nihil. n. ritè præcipitur, quod non in summum bonum ordinetur, nec potest tale præcipere, qui nescit quid summum bonum sit, tamen id, uidelicet quòd ad finem bonorum pertineant, minus. i. non apparet, uel minus, quàm de alijs. quia uidentur magis spectare ad institutionem communis uitæ, de quibus sup. officijs ad præcepta pertinentibus explicandum est nobis. i. mihi. s. Cic. in his. i. meis libris. Atque pro &, est etiam alia diuisio officij. nam dicitur, &. i. etiam, quoddam officium medium. i. in probabili consistens. &, sup. quoddam perfectũ de quo. s. dubitari non contingit. Ego autem opinor, quòd superuocemus. i. appellemus, officium perfectum, officium supple rectum, quod officium perfectum, & rectum græci diffiniunt. i. describunt, diffinitione iudicante quid nominis catorthoma. i. recta affectio, siue rectum officium. nam officium dicitur, quasi efficium. i. affectio. autem pro sed, ipsi uocant hoc. s. officium medium commune. i. quasi omnibus conueniens. Atque ipsi supple Græci diffiniunt ea supple officia iam dicta. s. rectum, & medium, ut diffiniant id officium esse perfectum, quod sit rectum. Autem pro sed, ipsi dicunt, id officium esse medium, quod idest, de quo, cur sit factum potest ratio probabilis reddi.

Officiũ quasi efficiũ dicitur.

ARGVMENTVM.

Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio.

TRIPLEX igitur est, ut Panætio uidetur, consilij capiendi deliberatio. Nam, honestũ ne factu sit, an turpe, dubitant id, quod in deliberationem cadit: in quo considerando, sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem inquirunt, aut consultant ad uitæ commoditatem, iucunditatemque, ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se possint iuuare, & suos, conducat id, nec ne, de quo deliberãt: quę deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitãdi genus est, cum pugnare uidetur cum honesto id, quod uidetur esse utile. cum. n. utilitas ad se rapere, honestas, contra reuocare ad se uidetur; fit, ut distrahatur deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitãdi. Hac diuisione, cũ præterire aliquid maximum uitiũ in diuidendo sit, duo prætermissa sunt. nec. n. solum, utrum honestum, an turpe sit, deliberari solet; sed etiam, duobus propositis honestis, utrũ honestius; itemq;, duobus propositis utilibus, utrum utilius. ita quam ille triplicem putauit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. primũ igitur est de honesto, sed dupliciter; tum pari ratione de utili, de comparatione eorum disserendum.

FRAN. MAT. TRIPLEX est igitur) Panætius quem Cicer. imitatur, triplicem putauit esse consilij capiendi deliberationem. Nam prius consultamus, an sit honestum id, de quo futura est deliberatio. Inde, an sit vtile. Demum, an aliqua repugnantia sit inter vtile, & honestũ. [Deliberatio] Prius inquirimus, inde cõsultamus, postea eligimus. Consultamus de rebus indeterminatis, & quæ possunt aliter se habere, consultamus de his rebus agẽdi, quæ in nostra sunt potestate. Nam consultatio versatur in his, quæ plerunque fieri possunt, consultamus non de finibus, sed de his, quæ ad fines ipsos perducunt. omnis consultatio est inquisitio, sed nõ omnis inquisitio est consultatio, quippe multa inquirimus, de quibus non consultamus, electio cum ratione est, atque mente, quia præsupponit habitum, aut bonum, aut malum: bonum. n. aut malũ eligere possumus, eligibile illud est, quod in consultatione preferimus. omnis electio est consultatio, sed non omnis cõsultatio electio est. Possumus. n. aliquando consultare, & non eligere, aut deliberare. [Factum.] Dum fit, & ut fiat. [Cadit in deliberationem] . i. de quo homines solent consultare, & deliberare. [Considerando] Diligenter inspiciendo quid sit honestum, aut turpe. [Distrahuntur] In diuersas sententias trahuntur. nam distrahi est in varias sententias. & occupationes trahi. & maximè refertur ad animum. [Contrarias] Inuicem oppositas. [Tum autem inquirunt] Hæc est secunda pars: qua quæritur, an sit vtile id, quod est agendum. [Inquirunt] Subtiliter inuestigant, & consultant. [Commoditatem] Vtilitatem, lucra. [Iucunditatem] Oblectationem, vt erigere theatra, celebrare ludos, porticus ad tempus extruere, nemora excolere, & cetera id genus. [Ad facultates rerum] Abundantiam, & rerum possibilitatem. Facultas est ea uis, & potentia, qua facere, & agere possumus. [Copias] Rerum affluentiam. Copia interdum significat multitudinem minorem in exercitu. Sic apud Virg. Quę sit me circũ copia lustro. Copiæ, totum exercitum. Vnde in aciem copias eduxit, Liuius inquit. & copia, siue copiæ significat rerũ abundantiam. [Ad potentiam] vt sint potentes, & factiosi, ac principes in ciuitate, & ut habeant magnam clientelam, & ea omnia, quibus se, & suos defendant, vt vult natura: illos. n. tueri debent. [Conducat] Vtile sit. [In rationẽ vtilitatis] Nam hæc omnia ad vtilitatem spectant, & tendunt. [Cadit] Venit, & continet utilitatem, de qua cõsultatur. [In rationem] supputationem, & numerum. [Tertium] Hæc est tertia pars, & ratio dubitandi in ipsis deliberationibus. [Id, quod uidetur esse utile] Videtur

Consultatio de quibus sit.

Distrahi quid.

Copia quid.

detur

detur dixit, cum re vera nihil sit vtile, quod non honestum, & sic omne honestum est vtile. conuertuntur ista, maxima Stoicorū sententia, qui nil censebant vtile, nisi quod esset honestati coniunctum: cum aliquid prima facie apparet vtile, uidetur anteponendum honesto. Vnde oritur dubitatio in considerādo, deliberandoque. [Rapere] Per vim, & quodam appetitu. Nam rapere est aliena per vim auferre, inde raptores. rapit ergo utilitas, reuocat honestas. [Reuocare] Ad se retrahere, nam reuocamus rem tanquam nostram, [Distrahatur] In diuersas sententias, & opiniones trahatur. [In deliberando] Post. i. inquisitionem, & consultationem. [Ancipitem] Lubricam, dubiam, & variam. Vtilitate enim ipsa inspecta rapimur appetitu, reuocamur autem ratione ad ipsam honestatem, & sic ambigimus quid sequamur. Appetitus. n. rectæ rationi non parens appetit vtile. Ratio autem honestum, quod est maximè è natura, quæ honestum amat, & utile quod vacet honesto; si utilitas sine honestate dici potest, auersatur, & odit. [Hac diuisione] Reprehēdit Cic. Panætium in diuisione, quam ille fecerat in triplici deliberatione consilij capiendi, in qua duo [vt ipse ait] prætermissa sunt, cum maximum vitium sit in diuisione, aliquid prætermittere, quippe nō solum deliberamus, an aliquid honestum sit, sed duobus propositis honestis, vtrum sit honestius, & sic de utili, ne aliquid in diuisione prætermittatur. At certè [pace Cic. dixerim] non decebat Panætium Stoicum dare gradus in ipso honesto, aut utili, cum sententia Stoicorum, honestum quod est solum bonum non crescat. Vnde dicit Cato apud eundem in lib. de finibus: Hoc autem ipsum bonum non accessione, neq; crescendo, aut cum ceteris comparando, sed propria ui sua, & sentimus & appellamus bonum. & paulo post: Tuenda est hæc sentētia maximè Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero, nisi honestum esse uoluerunt. & dicebant id solum esse bonū, quod esset honestum, nec [vt dixi] dabant gradus, sed dicebāt, parua est, vt magna culpa, & omnia peccata sunt paria. Ideo nō oportebat, neque decebat virum Stoicæ professionis dare gradus in honesto. sed iure, an iniuriam Cic. reprehenderit Panætius, ipse uiderit, & ego doctioribus despiciendum, considerādumq; relinquo. [Cum præterire aliquid] Nam in diuisione à genere generalissimo ad specialissimas descendendum est, & nihil relinquendum. Vnde à generalissimis ad specialissima descendentem iubet Plato quiescere, sic enim scribit in eo dialogo, qui ciuilis de regno inscribitur. Præstat autem per media progredi patiendo. sic. n. facilius, meliusq; Ideas inueniemus, hoc autem ad illa, quæ inquiruntur totum referre. & in Phædro sic ait: Meminisse rursus oportet non prius posse aliquem dicendi artem ad summum callere, ad persuadendum, atque docendū, ut ratio superior nobis ostendit, quam ueritatem earum rerum, quas dicit, vt scribit, cognouerit, vniuersamque rē diffinire, & diffinitione posita rursum secundum species vsque ad indiuidua diuidere nouerit. Si Panætius non fuisset Stoicus, vitium profecto in hac diuisione commisisset, non descendendo usq; ad indiuidua, quod fecisset Plato, & Arist. eorumq. familiæ, nam dabant in his rebus gradus. Plato. n. quod in philosophia inchoatum erat, neque perfectum, progressionē quādam ad virtutem appellabat, quod non dixissent Stoici. quod autem erat absurdum, id uirtutem Plato dicebat. Stoici uerò dicentes omnia peccata esse paria, eos, qui natura, doctrinaque ad uirtutem longè processissent, nisi eam planè adepti essent, summè miseros esse dicebant, neque inter ipsorum uitā, & improbissimorum quidquam omnino interesse, ut Plato tantus ille vir primus philosophus, si perfectè sapiens nō fuerit, nihilo melius quā quiuis improbissimus nec beatius uixerit. Sed hoc bona venia Cic. dictum sit, qui fortè aliqua alia ratione mouebatur, quæ me fugit, & ideò ī hoc nec audaculus esse uolo, nec pertinax [Vtrum honestius]. i. alterū de duobus honestius sit, cum duo proponātur honesta, iudicandū est utrum illorū sit honestius. [Rationem] Modum consilij capiendi. [Triplicem] Tripliciter diuidendam, nā in tres partes diuisit consilij capiendi deliberationem. [Primum igitur] Facit auditorem attentū, & docilem, proponens cum enumeratione, expositione, diuisioneque, quo ordine singula tractare intendat, sic poetæ faciunt in suis propositionibus maximis. Docilem, inquit Fab. sine dubio, & hæc ipsa præstat attentio. sed & illud si breuiter, & dilucidè summam rei, de qua cognoscere debet auditor. indicauerimus: quod Hom. atque Vir. operum suorum principijs faciunt, nā istius rei modus est, ut propositioni similior sit, quàm expositioni, nec quomodo quidq; sit actu, sed de quibus dicturus sit, orator ostendat. [De honesto] Quod facit in hoc, i. lib. in cuius calce dicit de duobus honestis, vtrum, honestius & pari ratione de utili agit in 2. uol. [De comparatione]. Hoc facit in vlti.

Cice. error.

A generalissimis ad specialissima in diuisionibus descendendum est.

ADDI.

Captus locus q.

CONSILII] Rationis, & iudicij de aliqua re agenda. [Capiēdi] Eligendi, captus locus dicebatur ac sacrificandum legitimè constitutus, [Deliberatio] Consultatio, & ratiocinatio. [Honestum] Laudabile sua sponte, ac decorum. [Factum] Fiat. [Turpe] Indecorum, vituperabile. [Cadit] Venit in consultationem disquisitionemq; consilij. [Distrahuntur] Eunt in diuersum, atque oppositum. [Commoditatem] Necessariam utilitatem, & usum.] Iucunditatem] Oblectationem. Tria siquidē sunt amabilia; honestum, utile, iucundum. [Facultates] Possibilitates, domesticasq; rationes, & sortes, vnde difficultas domestica dicitur paupertas, & inopia. [Copias] Copiosas, & numerosas diuitias. [Opes] Auxilia fortunæ, factiones, & clientelas. [Potentiā] Magna afficiendi instrumentum, & uires. [Conducat] In rē sit, & rationibus prosit, & calculis. [In rationem] Numerum, considerationem, & supputationem, unde rationarij libri dicti, & venire in rationem Libitinæ, est numero defunctorum ascribi, & cudiario, siue calendario apponi, & habere aliquam rationem cuiuspiam est illum in aliquo numero, & æstimatione, aut indicatura habere. Quæ ministeria, inquit Senec. quamuis incruēta sint in numerum stipendiorum ueniunt. [Pugnare] Contrariam vim habere. [Videtur vtile] Præ se fert apparentem utilitatem. cum re uera nihil sit vtile, quod vacet honestate, & hoc ex decreto stoicorum in primis. [Rapere] Violenter appetitum trahere, quoniam duce natura, tendit ad honestū. Quapropter vim infert iucunda, & præstigiatrix (ita dixerim) vtilitas. [Reuocare] Reducere tanquam ad proprium decus, ad quod eum natura subornauit, & instruxit. [Distrahatur] Diuellatur, reddaturq; anceps, atque ambiguus. [Ancipitem] Dubiam, & controuersam cogitationem, & electionem. [Triplicem rationem] Viam, & modum liberandi. Pace tua dixerim Cice. Stoicus Panætius rectè diuisit, & iure suo gradus non posuit, vt Stoicum præscripserat decretum, quod tu Cato personam mutuatus explicuisti, & Paradoxa cōmunibus locis probasti, honestū quippe non crescit apud Stoicos, sic etiam turpe, & beato non est beatior, ne sapiente sapientior, virtutes pares sunt, & uitia. suffragatur mihi (vt alios præter eā breuitatis causam) tui studiosissimus, & doctrinæ non minus quàm facundiæ admirator, & laudator. Sen. 9. epist. dicens: Non est vllum bonum maius altero, quia non est quidquam apto aptius, quia plano nihil est planius, nec honesto honestius quidquam est, quòd si par omniū virtutum natura, tria genera bonorum in æquo sunt omnes viri boni pares sunt, quia boni sunt. & alibi: incrementum maximo non est, nihil inuenies rectis recto, non magis quam verius uero, honestum quoq; nullā accessionem recipit. [Distribuit] Distingui, separari, diuidi. [Primum est igitur] Ponit ordinem futuræ disputationis, & docilitatem uenatur, & attentionem. [De honesto] De omni genere virtutis, & officiorum in 1. vol. in quo extremo aperit vtrum honestius. In secundo de omni ratione vtilitatis, & vtrum utilius. In 3. de repugnantia, quæ uester esse inter honestum, & vtile, nec non de formula, iudicio, atque electione disputat copiosè. [De comparatione]. i. adæquatione, & collatione ipsarum qualitatum, quas præ se ferūt honesta, & vtilia. nam re uera nullam recipiunt comparationē, vtilitas etenim nulla est, vbi non est honestas, hanc comparationem hi faciunt, qui uoluptate, ac vtilitate omnia metiuntur, dirigunt, expediunt, Qui verò primas dant honestati, non conferunt, multo minus Stoici, qui nullum præter honestum nouerunt bonum, omnia siquidem ex altera parte collocata uix minimi momenti instar habebunt. Non indignor, inquit Sen. quod post uoluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum uoluptate conferatur contemptrix eius, & honestis, & longissimè ab illa resiliens.

Venire i rationē. Libitinæ q d sit.

Cice. error.

TRIPLEX est (vt Panætio &c.) Facta officij diuisione, & eius ostensa parte, de qua tractandum ab eo sit, totius operis diuisionem facit quinque partitam. Cū enim officium sit uirtutis actio, merito cum quid agendum est, quæri, aut deliberari à nobis solet, honestum ne sit illud, an turpe, vtile, an inutile. Et quia vtilitas cū honestate sæpe pugnat, quoties aliquid vtile est, quod idem honestum nō est, nascitur hinc alia, & ea perdifficilis consultatio, honestum ne sit quod utile uidetur. Quærimus

FRAN MAT.

Honestū contra turpe.

mus item duobus propositis honestis,vtrum honestū , & duobus propositis utilibus , vtrum vtilius, quæ duo prætermissa à Panætio miratur Cic.& reprehendit . Arist. tria tantum ad capiendum consilium pertinere dixit,honestum,vtile, iucundū , & tria ad repudiandum,turpe,utile,molestum.Vt Panætio uidetur.Aliter.n.Cicer.sentit & diuidit.[Consilij capiendi]Cū facere aliquid uolueris.[Honestum]Quod reprehendi non possit,vt occidere tyrannum, & patriam in libertatem uendicare . [Turpe] Vt tyrannidem occupare.[Tū autē &c.] Secunda diuisionis Panætii pars , utile aliquid sit,an inutile.Subijcit autē vtilitati etiam iucunditatem Cic.[Inquirunt]Per seipsos consultant cū aliis . [Commoditatem] Est.n.aliquid commodū , idem tamen minus utile . Commodum est multos habere seruos,idē tamen inutile si pauciores sufficiant. [Iucunditatem] Non solū commodi,sed delectationis etiam ratio habenda est, quod nisi cum honestate coniuncta utilitas fuerit,repudianda erit. Iucundum est totos dies ludis,theatris,& lupanaribus impartiri, idē tamen nullo modo utile aut honestum.Rhetori nō satis est aliquid honestum esse persuadere, nisi idem utile esse facile iucundum ostendat. Et propterea seorsum de his præcepta dat. Non enim si prodest tantum, sed etiam si delectat negocium suscipiendum,vulgus extimat,sed sapiens nihil iucundum esse disserit, si honestum non idē sit.[Ad facultates]Quid sint facultates ipse exponit subiungens copias rerum opes, & potentiam . Nam ad hoc genus est facultas, quæ possibilitatē significat in re qualibet. Copias rerum] Omnium affluentiam [Opes]Seruitia,clientelas, hospitia, sodalitates. [Potentiam) Imperia,magistratus. [Suos]Cognatos, propinquos ,affines , amicos. [Conducat id nec ne &c.] utile sit an contra . Exépli gratia: vtile videt tenere primum locum in ciuitate , cum tamen propterea sępe in nos concitetur inuidia,& perdamus utile . item uidetur multos clientes,multos sodales habere, cum tamē sic in suspicionē affectandæ tyrannidis uenire possumus, ergo inutile.[In rationem utilitatis] Vt si utile sit, & minimè nociturum suspiciamus,si contra relinquamus [Tertium dubium &c.]Tertia est consilij capiendi deliberatio,cum id,quod vtile est pugnare cum honesto uidetur, pugnare quidem re uera utile cum honesto nullo modo potest, cum utile nihil sit, quod idem honestum non sit,& contra.nō potest ergo pugnare, sed videt. Neque hoc ad sapientem, qui errare non potest, aut decipi , sed ad multitudinem referas. Verum hæc infra patebunt , sed ut tantisper intelligas, exēplum subiicere placuit . Incolumitatem seruare utile,ut pro patrię, parentum , ac fratrum salute se periculis offerre honestum est. qui ergo incolumitatis suæ seruandæ causa,patriam cum possit non defendit, aut parentes,aut fratres,ab honesto discedit.idq; utilitatis causa facit,cuius maiorem à se rationem habendam credit, quam publicę salutis trahitur . itaque ab utilitate propria , quod si idem sua utilitate contempta defensionem aggreditur , uincit honesti ratio utilitatis rationem , cum item qui si patriā perdat, non solum incolumitati suæ consulere potest,sed præmia ingentia, & diuitias consequi, utile hoc uidetur, sed dissuadet honestas facere , quæ omnia quamuis difficillima prius perpetienda iubet,quam huiusmodi aliquid tentandum.hæc & alia huius generis sunt,in quibus utilitas ad se nostros animos rapit , & ab eadem honestas reuocat. [Videtur natura] Re uera non est,cum nihil utile sit, quod non honestum. [Distrahitur] Vtilitas n.suadet, honestas dissuadet. [Ancipitem] Dubiam , vel duplicem,sed si dubias res omnino(vt Cic.præcipiet)omittenda.[Hac diuisione &c.] Panætium nunc reprehendit,quod duo prætermiserit . non tamen dignus omnino propterea reprehensione Panætius uidet: aut.n. exprimitur aliquid in diuisione,aut necessario subintelligitur non exprimitur in diuisione Panætii comparatio duorum honestorum , & duorum utilium,cum tamē de honesto, & utili tractatur, nemo est qui non intelligat esse utili aliquid magis utile, & honesto magis honestum.[Præterire aliquid]Omnes.n.rei qualitates siue species,& proprietates,de quibus dicendum est,diuidendę sunt . Duobus propositis honestis, ut si proponatur , patria ne , an parentes potius seruandi sint, cum utrūque liceat , erit patria potius seruanda , quia id honestius est . Cum ea omniū charitates complectatur. Item duobus propositis utilibus,ut si deliberetur dāda ne sit opera rei militari , an mercaturæ,iure ciuili,an medicinæ . [Ita , quam] Concludit nunc Cicer. Primum .n.quem ordinem seruaturus sit declarat , in quo docilem facit . Primo, inquit, lib. de honesto tractat , & duobus propositis honestis,utrum honestius . In secundo de utili,& utilium ad inuicem comparatione.In tertio de utilis,& honesti pugna.

Inter opes,&copiam differentia.

Quare Panatius rephēditur hic.

ASC.

TRIPLEX igitur est, Distinguit secundum membrum , quod prosequi uult, uidelicet officium medium,quod in preceptis probabilis consistit, ostendens secundum Panætium triplicem esse consilii capiendi deliberationem , secundum se autem quincuplicem, quarum prima est, an honestum sit factū , an turpe . Secunda, si hoc & illud honestum , utrum sit honestius.Tertia,an utile sit,an inutile. Quarta si duo utilia,vtrum eorum utilius.Quinta,si alterum honestū, alterū utile, utrum acceptabilius. Ordo est. Deliberatio capiendi consilii .i. de capiendo consilio circa officium est , ut uidetur Panætio,triplex Nam sup. qui deliberant , dubitant,an id quod in deliberationem cadit sit honestum factu.i. ut fiat, aut turpe. In quo considerando.i. in cuius consideratione animi supple considerantium, uel deliberantium distrahuntur.i.diuisi trahuntur sæpe in contrarias sententias . Autem pro sed , disquirunt rum .i. deinde aut consultant , deinde ad commoditatem.q;, pro, & , iucunditatem uitæ , hoc est an sit commodum , & uoluptuosum . Item ad facultates rerum, atque copias , ad opes.i.diuitias , & ad potentiam, quibus ipsi possent iuuare, & se, & suos supple amicos , & necessarios . An.s. id de quo deliberant, conducat .i.utile sit nec ne.i. an non , quæ omnis deliberatio , uel quę deliberatio cadit.omnis.i.tota,in rationem utilitatis , hoc est an sit utile,an inutile, sicut præcedens in rationem honestatis,an.s. sit honestum , an inhonestum . Tertium genus dubitandi, & per consequens deliberandi, est, cū.i.quando,id quod uidetur utile,uidetur repugnare .i. contendere de prestantia , & eligibilitate cum honesto. Enim, pro quia, cum.i. quando , utilitas uidetur rapere ad se,ita.s. quod sit utile , & non honestum, & cum.i.quando,honestas è contra.i. econtrario , uidetur reuocare, id est , quod iniquè raptum est per reuocationē appropriare ad se,ita quod sit honestum,sed non utile.fit.i.cōtingit sup tunc ut animus distrahatur.i.in diuersas sententias, trahatur deliberando, & afferat ancipitem.i. dubiam , & periculosam curam cogitandi. Hæc ex Panętio,quæ ut imperfecta reprehendit auct. dicens . Hac diuisione &c. sed Marsus aliter sentiet, vt videbis. Ordo est. Cum .i. tametsi, prætermittere aliquid in diuidendo.i.dum diuisio,fit maximum uitium,tamen supple duo sunt prætermissa sup. in hac diuisione . Nec, pro,& non;etenim non solet deliberari.i.deliberatio fieri solum,vtrū sup. aliquid sit honestum,aut turpe,sed etiam propositis duobus honestis.i. postquam duo honesta proposita sunt, & supple solet deliberari utrum sup. illorum (gallicè, Lequel des deulx)sit honestius.i, le plus honestu en honorable, quod pro & item.i.consimiliter , duobus utilibus propositis supple deliberari solet utrum sup.sit,utilius ita.i. hoc modo reperit (gallicè,ou troue) Est enim impersonale uerbum rationem quam ille Panætius putauit esse triplicem, debere distribui in quinque partes. Primum igitur disserendum est de honesto,sed dupliciter, quia disquiritur primum an sit honestum, an inhonestum.deinde si duo sint honesta,utrum honestius,& tum.i. deinde,disserendum est pari.i. consimili ratione de utili, an .s. sit utile an inutile , & utrum utilius si duo sint , & post.i. ultimo loco,disserendum.i.disquirendum est .i. oportet disquirere de comparatione eorum . s. honesti & utilis , hoc est si unum sit tantum honestum , & alterum sit tantum utile , utrum sit acceptabilius .

Terētius Dū i dubio est animus, paulo momento huc, vel illuc impellit.

ARGVMENTVM.

Ex ueteris Academia,& Stoicorum sententia qui summum bonum à natura proficisci putant,& hoc ipsum esse beatè uiuere secūdum naturam uiuere,commemorant,quæ semina nobis natura inseuerit, quæque adminicula addiderit,quibus accidente industria,ac usu,ad felicitatem quo referuntur omnia proficiamus. Nam primo loco omni animanti studium tuendi sui indidit, id quod iure naturæ est hominum cum pecudibus commune, uocaturq; κατὰ φυσὶν πρῶτον , idest secundum naturam primum,consequens est appetitus eorum,quæ incolumitati sunt amica,fuga eorum quæ noxia.Verum homini , quoniam non solum è corpore constabat,sed etiam ex animo,ut totus esse possit incolumis , ratiocinandi uim addidit, unde disciplinæ omnes , & uirtutes illæ morales proficiscuntur.

Prin-

PRINCIPIO generi amantium omni est à natura tributum, vt se, vitã, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura uideantur; omniaq;, quæ sint ad uiuendum necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, vt latibula, ut alia eiusdem generis. commune item animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. sed inter hominem, & beluã hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum quid adest quodq; præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritũ, aut futurum: homo autem qui rationis est particeps, cõsequentia cernit, principia, & causas rerum uidet, earũq; progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusq; præsentibus adiungit, atque annectit futuras; facilè totius vitæ cursum videt, ad eamq; degendam præparat res necessarias. Eademq; natura ui rationis hominem conciliat homini, & ad orationis, & ad uitæ societatem; ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt; impellitq;, ut hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire uelit; ob easq; causas studeat parare ea, quæ suppeditent, & ad cultum, & ad uictum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisq;, quos caros habeat, tueriq; debeat quæ cura ex suscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. in primisq; hominis est propria veri inquisitio, atque inuestigatio. itaq;, cum sumus necessarijs negocijs, curisq; uacui, tũ auemus aliquid uidere, audire, ac discere; cognitionemq; rerum, aut occultarum, aut admirabiliũ ad bene, beateq; uiuendum necessaria ducimus. ex quo intelligitur, quod uerum, simplex sincerumq; sit, id esse naturæ hominis aptissimum. Huic veri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus, ut nemini parere animus à natura bene informatus velit, nisi præcipienti, & docenti, aut utilitatis causa iustè, & legitimè imperanti: ex quo animi magnitudo existit, humanarumq; rerum contẽptio. Nec uerò illa parua uis naturæ est, rationisq;. quod vnũ hoc animal sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat in factis dictisq;, qui modus. itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, uenustatem, conuenientiam partium sentit. quam similitudinem natura, ratioq; ab oculis ad animum transferens, multò etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consilijs, factisq; conseruandũ putat; cauetq;, ne quid indecore, effeminateue faciat, tũ in omnibus, & opinionibus, & factis; ne quid libidinosè aut faciat aut cogitet. quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum, quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodq; uerè dicimus etiam si à nullo laudetur, laudabile esse natura. Formam quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti uides. quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait Plato) exercitaret sapientiæ.

PETR. MARS.

PRINCIPIO] Incipit tractatus, in quo, vt ostendat honestum esse secundum naturam, & nos habere semina uirtutis, & quosdam igniculos à natura datos, eundem ordinem sequitur, quem in libris de Finibus, licet illic de dogmate tantum agatur, hic autem de dogmate, & præceptis. illic dicit petendam esse originem summi boni ab ipsa natura, & vt facilius, & dilucidiꝰ inueniat quid naturæ hominis aptissimum sit, ponit principia naturæ, & ea, quæ omnibus animalibus communi lege competũt. Inde ponit differentiã inter hoĩem, & beluã, quæ tãtũ sensu mouetur, & hominem, qui habet rationẽ, idest intellectũ, quę tandem efficitur in ipsis studiosis recta ratio, idest, prudentia, qua homo differt ab homine. Vnde cum pulchrum sit hominem differre à bestiis ratione, quanto pulchrius est recta ratione, idest prudentia hominem homini antecellere? & sic scrutando paulatim naturam humanam, inuestigat principia uirtutum, ex quibus conflatur illud honestum, de quo erit disputandum, & ostẽdit innata nobis esse semina boni, officiorumq; boni.. Seneca etiam dicit: Insita sunt nobis omnium artiũ semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia. & alibi dicit: Dociles natura nos edidit, & rationẽ dedit imperfectam, sed quæ perfici possit. In ult. de Fin. sic ait: Totius q̃onis eius, quæ hr de finibus bonorum, & malorũ, cum quæritur in his quid sit extremũ, & ultimum, fons reperiendus est, in quo sint prima inuitamenta naturæ, quo inuento omnis ab eo quasi capite, de summo bono, & malo disputatio dr̃. [Principio] Primum omniũ natura hoc tribuit omnibus animantibus. [Omni gñi animantium] Tam rationaliũ, quã irrationaliũ, [Tributum] Concessum liberalitate quadam naturæ communis parentis. Tribuimus liberalius, quam damus. Vnde natura optima parens hoc tribuit omnibus animantibus. [Tueatur] Defendat, quoniã omne animal seipsum diligit, & se in optimo sui generis statu conseruare cupit, ita tribuente natura. Se accipit tanquam genus, & postea distinguit in vitam, & corpus, uitam ne mors inferatur, quam omne animal fugit, tanquam ultimum quoddam omnium terribilium. Quod experientia patet, nam unumquodque animal duce natura, uitat mortem, & se defendit. Euolant è nidis auiculæ, & latebras quærunt rapi timẽtes, nant & mergunt sese, emergunt anaticulæ. Vituli, & boues, & cetera id genus cornibus utuntur, & calcibus. Apes, vespæ, cæteraq; insecta, aculeis. Aquatilia etiã id fugiunt. Omne denique animatum. [Corpusq;] Ne aliquo detrimento afficiatur, vt frigore, & aliis, quæ corpori molestias afferunt, & singulis etiam partibus ipsius corporis, quæ per se charæ sunt, ꝙ omnes suas partes integras habere cupit. In vlt. de Fin. ait: Iure igitur grauissimi philosophi initium summi boni à natura petiuerunt, & illum appetitum rerum à natura commodatarum ingeneratum putauerũt omnibus, qui continetur ea commẽdatione naturæ, qua se ipsi diligunt. [Declinet] Vitet & fugiat. Declinare propriè est motu corporis, & gestu aliquid uitare. [Paret] Acquirat. [Vt pastum] Cibum dixit, non potum, quoniam satis est fluuius, & aqua, quæ passim fluit ad potum. [Latibula] Latebras in quibus lateat declinans contrarium, & aliquod detrimentum. [Alia eiusdem generis] Quæ sunt his similia, & necessaria ad tuendam uitam, quod unumquodque animal facit duce natura. [Cõmune item] Dicit nunc cõmune esse omnibus animalibus creare sibi simile in specie. [Coniunctionis] Copulationis. Nam ius naturale est, quod natura docuit omnia animalia. Nam istud ius, inquit Iustinianus, non solum humani gñis proprium est, sed omnium animaliũ quæ in cœlo, quæ in mari, quæ in terra nascuntur, à quo descendunt matrimonia, liberorum procreationes, educationes. Et cura quædam eorũ] Neque enim [vt inquit Cato] hæc inter se congruere possent, vt natura, & procreari uellet, & diligi procreatos nõ curaret, atque etiam in bestijs uis naturæ perspici potest, quarum in fœtu, & in educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem audimus. [Sed inter hominem, & beluã] posuit hactenus ea, quæ omnibus animalibus competunt iure naturali. Nunc ponit differentiam, quæ est inter hominem participem rationis, & beluam rationis expertem. Homo quippe mẽtem habet agentem, & contemplatricem. [Sensu] uisu, gustatu, auditu, odoratu, & tactu. Nam belua si rem uidet, mouetur, & ad illam properat, & sequitur odorem non per se, sed per accidens. Nam canis uestigat leporem odore, cũ primũ assequitur feram dimittit odorẽ, & non habet rationem, nisi quod sensibus exterioribus mouetur. [Adest] quod non longè abest, illud dicitur adesse, quod paulo post futurũ est, aut quod adueniat, sed præsens est id, quod iam uenit. Dicimus adest Scipio, cum uidetur ad nos pergens. [Paulum sentiens] Præteritum, aut futurum, quia non habet perfectam memoriã, & reminiscẽtiam, ut homo, nec habet prudentiam, qua futura ex præteritis prouidemus, quæ tria faciunt hominem antecellere beluis infinito interuallo. [Homo autem] Descripta beluarũ natura transit ad naturã hominis, vt inueniat igniculos uirtutis à natura datos,

Homines natura dociles.

Declinare quid.

datos, & quid naturæ humanæ consentaneum sit, esset quidẽ absurdissimum, si homo diuinum animal non haberet naturam, quæ à ceteris differret. [Rationis] Intellectus, homo differt è bestiis ratione, quæ est in ipso quoddam diuinum. [Per quam] rationem, & rectam rationẽ.i.prudentiã, & virtutem, quæ nil aliud est, nisi perfecta ratio. Ratio perfecta, inquit Seneca, proprium hominis bonum est, cætera illi cui animalibus communia sunt. [Cernit consequentia] Hoc prudentiæ proprium est futura ex præteritis prouidere, nam prouidẽtia est, qua futurum aliquid uidet. Vnde idem Cic. scribit in dialogo de legibus: Sin ingenij aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria, quæ uirtus ex prouidendo est appellata prudentia, quid eo dici, aut cogitari poterit beatius: Vnde per prudẽtiã.i. rectam rationẽ possumus consequentia cernere. [Consequentia] Ea quæ consequuntur. [Causas rerum] i. cognoscit causas rerũ, & effectus causarum, atque res per causas suas. [Progressus] futuros exitus, quõ res progrediatur, & quo tẽdat. [Quasi antecessiones. Tanquã ea, quæ antecesserunt, homo prudẽs cognoscit futura per causas effectrices, & signa tanquam ea; quæ fuerunt, & hoc facit intellectus, & obseruatio rerum quę sunt, & accidũt in uita humana. [Similitudines cõparat] Nam prudens cum uidet aliqua signa, cognoscit quid futurum sit propter longam rerum experientiam, & obseruationẽ, cõparando cum aliis signis, quæ præcesserunt, post quæ accidit aliquid magni. Ideò canit Lucanus aliquos cognouisse, & prouidisse bellum ciuile futurum ex signis, quæ fuerant etiam tẽpore Marij, quo tanti motus in remp. fuerunt, & ideò subiungit. [Rebusq; præsentibus adnectit futuras] i. futura ex pteritis prouidet, quod proprium est hominis habentis rectam rationem [Adiungit] Cogitatione.s. & quadã directione rationis ad ueritatem iudicio, & ingenito acumine. Plus est adnectere, quã adiungere, adiungimus rem separatam, adnectimus coniunctam, quemadmodũ pannũ filo adnectimus. Cursum uitæ] .i. animo, & prudentia, complectitur omnem uitæ consequentis statum. [Videt] oculo.s.mentis.i.habilitate naturali, quam habet, & solertia. Habilitas est dispositio, qua homo operatur, & anima, secundum corporis instrumentũ, & est quædam habilitatis naturæ non industria nostra cõparata, sed innata nobis, hæc habilitas non respicit ullã aliam uirtutẽ, præter prudẽtiã, & appellatur oculus, anima naturalis, cui ipsa prudentia imprimitur, vt virtus ipsius oculi, ideò prudentia opponitur stultitiæ, quia stultus non habet illam habilitatem, vt sit prudẽs, & hæc habilitas habet habitus bonos, & malos, bonus habitus prudentia est, malus uero malitia dicitur, quæ est pars uitij, & astutia, uafritas, calliditas, & malitia in ordine conuenit cum prudentia, sed peccat in bono fine constituendo. Malitiosus.n. proponit malum finem, & inuenit omnia media mala, q̃ sunt tendentia ad illum finem. Prudens uerò bonum finem constituit, & per media coniuncta honestati ad illum pergit. Est igitur habilitas prudẽtia naturalis, cuius contrariũ dicitur malitia. [Degendam] sustentandam cum ratione, vnde vitã degere est prudenter, & è natura viuere. [Eademq; na.ui.rõnis] potẽtia intellectus. Sic apparet à natura ipsa, inquit Cato apud eũdẽ in lib. de fin. nos impelli, vt eos quos genuerimus, amemus, & ex hoc nascitur, ut etiã cõis hominũ inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit non alienum uideri, homo est animal sociabile per naturam, quæ homines coniunxit. Vnde congregatio hominum ciuitas appellata est, quæ natura constat, non necessitate, vt vult Arist. in lib. de rep. quoniã natura ipsa vult, & iubet, ut homines ita congregentur, nam cũ cetera animalia coniunctionẽ inter se habeant naturaliter, multo magis homines habere debet, cum sint natura apti ad cœtus, concilia, ciuitates, & mundus sit tanquã cõmunis ciuitas, cuius singuli homines partes sunt, & ciues. Vnde illud natura consequi debet, ut communẽ utilitatẽ nostrę anteponamus. Igitur illa uox inhumana (ut inquit Cic.) & scelerata dicitur eorũ, qui negant se recusare, quò minus ipsis mortuis, terrarũ omniũ deflagratio consequatur. [Orationis] Colloquij. Hæc sunt semina iustitiæ, quæ dat cuique, quod illi debetur, estq; è natura maxima, quoniam homo ab homine nõ est alienus. [Ingeneratq;] In ipsa generatione inserit. [In pri.] Maximè, & ante omnia. [Pręcipuum] Maximum, & singularem. Precipuus significat præter cetera, natura uult, ut filios præcipuè amemus.i.supra ceteros. [In eos] Erga eos, qui ex nobis nati sunt. [Celebrari] Frequentari, & coli. [Cætus] Congregationes hominum, quas ciuitates appellauerunt. [Obedire] Vt alter alteri obediat pro communi vtilitate sine aliqua discordia. Ob eas causas J.s. supradicta, qua uita degenda est, & filij procreandi alendiq;, & cætus frequentandi. [Suppeditent] Abundè sufficiant. Suppeto est uerbum neutrum, & sic suppedito eius frequẽtatiuum. [Ad cur.] Ornatum corporis, & ea quæ ad uictum necessaria sunt. [Me si bi soli] Quoniam impellimur à natura. ut alibi scribit Cice. ut prodesse uelimus quamplurimis, in primisq; docendo, rationibusq; prudentiæ tradendis. Atq; ut tauris natura datũ est, ut pro uitulis contra leones summa ui, impetuq; contẽdãt, sic hi, qui valent opibus atque id facere possunt, ut de Hercule ac Libero accepimus, ad seruandum genus humanum natura incitantur. Minimè autem conuenit, ut cũ ipsi inter nos neglecti, abiectiq; simus postulare, ut Deo immortalissimo chari, & ab eo diligamur. Inter nos, inquit, natura coniuncti, consociatiq; sumus ad ciuilem cõitatem, quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitatis locus. Vnde inuehitur Plin. in mortales, qui naturæ benignitate abutũtur. Cetera animãtia, inquit, in suo genere probe degunt, congregari uidemus, & stare contra dissimilia, leonum feritas inter se non dimicat. Serpẽtium morsu non perit serpens, nec maris quidem belluæ, ac pisces nisi in diuersa genera sęuiunt, at Hercule homini plurima ex homine sunt mala. Seneca dicit: Tuta est inter feras similitudo morum. [Quæ cum.] Tuendi se & suos, vt vult iustitia. [Exsuscitat] Erigit, excitat penè sopitos, cum principia tamẽ à natura sint, quibus vtitur homo tanquam dormiens, & nondũ planè vim naturæ cognoscens, atque intelligens, sed ratio eum excitat, & maiorem facit ad rem agendam, hæc sunt semina iustitiæ tributa hominibus à natura. Omnium honestarum rerũ semina, inquit Seneca, animi gerũt, quæ admonitione excitantur nõ aliter quã scintilla flatu leui adiuta ignem suũ explicat. [In Primisq; hominis est] igniculis agit. [In primisq;] Potissimum, & præter cetera animantia hoc homini à natura tributum est in ipso ortu. [Veri inquisitio] Cic. confusè loquitur de prudentia, & sapiẽtia, quæ est habitus præstabilissimus circa res contemplãdas, prudẽtia verò agendas: est.n. quædam in ipsis rectitudo. Hæc omnia sapiens prospicit, sed prudens non statim cognoscit ea, quæ sapiẽtiæ obijciuntur, & multi fuerunt sapientes, quoniã rerũ naturaliũ, & diuinarũ cognitionẽ habebant, sed non prudentes, quoniã in rebus agendis nec suis cõmodis, nec alienis consulere sciebant. Vnde dicit Cic. alibi: Anaxagoram dicimus sapiẽtem, quoniã rerum præstantissimarũ cognitionẽ habuit, prudentem minimè, quoniã nec suis cõmodis, nec alienis consuluit. [Inquisitio] Propriè animi est, & veri inquisitio est peculiaris ipsius hominis, cetera quippe animalia hoc non habent, ut quid uerũ sit in rebus humanis, & etiã naturalibus, & diuinis scire, aut inquirere possint. [Inquisitio] .s. per se nemine extrinsecus cogente, quoniã natura impellimur ad ueritatẽ inquirendã. [Inuestigatio] Diligens indagatio, quoniã inuestigare est diligenter quasi per uestigia inquirere. Innatum est hoc hominibus, vt veritatẽ inquirant, & si per se non possunt illam inuenire, cõsulant prudentes, & sapientes, quorũ uestigiis insistentes uerum indagant. [Propria] Non communis cũ reliquis animalibus. [Itaque] Igitur cum nobis à natura insitum sit, ut ueritatem inquiramus, concludens Cic. probat quod dixit, nã homines, cũ vacui sunt aliis negocijs, discere cupiunt ea, quæ ignorant, nisi sit in ipsis natura deprauata, & ratio uicta penitus ab ipso appetitu, qui est sine cognitione. In 4. de Fin. sic ait: Inest in eadem explicatione naturę insatiabilis quædam in cognoscendis rebus uoluptas, in qua una confectis rebus necessariis, uacui negociis iucũde ac liberaliter possumus uiuere principiis, inquit, à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabuntur, quædam profectæ à contemplatione rerum occultarũ, quod erat insitus mẽti cognitionis amor, ex quo etiã rationis explicandæ, disserendiq; cupiditas cõsequebatur. [Auemus] Cupimus lib. 2. de Fin. ait: Et quoniã eadẽ natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi, quod facillimè apparet, cum vacui curis etiam quid in cœlo sit, scire auemus. Discere] Discimus rem prius incognitam, addiscimus, cũ aliq d addimus, ediscimus, cũ memoriæ mandamus. [Videre] Vt postea cognoscamus, & sciamus; quoniam ni hil potest esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu. [Discere] Est ipsius animi, q utitur sensu, ut discere possit: non.n. potest animus id discere, quod

Ratio, ciuinũ quoddã in hoĩe.

Adnecto quo ab adiungo differt.

Habilitas quid sit.

Mundus q d si.

Suppeto quod uerbum.

Inquisitio quid.

Inuestigare quid.

Disco ad disco edisco quo differant.

quod

quod non percepit sensu. [Necessarijs]Pertinentibus ad res necessarias humanæ uitæ degendæ. [Rerum aut occultarum] Naturalium,quæ sunt immersæ penitus in materia,de quibus tractant Physici. aliquæ res sunt partim separatæ , partim non separatæ,i.materia,de quibus tractat ipse Mathematicus. aliquæ separatæ penitus à materia,ut est ipse Deus gloriosus , & essentiæ,siue intelligentiæ cœlestes , de quibus est ipsa sapiētia .i.prima philosophia,quā græci Metaphysicē, nos theologiam appellamus græco tamen uocabulo.[Cognitioneq;] Scientiā rerū humanarum, & diuinarum cū explicatione causarum earundem,& quid sit Deus,quid ue anima , quæ rerū principia , quis ordo , qui fines , quis rector. nam scire est cognoscere res per causas suas, & cognitio antecedit sciētiā,cognitio est prius per sensum,postea est cognitio principiorū,& omnis sciētia est cognitio,sed non omnis cognitio est scientia,quoniā ad plura sese extēdit, quā sese extendit cognitio,& principium ad plura quā causa,& causa ad plura quā elementū , & omnis causa est elementum,sed non econtra.[Aut admirabilium . Hoc est quantum ad opiniones admirabiles philosophantium , & ea deniq; omnia,quæ magna sunt,& admiranda, ac per hoc cognitione dignissima,ut sunt rationes rerum omnium,quę cœli ambitu continentur,& quorum humani uigor ingenij capax habetur, & talis cognitio perficit mentis aciem,estq; illius bonum,& ic circò ad perfectionem est necessaria, & ad beatè uiuendum,ut .s.nihil desit. [Ad bene beateq; uiuendum] Stoici uolebāt omnes bonos,beatos esse, bonos autē intelligebant omnibus uirtutibus instructos,& ornatos,beatos autem illos qui essent in bonis nullo adiuncto malo . Vnde beatitudinem dicebant cumulatam rerum complexionem separatis omnibus malis. dicebantq; beatam uitam descensuram in omnia tormēta,quod negabant Peripatetici , ut dictū est. Vnde dicit Arist. cum nō esse beatum quamuis sit bonus,qui incidit in calamitates. & Theophrastus negauit in sola uirtute positum esse beatè uiuere.Socr.lib 4.de Rep. dicit . Vir bonus sibi ipsi ad bene beateq; uiuendum sufficit, & non putabit durum filio orbari,aut fratre,aut pecunia,aut rebus similibus. [Necessariam[Quoniam moralis philosophia medetur amicis , inanes solicitudines detrahit,cupiditatibus liberat,pellit timores. Cognitio philosophiæ necessaria est ad benè beateq; uiuendū, quod assequi nō possumus,nisi ægritudine,& morbo mētis uacui erimus,& insania. Philosophi appellant morbos, omneis animi perturbationes,negantq; stultū quēquā his morbis uacare,& nisi sanatus sit animus, quod sine philosophia esse non potest , nullus erit finis miseriarū.[Ducimus]Existimamus,[Ex quo]Per hoc clarū est , inquit , homines his inductos omnia uera diligere. [Verum]Fidele [Simplex]Purum.[Sincerumq;] Constans, & sine uitio,& sic odimus uana, falsa,fallentia,ut fraudem,periuria,malitiam, iniuriā.Virtus.n.vt inquit Plato li.4.de rep.est sanitas quædam,& bona ualetudo ipsius animæ , malitia uero , morbus , turpitudo,& infirmitas.Et lib.2.dicit,verum mendaciū,si modo uerū dici potest,omnes homines pariter oderunt, atque dij.Et li.9.ait, Veritatis inspectio, quā præbeat uoluptatem,impossibile est aliquē præter philosophum gustare posse. Adde etiam quod ueritas est obiectū ipsius intellectus,qui tūc perfectus est,cū habet scientiam , quæ est rerū uerarum. Verū quippe est id, quod scitur. Itaq; bonū mentis est ipsa ueritatis recta cognitio[Aptissimum] accommodatissimum, & conuenietissimū. In 3.Tusc.dicit.Quod si tales nos natura genuisset, vt eam ipsam intueri,& perspicere eadē, quæ optima duce cursum uitæ perficere possemus, haud erat sanè ad quod quisquā ratione ac doctrina conquireret.Nā paruulos nobis dedit igniculos,quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis sic restinguimus,ut nusquā naturæ lumen appareat:sunt.n.in genijs nostris semina innata uirtutū,quæ si adolescere liceret , ipsa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nūc autē,simulatq; editi in lucē,& suscepti sumus,in omni continuo prauitate,& summa opinionū peruersitate uersamur, ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur. [Huic ueri uidendi cupiditati].i. uiuendi ueritatem;& cognoscēdi omnia, & singula φ homini insitum est , & sic agit nunc de seminibus fortitudinis [Appetitio principatus] ut primus in ciuitate sit li.2. de fin.in hac sententiā dicit : Eadē natura habet in se quiddā amplū,atq; magnificum,ad imperandum magis,quam ad parendum accommodatum omnia humana non tolerabilia solum sed etiā leuia ducens.Altū quiddam excelsum nihil timens,nemini cedens semper inuictū. [Bene inf.] Institutus.i.qui principia naturæ habet,& ipsis utitur. [Nisi pręc. docenti] parere debemus bono præceptori tanquā rectæ rationi cum in nobis viget appetitus. Vnde pueris inquit Arist.dantur pedagogi,ut efferuescente sanguine , & appetitu eos impellente ad uetita , in officio contineantur,ut ab insessore equus præceps, & indomitus. præcepta referuntur ad mores , doctrina ad scientiam . Plato in 2.de Leg.sic ait:Hic uolunt originem habuisse leges , & constitutiones, & nominata esse præcepta legum legitima , atque iusta,& Arist.lib.5.sic ait : Lex iubet uniuscuiusque uirtutis uiuere ratione,& uetat uitij cuiusque uiuere ritu.[Vtilitatis].s. nostræ,quoniam imperium est ad conseruationē aliorum, & cōmodum.[Et im.]Debet sufficere honor, si autē omnia refert ad suam utilitatem tyrannus est. Vnde consules dicebantur apud Rom.eo quod omnium saluti, & utilitati consulerent.i.prouiderent. [Legitimè]Iure,ut uolunt leges,quēadmodum sunt naturales reges,ceteriq; principes , qui hæreditarium principatum habent. Consules R. legitimè imperabant,quoniam reip.P.R. illis committebat. Cæsar autē non legitimè. quoniam patriā ui oppressam tenebat . unde Cato seuerus, & perfectus Stoicus potius uoluit sibi afferre uim, quā parere illi, qui non legitimè imperabat . Viri probatissimi eligendi sunt qui alijs imperent[Iustè]Non tyrannicè,sed ut uolunt leges,& iura gentium. Plat.li.3. de Rep. dicit: Temperantiæ præcipuā esse laudē obsequi principibus. [Ex quo] ob hoc quod dictum est,emergit ipsa fortitudo.[Animi ma.] fortitudo,& magnanimitas. [Existit]Emergit,apparet.Rerū Humanarum omniū,quæ hominibus accidere possunt in utranque partem , contemnit enim magnanimus res humanas , & uolubilitatem fortunæ , putatque ipsas inferiores esse sua præstantia, & excellentia,quod cum ita sit omnia spernit, & quæcunque accidere possunt, non solum tolerabilia,sed etiam leuia , & nullius momenti ducit . Magnanimi hominis est , inquit Seneca,constare sibi , & finem uitæ intrepidus expectare , nil aliud magnū in rebus humanis est , nisi animus magna despiciens. [Nec uero illa parua uis naturæ rationisq;].i rationis naturalis.Nunc agit de seminibus temperātiæ. [Rationis] Intellectus,qui pulchritudinē ordinis,decori, & modestiæ metitur,& sentit:cetera.n.animalia hoc nō habent [Hoc animal] Homo qui est diuinum animal,& cui principatus inter omnia animalia tribuitur . [Vnum] Solum. [Sentit]Cognoscit,sentire est sensibus cognoscere.[Quid sit or.] Vt omnia quodam ordine agantur,& ordo opponitur temeritati,quę nullum seruat ordinem in rebus agendis . Vnde Plin. Nepos laudat Spurinam,φ eo uitæ genere quo nihil est distinctius,vteretur. Me autem,inquit, ut certus siderū cursus , ita uita hominū disposita delectat,& senibus,inquit,placida omnia,& ordinata conueniunt,& nullum animal est præter hominē , quod in rebus agendis ordinem cognoscat,aut seruet.de ordine rerum, & tēporum opportunitate dicetur suo loco diffusius [Quid sit qd de,] quid sit decorū , cuius ignoratione,vt inquit in Oratore nō modo in vita,sed sæpissimè in poematis,& in oratione peccatur.Non.n. omnis fortuna,& non omnis honos, non omnis auctoritas,non omnis ætas. Nec uerò locus , aut tempus, aut auditor omnis eodem,aut uerborū genere tractandus est, aut sententiarū,quid deceat,ergo considerandū est.φ in re de qua agitur positum est,& in personis, eorum qui dicunt,& eorum qui audiunt.Itaque hunc locū longè,lateq; patentem philosophi solent in officiis tractare. Decere est quasi aptū esse , & cōsentaneum tempori,& personæ,φ cū in factis sæpissimè , tū in dictis ualer,in uultu denique,& gestu,& incessu , contraq; dedecere. Nam bene institutus à natura temeritatē reformidat, & non audet cuiquam aut dicto proteruo , aut facto nocere , uereturq; quidquā aut facere,aut eloqui, quod parū uirile ui deatur. [Quid si mo.] Mensura in omni re atque modestia.Nā modus est quædam mēsura,siue mediocritas in omni re.Vnde dicit Horat.est modus in rebus,sunt certi deniq; fines,Quos vltra citraq; nequit consistere rectū.[Itaq; eorū ipsorum]Nunc tangit aliud,quod est propriū hominis,iudicare .s. de pulchritudine,& uenustate,& eorū,quę oculis iudicantur.Igitur propter hoc,quia sentit quid sit ordo,& quid deceat.[Aspectu]Visu.[Sentiunt]Cognoscuntur,& percipiuntur sensibus exterioribus , & iudicantur. [Pulchritudinem] Pulchritudo propriè non dicitur nisi in magno corpore. [Venustatem] Venustas mulierum est, dignitas autem uirorum, uenustas est ipsa gratia,

Legis Virtus.

Magnanimi proprium.

Decere quid.

Venustas quid, & quid dignitas.

tia, quam affert pulchritudo. Vnde uenustus dicitur is, cuius forma multum hẽt gratiæ, inuenustus, qui omni caret gratia. [Cõuenientiam par.) Cognoscit homo, si partes corporis bene inter se conueniunt, & quadrant, habentq́. proportionem suam, aliter esset monstrũ. [Quam simili) Intellectus cognoscẽs in ipsis corporibus hanc pulchritudinẽ, & uenustatem ipsam transtulit ad animum, & putauit hanc conuenientiam, & hoc decorũ seruandum esse in dictis & factis, ut nil diceretur, nilq́; fieret, quod esset turpe, & indecorũ. Ergo huius pulchritudinis similitudine conspecta in ipsis formis, & corporibus, transitũ est ad honestatẽ dictorum, atq; factorum, & sic ponit analogiã .i. proportionem siue rationũ collationẽ, quę boni honestique notitiã effecit, vt idẽ auctor est in 3. de Finib. & extremo quarto Tusculanarum quæstionum, nec non Senec. 22. Epistol. qui referat uiam quã humana uis ad boni cognitionẽ peruenit aliquando, collatione siquidẽ rationis boni notitia facta est, & honestatis, ut alibi latius explanabitur. [Ratio] Intellectus humanus [Ad animum] Ad mentem, & mentis oculũ .i. ad potentiam naturalem animi. [Multo] Magis quam in ipsis formis, & corporibus. [Pulchritudinem] Et hæc pulchritudo ad magnanimum pertinet, qui magni dignus est. Magnanimitas enim in magnitudine, sicut pulchritudo in magno corpore cõsistit. [Constantiam] Constans, est homo sedatus, grauis, humana omnia premens, quem magnanimum, & fortem uirũ dicimus. Talis autem esse non potest qui meret, timet, cupit atque gestit. [Ordinem] Qui est seruandus in rebus agendis, & consiliis. [Indecore] Præter decorum ordinẽ, quæ duo si confundãtur, pulchritudo etiam, quæ ex his emergit, confundetur. Plato in Timæo sic ait. Nobis uero asserendum est ob hanc potissimũ rationem, Deum oculos genuisse, ut mẽti circuitus, qui in cœlo peraguntur, intuiti, in usum redigamus nostræ mentis, cogitationisque nostræ discursus illi cognatos, sed perturbatos quodammodo ad illorũ temperantiam, & modũ reuocemus, & cum illos agnouerimus, & recta ratione secundum naturã præditi singulorũ ordinẽ perceperimus, & conuersiones dei, quæ sine vllo errore aguntur imitemur, adq; earum exemplũ discussuros nostræ cogitationis uagos, & errantes componamus. Cognitio diei, ac noctis ab oculis orta effecit, ut dinumeratione quadam mensium, annorumq; ambitus metiremur, tempus cognosceremus, ac uniuersæ naturæ ordinem scrutaremur, quibus ex rebus philosophiã adepti sumus, quo beneficio nihil unquã maius mortalium generi datum est, deorum munere dabitur. [Effeminatè] Quod sit parum uirile. uitat igitur is, qui planę uir ne id faciat, quod potius fœminarũ est, quam uirorũ. [Libidinosè] Intemperanter, & quod non deceat hominis grauitatem, & temperantiam [Aut cogi.] Quippe non modo non debemus turpia agere, sed ne cogitare quidem, & modestia est adhibẽda in cogitationibus, & factis. [Quibus ex rebus) .i principiis naturalibus, & quatuor quasi seminariis ipsarum uirtutum, ex quibus emergit honestum, quod est cũ quid à uirtute proficiscitur. Honestũ quòd sit perfectũ dicebant Stoici bonum, ꝙ omnis à natura quæsitos habeat numeros, sitq; perfectè moderatum. eius quatuor species tradũt, prudentiã, iustitiam, fortitudinem, & temperantiã, quibus honestæ actiones perficiuntur. Ratio recta, & consummata (inquit Seneca) felicitatẽ hominis implet, hæc ratio uocatur uirtus, eadẽq; honestũ est. [Cõflatur] Emergit, & efficitur, loquitur per translationem fabrorum, qui flatu, & spiritu folliũ, atque ignis, ferrũ mulcent, & redigunt ad aliquam formam, sic ex his quatuor principiis efficitur forma ipsius honesti. [Si non non sit.] li. ij. de fini. in hanc sententiam ait: Honestũ igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate sine ullis præmiis, fructibus ue, per se ipsum possit iure laudari. [Natura] Naturaliter, & suapte natura esset, si nemo ipsum laudet [Formam qui. ip.] Facit auditorem attentũ, forma honestatis quatuor uirtutibus continetur, hæc ideo dicit, vt ab utili, & honesto suadeat hoc honestum propter se totis uiribus esse amplectẽdum. [Et tanquam fa.) Cũ non planè honesti habeat faciẽ. Nam facies refertur ad corpus. Vultus ad animum, atque uoluntatẽ, unde deducitur. Vnde dicimus irato, & mœsto uultu, & lata, aut longa facie, quæ est cuiusq; rei apparentia. [Vides] Animo concipis, nã uirtus oculis cerni non potest, sed animo uideri. [Vt ait Pla.] Oculorum inquit Pla. est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non uidemus, quã illa ardentes amores excitaret sui si uideretur? Verba Plat. hæc sunt

Honestũ quid sit.

Facies, & uult⁹ ad quæ referantur.

in eo dialogo, qui Phædrus de amore, & pulchro inscribitur, ait sus nobis acutissimus est sensuum omnium, qui per corpus fiunt, quo sapientia, non cernitur ardẽtes. n. excitaret amores, si quòd tale ipsius simulacrum oculis appareret, eadẽ est de cæteris amabilibus rõ. Aut uero pulchritudo sola hãc habuit sortem, ut maxima omniũ, & perspicua sit, & amabilis. Qui ergo non est mysteriis nuper initiatus, aut potius deprauatus est, nõ celeriter hinc illud ad ipsam pulchritudinem excitatur. Similitudinem hic quandam, quæ ab illa denominatur aspiciẽs, quapropter non ueneratur dũ aspicit, sed quadrupedis ritu uoluptati deditus aggredi, & serere filios nititur, petulanterq́; congrediens, nec timet, nec erubescit uoluptatem præter naturã sectari. [Sapientiæ) Philosophiæ, nã istorum uerborum amore, sapientiæ, iustitiæ, fortitudinis & tẽperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt.

PRINCIPIO] Prima ab ipsa origine dona communis parentis naturæ sunt hæc omnibus animantibus, ut se in suo statu conseruent, seq; ament, & speciem gñando, & educãdo propagent, & amore prosequantur. Hæc sunt quæ prima secundũ naturam appellant græci, prima naturę munera, uel primigenia nostri. [Vt se tueatur] .i. defendat se totum .i. animam, & corpus .i. ut uiuat, & omne corporis nocumentũ declinet. Taurus philosophus apud Gell. dicit: Natura omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitq; in ipsis statim principiis, quibus nati sumus amorem nostri, & caritatem, ita prorsus, ut nihil quidquã esset charius, pensiusq; nobis, quam nosmetipsi, atq; hoc esse fundamentum rata est conseruandæ hominũ perpetuitatis, si unusquisque nostrum simulatq; editus in lucem foret, harum prius rerum sensu, affectionẽq; caperet, quæ à ueteribus philosophis prima secundũ naturam appellata sunt, vt omnibus. s. corporis sui commodis gauderet, & ab incõmodis omnibus abhorreret. [Declinet] Fugiat. [Inquirat] Diligenter quærat, uenetur, captet. inde inquirere undiq; uestigare, ac rimari omne animal, dicit Epictetus philosophus, ad hoc natum est, vt quæ noxia uidentur, eorum causas fugiat, atque ab his auertatur, utilia uerò, & eorum causas quærat, atq; admiret. [Patet] Parata habeat, & necessariis usibus prompta. [Latibula] Cauernas, lustra, cauas, et cetera id genus loca, in quibus lateant, tutaq; sint ab insidijs, & temporum iniurijs. [Eiusdem gñis] Naturæ, quantitatisq;. [Et cura] Studium, procuratio, & custodia. [Sed inter ho.] Ponit peculiares naturæ dotes nobilissimo animali tributas, in quarum consummatione summum bonum actuosi hominis, & inspectiui consistit. i. absolutione rõnis, quæ uirtus dicitur, & honestũ, ad quod ueluti ad signum natus est homo duce natura, cui congruere nil est aliud, quàm secundũ rationem, & honestatem agere uitam, uitiosè autem traducere uitam contra naturale propositum, atq; ordinem, est illam perdere, & diuinam legem præuaricari, quæ ad officiũ iubendo adhortatur, uetatq; delinquere, ad hanc magistri nostrorum respicientes, præcepta officiorum effingunt, & admonitiones, ut hominem ratione instructum ad apicem naturæ deducant. [Sensu] Iudicio sensuũ, & maximè gustatus. [Mouetur] Appetit, ut sibi bonum, atq; expediens, appetitus etenim causa est motus in ipsis animalibus, idcirco horinẽ dicitur à græcis. [Adest] Aduertat, & propè est. [Accommodat] Aptat, applicat. [Paululum admodũ] .i. ferine nihil futurum tẽpus ad muta non pertinet: ait Seneca, Præteriti rara memoria est, nec unquam reuocatur nisi rerum presertim occursu. [Rationis] mentis, intellectus consilij. [Particeps] sortitus particula cœlestis auræ .i. diuini spiritus. [Consequentia] .i. futuros effectus causarum; & consecutionis rerũ è suis rationibus pendẽtium, inde locus, & argumentum à consequẽtibus, & repugnãtibus in Topicis dicit Cic. Ea uoco cõsequentia, quæ rem necessario consequuntur. [Causas] Rationes, & auctores omnia mouentes, & producentes. [Earum] Rerũ [Progressus] cursus, & exitus. [Quasi antecessiones] Tanquã res præcedentes .i. iam factas, & præteritas. Sensus est, Ratio humana non aliter in futura prospectum intendit, quàm ad præterita recordationem, & è ratione præteritorum euenta rerum prouidet, prouidentia siquidem species quædam diuinationis, & habetur, & est. Si prudens est animus tuus (inquit Seneca) tribus temporibus dispensetur, præsentia ordina, futura prouide, præterita recordare. [Comparat] Adæquat beneficio rationis, & expendit collata, & iudicata à similibus, de quibus idem debet esse iudiciũ. [Adiungit] Applicat rationis discussa [Adnectit] sic copulat, ut penè

ADDI.

Consequentia quæ.

pené sint inseparabilia ac per hoc certa,& immutabilia,ob certas causas,quas ratio dispicit. [Facilè] Citra difficultatem, & promptè,expeditè,planè,euidenter,& sine controuersia. [Cursum] Progressum,ordinẽ,statum vitæ non sequentis , atq; naturam.& idcirco præparat res necessarias, ne incautus ruat incommodũ. Quæ possunt contingere animo tuo propositione (dicit Seneca,) Nihil tibi subitum sit,sed totũ ante conspiciẽs. Qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. [Degendã]Fouendam,& sustẽtandam.[Eademq; natura] Lex naturalis,atq; diuinum institutum atque imperium, & sic poni semina ipsius iustitiæ,ad quã homo in primis nascitur. [Vi] Potentia,& efficacia cognitionis , & intelligentię ipsius ciuilitatis , & communicationis uitæ officiorumq; , quibus censetur, vel maximè hominis ad hominem nati facilitas,atque propensio. Sermonẽ,inquit Ari.in Politicis,habet homo solus qui ob id nobis tributus est,ut ostendamus utilitatem, & damnũ, atq; ita iustum,& iniustũ:hoc.n. præter cetera animalia hominibus propriũ est,vt boni,& mali,iusti,& iniusti,aliorumq; huiusmodi sensum habeant soli. Homo est natura ciuile animal, & qui absque ciuitate est per naturã,& non per fortunam, aut nequã est, aut homine præstantior , ex quo patet, sociale animal esse hominem magis quã omnis apes , & omne gregariũ. Natura.n.nihil facit frustra,uox molesti,atq; iucundi significatio est, qua propter alijs quoque inest animalibus , hucusq; siquidem natura in his processit,ut sensum habeãt iucũdi , atq; molesti,& hoc inter se significare possint,[Conciliat]Amicum facit,& ad cõmunitatẽ vitæ impellit,& instruit . [Societatem] Communicationem.[Vitæ]Conuersationis,atque conuictus. [Ingenerat] Inseminat,inserit,caritatem filiorum.Pręcipuum, singularem,ac maximũ [Cœtus]Conuentus.[Celebrari]Coli, frequentari[Obedire] Vicissim parere, & imperare pro cõmuni vsu,atq; compendio.Societas etenim hominẽ alioqui imbecillum,& viribus ferarum inferiorẽ,armat,munit:dominumq; facit etiã fortunæ. [Suppeditent]Abundè sufficiant . Suppeto neutrum uerbum est.& frequentatiuũ suppedito.[Ad cul.]ornatum,& uestitum.[Ad vi.] Cibum, & potum. uictus uerbo , inquit iuriscon.continentur quæ esui,& potui, cultui quoque corporis , quæque ad uiuendũ homini necessaria sunt, vestem quoque uictus habere uicem Labeo ait,cetera quoq; , quibus uiuendi,curandiq; gratia corporis nostri utimur ea appellatione significantur.[Tueri]nutrire ac fouere teneatur iure naturali,atq; decreto supremi numinis.[Cura]studium, cogitatio, & naturalis necessitas.Exuscitat] Expergefacit ad obedietia naturæ.[Animos]Humanas uoluntates[Maiores]Fortiores,animosiores,ardentiores,vt debitis nõ desint officijs, & ne corporis,ignauiæ,atq; inhumanitatis contrahant notã,ne ue obsurdescere uideantur ad naturæ imperiũ,& quasi uoces. [Ad rem ge.]negocium promptè obeundũ. Nulla laborum aut periculorum habita ratione,vnde dicit Hor.Impiger extremos currit mercator ad indos, Per mare pauperiem fugiens,per saxa , per ignes. [In primisq; prudentiæ , ac sapientiæ semina hæc sunt. Humanæ siquidem rationi quam & mentem,& consiliũ appellamus ueritas quasi tractanda proponitur , ut appetitioni , ac uoluntati bonum subiici tur . In primis] maxime ac inter prima. [Propria]Peculiaris beneficio mentis uigentẽ uim , atque (ut ita dixerim)sagacitatem habentis. [Inquisitio] Perscrutatio. [Inuestigatio] venatio quædam,& indagatio per uestigia ipsius naturæ, quæ scientiam rerum omnium in acie humani ingenij inchoauit,& quasi docere instituit,cuius uiam ratio sequitur,& ductum.[Necessarijs]Vsibus uitæ degendæ opportunis,& quorum absentiam uita ipsa non tolerat.[Auemus]Cupimus obiecta sensibus adæquata percipere , & illa præsertim , quę sensus disciplinarum.i.uisus,& auditus metiuntur,atq; ex pendunt. Omnes homines (vt Arist.ait)natura scire desiderãt. signum autem est sensuum dilectio,& illius in primis, qui maximè parit scientiam.[Occultarum]multiplici naturæ uelo inductarum,quas physici.i.uenatores,interpretesq; naturalis potestatis,& decreti tractant.[Admirabilium]Cœlestium,& diuinarum,ad quarũ cognitionem prisca illa philosophia se erexit, & pro uiribus adspirauit,cui admiratio initium dedit.Plato in eo Dialogo, qui Theetetus de scientia inscribitur,dicit: Philosophi maximè affectio hæc est,quæ admiratio dicitur : neq;.n. aliud præter hoc est philosophię principium.Et qui Irim Thaumantis.i.admirationis filiam esse dixit , non absurdè originem eius explicauit. Qui naturam rerum contemplat , (inquit Seneca) hoc Deo præstat,ne tanta eius opera sine teste sint,solemus dicere summum bonum esse secundum naturam uiuere. Natura ad utrunq; nos genuit,& contemplationi rerum, & actioni,curiosum nobis natura ingenium dedit, & artis sibi , ac pulchritudinis suæ conscientia spectatores nos tantis rerũ spectaculis genuit,perditura fructum sui,si tam magna, tã clara , tã subtiliter ducta,tã nitida,& non uno genere formosa solitudini ostenderet, ut scias illam spectari uoluisse,non tantũ aspici, uide quem locum nobis dederit. In media nos sui parte cõstituit,& conspectum omnium nobis dedit,nec erexit tantummodo hominem,sed etiam ad cõtemplationẽ factũ,vt ab ortu sidera in occasum habentia prosequi posset,& vultũ suũ circũferre,cũ totũ sublime fecit illi caput,& collo flexibili imposuit. [Ad bene]Rectè, honestè,decorè , quoniam è tali contẽplatione plurima existunt quæ forment mores,& instruant uitam,& in primis rarus ordo,& æquabilis rerũ cœlestium, & totius naturæ solertia,æquitas,& benignitas. [Beateque] securè,tranquillè,feliciter,cũ animo nihil desit omnium capaci,quæ cœlo continentur.Beatus is dicitur,cui omne adest bonum. [Ducimus]Existimamus,iudicamus. [Quod uerum] Constans,euidens,perspicuum,& decorum. Post Deum (ait Seneca) veritas colenda est,quæ sola homines Deo proximos facit,de fide,& religione scias agi ubicunq; de veritate tractatur . [Simplex] Fidum,apertum,citra duplicitatẽ , & iniquitatem, quæ ad malitiam pertinet, & simulationem, quæ aliud corde tegit,& aliud lingua enunciat. [Sincerũ] purum,incorruptum,& nõ uanũ , fallax,& malignum.[Naturę hominis]excellentiæ ipsius rationis,qua homo censetur in primis probus uir mentiri nõ debet, prudens uero mendaciũ non dicere, nisi pro communi utilitate,qua propter Diuus Plato publicis tantum medicis concedit mendacium,sic enim in 1.de rep.scribit: An nescis,quod ipsum mendacium omnes homines,dijque oderunt?& in tertio:Deis inutile est Mendaciũ, hominibus autem pro medicamento est vtile. Quare publicis medicis est concedendũ,priuatis autẽ hominibus minimè attingendum. Igitur remp.administrantibus præcipuè si quibus alijs mentiri licet vel hostiũ,vel ciuiũ causa, ad communẽ ciuitatis utilitatem,reliquis autem mẽdacio abstinendũ est , si quẽ deprehenderis alium in ciuitate mentientẽ ex eorũ genere, qui artifices sunt,hariolũ uidelicet,uel morborum medicũ,uel lignarium fabrũ,eum punito tãquam rẽ quãdam inferentẽ,è qua ipsius ciuitatis ueluti nauis submersio, & pernicies sequitur .[Aptissimũ]Conuenientissimum,& in primis decorum,quoniam prudentiam atq; iustitiã redolet , quæ sorores fidæ sunt , & aptè iunguntur , atque conspirant [Huic ueri]sequuntur fortitudinis semina.[Principatus]imperia, & excellentiæ nulli nec homini obnoxiæ,nec fortuitæ temeritati, ac uiolentiæ,sed semper erectæ,ac liberæ, & imperio magis natæ quam seruitio. [Bene inf.]generosus,recteq; delineatus,instructus,subornatus & vere magnus.[Præcipienti]Admonẽti, moresq; mostranti,& exhortanti ad decus vitæ.[Docenti]Formulas,& præcepta disciplinarũ aperienti ad ingenij cultum, & uerã humanæ rationis imaginem.[Vtilitatis causa pro cõmuni bono] Qua propter ait philosophus quinto moralium,sententia Biantis bene se habere uidetur, Magistratus uirũ ostendit:Ad alium siquidem est,& in societate iam ipse Magistratus consistit.[Iustè]Ritè,per electionẽ, & non uiolentã occupationem,quæ Tyrannorũ est,& non legitimorum Magistratuum. Quibus resp. se tuendam committit . Quibus pro cõmuni cõpendio,conseruandaq; disciplina domi, forisq; parendum est. Vnde Silius celebrat Fabium maximũ dictatorẽ rigidè sanciẽtem bellicos ritus,& obedientiam . Quo tollis ad astra Imperij Romane caput parere docebat.[Imperanti]Imperiũ exercenti ciuile,siue togatum,& armatũ ut prætoribus,consulibus, magistris ęquitum,& populorũ, qui dictatores appellabantur . In officijs capiendis,ait Gel.cẽsendis, iudicandisq; solet quæri, an negocio tibi dato,& quidquid omnino faceres diffinito , cõtra quid facere debeas si eo facto uideri possit res euentura prosperius,æq; utilitate eius, qui id tibi negocium mandauit , tandẽ ait exẽplo.P.Crassi quæstiuncula hæc & speculatio inducatur , qui architectum aliter quã imperatũ fuerat obtemperantem virgis multis cæcidit,corrumpi,atq; dissolui officium oẽ imperantis ratus,siquis ad id,quod facere iussus est , non obsequio debito,sed consilio non desiderato respondeat.[Legitimè]Secundum formã legum ciuilium , in quibus consistit publica libertas,unde boni ciues legibus seruiunt,vt libertate fruantur.

Suppeto quo verbum sit.

Mendaciũ quãdo licitũ sit.

Biantis sentẽtia.

Nec

Nec verò illa parua uis naturæ] Efficacia humani ingenij, ac mentis, cui scientia insunt temperantiæ, modestiæ, pudorisq; [Vnum] Solum. [Sentit] Percipit, cognoscit, iudicat, quam vim habeat ordo rerum, & in omni re modus. [Ordo] Cōcinna rerum collocatio, & distributio, ut confusio declinet, & leuis temeritas. [Deceat] Aptum sit, & concinnat personæ, loco, tēpori, ceterisq; circunstantijs. [Qui sit modus] Mensura rerū omnium, & ratio, unde Horat. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraq; nequit consistere rectū . Et metiri se quemq; suo modulo, ac pede uerum est. à modo. i. decoro, & ratione fit modestia, modicè, moderatio, & modificatio ait Pōpeius. [Eorum ip]. i. corporum, imaginum, signorū. [Aspectu] Vsu percipiuntur, & expenduntur. [Pulchritudinē] Formositatem. [Venustatem] Gratiam, & leporem, vnde inuenustus dicitur, cui nulla inest gratia . [Conuenientiam] Cōmensurationem, & proportionem, quæ analogia dicitur à græcis. [Ad animum] Ad animi confirmationem, & lineamenta siue fila ipsius uirtutis, quibus animus cōcinnatur, & decoratur. [Pulchritudinem] Dignitatem, formositatē, & decus in ipsis moribus, & ordine uitæ rationi consentaneo. [Constantiam] Grauitatē, congruentiam, & parem totius progressus tenorem, ut inconstantiæ crimen effugiat, & morū discrepantiam, uerborumque [Ordinem] Rectum, & concinnum uitæ modum [Cauet] Deuitat [Indecore] Ineptè, absurde, ac temerarie. [Effœminate] Mollit. r, fractè, parumq; uiriliter. [Opinionibus] Cogitationibus, atq; iudiciis. Libidinosè] obscœne, turpiter, cupidè, intēperanter, effrenatè. libido siquidem generale uocabuiū est, & omnem complectitur cupiditatem, & uoluptatem. [Quibus re.] Quatuor uirtutum quasi seminariis, & igniculis.

Libido quod uocabulu sit.

FRAN. MAT.

PRINCIPIO &c.] Habita officij diligenti diuisione, facta item totius rei tractandæ partitione, quādam quasi formā honestatis ante oculos ponit eius. Initia perfecta natura ostendens esse, quæ cū multa homini cū aliis animantibus communia concesserit, hoc uno penitus diffi rre uoluit, quod eius mēti rationem dedit acrem, ingentē, celerrimè multa simul agitātem, sagacemq;, per hanc rationem ad omnis honesti actionem deducti sumus, & prudenter facere, iustè, fortiter, moderatè didicimus, sicuti & hoc loco, & lib. 2. de fin. doctissimè colligit Cicer. Meritò igitur vt honesti originem patefaceret, sigillatim de eo secundum officia tractaturus altius repetit, & quandam quasi faciem, quod ipse ait, prius efficit, ut quale id sit intelligatur, de quo futura disputatio est. [Principio] A principiò cum primum ceperunt esse. [Omni] Tam rationali, quàm rōne carenti, dicit quid sit cōmune omnibus animantibus prius, deinde quid intersit inter rationale, & irrationale. [Vt se &c.] Ipse declarat subdens uitam corpusq; tueatur, hoc est ab omni re noxia defendat [Declinet] Euitet, effugiat. [Acquirat] Ad præsentem necessitatem. [Paret] Etiam ad futura, quod quędam animalia faciunt, ut formicæ. [Vt pa.] cibus potius beluarum est, quàm hominum pastus. Et Vir. ait. Cum sese pastu referunt, de cygnis. sed hic loquitur de cōmunibus utrique generi. [Latibula] Quibus ab imbre, frigore, uento niuibus se defendāt, & hæc propriè ferarum dńr, cum latebræ sint hominis. Liuius tamen dixit: In uepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Vt alia generis eiusdem, quæcunque ad usum uitæ necessarium pertinent. [Commune autem] Vt commune est se uitam, corpusq; tueri omnibus animantibus, ita cōiunctionis, & procreandi similem sibi speciem appetitus cōmunis est. Cum enim naturali instinctu mortale se esse animal omne cōprehendet per successionem uiuere cupit. hic autem appetitus præcipuè in homine est, qui serit arbores, quæ alteri seculo prosint. ut Ennius dicebat. cognoscit enim filiis, & posteris suis profuturas. hanc naturæ uim omnibus animantibus tributam ius naturale appellant Iureconsulti. Idq; sic diffiniuit: Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius illud non humani generis proprium est, sed omnium naturalium, quæ in terra, quæ in celo, mariq; nascuntur, auium quoq; cōmune est. Hinc descendit maris atque feminæ coniugatio, qua nos matrimoniū appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cætera quoque animalia, feras etiam bestias istius iuris peritia censeri. [Coniunctionis, ut coeant cū eiusdem generis animalibus; quod in brutis fermè promiscue sit. Et in hominibus, factitatū est à principio cum in agris passim uagabantur bestiarum more, ꝙ in proœmio Rhet. Cic. ait: Primus autem coeundi appetitus homines à sermo. uictu, ad

Pastū & latibula.

cultiorem uitam traduxit, quod tamen alii multi ex poetis, tū Ouid. tradit in Fast. his uersibus de Venere loquens: Illa rudis animos hominum contraxit in vnum: Et docuit iungi cū pare quęq; sua. Prima feros habitus homini detraxit ab illa: Venerunt cultus multaq; cura solo. Stoicos tamen Cicc. est secutus, qui primam animātis appetitionē fuisse dńt seipsum tuendi atque seruandi ita docente natura: neque enim fas erat animal ipsum, uel alienum à se fieri, uel omnino id fieri, uel non sibi maximè propinquum fieri. cum igitur naturā sibi ipsi maxima concordia, & charitate deuinxisset, vt & noxia propelleret, & quæ ad sui constantiam essent utilia susciperet, uoluptatem uero primam appetitionem animantibus fuisse falsum esse, & eam, siquid est, accessionē esse. [Cura quædam &c. [Vt nutriant, quod aues quadrupedes faciunt, homines uerò etiā uestiunt, instituunt moribus artes edocent, non enim (ut alibi ait Cic.) conueniens esset, ut natura procreare uellet, procreatos uerè negligeret. [Sed inter hominem &c.] Nunc quid intersit inter hominem, & beluam ostendit, bellua. n. tātum sensu, homo etiam ratione mouetur, illa ad id quod adest se accōmodat, homo non præsentia solum intelligit, sed & præterita meminit, & futura coniecturis mentis, ac ratione colligit. [Sensu] Qui rationabilis est, & nobis cum brutis cōmunis, sentiunt enim bruta perinde ac nos, & sensu mouentur, ut gaudii, timoris. Sed inter bona, & mala sicut nos, & discernere non pñt, quia ratione carent, qua & meminimus præterita, & colligimus futura, & præsentia intelligimus ac disponimus. Plato atq; Arist. quatuor esse animas dixerunt. Vitalem, ut in uermibus, & cæteris fermè insectis, quæ mouentur duntaxat. Sensitiualem, ut in brutis animalibus, in quibus gaudii, & timoris sensus est Intellectiuam, ut in homine, qui & cogitare, & iudicare potest. Naturalem siue uegetatiuam, quæ est in herbis, & arboribus, nam enascuntur, & crescunt. has omnes uitas in homine esse multi scribunt, sed quod homo aliquo sensuum percipit id ratione diiudicat, qualis sit, quod bruta non faciunt. Sunt præterea tria in animo quæ rei agēdæ, ueritatiq; dominantur. Sensus, intellectus, appetitus. Sensus nullius rei agendæ principium est, sed tantum apprehendit. Intellectus eligit sequi, uel non sequi. Appetitus uero sequitur, ut uiuat. [Quod adest] Quod propè est, & iamiam futurum est, uel iamiam preterit. [ſ ns est] Quod cernitur, quod iam euenit.] Paulum admodum &c.] Sentiunt quidam præteritum, & futurum multa ex brutis, ut equi, boues, leones, ursi, canes, sed parum admodum. Quanquàm mira de canibus, & equis scribunt historici. Cani quidem tanta memoria est, ut nulli preterquam homini maior sit. Equi uero præsagiunt pugnam, amissos lugent dominos lacrymasq; interdum desiderio fundunt, auct. Plin. [Homo uero &c.] Non idem in homine contingit, qui cū sit rationis particeps, non præsentia solum intelligit, sed futura etiam multo ante præuidet, paulatim autem ad singularum uirtutum initia, quæ à natura manent, aperienda descendit, simul, & earum uim proprietatemq; ostendit. [Rationis] Cuius (vt alio loco ait Cic.) prima homini cum Deo coniunctio est. [Consequentia cernit] Inter consequentia, & causas hoc interest. quod cōsequentia antecedentibus coniuncta sunt, ut sol causa est diei: nō enim sol esse poterit, quin dies sit; & dies, quin sol causæ uero non semper, eas Arist. quatuor posuit. Efficientem, quæ est mouendi principio. Materialem est qua aliquid fit. Formalem, & specificam ex qua unumquodq; formatur. Et finalem cuius gratia quodlibet efficitur. Sed efficiēs duplex est extrinseca, & intrinseca. Intrinseca uirtus actiua, extrinseca uirtus cœli, materialis est cui aliquid ipsi sit quod materia sit, ut æs statuæ & secundū hanc consideratur ex qua, in qua, circa quā. Formalis est eius, quicquid debet esse ratio diffinitiua, sicut anima est forma hominis, igneitas forma ignis, homini aut formalis causas ideas appellauit Plato. Finalis est, ut sanitas ambulandi, hæc aliarum omnium causa est, nam ipsa efficientem mouet materiam, qua mota forma inducitur. Ex his comprehendimus causas quasdam esse, quæ statutum habent effectū, ut causam efficientem. Et aliquas quæ non, ut finalem potest enim ambulare quispiam, & id non sanitatis gratia facere. Sed hic Cic. simpliciter loquitur, causamq; intelligit, quæ aliquem euentum præcedit, & præpostero ordine utitur. Prius. n. causæ sunt, deinde consequentia, quæ causas animantes sequuntur, ut ex iugi pluuia, uel continua siccitate futuram cognoscimus annonæ caritatem. [Earum rerum] Non causarum quomodo incedere,

Plato, & Aristot. quatuor esse animas dixerint.

Sensus Intellectus Appetitus.

Canes, Equi.

Consequentia quid sit. Causa.

incedere, quomodo progredi res debeant, hoc ante totum ad prudentiam spectat. Exempli causa. Si Romanos quispiam nimium ambitiosos, & diuitiarum cupidos quondam uidisset, & futurum propterea dixisset, ut bella ciuilia gerent, quibus prouincias prius populo Romano subiectas, mox Romam ipsam deuastarent, is causas rerum, & earum progressus multo ante, quam acciderent: duce animi ratione percepisset. [Antecessiones] Non solum ipsas rerum causas uide, quæ plerunque aptæ, & manifestæ sunt, vt nimia siccitas causa penuriæ, nimia aeris intemperies pestilentiæ Sed si quid est, quod ipsas causas antecedat, ut cum ex signis quibusdam, & prognosticis futurã percipit aeris intemperiem, quæ pestilentiæ causa sit. Item nimias pluuias, aut siccitatem, quæ caritatis annonæ causa sint. [Similitudines comparat] Statim declarat quomodo similitudines comparat, quia rebus præsentibus annectit, atque adiungit futuras, memini siccitatem nimiam fuisse, & sterilitatem secutam, videt accidere similem siccitatem, similem, etiam sterilitatem iudicat futuram. Legit propter uiolatos legatos sæpe gestum bellum. idem cum accidit haud dubiè bellum passuros uiolatores opinatur. [Totius uitæ] Non solum præsentia, uerum etiam futura, quæ vsui sint, comparat, cursum uitę totius ratione comprehendens. [Eadem na. &c.] Nunc iustitiam innuit, quæ proxima prudentię origo uidetur esse cur statim ratione duce homo homini conciliatus est [Cõciliat] coniungit, efficit. n. ut suos primum, mox ciues diligat, omniũ postremo mortalium societate gaudeat. [Orationis] Vt colloquatur cũ alijs, & commercio delectetur eiusdem sermonis [Vitæ] Vt habeat cum homine consuetudinem, & cũ eo uiuat, unde à Plat. homo, zoon politicõ, hoc est ciuile animal uocatur. [Ingenuerit] Inserit animas hominum, si alios amat, multo magis suos, quos ad se nouit pertinere, quos ex se natos scit. [Quorum charitas maxima est, & eisdem parietibus continet. Impellitq; &c. natura inquit, hominem impellit, ut cætu aliorum gaudeat. Nam cum sit animal ciuile solitudinem fugit, ciuitates libẽter colit. [Et si obe. &c. Vt sibi inuicem obsequatur, velut qui minor est doctrina, & dignitate, is superiori obediat, & eum ueneretur. [Ob eas. cau.] Quas enumerauit. [Amorem. s. in procreatos, & in eos, qui vna uiuunt [Suppeditent] subministrent, abundanter præbeant, [Ad cul.] Ad uestitum, & ornatum corporis. [Ad uictum] cibum, & potum, [Ceterisq;.] Vt parentibus, fratribus, amicis. [Tueriq;] De iure naturali non solum uenerari parentes teneamur, sed etiam in senectute alere, & leges erant apud maiores nostros, quæ filios punirent, qui parẽtum curam omitterent. In primisq; &c.] Initium iustitiæ innuit à natura profectum, nunc ad prudentiam redit, quæ in ueri inuestigatione uersatur, & proprium hominis dicit esse aliquid inquirere, atque inuestigare, sed tunc tantum, cum necessariis negociis, curisq; vacuus fuerit; & sic apertè actiuam uitam cõtemplatiuæ anteponit, illi iustitia, fortitudo, & tẽperantia subijciunt, huic sola prudentia. Quamuis ita inter se connexę sint virtutes, vt una esse absq; reliquis non possit. Prudentiam quidam non nisi per applicationem ad singulas uirtutes, esse uirtutem uolunt. Exuscitat: erigit, incitat. [Maiores] Quã sua spõte essent. [Auemus] Cupimus. Idem libr. de fin. Et quoniam eadem natura cupiditatem homini ingenuit ueri inueniendi, quod facillimè apparet, cum uacui curis etiam, quod in cœlo fiat scire auemus, his initijs inducti omnia uera diligimus. i. fidelia simplicia, constantia tum uana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem periurium malitiam iniuriam. [Videre] Animo, & cõtemplatione. [Audire.] Ab alio. [Discere] Ab eo qui nouerit, & ueluti præceptor tradere possit, uel potius, ut quæ contemplamur, uel ab alijs audimus, ea nos pcepta, & intellecta memoriæ commendemus. [Rerum] Aut occultarum, aut admirabilium. Res omnes in quibus Rhetoricorum uersatur inquisitio triplex, omnino sunt. Aut. n. & à materia, & ab eius conditionibus abstractæ sunt. Situ, motu, loco, ut Metaphysicæ, aut nec à materia nec ab eius conditionibus, ut physicæ, aut à materia tantum, non etiam à conditionibus, ut mathematicæ, occultæ quidem sunt physicæ res, & mathematicæ. Quarum scientiam etiam lib. de Orat. Cic. abditam, & recõditam vocat. Res uerò metaphysicæ incredibiles sunt, & admirabiles; animo. n. duntaxat concipiuntur, cum & materia, & à materię conditionibus abstractæ sint, ut dictũ est, vel occulta potius ad physicam, & metaphysicam referas admirabile ad mathematicas, quæ in demonstratione positæ sunt, & oculis objiciuntur, nec

Ius naturæ præcipit filios debere alere parentes.

Prudentia.

Physicæ res & mathematicæ sũt occultæ.

carent admiratione maxima, ut astronomia. Quamuis eadem scientia, & occulta, & admirabilis metaphysica iure dici possit. Nam si occulta admirabilis, non tamẽ semper rectè conuertis: multa. n. admirabilia sunt, & eadem non occulta. [Ad bene, beateq; uiuendum necessariam] Quid eiusmodi res occultas, & admirabiles scire conferat ad beatè uiuendum, his uerbis ipse docuit Cic. Nam cum in omnibus rebus temeritas in assentiendo errorq; turpis sit, tum in eo loco maximè, cum iudicandũ est quantum auspicijs rebusq; diuinis, & religioni tribuamus. Est. n. periculum ne aut neglectis his impia fraude, aut his susceptis ciuilis superstitione obligemur. Quod ne accidat certè ueri inquisitio facit, & sicut Cic. ait, necessaria est, ad beatè uiuendum [Ex quo] quoniam hæc veri inquisitio naturalis est, & necessaria, sequitur etiam id præcipuè homini conuenire, qđ uerum est, hoc est non falsum, & euidens. [Simplex] Non simulatum nec ambiguum, sed apertum, & unum sincerũ, purum, vel integrum, & incorruptum. [Huic ueri uidendi cupiditati] Ex prudentia, quodãmodo fortitudinem natam innuit cum illi adiunctam dicit. Quanto. n. quisq; prudẽtior est, & doctior, tanto magis principatum affectat. Vnde Syllam Cæsar dicebat dictaturam deposuisse, quoniam literas ignorasset. Est autem fortitudo rerum magnarum appetitio, humilium cõtemptio, & laborum cum utilitatis ratione perpessio. [Appetitio] Principatus, ut in quamuis actione, & re principes uelimus esse, omnes autem homines ceteris præstare uellent, & uincere, quàm optarent. Quod si bonis artibus id agere student, laudandi sunt. Si contra improbandi. [Parere] Vi obedire, & subesse. Multos legimus phylosophos tyrannis subesse non potuisse. Vt Zenonem, Cleantem, & Anaxarchum Abderitem, quorum neuter tyrannum pati potuit. Auctor Valer. Max. [Benè informatus] Institutus, atque instructus naturali lege, quæ communem utilitatem omnibus rebus esse anteponendam docet, etiã priuatæ utilitati, & incolumitati. Innuit autem appetitionem principatus naturaliter in hominem cadere. Præcipienti, ut medico, ut patri [Docenti] ut magistro. [Imperanti] ut magistratui. [Iustè] vt nemini fiat iniuria, ne illi ipsi quidem cui imperatur. [Legitimè] Secundum leges. [Ex quo] Ex qua principatus appetitione. [Nec verò illa parua uis] Nunc modestiã tangit, qua ut ipsam manare à natura dicit, posita autem in ordine est, & modo [Naturæ est rationisque] idest, naturalis rationis. [Quid sit] ordo, qui diffinitur sic. Ordo est digestio, & cuiusque rei in suo loco collocatio, ut qui maiores natu sunt aut nobiliores, dignioresq; ij pręcedãt, sequãtur reliqui secundum dignitatem, ut in re militari ordo seruatur, ut in conuiuijs, vt in funebri pompa, in senatu. Et Romæ tres fuerunt ordines, patricius, equestris, plebeius. Patricius dignitate ante ibat. Equestris sequebatur, post quem plebeius erat. Ergo quid sit ordo, quid prius, quid posterius, quid cui præponi debeat. [Quid sit qđ deceat.] Hoc ad decorum spectat, qđ Græci prepon uocant. aliud. n. senem, aliud iuuenem, aliud adolescentem decet. Et Horat. ait in arte Poetica: Aetatis cuiusq; notandi sunt tibi mores. Mobilibusque decor naturis dandus, & annis. Ludus pilæ puerum decet, qui dedecet senem; idemq; in multis accidit. Decorum non seruat qui apud Catonem de uoluptate, apud lenonẽ de continẽtia loquitur. In factis dictisq;. Conuenit. n. tum factis, tum dictis modum adhibere, quẽ qui transgreditur in uitium cadit. Virtus n. in mediocritate, ut ostendit Arist. consistit. Et Horat. est modus in rebus sunt certi deniq; fines, quos ultra citraq; nequit cõsistere rectum. Decet omnes, rebus accommodare orationem, quæ si longior fuerit, quam necessitas postulet, inepti habemur. Item cauẽdum est ne aut dictum proteruum sit atq; insolens aut factum noceat. Itaque eorum &c. Concludit, & proprium hominis esse dicit, ut temperantia, & modo utatur. Qm̃ qualia sint quæcunq; cernũtur, solus intelligit, & aspectu ipso percipit. [Sentiunt] Percipiuntur. Sensus ad omnes quinq; pertinet, & nõ minus oculorũ, & gestus tactusq;, quam auditus dicitur. [Aspectu] Oculis omnium, inquit, rerũ à natura productarũ ordinem pulchritudinem, & congruentiam cernit, transfertq; ad animum suũ similitudinem, uidet terram accepta semina multiplicata reddere. idẽ ipse facere in referendo gratiã studet, formicas intuetur estate laborare, grana condere, vt sit hieme, quo uescantur. Et sic ad animũ similitudinẽ transfert, nec continuo imitatur. Et sic ad animũ similitudinẽ transfert, nec solũ, q in terra sunt, sed etiã quæ in cęlo inuestigat: Recteq; ait Cic. nõ incolas in terra esse hoĩes, & habitatores, sed ut supera-

Valer.

Ordo qđ sit.

Ordines Romanorum.

Horat.

Quid sit modus.

rum rerum cōtemplatores. vnde ἀντρόπως ἀπὸ τοῦ ἀναθεορύν Et Ouid. ait. Pronaq; cum spectent animalia cetera terram. Os homini sublime dedit cœlumq; uidere iussit, Et erectos ad sidera tollere vultus. [Pulchritudinem] Rerum externarum magnitudinem atq; excellentiam: nihil.n. pulchrū intelligimus, quod idem non sit excellens ac magnum, & contra Aristo. placuit, ut qui magnus esset, is etiam pulcher intelligeretur, uerum autem pulchritudo rerū quas cernimus in terris, primam illam, & auitam, ut ait Theophr. philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit. Pulchritudinem uero cœli, maris terræ intelligimus venustatem singularum partium ornatum, & uarietatem in suo cuiusq; genere conuenientiam, congruētiam & elementorum fidem inter se, & concordiam quamuis diuersarum sint qualitatum. [Quā simil.] Effecit, inquit naturalis ratio, vt quod in rebus externis conspicimus sicut in temporibus, quæ sibi inuicem ordine succedunt, & elementis quę eadem semper fidem seruant, & cōstantiam. Ideo & nos in factis, & dictis custodire studeamus, ut nihil inordinatè, nihil incōstanter, aut dicamus, aut faciamus. [Constantiā] Vt in bonitate perseueremus, & in his, quæ semel probauimus, si modo honesta sunt. [Indecore] Turpiter contra modestia. [Effeminat] Molliter cōtra fortitudinem. [Libidinosè] Incontinenter. libido est inordinatus appetitus rationi, & honestati repugnās. [Aut cog.] Quia ne cogitare quidem fas est quod turpe est. Quasi & ipsi cogitatio scelus sit absq; opere. [Quibus ex reb.] Concludit nunc, post singulas honesti partes attingit; & has esse, inquit ex quibus honestum constat. [Quod quęrimus] Ad ꝙ omnis nostra actio dirigitur. [Cōflatur] Conficiuntur. Translatio à fabris sumpta est. Quod & si nobilitatū non sit &c. hoc est, ꝙ si à nullo nobilitatur, & laudatur, tamen per se ipsum nobile, & laudabile est. [In quo magna uis ostenditur honesti] Formam quidem &c.] Attētum reddit filium, pulchritudinem atque excellentiam honesti extollens, cum dicit mirabiles excitaturum sapientiæ amore, si oculis cerneretur, sicuti animo uidetur, sed honesti partes, quas minus apertè superius attigit, explicat nunc manifestius, singularum uim proprietatemque patefaciens. [Formā] Rectè. dixit est.n. forma, quæ dat esse rei, & illæ quatuor uirtutes, quas innuit honestum efficiunt, ad quod officia diriguntur, & spectant. [Oculis cer.] Sicut corporis alicuius cernitur pulchritudo. Arist. 3. Politicorum non perinde esse ait animi pulchritudinem, ut corporis cernere; quod si tam facile animi, quam corporis pulchritudo cerneretur, dici non posset quanto amore uirtutis animus accenderetur. & rectè quidem, nā cum animus corpori præstet, quanto dignior eo est, tanto magis eluceret. Cur autē in amorem uirtutis tardior animus sit ea causa est, quod vbi parum est notitiæ, quæ per sensum sit, illic tardior notitia est intellectus. Sensibiles autem res per exteriorem intelliguntur. Cum intelligibile tantūmodo animo comprehendetur. Vt ait Plato in libris de repub.

PRINCIPIO generi. Hæc est pars executiua totius operis, quæ diuiditur in tres libros. In quorum primo docet quomodo officia ducantur ab honestate, & ab omni uirtutis genere. In secundo quomodo ducantur, ab utili, quæ ad res, & honorem, & gloriam spectat acquirendam. In tertio ponit differentias inter honestum, & utile, & docet utrū sic eligibilius. In hac autem in parte inuestigat honestum à natura ostendens honestatis semina hominibus ingenita esse, & quid homines beluis præstent. Ordo est. Attributū est à natura principio.i. in principio omni generi animantium .i. animam sensitiuam habentium, ut tueatur.i. protegat se, & animam, & corpus suum, & ut declinet.i. euitet ea quæ uideantur ei nocitura, ꝙ pro &, ut sup inquirat, & paret.i. cōparet, & acquirat ea supp. quæ sint necessaria ad uiuendum, ut pastum quo nutriatur, ut latibula in quibus lateat, & occultetur, ut alia eiusdem generis. Cōmune autem omnium animantium.i. quod in omnibus animantibus reperitur, est appetitus coniunctionis.i. coitionis seu coitus, causa procreandi. i. progignendi sibi simile. Et cura quædā .i. custodia, & solicitudo eorum, quæ procreata sunt. Sed hoc interest maximè.i. pcæcipuè, inter hominem, & beluam .i. pecus, seu bestiam, & quodlibet animal irrationale. Quod hæc s. bellua sentiens admodum.i. valde paulum.i. modicum, præteritum aut futurum accomodatur.i. applicat se solū ad id, quod adest .i. quod præsens est, hoc tantum.i. in tantum, quantum .i. in quantum mouetur.i. afficitur sensu.i. sensualitate. Homo autem qni est particeps rationis, per quam rationem cernit .i. prouidet cōsequentia.i. ea quæ aut necessario, aut uerisimiliter consequentia, idest futura sunt, & per quam uidet, idest cōsiderat causas rerum, & progressus .i. productiones, & processus, seu exitus à causis dependentes, earum.s. rerum, & per quā non ignorat, immò cognoscit quasi antecessiones .i. principia antecedentia, & ex quibus sequatur, & per quam comparat similitudines.i. de similibus iudicat, & adiungit, atque annectit rebus præsentibus sup. res futuras, & uidet .i. oculo mentis inspicit facilè cursum totius uitæ, & præparat res necessarias ad eam: scilicet uitam degendam, idest usque ad defunctionem agendam. [Et ea. na. cō] .i. amicabiliter consociat homini hominem, & hoc vi, idest vehementia etiam uirtute rationis conciliat dico, & idest pariter ad societatem rationis .i. colloquij, ut simul loquantur, & consultent, & ad societatem uitæ, ut cōuiuant. [Et ipsa na. ing.] Quendam amorem in primis præcipuum in eos, qui procreati sunt, idest genituram suam. Et impellit, idest inuestigat, & cogit cœtus.i. conuenticula, et congregationes hominum ad hoc sup. ut uelint celebrari, idest celebres, & frequentes esse inter se, & ut uelint obedire sibi, scilicet mutuo, & ut sup. homo studeat .i. conetur. parare.i. acquirere. ob eas causas.i. propter liberorum educationem, & cum ceteris hominibus coniunctionē, & societatem, ea quæ suppeditent.i. abundè efficiant ad cultum.i. ornatum, seu amictum, & ad uictum nec soli sibi, sed sup. etiam coniungi, libertis, cererisq; quos habeat.i. habere debet charos, & quos debeant tueri.i. protegere, & defendere. Quæ, idest cuiusmodi cura. exuscitat.i. erigit, & excitat, quasi dormientes animos sup. hominū, & facit eos maiores.i. ampliores, & vehementiores ad rem. Propter coniugem enim liberos, & amicos protegendos multi in bello animosiores reperti sunt, quā qui illis caruerant. In primisq; &c. docet quæ sint ea ad quæ animi hominum specialiter exiguntur, dicens quod in primis ad inquisitionem, atq; inuestigationem ueri. &c. Ordo est: In primis.i. ante omnia inquisitio, & inuestigatio ueri est propria hominis, quia soli homini competit. Itaque .i & ita cum .i. quando nos sumus uacui necessarijs negocijs, & curis, idest solicitudinibus quasi cor urentibus. Nos auemus, i.. cupimus, tum .i. tunc audire uidere, & dicere aliquid, & nos dicimus, idest iudicamus, & existimamus. Cognitionem rerum aut occultarum, aut admirabilium esse necessariam ad uiuendum bene, & beatè. Ex quo, idest ex quare, quia.s. ex natura inuestigamus ad inquisitionem ueri, intelligitur .i. intelligibile, & manifestum est, id quod sit uerū simplex, & sincerum, esse aptissimum, idest conuenientissimum naturæ hominis. Appetitio quædam principatus, idest potentatus, & dominij, est adiuncta cupiditati uidendi ueri, idest quæ est de uero uidendo .i. cognoscendo. Ita ut animus bene informatus à natura, nemini uelit parere, idest obedire, nisi præcipientia, ut docenti, aut imperanti iustè & legitimè causa utilitas. Ex quo, idest ex qua re existit, idest apparet, & emergit magnitudo animi, contēptio .i. uilipensio rerum humanarum, idest quæ ab homine geri uulgariter possunt. Alij legunt contentio, idest concertatio rerum humanarum, quod meo iudicio non male quadrat. Ex eo enim, quod animus hominis parere retractat, nascitur magnitudo ipsius, & contentio, idest concertatio rerum humanarum, idest de rebus humanis. Nec uero illa uis, idest uirtus, & uehementia naturæ, & rationis, quod hoc unum, idest solum animal s. homo sentit .i. percipit, quid sit ordo, idest quis ordo sit in rebus seruādus, quid sit quid deceat, & quis modus sit in factis, & dictis. Itaque, idest & ita nullum aliud animal sentit, idest percipit, & intelligit pulchritudinem, uenustatem, & conuenientiam partium eorum ipsorum, idest earum ipsarum rerum, quæ sentiuntur, idest percipiuntur aspectu. Quam similitudinem natura & ratio transferens ab oculis ad animum putat multo magis pulchritudinem constantiam, ordinem conseruandum, supp. esse in consilijs, & factis, & cauet ne faciat, quid.i. aliquid indecore, ue pro uel effœminate, molliter, & non uiriliter. Tum .i. deinde, uel insuper supp. cauet in omnibus opinionibus. & factis, ne faciat aut cogitet, quid .i. aliquid libidinosè. Ex quibus rebus .s. ex fuga indecori effœminati, & libidinosi facti, aut cogitati, conflatur, & efficitur id quod quærimus .s. honestum, quod quidem honestum, etiam si non sit nobilitatum per uenerationem hominum, tamen sit honestum de se. s. & quod nos dicimus uerè esse laudabile natura .i. ex natura sua etiam si à nullo laudetur. O Marce fili tu quidem

Ouid.

Theophrast.

ASC.

Specialis quis sit appetitus.

dem, id est certè uides ipsam formam, & tanquam faciem honesti. Quæ facies.i.imago, & species honesti si cerneretur oculis, citaret, id est excitaret (vt Plato ait) mirabiles amores sapiẽtiæ, per quam.s.honestum est, quod inuenimus.

ARGVMENTVM.

De quatuor uirtutibus, unde omnia uitæ communis officia manant, prudentia, iustitia, fortitudine, & temperantia, ac de materia singulorum.

SED omne, quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia ueri, solertiaq; uersatur; aut in hominum societate tuenda, tribuendo suum cuique, & rerum contractarum fide; aut in animi excelsi, atq; inuicti magnitudine, ac robore; aut in omnium, quæ fiunt, quęq; dicuntur, ordine, & modo, in quo inest modestia, & temperantia. quæ quatuor quamquàm inter se colligata, atq; implicata sunt: tamen ex singulis certa officiorum genera nascũtur: veluti ex ea parte, quæ primo descripta est, in qua sapientiam, & prudentiam ponimus, inest indagatio, atque inuẽtio ueri: eiusq; uirtutis hoc munus est proprium. ut n. quisq; maximè perspicit, quid in re quaq; uerissimum sit, quiq; & acutissimè, & celerrimè potest, & uidere, & explicare rationem, is prudentissimus, & sapiẽtissimus ritè haberi solet. quocirca huic quasi materia, quã tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas. reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, tuendasq;, quibus actio vitæ continetur; vt societas hominũ, coniunctioq; seruetur, & animi excellentia, magnitudoq; cum in augendis opibus, utilitatibusq; & sibi, & suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis eluceat. Ordo autem, & constantia, & moderatio, & ea, quæ sunt his similia, uersantur in eo genere, ad quod adhibenda est actio quædam, non solum mentis agitatio. His enim rebus, quæ tractantur in uita, modum quendam adhibentes, & ordinem, honestatem, & decus conseruabimus.

PETR. MARS. Honesti diuisio

SED omne, quod honestum est] Dixit generaliter de honesto, quod cõflatur ex his quatuor principijs naturalibus, nũc diuidit ipsum honestum in quatuor partes, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, quarum munus, & quasi materiam quam tractẽt, & circa quam uersentur, describit. [Partium] quatuor virtutũ, quæ sunt fontes omnium officiorũ. ex his enim omne honestũ oritur. & incipit dicere de honesto, quod manat à prudentia. [Perspicientia veri] Vera, & integra cognitione. [Solertia] est ingenitum acumen, & naturalis prudentia. Vnde dicit Fabius ingenitam esse pueris agitationem mentis, & solertiam. [Aut in hominum societate tuenda] Hoc est munus iustitiæ, quæ est ad conseruationem humanæ societatis. [Tuenda] Defendenda, sustentanda opibus, & opera: [Quod suum est cuique] Quoniam iustitia tribuit unicuique, quod suum est. [Et rerum contractarum fide] Venditionum, emptionum, promissionum, ceterorumq; contractuum, & fides est fundamentum iustitiæ, quoniã remota fide remouetur iustitia, hæc omnia sunt de iure gentium, vt loco suo dicetur. [Aut in animi excelsi] hoc est munus fortitudinis [Excelsi] Elati, & omnia tanquam inferiora spernentis, quod est propriũ magnanimi. [Ac robore [Fortitudine, quæ dolore, aut aliqua alia calamitate non frangitur. [Aut in omnium] Quæ fiunt, hoc est munus tẽperantiæ [Fiunt] Nam in factis, & dictis seruandus est modus, nam in omnibus negocijs debet esse ordo rerũ, opportunitas temporum, & mensura uerborum. [Quæ quatuor] Nunc cuiusque virtutis quasi materiam, & subiectum ponit ostendens, & singulis virtutibus certa officiorũ genera oriri lib. 5. de fin. ait, Atque hæc coniunctio confusioq; virtutum à philosophis ratione quadam distinguitur. Nam cum ita copulatæ connexæq; sint, ut omnes omniũ participes sint, nec alia ab alia possint separari, tamen proprium suũ cuiusq; munus est, vt fortitudo in laboribus, periculisq; cernatur. Temperantia in repellendis uoluptatibus, prudentia in delectu bonorum, & malorũ, iustitia in suo cuique tribuendo. [Quatuor] prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia. [Colligata] Connexa, quippe emergunt ab uno honesto. [Implicita] Coniuncta, Stoici dicebant uirtutes, sibi inuicem ita esse connexas, vt qui vnam habuerit omnis habeat. [Certa genera] propria cuiusq; virtutis, quoniam dicuntur pertinere ad vnam potiusquam ad aliam. [Velut ex ea parte] ponit officium ipsius prudentiæ, quam sequuntur consiliorũ maturitas, & intelligentia. [Indagatio] Inquisitio, quoniam prudens uersatur circa ueri indagationem. Atque inuentionem prius inquirimus, postea inuenimus. Itaq; inquit Ambr. in ueri uestigatione tenẽdum est illud decorum, ut summo studio requiratur quid uerum sit non falsa pro ueris dicere, non obscuris uera inuoluere; non superfluis, uel implexis, atque ambiguis occupare animum. [Hoc munus] Officium, vt inquirat verum, nam prudentiæ, ut dictum est, ueritas obijcitur, & etiam sapientiæ, sed diuerso modo. [Proprium] Peculiare, vt verũ inquirat, aliter non erit prudentia, ut enim probat Cic. ab effectu munus ipsius prudentiæ. [Perspicit] Rectè uidet. [Acutissimè quantum ad ingenij acumen, & solertiam, omnemq; inuentionem. [Celerrimè] Quantum ad consilium, & bonam ilico consultationem, & rectam deliberationem. [Videre] Animo, & mentis oculo, qui imprimitur prudentia. [Explicare] Afferre in medium, & exponere, atque cognoscere, uerũ per suas causas. Vnde Plin. in quadam epist. laudat T. Aristonem dicens. Nam quanta sermonibus eius fides? quanta auctoritas, qui pressa, & decora cunctatio? Quid est quod non statim sciat? & tamen plerunque hæsitat. dubitat diuersitate rationũ, quas acri, magnoq; iudicio ab origine, causisq; primis repetit. [Discernit] Expendit. [Ritè] Rectè [Quocirca] Conclusio huius partis, qua ostendit ueritatem esse materiam ipsius prudentię, & sapientia. Veritas subijcitur prudentiæ in rebus agendis, & circa humana bona, sapientiæ autem in rebus contemplandis. prudentis enim est agere recta, veraq; cum ratione, sapientis autem ueritatẽ contemplationibus, & rationibus inuenire. [Tractet] Exerceat, & colat. tractare est manibus uersari. [Reliquis autem tribus] Iustitiæ fortitudini, & temperantiæ, ostendit Cice. circa quod versentur hæ tres virtutes, & quod sit munus ipsarum, & dicit uersari circa res parãdas, quibus uita sustẽtatur. hoc pertinet ad iustitiam, & etiam tela fortunæ contemnenda, & opes, quod est uiri fortis, & magni. [Propositæ sunt] Tanquam munus ipsarum, vt debeant ea parare, quibus uita sustentatur, & alitur. [Parandas] Acquirendas cum labore, & diligenti opera. parare enim est cum difficultate, & labore aliquid acquirere [Tuendas] Conseruandas, quoniam non minor est uirtus parta tueri, quam ea inquirere, parareq;, & hoc est munus temperantiæ, & parsimoniæ. [Actio uitæ] Exercitatio, & omnis actus humanæ uitæ degendę, quod pertinet ad iustitiam. [Et animi excellentia] Vt appareat ipsa fortitudo, cuius munus est non solũ parare opes, & augere, ut possit exercere iustitiam, & liberalitatem, sed etiam ipsas contemnere, & omnia humana inferiora suo animo ducere. Flagitiosi homines, inquit Cyrus apud Xenophontem lib. 5. cupiditatibus omnibus se præstãt inferiores. [In augendis opibus.] Quod pertinet ad magnificum. [Sibi & suis] Quoniam non solum nobis nati sumus, & contra officium est illos relinquere, qui curæ nobis esse debent, maximè parentes, ceterosq; domesticos. [Multo magis] Quam in ipsis opibus comparandis, quoniam nihil est tam angusti animi, quàm amare terrena, & à fortuna pendere, & illius bona amplecti, quæ auferri pñt, & illi qui est uerè fortis, & magnanimus, nihil uidetur magnum, & admiratione dignum, præter uirtutem. [Magis] Ergo elucet magnitudo animi in despiciendis opibus, quàm comparandis. Vnde laudatur Bias Prieneus, qui direpta ab hostibus patria, & à nonnullis bona asportantibus interrogatus, quare idem ipse non faceret, respondit, omnia mea bona mecum porto. Et Zeno, nunciato naufragio, cum omnia sua submersa accepisset, dixit, Iubet me fortuna expeditiꝰ philosophari. Et Stilbõ philosophus. Demetrio

Stoicorũ de uirtute opin.

Veritas prudentiæ subiecta.

Parare quid.

trio dixit, omnia mea bona mecum sunt. [Eluceat] Appareat, & magis laudetur in opibus spernendis, quam comparandis, qua tamē ratione parari debeant, postea dicetur. [Ordo autē] Nunc ponit quasi materiam ipsius temperantiæ, nam in omnibus, quæ aguntur in uita, ut honestas, & decorū retineatur, adhibenda est quædam decens actio, modus, & ordo, & hæc pars ad omnes uirtutes pertinet, ut latius loco suo patebit. Ordo enim est compositio rerum aptis, & accommodatis locis. Tēperantia constat ordine, & moderatione. [Cōstantia] Vacuitas perturbationum, & perseuerantia in honestis actionibus. trāquillitas.n. nil aliud est, quā placida, & quieta constantia, cum uultus mutatur, os distorquetur, & anhelat, tunc apparet non adesse constantiam, cum celerius, quā deceat, quis mouetur, ideò ait hæc tria uersari in eo genere, ad quod adhibenda est quædam actio, non solum agitatio mentis. Nam cum aliquid agendum cogitauerimus, decora actio adhibenda est. Et probat hoc dicens his.n. rebus. Nam cum adhibemus modum, & ordinem actionibus nostris, seruamus decorū quod omne genus officiorum attingit. [Et his simili] Quæ sunt eiusdē generis, & ad ipsam modestiam pertinēt, ac temperātiam. [Versantur] Consistunt [In eo genere] In ea parte uitæ humanæ, & genere, modoq; uiuendi, qui requirit etiam decentē actionem. [Ad quod] Genus, & modum uiuendi, agendis cum decoro. [Actio] Vt.s. honestè aliquid cogitemus, & opa atq; exercitatione honesta agamus, & quod ipsa actio decora sit. & cōueniens, de qua suo loco præcepta tradentur. [Agitatio] Cogitatio, contemplatio, consideratioq; habens modum, & moderationem quandam, & rationem, siue mensuram. [Quæ tractantur in uita] .i. in omnibus actionibus uitæ humanæ & his quę dicuntur, & sunt in uita communes. [Honestatem] Quantum ad omnes uirtutes, & officia .i. conseruabimus id, quod est secū dum uirtutem. nam si adhibeatur modus, seruabitur honestas .i. ipsa uirtus, quæ est quædam mediocritas, plus, & minus, & si adhibeatur ordo conseruabitur ipsum decorum [Et decus] Ipsum decorum, quod ab honesto non potest separari, tūc enim decorum est, cum præcessit honestas.

Ordo q d sit.

ASC.

CONFLATVR] Quasi colatur, & informatur ipsum honestum, conflare propriè est flatu follium, & ignea ui metalla liquare, ac effingere in ipsis formis, quarum dominantium est formula. Transfertur post modum ad multa hoc uerbum, ut conflare odium, pecunias, & cetera id genus. [Nobilitatum] Celebratum, laudatum. Nobilitas, inquit, alibi Cice. nil aliud est quam cognita uirtus. [Tamen] Quāuis non laudetur uulgo. [Sit honestum] Suam retineat dignitatem, hoc est contra Epicureū, qui decreuit id esse honestum, quod populari fama esset celebratum. Ita n. dicebat, ut cōsuetudo loquitur, id solū dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum, quam profanam opinionem confutans Cic. in 2. de Fin. ironicè dicit, Philosophus nobilis honestum quid sit si id non est in uoluptate, negat se intelligere, nisi fortè illud qđ multitudinis rumore laudetur. Ego autem hoc turpe esse sæpe iudico, & si quando turpe non sit, tamen non esse non turpe, cum id à multitudine laudetur, sed honestum dicitur, atque laudabile, quia tale est, ut uel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent pulchritudine sua tamen esset, specieq; laudabile. Honestū igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni vtilitate, sine ullis pręmijs fructibusque per se ipsum possit iure laudari. [Verè] Firmiter ac sine dubio. [Laudabile] Dignum laude, ac celebritate. [Natura] Per se, sua sponte, propriaq; ui, dote ac potestate. [Formam] Concinnam, & uenustam figuram uirtutis è quatuor naturæ principijs conflatam. [Tanquam fa.] Quasi aspectum, quoniam uirtus non habet corpus, sed animo percipitur, & uidetur. [Mirabiles] Ardentes. [Exercitaret] Commoueret, accenderet, inflammaret, ut ait Plato in eo.s. dialogo, qui Phædrus, uel de pulchro inscribitur his uerbis: Oculorum est in nobis sensus acerrimus quibus sapientiam non uidemus, quā illa ardentes amores excitaret sui si uideretur. [Oritur ex aliqua quatuor partium] Quoniā honestū est ipsa uirtus, & quidquid ab ea proficiscitur, & quatuor sunt quasi fontes omnium officiorum, quæ sunt ueluti secunda quędam honesta omnibus hominibus communia. [Perspicientia] Perfecta cognitione ueritatis, quæ humanæ docilitati, & rationi proponitur, ueluti signum, quod indagando, atq; inuestigando attingat: ad hoc enim mens data est, & naturalis igniculus, qui doctrinis adiutus, & longo usu, ut suam explicet flammā,

conflictq; rectum de rebus iudicium. [Solertia] Acumine, sagacitate, diligentia, promptitudine. sagaces, inquit Pom. dicuntur homines solertis ingenij. innata est, ut ait Fab. Quintil. humanis ingenijs agitatio, & solertia. [Tuenda] Fouenda, & cōseruanda, quod iustitiæ munus est. [Quod suum] Proprium, & illi debitum naturali decreto. societas nostra, dicit Seneca, lapidum formationi simillima est, quæ casura, nisi inuicem obstaret, hoc ipso continetur. [Excelsi] sublimis, elati, omnia humana infra se ducentis, ac per hoc minora, atque inualida. [Inuicti] Insuperabilis, cum sit fortis, & magnanimitate subnixus animus. [Robore] Vigore, vnde homines ualētes, inquit Pōp. & boni coloris robusti dicuntur à robore arbore, quæ plures venas rubri coloris habet, nam ruber color, & ruffus Robus olim dicebatur. [Ordine] Opportuna, & decora rerum omnium dispositione, congruentia, constantiaq; citra confusionem, & fluctuationem. [Modo] Mensura, ratione, præscripto, norma, formula, ut nequid nimis. Agendū, inquit Seneca, uirtus antecedat, tutum erit omne uestigiū, & uoluptas nocet nimia, in uirtute non est uerendum, nequid nimium sit, quia in ipsa est modus, nō est bonum, quod magnitudine laborat sua, omnis in modo est uirtus, modus autem certa mensura est. [Modestia] Modificatio, moderatio cupiditatum omnium, ut ueram recipiant formam. [Temperantia] Conseruatio recti iudicij de bonis, & fine bonorum, iccircò σωφροσύνη, dicta est à græcis, quasi conseruatrix mentis, & prudentiæ. [Implicita] Quasi catenis reuincta, quoniam reipsa non separantur, data siquidem prudentia, quæ ceterarum dispositionum, & affectionum forma est, dantur omnes, tamen cogitatione separantur, ut apertior, & facilior uia sit institutionis, & præceptionis. Quid haberes, inquit Seneca, quod in philosophia suspiceres, nisi beneficiaria res esset, huius opus unum est de diuinis, humanisque verum inuenire, ab hac nunquā recedit iustitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus uirtutum consertarum, & inter se cohærentium, hæc docuit colere diuina, humana diligere, & penes deos impium esse, & inter omnes consortium quod aliquādo uiolatum mansit, antequàm societatem auaritia distraxisset. & alibi. Sciendum est quid sit uirtus, una sit, an plures, separatæ, an adnexæ, an qui unam habet, & cæteras habeat, & quomodo inter se differant. Arist. 6. mor. dicit: Ea ratio, qua quispiam disseruerit separari uirtutes, hinc solui potest. Non .n. idem ad omnes suscipiendas aptissimus est ingenio, quare alia iam accepit, aliam uero nondum. Hoc.n. in naturalibus quidē uirtutibus fieri potest. At in his, quibus absolutè dicitur homo, bonus fieri nequit, etenim cum prudentia, quæ est una simul inerunt uniuersæ. [Certa] Quædam diffinita, & peculiaria cuiusque uirtutis. [Descripta] Designata, & delineata ea.s. diffinitione, quæ τύπος dicitur à græcis, & ὑποτύπωσις. Sapientiam .i. exactam scientiam rerum occultarū, & sublimium cuius munus est affirmare aliquid, ut uerū, & negare, ut falsum. [Prudentia] Notitiam rerum humanarum, & rectam rationem eorum, quæ tractantur in uita, quorum habet delectum, cuius officium est, bonum à malo, & honestum à turpi discernere, atq; aliquid esse agendū affirmare. [Indagatio] Venatio, inuestigatio, cuius finis est ipsa inuentio. [Propriū mu] Peculiare officium, & opus, cū sit perfectio rationis, cuius adæquatum obiectū est ueritas. [Prospicit] Exactè intelligit, & cōprehendit. [Acutissimè] Ingeniosissimè, solertissimè, sagacissimeq;. [Celerrimè] Promptissimè. Videre, dispicere. [Explicare] Patefacere, euoluere, declarare, unde diffinitio dicitur explicatio quædā rerū inuolutarū, & ambiguarū. Prudēs, ait Seneca, accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit, ardua, exęquat. [Necessitates] Vrgentes causæ cōparandarū rerū ad uictum, & cultū necessariarū. [Propositę] Obiectæ, & destinatæ, ut earum fines, atq; signa, ad quæ suos dirigant actus. [Tuendas] Conseruandas modo quodā, frugalitate, ac parsimonia, quæ magnum uectigal, & fuit, & est. [Actio vitæ] Vsus uiuēdi, & naturalis necessitas. [Continet] Conseruatur, & sustentatur. Cōiūctio, & cōicatio beneficiorū, quibus humana uita cōstat, & concordia, quæ ciuilis quædā amicitia est. [Excellētia] Vigor inuictus, & aiositas, solertiaq; omnis paruifaciēs labores, ut hominē fortē decet, atq; magnanimū quē, ut secūda nō extollūt, sic aduersa nō deprimūt. [Opibus] Fortunæ subsidijs. [Despiciēdis] Contēnendis, par siquidē infirmitas animi est pati nō posse diuitias, & illis non posse carere. [Eluceat] Appareat, cernāt, resplēdeat. [Ordo] Concinna dispositio rerū, & actionū. [Cōstātia]

Saga ces q sunt

Robus olim qd

Τύπος grae quid

tia]Grauis tenor, congruentia, conuenientia citra leuitatem, & fluctuationẽ. [Moderatio] Mẽsuratio factorum, atq; dictorum. [His si.[Modestia, temperantia, verecũdia, decorum in omni re. [In eo genere] Natura, & qualitate rerum. [Actio] Decens motus, & gestus. Actus, inquit Pompeius interdũ significat motum corporis, histrionum, & saltatorum, qui etiã ex hoc ipso actuosi dñr. [Tractantur] exercentur in toga, & armis. In 2. de Fin. idẽ Cicc. Atq; his tribus gñibus honestorum notatis quartũ sequitur, & in eadẽ pulchritudine, & aptũ ex illis tribus, quo inest ordo, & moderatio. Nã, & temeritatẽ reformidat, & nõ audet cuiquã aut dicto proteruo, aut facto nocere, uereturq; quidquã aut facere, aut loqui, quod parum uirile uideatur. [Modum]Mensuram, & rationem. [Ordinem]Distinctionem, & opportunam proportionem. [Honestatem] Virtutis præscriptum, & ueram laudem. [Decus] Ornatum uitæ decorum, & temperatam actionem, quæ κοσμιοτης dicitur à Græcis.

Actus quid.

FRAN. MAT. Sed omne &c.] Nunc per honestum, officium intelligit, & omnẽ actionem, atq; operationem honestã, dicens oẽ honestũ, hoc est omnis honesta actio ex aliqua quatuor partium, quæ honestum ipsum actionum, & operationum finem conficiũt, oritur. s. prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, honestũ quidem ipsum cum seorsum, & per se consideratur non potest nisi ex omnibus partibus constare, honestum uerò cũ actio secundum honestatem accipitur etiam ex singulis partibus separatim elicitur. Quarum diuersi sunt fines, vt iamiam patebit. [Aut enim &c.] Ecce quomodò singulas enumerat partes, proprietatibus adiunctis, & ui expressa ex singulis honestum hoc est officiũ ipsum, & uirtutis actionem manare dicens. [In perspicientia ueri &c.] Prudentiam tangit, quæ est habitus uerus cum ratione, qui in agendis uersatur. Quæ sunt homini bona, & mala, ut diffinit Arisrot. Perspicuitate ueri, ut bene iudicemus, & rectè consulamus, prius enim & quærimus, & ratione discurrimus quid sit aliquid. Deinde ad capiendum consilium temporis spatium addimus. Nam ut aiunt celeriter agendum est, morosè consulendum, & hoc solertia efficit, quæ bona coniectatio ab Arist. diffinitur. [Aut in hominum societate &c.] Hoc ad iustitiam spectat. Quæ duplex est, uniuersalis & particularis. uniuersalis omnes complectitur virtutes, & quidquid lege constitutum est. Iubet autem lex quæ sunt uiri fortis, ut non deserere locum in acie, non arma abijcere, & ea quæ sunt temperantis, ut non committere adulterium, non flagitiũ facere, & ea quæ sunt mansueti, ut non pulsare, non iurgia exercere. eodem modo secundum alias uirtutes, vt prudentiã, non plus sapere, quàm oportet sapere, ne stultitiæ subeamus nomen, & hæc iustitia uirtus est perfecta, non per se, sed per aliũ. Et propterea sæpe excellentissima uirtutum uidetur, & neque hesperus, neq; lucifer ita mirabilis, vt in prouerbio quoq; dici solet, omnes simul uirtutes iustitiæ inesse, & eam perfectã maximè uirtutem, quoniam perfectæ uirtutis est vsus, & qui eam habet ad alium quoq; uti potest: multi. n. in se ipsis uirtute uti possunt, sed in alijs non possunt, & Bias dicebat magistratus uirum ostendit, quoniam ad alium, & in communi geritur particularis iustitia in parte uirtutis est, & aut in distributione cõsistit honoris pecuniarum, uel aliorum, quæ talia sunt, ut diuidi possint inter eos, qui in ciuili societate uersantur, aut in cõmercijs corrigendis, vt emendo, uendendo, conducendo, locando, & hæc commutatiua solet uocari, illa uero quæ præcessit distributiua, hæc omnia paucis uerbis complectitur Cic. nam cum dicit in hominum societate tuenda, uniuersalem innuit iustitiam, cum addit tribuendo suum cuiq; distributiuam, cũ demum subdit rerũ contractarum fide, commutatiuã significat. [Rerum contractarum fide] Vt stemus promissis, & quæ cum aliquo contraximus ea impleamus. [Aut in animi excelsi &c.] Fortitudinem intelligit, quæ est considerata periculorum susceptio, & laborũ perpessio eius partes sunt. Magnificẽtia, fidentia, perseuerantia, patientia, quas omnes hic innuit. Cum dicit animi excelsi, magnificentiam intelligit. quæ est rerum magnarum, & excelsarum, cum animi ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atq; administratio. Cum addit atq; inuicti, patientiam significat, & perseuerantiã. Quarũ altera est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarũ ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio in oratione bene cõsiderata stabilis, & perpetua permansio. Cũ subdit robore fidẽtiã accipimus per quam magnis, & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiduciæ cum spe certa collocauit. [Aut in omnium, quæ fiunt &c.]Quarta hic innuitur honesti forma, quę est temperantia, & circa uoluptates corporis existit vt ait Arist. s. uisum, auditum, gustum, tactum. Quibus qui delectantur quantum debent nihil peccant, & circa huiusmodi temperantia, atq; intemperãtia existit sicut illius gulosi, qui precatus est longius sibi guttur, quam ciconiæ fieri, qm̃ tactu gaudebat, qđ scr. Arist. [Ordine, & mo.] Ordo est partium dispositio recta, vt totũ perficiant corpus, Modus, ut nequid fiat nimis, & mediocritas seruetur, & ab extremis discedatur, quæ uitiosa sunt, ordo ergo in cõpositis est. & digestis rebus. modis uero in disiunctis, & simplicibus: ille singula digerit, & collocat suis locis pro rerũ, & personarum ac temporũ qualitate, hic unum quoq; agit, ut rectum, & honestum postulat, & inter uitiũ, uirtutesq; discernit. proxima. n. sunt, ex quo efficitur, ut fallat sæpe uitiũ speciem uirtutis, quod ait Hora. exempli gratia largiri quibus non oportet, & plusquã oportet, liberalitatem esse, quæ uirtus est si quispiam credit, fallitur. Nã prodigalitas est, quę uitium est; & liberalitas excessus. Sicut auaritia defectus. [Modestia] Per quã, vt Cic. ait alio loco, pudor honestis claram, & stabilem comparat auctoritatem. [Temperantia] Quam idem diffinit rationis in libidinem atq; alios non rectos impetus animis firmam, & moderatam dominationem. [Quæ quatuor] Nunc Cic. singulas uirtutes, quas commemorauit, propria habere officia ostendit. Quamuis ita cõnexæ, colligatæq; inter se sint ut esse una sine reliquis non possint, quod Stoici uolebant. Socrates nullam uirtutem absque prudentia esse dicebat, & rectè ut lib. vj. Eth. colligit Arist. omnis. n. uirtus per habitum cum ratione diffinitur, ratio autem prudentiæ est. Sequitur ergo, cum omnis uirtus sit habitus cum ratione, nullam absq; prudentia esse. Cum uerò dicimus uirtutes ab inuicẽ separari naturales, ut idem ait, intelligimus. Non. n. apti ad omnes nascũtur, & aliam habemus, aliam non habemus, hoc uirtutibus, per quas simpliciter uir bonus dicitur non recipitur. Et cum prudentia, quæ una est, omnes simul existunt, sine ea non possunt. Quis. n. fortis esse posit aut iustus aut tẽperans, qui per prudẽtiam, quid sit fortitudo, quid iustitia, quid temperantia non intelligat? [Colligata] Coniuncta origine. [Implicita] Officiis, & actione. [Officiorum genera] Diuersæ actiones, quod ipse mox declarat, ostendens diuersas esse operationes uirtutum singularum. Quamuis natura colligatæ, & implicitæ omnes sint. [Veluti ex ea parte]Probat sua cuiq; parti honestatis officia esse, sed prudentiæ primũ. Cuius propria actio est indagare, & inuenire uerum[Sapientiam, & pru. p.]Hæc maximè differunt. Nam prudendentia est habitus uerus cum ratione. Qui in his agendis uersatur, quæ sunt homini bona, & mala prudẽtes sunt, qui publicis priuatisq; rebus administrandi sunt apti, qualem Periclẽ fuisse tradunt. Sapientiam, si de artibus loquimur, uirtutẽ artes intelligimus, illisq; tribuimus qui excellẽtissimi sunt, ut Phidiam statuarium sapientem uocamus. Est alia sapientia, quæ proprias commoditates spernit, & hæc est scientia, & intellectus preciosissimarum rerum, cui qui student sapiẽtes nõ prudẽtes uocãtur, vt Anaxagoras, Thales, aliiq; per multi; qui propria cõmoda ignorantes, totos se eorũ inuestigationi dederunt, quæ sunt eximia administranda, difficilia, diuina, ex quo intelligitur non idẽ esse prudẽtiam, & sapiẽtiam, auctor Arist. [Hoc munus proprium]Prudentiæ. n. subiectũ est ueritas, actio eam indagare. [In re quaq;]Quamcunq; intellectus noster percipit. [Acutissimè]Ad solertiã refertur, & sagacitatem, quarum illa bene cõijcit, hæc bene dijudicat celerrimè, & hoc ad bonã coniectationẽ referas, q̃ licet absq; rõne cum celeritate magna fit. [Ritè]Iure rectè. [Quocirca]cõcludit quod dixit de prudẽtię actione uerũ esse. [Reliquis aũt &c.]Ostendit in quo reliquæ tres uirtutes à prudẽtia differãt. Nã cũ illa in cõtẽplatione, & agitatione animi dũ uerũ inuestigat posita sit, illæ necessarias habent operationes, & totæ in actione uersant. Declarat deĩde qũo singularũ diuersę sint actiones iustitię fortitudinis, tẽperãtiæ. [Necessitates] Necesse. n. est ut ad actionẽ dirigant: Nec q̃cquã oĩno ꝓdesset forte esse aut iustũ, uel per prudentiã fortitudinis, & iustitiæ uim intellexisse, atq; dignitatẽ, nisi illis ad cõem utilitatẽ uteremur. Necessitas duplex est, absoluta, ut deus est. & trigonus. alter. n. esse nõ põt, altera uiolẽta, & hæc duplex altera q̃ finẽ respicit, sine qua rectè eẽ aliq̃d non potest, cũ aliqua cã efficiens ꝓcedit, & effectus sequitur. vt exercitationẽ sequitur sanitas. põt. n. sine exercitatione sanitas esse

Honestũ quid.

Prudentia.

Fortitudo. Patiẽtia.

Ordo Modus.

Temperantia.

Prudẽtia quid. Sapiẽtia.

Necessitates.

esse, sed non recta. & integra. Altera est sine qua omnino aliquid esse non potest, ut sine nutrimento animātis uita. huiusmodi est necessitas. trium uirtutum, quæ sine actione esse nō possunt. Nequaquàm simile est in artibus, & virtutibus, ut ait Arist. lib. ij. Eth. Nam quæ ab arte procedunt laudem in se habent. quare sufficit illa ita existere, sed quæ à uirtute proficiscũtur, non satis est si ipsa iustè quodammodo se habēt, & modestè agantur. sed si agens ita egerit, primo si sciens. secundo eligens. & eligens propter ipsa. tertio si certo, & immobili iudicio agat. Ad cęteras uero artes habendas nihil horum requiritur pręterquam scientia. At in uirtutibus scire ipsum parū est, aut nihil, uti uero atq; exercere plurimum imò totum ualet, utpote quæ ex frequenti actione iustorū modestorumq; proueniat. Res. n. tunc iusta, & modesta dicitur quando talis est, qualem iustus, & modestus ageret. Iustus autem modestus nō qui hæc agit, sed qui sic agit, ut iusti, & modesti agunt. bene ergo dicitur, ꝙ quis iusta agendo iustus sit, & modestus, non agendo autem nullus ut bonus sit curare uidetur. [Parandas tuēdasq;] Bene hoc addit. Plus est n. tueri, & difficilius quam parare. Nam, & Ouid. ait. Non minor est uirtus quam quęrere parta tueri. Casus inest illic, hic erit artis opus. [Cōtinetur] Potest. n. uita esse, sed non recta nisi hę ad eam degendā adhibeantur uirtutes. [Vt so. &c.] hoc ad iustitiam spectat, quę hominum societatē seruat, quę durare non posset, ęquitas tolleretur, & leges quæ iustitiæ sunt. [Et animi excellentia &c. [Fortitudinem tangit. [Tū in agendis] Iustè s. & honestè. [Tum multo magis, &c.] pulchrum est magna appetere, sed multo pulchrius, quæ alij concupiscunt aspicere. Et Euander apud Virg. ad hospitē Aeneam domi accipiens, sic ait. Aude hospes cōtemnere opes, & te quoq; dignum Finge Deo, rebusq; ueni nō asper egenis Idem paruo potentem dicit Fabriciū. Sen vero ait. Magni animi esse sic uti fictilibus ut argēto. [Ordo autem] Hoc totum ad temperantiā refertur. [Constantia] Firmā, & moderatam dominationem animi intelligit in libidinē atq; alios non rectos impetus, ut quinq; sensus, si modū tamē excedant. [Actio quædam &c.] Hoc propterea dicit, quoniā opus est, & ad aliarū uirtutum actiones mētis agitationes, cū nulla (ut dictum est) sine prudentia esse possit, imo sic uirtus oīs in actione consistit, & sic boni, & honesti habent, qui bona & honesta agunt, ut nō qui spectant olympia, sed qui certant coronantur. non potest prudens uirtute prǽditus fīri nisi alicui ex tribus uirtutibus prudentiam applicet, ut non male senserint, qui dixerint per applicationem tantum uirtutē esse prudentiam, per quam quidquid agendum est prius diligenter cōsideramus, si agere rectè, & laudabiliter uolumus, sed cū tribus uirtutibus actione opus sit, maximè ea indiget temperantia, quæ in dictis, factis, incessu, ordine & modo posita est. [Modū] In partium singularum perfectione. [Ordinem] In partiū apta, & congrua dispositione. [Honestatem, & decus] Hoc est finem honesti implebimus, quod etiam si non laudetur per se laudabile est natura, & laudabimur. Nulla enim uirtus est, quæ magis in communi uita appareat. In omni enim negocio temperantes, & modesti, uel contra quotidie esse cognoscimur. Ideoque adhibenda diligentia, & cauendum maximè ne quid ineptè faciamus.

Ouid. nō minor ē uirt⁹ tueri, quā quærere.

ASC. Sed omne quod honestum est. In hac parte diuidit auctor honestum in quatuor uirtutes, quæ uulgo cardinales appellātur, singulisq; earum proprium munus assignat, ut ex ordine patebit, qui talis est. Sed omne id quod est honestum oritur ex aliqua quatuor partium. enim pro quia, aut uersatur in perspicientia, & solertia ueri, hoc est prudentia. Aut in socie. ho. tuē. tribuendoq; cuiq; quod suum est, & in fide rerum contractarū hoc est, in iustitia autem in magnitudine, ac robore animi excelsi atque inuicti. i. difficulter uincibilis, hoc est in fortitudine aut in ordine, & modo omnium quæ fiunt, & quæ dicuntur, in quo. i. in qua re. i. modestia, & temperantia. Quæ quatuor, quāquā sunt colligata. i. condecentia, Et implicita inter se, tamē certa. i. specialia genera officiorum nascuntur ex singulis uelut ex ea parte, quæ est descripta primum. in qua nos ponimus sapiētiam, & prudentiam, inest indagatio. i. inquisitio atq; inuentio ueri, & hoc munus. s. inquirere, & inuenire uerum, est propriū eius uirtutis. s. prudentiæ, & sapientiæ. Enim pro quia uti. i. quē admodum, quisque perspicit. i. perfectè inspicit quasi per medium rei. quid sit uerissimum in quaque. i. in qualibet re. quæ pro, & qui potest uidere, & explicare. & . i. simul. acutissimè. & . i. simul celerrimè. i. uelocissimè rationem, medium probandæ ueritatis, solet his haberi. i. reputari, ritè. i. secundum ritum, & consuetudinem debitam prudentissimus, & sapientissimus. Quo circa. i. quapropter, ueritas est subiecta huic. i. huiusmodi quasi materia, quam tractet, & in qua hoc est circa quam uersetur. Autem pro sed, necessitates sunt propositæ. i. subiectæ. Reliquis autem tribus suppl. uirtutibus. s. iustitiæ, fortitudini, & temperantiæ Ad parandas, & tuendas. i. defendēdas eas res, quibus. i. per quas actio uitæ continetur, ut societas & coniunctio hominum seruetur. s. per iustitiam. Et ut magnitudo, & excellentia animi seruetur. s. per fortitudinem. tum. i. insuper, ut sup. uirtus ualet, modestia, & temperantia eluceat in augendis operibus, & utilitatibus comparandis, sibi & suis. Tum. i. insuper, uel pręterea eluceant multo magis in his, scilicet opibus, & utilitatibus despiciendis. i. contemnendis. Aūt pro sed. & ordo & constantia, & moderatio, & ea quæ sunt his similia uersantur in eo genere, ad quod quædam actio. i. corporis exercitatio, & non solum. i. nedum agitatio, & . i. cogitatio, exercitatio mentis est adhibenda. Enim pro quia, nos adhibentes rebus, quæ tractantur in uita sup. nostra, quemadmodum. i. quādam modestiam conseruabimus, & ordinem, & honestatem, & decus. i. ipsum decorem, quod græci ὁ πρέπον vocant.

ARGVMENTVM.

De prudentia uirtutum omnium principe, & quid in ea fugiendum, quid sequendum

EX quatuor autem locis, in quos honesti naturam, vimq; diuisimus, primus ille, qui in ueri cognitione consistit, maximè naturam attingit humanam. omnes. n. trahimur, & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, & decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc genere, & naturali, & honesto duo uitia uitanda sunt: vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur: quod uitium effugere qui uolet (omnes autem uelle debent) adhibebit ad considerandas res, & tempus, & diligentiam. alterum est uitium, quod quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res obscuras, atque difficiles conferunt, easdemq; non necessarias. quibus uitijs declinatis, quod in rebus honestis, & cognitione dignis operæ, curæq; ponetur, id iure laudabitur, ut in Astrologia C. Sulpicium audiuimus; in geometria Sextum Pompeium, ipsi cognouimus; multos in dialectica, plures in iure ciuili. quæ omnes artes in ueri inuestigatione uersantur: cuius studio à rebus agendis abduci contra officium est. uirtutis. n. laus omnis in actione consistit: à qua tamen sæpè fit intermissio, multiq; dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studijs cogitationis etiam sine opera nostra continere. omnis autem cogitatio, motusq; animi aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene, beateq; uiuendum, aut in studijs scientiæ, cognitionisq; uersatur. Ac de primo quidem officij fonte diximus.

PETR. MARS. EX quatuor autē locis.] Posuit Cic. quatuor fontes officiorū ex quibus manat illud honestū, quod quærimus, nūc accipit primū fontē. i. ipsam prudentiā, & de officijs, q̄ ab ipsa oriūtur, disputat, ostendens hāc partē in primis attingere naturam humanā, qm̄ ex sentētia Arist. omnes homines natura scire desiderant, & res occultas cognoscere. signū autem est, dicit, sensuū dilectio propter se, nanq; illos diligimus, & maximè oculorū. nō enim solum, ut agamus, sed etiā nihil agere debētes vim

uiuendi,

uiuendi,præ alijs eligimus,causa autem est, quòd hic manifestè sensus,nos cognoscere facit, & multas differentias demonstrat rerum lib.v.de Finib. ait, Tantus est innatus in nobis cognitionis amor, & scientiæ, vt nemo dubitare possit, quin ad eas res hominū natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Quid uero qui ingenuis studijs,artibusq; delectantur, non ne uidemus eos, nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem, omnia perpeti ipsa cognitione,!& scientia captos?& cum maximis curis, & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant uoluptatem uirtutibus, à quibus manant officia? [Naturam] Proprietatem. [Vim] Potentiam. [Primus ille] Prudentia,& sapientia.[Attingit humana na.].i. in primis conuenit naturæ hominis, qui natura scire desiderat, ergo nil est tam proprium hominis,quā scire uelle,& uerum uidere in omni re.[Omnes enim]Ratio quare attingit maximè naturā hominis. [Trahimur]ui,& imperio ipsius naturæ, quoniam hoc est nobis innatum uelle.[Ducimur]sponte,certa ratione,& uia allecti. [Cupiditatem] uehemens desiderium cognoscendi aliquid,& sciendi.[Excellere] Excellentiorem esse, ac præstantiorē aliis. [Pulchrum]Laudabile, & gloriosum.& sic contra.[Labi] Longius in errorem progredi. [Errare]falsum pro uero sibi proponere,quod imprudentis est.[Nescire] non didicisse, & causas rerū ignorare. Plat. in Theæteto sic ait. Vera certè opinari pulchrum est,mentiri turpe.[Decipi] Ab aliquo uersuto, & callido. [Malum] Quantum in se, quoniam insipientia magnum est malum,& nescio an possit esse maius, & stultitia nihil est peius. Ideo optimus quisq;, & à natura bene institutus ad rerum cognitionem tota mente sese erigit,cum omnes stulti sine dubio miserrimi sint. Plut. scribit in uita Lysandri, Antimachum carmen,quod cōposuerat in laudem Lysandri aboleuisse, dum Lysander de carminibus coronam Nicerato dedisset, tuncq; Plat. iuuenis ingenium admiratum,eum mitigasse præfatum,ignaris ignorantiam id malum esse, quod est cecitas non uidentibus [Ducimus] arbitramur, existimamus. Si prudens esse cupis,inquit Sen.in futura prospectum intende,& quæ possunt contingere animo tuo propone, nihil tibi subitū sit,sed totum ante conspicies, si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina, futura pro uide,præterita recordare. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet uitam. Qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Prudentiæ proprium est, inquit,examinare cōsilia,& non cito facili credulitate ad falsa prolabi.[In hoc genere] Posito munere ipsius prudentiæ, & utilitate cognitionis,& scientiæ ponit uitia,quæ uitanda sunt,ut medium ipsum cum decoro teneatur, à quo non potest sine uitio discedi.[Naturali]Quoniam impellimur natura ipsa ad honestum,& rerum cognitionem. [Et honesto] Cum laude uirtutis honestum quippe est scire,turpe uero ignorare. [Vnum] Hoc est primum uitium, quo multi laborant. Non enim debemus persuadere nobis cognitionem rerū, quas penitus ignoramus, nec debemus temere.i.nullo adhibito iudicio assentiri his quæ nobis dicuntur,& incognita sunt,Lact.dicit, opinari te scire, quòd nescias non est sapientis,sed temerarij potius, ac stulti. Vnde monendi sunt præceptores, ne auditorum teneras aures falsis opinionibus imbuant lucro intenti, & ipsi auditores, ne præceptorū uerbis temere credant, qui ne ignorantiam profiteātur, quidquid occurrerit effundunt. Intendant igitur adolescentes ingenium ne stulti uideātur,& imprudentes. Vnde scribit alibi Cic. Nam cæteri primum ante tenecātur astricti,quam quid esset,optimum iudicare potuerunt,d inde infirmissimo tempore ætatis, aut obsecuti animo cuidam,aut una alicuius, quem primum audiuerunt,oratione capti, de rebus incognitis iudicant,& ad quācunq; sunt disciplinam tanquam tempestate delati, ad eam, tanquā ad saxum adhæreseant. Nam quod dicūt omnia se credere ei, quem iudicent fuisse sapientem,probarē, si idipsum rudes,& indocti iudicare potuissent. Statuere autē qui sit sapiens, uel maximè uidetur esse sapiens, & in oratione pro Cluentio,ait, Minus stultus est,cui nihil in mentem uenit, quam ille qui ꝙ stultè alteri uenit in mentem, cōprobat.[His] .f. incognitis.[Temere] Incōsulte sine iudicio. [Assentiamur] Dicimus assentior, & assentio, prius dicebatur tantum assentior.sed Sisenna primus in senatu dixit assentio, quem alij secuti sunt. [Quod ui.] Docet Cic. quo modo declinandum sit hoc uitium.[Omnes autem] Correctio est, omnes inquit,debent uelle, quoniam leuitas est,& temeritas assentiri in cognitis,& illa pro cognitis habere:Cyrus dicit apud Xenophontem, ea non debet quis dicere, quæ minus certo norit.Et Sen. dicit. De dubijs non diffinias, sed suspensam tene sententiam, nihil in expertum affirmes. [Tēpus] Quod ipsa res iudicanda postulat:non enim possumus illico iudicare,nisi fuerimus planè sapientes. sed spacio temporis adhibito, & diligentia,quę rerum inueniendarum magistra est, sine qua frustra tempus teritur. diligentia igitur,& tempore opus est,ut quid in quaque re uerum sit,iudicari possit. [Alterum est vi.] quemadmodum uituperantur stulta assensio,& ignorantia, sic carpit nimium studium in re non necessaria. Vnde uituperandi sunt illi,qui omnem ætatem in nudis fabulis,& poetarum commentis terunt, fucos quosdam,& scientiæ umbram sectantes, non expressam imaginem, quoniam in poetis requiescendum est, cum philosophiæ præceptis, & rebus grauibus satisfecerimus, & sic de similibus,quæ multum obscuritatis, parum uero fructus in se habent. Vnde dicit Seneca, Liberalia studia dicuntur, quia homine libero digna sunt, in quibus tandiu immorandum est, quādiu nihil animus agere maius potest. [Operam] Exercitationem,& laborem. opera dicitur,quæ studijs,mente,& animo exercetur.opus est,quod fit manibus.& opera est labor,studiū, & diligentia in aliquo opere faciundo. [De honestis]Habentibus in se honestatem, & laude dignis. nam dare operam rei, quæ uacet honestate, contra officium est [Quod opere] .i. laboris,& studij [Vt in Astrologia] Affert exempla eorum, qui in rebus honestis, & cognitione dignis id operę posuerunt,qđ iure laudatum est. Caius Sulpicius primus Romanorum,defectus solis,& lunæ rationem in uulgus efferre ausus est, qui in bello macedonico Tribunus militum exercitum Romanorū magna animi molestia,& solicitudine liberauit, pridie quā cū Perse Rege pugnaretur. Productus fuit à Paulo Aemilio consule in concionem ad præcinendam eclypsim,naturalemq; esse ostendit,& uolumine postea edito huius effectus rationem explicuit. Apud græcos Tales Milesius lunæ,solisq; defectum inuestigauit,post eum Hypparcus, qui etiam stellis nomina imposuit. Anaxagoras primus,auctore Plut.in uita Niciæ, rationem huius defectus literis mandarant, ueriti iudicia imperitæ multitudinis. Plato autem propter sanctitatem morum id ausus est,& effecit. In geometria, quæ naturā magnitudinū uniuersam,figurarumq; explicat. Mathematica scientia 4. habet partes. Arithmeticam, Geometriam,Musicam,& Astrologiam.Arithmetica est quæ rationes,affectus, affinitatesque inter se numerorum docet, sub qua collocatur Musica. Nam ubi arithmeticus numeros absolutè cōsiderat,atque seiunctos ab omni materia sensibili,musicus ut sonorum sibi subijcit,affectusque eius considerat. sub quo etiam, & is, qui cantu demulcet aures,collocatur. Geometriæ fundamenta Pythagoras iecit, & Arithmeticam in artem disciplinamque redegit. Sub Geometria collocatur. Perspectiua, quæ considerat lineas non absolutè,sed uisu. Nam arithmeticus, & geometra puri mathematici formas sensiles à materia penitus separant. Geometria enim considerat lineas, puncta, superficies,seu plana corpora separata omnino à materia.Astrologia uersatur circa numeros, & magnitudines non omnino abstractas, sed ut accommodatas ad corpora cœlestia, quæ uidentur. Ex quibus patet Arithmeticam, & Geometriam puras esse mathematicas,reliquas uero duas non puras, sed partim mathematicas, partim naturales, ut Aristot. in physicis asserit. Clari in Geometria fuerunt Pythagoras, Archimedes Siracusius, Anaximander Milesius, Euclides Megarensis, cuius scripta extant. Plato in 7. de rep. Mathematicas disciplinas ad ueri cognitionem, & demonstrationem in primis dixit esse necessarias: sunt enim in primo gradu certitudinis. Plato has esse tanquàm gradus dixit ad superiora cognoscenda. his disciplinis, inquit, in omnibus animæ instrumentum, perditum, ut sic dixerim, alijsque excæcatum exercitijs expurgatur, & in melius erigitur. Animaduertisti, inquit Socrates apud eundem, eos qui à natura arithmetici sint, ad omnes ferè disciplinas acutiores apparere, qui autem ingenio hebetiores fuerint, si in hac erudientur, etiam si nihil amplius utilitatis assequantur, seipsis tamen ingeniosiores effici solere. quæ enim difficiliorem addiscendi, cogitandique laborem, ac curam inferat, non facilè ex omnibus ullam, præter hanc, potes inuenire. ob hæc omnia ꝑfecto hæc disciplina omittenda non erit. Verū optimis præditi naturis, in ea quā primū erudiendi uidebunť. In diale-

Insipientia quid.

Prudentia quid.

Assentio & assentior dici potest.

Opera in quo ab ope differat.

Qui I dialectica clari fuere.

dialecticis primum Plato Dialecticam appellauit. Arist. verò ad formã, disciplinamq; redegit. Multi in ea claruerunt. Leontinus Gorgias, Chrysippus, vnde dicebant Athen. aut nullã, aut Chrysippeã dialecticẽ apud eos inueniri Carneades, Diogenes, tota stoicorum familia. Epicurus ipsam neglexit, vnde in varios errores lapsus est. hæc enim disciplina ad ueri, falsiq; cognitionem vehementer accommodatur, & uia est ad omnem sciẽtiã. Vnde dicebant Stoici, neminẽ ignarũ dialectices futurũ sapientem: facit. n. syllogismum, & demonstrationem, ponitque verum ante oculos. Vnde Arist. dicit priscos illos philosophos Melissum, Parmenidem, Anaxagoram, & alios lapsos esses, & errasse sola dialectices ignoratione. & Plato in 7. de rep. dicit, necessariam esse dialectices cognitionem, & perutilem, quam alijs disciplinis præponit monens erudiendos in dialecticis esse pueros, ut interrogare, ac respondere, quã doctissimè cognoscant, & sciant. [In dialecticis] In dialectices disciplina, quæ disputando, refellendo, probando ad veritatem inueniendam valet plurimum, & sine ipsa ad ueri cognitionẽ perueniri nõ potest. Dialectica est scientia rectè dissserẽdi circa orationem, quæ interrogatione, atq; responsione constat. [In dialecticis] Ita inclinatur dialectica dialecticorum, vt physica physicorum, & dicitur Dialectica ipsa scientia disputandi. [Plures] quam in supra dictis disciplinis. [Iure ciuili] Ius ciuile dicitur, quod quisque populus sibi cõstituit, & id proprium est ciuitatis ipsius, ciuilem in quam dictum quasi propriũ ipsius ciuitatis, & ex vna quaque ciuitate appellatur, vt Romanorum, Atheniensium, Lacedæmoniorum. Sed ius ciuile dictum absolutè intelligitur. Romanorũ inquit Iust. vt poeta Ver. apud latinos, apud græcos Homerus. Romano iuri Romulus conditor vrbis, auspiciũ dedit, qui populũ in xxx. partes diuisit, quas Curias appellauit, propterea quod tunc reip. curam per sñias partium earum expediebat, & ait leges quasdam, & ipse curiatas ad populum tulit, auctore Pomp. lib. j. dig. Tulerunt etiam, & sequentes reges, quas Sex. Papyrius, qui fuit regnante Prisco Tarquinio, collegit, redegitque in ordinem. Inde dictum est ius Papynianum, post exactos reges, cum per decẽ annos regiæ leges cessissent. Decemuiri creati sunt, qui à græcis leges peterent, quas in tabulas eboreas scriptas posuerunt pro rostris. i. in foro, vt omnibus legere uolentibus expositæ essent, quæ decem erant, sequenti anno duæ adiectæ sunt, & ita leges xij. tab. appellatę. Inde fuit prudentium auctoritas, & dispositio in foro, quæ & et ius, quod sine scripto uenit, communi nomine ius ciuile appellatum est. Inde factæ sunt legitimæ actiones, quibus inter sese homines disceptarent, quas collegium pontificum interpretabatur, has actiones App. Claudius ad formam redegit, & uolumen quod Cn. Flauius eius scriba libertini filius subreptũ populo tradidit, cui id minus adeò gratum fuit, ut Flauius trib. plebis fieret, & senator, & ędilis curulis, & sic appellatum est ius ciuile Flauianum. Post Sextum Helius actiones cõposuit, & populo dedit. unde appellatum est ius he ianum. inde cum plebs à patribus in montem sacrum, qui supra Anienem tribus millibus passuum ab urbe distat, secessisset. Tribunos ad suã protectionem creauit, & Plebiscita constituta sunt, quæ postea, ut omnis discordia sedaretur, lata lege hortensia pro legibus fuerunt. Inde cum necessitas curam reip. senatoribus dedisset, senatusconsulta constituta sunt. Inde prætores iura reddere cœperunt, & prætorum edicta nata sunt, quæ dicunt ius honorarium, eo quod ab honore prætoris venerit. Tandem constituto principe quidquid ipse statuisset, ius fuit. Vnde dicit Iust. quod principi placuit, legis habet uigorem. Quodcunq; Imperator per epistolam constituebat, uel cognoscens decernebat, vel præcipiebat edicto, lex erat, & hæ constitutiones appellabãtur, sed ut dicebamus ius ciuile dictum absolutè, Romanorum intelligebatur. habet duas species. Ius scriptum, & non scriptũ, Ius scriptum est lex, Plebiscita, senatusconsulta, principũ placita, magistratuum edicta, responsa prudentũ. Iuris ciuilis sciẽtiam plurimi, & summi uiri professi sunt P. Papyrius, qui tegnante Tarquinio, ut dictum est, regias leges in unum cõtulit, App. Claud. decemuir. App. Claudius, eiusdem generis, qui cẽtimanus appellatus est, & uiam appiam strauit, & claudiã aquã induxit. Sempronius, C. Scipio Nasica, cui domus in sacra uia publicè data est, quo facilius consuli ab omnibus posset. Q. Mutius, qui Carthaginem legatus adiit, Tyb. Corrũcanus, Sext. Cęcil. & eius frater, P. Helius, & Attil. qui primus à populo sapiẽs appellatus est, M. Cato, P. Mutius, Brutus, Rutilius Ruffus, Pap. Virgitimus, Q. Tubero Stoicus Pansæ auditor, S. Põpeius Cn. Pompei filius, Cæ. Antipater, qui & historiam scripsit. L. Crassus frater Publij Mutij, qui Mutianus dictus est. Hunc Cic. dicit iureconsultorum disertissimum, Q. Mutius Pub. filius pontifex Max. Aquill. Gallus auditor, Bal. Lucilius, S. Papyrius Ci. Viuentius: S. Sulpicius, qui in causis orandis secundum locum post Cic. obtinuit. Alphenus Varus. C. Aulus. Offilius, Titus Cesius, Aufidius, Tucca Labeo, P. Cælius, Treb. Cesellius, Q. Tubero, qui Quintum Ligarium accusauit defensum à Cice. oratione, quæ extat. fuerunt etiam clari post Cic. Atteius capito, Antistius Labeo, Massurius Sabinus, qui fuit tempore Tyberij, C. Cassius longinus natus ex filia Tuberonis. Sabinus imperante Vespasiano. Pegasus qui tempore Domitiani præfectus vrbis fuit, cuius meminit Iuuen. Rapta properabat ab olla Pegasus attonitus positus modo uillicus vrbi. An ne aliud tunc præfecti Priscus Neratius, qui consul fuit. [Quæ artes] Mathematicæ disciplinæ, dialectica, & ius ciuile uersantur in inquisitione ueritatis. [Cuius] s. ueri inuestigãdi cupiditate, & studio. [Abduci] Auocari ab actionibus, & rebus agendis uituperatur, & est contra officium, quoniam laus uirtutis consistit in actione. Tunc enim homo laudatur, cum studiosè aliquid agit, aut cogitat. & sententia Arist. j. Ethices, ut dictum est in operatione animæ per uirtutẽ in uita perfecta consistit humana felicitas. Nam consociatio hominis uincit cognitionis studium, genus officiorum excellit, quod hominum societate tenetur: & agere considerate plus est, quàm cogitare prudẽter. Igitur studio cognitionis non debemus eas actiones deserere, quæ ad tuendam humanam societatem pertinent, & eorum conseruationẽ, quibus officium, & pietatem debemus. [A rebus agendis] actionibus, & officijs præstandis non debemus relinquere penitus actiones, & tantum cognitioni rerum, & contemplationi uacare, quoniã uita humana, & consociatio destrueretur, & ipsa cognitio nãca esset, & soliuaga. Vnde Sopho. Auctor Tragœdiarum, cum propter studium rẽ familiarẽ negligere uideretur, à filijs in iudicium vocatus est. Virtutes. n. ratio quare. i. contra officium, quoniam laus uirtutis consistit in actione, & ea maximè actione, quæ est ad societatem tuendam. Vnde dicebat Arist. hominem tunc esse felicem, cum aliquid agit cum uirtute, & in somno non esse magis felicem, quàm sit is qui virtutẽ non habet, tamen est aliqua differentia, vel potius maxima: ille enim qui habet habitum uirtutis, cum primum expergiscitur, potest feliciter operari, Vitiosus autem minimè, sed semper miser. [Laus uirtutis consistit in actione] Quoniam actio est præstabilior, habitu, quippe finis est præstabilior eo, quod est ad finem, & habitus comparatur propter actionem, quam non debemus omittere propter contemplationem; quoniam ad utrunque nati sumus. Dicere solemus, inquit Sen. summũ bonum esse secundum naturam uiuere, natura ad utrunque genuit, & contemplationem rerum, & actionem. Stoici dicebant in solo uirtutis habitu consistere humanam felicitatem, dicentes neminem habere talem habitum, qui non operent, sed tamen si nihil ageret, nihilominus esse felicem, tantum robur uirtuti dabant ad bene, beateq; uiuendum. Cato apud eundem in tertio de finibus sic ait, sic ea quæ proficiscuntur à uirtute susceptione prima, nõ perfectione, recta sunt iudicãda. [Tñ] quãuis in ipsa actione cõsistat, laus tñ sæpe põt intermitti, & homo studiosus ad cõtẽplationẽ reuerti põt. Vñ dicit Seneca. Non semper in actis sis, sed interdũ aĩo tuo requiẽ dato, & requies ipsa plena sit sapiẽtia, studijs, & cogitationibus bonis, nã prudẽs nunquàm ocio marcet, hẽt autẽ aliquãdo remissum animum, nunquã solutum. [A qua] Actione, in qua nõ semper esse possumus, & officiis præstandis. [Intermissio] Aliqua temporis uacatio: non debemus abduci à rebus agendis propter assiduam contemplationẽ: multa. n. agenda sunt pro salute patriæ, parentũ, fratrum, & aliorum, quibus iure societatis humanæ officia debemus, vnde vituperant illi, qui patria laborante, & suis, à cõtemplatione nõn discedunt, & sic cõtra propter res agẽdas, & uilia, sordidaq; interdum negocia, & indigna libero homine, à studio bonarũ artium abduci contra officium est. Igitur habenda est ratio tẽporis, & id quod tempus, ratio, & decorũ ipsum postulat agendum. Ideo dicit ab ipsa actione, in qua consistit laus uirtutis, fieri aliquando intermissionem, & dari reditũ ad studia, & contemplationem, quoniã ad utrunq; nati sumus. [Multi reditus] Per consequẽs probat añs, possumus intermissa studia ob res agendas, & officia

Dialectica quid sit, & unde dicat.

Qui iure ciuili claruere.

Sophoclis studium.

præſtanda repetere, & ſi danť reditus dantur,& diſceſſus, & cū à ſtudio auocamur negociis,& officiis impediti,agitatio mentis, quæ nobis ingenita eſt, poteſt nos in ſtudiis cōtemplationis tenere. [Agitatio] Motus, & contemplatio . [Quæ] Nunquam acquieſcit , quæ ſemper eſt in motu , & aliquid meditatur. [Sine opera nou.] ſine labore. ſola enim mentis agitatio poteſt nos in cogitationibus honeſtis, & contemplatione rerū continere, etiam ſi opera noſtra ceſſat è ſtudio . [Omnis autē[Dat nunc præceptū Cic.docetq; circa quæ debeat verſari mentis agitatio, in rebus.ſ. honeſtis. Nā turpia meditari cōtra officium eſt. & ait, debemus cogitare ea,quæ pertinent ad mores, & ad bonā beatamq; uitam,& ea,quæ ad ſcientiam rerū naturaliū, & diuitiarum, quæ cognitū digna ſunt, aliter diſceditur ab officio, & ſic de primo fonte.i. prudentia, & ſapientia,& eo loco,qui in ueri cognitione,atque inueſtigatione conſiſtit, dictū eſt. [Conſilijs capiendis] Et hoc pertinet ad prudentiā , cuius munus eſt bñ conſulere, & quid ſit agendum imperare , & rationē officiorum reddere . [Et pertinentib.] .i. ipſis officijs , & rebus quæ uirtuti annexa ſunt,& pertinēt ad beatam uitam. Non debemus igiť turpia cogitare , ſed ea in quibus, & bona , beataq; uita conſiſtit. Aut in ſtudijs ſcientiæ,& hoc eſt munus ſapientiæ,quæ ſciam,& intellectum complectitur , & qua contēplamur cœleſtia,& eſſentias à materia ſeparatas. ſed hæc oīa Cic. large accipit. [Fonte] Prudentia , à qua tanquā à fronte manant officia . Translatio eſt à fonte, & riuulis , qui ex ipſo fonte deriuantur.

ADDI. LOCIS] Capitibus, & fontibus officiorum.i. virtutibus, & rationibus agēdi cum decoro.[Naturam]Qualitatē. [Vim] Proprietatē,ſignificationem, poteſtatem.[Maximè] In primis pertinet ad hominem ſubnixū ratione , quā ueritatis cognitio perficit , & prudētia nominatur , atq; ſapientia . [Trahimur] Impellimur iuſſu naturæ,ac inſtinctu.[Ducimur]Noſtra ſpōte mouemur, & tendimus.[Cognitione]Intelligētiæ,ſimpliciter, & largè acceptæ , comprehenſionis uidelicet ſimplicium , vnde ius humani ingenij ſumit initiū. [Sciæ] Perfectæ notitiæ , quæ habentur per collectionem , diſcurſum,rōcinationem , perceptionemq; cauſarum . In ult de fin. dicit . Tantus eſt innatus nobis cognitionis amor,& ſciæ . [Excellere] Præſtare cæteris , & eminere.[Pulchrum]Honeſtum,decorum,glorioſum. [Labi] Cadere uero,mutare, incertumq; eſſe,ac ruere . vnde in libris de finibus errata Epicuri, & oſcitationes appellat ruinas .

Error qd & quid erratio. [Errare] Hallucinari,deſipere,ignorare : errat.n. qui uagatur, & à uia exorbitat , falſumq; pro uero ſibi proponit. error propriè animi eſt, erratio beſtiarū. [Neſcire] Veras rationes ignorare. [Decipi] Circumſcribi,illudi impoſturam planorum , & uerſutorum pati.[Malum]Noxium,dānoſum. [Turpe] Ignominioſum,proboſum , quoniam mentis arguit tarditatem, & hebetudines, uitium eſt omnia credere, inquit Sen. uitium eſt nihil credere. Non te moueat dicentis auctoritas,nec quis, ſed quid dicat intendito, quicunq; in illa mediocri lance perſiſtit ; nec obtuſum in ſe aliquid habeat,nec uerſutum. [Temere]Imprudenter,incautè,ſiue iudicio,ſed ſuſtineamus aſſentionem, ne citra credulitatem ad falſum dilabamur. [Conſiderandas] Penſitandas, iudicandas, examinandas. De dubijs nō diffinias, ait Sen.ſed ſuſpenſam tene ſentētiam.[Tempus]Opportunū , & neceſſarium temporis ſpacium. [Diligentiam] Curam, ſtudiū,ſolertiam. [Studium] Curam. [Operam] Laborem.[Cōferunt]Collocant,inſumunt.[Declinatis]Cautè uitatis. [Honeſtis] Decoris, laudabilibus [Cognitione] Scitu, quoniam bonæ frugis ſunt.[Operæ]Laboris,induſtriæ,uigilantiæ. [Curæ]Studij,cogitationis, inueſtigationis.[Iure]Merito,quoniā talis opera decora eſt in primis,& ratio conſtat, formulāq; habet officij, quod ab re nihil facit, ſed in rē laborat,& probabili cauſæ innititur vbiq; , & ſemper,nihilq; ſine ratione molitur , hoc prudentia ipſa preſcribit.de C. Sulpicio Gallo ſic loquitur apud eundem Cato ſenior in lib. de Sen. Moti uidebamus in ſtudio dimetiendi penè cœli , atq; terræ Gallū familiarem patris tui , Scipio , quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum,quoties nox oppreſſit cum cœpiſſet mane. Quam delectabatur cum defectiones ſolis, & lunæ multo nobis ante prędiceret. [Audiuimus] Auditu percepimus. fuit.n.tempore ſecundi Bel.Pun.Hic Sext.Pōpeius floruit ætate Marij, ac Syllæ , de quo ſcribitur in Bruto . Sextus præſtantiſſimum ingenium contulerat ad ius ciuile, geometriam , & rerum Stoicarū ſciētiam. [Arte,diſciplinæ] Ac rationes. [Inueſtigationem] indagatione,venationeq; veritatis , quæ in re ciuile ſignificat bonū agendum,ut honeſtū , conducens, & decorū,in ipſius uerò inſpectionibus,quarum finis eſt ipſa cognitio affirmationem, & negationem. [Cuius] ueri. [Studio]cura,uoluntate , cupiditate. [Abduci]remoueri. [Contra of.] Actionem naturæ congruentem,& humanis uſibus debitam naturali decreto, cui rō degendæ uitæ concinnere debet.[Virtutis] Abſolutæ rōnis,& prudentiæ,quæ lex uitæ habetur , & cuius finis eſt decens actio illius:etenim mentis perfectio eſt,quę rerum agendarum principium dicitur è philoſophis.[In actione]officio,ciuili ſocietati,iuſtitiæq; ſeruandę neceſſario , cognitionis etenim nulla eſt vtilitas, ſi actio nulla ſequeretur.quippe nō vt ſciamus, ait philoſophus,quid ſit virtus,ſed vt boni efficiamur talia conſideramus.[A qua]Actione.[Reditus]opportuni regreſſus,cū neceſſarijs rebus factum fuerit ſatis.Seneca ſic præcipit,Non ſemper in actu ſis,ſed interdum animo tuo requiē dato, & requies ipſa plena ſit ſapientiæ ſtudijs,& cogitationibus bonis . Nā prudens nunquā ocio marcet , habet autem aliquando remiſſum animum,nunquā ſolutum facere docet philoſophia, non dicere,& exigit, vt ad legem ſuā quiſq; uiuat.Maximū hoc eſt,& officium ſapientiæ,& iudicium,vt uerbis opera concordent.[Agitatio]Commentatio,diſcurſus, qui iugem habet impetū , qui maximè in ſopito corpore demonſtratur.[Studijs]Curis inſpectionis,& contemplationis.[Sine ope.] Labore corporis , & induſtria in euoluendis priſcorum monimentis , & variarum diſciplinarum formulis,& decretis.[Conſilijs]Sentētijs, iudicijs, electionibus.[Ad benè] Rectè,honeſtè.[Beatè]Feliciter,& ſufficienter,hoc prudentiæ munus eſt,quod ſequitur ad ſcientiā, & ſapientiam pertinet.[Fonte]Generali capite, & loco , & uirtute. Quæ circa ueritatis indagationem uerſatur.

FRAN MAT. Ex quatuor autem locis] Quatuor honeſti fontes à natura li ratione manare oſtendit, nunc quæ breuiſſimè attigit diffuſè atque apertè exequitur . Quid in ſingulis uirtutibus uitandum,quid ue ſequendum ſit nos admonens:nō.n. ſatis eſt quę facienda ſint docere,niſi etiam quæ uitanda ſint præcipias, reētè autem quadā quaſi deguſtatione propoſita honeſtatis eius animis noſtris acquirendæ ingeſſit cupiditatem , vt ſic accenſi iter quod ad eam capeſſendam patefacit ptomptiores, arripiremus,ſi de prudentiæ uerò officijs præcipiens,quæ uitanda in ea ſunt,primum deinde circa quid uerſetur oſtendit,ſed ſi quis fortè quærat cur à prudentia incępit , & non à quauis alia potius virtute,ſic reſpondetur.hanc maximè,quod Cic.ait humanam naturam attingere. in primis .n. hominis propria ueri inquiſitio atque inueſtigatio . Iure igitur ab ea initium factum eſt, quæ prima homini ingenita eſt à natura, à qua uirtus omnis fluit, quod tam breuiter de ea tractat minimè mirū uideri debet,nam ad profectum honeſtū,& naturale magis pertinet, cum ad medium aliæ referantur . de quo in his libris Cic. præcipit,poteſt & illa ratio eſſe,quod in ſingulis uirtutibus prudētia eſt,eaſq; dirigit, vt non poſſit de illis quicquā dici quin de hac quoq; dicatur , vt plura ſeorſum verba facere neceſſe non fuerit . [Naturam]originem.[Vim]poteſtatem, vel encliadyo ſit,hoc eſt naturalis uis . [Maximè naturam &c.] hoc eſt maximè hominum naturæ cōuenit,quod ait ſupra.[Omnes.n.&c.] Ratio eſt,cognitio autem,& ſcientia differunt:illa.n.principiorum eſt.hæc cōcluſionū.quę à principijs manant γνωσις καινοις hoc eſt cognitio,& mens idē ſunt, ut Ariſt.placet. nam , ut cognitio principiorū eſt , ita demonſtrabilium duntaxat mens.i. eorum quibus demonſtratio fieri poteſt , eiuſmodi autē principia ſunt.mens itaq;, & cognitio conuertuntur , ſed ſciētia eſt de notis,& de his quæ ſe aliter habere non poſſunt : eſt.n. ſcire rem per cauſam cognoſcere [Trahimur]naturali inſtinctu, ac etiam inuiti [Ducimur] ſponte,quoniam ut ſequitur excellere in cognitione, & ſcientia rerum pulchrū putamus &c. [Labi] Ad cognitionem referas , errare autem ſcientiā neſcire ad vtrunq;. [Decipi] ab alio. Nam labimur,& erramus per noſipſos. decipimus extrinſecus etiam uerisimilitudine cum quod falſum eſt verū apparet. Leuius eſt labi quā errare. Nā is errat qui uera pro falſis omnino amplectitur,cum labi ſit aliquantulum à recto declinare. [Malum] Per ſe . [Turpe] Hominū iudicio.[In hoc genere &c.]Duplex ſolet eſſe præcipiēdi modus , aliter cum fugienda oſtendimus,utroq; utitur Cic.Sed more diligentis agricolæ qui agrum prius colit, & purgat, deinde ſemen ſpatgit,uitia prius remouet, virtutē deinde inducit . Duo dicit officijs prudentiæ uitia oppoſita eſſe.

In quo cognitio & ſcientia differant.

[Natu-

[Naturali] Quod à natura profectum est.[Honesto] Quoniã ad honestam uiuendi rationem ducit. [Ne inco.pro.co.h. &c. [Dixerat superius: omnes.n.trahimur,& ducimur ad cognitionis,& scientiæ cupiditatem.ad utrunque nunc respicit, & cum ait incognita pro cognitis cognitionem tangit, quæ est principiorum, cum uero subdit hisq; temere assentiamur, sciẽtiã innuit,quæ est conclusionem. Nam rectè cognitis principijs ẽt conclusionibus assentimur. iisdem male cognitis non possumus rectè conclusionibus assentiri, multiq; sibi persuadent id intelligere, quod ignorãt,quia initia res,& causas perceperũt, hocq; quotidie in scientijs cognoscitur,ad quas qui nõ cognitis principiis, & fundamentis temere accedunt, id se credunt scire quod nequaquam sciunt.[Omnes autẽ uellent & debẽt] qm̃ uirtus ut ait Hor. est uitiũ fugere, & sapiẽtia prima stultitia caruisse,oẽs merito ait uitia prudentiæ contraria,effugere debere, & in hac sñia esse, ut errare nolint, [Tp̃s & dilig.] Rectè hæc iunxit,neq;.n. lõgitudo tp̃is consulẽdo satis est, nisi ẽt diligẽtia affuerit,neq; sine tp̃is lõgitudine diligẽtia multũ valet. Sapienterq; in Ethicis inquit Arist.nõ esse prudentiã bonã coniectionem,ꝙ absq; ratione, & cũ celeritate quadam fit coniectura, sed ad cõsilium temporis spaciũ adhibendũ.& vt aiũt, celeriter agendũ esse consulendũ morosè.[Alterũ ꝙ qui,&c.] Prudentiæ officiũ partim alias dirigit uirtutes, & in gñe uitæ practico posita est, partim in cõtemplatione rerum versatur, & theoricã respicit cum id agit,ut ueritate inquirat. hanc partem nunc tãgit. [In res ob.] Non intelligibiles quæ non vñr,& sola mente concipiuntur,cum sint inuisibilia,& incorporea,vt Necromantia, Geomantia, Ars Chymica,quæ multos semper fefellit,& inopes fecit.[Difficiles]Quæ vñr quidem,sed difficultate sui uix percipi pñt, ut siquis in augurioru rõne perdiscẽda,& diuinationis per exta, aut sortes nimis magnũ studiũ consumeret.[Easdemq; nõ necessarias] Rectè hoc subiunxit. Nam quantumuis difficiles sint res modo utiles, & necessariæ sint,perdiscendæ sunt,oẽq; studium ad eas comprehendendas adhibendũ. Sed de his intelligit hic quæ necessariæ non sunt, & inutiles hñr,vt sophismatũ,& amphibologiarũ Greci ματαιοτεχνίαν nominat,hoc est superuacuam artis imitationem, ꝙ nihil neq; boni,neq; mali habeat,sed vanũ laborẽ. Quas illius fuit qui grana ciceris ex spacio distante missa in acus foramen continuè,& sine frustratione inserebat, quæ cũ spectasset Alexander, donasse eũ dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere dignissimum. auctor Quintil.[Quibus uitiis declinatis]Qui nouit uitium is,& uirtutem nouit. Nam cõtrariorum eadem est doctrina. Prudentiæ duo sunt officia, alterũ quod in cognitione ueritatis, alterũ quod in consultatione uersatur,quotiesagendũ aliquid est,vt honestè agatur,& rectè duo iis uitia opposita sunt, alterum cum incognita pro cognitis habemus, alterũ cũ nimis magnũ studiũ rebus impẽdimus nõ necessariis, rectè igitur Cic. ex uitiis uirtutes innuit.[In rebus honestis] Partes officiorũ prudẽtiæ tãgit,quę in consultando de rebus honestis uersantur. [Cognitione dignis] Alterum respicit officium,quod in ueri inuestigatione cõsistit. [Opere] Ad res honestas referas, opera.n. in actione est,qua per prudentiã aliæ uirtutes diriguntur.Curre ad res cognitione dignas.[Vt in astr.] Hæc scientia,& pulcherrima est,& utilissima,quamuis difficilis nimium sit. Sæpe.n.ea prædicit Astro. quæ non neglecta homini uitam tuentur, & à magnis periculis ciuitates uendicant. Ptolemæus quoque, inquit, sapientem Astronomũ multa mala, quæ futura sunt inhibere,euitare quæ posse. [Gallum Sulp.]Hic cõsul cũ M.Marcello fuit. Trib. uero mil. sub L. Paulo Aemilio, qui missus est cõtra Persam Macedoniæ regem lunæ defectione perturbatos, & sollicitos militum animos cum prostidie prælium cum Persa inituri in concionem ab Imperatore productus omni metu liberati essent, idq; naturaliter contingere ostẽdit,ex quo erecti illi,& incensi uictoriam adepti sunt, primus Romani generis rationem solis,& lunæ defectus in uulgum extulit, ea de re uolumine composito auct. Plin. [Audiuimus] Ab aliis.nõ .n. Cic.fuit ea ætate. [In Geo.] Hæc omnia quæ in cœlo sunt, in mari,in terra metitur, quãuis illa à metienda terra tamen nomen sit.Mercurius inchoauit,Pythagoras perfecit, quantæ sit utilitatis ostendit Quint. cum ait nec sine causa summi uiri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt. Nam cũ sit Geometria diuisa in numeros atq;formas. numerorum quidẽ notitia non oratori modo, sed cuicunque in primis saltem literis erudito necessaria est. Archimedes autem huius peritissimus unus Syracusarum obsidionẽ in lõgius traxit.[Sex.Sulp.] Hic ætate fuit Ciceronis, & de Geometria uolumina composuit. [In dialectica mul.] Zeno Eleates dialecticæ, ut ait Arist. inuẽtor fuit.Plato omnium primus dialecticem,hoc est differtiuam nominauit:Stoici absq; dialecticæ speculatione sapientem in oratione sine lapsu non futurum dixerunt:per eã.n.verum atq; falsum probabileq;, & quod ambigue dicatur intelligi multæ eius sunt partes, & uaria officia circa orationem in interrogatione,& responsione consistit, iidẽ Stoici sciam diffinierunt ueri falsiq;,& neutrius. [In iure ciuili]Hoc ut digestis scimus de iure,& iustitia est, quod neque totũ à natutali iure, uel gentium recedit, neque per omnia seruit, itaque cum aliquid addimus,uel detrahimus iure cõmuni ius proprium .i.ciuile efficimus, constat aut ex scripto aut ex non scripto Quod ex scripto constat ex legibus, plebiscitis,senatusconsultis, decretis principum,auctoritate prudentium uenit. Omnes autem populi qui legibus aut moribus regũtur partim suo proprio, partim communi hominum omnium iure utuntur, nã quod quisq; populus ipse sibi ius cõstituit; id ipsius proprium ciuitatis est, uocaturq; ius ciuile qua si ius propriũ ciuitatis, quod uerò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes peræq; custoditur. vocaturq; ius gentiũ quasi quo iure utitur gens.hoc à naturali recedit, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se cõmune est. Veluti erga deum religio, ut parentibus,& patriæ pareamus, ut uim atq; iniuriam propulsemus,nam iure hoc euenit, vt quod quisq; ob tutelã corporis fecerit,iure fecisse existimetur, & cũ inter omnes cognationem quandam natura constituerit,consequens est hominem homini insidiari nefas esse:Manumissiones iuris gentium sunt, & tria genera hominum per hoc cœperunt esse liberi,& his contrarium serui,& liberti, qui desierũt esse serui. Ex eodem ducta sunt bella,discretæ gentes,regna cõdita,distincta dominia,agris termini positi, & ædificia collata, cõmercium, emptiones, uenditiones, locationes, conductiones,obligationes institutæ exceptis quibusdã, quæ à iure ciuili introductæ sunt. [Quæ omnes artes &c.] Et propterea necessariæ sunt,quoniam in ueri uersantur inuestigatione. [Cuius ueri inuestigãdi]Hic quæri potest sit ne practicæ uitæ theorica ante ponenda,uel huc illa. Et si quis dignitatẽ sequatur Theorica,si vtilitatem attẽdit practica pręferenda est. [Contra officium] Quod est virtutis actio, peccaret & quidem uehementissimè qui patria ab hostibus obsessa, cui prodesse opera sua posset, cõtemplatione,& ueri inuestigatione uacaret. [Virtutis.n.laus &c.] ratio eius quod dixit, & sapienter ait Claudianus. Vile latens uirtus quid.n. submersa tenebris, proderit occluso ueluti sub remige puppis,uel lyra,quæ reticet,uel qui nõ tenditur arcus.Arist.quoq; finem ciuilẽ disciplinæ dicit esse nõ cognitionem,sed actionem.Plin.in Epist.ad Att.dementem affirmat, inquit, Euphrates philosophus hanc esse philosophiæ pulcherrimam partem agere negocium publicum,cognoscere, iudicare,promere, & exercere iustitiã, quæq; sibi doceant philosophi in usu habere. [A qua].s. actione. [Fit intermissio sæpe] Non enim semper patria,parentes,amici & cęteri quos caros habemus nostra indigent opera, licetq; aliquando nobis esse uacuis, quod tempus ad ueritatem inquirendam conferre debemus, cuius cognitione nullus suauior est animo cibus,ut Lactãtius ait. debemus itaq; tunc Scipionem imitari,qui non minus ociosum se esse dicebat, quã cum esset ociosus ad studia ueri inuestigãdi. [Tum agitatio mentis] ostendit etiam in medijs occupationibus posse nos in ueri inuestigatione uersati sola mentis agitatione, quæ fatigari non potest, quæ nũquã acquiescit. Quod etiam uerũ est.id qui uis intelligit: Quis .n. est qui non etiam ualde occupatus animo, tamen semper aliquid uoluet,idem paruo momento temporis diuersis in locis, & rebus est, nec ulla est tanta celeritas, ut Cic.ait quæ cũ animi celeritate contendere possit. Vnde Arist. ἐντελέχειαν ipsum uocauit nouo nomine, qua quandam continuatam motionem, & perennem,ut Cic.in quest.Tusc.interpretatus est. [Sine opera nostra] sine labore nostro etiam si libros nõ legamus. [Omnis agitatio &c.] concludit breuiter ostendens quod sit prudẽtiæ munus.[Cogitatio] Hoc ad rei apprehẽsionem referas,motum ad discursim ipsius animi postquam per sensum rẽ aliquã apprehendit.[In consiliis capiẽdis] Quæ sunt in assentiẽdo,uel dissentiendo. estq; hoc officium prudentiæ potissimum. Quo

aliarum

Hora.virtus est uitiũ fugere.

Ptolemæ' ait, astrologii prodesse in malis futuris.

Gallus Sulpici' fuit consul cum Marcello.

Digestis de iustitia,& iure.

Claudianus.

Euphrates philosophus.

aliarum uirtutum dirigunt actiones. [Studijs scientiæ, & cognitionis] hoc in ueri inuestigatione, & contemplatione consistit, ut & principia rerum percipiamus, & conclusiones. [De tribus &c.] De iustitia dicere incipit, & in duas diuidit partes Arist. & ipse bifariam diuisit in distributiuam, & cõmutatiuã, illa suum cuique pro dignitate tribuit, hæc in commercijs, & cõtrahendo posita est. Cic. ita diffiniuit, Iustitia est habitus animi communi utilitate seruata, suum cuiq; tribuens, eidẽm religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obseruantiam, ueritatemq; subiecit. Opera iustitiæ, siue instrumenta uocare malis sunt omnes leges. Recteq; Solon duabus rebus constare ciuitatem dicebat præmio, & pœna, quæ duo leges imperant, & nisi iustitia sit, nulla erit res publi.

Arist. diuisit iustitiã in duas partes.

ASC. Ex quatuor autem &c.] In hac parte determinat de prudẽtia ostendens quomodo ad eam allicimur, & quomodo duo uitia ei opposita uitanda sunt, uidelicet ignorantia praua, qua incognitum pro cognito amplectimur, & friuola rerum inquisitio, qua nos à nobis operationibus remouemur. Ordo est, autem, pro sed, ille primus ex quatuor locis in quos diuisimus naturam. i. proprietatem, & uim. i. potentiam honesti, quæ consistit in cognitione ueri, attingit maximè naturam humanam. Enim pro quia, nos trahimur, & ducimur omnes ad cupiditatem. i. desiderium cognitionis, & scientiæ, in qua. s. cognitione, & scientia excellere nos putamus pulchrum. Autẽ pro sed, nos ducimus. i. existimamus labi, & errare, ne scire, & decipi malum . i. damnosum, & turpe. i. inhonestum. Duo uitia uitanda sunt in hoc genere naturali in honesto. i. in prudentia, & sapientia honesta, quam naturaliter appetimus. unum sup. uitium uitandum est, ne habeamus. i. reputamus, incognita pro cognitis, & assentiamur. i. assensum debemus, temere. i. temerariè, & inconsiderate, & his. i. incognitis. Quod uitium is qui uolet effugere, (Omnes autem debent uelle sup. effugere, & hoc per honestam parentesim dicit) adhibebit, & tempus, & diligentiam ad res considerandas. i. non arbitrabitur se posse repẽte, & sine diligentia rem obscuram cognoscere. Alterum uitium est, q̃ quædam conferunt. i. impartiuntur, uel impẽdunt nimis magnum studium, & nimis multam operam. i. operationem, & diligentiam in res obscuras, & difficiles, quæ pro, &, easdem non necessarias, hoc est, quidam peccant, per defectum arbitrantes se posse cognoscere res sine diligentia, & tempore debito, quidam per abundantiam nimis temporis, & laboris impartientes rebus non necessarijs. Quibus uitijs de. i. euitatis id operæ, & curæ, quod ponetur in rebus honestis, & dignis cognitione, laudabitur iure. Vti. i. quemadmodum nos audiuimus C. Sulp. (profert autem Caius quamuis scribatur Gaius) in Astrologia, & ut audiuimus Sext. Pomp. in Geometria, q. d. id temperatè, & decenter fecimus. Et ipsi. i. nos cognouimus multos in dialecticis sup. uersantes. i. qui consistunt in inuestigatione ueri. Cuius. s. ueri studio abduci à rebus agendis. i. dimittere propter huiusmodi inquisitiones res, quas agere debeas, est cõtra officium. Omnis enim laus uirtutis consistit in actione. A qua tamen actione fit sæpe intermissio, & multi reditus. i. multæ reuersiones dantur ad studia, tamen. i. insuper, agitatio. i. assidua discussio mentis, quæ nunquã quiescit, potest continere nos in studijs cogitationis etiam sine nostra opera. Autem pro sed, omnis cogitatio, & motus animi uersabitur, aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad uidendum bene, & beatè, aut in studijs scientiæ, & cognitionis. Ac pro & nos equidem. i. certè, dicimus. i. sermonem nostrum finimus de primo fonte officij uidelicet de sapientia, & prudentia.

Taxat dialecticos præcipueq; sophistas.

IVSTITIA.

DE tribus autem reliquis, latissimè patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur. cuius partes duæ sunt; Iustitia, in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua boni uiri nominantur; & huic coniuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licèt. Sed iustitiæ primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria; deinde, ut communibus pro communibus utatur, priuatis autẽ vt suis. sunt autem priuata nulla natura, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerũt, aut uictoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, aut pactione, conditione, sorte. ex quo fit, ut Ager Arpinas, Arpinatium dicatur. Tusculanus Tusculanorum. similisque est priuatarum possessionum descriptio. ex quo, quia suum cuiusque fit eorum, quæ natura fuerant communia; quod cuique obtigit, id quisq; teneat. eos si quis sibi plus appetet, uiolabit ius humanæ societatis. sed quoniam (vt præclarè scriptum est à Platone.) Non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes uendicãt, partem amici; atque (vt placet Stoicis) quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possent: in hoc naturã debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum; dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincere hominum inter homines societatem.

PETR. MARS. DE tribus autem reliquis] Postquã de prudentia primo fonte officiorum Cic. disseruit, transit ad iustitiam, quæ latissimè patet, & omnes virtutes cõplectitur, & uitæ humanæ consulit. & fulget inter uirtutes, ut lucifer inter stellas, & sine iustitia non intelligitur ulla virtus, & ab ipsa boni uiri denominantur. Nam bonus, & iustus conuertuntur. Ergo cum iustitia pluribus prosit, quia est ad conseruationem humanæ societatis, præstabilior est cæteris . i. fortitudine, & temperantia. Tres inquit uirtutes supersunt. quarũ iustitia latissimè patet. i. ad omnes pertinet, & pluribus prodest, cum sit ad conseruationem humani generis, & societatem communem tuendam, quæ latè patet. [Ea ratio] . i. ipsa iustitia, quæ est quædam ratio, modusq; uiuendi ad vtilitatẽ communem, quoniam iustitia, cui adiungitur liberalitas, est vinculum societatis humanæ, de qua iam disputabitur. [Qua] . s. ratione, modo, & via tuendæ societatis humanæ. i. ipsa iustitia. [Societas] Amoris coniunctio, & hominum congregatio, inter se ipsos uicissim mutuis officijs, ut alter alteri opituletur, & adsit. [Et uitæ quasi communitas] Quoniam iustitia omnibus consulit, ac si inter ipsos nulla esset differentia. nam homo hominem tueri debet, & fouere ob id ipsum, quod homo est, quoniam mundus est communis patria, quidquid agimus non ad priuatum, sed ad commune bonum referendum est. Vnde uituperandi sunt illi qui sibi omnia uendicant, nullã humanæ societatis habentes rationem, & iure tyranni ab omni humanitate alieni appellantur. [Iustitia] Est uirtus ad aliũ, & duplex legitima. s. & particularis, prima sic finitur à philosopho. Iustitia est habitus electiuus circa ea oĩa, in quibus uersatur uir studiosus ad seruandas leges, communis commodi causa. Altera uero sic. Iustitia est habitus electiuus circa diffinitam materiam, vt puta honores, contractus, &c. id genus tribuens cuiq; quod suum est. Comites iustitiæ sunt liberalitas, magnificentia, religio, pietas, gratitudo, sanctitas, obedientia, fides, & legum, mãdatorumq; obseruatio, æquitas, bonitas, & ueritas. Iniustitia uero legitima est habitus transgrediendi leges, detrimenti communis, & sui commodi gratia. Iniustitia particularis est habitus electiuus circa determinatam materiam, sumẽs quod suum non est. [Continetur.] Conseruatur mutuis officijs. Iustitia hæc, de qua nũnc agitur in distributiuam, & commutatiuam diuiditur, & hæc rursus circa illa commercia, quæ sponte faciunt homines, & illa quæ ipsis inuitis efficiuntur. [Cuius] . s. rationis, uiæ, modi, & facultatis conseruandæ humanæ societatis. i. ipsius iustitiæ, ad quam referũtur hæ uirtutes, quæ sunt ad communem societatem tuendam. [Duæ partes] Hęc ratio habet duas partes iustitiam, & liberalitatem, quoniam iustitia distributiua non potest exerceri nisi ab eo, qui liberalis fuerit, quippe si est auarus, plus æquo sibi assumit, & iniustus est. Iustitia est ad alios. Et ideò dicit Arist. lib. v. Eth. Icircò non finimus

Iustitia q̃d sit.

finimus hominem dominari,sed rationem , quia sibi ipsi id facit,& est tyrannus . Ideo uir iustus , qui est in magistratu animis, non sibi ipsi laborat , atque ob id ipsum alienũ bonũ dicunt institiam esse. quoniam non in nos , sed in alios seruanda iustitia est, quam ut uolunt Stoici sequuntur æquitas, & gratitudo. [In qua uirtutis splendor est maximus] In qua plurimum retinet uirtus, nam præclarissima est omniũ uirtutũ , & neque hesperus,neq; lucifer,inquit Arist.in moribus,ita admirabile est,ut prouerbio dicere consueuimus.Iustitia in sese uirtutes continet omnes,sed loquitur illic philosophus de iustitia legitima, quæ est quoddã aggregatũ ex omnibus uirtutibus , ut dictum est.Et Euripides dicit.Iustitia os aureum habet,neq; hesperus,neq; lucifer adeò mirabile est.Iustitia certè uirtus est perfectissima,quia perficit cæteros homines,& quia est usus pfectæ uirtutis,& quia eam habet, & ad se,& ad alios uti potest. præclarissima est omnium uirtutum , quia est perfectissimum quid , & omne perfectissimum est admirabile . Vnde sententia Biantis bene se habere uidetur , inquit Arist. Magistratus uirũ ostendit ad alium.n.est,& in societate iã ipse magistratus consistit,& difficile est ea prestare,que magistratus requirit.In quo iustitia seruanda est,& officium iusti , & boni uiri est bonos efficere,qđ difficile est. & præclarum,qñ multiplicatur bonum, & pessimus is est qui & ad ipsum, & ad alios utitur uitio , & is optimus est , non qui ad seipsum , sed ad alios utitur uirtute . Iustitia est habitus, quo fit aliquis idoneus ad iustum per electionem,& iustitia collocatur inter plus,& minus,iustum uero inter damnũ,& lucrum.Magistratus est custos iusti. Iustitia est usus uitij ad alium. Lex est ratio summa insita in natura , quę iubet ea,quæ facienda sunt,prohibetq; contraria,eadem ratio cum est in hominis mente confirmata,& confecta,est lex,& dicitur à legendo,cuius eã uis est,ut rectè facere iubeat,uetet delinquere,quæ non tum deniq;, inquit Cic.in legibus incipit esse lex,cum scripta eo,sed tum cum orta est, orta est autẽ simul cum mente diuina,quamobrem lex vera atq; princeps,apta ad iubendum,& ad uetandum,ratio est recta summi Iouis . Iureconsulti sic finiunt. Iustitia est constans , & perpetua uoluntas ius suum cuiq; tribuens. Iuris prudentia est diuinarum humanarumq; rerum notitia iusti,atque iniusti sciẽtia.Præcepta iuris sunt hæc,honestè uiuere , alterum non lædere , ius suũ vnicuiq; tribuere.Sen.ex opinione , & sententia Stoicorum ita finit:Iustitia est naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.Et alter:Iustitia est diuina lex,& uinculum societatis humanæ. Si uis, inquit, esse iustus,Deum time , & ama . amabis autem si in hoc illũ imitaberis , ut uelis omnibus prodesse,& nulli nocere. [Ex qua boni uiri nominantur:] Nã bonus,& iustus conuertuntur, & per iustum bonũ intelligimus, & per bonum iustum.[Huic]Iustitiæ,dixi quare liberalitas cõiuncta est iustitiæ,& potest iustitia distributiua dici.[Sed iustitiæ]Prosequitur primam partem, iustitiam .s. & munus ipsius describit,& viri iusti, vt ante omnia ne cui quis noceat , nisi lacessitus aliqua iniuria , & prouocatus , quoniam iure naturali omnibus conceditur defensio, & nisi nocentes , & iniuriam inferentes opprimerentur , confunderetur humana societas , & coniunctio. Ideò propter malos mores inuentæ sunt leges , ut quisque in officio contineatur,quibus melius ad conseruationem humanæ societatis excogitari potuit . Acerbissimis cladibus omnia redundarent, nisi nefaria malorum rabies,& in optimos quosq; cõiuratio sanctissimis legibus uindicaretur,quæ vt dixi, à malis moribus originem habuerunt. nam si è natura homines uiuerent , non esset opus tot legibus . sui igitur defensio concessa est omnibus iure naturali , quod uetustius est iure ciuili. Iura enim ciuilia tunc esse cœperunt, cum & ciuitates condi,& magistratus creari, & leges scribi cœperunt.[Communibus]Quædam naturali iure , vt inquit Mart.l.j.ff.& repetit.Iust.l.ij.institutionum : communia sunt omnium,quædam uniuersitatis,quædam nullius , pleraq; vera singulorum , quæ varijs ex causis cuique acquiruntur,& modis, quos Cic. ponit . Naturali iure communia sunt ista,Aer,aqua profluens, & mare,& per hoc littora maris. Nemo, inquit Mart. ad littus maris accedere prohibetur piscandi gratia. Flumina penè omnia , & portus publica sunt.Riparum quoque vsus est publicus,inquit Caius iure gentium sicut ipsius fluminis. Vniuersitatis nõ singulorum sunt theatra,stadia,fora,&c.id genus, quæ sunt in ciuitatibus communia . Et Stoici dicebant omnia esse communia iure naturali,summa rerum diuisio (inquit Paulus, in duo genera diducitur. Nam aliæ sunt diuini iuris,alia humani. Diuini iuris sunt ueluti res sacræ,& religiosæ, sanctæ quoque res veluti muri,& portæ ciuitatum,quodãmodo diuini iuris sunt. Quæ sunt humani iuris publicæ sunt , aut priuatæ (priuatis) his quæ sunt singulorum,& propria cuiusq;. Nam pleraq; iam singulorum sunt ex iure gentium,quod nomina possessiua inuenit.ut .s.diceret,hoc est meum,hoc uero tuum , cum omnia essent prius de iu.na.communia . Ius gentium omni humano generi commune est,quod à iure naturali recessit , quia illud omnibus animalibus , hæc solis hominibus inter se commune est. Nam usu exigente , & humanis exigentibus necessitatibus gentes humanæ quædam iura sibi constituerunt, bella etenim orta sunt,& captiuitates sunt secutæ,& seruitutes,quæ sunt iure naturali contrariæ. Iure enim naturali omnes homines liberi nascebantur.philosophus lib.v.Eth.Iust.ciuile diuidit in duas partes naturale.s.atq; legitimatũ.& naturale,inquit est , quod ubiq; uim habet eandem:hoc appellatur à iureconsulto ius naturale secundarium,siue ius gentium.est.n.consentaneũ naturæ hominis ciuilis. In 3.de Fin.sic ait Cic. Sed quemadmodum theatrum cum commune sit , rectè tamen dici potest eius esse eum locum , quem quisque occupauerit sic in urbe, mundove cõmuni non aduersatur ius, quo minus suum cuiusq; sit.[Sũt autem] Ab ipsa natura.nihil est factum priuatum , sed omnia communia,& cum essent in mundo vacua , primi illi occupare cœperunt.& sic quisq; populus suos habuit terminos , ciuesq; singuli in proprijs fundis,& domibus:ea autem, quæ cõmunia sunt,fiunt singulorum his modis,qui à Cic.ponuntur. [Natura]Iure naturali.[Sed aut ueteri occupatione] Vt fuerunt illi prisci,quos cascos appellat Ennius , qui loca communia occupantes propria fecerunt.[In uacua] Prædia non possessa ab alijs.uacua dicuntur loca, quæ carent colonis . Occupare est aliquam rem retinere tanquã priuatam,& propriam,quæ quondam fuerit publica. Vnde dicitur Cæsar occupasse remp.[Aut uictoria]Quoniã, ut inquit Iustinianus,ea quæ ex hostibus capimus,iure gentium statim nostra fiunt, ut etiam liberi homines in nostram seruiturem deducantur . Nam bella sunt de iure gentium. Iure quippe naturali homo homini cõiunctus est, nec pugnare debet homo cum homine,sed gentes,hoc inuenerunt humanæ. [Potiti sunt] Qui habuerunt uictoriam, & alienam patriam occupantes nouas colonias deduxerunt . Romani etenim clarissimis uictorijs,tot gentes , & nationes suo iure utentes,& uiuentes ad seruitutem redegerunt. [Aut lege]Cũ lata lege nouis colonis agri conceduntur publici . [Pactione] Pactio,vt inquit Vlp.lib.ij. est duorum pluriumve in idem placitum,& consensus. [Conditione] Hæc dictio si conditionalis est,vt si ueneris ad me,dabo tibi librum , & si mihi quotannis quatuor partem reditus ipsius fundi dederis , ager tuus esto . datur igitur aliquid alicui commune habendum cum aliqua conditione,quam si non seruauerit,agrum amittet . pactum à pactione dicitur. Inde etiam pacis nomen appellatum est , inquit iurisconsul.[Sorte]Cum prędia sorte iacta diuiduntur, & illius sunt in quem sors ceciderit, & noui coloni agros interdũ sorte diuidebant,si in disceptationem res uenisset, & cõtrouersiam,ut nemo posset consequi.[Ex quo fit] propter hoc, quia ea quæ quondam communia erant:fiunt priuata modis supra dictis,factum est , ut agris nomina possessiua imponerentur . [Arpinatum]Arpinates Cic. potissimum nominauit in laudẽ patriæ suæ, quoniam ipse Arpinas erat. Arpinum est inter Soram,& Aquinum porrectum in montem clarum Cic. & Mario alumnis.Municipium fuit Romanorum Cic.natus est in uilla propè Arpinũ,nunc dicitur villa sancti Dominici.[Similis &c.] Cuius est prima quæ pertinet ad res publicas in genere , ita ẽt est de rebus singulorum.[Descriptio]Diffinitio,& diuisio. [Ex quo] Quia propter hoc concludit dicẽs,quod cũ ita sit, quisq; contentus sit rebus suis,& eo quod sibi obtigit , aliter iustitia seruari non potest. [Suum] Proprium. [Obtigit] Aliquo supradictorum modorum contigit,& suum factum est aliquid , aut emptione. [Teneat] possideat tanquam suum . [Plus ea] .i.ea re quæ contigit.[Appetet]Tanquam non concessum legibus.[Violabit ius] corrumpet uim, & modum, quo homines inter se uiuere debent,& inter homines quoddam naturale ius intercedit.[Sed quoniam] Præcipit Cic. vnumquenq; debere suum possidere, sed quia non solum nobis nati sumus, monet omnia referenda esse ad communem utilitatem , & omni officio aliorum animos demereri oportere, omnibusq; adesse, ut ipsa

Occupare quid sit.

Pactio quid.

Arpinũ ubi locorum.

ipsa iustitia magis eluceat. [Præclarè]Egregiè. Et sapiēter Plato scripsit ad Archytam Tarentinum,ut non sibi soli natū meminerit,sed patriæ,sed suis,ut perexigua pars ipsi relinquatur. uerba Platonis hæc sunt,Qui literas reddidere tuas,narrauerūt nobis,te molestè ferre,quòd à publicis tuæ ciuitatis occupationibus te liberare non ualeas.quod igitur dulcissimum uitę genus sit agere sua,præsertim siquis talia elegerit facienda , qualia tu,omnibus ferme manifestum est. Sed illud quoque te cōsiderare oportet,nullum nostrū sibi soli natum esse , sed ortus nostri partem sibi patriam uēdicare,partem parentes , partem amicos : Multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere,quibus nostra uita occupata est . uocante igitur te patria ipsa ad remp. gubernandam , absurdum forsitan esset non parere,præsertim cum simul accidat,ut aditus prauis hominibus relinquatur,qui nulla ipsius, quod optimum est ratione proficiscuntur ad publica.[Non nobis].i.non ad nostram tantū utilitatem.[Vendicat]Sibi attribuit , & suam esse dicit, quoniam patriæ etiam uitam debemus pro qua sapiens nunquam dubitat occumbere.[Amici]Quibus debemus officium. [Atque vt placet Stoicis] Mundum censebant Stoici numine deorū regi, eumq; esse quasi communem urbem,& ciuitatem hominum, & deorum,& vnumquenq; nostrum huius mundi esse partem, & ciuem,ex quo illud natura consequi dicebant,ut communē utilitatem nostræ anteponamus;nec magis uituperandum esse patriæ proditorem,quam cōmunis vtilitatis,& salutis desertorem propter suam utilitatem aut salutem. Chrysippus Stoicus dicebat,cætera nata esse hominum causa , & deorum , eos autem societatis, & communitatis suæ,ut bestijs homines uti ad utilitatem suam possint sine iniuria.[Hominum causa]Ad hominum utilitatem,& vsum. [Inter se] Vicissim mutuis officiis.[Naturam ducem] Quæ uult,ut communiter, & coniunctè uiuamus,& qua impellimur , ut prodesse velimus quā plurimis.[Communes utilitates]Cato apud eundem lib.iij. de Finibus ait. Vt enim leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt,sic uir bonus,& sapiens,& legibus parens , & ciuilis officij non ignarus,utilitati hominum,plusquam unius alicuius,aut suæ consulit,mutatione igitur officiorum dando,accipiendoq; societas inter homines continetur. [In medium]In usum communem:Sic Virg.In medium quærebant. [Tum artibus]Sic fiebat permutatio apud antiquos , cum nondum esset excogitatus nummus,ut artifices eorum opera commutarent , comparatione rationum,ut magis iustitia seruaretur . Nummus autem inuentus fuit, ut subiret uicem indigentiæ , & omnia metiretur. Vnde si faber non indiget medico,fit permutatio inter eos non per artes, sed per nummos . Vnde dicit Plat.lib.2 de Rep. Nūmus factus est causa permutationis.opus est igitur, ne inhumani uideamur,artibus,opera nostra.i.fauore,industria,labore,ac diuitijs demereri homines,& illos nobis deuincere,quo nil potest esse laudabilius. Vnde uituperantur illi, qui tanquam immanes beluæ communem societatē aspernantur,arbitrantes tantum sibi natos,& sic naturam ignorāt , quæ nos sociabiles genuit, & laudabilius est, atq; præstabilius beneficia conferre,quam accipere:quoniam ille qui accipit est inferior.quisque igitur ad bene de alijs merendum promptissimus esse debet,& omni auxilio alios iuuare,ut, omnibus prę stantior sit. Iustitia certè non seruatur , si aliquis semper accipit,paratus ipse nihil alijs conferre.[Opera]Fauore, ac labore. [Facultatibus] Diuitijs.Plat.in v.de Legib. sic ait , qui alijs bonis abundat,quæ in alios quoque transfundi possunt .si cæteros participes efficit,tanquam uir summus est honorādus. qui autem id facere uellet quidem,sed non potest,secundo loco habendus est. Inuidum uerò qui sponte nihil boni cæteris conferat,uituperare debemus. [Deuincire]Obligare,& cōiungere .

Stoicorū opin. de mundo.

Nūmus quare inuentus fuerit.

ADDI. Lacessitus]Stimulatus,irritatus,prouocatus, & iniuria affectus Iurisc.48.ff.dicit vim vi repellere licet,idq; uis natura comparauit. Apparet autem,& Arma armis repellere licere . Idem Cic.agens causam Milonis dicit,silent leges inter arma , nec se expectari iubent, cum ei, qui expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit,quā iusta repetenda.[Priuatis]Proprijs , priuata quondam singula dicebantur, unde res priuatæ in possessionē singulorum descriptæ,communibus,ac publicis opponuntur, ut sacra profanis.[Natura]Naturali iure. sed positiuo , & gentium decreto,quod possessiua nomina excogitauit.[Veter occupatione]Prisca inuasione uacantium rerum.i.regionum, & agrorum,uacua sunt, quæ non occupantur ab aliquo,nec possidentur.[Victoria]Bellico iure,unde Sil.agens de Sicilia dicit. Vomere verterunt primum noua rura Sicani Pyrene misit populos,qui nomen ab amne,Adscitum patrimonio terræ impo suere vacant.Mox Ligurum pubes siculo ductore nouauit.Possessis bellum mutata uocabula regnis.[Potiti sunt] Possessionem,& dn̄m adepti, quoniam ius est in armis,& uictoria.unde vulgaris circumfertur sententia,Veh victis. Intolerabile quondam Romanis in Gallica uictoria,& auri appensione , ut apud Sil.dictum est.[Aut lege] quatuor modos ponit, sed ad unum facillimè rediguntur .i. ad quoddam præscriptum his seruādū qui pacificè curant id possidere,quod sub certa conditione pri uatim possident,quod publicè tenebatur . Sen.lib.7. de benef. dicit. Quædam quorundam sub certa conditione sunt , habeo in equestribus locum,non ut uendam , non ut locem , non ut habitem , sed in hoc tantum , ut spectem aliquid, non propter hoc non est tuum, quia uendere non potes , quia consumere , quia mutare in deterius, aut melius non potes.tuum.n.est ēt , quod sub lege tuum est. [Pactione]Pacto,conuento. [Conditione]Certa quadam conuentione,ut.s.quotannis ad aliquod munus teneatur,possident.[Sorte]Fortuito,quodam euentu, quod tunc est,cum bona publica sorte distribuuntur uiritim . Cæs.inquit Tranquillus agrum Campanum diuisit extra sortem.[Priuatarum possessionum]Quæ à singulis ciuibus possidentur.[Descriptio]Designatio,nominatio,& proprij,siue pri uati domini acquisitio per aliquem illorum modorum.Ad reges,ait Sen.potestas omnium pertinet,ad singulos proprietas. Fines Atheniensium , aut Cāpanorum uocamus,quos deinde inter se uicini priuata terminatione distinguunt,ideoq; donare agros nostros reip. possumus, quamuis illius esse dicantur . [Suum]Proprium.[Natura]Naturali lege,ac munere. [Obtigit]Euenit,quod propriè de bono dicitur.nam quæ mala sunt accidere dicuntur.[Violabit]Ius uinculum continens ciuilitatem,& legem quibuslibet possessoribus datā.[Præclarè]Prudēter,benignè,& etiam in primis.[Nobis]Nostris usibus,& commodis.[Vendicat] Adscribit,suamq; esse dicit,[Ad usum] Fructum,compendium,iucunditatem.[In medium]Communem vtilitatem,in medio posita dicuntur illa,quæ quisq; potest accipere.]Mutatione]Vicissitudine, ac reciprocatione actionum humanis usibus conducentium.[Dando]Sen. lib. 1. de beneficijs enarrans poeticum figmentum de gratijs dicit. Quid ista nos iuuat scientia? quid ille consertis manibus in se redeuntiū chorus?ob hoc quia ordo beneficij per manum transeuntis nī hilominus ad dantem reuertitur , & totius speciem perdit , si vnquàm interruptus est pulcherrimus,si cohæserit,& uices ser uauerit.Iuuenes sunt gratię,quia non debet beneficiorum me moria senescere.uirgines,quia incorrupta,& sincera debent esse beneficia,& omnibus sancta. In quibus nihil esse alligati decet,solutis itaque tunicis utuntur, pellucidis autem , quia beneficia conspici uolunt.[Artibus] Alternationibus artium , & scientiarum.[Opera]Labore,officio,industria [Facultatibus] subsidijs fortunæ,diuitijs,copijs.[Deuincire] obligare , connectere,quoniam beneficijs constat ciuilis uita,& conspiratione , atque concordia quam benignitas conseruat,& æqualitas.

Veh uictis.

FRAN. MAT. DE tribus reliquis,] Iustitia, Fortitudine , Temperantia . [Latissimè patet,[Omnia attingit, quod fortitudo, & temperantia non faciunt:est.n. eius nō solum legibus constituta , & dicta omnia facta,conuentaq; custodire , sed eadem pietate,& sanctitate in deos,ueneratione in parētes, uti iubet,& ne mortuos quidem sperni à nobis patitur.Quibus sacrificia fieri,& iustitia imperat persolui,fortitudo patria potissimum defendere admonet, temperantia hominem tātum ornat in quo est,[Societas hominum]Quos iustitia sociat. Nam hominem hominī conciliat. [Vitæ communitas] Efficit .n. ut omnia penè communia sint.tum cōferendis in medium utilitatibus, iuuādisq; hominib. tum permutando,cōtrahendo, conducendo, locando, emēdo, uendendo. [In qua uirtutis &c.] Tangit distributiuam,quæ suum cuiq; pro dignitate tribuit,iureq;. Arist. hāc uirtutem habitum honestum dixit esse ad alium.tanto autem melior est quanto latius patet,nā idē , inquit, tāto pulchrius , & diuinius bonum esse, quan to cōius sit. [Ex qua boni uiri nominantur ;] Benè dixit nominantur , nam qui in seipso bonus est, non rectè bonus dicitur, sed is, qui alijs bonus est,quo niam ut dictum est ad alium uirtus est iustitia . Transimachus apud Plat. in lib. de rep.iccircò amplectendam iustitiam dicit, ꝙ alijs magis prodest,quā habentibus.rectè etiam Bias,inquit, magi-

Plato in li. de re-pub.

magiſtratibus uirum oſtendit. Cum ad alium, & in communi magiſtratibus geratur. [Nominantur] Laudantur aut, quoniam qui boni ſunt iidem iuſti ſunt, & haben , & Ariſtides dictus eſt iuſtus ab Athenienſibus, & Naſica optimus à Senatu R. eſt appellatus. [Beneficentia] Iuſtitiam, quæ in diſtribuendo conſiſtit ſecundum dignitatem faciat neceſſe eſt. ea uerò, quæ in contrahendo poſita eſt ab omni fraude abſtinere debet, ſed eſt alia iuſtitiæ ſpecies cum nullo rigore legis nulla neceſſitate coacti, & naturali tantum bonitate incitati, benefacimus cuipiam egenti, hæc in erogando uerſatur. Rectiſſimeq; beneficētia nominatur, quòd per eam humano generi benefacimus. [Sed iuſtitie primum munus] primum dicit iuſtitiæ officium eſſe, nemini iniuriam facere. Nam iuris præcepta ſunt hæc, honeſtè uiuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere, niſi laceſſitus uero ait. Quoniam iuregentium uim, atque iniuriā propulſare licèt, & quod quiſque ob tutelā corporis facit, iure facere uidetur. Et Ariſt. ait, qui ab alio læſus, idem facit aduerſus illum non uidetur iniuriam facere, ſapienter quidem maiores noſtri hoc ſtatuerunt ne hominum augeretur ad male faciendum improbitas, ſibi iniuriam facientes impuniti abirent, quod ſi leges expectemus, quæ puniant offendentē multi quotidie peribunt, qui iniuriam non repellent, eſt ergo uis ui repellenda, ſed tunc demum cum neceſſitas maxima compellit, & ſaluti aliter conſuli non poteſt. hæc propterea dicit, quia hūc locum notat Lact. cum dicit, non modo malum pro malo non reddendum, ſed etiam bonum pro malo retribuendum. [Deinde ut communibus] ut quæ communia ſunt, ſibi non uendicet, & quæ ſua ſunt ſibi retineat. & conſeruet, auferriq; non ſinat, eroget autem illis in quos liberalis eſſe uoluerit, ſed naturali iure quædam communia ſunt omnium, quædam publica, quædam uniuerſitatis, quædam nullius, pleraq; ſingulorū, quę varijs ex cauſis cuique acquiruntur, communia naturali iure ſunt hæc, aer, aqua profluens, mare, & per hoc litora maris, nemo igitur ad litora maris procedere prohibetur Dum tamen à uillis, & monumentis, & ædificijs ſe abſtineat, quia non ſunt iuriſgentium ſicut, & mare. Flumina autem, & portus publica ſunt, itaq; ius piſcandi omnibus eſt in portibus, & fluminibus, eſt autem litus maris quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, riparum quoq; uſus publicus eſt, ſicut ipſius fluminis, itaque naues ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare. Sed proprietas illorum eſt, quorū pręd ijs adhærent, qua de cauſa arbores quoque in ijſdem natæ eorundem ſunt. Litorum quoque uſus publicus eſt iurgentium, ſicut ipſius maris, & ob id cuilibet cauſam ibi ponere liberum eſt, in qua ſe recipiat, ſicut retia deſiccare, & ex mari deducere, proprietas autem eorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & etiam quæ ſubiacent mari, ut terra, vel arena, vniuerſitatis ſunt non ſingulorum veluti quæ in ciuitatibus ſunt, vt theatra, ſtadia, & his ſimilia, quæ ſunt cōmunia ciuitatum Nullius ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ, quod enim diuini iuris eſt, id nullius hominis eſt, ſingulorū autem hominum multis modis res ſunt. Quarundam .n. rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod appellatur iuſgētium. Quarundam iure ciuili, occupatione res nobis acquirūtur, vt feræ, beſtiæ, & uolucres, & piſces, & omnia animalia, quæ in cœlo, quæ in terra naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fuerint, iuregentium ſtatim illius eſſe incipiunt. quod. n. ante nullius eſt, id occupantis eſſe cōceditur. Ex his percipitur quid ſint communia, quid publica, quid priuata; quid item ſit quod occupatione noſtrum fiat. [Sunt autem priuata &c.] Iure naturali omnia omnibus communia ſunt, nihil eſt ſingulorum. priuatum id ſignificat, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet. [Veteri occupatione] à principio quando homines, quæ cōmunia erant omnibus ſibi uendicare cœperunt, hoc autem fieri cœptū eſſe ætate aenea ſcribunt poetæ, de qua loquens Ouid. ſic ait: Rationemq; prius ceu lumina ſolis, & auræ, cautus humum longo ſignauit limite menſor. [In vacua uenerunt] In loca à nullo poſſeſſa. Vacuum eſt in quo nihil eſt locatum, propriè philoſophi nihil uacuum eſſe probant: omnia. n. aer occupat. [Victoria] Iuregentium, quæ bello legitime ind. acquirūtur propria uictoris efficiuntur. Cuius uictus etiam leges accipit. Sicut ager latinus, & ueientanus uictoria Romanorum factus eſt. [Leges] Quæ aliquid uobis uendicāt per uſucapionem, & præſcriptionem. Quoties bona fide rem emimus ab eo, qui

Bonū ꝑ malo reddendum eſſe.

Quæ publica. Quæ priuata. Quæ ſacra.

dominus non erat, credentes dn̄m eſſe, vel donatione, aliā ue qualibet cauſa accepimus, & mobilis quidam res ueteri iure vno anno vbiq; immobilis biennio in Italico tantum ſolo vſu capiebatur, hoc aut conſtitutum eſt, ne rerum dominia mutarentur poſtea nouo iure cautum eſt, ut res quidem mobiles ꝑ triennium. Immobiles inter præſentes perſonas decennio, inter abſentes, 20. annis uſucaperentur. Præſcriptio eſt cum aliena rē 30. annos quis poſſederit: eius. n. propria efficitur. Item alienus filius effici alicuius poteſt per adoptionem, vel arrogationem. Quæ lege ſunt inuectæ, eſt autem inter eas differentia. Nam adoptio à prætore fiebat arrogatio à populo, adoptabātur autem cum à parente in cuius poteſtate erant, qui tertia mancipatione in iure cedebant, atq; ab eo, qui adoptabat apud eum apud quem legis actio erat vindicabantur, arrogabantur ii, qui cum ſui iuris eſſent in alienam ſe tradebant poteſtatem, eiuſq; rei ipſi fiebant actores, poſtea ſublata R. P. libertate, qui ſui iuris ſunt principali reſcripto hoc imperatoris auctoritate arrogari cæperunt, [Pactione] prætor aut pacta ſeruabo. Cuius edicti, vt Vlp. ait, æquitas naturalis eſt. Quid. n. tam cōgruum eſt fidei humanæ quam ea, quæ placuerunt ſeruare inter eos? pactum ipſum à pactione dicitur Inde etiam pacis nomen appellatum eſt. Et eſt pactio duorum plurium ue in idem placitum, & conſenſus conuentionis uerbum generale eſt ad omnia pertinens de quibus negocij contrahendi tranſigendiq; cauſa conſentiunt. Qui inter ſe agunt. Pedius dixit nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conuentionem ſiue re, ſiue uerbis fiat. Et ſtipulationem, quæ uerbis fit, nullam eſſe niſi conſenſum habeat. De pactis, & conuentionibus multa apud iureſconſultos legimus. ff. lib. ij. tit. de pac. [Cōditione] uerbis obligatio contrahitur, ex interrogatione, & reſponſione, cum quid dari fieri ue nobis ſtipulamur, ex qua. duę proficiſcuntur actiones tam cōditio ſi certa ſit ſtipulatio, quā ſtipulatio ſi incerta. In hac olim talibus verbis utebantur, ſpōdes ſpondeo, promittis promitto, fideiubes fideiubeo, dabis dabo, facis faciam, omnis ſtipulatio aut purè, aut in diē, aut ſua conditione fit purè, ueluti 5. aureos dare ſpondes, idq; confeſtim peti poteſt, & x. aureos ſpondes quoad uiuam. In diem eſt adiectio diei, quo pecunia ſoluatur, veluti x. aureos cal. Martijs dare ſpondes, & id, quod in diem ſtipulamur, ſtatim debetur. Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem caſum differtur obligatio, ut ſi aliquid factum fuerit, uel non fuerit ſtipulatio committatur, veluti ſi Titius conſul factus fuerit 5. aureos dare ſpondes, ſiquis ita ſtipuletur, ſi in capitolium non aſcendero dare ſpondes; perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet eū moreretur dari ſibi, quia ex conditionali tantum ſpes eſt debitum iri, eamq; ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi prius quā conditio exeat mors nobis contigerit, loca etiam inſeruntur ſtipulationi: Veluti Carthagine dare ſpondes. Tempora item pręteritum, uel præſens, quæ ſtatim aut infirmant obligationes aut omnino differunt. Quibus de rebus apertè lib. inſt. 3. tractatur [Sorte] Quoties aliquid ſorte diuiſum alicui adijcitur, & acquiritur, ut publicus, & captus ab hoſtibus ager ſorte ciuibus, uel militibus olim diuidebatur. Item cum cautiones hæreditariæ inter hæredes diuiduntur, ut Caius inquit lib. x. ff. tit. familiæ hercisc. ſi omnes iiſdem ex partibus hæredes ſint, nec inter eos conueniet apud quem potius eſſe debeant ſortiri eos oportet. Iuſt. lib. vj. C. tit. communia de Leg. ſic ait, ſi duobus, uel tribus hominibus, uel pluribus ſorte optio ſerui, uel alterius rei relicta fuerit, uel ſi uni quidem legatario optio ſerui, uel alterius rei relicta eſt, ipſe autem moriens plures ſibi relinquerit hæredes, dubitabatur inter ueteres, ſi inter legatarios, uel hæredes legatarii fuerit certamen, & alter ſeruum uel alliam eligere uelit quid ſit ſtatuendum ſancimus, itaq; in omnibus huiuſmodi caſibus rei iudicem formam eſſe, & ſortem inter altercantes adhibendam, ut quem ſors prætulerit, is quidem habeat eligeñ poteſtatem, ceteris autem extimationem præſtet contingentium eis partium, lib. item x. C. l. ij. quibus, & quarta pars diuiſionem per ſortem faciendam ſcribitur quoties accidit, ut circa illam quidem non conueniant, ex his omnibus facilè cognoſcitur. Quomodo per ſortem aliquid noſtrum fiat. [Ager Arpinas] Qui antea communis erat Arpinatium, & Tuſculanus Tuſculanorū, aut occupatione, aut pactione, aut conditione, aut ſorte priuatus factus eſt, nominauit loca Cice. ſibi chariſſima: ex altero. n. originem traxit, in alterius agro prædia habuit. [Similis eſt &c.] Non ſolum aliquid alicuius uniuerſitatis

Vlp. Stipulatio fiti uerbis tātū.

Iuſt. in lib. vj codi. tit. de lega.

tatis proprium est, sed etiã singularum personarum. [Descriptio] Diffinitio, determinatio. [Ex quo] ob quam causam. [Suũ cuiusque fit] Aliqua ex rationibus supra memoratis. [Obtigerit] Obuenerit, ad id redit quod ait, utatur priuatis, vt suis, posteaquã quæ cõmunia erant eius priuata sunt facta. [Ex quo] Et propterea, inq t, siquis quæ sua non fuerint occupare tentabit, ius humanæ societatis uiolabit: neque.n. sublata iustitia quæ tribuit cuiq; quod suum est, q̃ non uult iniuriam fieri, ꝓximo, stare humana societas diu poterit, quod accidere uideamus quotidie, cũ quispiam tyrannidem occupat. insurgens.n. multitudo cũ eum pati nõ possit, trucidat. Quoniã quæ multis sua ipsorũ sunt iniuste eripit. Nec esse omnino potest humana societas, ubi pro libidine omnia gerũtur, & fraus atq; ꝑfidia dñatur. [Sed quoniã &c.] uidetur quæstioni non occurrere, quæ sic intendi posset, dicit communibus, ut cõmunibus, priuatis uerò, ut propriis semper utendum. Quamuis, inquit, sic dixerim, nolo ita te accipere, ut quæ tua sunt ĩ usum duntaxat tuum conuertas, nemini præterea benefacias: custodiendum.n. est, quod est à Plat. scriptum. Ordo autem est. Sed, in hoc debemus naturam ducem sequi, quoniam &c. [A Plat.] Hoc in epist. ad Archytam Tarentinum scripsit Plat. Quod & Cic. lib. ij. de fin. Sic autem se natum esse hominem non sibi soli, sed patriæ, sed suis, meminisse uolebat Plat. vt ei per exiguas partes relinqueretur, q̃ ut præciperet ratione duplici motus est. Prima à principijs naturæ pendet. Secunda ab honesta, humana natura perfecta non est, & sibi ipsa omnibus in rebus sufficere non potest, ideoq; necesse est, ut mutuis homines iuuẽtur officiis, & quod vnus efficere nequit, id alius efficiat. Sic q̃d ad aliorum utilitatem uideamur procreati, ut communis seruetur societas, quæ mutua caritate sublata pereat necesse est, honestatis ratio in specie firmata est. Cum.n. eiusdẽ formæ & speciei homines sint, vicissitudine officiorum uti eos conuenit, Sic.n. natura comparatum est, ut simile sibi simile appetat, & diligat, & Hom. ait, ὡσαει τονομοιον ἄγῃ θσοσεο τονομοιον. [Non nobis solum] Hi gradus iustitiæ sunt, ut Deum ueneremur, ut patriam tueamur, ut parentes, liberos, coniugem amemus, illisq; benefaciamus, ut amicos, & alios quamuis necessitudine coniunctos iuuemus. Atque (ut placeat Stoicis) Stoicorum dicit esse sententiam cetera generata hominis causa ipsum uerò hominem hominis causa generatum, nam omnia quæcunque ad usum nostrum producuntur, homo ut hominẽ iuuet generatur, & in sacris literis legitur, omnia subiecit pedib. eius. Ouid. quoque cum ceterarum rerum generationẽ descripsisset, subiunxit. Sanctius his animal mentisq; capacius altę deerat adhuc, & quid dominari in cetera posset. Natus homo est. Gignere, & procreare quamuis pro eodem ponãtur, differunt tamen, nam gignere est ex alio producere, ut ex semine. Creare uerò ex nihilo, & hæc dei est. [Vt placet Stoicis] Repẽte scriptum est. [In hoc naturam ducem debemus sequi] Zeno Atticus lib. de natura hominis finem esse ait consentaneè secundũ naturam uiuere. id autem esse secundum uirtutem uiuere ad eam quippe natura nos duci. Rursus secundum uirtutem uiuere, idem esse quod secundum peritiam eorum, quę secundũ naturam accidũt uiuere. Chrysippus, inquit, & partes naturæ uniuersi naturæ nostræ partes esse. Ac iccircò effici cõsentaneè secundum naturã uiuere secundum propriam omniumq; naturam. Nihil eorum faciendo, quæ à communi lege prohibẽtur, quæ est recta ratio in omnes permeans, eademq; in Ioue, hoc est in principe gubernationis omnium, quæ sunt existẽte. [Communes utilitates] Quoniam naturaliter omnia sunt cõmunia, communes ergo utilitates, hoc est quas natura omnib. uoluit esse communes. [In medium] In commune. Ouid. in medium quærebant. [Mutatione] Quomodo in mediũ afferri possint docet mutandis dicens officijs fieri. [Dando] Ea quibus alius indigeat. [Accipiendo] ea quibus tibi opus sit. [Artibus] Et liberalibus, & his quibus uitæ usus necessarius continetur, ut sunt mercatorum, & opificum [Opera] Labore corporis. [Facultatibus] Omnia complectitur facultas artis opera bona tam animi, quàm corporis, & externa. [Deuincere] Firmiter allegare.

Gignere est ex alio producere ex semine, ꝓpriè dicitur.

ASC.

ET ex qua uiri nominantur boni;] Et beneficentia quam eandem licet appellari, vel benignitatem, uel liberalitatem, est coniuncta, huic s. iustitię. Sed primum munus.i. primæ partes seu primum officium iustitiæ est, ut ne cui.i. nemini, quis.i. aliquis noceat, nisi lacessitus.i. prouocatus iniuria: licet.n. secundum iura vim ui repellere, sed Saluatoris nostri consilium est orare pro persequentib. nos, & benefacere etiam inimicis nostris, dũ id ad nostram, aut illorum fiat salutem. Deinde officium, & munus iustitiæ est, ut quis utatur communibus sup. rebus pro communibus, & non proprijs. Autem pro sed ut utatur priuatis sup. rebus ut suis.i. proprijs. Autem pro sed, nulla sup. bona sunt priuata.i. propria alicuius natura.i. per naturã, quia naturaliter omnia sunt cõia, sed sup. priuata sunt, aut occupatione ueteri.i. priusquàm alius tenuerit, ut.i. quemadmodum supra occupauerunt illi, qui uenerunt quondam in superioribus seculis, in uacua.i. in loca a nullo possessa, aut priuata facta sunt uictoria, ut i. quemadmodum illi qui potiti sunt bello, aut lege, aut pactione, hoc est contractibus, & mutuis consensibus aut conditione.i. euentu cõditionis aut sorte.i. rerum diuisione per sortes. Ex quo.i. ex qua re fiat, ut ager Arpinas dicatur Arpinatum, & non aliorum, & ut ager Tusculanus dicatur Tusculanorum. Et descriptio possessionum priuatorum est similis. ex eodem.n. fit, ut ager Ciceronianus dicatur Ciceronis. Ex quo, ex qua re, quia eorum, quæ fuerant natura cõia fit suum.i. proprium cuiusq; sup. possessoriis. fit ut quisque teneat, id quod cuique obtigit.i. fortè euenit. Et siquis appetet plus eo.i. quam id quod sibi iustè obuenerit, ipse uiolabit ius humanæ societatis. Sed quoniam &c. hic aggreditur beneficẽtiam, seu liberalitatem. Ordo est. Sed quoniam, ut.i. quemadmodum scriptum est præclarè à Plat. nos non sumus nati solũ nobis.i. ad utilitatem nostram, & quoniam prima uendicat.i. appropriat, & iure usurpat, & attribuit sibi partem nostri ortus.i. in mundum aduentus, & amici uendicant sup. sibi partẽ nostri ortus. Atque pro, & quoniam sup. ut Stoicis omnia ea, quæ in terris gignuntur creari ad usum hominum. at pro sed, homines esse generatos causa.i. ad utilitatem hominum, ut ipsi homines possent inter se prodesse alij alijs. ideo sup. minor debemus sequi in hoc.i. in hac re, naturam ducem. Et afferre communes utilitates in medium mutatione.i. cõmutatione, uel mutatione officiorum dando.s. recipiendo, & nos debemus deuincire.i. obligare, & coniungere societatem hominum inter homines. tum.i. simul artibus, tum.i. simul opera.i. operatione, & diligentia, tum.i. simul facultatibus.i. opibus nostris.

ARGVMENTVM.

Fides iustitia fundamentum ab etymologia.

FVndamentum autem iustitiæ est fides.i. dictorum, conuentorumq; constantia, & ueritas. ex quo, quãquam hoc uidebitur fortasse cuipiam durius, tamẽ audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt, unde uerba sint ducta, credamusq;, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem.

FRAN. MAT.

FVndamentum] In quo fundatur, & consistit.i. ad cõseruationem iustitiæ potissimum requiritur fides, quę si non seruatur, non redditur unicuique, quod suum est, iustitia enim sine fide esse non potest, unde Silius Italicus appellat fidem consortem iustitiæ. dicitur etiã & soror eius; quoniam, ut ait Plat. si iustitia erga deos colitur, pietas uocatur, si in homines uiuos, aut mortuos, uel in sepulchris erigendis, fides dicitur. Lact. lib. 3. dicit, iustitia quid est, non pietas? pietas autem nil aliud est, quam dei parentis agnitio. fides, inquit Sen. sanctissimum humani pectoris bonũ est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Hercules apud Sil. lib. 2. his uerbis fidem alloquitur. Ante Iouem generata decus, diuumq; hominumq;. Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt, Iustitiæ consors, tacitumq; in pectore numen. [Conuentorum] Pactorum, conuentionis, uerbum, auct. Vlp. est generale ad omnia pertinẽs, de quibus negocij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. [Constantia] Firma stabilitas. [Ex quo] Propter hoc, quia fides est constantia conuentorum, atque dictorum. [Audeamus] Quasi rem magnam, & insolitã, & præter opinionem multorum. [Imitari Stoicos] Qui uerborum architecti habebãtur, tales homines λογοδαίδαλους appellabat

pellabat Socrates: studiosè enim exquirebant uerborum originem, & nomina rebus imponebant, respicientes ad illarum naturam, & vim lib. 3. de fin. ait. Ars est enim uitæ philosophia, de qua disserens arripere verba de foro non potest, quãquàm ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerũt. Zeno quoque eorum princeps non tam rerum fuit inuentor, quàm nouorum uerborum, & Chrysippus Stoicæ professionis dicebat, auct. Gell. singula uerba diligenter esse consideranda, quoniam omne uerbum esse natura ambiguum, & ex eodem duo plura ue accipi posse. Diod. contra nullum esse uerbum ambiguum dicebat, nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit. Ambigui verbi natura, inquit, illa esse debuit, ut qui diceret duo, vel plura diceret. Nemo autem duo, vel plura dicit, qui se sentit unum dicere. [Quanquam hoc] .i. hæc interpretatio uidetur duriuscula, & uiolenta. [Cuipiam] Alicui, qui fortè hanc meam interpretationem non probabit, sed dicet esse nimis duram, uiolentam, & quæ uix consuetudine molliri possit. durum uocabulũ dicitur, quod non est in usu, & mollitum consuetudine. [Studiosè] Diligenter, magna cura. [Vnde sint ducta] unde habeãt originem, & quare ita dicantur [Appellatam] Esse à latinis, ut fides dicatur, quia fit, quod dictum est.

Fides unde dicta.

ADDI. Fundamentum] Principium, & quasi solidum, stabileq; caput, & fulcrum. [Fides] Firma uoluntas immanens promissionibus, atque fœderibus. [Conuentorum] Pactionum, & contractuum. [Constantia] Stabilitas nunquam uacillans, sed semper sibi congruens, & consentiens. [Veritas] certitudo, & obseruatio citta uanitatem, perfidiam, uir quippe bonus stat promissis, nunquam mentitur, & ueritatem ipsam, atq; decorum rebus omnibus anteponit. [Fides] Ait Seneca, sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. [Studiosè] Diligenter uestigant originem uerborum. [Ducta] Originata. [Durius] .i. violentum, & sua nouitate asperum. Dura uerba dicuntur noua, & vsu non emollita, atque ob id auribus iniucunda. Albi dicit idem Cic. beatitas, & beatitudo dura nomina sunt, sed consuetudine mollienda. Etymologia græcè, si uerbum uerbo reddatur, ueriloquium dicetur latinè, nec non originatio, & nota, vt Cic. placet in Top. & Fab. qui originationẽ interpretatur. [Audeamus] Præsumamus quasi rem nouam ad imitationem Stoicorum, qui nouitate verborum dicti sunt architecti, & λογοδαίδαλοι.

Dura Verba. q̃ dicãtur.

FRAN. MAT. Fundamentum &c.] Vicissitudine officiorum hominum inter se societas deuincitur, sed eiusdem societatis sermo iustitię ipsius per quam humana societas. [Fundamentum] Fides est, ut quidquid promiserimus id præstemus. Vnde, & fides dicta est, quod fiat, & impleatur per ea, quod dictum conuentumq; inter aliquos est, à quo si discesserimus, iustitia penitus destruetur. iure ergo hanc firmatam in fide dicit. [Dictorum] Vt præstes quæ dixerit, & promiseris siue iudex, siue princeps, siue imperator fueris, ut quemadmodum dixisti, & promisisti, ita uel præmium conferas benè merenti, uel de innocente pœnam sumas. Et hoc ad distributiuam iustitiam pertinet. [Conuentorum] Hoc ad commutatiuam referas, vt in emptione, venditione, locatione, conductione, & omni alia conuentione fidẽ præstes, persistendum ergo est in his, quæ dixerimus, & in his, quæ cum aliquo contraxerimus. [Vnde verba sint ducta] Id autem per etymologiam Stoici faciebant, quæ proprietatis ratio est ex uerbi sono elicita. Sicut in hoc uocabulo, quod à fio deducitur, & dico.

ASC. Fundamentum autem iustitiæ est fides] In hac parte describit fidem, idest fidelitatem, dicens eam esse fundamentum iustitiæ, & nomen accepisse, eo quod per eum fiat dictum. Ordo est. Autem pro sed, fundamentum iustitiæ est fides, idest constantia, & ueritas dictorum, & factorum. Ex quo .i. ex qua re quanquam hoc uidebitur fortasse cuipiam, idest alicui durius, idest aliquantulum durum, uel durius, idest ineptius quam deceat dictum, tamẽ audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt, unde uerba, idest rerum uocabula sint ducta, idest deriuata, & credamus fidem appellatam, quia fiat, quod dictum est, uidetur enim fides dum fit dictũ, & promissum. non accipitur ergo hæc pro credulitate, sed pro fidelitate, quæ tamen ex fide nascitur.

ARGVMENTVM.

Duo iniustitiæ genera, ut iustitia, & unde oriantur.

SED iniustitiæ duo genera sunt; vnum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. Nam qui iniustè impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus; is quasi manus uiolenter uidetur afferre socio: qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Atque illæ quidem iniuriæ, quę nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscũtur, cum is qui alteri nocere cogitat, timet, ne nisi id alteri fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, vt adipiscantur ea, quæ concupierunt. in quo uitio latissimè patet auaritia. expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. in quib. autẽ maior est animus, in ijs pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem: vt nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniã esse ei, qui in repub. princeps uellet esse, qui suis fructibus exercitum alere non posset. Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia, & copia quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec uerò rei familiaris amplificatio, nemini nocens, uituperanda: sed fugienda semper iniuria est. Maximè autem adducuntur plerique, ut eos iustitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderint: quod enim est apud Ennium, nulla sancta societas, nec fides regni est, id latius patet. Nam quidquid eiusmodi est, in quo non possint plures excellere, in quo plerunque fit tanta contentio, ut difficili modo sit, sanctam seruare societatem. declarauit id modo temeritas C. cæsaris, qui omnia iura diuina, atque humana peruertit propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatũ. Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis, splendidissimisq; ingenijs plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. quò magis cauendũ est, ne quid ĩ eo genere peccetur.

PETR. MARS. SED iniustitię duo genera sunt;] Postquàm iniustitiæ munus descripsit, docuitq; hominem iustum debere omnia referre ad communem vtilitatem, duo genera iniustitiæ ponit quæ à bono viro declaranda sunt, & propulsanda est ab alio si infertur. Vnde hi qui uident pauperem opprimi aliorum potentia, & ui, & non adsunt illi, carpendi sunt. Et iudex omnia ad æqualitatem redigere debet, non respiciendo ad opes, & potentiam quorundam, quare inquit Arist. Iustum medium est inter damnum, & lucrum, quapropter & cum homines controuersiam habent, ad iudicem ipsum confugiunt. Ire autem ad iudicem, est ire ad ipsum. Iudex enim est iustum animatum .i. homo habens iustitiam, quæ omnia ad medium rediguntur, & qui petunt iudicem, petunt medium .i. ipsum iustum. [Inferunt] Alijs iniuriam, & sic sunt iniusti [Alterum] genus iniustitiæ, & hominum, qui iniustitiã exercent. Nam qui] Affert rationem, quare utrinque sint appellãdi iniusti. [Quempiã] aliquem .s. impetit. [Aut ira] Quæ est libido puniendi eum, qui uideatur læsisse iniuria. [Perturbatione] Quæ est contra naturam, commotio animi, & appetitus vehementior. [Quasi socio;] Quoniam homines naturali societate

tate coniuncti ſunt,ergo qui aliquem lædit,ſociū lædit , quod
eſt contra iuſtitiam,& humanitatem[Qui autem nunc de alte
ro genere iniuſtorum hominum , qui non obſiſtunt iniuriæ ſi
poſſunt.[Iniuriæ]Quæ alicui infertur , quam prohibere debet
vir bonus, quoniam is , qui opprimitur non eſt à ſe alienus le-
ge,nam iniuria requirit principatū ſponte agentis,vt vult Ari-
ſto.& nemo uolēs patitur iniuriam.Vnde poteſt quis facere rē
iniuſtam alicui,ſed non iniuriam,ſi nō ſponte.ſ.id admiſit. Vn
de Cyrus apud Xenophontē dicit,quæcunq; per imprudentiā
hominibus delicta committuntur,hæc omnia eſſe arbitror in-
uita.[Tā eſt in uitio]tantum peccat, hoc eſt ex decreto Stoico
rum,qui dicebant omnia peccata eſſe paria,& paruam eſſe , vt
magnam culpam[Deſerat patriam]non adſit parentibus,cum
illis ſit iniuria.[Aut patriam]Quod eſt maximū ſcelus , multū
quippe debemus,patriæ, quæ omnia cōplectitur, & qui patrię
laboranti non adſunt,non ſunt habendi homines , ſed imma
nes beſtiæ.Cyrus apud Xenophōtē lib.j dicit.Nihil eſt iuſtius ,
quā propulſare iniuriā,aut pulchrius , quā amicis ſuccurrere.
Iuſtus vt ſis,inquit Sen.non ſolū non nocebis , ſed etiam nocē-
tes prohibebis.Nam nihil nocere non eſt iuſtitia, ſed abſtinen-
tia alieni.Plato in 5.de Leg. ſic ait:Qui non eſt iniurius,hono-
rari debet,qui uero nec alios id facere patitur,duplici honore
dignus eſt.Ille.n.vni, hic verò multis hominibus cōparatur,cū
principibus ceterorum iniuriam nunciet , qui aut una etiā cū
magiſtratibus iniuriā quoad poteſt vlciſcitur, is magnus, per-
fectusq; in ciuitate vir,pręconio ampliſſimo celebretur.[Atq;
illæ quidem]ponit cauſam, & originem ipſorum generū iniu-
ſtitiæ,primum proficiſcitur à metu,ſecūdum ab auaritia. [De
induſtria]Dedita opera,& certo conſilio,& hęc propriè dicitur
iniuria,vt vult Ariſt. quoniam agens certo conſilio facit[Pro-
ficiſcuntur à metu]habent originem à timore,& ab aliquo in-
feruntur,qui timet;& ſic vult inimicum præuenire , vt impen-
dens periculū uites.[Niſi id]Niſi prius ipſe nocuerit illi, à quo
uidet ſibi malum impendere. [Ad maximam autem partem]
.i.maxima ex parte. In 4.de Fin. dicit, ad meliorē partem diffe-
runt,quaſi pro maiori parte,& ponit aliā cauſam , ex qua ori-
tur iniuria,auaritia.ſ.& ſpecies vtilitatis.[Concupiuerunt]cu-
piditas eſt effrenata libido,quæ incitata eſt uehementius.[La-
tiſſimè patet] ad omnia ſe extendit,& multis modis excitatur,
quemadmodum multa ſunt,quæ cōcupiſcuntur,ſic manifeſtū
eſt auaritiam,& cupiditatem rerū, eſſe cauſam huius uitij , &
iuſtitiæ.Auaritia eſt opinatio uehemens de pecunia,quaſi ual-
de expetenda ſit inhærens,& penitus inſita.[Expetuntur autē]
ponit cauſas,propter quas diuitiæ expetuntur, & opes cū ſunt
ad vſus uitæ neceſſarios laudantur , ad uoluptates autē factio-
nes,actiones & ad cetera,quæ ab ipſo medio diſcedunt,impro-
bantur [Ad vſus vitæ]ad vitam degendā.Ad perfruendas uolu
ptates,vt aliquis poſſit uoluptatibus perfrui.quæ profecto nō
ſunt hominis,ſed beſtiarū. Voluptas dicitur in animo res vitio
ſa , quam Stoici dicebāt eſſe ſublationem animi ſine ratione
opinātis ſe magno bono frui.gaudiū,& lætitia ſunt in animo.
Voluptas propriè dicitur ea iucunditas , quæ ſenſum aliquem
mouet . Vnde patet uoluptatem indignam ęſſe hominis præ-
ſtantia:eſt.n.nobis cōmunis cum beſtijs , quæ ſenſibus non ra-
tione mouentur,ergo repellenda eſt , cum ſit iucundus quidā
motus in ſenſu,& abijcienda penitus tanquam infamis mere-
tricula è cætu matronarū. nam propter ipſam negligimus res
honeſtas.fluit voluptas corporis, inquit Ariſt. deridens Sarda-
napalum gloriantē ſe oēs libidinum uoluptates ſecum abſtu-
liſſe,& prima quæque auolat , ſæpiusq; relinquit cauſas pœni-
tendi,quam recordandi.[In quib.aut maior eſt animus] .i.illi,
qui appetunt maiora,quam ſit ipſa uoluptas, & qui ſunt ma
gnanimi,appetunt opes,vt pluribus gratificentur,colantur,&
principes ſint magnificiq; habeantur, hæc omnia ſi fiunt cum
iniuria alterius,& præter pietatem,quam patriæ debemus,cō-
tra officium ſunt.[Spectat]Tendit,aſpirat,pertinet ad opes, q̄
ſunt ad ſuperfluitatem cultus,& magnificentię oſtentationē.]
Gratificandi]vt gratos,obnoxios,& deuinctos ſibi reddere poſ
ſint.[Facultatē]poſſibilitatē,potentiam. & affert exemplū M.
Craſſi,qui omnium Romanorum poſt Syllam ditiſſimus fuit,
à quo ciuium damnatorū bona emerat,& ſic opibus creuerat,
& ciuibus gratificabatur,& illis magnificentiā oſtentabat,quā
ideo Cic.notat,quoniā malum habuerat initiū , & non erat ſi-
ne aliorū iniuria,emptis.i. bonis proſcriptorū, alijs emere no-
lentibus præ pudore. Hic eſt Craſſus ille diues;qui perijt apud
Parthos,quorum ſitiebat aurū , nam niſi eguiſſet unquàm cu-
piditate auri, nulla iuſta belli cauſa tranſiuiſſet Euphratē, qui
erat terminus Romani , Parthiciq; imperij. Vnde uituperātur
nimiæ cupiditates,quæ non ſinunt hominē eſſe diuitē,qm̄ cre
ſcit amor nūmi,vt inquit Satyricus poeta , quātū ipſa pecunia
creſcit,& omnes auari pauperes ſunt, cum nūquā expleantur,
ignorantes an mū hominis debere diuitē eſſe, non arcā,& par-
ſimoniam eſſe magnū vectigal.[Pecuniā] pro patrimonio po-
nitur.Sen.dicit,non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pau-
per eſt.In Paradoxis hunc Craſſum , quamuis utatur loco cōi ,
his verbis alloquitur:Multi ex te audiuerunt cum diceres , ne-
minem eſſe diuitē,niſi qui exercitū alere poſſet ſuis fructibus ,
quod P.R.ex tantis uectigalibus iāpridē uix poteſt . igitur hoc
propoſito nunquàm eris diues , antequā tibi ex tuis poſſeſſio-
nibus tantum reficiatur: ut eo tueri ſex legiones, & magna e-
quitum,ac peditum auxilia poſſit.Ita fateris igitur, te nō eſſe
diuitē,cum tantum deſit,ut expleas,id quod exoptas . Itaque
iſtam paupertatem,vel potius egeſtatē , ac mendicitatem tuā
nunquā obſcurè tuliſti.Craſſus in agris ſuis,auct.Plut.ſeſtertiū
decēmilia poſſedit:Si ad naturā uiues,inquit Sen. nunquā eris
pauper, ſi ad opiniones,nunquàm eris diues. exiguum natura
deſiderat,opinio immenſum. Alibi dicit : Breuiſſima ad diui-
tias per contemptum diuitiarū via eſt.[Princeps]primus & ma
gnificentiæ oſtentator.[Delectant etiam magnifici ap.]De ma
gnificentia,& officio ipſius magnifici dicetur alibi . nā magni-
fici eſt facere magnos ſumptus,opera admiranda, & apparatus
habere præclaros,aliter decorū nō ſeruaret ſuū.[Magnifici]am
pli,& ſamptuoſi quales virū magnificū,& principē ciuitatis ha-
bere decet[Cultus] ornatus [Cum ęlegantia]elegās,auct. Gel.
apud antiquos is dicebatur,qui nimis læto , amœnoq; cultu ,
uictuq; eſſet. Poſtea elegās reprehendi quidem deſijt,ſed laude
nulla dignabatur, niſi cuius elegantia eſſet moderatiſſima.Sic
M.T.Lucio C.inquit,& Scæuolæ non merā elegantiā,ſed mul-
tā parſimoniā mixtā laudi dedit.Craſſus, inquit , erat parciſſi-
mus elegantium.Scæuola parcorum elegantiſſimus. [Elegan-
tia]Nitore,ſed hæc elegantia in uitio eſt, niſi parſimoniæ adiū
gatur,quod tales uiri non faciunt,qui magnifici,atq; oſtētato
res,& eſſe,& uideri uolunt,& ideò non laudantur, qm̄ talis ele-
gantia,cum uelt habere copiam i.abundantiā omniū rerū, &
affluentiam,modo poteſt eſſe ſine iniuria alterius.[Copia]Af-
fluentia rerū,& eleganti apparatu.[Infinita]Innumerabilis, &
inſatiabilis,ergo hæc infinita cupiditas uituperāda eſt, qm̄ ſi ſe
vult explere,facit alijs iniuriā. Vnde modus adhibendus eſt cu
piditatibus,& ita uiuēdū,ne aut ſordidi uideamur , aut nimiū
elegantes. Plato in 5.de Leg.ſic ait,Diuites autē ualde,ſimulq;
probos eſſe,impoſſibile eſt,fieri non poteſt , ut diuitijs aliquis
ſimul præſtet,& probitate,qui honeſtè pecuniis vtitur , & iuſtè
acquirit,neq; facilè diuitijs excellet unquā, neq; premitur ino
pia,rectè itaq; ſermo noſter aſſerit ualde diuites bonos , uiros
nō eſſe,ꝙ ſi boni non ſunt,felices quoq; nō erunt.[Nec uero]
Reſpondet tacitæ obiectioni:potuiſſet.n.dici, Videris Cic. car-
pere magnificos apparatus,cū inde oriatur cupiditas pecuniæ,
ergo res domeſtica non eſt amplianda,ne uideamur eſſe nimis
cupidi,& ſic nemo per te liberalis eſſe poterit,aut magnificus ,
cum ad opera magnifica erigenda opes non ſuppetāt. Ideo di-
cit amplificationem rei domeſticæ non eſſe uituperandā ſi fit
ſine iniuria aliorum.Nā uirtus eſt illius , qui rem familiarem
tuetur,& gubernat,parare pecunias , partas conſeruare , & ip-
ſis uti ad cultum uitæ, & etiam frui . Amplificatio, augmentū
rei domeſticæ ; & comparatio pecuniarum ad rem domeſticā
augendā,amplificandamq;. [Nemini nocens]Quæ non eſt cū
alicuius iniuria,non debet uituperari,quoniam boni patris fa
milias hoc eſt officiū.[Sed fugiēda iniuria,qm̄ nō debemus cō
parare nobis diuitias cū aliorū iniuria, quæ & iuris actio tunc
ſunt cū fiūt à ſponte agente,ergo qui rem domeſticā cum alio
rum iniuria amplificat,iniuſtus eſt.[Maximè aūt]Ponit unam
cauſam, qua uel maximè hoīes impellātur ad iniuſtitiā,cupidi
tate.ſ.bonorū,& gloriæ,ad quā aliqui ſummo ſtudio , & cōtē-
tione anhelātes,cōtēdentesq; iuſtitiæ obliuiſcūtur, vt id adipi
ſcātur,quod toto aīo concupiuere.[Obliuio] Vt iuſtitiæ obli-
uiſcātur,& afferāt alijs iniuriā.[Imperiorū] Vt ſint imperato-
res,& alijs imperare poſſint.[Honorū[Magiſtratuū,nā propriè
honores ſunt magiſtrat⁹.[Quod.n.eſt apud Enniū]Ennius tra-
gœdias ſcripſit,q̄ nō extāt,in q̄bus erat hic uerſus : Nulla ſan-
cta ſocietas nec fides regni eſt. Hæc ſnīa pōt ad plura trāsferri.

Margin notes: Iniuria quid requirat. — Cupiditas quid ſit,& q̄d auaritia. — Magnifacere q.d. Elegans qui. — Honores qui.

nam non solum in regno, sed etiam in alijs magistratibus, in quibus non potest esse primus, nisi unus, fit ab omnibus summa contentio, ut illum locum supremum assequantur, ut fecit Cæs [Id latissimè patet] Ad plura sese extendit, quàm ad regnum. [In quo] Est unus Rex, qui socium habere non uult, & Probat hoc dicens. Nam omne quod est tale, ut in eo possint plures excellere, sed opus est unum id tenere, illud inquàm est causa contentionis, & discordiæ, ut est regnum, imperiū, & cetera id genus, ergo id quod dixit Ennius de regno, ad plura transferri pōt, & patet latius. [Eiusmodi] Huius gñis. i. quæcunque est dignitatis, in qua non possunt plures excellere. [Contētio] Conatus, & dissensio, [Sanctam] Inuiolatam. i. difficillimū est seruare humanam societatem iustè, & sanctè. [Declarauit id] Modo probat exēplo Cæs. qui remp. occupauerat, & ad illū gradū ascendit, in quo solus esse uoluit dictator s. perpetuus. [Id] s. difficillimum esse sanctam seruare societatem. [Modo] Paulo ante, quoniam paucis ante annis Cæs rēp. occupauerat, post cuius interitum Cic. hoc opus elucubrauit. [Temeritas] Violentia, & furor. [Iura diuina, & humana peruertit] Turbauit omne ius, & omne fas, quia uiolauit societatem, & fidem, uiolauit numina, & homines occupando remp. homines uiolati fuerunt, quoniam à Cæs. qui erat ciuis, ad seruitutem redacti sunt, & patriam occupare humana & diuina iura vetant: nō, n. iustum est ciuem exercere in suos tyrannidem, sed æquo, & pari iure uiuere. Plut. ser. in uita Demetrij: Et proculdubio nihil tam egregium, tamq; proprium legis, quā iustitiæ opus. Mars. n. ut Timotheus, inquit, tyrannus est, lex autem est omnium Rex, ut uult Pindarus. Atque reges, ut inquit Hom non expugnatrices vrbium machinas, æratasq; naues, sed iustitiā à Ioue sumptā exercere custodireq; decet, & discipulum optimum Iouis, non ferocissimum, aut immanem, sed iustissimū regem uocauit. ergo si regem non decet nisi iustitiam exercere in suos, multo minus decebit ciuem suis ciuibus insultare, & illos iniuriam afficere. [Propter eum principatū] propter primum in rep. locum. Sæpè dicebat Cæs. Si uiolādum est ius, gratia regnandi uiolandum est, & se difficilius dictitabat à primo loco ad secundum, quam à secundo ad tertiū posse detrudi, Itaque semper primum locū optauit. [Opinionis errore] Quoniam opinabatur, se eo principatu dignū, cū non esset. [Finxerat] In mēte sua formauerat, ergo si nō fuisset imperij cupiditas, non fuisset iniustus, & impius, & sic fuit iniustus in iniustitia legitima, quæ omne vitium cōplectitur: uiolauit. n. leges, & quæ legibus continetur libertatē. [Est autē in hoc gñe] Dolendū, est, inquit Cic. quod vir magno animo, & excellenti doctrina præditus, habeat appetitū principatus. Raro. n. eminentissima ingenia acquiescunt, nisi supremum locū ascenderint, & sic uiolant iustitiā, & humanā societatē, vt fecit Cæs. cui nō fuit vtile tandē id, quod concupiuerat, & perfecerat. Vnde dicebat Sophocles plurimos velle mala ob inexperiētiam bonorū, atq; inscitiam. & philosophus in 5. Eth. dicit, Ea quæ sunt simpliciter bona, & sibi ipsis esse bona optare oportet. In hoc genere, in eiusmodi cupiditatibus, & opinione principatus. [Splendidissimis] Perspicacissimis, & excelsis. [Existunt] Apparent, insunt. [Cupiditates] uehementia desideria. quod cum ita sit, inquit Cic. cauendum est, ne iniuria ob id alij afficiantur, quod illis videtur difficile, qui claris ingenijs prediti, ea sibi proposuerūt, in quibus ratio, & officium caligine quadā nimiæ cupiditatis obducitur, talis natura, & acies ingenij corrupta est malis disciplinis, & persuasionib. Vnde dolendū est eminentissima ingenia educatione mala, & persuasione corrumpi. Plato ait in 6. de rep. ingentia facinora, summaq; nequitia, non ex uili natura, sed potenti, & corrupta generantur, debilis quippe natura ingentiū bonorum, aut malorū nunquā erit causa. hoc repetijt Plut. in uita Demetrij. [Quo magis, tāto magis,] qm̄ uirtus versat circa difficile [In eo gñe] cupiditate honoris glorię imperij.

ADDI.

DVO gña] Formæ, species naturæ qualitates. [Nō propulsant] Non repellūt, atq; defendūt. [Perturbatione] cōmotione animi, ac impetu. [Quasi socio] Consorti, & ad aliquod negociū tractādum ciuile lege pacto, conditioneq; coniuncto. Vnde societates mercatorū, & publicanorum. Describit talis societas 17. li. ff. sensus, ergo Cicer. est, Vt iniquum habeatur sociū circumuenire, atq; fraudare, peccatq; in ciuiles leges fraudator, meritasq; luit pœnas. Sic, quicunq; hominē uiolat, in decretū peccat naturæ, quæ hominem homini sociauit, vniuscuiusq; ciuitatis. i. mundi ciues effecit. Seneca disserēs de beata vita dicit. Duas resp. animo complectamur. Alteram magnā, & uerè publicam, qua dij, atque homines continentur, in quā nō ad hūc angulum respicimus, aut illū, sed terminum ciuitatis nostræ cum sole metimur. Alterā cui nos adscripsit conditio nascendi, quæ non ad omnis pertinet homines, sed ad certos. Quidā eodem tp̄e utriq; Reip. dant operam, maiori minori ue, quidā tantū minori, quidā tantū maiori. huic maiori reip. & in ocio deseruire possumus, imò verò nescio, an in ocio melius, ut quęramus quid sit virtus. Nam an ars bonos uiros efficiat. Idē alibi dicit. Nō. n. mihi sic cū amico cōia omnia sunt, qūo cū socio, vt pars mea nō sit pars illius, sed quo modo patri, matriq; cōmunes sunt liberi, quibus cū duo sint, nō singuli singulos habēt, sed singuli binos. quisquis me in societatem uocat, sciat se nihil hr̄e cōe, quia consortiū hoc solū inter sapientes est, inter quos, & amicitia. Ceteri non magis amici sunt quā socij. [Ad maximam autē partē] . i. vt plurimum siue maxima ex parte. [Aggrediuntur] . i. accedūt. In oratione pro Cluent. dicit, Aggredior ad crimē, & pro Cor. Balbo. Priusquàm aggrediar ad ius, causamq; Cornelij, & pro Sextio. Aggrediar ad dicendum, & non aggrediar ad illa maxima. [Ad perfruēdas voluptates] Ad explēdam corporis libidinē per omneis sensus, in quarū uoluptatum summa extremū bonum Epicurei ponebant, & omnes abdomini, gulęq; studētes. [Maior animus] Ambitiosior, & clarior. [Spectat] Respicit, tēdit ad ciuiles honores, & principatus. [Opes] præsidia, subsidiaq; fortunæ, amplitudinē, potētias, fauores, clientelas, factiones [Gratificandi] Donandi, beneficia conferendi, largiēdi. [Facultatē] Potestatem, & vim. [Pecuniā] sortem, patrimoniū, tam è rebus stabilibus, quā mobilibus, vnde peculiū dictum est, quasi pusilla pecunia, vel pusillū patrimoniū, pecunia sacrificium fieri dicebatur, inquit Pompeius, cum fruges, fructusq; offerebantur, quia ex his rebus constat, quā nūc pecuniam dicimus. Idem Cic. in oratione pro Sex. Rosc. dicit: Quoniā in alienā pecuniā tā plenam, atque pręclaram nullo iure inuaserit. Princeps præstans alijs, & opibus eminēs. [Cuius] Pecuniæ redditibus, & prouentibus. [Magnifici apparatus] sumptuosa supellex, & splendidum instrumentū opulentæ domus, atq; concinnæ [Cultus] ornatus. [Vitæ] Ipsius uictus, uita ponitur pro modo uiuendi, conditione, atq; sorte. [Elegantia] Concinnitate, nitore munditiæ. [Rei familiaris] Domesticæ fortunæ, patrimonijq; Imperiorum militariū moderationum. [Honorum] Magistratuum quibus videtur consistere ciuile uitæ extremū. [Gloriæ] famæ, titulorū, & triumphorum. [Apud Enniū] Thyeste tragædia, è qua testimonium citat dn̄s Marcel. Nulla sancta] Carmen est ex tragędia Ennij, quo demōstrauit regnum non capere duos, omnēq; potestatē, ut ait Lucan. impatientem esse consortis. [Sancta] Inuiolata, & firma [Fides] Veritas, constantia, integritas, stabilitas, æquitas. [Latius patet] Ad ea omnia transfertur, in quibus non potest esse, nisi vnus Antistes, & caput. [Sanctam] Incorruptam, inuiolatā. [Temeritas] Imprudentia, furor, & impius conatus [Iura] Decreta, & ordinationes ciuiles, atque sacras. [Peruertit] Turbauit, uiolauit, [Opinionis errore] Praua persuasione, corrupto iudicio. [Finxerat] Animo conceperat, & formauerat sua opinione, non consilio eorum. qui honorandā primā decreuerūt, & illi succensere, aut insultare nefas esse asseuerarunt. [Principatum] Summum dignitatis locum, atq; imperiū. [In hoc genere] Tali natura rerum, & cupiditatum. [Maximis] Elatis, & fortibus [Splendidissimis] Eminentissimis, & clarissimis naturis, & dotibus. [Honoris] Magistratus, & dignitatis. [Imperij] Moderationis exercituum. [Potentiæ] Factionis, opulentiæ. [Gloriæ] Famæ titulorum, triumphorum.

Aggredior pro accedo.

FRAN. MAT.

SED iniustitiæ sunt genera;] Laudauit iustitiam, & quod eius primū esset munus exposuit, ut sic ad eius amorē accēderet, nunc contraria ei uitia nobis aperit, singula autē singulis opponit, & sicuti primū dixit munus iustitiæ esse, ut ne cui q̄s noceat nisi lacessitus, ita iniuriam facere primum esse iniustitiæ uitium dicit. [Qui inferunt,] sua sponte non lacessit. [Qui ab ijs, quibus &c.] Non satis est alium non lædere, nisi etiam ab alio cui infertur propulses iniuriam, & cū iustus propriè sit, q̄ innocēs est, non potest non esse nocens, qui inferenti cuipiam iniuriam, si potest non resistit. [Si possunt] Hoc rectè addidit veluti præcepti asperioris temperamentum. Nam si prohibere ab alio iniuriam sit propriæ salutis, detrimento aut pari periculo nō potes, iusta causa ur̄ esse cur inferēti non resistas. Hoc aūt cōiter dictū accipimus. Quod si à patria, à parentibus, & liberis

beris

beris propulsanda iniuria fuerit etiã cũ capitis nostri periculo aggredi rem debemus. Sed si quis fuerit qui cum non possit, non etiã cupiat resistere, is iniustus omnino erit: aut.n. facultate resistendum est, aut si ea absuerit condolendum læsi damno, & quod defendendi facultas non adsit conquerendũ. Solet .n. pro facto uoluntas reputari. [Nã qui iniu.] utrunque ꝓbat iniustum esse eum qui infert, & eum qui cum possit non prohibet ne inferatur. [Iniustè] Non lacessitus Nam lacessitus nemo se defendere prohibetur, & sic alij nocere: iure.n. naturali uim ui iniuriam propulsare licet. Ideoq; si iustè quispiã impetum in alium fecerit, se defendendi gratia, ab iustitia nõ discedit. [Ira] Quæ, ut Stoici dicebãt, est libido puniẽdi eius q̃ læsisse videtur. iniuria causatur autem accenso (ut ijdem uolebant) circa cor sanguine, eandem etiam totum fortitudinis dicebãt esse. Igitur moueri temere intellige quẽpiam cũ se affectum existimat, iniuria, sed re uera non est, & tamẽ impetũ in alium facit. [Aliqua pert] perturbationẽ Græci πάθος dicũt hanc. Zeno irrationalem ac preter naturam animi motũ diffiniuit. Siue appetitionem abundantẽ. Eius quatuor sunt gña; Dolor, metus, concupiscentia. Voluptas. Singulorum generũ multæ sunt species. De q̃bus oĩbus multa in Tuscul. Cic. Arist. lib. 3. Ethic. iram, & concupiscentiã inuoluntaria dicere absurdum esse ait, & sic probat si inuolũtaria essent nullum animal nec pueri uoluntariè agerent. si quis uerò dicat honesta uolũtate turpia inuoluntariè agi, ridiculum erit, cum utriusq; una sit cã, præterea necesse est quibusdã irasci, & quædam concupiscere, ut sanitatẽ, & doctrinã. Itẽ inuolũtaria, & dolorẽ asserũt, & quæ cõcupiscimus delectant. nec refert quidquã, sint ne inuoluntaria, q̃ per cogitationem, vel per irã delinquuntur, cum utraq; fugienda sint. Sed irrationales affectus non minus humani vñr esse, & omnes omnium actus ab una sunt concupiscentia, ex quo patet, quæ per iram fiunt secundũ Arist. non esse uolũtaria, sicut dicebãt Stoici, sed quia difficile est perturbationibus resistere, trahuntq; eædem plerunque hoĩem ulterius etiã quã uelit ad iniuriã, ideo inuoluntaria esse vñr. cum ergo Cic. ira incitatũ aut aliqua ꝑturbatione manũ quasi afferre socios dedit assentiri Peripateticus videtur. [Is quasi manus &c.] quicunq; ille sit cui ira aut aliqua perturbatione incitatis nobis fit iniuria, etiã si nulla nobis necessitudine coniunctus fuerit manus afferri videtur socio. Quoniã secundum iustitiam generalem, atq; uniuersalẽ homo homini socius est, cum eiusdem sit speciei. Et hic est primus humanæ societatis gradus. Qui ergo aliquẽ ut supradictũ est lædit, quicunq; sit, in generalem peccat iustitiã, & quasi socio manus affert. Cum omnes homines socij inter se sint. [Qui autẽ non defendit &c.] secundum est iniustitiæ genus, de quo nunc loquitur, eorum qui non propulsant iniuriam cum possunt. [Tam est in vj.] Dicet quispiam maius uitium uideri ex verbis Cic. nõ propulsare iniuriam, quàm inferre. Cum inferens manum socio uideatur afferre non propulsans tam sit in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat, sed non ita est reuera. Nam cum ita sit libido ulciscendi, & ei facilè occurrere ratione non possimus sæpe aliquid ea impulsi facimus, quod infectum uellemus Vnde ait Horat. qui non moderabitur iræ infectum uolet esse dolor, quod suaserit, & mens. Dum pœnas odio per vim festinat multo. Ira furor breuis est animum rege, qui nisi paret imperat, hunc te compesce catenis. At verò qui cum possit, non repellit iniuriam, id de industria facere uidetur, & propterea grauissimè peccat, & nõ aliter in culpa est, quàm qui patriam deserit, aut parentes, aut amicos quos deserere nullo pacto debemus etiam si pro eorũ salute mori nos oporteat. Sunt .n. in arctissimo societatis gradu. rursus oritur quæstio hic, cum innuit, Qui nõ defendit nec obsistit si potest iniuriæ &c. Nam cũ distincti sunt officiorum gradus, vt Arist. & ipse Cic. uoluerunt etiam merita conuenit esse distincta primum dijs, deinde patriæ, postea parentibus, & reliquis deinceps debemus, qui seruat iustitiã in deos plus meretur, quàm qui in patriã, plusquã qui in parentes, & similiter, vt sequitur. Eodem autem modo qui iniustus est in deos magis ab officio discedit, quàm qui in patriam, & idem de singulis. Ex quo sibi ipsi non consentire uidetur Cic. cum velit maius esse officium, quod in parentes, aut amicos, aut patriam confertur, quàm in reliquos, & hæc dicat tam peccare, qui non propulsant, cum possint iniuriã, ꝙ si parentes amicos patriam deserant. Quod totum sic dissoluitur, duplex est officium iustitiæ. Alterum quo generalis hominum

Hora. de ira.

Gradus officiorũ esse distinctos.

societas continetur. Alterum quod his debemus, qui aut sanguine, aut necessitudine, aut patriæ caritate deuincti sunt, primum officium æquale est, quo homo homini ob eam causam, qua homo est naturali lege coniunctus est socius, vt alias aliũ propterea amare illiq; succurrere debeat, ex quo cõmunes esse vtilitates necesse est. Eadem lege naturæ neminem licèt afficere iniuria. Vbi autem eadem lex est, & natura, idem quoque officium illic sit necesse est. Nec officiorũ gradus possunt, aut dicuntur esse distincti. Sed vbi idem officium est idem meritum esse consequitur. Ergo quando communis omniũ societas eadem lege tenetur, & nulli illic officiorũ gradus dictincti sunt, idem meritum est benefacere externo, lege naturali, & parenti, & contra id peccatum malefacere, & sic soluta q̃õ est. totũ .n. ad generalẽ iustitiam non particularem refertur. [Tam est in vi.] Nihil minus peccat. [Atque il.] Ostensis duobus iniustitiæ generibus, nũc de causa dicere aggreditur. Nihil.n. est cuius origo nõ habeat causam, quę quãto maior fuerit tanto uitium, quod cõmittetur minus erit, & cõtra tãto maius uitium quãto minor causa. [De industria] Duplex causa est, qua ad maleficiũ impellimur rõcinatiua, & impulsiua, de utraq; post dicetur. Cũ consulto, & uolẽtes peccamus aut cõmodi assequẽdi, aut fugiẽdi incommodi spe, grauius multo q̃ aliqua incitati ꝑturbatione, ut amore ita delinquimus. Nã animi uoluntatem cũ causa cõiungimus, & pene ullã mereri ueniam uidemur. [De industria] Dedita opera nulla animi perturbatione. [A metu] Vnum perturbationis genus metus est, ut diximus, sol non est eiusmodi, ut sine cogitatione, & rõcinatione animũ semper ad maleficiũ impellere possit. Nã qui timet ne aduersarius sibi noceãt sæpe præuenit, & illi nocere studet metu ductus, sicq; nõ impulsius duntaxat est sed rõcinatiuus. Surgentibus, & crescere incipiẽtibus R. Antiates, & latini metu intulerunt bellũ ueriti ne idem ipsi paterentur si expectarent, opes illorũ magis, magisq; augerentur, eadem causa, & Carthaginienses sunt moti. [Maximam partẽ] Secundã inferendæ iniuriæ causam ab auaritia potissimum proficisci dicit, quòd nihil est, quod humanam societatẽ magis disiungat, sicut liberalitas illi contraria maximè copulat. Polymnestor cupiditate auri ac census iura hospiti uiolauit, & Pygmalion sororis maritum occidit, ut ait Virg. pleni sunt poetæ, & alij scriptores huiusmodi exemplis. [Expetuntur autem &c.] quoniam dixit ad iniuriam faciẽdam maximè auaritiæ homines impellit, ideò subiũgit cur experi diuitiæ soleant, & vnde tantus pecuniæ amor fluxerit. Stoicis dicebãt eorum, quæ sunt alia bona, alia mala, alia neutra bona quidem uirtutes esse prudentiã, iustitiã, fortitudinẽ, tẽperantiam. Mala his apposita vitia. Neutra quæ neque ꝓsunt, neq; obsunt, ut est uita, sanitas, pulchritudo, uoluptas, robustitas, opes, gloria, nobilitas. Non.n esse isti bona, sed in differentia per speciem producta. sicut .n. caloris propriũ est calefacere, & non refrigerare, ita & boni propriũ est prodesse, & nõ nocere, nõ aũt magis prosunt, quàm noceant opes, quo autem bene uti, & male possumus, id bonum non est, diuitijs autem benè, & malè uti possumus, nõ sunt igitur bonum. Quod si illis bene vtimur, & ad usus, quæ uitæ necessarios paramus laudamur. Si ad perfruẽdas uoluptates uituperamur. [In q̃bus autẽ maior est aius &c.] Duplex est cupiditas, altera q̃ à naturali rõne ꝓficiscit̃, & hæc paucis minimisq; cõtẽta est, nec quidquã nisi maximè necessariũ appetit, altera q̃ nascit̃ ab effectib. & parũ ordinato appetitu, & hæc uoluptates quærit, & superflua sectat̃. Est & alia quã animi altitudo, & laudis desideriũ gignit, & hæc opes appetit, vt bñfacere multis possit, & multos sibi amicos, atq; cliẽtes cõparet. [In q̃bus aũt ma.] Est aĩus, q̃ ij, q̃ diuitias expetũt aut ad vsus uitę necessarios, aut ꝑfruẽdas uoluptates. Neq; tñ ij carẽt rephẽsione. Nã cũ magnitudo aĩ duplex sit, & q̃ uirtus ẽ ab extremis, q̃ sunt excessus, & defectus. Ad mediũ trahit̃, & à medio discedit, hæc magnitudo de qua loq̃t̃ excess⁹ ẽ, & uocat̃ suꝑbia, oppositorũ vero illi vitiũ ꝑ defectũ abiectio. [In ijs] Pecuniæ cupiditas, pecunias appellat Arist. oĩa quorũ extimatio mẽsurat̃ nũmo. [Ad opes] Potẽtiã. [Gratificãdi] Gratã rẽ faciẽdi, beneficiũq; cõferẽdi, [Vt nu.] M. Cic. is est q̃ una cũ filio perit in Parthis. Multæ in eo fuerunt uirtutes, quas unius auaritiæ sordib. obscurata constat fuisse. Maximas breuissimo tꝑe cõparauit diuitię, trecẽta dũtaxat talẽta ex p̃rna h̃rditate accepit, & priusq̃ aduersus Parthos exercitũ duceret, septẽ mil. & cẽtũ talẽtorũ sũmã coegerat. Idẽ tñ decimã facultatũ partẽ Herculi cõsecrauerat, & publicũ epulũ populo dederat, ac tres

Naturã rebus minimis esse contẽtam.

Ci. in Parad damnat Crassum.

minas in singula ciuium capita contulerat. Quod videtur non reprehendere hic Cic. damnat in paradoxis, vbi non esse diuitē Crassum ostendit. Cū animus hominis diues non arca appellari soleat. & Claudianus ait, semper inops quicunque cupit. Sen. quoq; maximā egestatē dicit auaritiam esse. [Cuius fructib. exercitum non posset] Magnum oportet esse pecuniarū fructum quo exercitus alatur. Cum bellicorū sumptuū nullus sit modus, nullaq; mēsura bellū nutriatur, vt Archidamus dicebat, vt diuitiarum infinitā magnitudinē esse oporteat, q̄ suis fructibus illud efficere queant. [Delectāt mag. ap.] Ostēdit vnde pecuniæ cupiditas manauerit, & propterea expeti dicit, vt p̱ eam magnifico vtamur apparatu, vitæq; cultu ampliori, & elegantiori. Infinita esset. Nam quāto plura habemus, tāto plura habere optamus. Et Iuuen. ait, Crescit amor nūmi quantū ipsa pecunia crescit. Et Ouid. Creuerunt, & opes, & opū furiosa libido. Et cū possideant plurima plura petunt, Et quærere, ut sumant, absumpta requirere certant, Atq; ipsę vitijs sunt alimēta vices. Sic quibus intumuit suffusa uēter abūdat: Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Cic in Par. Nūquàm expleri potest cupiditas sitis. [Apparatus] vt lectorum Tridinorum tabularū. [Vita cul.] vt victus, vestitus. [Elegātia] ad vtrunq; refertur: est .n. elegans res electa, maximè excellēs. [Copia] Affluentia. [Nec uerò &c.] Occurrit obiectioni. Dicis necessarijs vnumquenque contentum debere esse, ergo quicunque amplā habet rē fam. vituperari debet, imò inquit, vituperari non debet, si modo is, qui possidet ab iniuria abstineat, & non perperam vtatur diuitijs, quæ vt illis vtimur bonæ fiunt, vel malę. [Maximæ aūt &c.]

Causa quare aliquādo iustitiæ obliuiscimur.

Dixit aliquas causas, quæ ad iniuriā nos impellunt. Nunc aliàs enumerat quibus adducimur, vt iustitiæ obliuiscamur. Hæ autem ex cupiditate nascuntur imperiorū, honoris, gloriæ. [Iustitiæ] Qua humana continetur societas. [Imperiorum] Vt ipsi imperent, & exercitibus præsint, quod vt assequantur, omni ratione student. Et neque largitioni, neque sceleri parcunt. [Honorum] Magistratuū, nullus erat annus apud R. quo certaminibus competitorum nō feriaret Martius campus. [Gloriæ] Quæ est frequens fama cum laude, pro qua omnibus periculis se obiiciebant R. pro qua etiam mori non dubitabant. [Inciderint] Concupiscentia ducti non ratione, quæ hæc non appetit, & recusari à sapientibus nō optari uult. [Quod .n. est apud Ennium] Quod inquit, de regno Ennius ait, latius patet, & in omni re contingit, in quam plures non possent excellere. nam sancta societas soluit, præcipuè tamen in regno accidit. Vnde ait

Luc. de regni infidelitate.

Luc. Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas Impatiens consortis erit. Pap. in Theb. Et summo dulcius vnum stare loco socijsq; comes discordia regnis. Idem paulo plus, Perijt ius fasq;, bonumq;, & uitæ, mortisq; pudor. Sicut oppressa à Cæs. rep. omnia diuina, & humana iura uiolata sunt. Q. Enn. poeta Tarenti natus est, & à Latone quæstore R. translatus habitauit in monte Auentino paruo admodum sumptu contentus, & unius ancillæ ministerio, Auct. Eus. [In quo non p.] Vt in rep. in qua plures excellere non possunt, ut qui excellat maximè is amore capiatur principatus dominandi. [Temeritas] Hæc à C. Consi. opponitur: non recta .n. ratione, sed stulta libidine dominandi ductus est Cæs. non .n. facere contra libertatē fas erat. [Diuina] Sanctitatem, pietatem. [Humana] Leges, æquum, bonum. [Opinionis errore] Non enim uerum principatum appetebat, sed falsum, hoc est tyrannidem: verus .n. principatus esse absque virtute non potest. Tyrannis contra humanum, & diuinum ius fertur, opinio ergo Cæs. fefellit, nam quod malū erat, quia vtile fore putabat affectabat, ab ineunte ætate, quod Trāqu. scribit, tyrannidem concupiuit, vel [opinionis errore] quā de seipso assumpserat: opinabatur .n. se ceteris omnibus præstare, & dignum esse, qui ceteris præesset. [Est autem in hoc genere] Illud, inquit, molestè ferendum esse, quod hæc cupiditas

C. Cæs. ingenio fuit excellentissimo.

principatus in magnanimis, & ingenio præstantissimis plerunque esse solent, vt in Cæs. extitit qui, & animo, & ingenio fuit excellentissimus, & propterea operā dandam dicit ab ijs, qui huiusmodi sunt ne talibus inuoluantur cupiditatibus, quæ humanam societatem maximè lædunt. [Ne quid peccetur] Vt putantes nos dignos principatu, quoniā & aīo, & ingenio excellamus, iniuriam faciam, cum ipsi omnia penes nos esse uelimus.

ASC.

SED iniustitiæ] Ponit duo iniustitiæ genera, alterum inferentiū iniuriam, alterū nō repellentium iniuriam ab his, quos protegere decenter possit, quos deserere non minus uitiosum dixit, quam deserere parentes, amicos, & patriam, & id secundum Stoicos, qui dicunt omnia uitia esse paria. Ordo est, sed duo genera iniustitiæ unum sup. est eorum, qui inferunt iniuriam, alterum est eorum, qui si possint non propulsant iniuriam ab his quibus infertur. Nam is qui facit impetum in quempiam, existens incitatus aut ira, aut aliqua alia perturbatione, uidetur quasi afferre uiolēter, in socios manus. Aūt pro sed in supp. qui non defendit, nec obsistit i. obstat iniuriæ si potest esse, tam. i. tantum in uitio, quam. i. quantum supple esset si desereret parentes, aut amicos, aut patriam. Atque pro, & quidem. i. certè illæ iniuriæ, quæ feruntur. i. inferuntur causa nocendi de industria. i. ex composito proficiscuntur. i. oriuntur sæpe à metu. i. timore. cū. i. quando is, qui cogitat noceat alteri, timet n. si. i. si non fecerit supp. iniuriā ne ipse afficiatur aliquo incōmodo. i. damno in corpore aut rebus. Autē pro sed, non. i. quiddam aggrediuntur maximam partem ad iniuriā faciendā, ut adipiscantur. i. obtineant ea, quæ concupiuerunt, in quo uitio auaritia patet latissimè. Autem pro sed, diuitiæ expetuntur. i. exactè petuntur, tum. i. pariter ad usus necessarios uitæ, tum. i. pariter ad perfruendas uoluptates. Autē pro sed, cupiditas pecuniæ spectat ad opus ad potentiam, & ad facultatem gratificandi. i. beneficia conferendi, & rem apprimè gratam faciendi, his in quibus est maior animus, hoc est magnanimi appetunt pecuniam non ad uoluptatem, sed ad potentiam, & gloriā suā augendam. Vt. i. quemadmodum M. C. uir ille Rom. negabat nuper. i. à plusculis temporibus vllam pecuniam esse satis magnam ei qui vellet esse princeps in rep. cuius. s. pecuniæ fructibus. i. fœnore, & usura non possit alere exercitum. Apparatus magnifici. i. sumptuosi, & cultus, idest ornatus, & nitor uitæ. Cum ele i. exquisita exornatione uestigium. Et cum copia. i. abundantia omnium rerum. delectant. i. delectatione afficiūt, etiā quibus rebus. i per quas res. s. per cupiditatem dominādi, & gloriandi de sumptuoso apparatu effectum est, ut infinita cupiditas pecuniæ esset. Vero i. sed, & nec. i. non amplificatio. i. augmentatio rei fam. i. domesticæ nemini nocens. i. quæ fit sine iniuria alterius non est uituperanda, sed iniuria est fugienda semper i. qualibet re, & in omni tempore. Aūt pro sed, plerique. i. sanè multi adducuntur. i. impelluntur maximè adhæc, vt obliuio iustitiæ capiat i. inuadat eos, cum. i. postquàm inciderint in cupiditatem imperiorum, honorū, ve, pro vel, gloriæ, n. pro quia id sup. dictum est, ꝙ apud Enn. ueterem poeta in tragœdijs. s. nulla societas, nec fides regni, est sancti. i. inuiolabilis (quia ut dicit in trag. Sene. Nec regna pacem, nec ferre uenus potest: ut Lucan. Omnisq; potestas impatiens consortis erit) patet latius. i. multum latè. Nam quidquid eiusmodi. i. tale in quo non possunt plurales excellere, in eo fit plerunque. i. ut plurimum, tanta conuentio. i. concertatio, & lis, ut difficillimū sit seruare societatem sanctā. i. inuiolatā Temeritas. i. temerarius conatus, C. Cæs. s. peruertit omnia iura diuina, & humana propter eum principatū. s. perpetuā dictaturā atq; imperium, quod sibi usurpauit, quē principatum ipse finxerat. i. mente sua formauerat sibi errore opinionis, quia opinabātur se eo dignum cū non esset, uel quia opinabatur gloriosum esse remp. inuasisse, cum eo nihil turpius esset. eius ergo temeritas declarauit i. clarè monstrauit, modo. i. paulo ante hos dies, id quod. i. dictū est. Autem pro sed, molestum est in hos genere iniustitiæ. s. quod cupiditates honoris, imperij, potentiæ, gloriæ existunt plerunq; in maximis aīs, & in splendidissimis ingenijs. Vnde ut dicit Tacitus, Cupido gloriæ sapientibus exuitur nouissima. Quo. i pro quo magis cauendū est, uel quo sup. periculosus est, eo magis cauendum est, ne peccetur. i. ne fiat peccatum in eo genere.

Amplificatio rei fam. nemini nocens, nō est uituperanda.

ARGVMENTVM.

Iniuria alia, alia leuior.

SED in omni iniustitia permultum interest; vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est, & ad tempus, an consulto, & cogitato fiat iniuria. leuiora .n. sunt ea, quę repentino aliquo motu accidūt, quàm ea, quæ meditata; & præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem iniuria satis dictum est.

PETR. MARS.

SED in omni iniustitia] Posuit Cic. duo genera iniustitiæ. Sed potuisset oriri dubitatio, an qlibet iniuria sit eadem, & eiusdem generis, ne aliquid relinquatur intactum declarat hoc dicens leuiorem esse iniuriam, quæ non infertur de industria. [Interest] Magna est differentia in ipsis iniurijs, quamuis similes uideātur. [Perturbatione animi] Ira, quæ est ebullitio sanguinis circa præcordia, & per iram agimus sponte, non tamen cum deliberatione, & electione, ex quibus oritur iniuria. [Et ad tempus] Per aliquod spatium temporis, non semper. Vnde tēporarium theatrum dicitur, extructum ad vsum cuiusdam spatij temporis, quoniam spectaculo absoluto destruitur. Vnde legitur apud Tranq. Cæs. extruxisse porticus ad tempus. [An consulto] Electione, & quod quis sciens, certoq; cōsilio iniuriam faciat. [Et cogitato] Præmissa cogitatione .i. si præmeditata fiat iniuria, est grauior, & propriè iniuria dicitur ex sententia Aristot. vt dictum est, & probat hoc dicens, leuiora sunt, & veniam facilè mereantur, quæ accidunt, aliquo motu repentino, non præcedentibus consultatione, & electione. [Repentino] Subito cum motu, & ira, quoniam in subitis animi motibus non habet locum deliberatio, & electio, ergo quæ tunc fiunt, leuiora sunt, & non tam iniquo animo ferenda. [Præparata] Certo consilio, & deliberatione. Ea, inquit philosophus in 5. Ethic. quę proficiscūtur ab ira, non iudicantur prouidentia fieri. non. n. incipit, qui facit iratus, sed is, qui prouocauit ad iram.

Theatrū tēporariū qd.

ADDI

Perturbatione] Commotione citra electionem. [Ad tēpus] Ad aliquod temporis spatium. vnde temporaria theatra dicta. [Consulto] .i. dedita opera, & animi sententia, electioneq;. Consulto, & cogitato aduerbia sunt, & consultationem, cogitationem, & iudicium facti significant, à quibus principijs oritur iniuria. [Leuiora] Minora, tolerabiliora.

FRAN. MAT.

SED in omni iniustitia &c.] Causa maleficij, & peccati duplex solet esse, impulsiua, & ratiocinatiua. Impulsiua est, quæ sine cogitatione per quādam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, violentia, & omnino omnia, quibus animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem perspicere consilio, & cura non potuerit, & id, quod fecit, impetu quodam animi potius, quàm cogitatione fecerit. Ratiocinatiua est diligens, & considerata faciendi aliquid, & non faciendi excogitatio. Cum aliquid certa ex causa, aut uitamus, aut sequimur. ut si amicitiæ causa aliquid faciamus. Si inimici ulciscendi, sit mens, si gloriæ, si pecuniæ, si denique alicuius retinēdi, augendi, adipiscendi ue commodi, aut contra reijciendi, diminuendi, deuitandi ue incommodi causa. Aristo. cum electione, sine electione dicit, & cum electione esse, quando antecessit deliberatio. Grauissima est, quæ per ratiocinationem iniuria fit: hæc. n. consulto agit, cum per impulsionem, quæ peccantur, aliqua accidant perturbatione, cui resisti non potuit, quā pœnitentia statim sequitur, & quemadmodum id, quod rectè sit, laudabile est, si cum uoluntarium sit, ita quòd non rectè fit non reprehensibile est, si absque uoluntate nostra sit. Vnde ait Aristot. quæ per iram finiunt non perinde habentur quasi ex prouidentia sint facta: non enim incipit, qui per iram facit, sed qui prouocauit, & non de facto disceptatur, ut factum sit, sed de iure. Vbi autem plus uoluntatis, vel ad bonum, vel malū, illi plus meriti est. [Breuius est] Vt ira, violentia. [Ad tempus] Discedente perturbatione, & statim [vt dixit] pœnitentia sequitur. [Consulto] Cum cogitatione, & deliberatione. [Fiat iniuria] Magis facit iniuriā, qui ex electione peccat, quā qui præter propositum, sed hic per accidens, ille non. præter ea hic iniustus non est, aut malus, quia non propter improbitatē peccat. Contra ille improbus, & malus, quia eligens, & uolēs, facit. hoc ideo dixit, quia leuiora esse ait, quæ per aliquam perturbationem peccant, quamquàm consulto cogitatione, & meditatione fiunt. [Motu] Perturbatione.

ASC.

SED in omni &c.] Ponit differentiam inter iniuria, ut patet in hoc ordine. Sed per multum interest .i. differentia est in omni iustitia, utrum iniuria fiat aliqua perturbatione animi, quæ est plerunque .i. vt plurimum breuis, & ad tempus sup. durans, an fiat consulto, & cogitato .i. ex deliberatione. Enim, pro quia, ea quæ accidunt aliquo repentino motu sunt leuiora .i. minus damnabilia, quàm ea quæ inferuntur meditata, & inferuntur præparata. Ac satis dictum est, de iniuria inferenda .i. quæ infertur, vel inferibilis est.

ARGVMENTVM.

Causas recenset, vnde secundum iustitiæ genus oriatur.

PRætermittendæ autem defensionis, deserendique officij plures solent esse causæ. nam aut inimicitias, aut laborē aut sumptus suscipere nolunt; aut etiam negligētia, pigritia, inertia, aut suis studijs, quibusdam ue occupationib. sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeat, desertos esse patiantur. itaque uidendum est, ne non satis sit id, quod apud Platonem est in philosophos dictum; quod in ueri inuestigatione uersetur, quodq; ea quæ plerique uehementer expetūt, de quibus inter se digladiari solent, contemnant, & pro nihilo ducant, propterea iustos esse. nam dum alterum iustitiæ genus assequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria; in alterum incidunt. discendi. n. studio impediti, quos tueri debent, deserunt. itaq; eos ne ad rēp. quidem accessuros putant, nisi coactos, æquius autē erat id uoluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iustū est, quod rectè fit, si est uoluntarium. Sunt etiam, qui, aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negocium agere dicant: ne facere cuiquam uideantur iniuriam qui, dum altero iniustitiæ genere uacant, in alterum incurrunt: deserunt. n. uitę societatem, quia nihil conferunt in eam studij, nihil operæ, nihil facultatum. Quoniam igitur, duobus generibus iniustitiæ propositis, adiunximus caussas utriusque generis, easq; res ante constituimus, quibus iustitia continetur facilè, quod cuiusq; tempori officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos ualde amabimus, iudicare / est enim difficilis cura rerum alienarum, quàmquàm Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat. sed tamē, quia magis ea percipimus, atq; sentimus, quæ nobis ipsis, aut prospera, aut aduersa eueniunt, quàm illa, quæ ceteris, quæ quasi longo interuallo interiecto uidemus; aliter de illis ac de nobis iudicamus. quocirca benè pręcipiunt, qui uetant quidquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum. æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationem significat iniuriæ.

PETR. MARS.

PRætermittendæ autem defensionis.] Absoluit Cice. primum genus iniustitiæ eorum, qui inferunt iniuriam. Nunc transit ad alteram partem diuisionis, & genus iniuriæ eorum, qui possunt, non propulsant iniuriam, & ponit causas, quibus plerique adducti defensionem præmittunt, discedentes ab officio, quæ omnes improbantur: non enim cum opus est, inimicitiæ fugiendæ sunt, labores, sumptus pro amico, & officio seruando, nec uideamur sequi fortunam, non hominem, aut officium. [Prætermittendæ] Omittendæ pluribus causis, inquit. mouentur aliqui, vt alios non defendant, & deserant officium. [Officii] Actionis cum virtute, quam alicui præstare debemus uolente natura. [Nam aut inimicitias] Ponit causas Cicer. quoniam, inquit, uolunt subire inimicitias eorum, qui inferunt iniuriam, & nolunt suscipere labores, & volunt aliquid impendere, & pecunias absumere pro defensione alterius. [Laborem] Labor est functio quædam, uel animi, vel corporis grauioris operis, uel muneris. [Pigritia] Ad corpus. [Inertia] Ad animum. [Studijs] Curis uarijs, aut literis, aut in alijs rebus, quoniam uaria sunt hominum studia. Occupationibus rerum] scilicet domesticarum, in quibus

Labor qd sit.

obeundis occupantur.[Deſertos]Derelictos,& ope deſtitutos.
[Itaq; uid.eſt] Latenter tangit Platonem Cice. qui in libris de
rep. ſcripſit,philoſophos propterea eſſe iuſtos , quia verſantur
in inueſtigatione veri,& quod honores, imperia, magiſtratus
contemnunt,eorum ſtudijs, & contemplationibus intenti di-
cit Cice.hoc non eſſe ſatis ad perfectam laudem iuſtitiæ,nã dũ
vnum genus iuſtitiæ aſſequuntur,nemini .ſ. faciendo iniuriã ,
incidunt in alterum genus iniuſtitiæ, quia deſerunt , quos ex
officio tutari debent. Oſtendit igitur Cic. hanc eſſe meliorem
vitam,& naturæ accommodatiorem,verſari.ſ.pro temporis cõ
ditione,& in negocijs,& in cõtemplationibus. ita enim melius
vita humana ſuſtentatur,& alitur.[Ne non ſit ſatis]ideſt,ne ſit
parũ ad cumulatam laudem ipſius iuſtitiæ,quam Plato philo-
ſophis tribuit.Plato lib. 7.de rep. ſic ait, habens aliquos qui ci-
uiles honores ſpernant,præter veros philoſophos.In 5.& 6. his
verbis celebrat philoſophos:Hominem ad quamlibet doctrinã
deguſtandam propenſionem,ad diſcendum promptiſſimum ,
& inexplebiliter inhabitantem,merito philoſophi nuncupabi-
mur.& poſt paulo:Quicunque ad diſciplinam , & cetera talia ,
omni deſiderio flagrant , puram ipſius animæ voluptatem ex-
petunt,corporis autem oblectamenta deſpiciunt . temperans
itaque vir talis erit,neque pecuniæ cupidus, neque in commer
cijs difficilis,aut iniuſtus.& poſt paulo . An non decenter hunc
in modum cauſam philoſophi defendemus dicentes hominẽ
ſcientiæ cupidum ita natura inſtitutum eſſe,vt ad id ,quod ve-
rè eſt,ſemper contendat,neque mores trahit in his ſingulis,cir
ca quę verſatur opinio.veritatem,inquit,amat philoſophus,&
per conſequens iuſtus eſt,& temperans, quoniam ueritatẽ du-
cem vita non ſequuntur.[In philoſophos] Pro philoſophis , &
in philoſophorum laudem , propter ea: iccirco , & propter id,
quia uerſent in ſtudijs doctrinæ,& veritatis indagatione. [Ple-
rique]Maior pars hominum. [Digladiari] Certare more gla-
diatorum.[Pro nihilo dicant]Exiſtiment nullius eſſe precij, &
momenti,philoſophi.n.bona fortunæ pro nihilo putant, & ſe
ipſis inferiora eſſe arbitrantur , nec digna ad quæ deſcendatur
à tanta ipſorum preſtantia,ſed erigunt animum ad uirtutem,
qua nihil præclarius eſt , & quæ homines deo ſimiles , quoad
fieri poteſt reddit. Vtinam mortales hoc bonum cognoſcerẽt,
nullam profecto . vel ſaltem minimam haberent cum corpori-
bus humanis , & terrenis bonis atque caducis contagionem ,
ſed voluptate corrupti pro illa iudicamus , ſummum bonum
caligine quadam obducti ignorantes, & illecebris fortunæ ca-
pti,quibus nihil eſt fallacius,nihilq; quod ab homine , qui ue-
rè homo eſt,& prudens debeat eſſe alienius, quoniã is eſt bea-
tus,cui nullum bonum,malumq; ſit, niſi bonus malusq; ani-
mus,honeſti cultor,virtute contentus,quem nõ extollunt for
tuita,nec frangunt,qui nullum maius bonum eo,quod ſibi ip
ſe dare poteſt,nouerit,cui natura uoluptas erit , uoluptatum
contemptio.[In alterum]Quoniam eos non defendunt, quos
debent ex officio,ſtudio.ſ.cognitionis,& doctrinæ. [Quos tue-
ri debent]Non eſt inhumana uirtus,inquit Cic.alibi,neq; im-
munis , neque ſuperba, quæ etiam populos uniuerſos tueri ,
eiſque optimè conſulere ſoleat,quod non faceret profecto , ſi
à caritate vulgi abhorreret . [Ad remp.] Ad munera reip. ob-
eunda, propterea,inquit Socr.apud Platonẽ, ſi.i de rep.ò Tra-
ſimache,ut modo dicebam, turpiſſimum uidetur ſpontè quẽ-
piam ad regimen accedere, ſed neceſſitatem expectare debet ,
detrimentum autem nullum maius poteſt accidere reip. quã
à peſſimo regi viro. cum ipſe bonus regere illam,& gubernare
recuſet. Vbi dicit etiam Socrates , quod parua anima malè im-
perabit,bona uerò omnia rectè facit,& quod iniuſtitia præbet
inuicem odia , pugnas , & ſeditiones , conſenſum uero,amici-
tiamque iuſtitia . Dicit Plato : Ciues ſi boni ſunt,non debent
ſponte ad remp. accedere, ne uideantur, aut precio illecti , aut
propter auaririæ crimen, aut cupiditate honoris adducti , qđ
eſt hominis ambitioſi , ex quo , inquit turpiſſimum uidetur ,
ſponte ſua quempiam ad regimen accedere, hac igitur de cau-
ſa inquit,neque pecunia,neq; honore ducti boni homines im-
perare uoluit.oportet igitur neceſſitatem illis imponi,& mul-
tam,ſi impellendi ſunt,vt velint magiſtratum accipere , maxi-
ma vero multa eſt adminiſtrationi malorum ſubijci,niſi ipſi ac
ceperint reip. gubernaculum ad quod accedunt tanquam ad
rem neceſſitatam, cum neque melioribus , neque ſimilibus ſe
committere audeãt.[Aequius autem erat] Natura ius aliquis
agit, ſi ſua ſponte agit dupliciter aliquis agit iuſtum inuitus ,
& ſponte,ſi inuitus facit iuſtum,attamen non facit ius, cũ agit
electione,& certo conſilio iuſtus eſt,& agit iuſtum. Aequius an
tẽ fuiſſet ipſos philoſophos ſponte ſua ad munera reip. obeũ-
da accedere , quæ tunc optimè adminiſtratur cum Philoſophi
eam gubernant,& regunt, aut cum ipſi Reges philoſophãtur ,
vt uult idem Plato lib. 5.de rep.Cato apud Cic.lib.3.de Finib.in
hanc ſententiam dicit:Cum autem ad tuendos,conſeruãdosq;
homines hominem natum eſſe uideamus , conſentaneum eſt
hunc naturæ, ut ſapiens velit gerere, & adminiſtrare rempub.
vnde hi, qui ingenio valent,& fugiunt reip.munera, ab officio
diſcedunt,& eam ſinunt perire, pro qua uſque ad mortem cer
tandum eſt.In præceps tendit reſp. cum iuuenum conſilijs , &
ſententia regitur.[Ita]Ea conditione,& pacto laudatur,ut iu-
ſtum ſi eſt uoluntarium,i.ſi à uoluntate proficiſcitur,& nõ ani
mo coacto. Nam ius agunt illi,qui agunt ſponte , ut uult Ari-
ſtot.in 5.Eth.his uerbis. Iuſtus quis eſt cum ius agit electione:
Ius autem agit ſi ſolum ſua ſponte agit, & is dicitur iniuriã fa-
cere,qui electione nocet.[Sunt etiam]Ponit nunc alios,qui re-
bus ſuis intenti alios deſerunt [Rei familiaris]Domeſticæ au-
gendæ,conſeruandæq; . Aut odio quodã hominum,ut de Ti-
mone Athenienſi legitur. In Lælio ait.quin etiam ſi quis aſpe-
ritate ea eſt,& immanitate naturæ congeſtus,ut ſocietates ho-
minum fugiat,atq; oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonẽ ne-
ſcio quem accepimus:tamen is pati non poſſet , ut non acqui-
rat aliquem,apud quem euomat uirtus acerbitatis ſuæ.Qui o-
dio hominum fugiunt humanam ſocietatem,non modo inhu
mani,ſed teterrimæ beluæ habentur,& ſunt.Natura.n.nihil ſo-
litarium amat,& homines natura ipſa congregati ſunt. [Dum
uacant].i. dum uitant alterum genus iniuſtitiæ,quoniam ne-
mini faciunt iniuriam.[In alt.incur.]Quoniã nihil faciunt pro
humana ſocietate tuenda.[Nihil ſtudij] Voluntatis , & hoc eſt
quantum ad animum. [Nihil operæ]Laboris,& diligẽtiæ.[Fa-
cultatum] Diuitiarum,& auxilii , cum id poſſint ſine ipſorum
detrimento præſtare, ad quid tenentur ex officio, etiam ſi ma-
xima iactura fieret,quoniam humana ſocietate nihil debet eſ-
ſe nobis antiquius.[Quoniam igitur] Facit ἀνακεφαλαίωσιν.i.
conclusionem per repetitionem,ſeu uerbum de uerbo recapi-
tulationem.& ſummã eorũ,quę de iuſtitia dicta ſunt.poſuit.n.
ipſius duo genera,cauſaſq; adiunxit, quibus homines adducti
officium deſerunt. Cum igitur,inquit, talia à nobis dicta ſint
facilè poterimus iudicare quid quoq; t.pe agẽdum ſit,niſi uo-
luerimus nobis nimium indulgere.[Vtriuſq; generis]Et illius,
quo iniuria infertur,& illius,quo non propulſatur.[Conſtitui-
mus].i ante poſuimus ea, quibus iuſtitia continetur , & quaſi
materiam circa quam uerſatur,& iuſti uiri munus.[Cuiusque
temporis] Quacunq; tẽporis conditione quid agendum ſit ex
officio iudicare poterimus [Quod officiũ ſit] Quid quoq; tẽ-
pore ſit agendũ,ut iuſtitia ſeruetur.[Offm̃]Quæ actio ſit pro-
pria cuiuſq; t.pis . [Niſi nos] Valde amabimus.i. niſi uolueri-
mus fugere labores,& nobis ipſis ſolum indulgere,& aliena nõ
curare,quod eſt contra officiũ , & probat quare nos interdum
ualde amamus,& fingimus labores pro negociis aliorum. [Et
difficilis cura rerum alienarum] .i. non libenter curamus alie-
na,& ideo decipimur interdum , ab officioq; diſcedimus timẽ-
tes laborem,& curam rerum alienarum.Sed inquit Cic. Chr. à
Terent. inductus in comœdia, humani à ſe nihil alienum pu-
tat,nam cõis humanum inter homines naturalis eſt commen
datio, ut oporteat hominem ab homine ob idipſum,quod ho
mo ſit, non alienum uideri , ut uolebant Stoici,apud Terent.
Menedemus ait ad Chremetem monentem ne ſe tantopere
maceraret,Tãtum ne ab re tua eſt ocii,aliena ut cures , ea quæ
nihil ad te pertinẽt ? Reſpõdit Chr.hõ ſum,humani nihil à me
alienũ puto.Sed inq t Cic.quãuis ita ſit,& Terẽtius ſic ſtatuat,
& iudicet ex ſnĩa Stoicorũ, tñ aliena difficilius curamus quam
noſtra.Vnde difficile eſt exercere iuſtitiã,quæ eſt ad alios.Pro-
penſiores.n ſumus ad res noſtras,& in alienis hallucinamur, &
ideo non eſt pronũ iuſtitiam , & curã adhibere in reb. alienis,
q̃ à nobis lege naturæ deſeri non põt ſine iniuſtitia, q̃ uis ĩ reb.
noſtris ſimus iuſti,& neminẽ offendamus. Omne hoc,ꝙ uides
inquit, Seneca,quo diuina,atq. humana cõcluſa ſunt unũ eſt,
mẽbra ſumꝰ corporis magni, natura nos cognatos edidit, hæc
nobis amorẽ indidit mutuũ,& ſociabiles fecit.illa æquum,iu-
ſtumq; cõpoſuit,ex illius inſtitutione miſerius eſt nocere quã
lædi,ex illius imperio paratæ ſunt iuuãtis manus.Iſti uerſus,&
in pectore,& in ore ſint. Homo ſum,nihil humani à me alienũ
puto.

Philoſo-
phorum
laudes.

Sentẽtia
philoſo-
phi.

Stoicorum
ſẽtentia.

puto,habeamus in commune,quod nati sumus.[Sed tamē]inquit Cic. quāquàm omnia humana ab hoīe aliena non sunt, nolēte natura,tamen magis ea sentimus,quæ nobis accidunt, quam quæ alijs, quæ quodam quasi interuallo à nobis distare videntur. [Percipimus men.] Sentimus sensibus exterioribus. [Interuallo] Longo spacio.[Ac].i.quam de nostris.i.de rebus, quæ nobis accidunt, aliter iudicium facimus. Aristo.in primo de re familiari tuenda dicit.Nemo aliena, vt propria similiter curat.[Quo cir.]Affert Cic.sententiam,quæ oritur ex his, quæ dicta sunt.Neminem.s.debere id agere, quod dubitet æquum sit an iniquum, quoniam ipsa dubitatio affert significationē iniuriæ,ipsa quippe æquitas lucet per se,& omnibus manifesta est, nec aliquam in se dubitationem habet [Aequitas] Ipsa iustitia.

Percipere,& sentire in quo differant.

ADDI. Prætermittendæ]Relinquendæ,ac dissimulandæ.Alterā ponit iustitiam,quæ iniuria affectis negat opem. Iustus vt sis, ait Seneca,non solum non nocebis,sed etiā nocentes prohibebis, nam nil nocere non est iustitia,sed alieni abstinentia [Officij] Actionis debitæ his qui iniuria laborant,& ui præmuntur[Sūptus]Impensas,&rei domesticæ iacturam,atq; dispendia [Negligentia]Ociositate ocio digna,& somnolētia.[Pigritia] Torpore corporis.[Inertia]Animi desidia,& ignauia.[Suis studijs] Proprijs curis.[Occupationibus]Negocijs [Impediuntur] Implicantur,inuoluuntur,occupantur [Tutari] Protegere more tutorū.[Desertos]Omni opere destitutos, & ob id alienis iniurijs obnoxios. [Ne non sit satis] Ne sit manca iustitia philosophorum,quā tribus ei Plato in lib. de rep. Quod Plato dicit in laudem philosophorum pace Cic.dixerim uerum est. & ad cumulatam iustitiæ laudem,vel maximè sufficit.Quoniam suum ocium veri philosophi ad humanam institutionem conferunt, & non minus exemplo,quam præceptis prosunt, & se ad uerā hominis imaginē effingentes in medium laborant, & publicū tractant negocium,atq; compendium. Hanc sententiam expēdens,& disceptans Seneca in lib.de tranquillitate uitæ dicit: Sed quia in hac tam insana hominum ambitione tot, calūniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est,& plus futurum semper est,quod obstet, quam quod succedat,à foro quidem,& publico recedendum est, sed habet vbi se etiam in priuato Lare exerceat magnus animus, nec ut leonū impetus caueis coercetur, sic hominum quorum maximè in se ducta actiones sunt,ita tamen delituerit, vt vbicunque ociū suum absconderit,prodesse velit singulis,& uniuersis ingenio, nocet consilio. Nec enim solum Reip. prodest, qui vtetur reos,de pace,belloq; censet, sed etiam qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia uirtute instruit animos,qui ad pecuniam,luxuriamq; cursu ruentes prę sentat,& retrahit,& in priuato publicum negocium agit.Idem in libello de beata vita sic scribit. Maiori rep. in ocio deseruire possumus, immò verò nescio,an in ocio melius, vt quæramus quid sit virtus,vna plures ve sint. Natura,an ars,honos viros faciat. Quid ergo est quare tale ocium non conueniat bono uiro,per quod futura secula ordines,nec apud paucos concionetur,sed apud omnes omnium gentium homines quicunque erunt,quod si non inuenitur illa resp.quam nobis fingimus, incipit omnibus esse ocium necessarium, quia quod vnum præferri poterat ocio,nusquam est.[In philosophos]Pro philosophorum commendatione.i. erga illos, qui rerum vestigationi dant operam, & viribus ingenij venantur in ocio veritatē, cuius ardor philosophiam accēdit.[Ea]Ciuiles honores,imperia, principatus[Digladiari] Gladijs, ac cruoris effusione certare, more gladiatorum.[Assequuntur] Attingunt, & sibi parant. [Ad remp.]Ad curam communis boni.s.ad magistratus.[Coactos]Necessitate cōpulsos.Verba Platonis hæc sunt in 1. de rep. Neque pecunia, neque honore ducti quærunt boni viri imperium.Siquidem neque apertè pecuniam, magistratus præmiū accipientes,mercenarij vocari volunt,neque clanculum fures, neque rursus honoris causa:non enim ambitiosi sunt,oportet igitur necessitatem illis imponi,& pœnam, si impellendi sunt, vt velut accipere magistratus, quamobrem uidetur turpe haberi, ut quis sponte ad imperādum accedat,neque expectet necessitatem. Maxima uerò pœna est administrationi malorum subijci,nisi ipse acceperit reip.gubernaculum, hanc utique pœnam timentes magistratus capere probi viri videntur, si quando capiunt, & tunc ad eos accedunt non tanquàm ad propriū aliquod bonum,atque uoluptatem,sed veluti ad rem necessariam, cum neque melioribus, neque similibus committere se audeant.Quippe si bonorum uirorum extaret ciuitas in ea, ut arbitror,non aliter declinandi imperij gratia certaretur,quam nunc magistratus comparandi causa contenditur, ibiq; pateret re uera legitimum principem non ad sua,sed subiectorum commoda respicere.[Aequius]Iustius,& cōmendabilius.actio siquidem eatenus iusta est,& officiosa,quatenus spontanea, & ab electione profecta.Actio recta non erit.Sen. dicit, nisi recta fuerit voluntas: ab hac.n. est actio. Rursus uoluntas non erit recta,nisi habitus animi rectus fuerit,sed violenter interpretatur Cic. Platonis sententiam:non.n.sensit, ille quasi fidiculis, cæterisq; tormentis cogi ad remp. agendam philosophos, sed uocandos,eligendos,& rogandos, vt in medium consulant, & hac ratione suscipientes oblatos magistratus voluntate dicuntur,& rem iustissimam agunt auaritiæ, atq; ambitionis notā euitantes.[Studio]Cura rerum priuatarum. [Odio hominū] Solitaria quadam dispositione, ac declinatione ciuilis cōgressus,& vicissitudinis officiorum,nec non abdicatione quadā ipsius humanitatis.Agens de tranquillitate uitæ Sen.dicit. Nam si omnem conseruationem tollimus, & generi humano renūciamus, uiuimusq; in nos tantum conuersi, sequitur hanc solicitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum. Studij]Curæ[Operæ]Laboris,& industriæ. [Facultatū] Opū, possibilitatum,fortunarum. [Quoniam igitur ἀνακεφαλεώσει .i.repetitione quadam partium, & recapitulatione hæc de iustitia simpliciter dicta,& pari ratione iniustitia præceptionem concludit [Propositis]Constitutis,atque descriptis. [Causas] Rationes ad iustitiam impellentes, ut metum, auaritiam, & reliqua,quę auctor recensuit. [Ante constituimus]Primo loco possumus,& ordinabimus de primis iustitiæ muneribus. [Cōtinetur) Comprehenditur.[Cuiusque temporis]Conditionis, & sortis rerum,quæ temporibus tractantur, & distinctionem habent non paruam,atque discrimen ratione temporis. Quidam,ait Sen.parce utuntur tempore.[Quod officium]quæ decens actio. [Nos amabimus].i. nobis tantum nos esse natos opinabimur,& desidiam,atq; proprias delitias sectabimur, ut Aristippei, & Epicurei Arist.ix.Moral.d.Increpāt homines eos, qui se maximè amant, & in dedecus amatores sui appellant, qui sibi plus tribuunt in pecunijs,honoribus,& corporis uoluptatibus: hæc.n. ipsa vulgus affectat, & ipsis, vt optimis omni studio incumbit,proq; his certant,ergo iustè uituperātur,qui sic se amant,non est aūt obscurum,vulgus eos, qui sibi ipsis talia tribuunt,sui amatores dicere cōsueuisse. hæc philosophus. Ita uiuam,inquit Sen.quasi sciēs alijs me natum. Meum negocium agere non potuit melius.nam quæ me vnū donauit omnibus,& uni mihi omnes. Idem disserens de beneficijs propriæ voluptati,ac saginę procliues Epicureos his verbis taxat.Vobis uoluptas est inepti ocij facere corpusculum, & securitatē sopitis simillimam appetere, & sub depressa umbra latitare, tenerrimisq; cogitationibus, quas tranquillitatem uocatis animi marcentis oblectare torporem,& cibis,potionibusq; intra hortorum latebras corpora ignauia pallentia saginare. Nobis voluptas est dare beneficia,vel laboriosa,dum aliorum labores leuent,vel periculosa,dum alios periculis extrahant, uel rationes nostras aggrauatura, dum aliorum necessitates,& angustias laxent.[Cura]Studium,diligentia,& procuratio,sed circa difficile uersatur & ars,& virtus, ipsaq; iustitia iccirco tantum laudatur, quoniam aliena curat negocia, tueturq; ciuilē societatem.[Terentianus]A Terent. inductus in exemplum humanitatis,communisq; uirtutis,quæ iustitia nominatur. Hāc formulam humani officij,ait Sen.in epist.breuiter tradam.Omne hoc,quod uides,quo diuina, atq; humana conclusa sunt, vnū est.Membra sumus corporis magni.Natura nos cognatos edidit,hæc nobis amorem indidit mutuum,& sociabiles fecit.i.ad æquum,iustumq; composuit, ex illius constitutione miserius est nocere quā lædi,ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. iste uersus, & in pectore,& in ore sit,Homo sum, humani nihil à me alienum puto,habeamus in cōe, quod nati sumus. Societas nostra,& lapidum formationi simillima est,quæ casura,nisi inuicem obstaret, hoc ipso cōtinetur.[Humani]Ad hominē pertinentis ea ratione, qua homo est, quicunque ille sit, & undecunque. [Percipimus]Animo comprehendimus. [Sentimus]Sensibus cognoscimus,qm̄ nos magis magisque tāgūt. [Interuallo] Spatio,intercapedine [Ac] Quam de rebus nostris,atque euentis.[Aequitas,res iusta] Et æqua. [Per sua sp. prop.

Cice.error.

Plato. sensus.

prop.ui.]Et natura cum præ se ferat euidentem utilitatem, & honestatem. [Dubitatio]Ambiguitas. De dubijs non diffinias, ait Sen.sed suspensam tene sententiam

FRAN. MAT.

Prætermittendæ] defensionibus &c. Dixit de causis inferendę iniuriæ,nũc de causis deserendę cuiuspiam defensionis quo propulsare iniuriam possumus dicere incipit. [Deserendi off.] Hoc ex eo sequitur necessario,quoq; procedit:qui.n.non defendit quem potest,is officium deserit,hoc est à recto,& debito officio discedit. Nam homo homini, quia homo est naturaliter adesse debet,illiusq; commodo consulere.[Nam à ini.]Causas nunc affert quibus adducti non nulli iniurias non propulsent. Cum autem dupliciter sit quispiam iniustus uoluntariè,& per se,& inuoluntariè,ac per accidens, & qui per se iniustus est,uolens,sciens & non ignorans,is ueniam non mereatur ullã, aut excusationem.Nam qui cũ electione peccat iniustus est, & improbus, ut ait Arist. Dubitari de eo potest,qui per accidẽs iniustus est,an excusandus semper sit,ut qui non resistit iniuriæ. Et si id facit non quia nõ vult, sed quia non potest peccato caret. Nam & Cice.autem qui autem non defendit, nec resistit si potest iniuriæ.Quod siquis est qui uelit quidem, sed metu inimicitiarum,aut laboris,aut sumptus,aut pigritia,aut suis studijs delectatus non suscipit defensionem,is omnino in culpa est.Et Arist.ait.Nam quæcunque nõ ignorantes solum,uerum & per ignorantiam relinquimus,ignoscenda sunt: quæcunque uerò non per ignorantiam, sed ignorantes quidem uerum propter perturbatioem animi,non naturalem,neque humanam,non sunt ignoscenda, si velit abesse ab iniuria quispiam cum, qui læditur,magis tamen seipsum abesse ab incõmodo uult, dũq; suæ quieti,& commoditati nimium studet,officium deserit, & ius humanæ societatis lædit,quod iubet,ut etiam cum incommodo nostro pro hominę laboremus,& neque inimicitias subire,neque sumptum facere uereamur, nec prodest quidquàm uelle nisi faciat cum possit. Non.n. dum uult quispiam iustus est, uel iniustus, sed dum facit iustè, vel iniustè, qui uerò negligentia iniuriæ omittit propulsationem, is tam est in uitio, quàm si parentes,aut amicos,aut patriam deserat,quod Cicer. aut[Inimicitias]Potentiorum.[Laborẽ]Corporis.[Sumptus] Impensam pecuniarum.[Negligentia] Quæ animi est cum nõ curas,& si intelligit quid ad se pertineat.[Pigritiam] Hæc corporis est,cum ferre labores recusat. [Inertia] Hæc est hominis inepti,qui artis peritiam non habet.[Suis stu.]Vt philosophię, astronomiæ,& aliarum rerum Quibusdam oc.]Vt rei familiaris,agriculturæ [Itaque ui.est &c.[Et quia,inquit, multos studiis suis, aut quibusdam occupationibus delectatos deserere humanam societatem, ideo non satis esse diem ad philosophorum defensionem,qui studijs suis tantum uacant,quod à Plat. de illis dicitur,quia non penitus ab iniustitia uacant Nam dũ alterum genus iustitię assequuntur,nec cui noceat,in alterum iniustitiæ genus incidunt,quod non tueantur, quos tueri uolumus.Modestè autem de Pla.loquitur,quem semper maximè facit,& omnibus philosophis antepostuit.[In philosophos]Pro philosophis,erga philosophos,ut mea in te.i. pro te uoluntas. [In ueri inuestigatione &c.]Quod est prudentiæ officium. Inuestigatio autem ueri fit causa uirtutis,sine qua nihil horũ fieri potest, quæ ad humanam societatem conseruandam pertinet. Vehementer exp.&c.] Duæ sunt iniustitiæ species inferre iniuriam,& non propulsare, ad hoc declinant philosophi. Dũ in ueri inuestigatione uersantur, alteram assequuntur, quia nemini nocent,sed ijsdem,si intueri uerum uelimus, maximè prosunt.Nam cum duplex iustitia sit,mediata, & immediata, philosophi verum inuestigantes, & de virtute,atq; officijs scribentes, quæ non præsentibus tantum, sed posteris etiam prosint,iusti quidem sunt:sed non statim,sicuti illi,qui in Politicis negocijs,hoc est in gubernanda ciuitate ferẽdis legibus tribuẽdoq; suum cuique,versantur: ij.n. immediante iugi sunt. Illi autem manifestum est,quantum ad humanam societatem attinet conseruandam,practicam utiliorem esse theorica. Nam, ꝙ sæpè diximus,bonum tanto est melius,quanto latius patet. [Digladiari]Certare gladij,ut pro diuitijs, pro magistratibus. [Pro nihilo putat]In modum cogitationi inhærent præciosissimorũ,ꝙ etiam propria commoda obliuiscũtur. Quod ait Arist. [Quos tueri debent]Vt patriam,amicos,parentes,fratres. [Nisi coa.]Vi à rege,populo,ab optimatibus, vel aliqua maxima necessitate.hoc ipse fecit Plato, qui hanc causam sibi ait nõ attingendæ reip. fuisse, quod populum Atheniensium propè iam desipientem senectute offendisset, cumq; nec persuadendo,nec cogendo regi posse videtur, cum persuaderi posse diffideret cogi fas esse non arbitraretur. Laertius quoque scribit hanc in primis causam Platoni fuisse non attingendæ reip. ꝙ plebs alijs senioribus se assuefecerat.[Nam hoc ip.] Quidquid facimus,aut uoluntarium dicitur,aut inuolnntariũ, aut electio.Et uoluntarium quidem est, cuius in agente principium est scienter regula,quæ agit. Inuoluntarium,ut quod per vim, vel ignorantiam perpetratur. Violentum est,cuius principium extra tale existit,in quo agens, uel patiens nihil confert.Veluti si uentus tulerit aliquo, aut homines præpotentes, quod per ignorantiam sit, non omnino inuoluntarium est, sed partim voluntarium,partim inuoluntarium. Et illud quidem uoluntarium,cuius postea dolorem,pœnitudinemq; suscipimus.Nã qui per ignorantiam quid facit,nec postea fecisse dolet, is non volens fecit, quod nesciuit. Nec rursus inuitus, quod non dolet fecisse,& is non per ignorantiam,ex quo nõ sponte fecerit, & uoluntarius,sed ignorans fecisse dicitur.Aliud.n.est per ignorantiam facere,aliud ignorantem esse, vt ebrius, & iratus non per ignorantiam peccant,sed ignorantes:omnis.n.uitio correptus ignorat, quæ facere,à quibusve abstinere oportet. Et tali errore iniusti,ac mali fiunt. Electio differt à uoluntario. Illud .n.pueris,& alijs animantibus commune est.Electio est cum ratione,& consultatione,& omnis quidem electio uoluntarium est,sed non conuertuntur.Non.n.uoluntarium consultatio antecedit,sicuti electionem. Ex quibus intelligitur,quod sicut nõ est peccatum,quod inuoluntariè,& per ignorantiam fit,ita nõ est rectum,& iustum quodcunque à nobis rectè,& honestè fit, nisi etiam spõte fiat.Nam si depositum quis inuitus,& per metum reddit,neque facit,neq; operatur,iusta, nisi per accidens, & contra si inuitus,& coactus non reddit, per accidens dicẽdus est iniusta facere,denique iusta facit qui volens facit, quod scr. Aris.lib.v.Eth.& propterea rectè ait Cic. contra Plat.dictum de philosophis, eos ad rem non accessuros nisi coactos. Aequius fuisset si uoluntate fieret, cum illud sit iustum,quod ratione, hoc est cum electione fit,si uoluntarium hoc est si sponte, & à uolentibus,non autem inuitis fit.[Sunt etiam] Quidã,inquit, defensionem iniurię,studio rei familiaris intenti,deserũt.[Tuẽdæ]conseruandæ ne habeantur negligentes,hac enim utuntur causa.[Odio ho.]Quorum corruptos adeò mores dicunt esse, ut sustinere illos non possint, propterea sua se negocia agere omissa rerum aliquarum cura,uel quia natura hoc habent, ut homines oderint, ut Timon ille μισάνθρωπος à græcis cognominatus,de quo Plut.meminit in uita M.Antonij.[Vacant]Vt de philosophis est dictum.[Studij] omnia complexus est, quibus opitulari cuipiam possumus.[Studij]ad consilia referas,& animi bona.[Operum]Ad corporis bona.[Facultatum]Ad extrema.[Quoniam igitur]De generali dixit iustitia,atq; iniustitia,cuius genera,& causas ostendit.Dicturus autem de specialis iustitiæ officijs,facilè dicit esse,cuius cognitis fundamentis reliqua intelligere, & quid sequi, quidve effugere debeamus percipere.[Duobus gen.]Inferendæ iniuriæ,& non propulsandæ, & inferendæ quidem sponte,vel contra, non uerò repellendæ aliqua causa deterreamus.[Cuiusque temporis officij] cuiusq; occasiouis,& opportunitatis rei secundum uirtutem gerendi. Exempli gratia,ꝙ belli tempore, quo patria inuoluitur, vacare studijs non debemus,aut in cura rei familiaris occupari,sed illi potius opitulari. Item cum nostra opera,aut parentes, aut amici uti uoluerunt,nostra studia intermittamus, illisq; adsimus.[Nisi nosmet]Valde amabimus, nisi nostræ quieti, & cõmoditati nimium studebimus,ut nullam pati difficultatem,& omnia cum nostra utilitate facere uelimus. Qui nimium seipsum amat φιλαύτος à græcis dicitur:uitium uerò φιλαυτία.[Est .n.difficile &c.Quoniam quidem pleriq; seipsos nimium amãt, difficile aliena amant.Quamuis homo homini alienus naturaliter non sit supra ostensum.[Quanquàm]difficilis, inquit, est alienarum rerum cura.Quamuis introductus à Ter.Chr.Heautontimorumeno, hoc est in fabula, quæ inscribit seipsum crucians,si quis nomen eius in latinum transferat,& Chremes Menedemum senem, qui filium abire in militiam aspere se in illũ gerens,coegerat,& pęnitẽtia ductus seipsum in agello aliquid quotidie operis agens excruciabat, sæpe conspicatus miseratione motus hortari cœpit, ne sic se cruciaret. Cui Menedemus,Chreme,inquit,tantum ne ab re tua ocij est tibi,aliena vt cures ea,quæ nihil ad te attinent? Cui Chremes respondit,Homo

In quo differat electio à volunta-tio.

Contra Pl. dictũ de philosophis.

eno sum, nihil humani à me alienum puto. [Nihil humani] Quod ad hominem pertinet.[Sed tamen quia magis &c.] Quãuis Chremes nihil humani alienum à se putet, tamen aliter de rebus nostris, quàm de alienis iudicamus. Quia quæ nobis eueniunt bona, vel mala subito sentimus, aliena uerò longa mora percipimus. Recteq; ille ait, Proximus sum egomet mihi. Et uerum illum verbum, est vulgo, quod dicit solet: Omnes sibi malle melius, quàm alteri. [Percipimus] Cogitatione.[Sentimus] Aliquo sensu, vt oculis.[Prospera] Quãtum ad beneficia. [Aduersa] Quantum ad iniuriam. [Longo interuallo] Longo spacio, quæ nobis eueniunt immediatè sentimus. Quę uerò alijs mediatè: prius.n.illi ipsi sentiunt, quibus eueniunt. quod si tam citò sentiremus aliena quã nostra, promptiores essemus, vel ad benefaciendum, vel ad repellendam iniuriam. [Quocirca &c.] Cum, inquit aliter, de nobis, aliter ad alijs iudicemus, quoties eiusmodi res accidit, de qua dubitemus iusta ne sit an iniusta, facere eam minimè debemus.

ASC. Prætermittendæ] Prosequitur secundum genus iniustitiæ. videlicet Prætermittendæ defensionis, ostẽdẽs vnde oriatur. Est autem ordo. Plures.i.valde multæ causæ solent esse, defensionis prætermittendæ.i.cur defensio prætermittatur, & officij deserendi.i.cur officium deseratur. Nam ipsi qui prætermittunt defensionem oppressorum, aut deserunt officium, aut uolunt suspicere inimicitias iniuriarum.s. aut laborem Aut sumptus.i. expensas, aut impediuntur negligentia, pigritia, inertia.i.ignauia quasi sine arte, aut suis.i. in proprijs studijs .i. exercitijs. ve pro vel quibusdam.i certis occupationibus, sicut patiantur eos esse desertos, quos debeant tutari. Itaq; vi.est.i.oportet videre, & prospicere, ne id quod dictum est apud Plat. in .j. circa philosophos, sit non satis.i.insufficiens.s.eos esse iustos, quod.i. quia uersentur in uestigatione veri.i.ueritatis, que, pro &, quod ipsi contemnant.s.aspernantur, & ducant.i.reputent. Pro nihilo, ea quæ pleriq; expetent, & de quibus pleriq; soleant digladiari.i. gladijs contendere inter se, hoc est diuitias, & potentiam. Nam dum philosophi assequuntur alterum genus iustitiæ, ne.s.noceant cui.i.alicui, inferenda iniuria, hoc est inferẽdo iniuriam, ipsi incidunt in alterum sup. vitium .s. prætermittendæ defensionis. Enim, pro quia, ipsi impediti studio discendi deserunt sup.eos, quos debent tueri.i.defendere. Itaque Plat. sup. pro & non, non putat eos accessuros, quidem.i. certè ad rep. nisi coactos. Autem pro sed, æquius.i.iustius, & decentius erat id.s acce dere ad remp. fieri uoluntate.i.voluntariè.& sponte quam coactè. Nam hoc ipsum, quod fit rectè, iustum est, si est uolũtariũ. Sunt etiam sup.aliqui, qui dicant se agere suum negocium nõ immiscendo.s.de rebus alterius, aut studio rei familiaris .i. domesticæ tuendæ.i. protegendæ, atq; augmentandæ. Aut odio quodam hominum, quia societatem humanam fastidiunt, aut fugiunt ne videantur facere cuiquã iniuriam, qui dum vacãt.i. vacui sunt, & puri altero genere iniustitiæ, quod est iniuriã inferre, incurrunt in alterum sup iniustitiæ genus, quod est non defendere quos debeant. Enim pro quia, deserunt societatem uitæ, quia nihil studij conferunt in eam, & nil operum.i.operationis, & laboris, & nihil facultatum i.opũ ac diuitiarum. [Quĩ igitur] Concludit quemlibet ex iam dictis posse iudicare, quod cuiusque temporis officium sit .i.quod iustè, quidve iniustè fiat. Mones nihil agendum esse de quo dubites, iustum ne, an iniustum sit, ꝙ ea dubitatio cognitionẽ significat iniuriæ. Ordo est igitur, quoniam propositis duobus generibus iniustitiæ.i.postquam proposuimus duo genera iniustitiæ, nos adiũximus causas utriusq; generis, & nos constituimus ante.i.prius eas res quibus iustitia continetur. Nos poterimus facilè iudicare, quod sit officium, cuiusq; temporis. Nisi amab. valde nosmetipsos, sic.s.quod propter utilitatem, aut uoluptatem nostram dissimulemus, quod iustum est. Possumus autem dissimulare. Enim, pro quia, cura .i. solicitudo rerum alienarum, quas iustus tenetur defendere est difficilis, quamquàm ille notissimus Chremes Terent.i.qui in iij.Com.Ter.loquitur Putat nihil hu.i.ad hominem pertinentis esse alienum à se, sed tamen quia nos percipimus, atque sentimus magis ea, quæ eueniunt nobis ipsis, aut prospera, aut aduersa, quam illa quæ cæteris euenientia, nos uidemus quasi longo interuallo .i. spatio, interiecto .i. inter nos, & illa posito, ideò supple nos iudicamus aliter de illis ac.i quam de nobis. Quocirca.i.quapropter, quia .s.non rectè prospicimus res alienas, & amore nostri capti faciliter in eas peccare possumus, illi qui uetãt.i. prohibent agere quidquam quod dubites .i. quis dubitet an supp. sit æquũ, an iniquum prępiunt benè rectè. Enim, pro quia, ipsa æquitas lucet per se autem pro sed, dubitatio .s. de equitate significat .i. denotat cognitionem.i. præsumptionem iniuriæ.

ARGVMENTVM.

Docet officia pro circunstantijs uariari, & quod officiosum erat id contra officium fieri duobus maximè modis. si aut ab utilitate recedatur aut minus utile præferatur vtiliori, quin interdum præter officium esse, nimium inhærere iuris apicibus.

SEd incidunt sæpè tempora cum ea, quæ maximè uideantur digna esse iusto homine, eoq;, quem uirum bonum dicimus, cõmutantur fiuntq; contraria, vt nõ reddere depositum, etiam ne furioso promissum, facere, quæq; pertinent ad ueritatem, & ad finem, ea negare interdum, & non seruare, sit iustum. referri ènim decet ad ea, quæ posui in principio fundamenta iustitiæ. primum, ut ne cui noceatur; deinde, ut communi vtilitati seruiatur. ea cum tempore commutantur, con mutatur officium, ut non semper sit idem. Potest etiam accidere promissum aliquod, & conuentum, ut id effici sit inutile, uel ei, cui promissum sit; uel ei, qui promiserit. nam si, ut in fabulis est, Neptunus, quod Theseo promiserat nõ fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. quo impetrato, in maximos luctus incidit. nec promissa igitur seruanda sunt ea, quæ sunt iis, quibus promiseris inutilia: nec si plus tibi noceant, quã illi prosint, cui quidem promiseris, contra officium est, maius damnum anteponi minori: ut, si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum, atq; interim grauiter ægrotare filius cęperit, non sit contra officium, non facere, quod dixeris; magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam, illis promissis non standum esse, quis non uidet, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

PETR. MARS. SEd incidunt sæpe tempora] Positis omnibus, quæ fieri debent ab homine iusto sine aliqua cunctatione, & à quibus fugiendum sit, nunc ea ponit, quæ agenda sunt secundum temporis conditionem. Nam sæpe incidunt tempora, in quibus facere ea, quæ uidentur esse contra iustitiam, officium est, sed in his rebus diiudicandis, prudentia opus est, ut tempori seruiatur, & officio, atq; omnibns circunstantijs, de quibus in principio dictum est, & sic appellantur hæc officia à circunstantijs, quæ sunt septem, & in omni re requiruntur. Nam multa ratione temporis, loci, personæ, modi, rei, causæ, & materiæ, sunt contra officium, si fiant, quæ prius officia erãt, ut apertius per exempla patebit. [Tẽpora] Temporis conditiones. [Commutantur] aliter se habent, & ita fiunt contra officium propter aliquam circunstantiam. Fab. lib.v. loquens de tempore sic ait, Latinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale tempus, hoc speciale tempora vocarent: habet.n constituta discrimina, vt in bello, & pestilentia. [Vt non reddere depositum] ponit exemplum, quo ostendit, quare ratione temporis officia mutantur. Simpliciter, & absolutè reddere depositum, naturale iustum est, sed ob aliquam forte causam reddere, officiũ est, vt ensem furioso. In omnibus igitur oportet considerare principia agendi, & circunstantias, & sic ab officio non discedetur. [Depositum reddere] inquit Sen per se res expetenda est, non tamen semper reddam, nec quolibet loco, nec tempore. Intuebor

bor utilitatē eius, cui sum redditurus, & nociturū illi depositum negabo, idem in beneficio faciam. [Depositum] pecuniam depositam apud amicum.[Furioso] Illi qui incipit furere. Furor autem est cæcitas mentis ad omnia. [Facere promissum] facere id quod promiseris,& seruare fidem alicui datam de aliqua re, si ille interim incipiet furere. Plat. in j. de rep. sic ait,Vnusquisq; diceret, si quis ab amico sanæ mentis arma acceperit, idemq; insanus repetat, non oportere ea reddi, neq; iustum esse, eum qui reddat, uel rursus homini sic affecto uera omnia dicat. Non ergo hæc est uera iustitiæ diffinitio, vera dicere, ac deposita reddere. Nam hæc facere aliquando iustū, aliquādo uero iniustum est.[Referri enim decet] affert rationem, quare iustum est ea negare, quæ ad fidem pertinent, & ueritatem, quoniam, inquit, omnia referri debent ad ea,quæ de iustitia dicta sunt, ut nec vi noceatur. si autē reddere depositum furioso, aut ensem nocet illi cui redditur,iustum est nō reddere, & est officium à circunstantia: consulere.n. alterius utilitati debemus, & habere rationem temporis, personæ, & aliarum circunstantiarum. [Referri] Quod referantur ad ea, quæ dicta sunt, & ita agantur, ut ne cui noceatur. omnia .n. quæ aguntur ad illud iustitiæ fundamentum referenda sunt. [In principio].s. disputationis de iustitia. [Vt cōmuni utilitati seruiatur[Vt omnia fiant cōmunis utilitatis causa.[Ea].s. fundamenta iustitiæ. [Commutantur tēpore].i. aliqua temporis conditione,& circūstātia, quæ efficit,ut id, quod prius officiū erat;fit contra officium [Officium] honesta illa actio, quæ est secūdum uirtutem, mutatur dico,ut non semper sit idem, & ut non semper idem agere debeamus propter circunstantias, & probe hoc dicens, potest enim accidere. [Conuentum] Pro pacto nudo hic accipitur, sed alibi potest referri ad utrunq;. Nam conuentionis uerbum auct. Vlp. est generale ad omnia pertinens,de quibus negocij contrahendi,transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt,& affert exemplum Neptuni, & Thesei, cui Neptunus promisit se tria concessurū, quæcūq; optasset. Primum, optatum fuit,ut labyrinthi resolutis ambabus Minotaurum superaret. Secundum,ut descensus daretur ad inferos. Tertium,ut Hyppolitus filius ex Amazone accusatus à nouerca Phædra, quod se de stupro interpellasset,discerperetur, in quem curru per litus uectum Neptunus belluas marinas immisit,quibus equi territi Hippolytum distraxerūt, & sic Theseus pater incidit in luctū. Si igitur Neptunus promissum non fecisset, ab officio minimè discessisset, imò saluti utriusq; consuluisset, fuisset officium à circunstantia. [Optatis] Quæ optauerat,& elegerat.]Hoc erat tertium] Postremū, & ultimum. [Luctus] propter interitum filij, quoniam luctus est ægritudo ex eius,qui charus fuerit, interitu acerbo. Plat.in iij. de Leg. monet, non esse precandum,conandumq;, vt uoluntatem nostram cuncta sequantur, sed ut prudentiam nostram uoluntas. Itaq; tam ciuitati quam singulis precandum, studendumq;, vt mentem habeant, pater aliquādo siue senex; siue admodum iuuenis, cum nec honestorum, nec iustorum quidquam cognoscat, sic effectus, ut Theseus ad infelicē Hippolytum id impensis imprecatur. [Nec promissa igitur] concludit hanc partem,datq; generale præceptū [Nec si plus]hęc est alia circunstantia,qua præcipitur fidem aliquando non seruandā [Contra officium est] Aliud præceptum seruandū, cū quis aliquid promiserit, quod plus noceat promittenti, quam illi, cui promissum est. Vnde dicit Sen. deserentem uis maior excusat.[Anteponi] Quod anteponatur [Vt si constitueris] promiseris, & conuentionem feceris. [Aduocatū] Aduocatus generale nomen est,& non tamen significat eum, qui alterius causam agit, sed quicunq; adest alteri in causa, officij gratia aduocatus appellatur,etiam si nihil dicat, aut agat,qui tamen paratus sit defendere, patronus propriè est, qui agit causam accusati. [Aduocatum] fautorem, & defensorem. [In rem p̄sentem] .i. terminos agrorum inspiciendos, sic intelligitur in oratione pro A. Cecinna Volaterrano ait, Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem ueniretur. Liu. lib.xxxiij. dicet. Rńderi legatis utriusq; partis placuit missuros se in Afri. qui inter populum Carthaginiensem, & regem Massinissam in re præsenti disceptarent. Et lib. xlviij eodem anno inter populum Carthaginiensem,& Regem Massinissam in re p̄senti disceptatores Romani de agro fuerūt. Et Valer.li. vj cum Labeo in rē p̄sentē uenisset.In rē p̄tātē,inq̄t Sen. venturus fuit, sed iter,æger filius,& puerpera uxor tenet, omnia esse debent, quæ fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneam. Et alibi, in rem præsentem uenias oportet, primum, quia homines plus oculis, quam auribus credunt. [Interim] antequam eas in rem præsentem, & locū de quo est controuersia. [Iam illis promissis.] Nunc ponit ea promissa, quæ nullo modo seruanda sunt. promissum est per stipulationem, quæ perficitur per præcedentem interrogationem. & subsecutam respōsionem. [Non esse standū].i.illa p̄missa non esse seruanda. ille stat promissis, qui promissa facit. [Metu] Timore aliquo. [Iure prætorio] Boni prætoris semper fuit homines pluribus modis circūuentos restituere, siue metu,siue alterius calliditate inciderint in deceptionem. Ius prætorium dicitur, quod prætores quasi ministri iuris ciuilis (erant enim iudices, uel adiuuandi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia) introduxerunt propter utilitatem publicam,quod. & honorarium appellatur ab honore .i. magistratu. Ait prætor, inquit Vlp. lib.iiij. digestorum, quod metus causa gestū erit,ratum non habebo. olim ita dicebatur, quod ui metusue causa. Vis .n. fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariæ uoluntati. Metus est instantis periculi, uel futuri causa mentis trepidatio,sed detracta est uis mētio,quia quodcunq; vi atroci fit, id metu quoque fieri uidetur. Paulus ait, Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest. Vlp.ait,Siquis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed uim accipimus atrocem, & eam quæ aduersus bonos mores fiat,non eam, quam magistratus rectè intulit.iure.s.licito, & iure honoris, quem sustinet. Pomponius scribit hoc edictū locum habere, si forte mortis aut uerberum terrore pecuniā alicui extorserit aliquis. Caius ait: Metum non uani hominis, sed qui in homine constantissimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus. Verba alterius edicti, Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & si iusta causa esse uidebitur iudiciū dabo, inquit p̄tor. Hoc edicto dicit Vlp. prętor aduersus varios, & dolosos, qui alijs obfuerūt, calliditate quadam subuenit;ne vel illis malitia sua lucrosa sit, uel istis simplicitas damnosa prætores rescindebant,quæ erant gesta metu, quæ autem dolo promissa,& acta tam à prætore, quàm à legibus soluebantur.[Pleraq;]Maior pars[Liberātur] Rescinduntur,restituuntur. Prætorum edicta,inquit Iustin.nō modicam iuris obtinent auctoritatem,hoc ius honorarium solemus appellare, qui honores gerunt.i. magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. erat prætor Vrbanus, eo quod in vrbe ius diceret,& Peregrinus eo, quod plerunque inter peregrinos ius diceret.

Sed incidunt sæpe tempora]Interueniunt uariæ temporum qualitates,conditiones & naturæ. Tēporibus igitur officia mutari ostendit, necesse leuitatis,& stoliditatis,sed constantiæ, cuiusq; iudicij mutare temporibus consilium,easq; actiones ponit Cic.quæ simpliciter,& absolutè.i.secundum propriam vim, atque naturam æstimatæ officiosæ non sunt, sed fiunt à conditionibus ipsa ambientibus, & circunstantibus. quapropter officia dicuntur à circunstantijs, quæ ad imitationem Plat. in j. de rep.& Possidonij,constituit.nam scribens ad Att. de lib. Possidonij dicit. Velim cohortare Athenodorum, ut Posidonij librum quamprimum mittat:in eo.n. est de officio secundū circunstantiam.[Bonum]Fidum,integrum. [Depositum] Fidei commissum,& commendatum apud tempus. [Furioso] Insanienti,mente capto.[Veritatem]Constantem affirmationem. [Fidem]Stabilitatem, promissionis,& conuentionis.[Negare] Quod refertur ad ueritatem.[Non seruare]Ad constantiam fidei. [Sit iustum] Honestum,utile,decorum,ratione circunstātiarum.Sen.sic præscribit, Quidquid mutatur libertatem facit, de integro consulendi, & mea fides liberat, non est turpe cum re mutare consilium [Referri] Reuocari, tanquàm ad finem reduci, atque dirigi ad vtilitatem alterius,& nostram.[Fundamenta] Principia,& capita.[Communi]Generali, & ad utrunque pertinentia .i. ad repetentem depositum, atque negantē. [Ea] Fundamenta.[Mutatur].i.si nocetur alicui,aut communi utilitati non consulitur. [Tempore]Conditione,qualitate, sorte,ac natura temporis.[Officium]Actio,quæ fit tempore indecens,quæ prius erat decens.

Sed incidunt sæpe tempora.[Si lucet æquitas ipsa per se,dubitatio uerò cogitationem significat iniuriæ, ergo seruanda semper sunt,quæ iusta uidentur. Non ita, inquit Cice.quoniā sæpe incidunt tempora quibus quæ per se iusta sunt ad alium relata

Furor quid sit.

Conuentio ad q̄ pertineat.

Aduocatus à patrono in quo differat.

ADDI.

FRAN. MAT.

relata efficiuntur in iusta, & statim exempla subiungit. Tempora autem, hic temporum casus accipimus, & rationes, qualitates quoq; seu occasiones quas græci vocant καίρους. [Eoq;] Quem uerè bonum dicimus, bonus, & iustus conuertuntur, vt supra diximus, & bonus dicitur, qui iustus hr. [Contraria] Nā per se, & naturaliter iusta, causa fiunt iniusta. [Vt non reddere depositum] Aequū est reddere depositū simpliciter, & per se, si uero, qui apud te pecunias deposuerat, fortè hostis patriæ factus, depositum repetat, non reddere æquum est. Tempus enim accidit, quo receptis pecunijs, patriæ nocere possit, cōparato illis exercitu. Rectè Cic. depositi elegit exemplum, in cuius fraude maximum est peccatum, ut si in maioribus rebus permutare officia contingit, nullum sit dubium etiam in minoribus permutari. [Furioso] Furiosus est qui insanus est, & animi morbo uexatur. Ensem apud te amicus reliquit dum cōpos mentis esset, ad certā diem redditurum te illi ꝓmisisti, furore corripitur, ensem reperit, quo fratrem, aut parentem uult occidere, aut etiā seipsum, non reddis, rectè facias. mutatum .n. est tempus, imò peccares si redderes. [Ad veritatem] in rebus, sicuti in deposito. [Fidem] In verbis, sicuti in promisso. [Ne cui noceatur] Vt noceretur si furioso gladius redderetur, & communi utilitati nō seruiretur, si ei qui patriæ hostis factus est, pecunia redderetur. [Negare] uel mitigare trāsire à iusto ad id, quod iniustū est. [Potest .n. accedere &c.] Quoties promittimus quippiā, aut preuidere, & ꝓscire futurū ex ꝓmisso dānū licet, aut nō, si licet, postquā promissum quippiā est, aut secūdū honestatē irrita sit promssio, aut cōtra, si irrita sit, nō implere iustū est, si irrita non sit, implere necesse est. Rursus si prescire potuimus secūdū religionē, quæ iuris naturalis pars est, seruare nō cōpellimur, secundū uero ius ciuile cōpellimur. id enim conuentionem nunquā, aut perraro dissolui patitur, & ut lites tollātur, & ut in gerendo negocio cautior quisq; sit secundum æquū, & bonum, si neq; præsciri, neq; præuideri futurum dānum potuit, & promissis non stari iniustè non sit, & iccirco nō esse implendum promissum Cic. inquit, quoties, aut ei, cui promissum est, aut ei, qui promisit nociturum cognoscitur. [Conuentum] Pacto, latius conuentionem patere dicimus, & generalem esse. [Nam si, ut in fabulis] Exēplum est ꝓmissi, cuius euentus præsciri nō potuit, ut seruādum propterea non fuerat, nocuit enim .i. illi, cui promissum fuerat. Quod si seruatum non fuisset, minimè nocuisset. Fabula nota est, q̄ Senec. in Hippol. sci. Quomodo Phædra Thesei uxor marito ab inferis redeūti falsò Hyppolitum accusauit, quòd uim sibi uoluisset inferre. cum sceleratæ illius uolūtati castissimus adolescens morem gerere recusasset, quare iratus Theseus cū tria sibi Neptunus quæcunq; peteret per Stygiā iurās plaudem impleturum se promisisset, & duo iam persoluta essent: Tertium postulauit, ut Hippolytum perderet. Ille dum curru adolescēs iuxta mare ueheretur, Phocas, marina monstra equis obiecit, quibus territi distrahi cœperunt, & Hippolitum lacerauerūt. [Ex tribus enim optatis] Quæ duo priora fuerint nō satis cōstat. Quidam dicunt primum fuisse optatum uictoriā de Minotauro, secundum uictoriam de Amazonibus, alij dicunt aliter, & unum ex optatis uolunt fuisse, ut latrones opprimeret, qui itinera Athenas ducentia obsidebant. alij reditum ab inferis malunt. Fuit Aegei filius, Neptuni nepos Theseus, cuius uitā Plut. scripsit. [In maximos luctus incidit.] Cū cognouit, falso accusatū filium, id fassa est Phædra, quæ dolore cōpulsa laqueo se suspendit. [Nec promissa] Concludit, & non seruanda dicit promissa, quæ his inutilia sint, quibus promissa sint. [Nec si plus tibi &c.] Aliud tempus quo seruari promissa non debēt, si inquit plus tibi nociturū est si promissa impleas, quā illi profuturum, cui promisisti, seruare non debes, quoniā maior utilitas minori anteponenda est. [Vt, si constitueris te cuipiam aduocatum. [Exemplum est, quod per se satis patet. [Aduocatum] Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiā suā commodat amico, aut procurator si præsentis causam nouit, & si tuetur ut suam. Auctor Asconius Pædianus. [In rem præsentem] præsentem ait aduocatum, qui non ius suggerat, sed præsentiam suam commodet, & melius sic distinguit, quam si præsentē ad rem referas grauiter, si leniter, ægrotaret contra officium esset.

Tres gratiæ datæ sūt Theseo à Neptuno.

ASC. Sed incidunt sæpe tempora &c.] Docet officiū mutari posse mutata conditione temporis, aut nostra, aut eorum quibus impendendum est. Nihil .n. vtile faciendum, quod plus noceat facienti quam prosit ei cui fiat. Ordo igitur talis est: Sed tempora sæpe incidunt .s. præter opinionem eueniunt, cum .i. quādo ea quæ uidētur maximè digna esse homine iusto, eo .s. quē dicimus uirum bonum, commutatur, & fiunt contraria, ita sup. vt iustum sit interdūm non reddere depositum, ne pro, & non facere furioso promissum; quæ pro &, negare, & non seruare interdum ea, quæ pertinent ad ueritatem, & fidem. Enim pro quia, decet .i. decus est referri .i. ut Galli dicunt reportari ad ea fundamenta iustitiæ, quæ ego proposui in principio. Primum, ut ne cui .i. ut non alicui noceatur. Deinde ut seruiatur .i. vt seruitium fiat communi utilitati. Cōmuni, qꝛ ea sup. fundamenta commutantur tēpore .i. per aliquem euētum tempore officium commutatur ita sup. vt non semper sit idem. Potest .n. accidere .i. sic euenire aliquid promissum. Cōuentum .i. pactum inter homines, ut id effici .i. quod illud efficiatur, sit inutile, uel ei cui promissum sit, uel ei qui promiserit. Nam si, ut est in fabulis. Neptunus deus maris non fecisset Theseo, quod promiserat, ipse Theseus non esset orbatus Hippolyto filio suo. Enim pro quia, ut .i. quēadmodum scribitur supra in fabulis hoc, quod Theseus iratus optauit de interitu Hippolyti erat tertium ex tribus optatis, quæ illi Neptunus facere promiserat, quo .s. optato, impetrato .i. obtento ipse incidit in maximos luctus, igitur nec promissa sunt seruanda his quibus promiseris, si sint inutilia, nec si noceant plus tibi quam prosint illi cui promiseris. Cuius ratio est, quia cōtra officium est, maius dānum anteponi .i. præferri minori, suo damno, ut si cōstitueris te esse uenturum in rem .i. in litem ꝑntem alicui aduocatum, atque filius tuus sup. cœperit interim grauiter ægrotare, non facere quod dixeris .i. non prestare patrocinium non fit cōtra officium, quod pro, &, ille cui ꝓmissum sit discedat magis ab officio. Si quæratur .i. conqueratur, & plangat se destitutum supp. esse à te. Quis non uidet iam non standum esse .i. quod non debeat stari, & similiter inhæreri illis promissis, quę quis promiserit existens coactus, metu aut deceptus dolo? q.d. nemo. Quæ quidem promissa liberatur, pleraq; .i. valde multa, iure prætorio .i. ꝙ prætor æquitate motus constituit in casibus emergentibus, & nonnulla, legibus sup. scriptis.

ARGVMENTVM.

In iudicialibus officiis æquitas spectanda, non uerbis inhærendum.

EXistunt etiam iniuriæ sępe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. ex quo illud Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritū sermone prouerbium, quo in genere etiā in rep. multa peccantur, vt ille, qui cum xxx. dierum essent cum hoste pactæ induciæ noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. nec noster quidem probandus est, si uerum est, Q. Fab. Labeonem, seu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis, Neapolitanis de finibus agri à Senatu datum, cum ad locum venisset, cum vtrisq; separatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque vt aggredi, quam progredi mallent: id cum utrique fecisset, aliquantum agri in medio relictum est. itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit, in medio relictum, quod erat P.R. adiudicauit. decipere hoc quidem, non iudicare est. quo circa in omni re fugienda est talis solertia. Sunt autem quædā officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. est enim ulciscendi, & puniendi modus: atque haud scio, an satis sit eum, qui lacessierit; iniuriæ suæ pœnitere, ut ipse ne quid tale post hac committat, & cęteri sint ad iniuriam tardiores.

Existunt]

PETR. MARS.

EXistunt] Emergunt, apparent. [Calumnia] Dicitur falsa accusatio, hic accipitur pro quadam iuris subtilitate fraudulenta, & inqua interpretatione, cum.s. exponitur ius in eam partem ad quam non potest rectè accommodari. [Nimis callida] Astuta. callidi dicuntur illi, quorum ut manus opere, sic animus usu cōcalluit. Multi nimis rigidè interpretantur iura, & magna interdum malitia utuntur, quæ est contraria prudētiæ, iustitiæ, & æquitati. [Malitiosa, subdola, & fradulenta, q̃ ad malum, & iniuriam, non ad æquitatem tendit. [Ex quo] propter hoc, quia aliqui nimis callidè, & malitiosè interpretātur iura, sequētes tamē uerba legis, & non considerantes æquitatem legis emēdatricem, & etiam mentem ipsius legislatoris. [Summū ius] cum omnia secundū litē interpretari uolumus, cum magna rigiditate: ut æquitas locū non habeat. Vnde, inquit Arist. in Ethicis, cum lex sit uniuersalis. opus est interdū adhibere bonum uirum, & æquum, qui legem emendet, inde fiūt decreta. Lex uetat neminē peregrinū debere mœnia ascendere tempore belli, hostis muros ascendit clam, peregrinus quidam uir uidens muros ascendit, hostem deiecit, urbē liberat, accersitus capitis, lex iubet, ut securi feriatur. Vir bonus, & æquus legem corrigit, & facit decretum, ut ille tunc nō moriatur, qui peperit salutem ciuitati. Si igitur non summū ius uim suā habuisset, summa iniuria peregrinus fuisset affectus, & sic de similibus. [Iam triginta] Vsitatum. Teren. ait, Summum ius, summa malitia. Col. dicit lib. 1. Nec sanè uindicandum est nobis quidquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. [Quo in genere] Malitiosa scilicet, iuris interpretatione, & calliditate. [In remp.] In his, quæ pertinent ad remp. nō solū in priuatis. & ponit exemplū. [Induciæ] Inducias appellamus pacem ad tempus factā. Lycaon inducias inuenit, Str. ait lib. 9. memoriæ prodidit Ephorus Thraces factis erga Bœotios inducijs, noctu incursationes egisse, cū securius, & negligentius expeditionem agerent: perinde ac pace iā facta. eos uero Bœotij cum propulsarent, quererenturq;, quòd inducias uiolassent, illi non uiolasse responderunt: dies enim pepigisse, noctu autem incursasse dicentes. Vnde uulgatum est prouer. Thracium cōmētum. Ab Ephoro igitur potuit Cic. hanc historiam accipere. Induciæ, auct. Aurelio Opilio, dicuntur cum hostes inter se utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impune, & sine pugna ineunt, ideo, inquit, ab eo factum esse nomē uidetur quasi initus, atq; introitus [Ille] Thrax miles pugnās cū Bœotijs. [Populabatur] Deuastabat incursando. [Agros] Bœotiorum.s. [Nec noster quidē] i. Rom. & Italus, Q. Fabius Labeo, de quo Val. Max. loquens de uafre factis ait, Q. Fabius Labeo arbiter à Senatu finium constituēdorum inter Nolanos, & Neapolitanos datus, cum in rē præsentē uenisset, utrosq; separatim monuit. [Nihil habeo prӕter auditum] idest, de hoc nihil legi. & nihil scio, nisi quod audiui fuisse Labeonem, Labeones dicuntur à Labiorum magnitudine. [Arbitrum] Qui deberet diiudicare de finibus agrorū. [Ad locum] Ad fines agrorum, & in rem præsentem. [Vtrisq;] Nolanis, & Neapolitanis. [Ne cupidè] Auidè, atq; auarè. [Nec appetant] Quod ad ipsorū fines non pertineret. [Regredi] Intra suos fines redire, quā progredi in alienos. [Id] Regredi intra suos fines. [Terminauit] Terminos constitit. [Ipsi] Neapolitani, & Nolani, qui regredientes potius, quā progredietes, ne quid cupidè uiderētur agere, dixerunt ita debere fines cōstitui, expectantes arbitrium, & ęquitatē de agro, qui in medio relictus erat, quē Labeo malitiosus neutris adiudicauit, sed P. R. Ceterū, inquit, Val. sic circunuenti Nolani, & Neapolitani quæri nihil potuerunt secundū ipsorum demonstrationē dicta sñia, improbo tamē præstigiorū genere nouū ciuitati nostræ uectigal accessit. [Decipere] nā fraus, & deceptio fuit illa, non iudicium. Vnde Labeo plecti morabatur, qm̃ utrosq; separatim callidè monuerat, ne quid cupidè agerēt, & ut potius regrederentur, q̃ progrederētur, quæ uerba ad id spectabant, ut illi plus agri in medio relinquerent quem ipse nouo uaframento Romanis adiudicaret. [Talis solertia] Tale acumen, iudicium, & malitia. [Sunt autem quædam officia] præcipit nunc quid agendum sit aduersus illos, qui nobis iniuriam intulerunt, & uult quod homines puniant pro ratione delicti, aliter fiet iniuria, si maius suplicium irrogatur, q̃ lex iubet. [Vlciscendi] Quantū ad priuatum hominē. [Puniendi] Ad publicas leges. [Modus] Mensura quædam, & ratio. non debemus excedere modum in puniendo. Vnde si quis meretur cædi pugno, non debet confodi ense, & aliud est, uiolare hominē priuatum, & aliud publicum, & pro modo peccati debet esse mensura pœnę [Atque haud scio] potuisset aliquis dicere, satis est cū pœnitere, qui intulit iniuriam, ut clemētia locū habeat, quæ maximè principem debet, & qua Cæsar apprimè claruit, inquit Cic. nescio an sit satis, sed melius est, ut auctores iniuriarum puniantur, quo ceteri ad delinquendum fiant tardiores, & ad iniuriā inferendam, & sontes puniendi sunt, ut iustitia locum habeat, ceteri metu pœnę ab iniuria deterreantur, quantum ad iniuriam sufficit auctorem iniuriæ pœnitere, sed quantum ad exēplum aliorū, non uidetur esse satis, tamē non audet Cic. prohibere clementiam, Plat. lib 6. de Leg. agens de pœnis, & supplicijs dicit, Puniti ceteris prosunt, q̃ppe horum exemplo alij à sceleribus deterrentur, & improbis uiris ciuitas ipsa mundatur. hæc Plat. Eadem ser. Sen. disserens de clementia ad Ner. Cato dicebat omnibus, qui ab officio discessissent, se dūtaxat excepto facilè ignoscendum esse dicebat etiam, se gratia quam ex bene factis expectaret priuari malle, quam pœnam nō dare quę ex malefactis sibi d eberetur.

Labeones qui dicatur.

FRAN. MAT.

IAM illis &c.] Dixit officia mutari temporibus, nunc dicit de his promissis, quæ metu, uel dolo malo facta seruare nequaquam tenemur. [Quæ coactus quis metu aliquid promittere coactus fuerit, implere promissum nō tenetur. Nā prætor ait, Quod metus causa gestum erit ratum nō habebo, olim ita dicebatur, Quod ni metus ne causa. Vis.n. fiebat mētio propter impositā necessitatem contrariā uoluntati. Metus est instantis periculi, uel futuri causa mentis trepidatio. Vis aūt est maioris rei impetus, qui repelli non potest, & uim si quis ea cōpulsus aliquid fuit atrocem accipimus, & eam quę aduersus bonos mores fiat, non eam, quam magistratus rectè intulit iure licito, & iure honoris quem sustinet, sed postea detracta est uis mentio. Metum vero non quēlibet timorem accipiendum Labeo ait, sed maioris mali: Caius metum accepit non uani hominis, sed qui merito in homine cōstantissimo cadat. Iulianus metū pręsentem vult intelligi non suspicionem inferendi eius, idem, & Pōp. sensit: ait.n. metum illatum accipiendum .i. si illatus est timor, sed de hac re multi legimus lib. digest. 4. vbi edictum scribunt iureconsulti de eo, quod metus causa gestum est. [Dolo] malo, ait prætor, quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio fuerit, & iusta causa esse uidebitur, iudicium dabo: Dolus malus fit ex calliditate, & fallacia, & ut Pedius ait dolo malo pactum fit quoties circūscribendi alterius causa aliud agi simulatur. Seru. ita diffiniuit, Machinationem quandam alterius decipiendi causa cum aliud simulatur, & aliud agitur Labeo autem posse, & sine dissimulatione id agi, vt quis circunueniatur, & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari, sicuti faciunt, qui per huiusmodi dissimulationem deseruiunt, & tuentur, vel sua, vel aliena. Itaque sic ipse Labeo diffiniuit dolum malū esse omnem calliditatem, fallaciam machinationem ad circūueniendum, fallendū, decipiēdum, alterū adhibitā. Labeonis diffinitionem ueram esse, inquit Vlp. non fuit autem contentus prætor dolum dicere, sed adiecit malum, quoniam ueteres etiam bonū dolum dicebāt, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem latronemve quis machinetur. Vlysses apud Hom. nomē, & patriam ab Alcinoo rogatus sic respondit, εἰμ' Ὀδυσεὺς λαερτιάδης ὃς πᾶσι, δόλοις ἀνθρώποισι μέλω, καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει gloriatus est, quod dolis inter homines præstaret. [Iure prætorio] Edictis, exceptionibus, & formulis prætorum, vt supra de dolo malo penes vrbanum prætorem, qui creatus primum est cum consules auocarentur belli, neque esset qui in ciuitate ius dicere posset, omnis publici priuatiq; iuris potestas fuit soli, ius condere vetera abrogare facultas concessa est, quidquid autem edixisset ob ipsius honorem ius honorarium uocabatur, [Nonnulla legit] Iure ciuili Caius lib. ij. digestorum, contra iuris, inquit, regulas pacta conuenta rata non habentur, veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit, ne à debitore suo peteret, tamen nec solui ei sine tutoris auctoritate potest. [Existunt autem &c.] Dicit calumnia, hoc est malitiosa, & falsa iuris interpretatione sæpe iniuriam fieri, id quomodo accidat, exemplis probat, significat calumniā etiam falsam, & fraudis plenam accusationem quoties criminis eius quispiam insimulatur, à quo longè abest, Græci eam διαβολὴν vocant, & nimis callida interpretatio est calumniæ. [Ex quo illud summum ius, &c.] Terentij est, qui uerum, inqt, est

est illud Chreme, quod dici solet, Sūmum ius maxima est malitia. Ter. ab Hesiodo acceperat. Non.n. legis verbis, & asperitati obtemperandum semper est, sed æquitate interdum, quæ mitigatio legis est, utendum: accidit .n. sæpe, ut qui seruare ꝑ oīa legem uelit, & ab eius rigore nihil declinare, is non ius faciat, sed iniuriam. [Qui cū triginta &c.] Thraces cū Bœotijs pugnabant, factis aute inducijs noctu incursationes egerunt. Cumq; securius, & negligentius expeditiones agitarēt, perinde ac pace iā facta, eos uero Bœotij ꝓpulsassent, quærerentq; quod inducias uiolassent; illi nō uiolasse rn̄derunt. dies .n. pepigisse, noctu autē incursasse. Vn̄ vulgatum est prouerb Thracium cōmentum. auctor Str. Inducias M. Varro duobus modis diffiniuit; dixit enim, Induciæ sunt pax castrensis paucorū dierum, & induciæ sunt belli feriæ: Neutra diffinitio plena, aut probata Gelio videt̄ esse, & dictas idem arbitrabatur inducias, & earum pactum eiusmodi esse, ut in diem certum non pugnetur, nihilq; incōmodi detur, sed ex eo die postea uti iā omnia belli iure geruntur, Græci significantius cessationem istā pugnæ pactitiam ἐκεχειριαι dixerunt exempta una litera sonitus uastioris, & subiuncta lenioris, quod eo tēpore nō pugnetur, & manus cohibeatur. Nec videtur quidē huius rei Cic. solus auctor, patet autē satis per se. [Si uerum est] Nullus probatus auctor tradiderat, sed tamen vulgo ferebatur, ideo ait si uerum est, & affirmare non audet. [Nolanis, & Neapolitanis] Finitimæ sunt urbes, Nola, & Neapolis, & Nola quidem non procul est à Vesuuo monte, in Campania utraque est, arbiter is est in cuius fide litigantes se ponunt, à cuius sententia non est prouocatio si ex compromisso ad eum deuentum est, & ille, ut Pedius ait, recepisse arbitrium videtur, qui iudicis partes suscepit, finemque litibus sententia sua se imposituru pollicetur. [Decipere,] Hoc est litem alienam intercipiēdo, quod est non iudicis, sed quadruplatoris, & deceptoris, vt de R. populo ait Liu. lib. 3. cum iudex sumptus agrum sibi adiudicauit de quo Ardeaces, & Aricini ambigebant, suadente id fieri Scaptio Trib. pl. consulibus, & partibus inuitis, quare postea restitutus est. [Sunt autem quædam officia] Dixit quibus adducti causis ad iniuriam faciendā homines traherentur, nūc docet, quæ officia in eos seruanda sint, à quibus læsi fuerimus. [Est. n. ulciscendi, & puniendi modus] verè sunt quadā officia aduersus eos, à quibus iniuriam acceperis, seruanda, quoniam modus est ulcisċēdi, & puniendi. ubicunque autē modus est, illic officium sit, necesse est. Modus autē ipsa est mensura, & mediocritas, in qua uirtus cōsistit. Quidquid modo subijcit. & virtuti subijcit. Cōuenit nō excedere modū, ne maior sit pœna delicto. [Vlciscēdi] Vt satisfiat læso. [Puniēdi] Ne improbitas hoīum augeat, si impuniti euaserint [Atq; haud scio] Obiectioni occurrit Dicere enim quispiam posset, nunquid non remittenda iniuria est: si enim qui intulerit pœnitebit? dubitare se rn̄det satis ne hoc sit, & sic non sufficere innuit, siquis personam spectet læsi, satis illi est, si eum, qui læsit, pœniteat læsisse. Nam neque Socrates, neque Stoici lædentem puniri uolunt, & clementem oportet esse hominem, qua uirtute diis æquatur, ut ait Claud. Sis pius in primis, nam cū uincamur in omni Munere sola deos æquat clementia nobis. Si uero personā lædentis quispiam respiciat, non satis est, si illum pœniteat, ne impunitus, iterum ad iniuriam redeat, & cæteris exemplo sit ad malefaciendum. Nam, ut ait Cic. Quod exemplo fit, id etiā iure fieri putant, & aliquid, atque adeo multa semper addunt de suo. Exigit itaq; iustitia, ut puniātur qui læserunt ad ciuilis societatis utilitatem, & conseruationē. Solon autem duabus rebus ciuitatem cōstare dixit, prēmio, & pœna, secundum perfectum officium satis est, si nocentem pœniteat. Secundū uero medium non satis est.

Existunt etiam, &c.] Monet fugiendam esse iniuriam, quæ ex uafr amento.i. calliditate quadam malitiosa uidetur habere spem æquitatis. Ordo est. Iniurię existunt etiam sæpe, quadam calumnia, & nimis callida.i. vafra, sed malitiosa interpretatione iuris. Ex quo.i. ex qua re, illud prouerbium iam tritum i. vulgatum sermone. Summū ius, summa iniuria est, factum.i. ortum, & natum, in quo genere multa peccantur etiā in rep.i. deceptiones fiunt etiam in publicis non solum priuatis contractibus, ut ille, scilicet populus Thraciæ, qui cum induciæ (quas Galli barbare treugas vocant) centū triginta dierū essent pactæ cum hoste .s. cum Bœotus, populabatur i. deprędabatur agros, quod.i. quia induciæ dierum non noctiū essent pactæ .i. per pactum constitutæ. Nec noster quidem .i. Romanus .s. Q. Fabius Labeo est probandus .i. approbandus, & laudandus, si uerū est Q. Fabiū Labeonē, seu.i. siue, quē.i. aliquē alium, (ostendit quare dubitet: dicens.n. pro quia, ego nihil habeo sup. testimonij aut certi de ea re prēter auditū.i. duntaxat audiui factum esse) datū à senatu R. scilicet.i. collegio Senatorum Nolanis, & Neapolitanis, populis illis Italiæ, arbitrū .i. iudicem arbitrariū de finibus agri de quibus contendebant, & si uerum est, cum ad locum uenisset separatim cum utrisq; sup. populis, scilicet Nolanis, & Neapolitanis locutum, cum.i. postquam uenisset ad locū, ne agerent quid, idest aliquid cupidè, & ne appeterent .i ultra suū peterent quid.i. aliquid. Atque ut mallent regredi.i. à iure suo recedere, & minus habere quam iustum sit, quam progredi i. ultra suum exigere. Cū fecissent utrinque.i. ab utraque parte.i. cū regressi esset, & à suo iure concessissent, aliquantulum agri relictū est in medio terminorum.s. quos sibi petierant, & ita terminauit ipse fines illorū sicut ipsi dixerant, & adiudicauit. P. R. illud quod erat relictum in medio. Sed.s. hoc facere, est quidem.i. certè decipere, non indicare. Quo circa talis solertia .s. iniuriosa, & malitiosa est fugienda in omni re. Sunt autem quædam officia seruanda, & aduersus.i. erga eos à quibus acceperis iniuriā. Est enim modus.i. moderatio, & certa mensura ulciscendi, & puniendi. Atque, haud.n. non scio satis.i. dubito an sit satis eum, qui lacessierit.i. aliquem iniuria affecerit, pœnitere suæ iniuriæ, an suppl. melius sit acrius, ut & .i. etiam ipse ne cōmittat posthac .i. post illud facinus, quid.i. aliquid aut tale, ut & ceteri sint tardiores ad iniuriam, & ita erit conceptio numerorum, uel sic, ut & ipse supple sit tardior &c.

ASC. Calliditate ab officio so uitan dā ostendit, & q- bus sit temporibus.

ARGVMENTVM.

Hactenus de ciuili iustitia, nunc de bellicis officiis. Facit etiam duo belli genera, quorum utriq; communia sunt hæc, ut non nisi iustis de causis suscipiantur, ne inferantur nisi rebus repetitis, nisi solenniter denunciata ut rite gerantur, ut sæuiatur supra modum in uictos: humanius etiam qui se dedunt recipiantur: fides hosti etiam priuatim præstetur, non modo in conuentis solennibus. Propria uerò sunt illa ut cū hoc hostium genere, qui de imperio certant, humanius agamus, cum his qui uitam nostram petunt, seuerius.

Atque in rep. maximè conseruanda sunt iura belli. nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim; cuiq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuatur: parta autem uictoria, conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt: ut maiores nostri Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt: at Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt: nollem Corinthum: sed credo illos secutos opportunitatem loci maximè, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. mea quidem sententia, paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est cōsulendum. In quo si mihi obtemperatū esset, & si non optimam, at aliquam remp. quæ nunc nulla est, haberemus. & cum ijs, quos ui deuiceris, cōsulendum est: tum ijs, qui armis positis, ad imperatorum fidem cōfugient, quamuis murum aries percusserit, recipiendi sunt. in quo tantopere apud nostros iustitia culta est, vt ij, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more maiorū. ac belli quidem æquitas sanctissimè fęciali populi R. iure perscripta est: ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut reb. repetitis geratur, aut denunciatum ante sit, & indictum. Pōpilius imperator

perator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Pompilio uideretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat dimisit: sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Põpilium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramẽto; quia, priore amisso, iure pugnare cum hostib. non poterat. adeò summa erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidem catonis senis est epistola ad M. filiũ, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset. monet igitur, vt caueat, ne prelium ineat: negat .n. ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Equidem illud etiam animaduerto, ꝙ, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiã rei mitigante. Hostis .n. apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus: indicãt .n. duodecim tabulæ. Aut status dies cum hoste: itemq; aduersus hostem æterna auctoritas. quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui, cum bella geras, tã molli nomine appellare? quamquàm id nomen durius effecit iam uetustas: à peregrino .n. iam recessit, & propriè in eo, qui contra ferret arma, remansit. Cũ uerò de imperio decertatur, belloq; quæritur gloria, causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo ante iustas causas esse bellorum. sed ea bella, quibus imperij gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt. Vt .n. cum ciuiliter contendimus, aliter, si est inimicus, aliter, si competitor; cum altero certamen honoris, & dignitatis est; cum altero capitis, & famæ: sic cum celtiberis, cum cimbris bellum, ut cũ inimicis, gerebatur, vter esset, non uter imperaret; cũ Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho, de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal, reliqui iustiores. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara sententia est.

Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis:
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro uitam cernamus utrique.
Vos ne velit, an me regnare hera, quid ue ferat sors,
Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum:
Quorum uirtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est
Dono, ducite, doq; uolentibus cum magnis dis.

Regalis sanè, & digna Aeacidarum genere sententia. Atque etiam si quid singuli, temporibus adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides seruanda: ut primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, cum de captiuis commutandis Romam missus esset, iurassetq; se rediturum, primum, ut uenit captiuos reddendos in Senatu non censuit: deinde, cum retineretur à propinquis, & ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. * Secundo autem Punico bello, post cannensem pugnam, quos decem Annibal Romam adstrictos misit iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis ijs, qui capti erant, impetrassent: eos omnes censores, quoad quisq; eorum uixit, qui peierassent, in ærarijs reliquerunt: nec minus illum, qui iurisiurandi fraude culpam inuenerat: cũ enim Annibalis permissu exisset è castris, rediit paulo post, ꝙ se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus è castris, iureiurando se solutum putabat: & erat uerbis, re non erat. Semper autem in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est iustitiæ in hostem à maioribus nostris constitutum. Cum à Pyrrho perfuga senatui est pollicitus se uenenum regi daturum, & eum necaturum: Senatus, & C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, & potentis, & bellum ultro inferẽtis, cum scelere interitum approbauit.* Ac de bellicis quidem officijs satis dictum est. Meminerimus autẽ, etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. est autem infima conditio, & fortuna seruorũm: quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenarijs ad operam exigendam, & iusta præbenda. Cũ autẽ duob. modis .i. aut ui aut fraude, fiat iniuria: fraus quasi uulpeculæ, uis leonis uidetur: vtrunque alienissimum ab homine, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, cum maximè fallunt, id tamen agunt; ut uiri boni esse uideantur. De iustitia satis dictũ est.

* In nonnullis exẽplaribus manuscriptis, & impressis, hæc non legũtur.

ATque in rep.] Præcipit nunc conseruanda esse iura belli, & officia quæ in bello prestari debent, ponens duo genera decertandi, docens etiã quare bella suscipienda sint, & quid sit agendum parta uictoria maximè. in primis, & ante omnia illi, qui sunt in magistratu, & rẽp. gubernant, belli iura seruare debent Veteres Romani nunquã ad bellum prodiere, nisi prius omnia rite peregissent. Vnde summo iure seruato, bellum gerẽtes uictoriosissimi fuerunt. Nunquã placuit illis fraus, neq; uictoria, quãuis maxima, per fraudem, quæ non hominum est, sed uulpecularum. [Iura belli] .i. honestę sanctiones, & iusta, pręclaraq; maiorũ instituta ingerendis bellis. [Per disceptationem] Contentionẽ uerborum. [Per uim] Armis, cum uerba non sufficiunt. Illud per disceptationem uerborum. [Hoc] .s. per uiolentiã. Disceptare est uerbis cõtẽdere. Certare autẽ armis. [Ad posterius] Vt ui prohibeamus iniuriã, cum uerba non sufficiant. [Superiore] .i. si disceptatione uti non possumus cum hoste, opus est certare armis, & ui hostes reprimere .i. si non possumus disceptando id, quod nobis debetur obtinere debemus agere ui. Vnde miles gloriosus apud Terent dicit, Omnia prius experiri consilio, quã armis sapientem decet. [Ob eam causam] Ad illum finem, qui semper spectandus est in omnibus actionibus, ne locus pœnitentiæ relinquatur, non est aliquid temere agendum, ne euẽtus arguat nos imprudentiæ, & ne aliquando dicendum sit, hoc non putaram. Plato in v. de Legib. sic ait, Iniurias, quæ uel difficulter, uel nullo modo sanari possunt, non possumus aliter effugere, quam pugna, defensione, uictoria, & nullius peccati remissione, quod absque animositate nemo potest facere. philosophus in ult. Eth. sic ait: Negocia suscipimus, ut ocium habeamus, & bellum gerimus, vt in pace degamus. Nemo bellum gratia belli parat: esset enim crudelis, & sanguinolentus, si pugnas, cedesq; optaret. [Si parta uictoria] Ponit officia seruanda post uictoriã erga illos, quos uicimus. [Ne immanes] Immanes dicuntur illi, in quibus nulla est bonitas, sed natura, & ingenium ferinũ ab omni humanitate alienum, crudeles dicũtur à cruore, & hi sunt, qui sanguine delectantur [Vt maiores nostri] Prisci illi Romani. affert exemplum priscorum Romanorum, qui hos populos Vrbi finitimos bello uictos conseruarunt, cum non fuissent in bello nimium crudeles, aut immanes. Omnes hi populi sunt uicini Romæ, unde bellum cũ ipsis gestum, cum finitimis geri dicebatur. [In ciuitatem etiam acceperunt] .i. non modo ipsis ueniam dederunt, sed etiam ciuitatẽ Roma. & ius quod appellatum est ius Latij, vt .s. possent petere magistratus Romæ, & inire suffragia in comitijs. Vñ dicit Liu. Tantum ferè uerborum à Tusculanis factum, pacem in præsentia, nec ita multo post ciuitatem etiam impetrarunt. [At Carthaginem]

Affert

Affert exemplum contrarium. Nam Romani sustulerunt funditus Carthaginem, & Numātiā propter crudelitatē, & immanitatē. Carthago erat in Africa condita à Didone æmula Romani imperij, quā in tertio bello Punico, Aemilianus Scipio deleuit, & cineres in Capitolium retulit. Idem etiā Scipio Numantiam urbem Celtiberorum in Hispania sustulit 14. annis obsessam propter desidiam militum, qui ad luxuriam cōuersi erant, quos Scipio ad disciplinam militarem redegit. Cū Celtiberis gestum est bellum à Roma. per xx. annos, quod Cantabricum apellatur à Cantabris populis. in quo bello Numantia uires ostentauit suas. nam duces quosdam superauit, & triginta millia Romanorū illis cæsa sunt à quatuor millibus hostium. [Nollē, Corinthum] Aegre fert Cic. euersam fuisse Corintum propter bonas artes, quæ illic uigebāt, & cū non uideretur esse iusta causa euersionis, quoniā apud illos legati Romanorū fuerāt superbia appellati à Critolao, & uiolati apud Corinthum, quam iccirco Romani iusserunt euerti. Ergo uidentur Romani ab officio discessisse, ob hāc causam delere Corinthum, quæ erat caput Achaiæ, & prius Ephyre dicebatur, ut latius dixi in cōment. Thebaidos, posita est in Isthmo Pelopōnesi inter duo maria Ioniū, & Aegeū. Achaiam subegit L. Mummius, & Corinthum diripuit, ac solo æquauit, & Calcidem, ac Thebas, quoniā Corinthijs opem attulerant. [Sed credo illos] Excusat Romanos, affertque causam Cic. qua ducti Romani censuerunt delendam Corinthum, quoniā inquit, ipse locus natura munitus, & ad bellū instaurādum opportunus propter duo propiqua maria, potuisset exercitare aliquos ad bellicos tumultus. in oratione pro lege Agr. contra Rull. dicit, Corinthi uestigium uix relictū est: erat n. posita in angustijs, atq; faucibus Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa penè coniungeret, cum pertenui discrimine separentur. [Aliquos] .s. Senatores, qui id cēsuerunt, & Mummium, cuius auspicijs Corinthus euersa est [Opportunitatem] Commoditatem ad bellū instaurandum. [Locus ipse] Qui erat natura munitus [Ad bellum] Ad mouenda arma Romanis [Mea quidē sententia] Docet nunc quanto studio pacem debeamus amplecti, quæ est sine fraude, & insidijs. [Mea sententia] Vt ego sentio, & ut mea fert opinio. [Consulendum] Prouidendum. Et, inquit, Cic. si Romani meis monitis paruissent, Cæsar non occupasset remp. Semper. n. suasit Cæsaris audaciam reprimendam, & ab armis reuocandam, alta mente uir sapientissimus prouidens, quid ille moliretur. in ij. Phil. dicit. Duo tempora inciderunt, quibus aliquid, contra Cæsarē Pompeio suaserim. Vnum, ne quinquēne imperium Cæs. prorogaretur, alterum ne pateretur fieri, ut absentis eius ratio haberetur, quorū si utrūuis persuasissem, in has miserias nunquā incidissemus. Queritur igitur Cic. Pompeium non paruisse suo consilio, & etiam ciues, quoniam satius fuisset iniquam conditionem pacis accipere, quā reip. statum penitus amittere. [In quo] In qua re, & pace cōcilianda, tollendaque discordia. [Obtemperatum] Si meis consilijs Romani paruissent de conditione pacis. [Aliquam rempub. Aliquem statum reip. quæ nunc penitus corruit. [Aliquam] Alicuius dignitatis, quamuis etiam iniqua pacis conditione aliquid de dignitate reip. & forma esset diminutum. tamen id melius erat, quam nullam penitus reip dignitatem, & formam retinere Cic. rediēs ex Cilicia, ubi fuerat Procōsul, belli ciuilis incendia reperit, unde utriusque cōcordiam suadebat, & eius sn̄ia semper una fuit, pacem, quamuis iniquā ciuili bello sibi uideri præferendam, & cōsilium Pompeij de relinquenda Italia uehementer improbauit. Cogitauerat Cic. libellū de concordia componere, sed cum de pace desperandum esset, destitit. itaque in vj lib Epist. ad Att. scribit: Iam Demetrij lib. de cōcordia tibi remisi. [Si non optima] Si non integræ dignitatis, libertatisq;. [Quæ nulla est] Amissa. s. dignitate, & libertate. App. lib. ij. bellorū ciuiliū sic scribit, Cic. autē de concordia agendum cēsebat contradicentibus ad oīa cōsulibus. [Et cum iis, quos ui] Aliud præceptum, ut etiā in bello hi defendantur, qui depositis armis ad Imperatorem confugiunt, ergo non modo post cōfecta bella, sed etiā in ipso strepitu armorum, & clāgore tubarū officium seruandū est [Positis] Depositis armis, dantes se Imperatori, ut illi, qui in urbibus obsidentur, & oppugnātur admotis iā machinis, & tormētis bellicis ad muros deijciendos [Aries] Erat instrumentū bellicum, quo ianuæ quatiuntur, & muri, de quo dixi apud

Numantinorū [cru]delitas.

Corinthus vbi locorū.

Papinium, & Silium. [Murū] Murus est urbium, paries domorum .i. quamuis Imperator cœperit oppugnare muros hostiles, tamē debet suscipere hostes, qui ad illius fidem cōfugiunt, & illorum saluti consulere, ne aliqua crudelitas appareat Plat. lib. v. de leg. sic ait: Sed omnium tam in peregrinos quā in ciues peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum. Deus. n. custos est, quare nullus in supplices sceleratus impunè abibit. [In quo] In qua re, & officio, quod Romani exercebant erga illos, qui ad ipsorum fidem confugiebāt, & affert exemplum Romanorum in hac re. qui erga uictos omne genus humanitatis & officij exercuerunt, & illorum patrociniū suscepere. [Iustitia culta est] Tam iustè se gesserunt. [Vt si [Consules, Imperatores, & duces exercitus. [Patroni] Defensores. [More maiorum] Veterum Romanorum instituto, ut .s. Patrociniū eorum susciperent, quos uicissent. Vnde Paulus Aemilius auct. Plut. non solum in uictoria mite, & humanum se erga Macedones præbuit, sed in omni reliqua uita eos tutatus est, & ueluti pro domesticis, ac necessarijs habuit. in ij. de leg. dicit: Erant ferè in more maiorū qui tum ut lex ualebat. [Ac belli quidem æquitas] Affert summā æquitatem Romanorum, qua utebantur in bello indicendo, armisq; mouendis contra hostes, ut ostendat Cic bella nisi iure suscipi non debebent. ut .s. res repetantur per Feciales, quibus negatis Romano ritu bellum indicebatur. [Belli æquitas] Iusta causa, & ritus belli indicendi. [Perscripta] Diligenter, & accuratè scripta. Ancus Martius nepos Numæ Pompilij è filia, bellicas ceremonias instituit, ut non solū gererentur bella, sed etiā indicerētur aliquo ritu. Ius ab Aequicolis antiqua gente acceptū descripsit, quod postea Feciales habuerūt quo res repetebātur, & pater patratus ex ordine Fecialium erat dictus à patrando fœdere, & cum feciali legato res repetitum ibat, officiumque ipsius erat in sanciendis fœderibus. Feciales ad illatores iniuriarum ibant, & bellum indicebant. Vnus fecialium sacris uestibus ornatus repetitum ibat, & ubi ad fines ueniebat, unde res repetebantur, capite uelato uelamine laneo, audi Iupiter, dicebat, audite fines cuiuscunq; gentis sunt Numina audiāt, fas, uerbisq; meis fides sit. Inde postulata peragebant Iouem testem inuocando. peractoq; ritu, qui est apud Liu. lib. j. bellū indicebant. Inde hastam ferratā, sanguineā præustam in agrū hostilem iacebat: dicens; bellum indico, facioq;. Vnde fecialis denominatur. Var. tamē dicit Feciales dictos à fide publica, cui præerant, & sedandis cōtrouersiis, nec ante licebat gerere bellum, quā Feciales issent res repetitum, ut experirentur an uerbis posset discordia dirimi, & tolli, hoc modo à Priscis Romanis repetebantur, & bellum indicebatur, quem posteri seruauerunt. Vetantibus Fecialibus nulli fas erat arma capere. Ab his initium belli iure, atq; religione statuebatur, postea auct. imperio cū nimium hostes ab urbe distarēt, ut nō facilè ad illorum fines iri, à Feciali iacebatur hasta supra colūnellā, quæ erat ante templū Bellonæ, & non neglecto penitus prisco ritu, bellum indicebatur, ad quē Papinius alludēs in Thebaide fingit, Bellonā interfisse hastā ex Larissa arce argiua in fines Bœotiorum, quib. Argiui parabāt bellum. Ita. n. canit: Prima manu rutila de uertice Larissæo, Ostēdit Bellona facem, dextraq; trabalē Hastā intorsit agens, liquido quæ stridula cœlo Fugit, & aduersæ celso stetit aggere Dirces. [Sāctissime.] .i. religiosissimè. [Iure feciali] Quomodo Feciales popu. R. quondā utebantur in faciēdis, indicēdisq; bellis. [Ex quo] ob hoc, quia pscripta erat æquitas belli. [Denunciatum] Intelligitur simpliciter sine aliqua solēnitate quadam, & ritu Fecialium in bello indicendo, & affert exemplum Catonis Cēsoris, cuius filius militabat sub Pompilio in Macedonia, ut cognoscatur quāta obseruatio erat apud antiquos, & cura circa ius belli, & aduersus hostes. [Pompilius imperator] Hæc historia implicita uidetur. Plut. n dicit filium Cato. militasse in Macedonia sub Paulo Aemilio, & fortitudinis laudē meruisse, cum ensem quē amiserat, è medijs hostibus recuperauit, mirantibus cunctis animi magnitudinem, atque constantiam, Cic. dicit meruisse sub Pomp. [Tiro] nouus miles. [Militiæ sacramento] Formulam sacramēti] Formulam sacramenti militaris Aul. Gell. repetit perscriptā à Cinico in lib. de re mil. quæ talis est. In magistratu C. Lælij, C. filij cons. L. Cornelij, P. filij consulis, in exercitu decemq; millibus passuum propè furtum non facias dolo malo, solus, neq; cum pluribus. pluris nummo argēteo in dies singulos, extraq; hastam,

Aries q. d.

Feciales unde dicantur.

hastam, hastile, ligna, pabulū, uitē, faculā siquid ubi inueneris, sustuleris ue, quod tuū non erit, quod pluris nūmo argēteo erit uti tu ad C. Leliū, C. filium cons. L. ue Corn. P. filium cos. siue ad quē uter eorum iusserit proferes. Aut ꝯfitebere in triduo proximo quidquid inueneris, sustuleris ue dolo malo. Aut dño suo cuium id censebis esse reddes, uti quod rectū factum esse uoles, [Secundo sacro] ut iterū iuramento ipsum astringere, quoniam erat à militia dimissus, & sic non poterat iure pugnare cum hoste, cum non esset miles, quoniam dimissus fuerat cū ea legione, quam Pōpilius dimisit, cū eam alere non posset. [Adeo] Intantum obseruabantur cæremoniæ, & ritus bellandi. [Obseruatio] .s. legūm. consuetudinum, & disciplinæ ueteris in bello. [Catonis sensu] Ad diam Catonis iunioris, qui V ticensis cognominatus est. [A consule] Pompilio.] Bello] Persico] Quod gerebatur contra Persen regē Macedoniæ [Ius esse] Iure licere. [Miles] Scriptus in militia, & qui non dedit nomen, & militiæ sacro se nō obligauit. [Equidem illud est] Probat etiam Ci. Romanorum æquitatem, & lenitatem erga hostes. [Animaduerto] Video, & considero. Proprio nomine] .i. is propriè dicebatur perduellis, qui apud antiquos is erat, qui nunc dicitur hostis, & perduellis etiā is dicebatur, qui per seditionem interfecisset ciuem Rom. aut arma mouisset, & etiam is qui commisisset crimen læsę maiestatis. Vnde Cæsar auctore Tranquil. subornauit unum, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret, quo adiutore Senatus coercuerat Seditium Saturninum Tribunatu, quo uiolato crimen læsæ maiestatis committitur. Varro ait: Multa alia, aliud nunc ostēdunt, aliud ante significabāt, ut hostis. nā tum eo uerbo dicebant pregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc, inquit, cum dicunt, quem tūc dicebant perduellem. Pompeius ait, Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, modo dicit hostis pro perduellione: Hostis est generalis, & publicus, inimicus uero priuatus. Vñ dicit Iurisconſ. Hostes sunt quibus publicè bellū decernitur, Ceteri latrones sunt aut prædones. [Lenitate uerbi] [miti significatione. nā dicebatur mitiore nomine hostis ille qui esset perduellis, unde nominis lenitate asperitatem rei mitigabant. [Tristitiam] Asperitatem. [Quem nunc pere.] Qui iure pop. R. non uteretur, & peregrinus uocatur, qui in ciuitate sua nō est, uel qui nō oriūdus ex nostra ciuitate apud antiquos is appellabatur, qui alienus esset à P. R. Ambrosius ait: Aduersarios molli appellatione nominabant, ut peregrinos uocarent, hostes .n. antiquo ritu peregrini dicebant. Hebræi appellabant aduersarios allophylos .i. alienigenas. Paulus Iureconsul. ait, Quos nos hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes cū quibus bellum esset. Plut. ait, Perduelles penetrāt se in fugā. [Indicant] Testantur, & declarant hoc xiij. tabulæ, uerba quę scripta erāt in legibi. xij. tabularum, in quibus cum de aduersario alicuius in causa, & peregrino, qui suis legi. uteret, fieret mētio, hostis appellabatur. [Aut sta.] Iudicij causa cōstitutus. hoc .n. signat dies status. [Cū ho.] .i. peregrino, & aduersario in causam status dies dicebatur, in quo litigantes comparare debebant. Plaut. ait, Oportet ire, dies est status, cū hoste .i. peregrino, & aduersario in causam. Cincius lib. 5. de re mil. militibus scriptis diem quo adesse deberent præfiniens, has addidit exceptiones, Nisi harum aliqua causa erit, funus familiare feriæ uindemiales, Calendæque, morbus sonticus, auspiciū ue, quod sine piaculo ꝑterire non liceat, sacrificium ue anniuersarium, quod rectè fieri non posset, nisi ipsius eo die ibi sit ius, hostisue, status condictusue dies cum hoste. Et per hoc ostēditur hostem signare aduersarium in causa, siue lite. Itemq; hæc erant uerba in alio loco xij. tab. [Aduersus ho.] .i. peregrinum, & aduersariū. Aeterna au.] .i. semper peregrinus possit coerceri, hoc permittebant leges xij. tab. [Quid ad hanc] Laudat Cic. mansuetudinem Romanorum in tali appellatione. nā rei asperitatem, & iustitiam molli nomine mitigabant, [Tam molli] Miti. Quanquam .i. Id nomen .s. hostis: iā .u. accipitur in aliam significationem, & non dicitur peregrinus, sed ille qui nobis arma parat, & bellum infert. [Durius] .i. quāquā hæc nominis significatio propter uetustatem facta est dura, & quasi uiolenta, & obsoleta, & ideo hostis transiuit in aliā significationem, & non significat peregrinum, ut quōdam, sed illū qui bellūmolitur, & inferat. multa sunt nomina, quæ propter antiquitatem uenetunt in desuetudinem supra dixit, Quāquā hoc uidebitur cuipiam durius .i. nimis durū, & inusitatū. Phauorinus philosophus, ut est apud Gellium adolescenti uerborum ueterum cupidissimo dixit, Viue moribus præteritis, loquere uerbis præsentibus, & tanquam scopulum fugias insolitum uerbum. Idem Phauorinus dixit ciuibus Romanis latinè loquentibus, rem non suo uocabulo demonstrare non minus turpe est, quā hominem nō suo nomine appellare, & Cæs. monuit fugiendum est insolitum uerbū, ut scopulum in mari. consuetudo dixit Appollinaris cum domina omnia rerū, tū maximè uerborum est. ergo antiquitas efficit, ut illud nomen esset durius, nam nomina mutantur ipso tempore, & consuetudine. Qualia apud Cic. inquit, Fabius lib. 8. beatitas & beatitudo, quæ dura quidem sentit esse, uerum tamē usu putat posse molliri: Verba sunt Cic. in lib. de nat. deo. Aut ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, utrunq; omnino durū, sed usū mollienda nobis uerba sunt. [Durius] Durioris significationis, quoniam non est amplius molle nomen sed durum, & illum significans qui arma mouet, nō aduersarium in causam, ut prius [Cum uero de imperio] Proposuit duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterū per uim. Postquā de primo disseruit, & iustis causis bellorum atque officijs, transit ad alterum, quod fit armis, & ui, ipsumq; diuidit in duas partes. Nam, & pro gloria comparanda, & imperio propagando certatur; interdum aliquando pro uita, cum hostem nō modo eijcere, sed etiam trucidare conamur. Et hic pars præceptorum non solum ad singulos homines, sed etiā ad publicam disciplinam pertinent. Et docet Cic. monetq; etiam in hoc genere belli debere inesse iustas belli causas, & distinguenda esse hostiū genera, & ita pugnandū ut res, & ratio postulat, quoniam nō cum omni genere hostium eodem modo, & animo dimicādū est. [De imperio] .i. quando bellum infertur pro imperio ampliando, & gloria comparanda, quæ est consentiens laus bonorum, incorrupta uox bene indicantium de excellenti uirtute. [Oportet subesse] Necesse est, ut subsint, & insint eędem causę, quas dixi .i. ratione. quibus inducti id faciamus, vt .s. sine iniuria in pace uiuatur, & quod bellum indicatur per Feciales, & ante denuncietur, & quòd res prius repetantur, si posset uerborum disceptatione res sedari, quæ propria est hominis. belluæ .n. uim amant, & nos non ad bella, sed ad pacem, & concordiā nati sumus. [Sed ea bella] Præcipit nunc quo animo gerenda sint ea bella quibus gloria quæritur, non autem euersio aliorum funditus. [Minus acer.] Minori sęuitia, & acerbitate, quā ea bella quibus pro capite dimicatur. [Vt enim] Similitudinē accipit à singulorum hominum contentionibus ciuilibus, in quibus nō tractantur arma, & monet idē ferè seruandū esse in publicis certaminibus cum hoste, vt poscit illorū atrocitas, aut lenitas, quemadmodum certatur inter ciues in priuatis reb. ut res de qua contenditur, requirit & persona. [Ciuiliter] In priuatis negocijs ciuium .i. in ciuitate inter ipsos cines [Aliter] Alio animo [Inimicus] Si est nobis animo non amico, sed odio habet. [Competitur] In aliquo magistratu .i. si petit eundem magistratum, quem nos petimus. [Cum altero] Competitore. [Honoris] Quantum ad magistratum qui petitur. [Et di.] Gloriæ quæ ex ipso magistratu sequitur. [Cum al.] Inimico. [Capitis] Vitæ, quia inimicus cupit alterius mortē, & famā inimico suo eripere, cuius amissio magna iactura est. melius .n. est nomen bonum quā diuitiæ multę: & qui nititur eripere nomen, & dignitatem, acerrimus est inimicus. qua propter fama negligi nō debet, quoniam ipsam negligere crudelitas est. Et affert Cic. exemplū illlorum, quibus cum de capite dimicatum est à Romanis. Plat. in v. de rep. loquens de disciplina militari dicit, Sordidum est spoliare cadauer, hostemq; putare mortui corpus, quoties Græci contra Barbaros, uel Barbari contra Græcos pugnabunt, bellum gerere afferemus, & hostes esse natura, & has inimicitias bellum uocabimus, quando ueri Græci cum Græcis pugnabunt, dicemus eos natura quidem amicos esse, morbo autem laborare, in hoc Græcia, & seditionib. agitari, & seditionem has inimicitias appellabimus. Nostri exercitus neminem Græcum facere seruum dñt, sed, & Gręcis alijs consulere potius, ut ipsi ab hoc caueant. nam ita facilius, ac fortius cōtra Barbaros insurgent, & à se inuicem abstinebunt. [Sic] Eodem modo, pari similitudine, & genere contentionis diuerso [Celtiberis] Numātinis, qui in Celtiberia sunt, & habēt mores efferatos, & per xx. ann. cum Rom. pugnarunt de capite, & vita. quos tandem Scipio attriuit. Celtiberi sunt populi Hispaniæ accolentes Iberum fluuium, qui ex Celtis populis Gallię origi-

nem habuerunt, vnde Luc. Profugiq; à sede vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. [Cum Cim.] Popul. Germaniæ, qui magna hominum manu collecta in Italiã inimico animo sese effundebant, quibus alpes magno impetu, & vesano furore transcendentibus Marius Arpinas occurrit, & eos fugauit, ceciditq; nam Cimbrorum cxl. m. desiderata sunt, & capta xl. m de Cimbris Marius clarissimum reportauit triumphum. Et iura belli poterant uideri cum quibus certamen est, vt cũ inimicis, cum autem Imperium quærerent, uidebantur competitores, ideo non constituit Cic. ipsos fuisse habẽdos omnino inimicos, aut competitores, quoniã non seruarunt iura belli, quę serudnda sunt, de imperio, non autem de uita dimicatur. Sed planum est Carthaginienses de imperio certasse cum Ro. quãuis Fœdera uiolauerint, & Annib. crudelior fuerit, quã ius belli quo imperium quæritur, & gloria requirebat. Sex fuerunt Fœdera, ut auctor est Polybius, inter Rom. & Carth. scripta in æneis tab & seruata in templo Iouis Capitolini. Primum fuit post exactos reges, Bruto, & Publicola coss. Item duo alia ante primum bellum pun. Quartum peracto primo bello pun. quod Amilcar pater Annibalis legatus Carthaginiensium cum Luctatio consule percussit. Quintum fuit post illud Luctatij. Sextum cum Absdrubale genero Amilcaris rem in Hispania gerẽte, vt terminus imperij esset amnis Iberus Saguntibus medijs inter imperia duorum populorum libertas seruaretur. hoc fœdus Annibal rupit, & solo æquata Sagunto, Italiam inuasit, quam per tot annos summa crudelitate lacerauit. Hæc fuerũt fœdera ante secundum bel. pun. [Crudelis Annibal.] Nam in eo erat perfidia plusquàm punica, inhumana crudelitas, nullus dei metus, & ingens sitis humani sanguinis. De Annibalis felicitate dixi in commẽt. Silij. [Reliqui] Latini, Sabini, Samnites, Pyrrhus. [Iustiores] quam fuerint Pœni, & Annibal. quoniam seruauerunt melius iura belli, quo imperium queritur: non. n. geri dicunt tanta sæuitia, & perfidia, quanta id quo de capite dimicatur, vnde cum Pœni essent perfidi, & crudeles, uidebantur inimici, nõ cõpetitores, & de vita certare, non de imperio. [Pyrrhi quidem] Nunc Pyrrhi humanitatem, & præclaram sententiã refert. Missi fuerunt legati ad Pyrrhũ pro captiuis redimendis, inter quos Fabricius fuit auctore Trogo, & Fabius aucto. Plut. Pyrr. dono remisit captiuos Rom. dicens hæc uerba, quæ Enn. postea uersibus prosecutus est. ex ea præda, inquit Trogus, ducentos captiuos milites gratis Romam remisit. ut cognita uirtute eius Rom. cognoscerent etiam liberalitatem: pugnauerat. n. felici euentu cum Valerio Leuino cõsule. [Præclara] Digna memoratu, & summis laudibus. [Nec mi aurum posco] Hæc fuerunt uerba Pyrrhi ad legatos agentes cum Pyrrho de captiuis redimendis. [Mi] Mihi. [Dederitis] sic Ouid. Vitã dederitis in undis, & alibi, transieritis aquas. [Nec au.] quærentes pecuniam ex bello, vt faciunt caupones, qui uendunt uinũ, & more institorũ, quod turpe est. [Belligerantes] Bellũ gerentes. belligero antiquum verbũ est, quod iam obsoleuit. [Ferro] Armis [Non auro] non pecunia more institorum. [Cernamus] decernamus. i. certemus pro uita armis non pecunijs. Virgil. Et cernere ferro, cernere inquit, Nonius. significat dimicare. Ennius in Medea exule, nã te sub armis malim uita cernere. [Vtriq;] Vos Rom. & ego. [An regnare] quoniã de imperio dimicabatur non de uita [Hera] fortuna rerum domina. [Ferat] Afferat, & cupiat. i. experiamur viribus quid velit fortuna non pecunijs [Sors] casus belli, & euentus. i. ipsa fortuna hera. i. quæ in omni re dominatur. [Virtute] fortitudine, & non pecunia more cauponũ. Virtus propriè fortitudo dicitur à uiro. Vnde in 2. Tusc. ser. Cic atq; uide ne cũ omnes animi affectiones virtutes appellentur, non sit hæc proprium omnium nomen, sed ab ea, quę ceteris antecellebat, omnes nominatę sint: appellata est. n. ex uiro uirtus, uiri autem propria est fortitudo. [Et hæc] . s. quod dicã. [Accipe] O Romane, qui ad me uenisti. [Belli fortuna]. i. qui in bello non ceciderunt, uolo vt liberi sint [Fortuna] casus, & euentus belli. [Eorundem] Duæ primæ vocales in vnam coalescunt syllabam & connectuntur per eam figuram, quã græci συναίρεσιν καὶ συνεκφώνησιν vocãt. vt illud Virg. vno codemq; igni. Et Proper. Eosdẽ habuit secum quibus est elata capillos, Eosdem oculos lateri uestis adusta fuit. [Certum est] Constitui liberare illos quib. in bello fortuna pepercit [Dono, ducite] vertit sermonẽ ad legatos Pyrrhus. [Cũ dono] Bonis auspiciis, q. d. dij uoluerunt, ut hi in bello non caderent, & sic uidetur uelle esse liberos. Ergo uolentibus dijs illos accipiatis sine precio. & bonis auibus. Var. putauit deos magnos esse cœlum, & terram, aliqui dixerunt esse penates, quos Dardanus ex Samothracia in Phrygia aduexerat. Cassius Hemina auct. Macr. dicit Samothraces deos, eosdemque Romanorũ penates, propriè dici deos magnos. Sciens, inquit, hæc noster Virg ait: Cum socijs natoq; penatibus, & magnis dijs. hos uocabant Troiani deos patrios auct. Higino. cuius opinionis Virg. fuit dicẽs, Dij patrij seruate domũ. magni dii apud Rom. erãt Iupiter, Iuno, & Pallas, quos in Capitolio colebãt, per quos iurat Scipio apud Sil. lib. x Tarpea pater, qui templa secundum Incolis à cœlo sedem, & Saturnia nondum Iliacis mutata malis, tuq; aspera pectus Aegide gorgoneos uirgo succincta furores. [Regalis sanè] Laudat Cic. sententiam Pyrrhi dignam eo rege, qui ab Achille Aeaci nepote magnanimo, & fortissimo heroe originem habebat. [Regale] Digna Pyrrho rege fortissimo. Regium dicitur id quod est, aut fuit regis Regale, dignum rege. [Aeacidarum genere] fortissimis uiris, & magnanimis. Aeacus fuit pater Pelei, Peleus Achillis, Achilles Pyrrhi, qui in Epiro regnauit, ad quem hic Pyrrhus genus suum referebat. [Sententia] Dictum laude dignum. [Atq; etiam siquid] nunc præcipit seruandam esse fidem etiam hostibus, & ea quæ temporibus adducti promisimus. Et affert exemplum M. Attilij Reguli, qui captus à Xantippo Lacedæmonio, & Romam missus, cum prius iurasset se rediturum, aut cum eo captiui permutarentur. Regulus in Senatu grauissima oratione id dissuasit, dicens se nullo vsui futurum Romanis, quoniam venenum sibi à Pęnis datũ esset, quo paulo post tabefaceret, & sic Carthaginẽ ad paratũ supplicium reuersus est, ne fides hosti data uiolaretur, fidem, inquit Plat. in. s. de leg. perfectam iustitiam nominare possumus. De Regulo, eiusq; supplicio plura dixi apud Sil. lib. 6. & aliqua dicentur in tertio uol. [Singuli] Soli ciues, non solum tota ciuitas. [Temporibus] Aliqua temporũ conditione, & aliqua difficultate coacti. [In eo ipso] Quod promissum est tali temporũ conditione. [Pœnis] Carthaginiensibus duce Xantippo Lacedæmonio, q. insidias parauit, ut canit Silius. [Captiuis] Quos Regulus in Africa felici euentu pugnans cœperat. [Commutãdis] Vt commutarentur cum Regulo. dixit sententiã, non esse reddendos captiuos [A propin.] Et maximè ab uxore Martia, quæ unicè ipsum amabat [Bellicis officijs] Quæ ad bellũ pertinent. [Meminerimus autẽ] Postquàm bellica officia absoluit, tam politica, quam singulorum hominum, præcipit seruandã esse iustitiam etiam aduersus infimos, & seruos, à quib. operã exigere debemus, & iusta præbere. Et hæc præcepta ad gubernationẽ rei familiaris pertinent, de qua libellos œconomicos. i. de re familiari tuenda scripsit Xenophon, quod opusculũ Cice. adolescens interpretatus est, & Arist. qui diuidit rem familiarẽ in duas partes, domum s. & possessiones, inter quas seruũ dicit obtinere principatum. seruorum duo genera facit, ut alij sint curatores liberalius instituti sciẽtes literas, qui negocijs præponuntur, alij opifices ad aliquod opus deputati, in quos hæc officia seruanda monet, ut curatori plus honoris, opifici plus cibi tribuatur, & utrisque parum uini, quoniam potus etiam liberi ingenij homines ad insolentiam impellit. Et tria dixit esse, quæ ad seruos pertinent, opus, cibum, castigationem, & cibum sine opere insolentem seruum facere, opus autem, & castigationem sine cibo rem esse uiolentam, Cibum ergo dandum cẽset pro ratione operis; cum cib. sit merces serui, utile tamen & iustum putant dominos proponere seruis speciẽ libertatis certo quidem tempore, quoniam eo pacto libentius suscipiunt labores. Solum habitatu, inquit Cyrus apud Xenophontem, preciosa admodũ possessio, est, quod autẽ caret hominibus, caret etiam bonis, quibus seruis Plato in 6. de legibus loquẽs de seruis sic ait. est autem recta seruorũ educatio, vt nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriaq; multo minus, si fieri possit, quam æqualib. inferenda: liquido. n. cognoscitur q̃ natura non fictè iustitiam colit, oditq; reuera iniquitatem, cum cauet ne illis iniuriã faciat, quibus facilè potest Allocutio omnis ad seruos quodammodo imperium sit, neq; iocus ullus cũ ipsis, seu fœminis seu masculis habeatur. [Non malè] Immo bene qui dñt nos debere ita seruis vti, vt vtimur mercenarijs. i. mercede conductis, & ab illis exigendam esse operam. i. laborem in aliquo opere faciẽdo, & iusta esse præbenda i. ea quæ iure seruis debẽtur, vt cibum in primis, speciẽ libertatis, & pecunias, ut solemus tractare mercenarios, q. mercede cõducti opus faciũt, Chrysippus seruũ esse perpetuũ mercenariũ, serui ut iuriscõsultis placuit,

euit,in poteſtate dñorũ ſunt,quæ poteſtas iuriſgentium eſt,nã apud oẽs gentes dominis in ſeruos vitæ, neciſq; poteſtas eſt,& quidquid per ſeruum acquiritur domini eſt,ſed tpe Iuſtiniani nõ licebat alicui incognita cauſa ſupra modum in ſuos ſeruos ſæuire, Antonius Pius conſtitutionem fecit, vt qui ſine cauſa ſeruũ occidiſſet, nõ minus puniretur, quã ſi ſeruum occidiſſet alienum.Ariſt li.8.Ethic. ſit ait, Seruus eſt animatũ domini inſtrumentũ.ad ſeruum igitur hoc ipſo quo ſeruus eſt,non eſt amicitia, quo eſt homo, nam omni homini iuſtũ eſt ad oẽm hominẽ,qui cõicare ſecum legem pactionemq; poteſt. quare & amicitiã ratione qua homo eſt. Plut. in Catone ſeniore ſic ait, Quod ſi nulla alia rõne ſaltem exercendę humanitatis cauſa nos ipſos aſſueſcamus oportet,ut in hoc genere manſueti, faciles,iucundiq; ſimus.[Cum aũt hoc]Cic.ſolũ ponit, vt faciat cõparationẽ, nã ſupra ſatis de iniuria dixit,quæ aut fraude fit aut vi.Vtraq; igitur monet abſtinẽdũ.[Vulpeculã]qm̃ vulpes malitioſæ ſunt,& inſidiantur.[Vtrunq;] Fraus, & violentia ꝑtinent ad feras,nõ ad homines, ſed fraus eſt magis uituperanda.Seneca dicit fraudes,& dolos imbecillũ decet habere,palam aggredere,non geres conflictũ niſi indixeris.[Totius aũt]concludit hanc partẽ de iuſtitia, & iniuſtitiã afferens ſententiã cõtra virtutis ſimulatores.[Totius iniuſtitiæ] i.ex omni iniuſtitia,[Capitalior] pnicioſior,& magis digna,vt uindicetur Glaucus apud Plato.lib.2.de rep.dicit, poſtremò iniuſtitia eſt hominem malum bonum apparere,quẽ Cic.imitatur.Cauendũ igr̃ eſt ab his,qui ſimulant curios,& bacchanalia uiuunt,quamuis interdum difficile ſit cauere.Magnas.n. habet latebras uita hominis,& virtutis ſimulatione uitium obuoluitur,iõ exclamat Iuuen.in tale genus hominũ,Frontis nulla fides, & talia hominum mõſtra foſſas notiſſimas appellauit.i. λακκοπρώτος, ἀρυπρώκτον, vt græci exprobare conſueuerunt muliebria paſſis. Torquentur tamẽ huiuſmodi homines conſcientia ſcelerum, quo ſupplicio maius inueniri non poteſt.Simpliciter igitur viuendũ eſt,& iuſtè,idq; agendũ,ut conſcientiæ ſtimulis nõ agamur,& vt liberi ſimus ab omni nefaria contagione, & fraude alieni,atq; vt tandẽ reditus ad ea loca pateat, vnde mẽs noſtra accepta eſt. Id autem aſſequemur, ſi iuſtitiam ſeruauerimus, quæ omnis virtutes continet.In oratione pro Milone dicit,Magna eſt uis conſcientiæ,& magna in vtranq; partem, ut neque timeant, quæ nihil commiſerint, & pœnã ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint. Et in ij. actione in Verrẽ, Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ quæ latent inſimulatione officij,aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam cum qui palam eſt aduerſarius, facilè cauendo vitare potes,hoc uero occultum inteſtinũ ac domeſticũ malum,non modo extat, uerũ etiam opprimit, antequã perſpicere atq; explorare potueris.

FRAN. MAT.

Atq; in rep.]Nunc de officijs præcipit,quæ ſeruãda in bello ſunt. Nam & bello lædere ſolemus, & læſi iniuriam ulciſci noſtram,atque ab alijs propulſare. Iura autem belli maximè conſeruanda eſſe dicit.Quonia.n,& libine dominandi, & auaritia inducti plerique bella gerere conſueuerunt. Cum non niſi repellendæ iniuriæ cauſa geri debeant.[In rep] Quæ duobus tẽporibus conſtat pacis,& belli, & pace quidem opes omniũ augentur,bello cõſeruãtur,ſiquis vim intulerit.[Nã cũ duo &c.] ſi inquit iure certamen ſedari non poteſt,ad bellum confugiẽdum eſt,ſed iccirco duntaxat ſuſcipiendũ eſt, vt in pace uiuat̃.

Diſceptatio eſt in uerbis tãtũ,ut inter litigãtes.

[Per diſceptationem]per contẽtionẽ,diſceptatio aũt eſt certamen verborum,& opinionum,vt cum in ſenatu aut in foro cõtenditur,& diſceptari ſignificat diuerſa captare, & ſequi quod faciunt litigantes: Iudex quoq; cognoſcere dicitur inter diſceptantes.[Illud per diſceptationem]ſit proprium hominis.Qui rationis eſt particeps,cũ belluæ tm̃ ſenſu ferãtur,à quibus bellum dici quidam ſcribunt.[Ad poſt.]Ad vim priorem, quod in verbis,& rationibus poſitum eſt.[Quare ſuſcipienda &c.]Cum rõnibus diſceptare non licèt,bella ſunt gerenda, ita tamen ut ſublatis iniurijs per bellũ in pace uiuatur,& vlterius,quam neceſſe eſt bella non protrahantur [Parta aũt uictoria &c.] De officio loquitur,qđ ſeruari in uictos à uictoribus debet: ſunt .n.cõſeruandi,qui in gerendo bello crudeles nõ fuerũt, ſed humanitate in captiuos vſi ſunt,vel qui ſatis eſſe duxerunt, ſi uicerunt:à cedibus autem quantũ fieri potuit abſtinuerunt.[Immanes]plus eſt immanitas,quàm crudelitas. excedit.n.hoĩum conſuetudinẽ,& brutorũ potius eſt. Immanis.n.autẽ dicitur, qui omnium caret breuitate,& inter homines raro exiſtit, niſi inter barbaros.[Tuſculanos]ponit exẽpla veterũ Romanorũ, qui hoſtibus pepercerunt,qm̃ in gerẽdo bello crudeles,aut immanes non fuerunt: Tuſculũ oppidũ fuit latij in Romanæ urbis conſpectu.ſuper albanum autẽ colle ſitum,auct. Str. Dictatore Quintio L. Mãlio Tuſculano approbantibus cunctis ciuitas data eſt,ſcribit hoc Liu.lib.ab urb.con.3.Aequi Volſci Hernici populi ſunt, fuerunt in latio Romæ appoſiti Sabini trans Tyberim incolebant anguſtum agrum Strab. eoſdem cũ Samnitibus vult eſſe.contra hos populos multa bella uarijs temporibus geſſere Romani, auct. Liu. apud quem in libris ab urbe condita licèt cognoſcere quanta in victos uſi ſunt humanitate, quos,vt Sabinos,& Latinos in ciuitatem receperunt. [At Carthaginem,& Numan.&c.]Vterq; populus crudeliſſimus in Romanos fuit,ideoque delere vtrunq; uoluerunt Scipio eius nepos,qui Carthaginem tributariã fecerat,eandem pęnitus euertit. Idem quartodecimo poſt hoc facinus anno ſummũ (vt Florus ait]Hiſpaniæ decus Numantiã ſuſtulit,& cum ſe, & ſua in ignes Numantini conieciſſent de ſolo nomine ciuitatis triumphauit [Nollem co.]Achaiæ caput Corinthus fuit, & Græciæ decus inter duo maria Ioniũ,& Aegeũ quaſi ſpectaculo poſita, vt Florus inquit, hãc ante oppreſſerunt Romani, quam in hoſtium numerũ referrent Critolaus cauſa belli,qui libertate Romanis data contra eos uſus eſt.Legatoſq; Romanos dubium, an & manu,certè oratione uiolauit.Mummius deleuit: Nollẽ inquit,Corinthũ ſubſtuliſſent,quia,ut Carthaginienſes,& Numantini crudeles Corinthijs non fuerunt, & ante ſunt oppreſſi,quã hoſtes iudicati.[Sed cre.]Excuſat Populum R. & opportunitate loci adductum,dicit ut Corinthũ deleret,quæ ciuitas ſi ſtaret opportuna nimium uidebatur, & fore ad innouandũ bellum,quã uero ſitu,& natura loci munita fuerit,& quamuis abundãs diuitijs oẽs declarẽt hiſtorici,qui de ea loquũtur, ſed in primis Str.[Mea quidẽ ſentẽtia &c.]Siquis inquit, quid ego ſentiam,quærat,pax bello præponẽda ſemper eſt,modo ſuſpecta nonſit,ut Carthaginienſiũ habebatur:putabantur .n.inſidiæ ſubeſſe.Multi autẽ ad ea inclinabant, ſed ſenioris Catonis uicit ſententia,vt bellum ſuſciperetur, & Carthago deleretur. [In quo ſi mihi eſſet obt.]ſui ipſius exemplo utitur. Et ſi mihi obtẽperatum,inquit,fuiſſet,quando diſſentire apertè Cæſar, & Pompeius cœperunt reſp. non fuiſſet deleta Paulo autẽ ante Cic.è Cilicia redierat, & cum omnia cõcuſſa, & perturbata offendiſſet,de conciliatione agebat, vt Cæſar Gallia decedens reliquo dimiſſo exercitu, cũ duabus legionibus apud Illyricos alterũ expectaret conſulatũ,quibus indignante Pompeio perſuaſi ſunt beneuoli Cæſaris,alteram legionem etiam dimitti, ſed aduerſante Lentulo,iterumq; acclamante Catone falli eos Pompeium decipi,concordiæ finis nullus datus eſt, auct. Plut. [Quæ nunc nulla eſt]cum omnia perturbata ſint, & in diuerſas factiones ciuitas diuiſa.Iam.n.Iulius fuerat occiſus,bella ciuilia inſurgebant,omniaq; ad interitũ ſpectabãt, amiſſa ergo eſt reſp.[Et cum ijs,&c]Dandã dicit ueniã iis eſſe,qui arma depoſuerunt,& ſe uictoris fidei dediderunt, ẽt ſi penè euerſis ipſorum mœnibus, vel inuiti iamiã in ditionẽ hoſtiũ uenturi eſſent. [Iis quos vi deuiceris] ſi modo crudeles ipſi, & immanes in gerendo bello non fuerũt[Armis po.] qui obſidentur, & cũ uideant ſe diutius tolerare obſidionẽ nõ poſſe,aut hoſtibus reſiſtere ſeſe hoſtium imperatoris fidei dedunt.[Quãuis murum aries per.[Quãuis iãiã męnia euertẽda ſint.Bellicũ inſtr̃m aries eſt.Trabes duæ,cõnexis capitibus,& ære munitis, q̃bus impactis muros demoliebant̃.Et qm̃ capite feriebat, aries uocabat̃. Nã id aĩal capite ferit, unde arietare verbum. Virgil.Arietat in portas.Lucanus,his aries actus diſperget ſaxa lacertis.Eũ bellicũ uocabãt prius,Epeus apud Troiã inuenit, & Troia ꝑ arietẽ capta eſt infictũ equo igneo deceptis Troianis. [In quo tãto] Adeo inquit in hac re humanos extitiſſe ueteres Rom.ut nõ ſolũ in fide receperint deuictas nationes,ac ciuitates,q̃ ſe illis dediderũt,ſed ẽt patroni earũ Romæ poſtea ſemꝑ fuerint,ut Curius,& Fabricius Sãnitũ.patronus dr̃, q̃ defendit alterũ ĩ iudicio,& q̃ imbecillorũ curã gerit,eiſq; pſidio eſt.[Ciuitates,& nationes]nõ ſunt idẽ.Nã poſſunt multæ eſſe eiuſdẽ nationis,hoc eſt gentis.& linguæ ciuitates. Põpeius in clientelã Tigranẽ Armeniæ,& Deiotarũ Cappadociæ reges accepit, & oẽs oriẽtales populos quos ſubegerat.[Ac belli quidẽ &c.] Nullũ iuſtũ bellũ eſſe dicit,niſi quod,aut ꝓ rebus repetitis geritur,ac nõ redditis,aut denũciatũ, indictũq; fuerit. Primus Ancus Martius res bellicas ceremonias ꝓdidit,& vt nõ gererẽtur ſolũ,ſed etiã indicerẽtur aliquo ritu bella inſtituit. Ius uero qđ feciales habuerũt

Q. L. Tul. li. Tuſc.

L. Florus de bello Corint.

Bella ciuilia quã cœpta ſunt.

Aries bellicum inſtrumentum.

buerunt ab antiqua gente æquicolis descripsit, quo res repetebant. Legatus ad fines eorum ueniebat, unde res repetebantur, quæ si non dabantur diebus tribus, & triginta: tot .n. solennes erant, bellum indicebat. Quibus autē uerbis uteretur cum repetens tum bellum indicens scr. Liu. lib. j. ab urb. cond. idē ait fecialem hastā ferratam, aut sanguineā præustam ad eorum fines ferre, quibus bellum indicebat, & nō minus tribus præsentibus puberibus dicto solenni carmine in fines emittere solitum, & quoniam clara uoce iubebat, tum in repetendo ablata tum in bello indicendo clarigatio ea solennitas appellabatur, hanc Romanorū consuetudinem, Virg. tetigit dicens. Sic ait, & torquēs iaculum dimittit in auras principium pugnæ socij clamore sequuntur. fecialis ergo partes erant publicæ fidei inter populos præesset, neq; iustum fore bellum credebatur, nisi per fecialem fuisset indictum. Cum uero pugnare desitum erat fœderibus fides pacis constituebatur, quæ fœdera aliquādo sidera appellata sunt ab Ennio, quod fidei faciundæ causa introducta sunt. M. Varro testis est, q̃ fecialem ipsum à fide, & faciendo dictum existimat, pater patratus à .M. Valerio feciali primum proditus est Sp. Fusius bello, quod Tullius rex cū priscis Latinis gessit eo fecialis utebatur ministro, & socio in ferē dis fœderibus, & à patrando, hoc est sanciendo fœdera nomen accepit, auctor Liu. lib. 1. ab urbe condita. [Denunciatū] Per feciales qñ ablata repetebant. [Indictū] Qñ tribus, & 30. diebus res repetitæ non reddebantur, & hastā in fines eorum, à quibus repetierat fecialis iecerat. [Pompilius] Exemplū ex quo ostenditur quanta diligentia ueteres Romani belli iura seruauerunt, qui ne militare quidē illum posse uoluerunt, & cū hoste pugnare, qui militiæ sacramento obligatus non esset. Milites iurati dicebantur, quos interrogabat, examinabatq; imperator, ii per Genium ipsius, & per Iouem iurabant, quod mortem reip. causa non euitarent, auctor Veget. li. de re mil. & qm̃ singuli iurabant omnia se pro rep. esse facturos, neq; discessuros, nisi completis stipendijs, hoc est 25. annis, hæc militia legitima, & sacramētum appellabatur, de qua Virg. aut moris Romani haud ignarus fas mihi graiorum sacrata resoluere iura, sacramento in quatuor modis soluebātur milites, ut digestis, discimus lib. 3. tit. de his, qui notantur infamia. Aut enim erat honesta missio, quæ emeritis stipendijs, vel ante ab Imperatore indulgebatur, aut causaria, quæ propter valetudinem à militiæ laboribus soluebat, aut ignominiosa, & hæc quidem missio erat toties, quoties is, qui mittebat, adijciebat nominatim ignominiæ causa se mittere, semper autem adijciendum erat cur miles mitteretur, sed, & si eum exauctorasset. i insignia militaria detraxisset inter infames erat, licèt non addidisset ignominiæ causa, se eum exauctorasse. quartum genus missionis erat siquis euitandorum munerum causa militiam subijsset, hæc missio existimationem non lædebat. Non solum autem unus miles dimittebatur aliqua superius dicta causa, sed etiā, qui exercitui præesset. exercitui autem præesse dicitur, qui nō vnam cohortem, nec unam alam, sed multos militum numeros, & legionem, vel legiones cum suis auxilijs vbi ab Imperatore commissas regit, auctor Vlp. Sæpe legiones dimittebantur, ut sumptus resp. remitteretur, cum necessaria illa non uideretur. Qua causa Pompilius legionem dimisisse creditur. dicta legio est, quod milites, qui in ea erant delecti essent. Continebat a principio sex milia peditum, & quingentos equites, postea uariatus est numerus. Contigit autem hoc, quod Cic. sci bello qđ gestum est contra Gallos insubres, & Ligures, paulo ante bel. Maced. Quo C Pōpilius, à Gallis obsessus cōfugere nullo modo posset, in collocutionem cum ducibus hostium uenit, & ita discessit, ut impedimenta relinqueret, & exercitum duceret. hic est Pompilius, qui missus legatus Antiochum Syriæ regem quo Ptolomæus, & Cleopatra Aegypti reges, uexabantur, cū monuisset, ut à socij regis abstineret iniuria, & auditis mandatis consideraturum se quid faciendum esset, uirga regem circunscripsit, iussitq; antequam circulo excederet rñsum dare, qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Idē iuriatum uirum calliditatis acerrimæ, qui ex uenatore latro, ex latrone dux, atque Imperator factus est per fraudem in Hispania oppressit. [Imperator] In Insubria contra Ligures, & Gallos Insubres. [Tiro] nouus miles. [In exercitu] Pompilij, fuit hic Catonis senioris filius corpore, natura molliore, & minus laboribus sufficiente. Qui tamē id studio, & industria consecutus est, ut non mediocriter in re militari strenuus esset, auctor

Vege de re mili.

Vlpian.

C. Pōpilius à Gallis obsessus.

Plut. in Catonis senioris uita. [Secundo sacro] Erat n. à primo solutus, dimisso legione in qua militabat nec militare iure poterat, nisi iterum sacro obligaretur. [M. quidem Catonis &c.] Aliud exemplū eiusdem Catonis. Cum missus fuisset filius iterum bello Macedonico, quod gestū est contra Persen Philippi filium, de quo uicto, & in Samothracia insula cōprehenso L. Paulus Aemilius triūphauit, bello autem Persico id egregiè factum Catonis filij celebratur. Quod cum pugio ictu reiectus ex sudore manu excidisset mœrore affectus cum familiaribus, & contubernalibus, in confertissimos hostes se cōiecit, & magna dimicatione, magnaq; ui, nudato loco inter armorū, & cadauerum, quæ utrinq; ceciderant aceruum, pugionē inuenit. Quod cū Paulus animaduertisset, magnopere delectatus est Cato autem epist. laudauit. Nupsit huic adolescenti tertia Pauli Aemilij filia Scipionis posterioris soror (auctor Plut.) Senē dixit Catonem propter iuniorem qui Vticensis cognominatus est. [A consule] Paulo Aemilio, cuius nondū gener erat Marcus. [Qui miles non sit] Non .n. miles esse intelligitur qui missus factus est. [Equidem, & illud &c.] Quanta in gerendis bellis lenitate maiores uterentur, ipsis ostendit appellationibus. [Nam perduellem] Quod asperum nomen uidebatur, hostem quod mite erat nomen uocari uoluerūt. Hoc idem Varro scribit dicēs multa verba aliud nūc ostēdunt, aliud ante significabant, ut hostis. Nam tū eo uerbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur. Nunc dñt eum, quem tunc dicebant perduellem. Duellum .n. signabat bellū, quod à duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur, & inde perduellis, uel perduellio, qui pertinaciter retinet bellū. [Durius effecit uetustas] .i. longi temporis usus. [A peregrino] A peregrini signatione: non .n. amplius peregrinū significat. [Cū uero de imp.] Dixit de bello gerendo qñ iusta mouemur causa. Nunc de suscipiendo bello præcipit, qñ nulla præcessit iniuria, sed possit ne suscipi nulla præcedente causa quæritur. Aris. 1. Pol. purū, & iniustū, inquit, esse homines, quos natura liberos genuit, armis subigere, & ut imperio uestro pareāt cogere. Nihil .n. magis indignum, & iniustum esse quā ex aliorū iactura uelle locupletari, Quod, & iure consul. usurpare solēt, ex quo non uidetur suscipiendum bellū, nisi causa iusta præcesserit. Idem tamē Arist. posse bellum suscipi quibusdam pbat rationibus, afferens multos esse seruiles homines, sic natura genitos, ut dignioribus subesse debeant. Quod si aliquādo recusauerint, non indignū uideri eos armis cōpelli, & iustū esse, ut parere cogantur. Alia ratio est, quòd debet dignitatem suā augere quisquis sibi uirtutis conscius principatum affectat, & ad imperandum nactus esse uim, ut cogere possit inferiores sibi parere, ita tamē, ut ipse bñ imperando humanæ consulat societati, licèt ergo de imperio decertare cū ijs, quos minus dignos existimes, etiā si nulla iniuria facta sit. sed hoc superius reprehendit Cic. cum dixit illud molestum videtur maximis animis splēdidissimisq; ingenijs plerunq; existunt, honoris, imperii, potētiæ, gloriæ, cupiditatis. Et propterea pauendum nequid in eo genere peccetur. Illud itaq; intelligendū Cic. uoluisse, ut qui pro gloria, & imperio bellū gerere desiderant, iustam causam habent, uel saltē denuncient antequā inferant, & à fraude abstineant. [De imperio] Cū nulla facta iniuria est, & id agitur, uter inciperet, & superior sit. Cuiusmodi cū Romanis finitimi populi bella gesserunt, & Latini, & Tusci. [Gloria] Vt tātū laudentur, qui uicerint. Causas easdem, nullum bellum superius dixit, iustum esse, nisi qđ aut rebus repetitis geritur, aut denūciatum antea sit, & indictū. [Sed ea bella] Minus dicit asperè gerenda bella, quæ pro gloria geruntur, nō sit, & uiuat, sed, ut im. pet. [Vt enim &c.] Id ait, in bellicis seruari debere, quod & in ciuitatibus custoditur, ut aliter pugnetur cū ijs qui de imperio certant, aliter cū ijs qui de uita, sicut ciuis aliter certat cū inimico, aliter cum cōpetitore, qui eundē petit magistratum. cum hoc .n. de honore, cū priore de capite certamen est. Quotannis autem cum candidati in Martium campum die comitiorum descendebant certare inter se competitores solebāt (ut apud Liu. & alios Romanæ hist. scriptores legimus,) Capitis, uitæ. Simul .n. & uita priuantur uicti, & fama. Creduntur .n. fuisse minus in re gerenda prudentes, aut causa pugnasse iniustiore; homines enim ex euentu res plerunque iudicant [Cū Cel.] Exemplis probat quomodo aliter cum certantibus de gloria, & imperio, aliter cum certantibus de uita, bella gerantur. Regio Hispaniæ est Celtiberia magna parte inculta, & aspera ac

Tertia filia Pauli Aemilij nupsit filio Catonis.

Perduellis.

Hostis.

Duellū.

Peregrinus.

Iustū in omni genere belli causam esse quærendam.

fluuialibus inundationibus vasta. Cumq; Celtiberi ipsi quadrifariam partiti sint: Fortissimi ad ortū, ac meridiem sunt Vraci, quorum ciuitas Numantia (auctor Strab.) Cato Cēsorius Celtiberos robur Hispaniæ, & impatientes iugi (vt Florus ait) aliquot prælijs fregit: Gracchus ille pater Gracchorum cētū, & l. vrbium euersione mulctauit: Varia præterea, & diuersis temporibus ad Cæs. vsque Augustum cum Celtiberis, & alijs Hispaniæ populis gesta sunt bella [Cum Cim.] Ij Germaniæ sunt populi ad Oceanum Septentrionalem habitantes iuncti Teutonis, atq; Tigurinis in Italiam cum uxoribus, & liberis uenerūt, aliquid sibi terræ dari à senatu missis legatis petierunt. Quod cum non impetrassent, ui petere constituerunt, multis Romanos affecerunt cladibus. Sed à Mario, qui septies consul fuit, aliquot prælijs penitus deleti sunt. Bellū Cimbricum scr. App. Causæ eorum à patrijs sedibus profectionis variæ traduntur à Str. & alijs nonnullis. Vter esset, vter viueret. [Cum la.] omne latiū. Manlio Tusc. duce in vltionem regum Tarquiniorū bellum Romanis intulit. Victi sunt Latini à Posthumo dictatore ad Regillum lacum, nec multo post cum eisdē de finibus certatum est. Cum uero incensam à Gallis urbem semper antea æmulatione imperij infesti contemnerent, & ius ciuitatis partē imperij, ac magistratum poscerent, pari imperio, T. Manlio Torq. & Decio Muræna cōsulib. ac ducibus superati sunt. Quo bello alter consulum se deuouit. Iterum ad arma omne latiū concurrit cū promissum à Liuio Druso ius ciuitatis, illo mortuo à senatu negaret, uictiq; sunt diuersis prœlijs. De imperio itaq; fermè cum illis est certatū [Cum Sa.] si factæ so. T. Tatio affinitatis immemores se latinis adiunxerunt. Sed Curius Dētatus consul oēm illū tractū, quē Nar. fluuius ambit, fontesq; Velini, ad mare usq; Adriaticū igne ferroq; vastauit. [Sānitibus] Str. Sabinos, & Sānites idem vult esse, sed fallitur. Nā Sānites uicini Cāpaniæ sunt in Apulia Capuę precibus Sānitibus genti opulentæ R.P. bellum intulit, & ita per Fabios, ac Papirios patres, eorumq; liberos subēgit, & domuit, vt Sānitū quōdā in ipso Sānio requireretur, quod Florus scr. [Penis] Cū quibus gesta sunt tria bella primo apud Egatas, Luctatio, & Catulo cons. finis impositus est victa Carthaginiensium classe, petētibus Carthaginiensibus, pax data est. Secundo, acie superato Hann. à superiore Scipione, iterum pax petentibus Carthaginiensibus. Sed graui imposito tributo cōcessa est. Tertio à posteriore Scip. & Carthago deleta est, sed antequàm fœdus frangerent pœni de imperio non de uita cū illis dimicabatur. [Pyrrho] hic Epirotarum rex in Italiam à Tarentinis accersitus cōtra R. uario euentu bellū gessit. Erat tūc Tarentū Lacedæmoniorū opus, Calabriæ, & Apuliæ totiusq; Lucaniæ caput. Tum magnitudine, & muris, potuq; nobile, tum admirabili situ. Curius Dentatus Pyrrhū uicit, & Italia expulit. [Pœni fœdi.] Quater n renouatū cū R. fœdus fregerunt. Vnde & Virg. ait, Quippe domum timet ambiguā Tyriosque bilingues. & Sal. aliud in ore, aliud in corde clausum gerunt. [Crudelis Han.] Qui cōtra fœdus superato hibero, Saguntum sociam P.R. ciuitatē 8. mense cœpit, de hoc Liuius. Inhumana crudelitas, pfidia plusquā punica, nihil veri, nihil facti, nullū iusiurādū, nulla religio. [Reliqui in. ut Latini, Sabini, Sānites. [Pyrrhi qui.] laudat Pyrrhi de captiuis reddendis, sententiā. Cum Valerius Leuinus cōsul parū prosperè aduersum Pyrrhū pugnasset, Elephantorum inusitata facie territis militibus. Caius Fabricius missus est ad Pyrrhum, vt de captiuis redimendis ageret, captiui sine precio à Pyrrho redditi sunt. Misso Cynea legato ad senatum Appij Claudij sententia, pax petenti regi negata est. Sed Pyrrhi de captiuis responsum, Ennius qui bellum scripsit Pyrrhi de captiuis responsum, Ennius qui bellum scripsit Tarentinū uersib complexus est, quibus sic loquētē regē facit. [Nec mi aurū posco] Quod R. offerunt pro captiuis. [Cauponātes bellū] hoc est lucrū ex bello quærētes, ut caupones solēt, qui uilioris emere student, quæ maioris uendāt: Caupo, ut Paulus ait iureconsultus lib. 4. dig. mercedē accipit, ut uiatores manere in caupona patiatur. [Hera] sors dña fortuna, quæ in sua potestate oia habet, vt vulgi fert opinio. [Accipe] o Fabrici. Quorū uir. &c. illis, inquit ego parco, quib. fortuna belli pepercit, hoc est, qui in bello nō periere. [Dono] captiuos, vel dono, hoc est gratis ducite. [Regalis sanè &c.] Laudat Pyrrhi sententiam, & dignam gñe Aeacidarū dicit: Iupiter Aeacum genuit, ex Aegina Aesopi filia, Aeacus Peleum, Pelus Achillem, Achilles Neoptolemū, qui, & Pyrrhus cognominatus est, & post Troianum bellū Macedoniam tenuit, ac successores reliquit reges Pyrrhidas ab eo cognominatos successit illi Piales, Qui uero medij Tharritam vsque reges fuerunt, non satis constat. Tharritæ filius fuit Alcetæ Arisba, vel Arinobes, huic Neoptolemus: Neoptolemo Aeacides: Aeacidæ Pyrrhus hic de quo loquitur Cic. filius fuit, epirotici regni successor auct. Plu. & Trogus. [Atq; etiam &c.] seruandam dicit fidē certo tpe hosti datam, & exemplo utitur M. Attilij Reguli, qui primo punico bello Xantippi Lacedæmonij ducis Carthaginiensiū mercede conducti insidijs captus est, & legatus postea Romam missus, diuersa quę hostes mandauerant censuit, ne pax fieret, ne cōmutatione captiuorū ipse un', & senex reciperetur. Ad hostes ne datā fidē falleret volūtariè rediit. Nec in vltimo, seu carceris, seu crucis supplicio, vt Florus ait, deformata maiestas. Immò his omnibus admirabilior facta: De hoc plurimi auctores multa scribunt, ut Polybius, Apianus, Val. Max. Aurelius Augustinus. [Singulis temporibus] necessitatibus temporum. [Adstrictos] de quo uariè scribitur, ut apud Gell. est [Meminerimus etiam &c.] Dixit iustitiā uirtutem esse, quæ hominū societatē, & quandam quasi cōitatē, inter ipsos cōtineat. Quare ne partem aliquā hoīum relinquat intactam, de officijs iustitiæ nunc agit, quæ in seruos custodiēda sunt. [Est aūt infima] Declarat quod dixit, quàm sit infima seruorum conditio Aristophanes ostēdit dicens τὸ νεώματον γαρικέα, τὸν κύριον κροτεῖν ὅδαννον ἄλλατον ἐωνήμενον. [Quibus non malè &c.] ut opera exhibeamus, hoc est, vt laborē proponamus, & pro eo iusta rependamus, vt uictū, & uestitum, faciamusq; quod Simon Terentianus ait, vt iusta, & clemens seruitus sit. Quales in seruos .e debeamus, admonet Macr. & ita cum illis agendum, vt colant nos potius, quā timeant, nec aliūde arrogantissimum illud manasse prouerbium, Totidem nobis hostes esse, quot seruos, quam ex nostra culpa. Qui dum in illos superbissimi contumeliosissimi, & crudelissimi sumus hostes facimus. [Cum autem &c.] Non esse faciendam iniuriā superius præcepit, nunc quibus modis fiat ostendit [Vi aut fraude fieri] Et multo esse turpiorem, quę fraude fit. Quod ratione non caret. Nam uis aperta est, fraus occulta, hæc uitari, aut ui adhibita repelli potest, illā neq; uitare, neq; repellere licēt. Nā insidias effugere difficile est. Et ut in bello plus laudis consequitur, qui aperta ui hostem superat, quam qui fraude circūuenit. Ita in inferenda quauis iniuria, minus turpiter agere uidetur, qui aperta ui, quā qui fraude utitur. Aperta pręterea uis fortis est, fraus imbellis, & sui uiribus non fidentis. [Fraus uulpeculæ] hoc animal solertia dirum est, ut ait Plin. cui fraus tribuitur. Horat. cautam appellauit uulpem. Aesopus Phrygius fabulat or semper fraudibus utentem inducit, huic homines cōparantur uiles, & subdoli. [Vis leonis] Dolis carent leones, & suspicione. Nec nimis intuentur oculis, aspicique simi i mō nolunt: Nullum animal adeò generosum, & ualidū, de quo multa Plin. Oui. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. pugna suum finem, cū iacet hostis habet. [Vtrunq;] uis & fraus: utraq: enim iniuria affertur ocio cōtra humanæ societatis ius. [Totius autem in.] A Platone hoc accepit, qui in libris de rep. maximā dicit esse iniustitiam, bonū uideri uelle, & nōn esse. Iure hoc subiunxit: de fraude. n. locutus erat, qua maximè hmōi hoīes utuntur, q̄ pessimi cū sint, boni uideri uolūt, ij sunt quos hypocritas græco uocabulo nominamus, ὑποκρίνω eīn simulo est, & ꝓpriè illi significant apud græcos, quos, nostri histriones uocant, qui alienā personā assumunt. In hos inuehitur Iuuen. cū ait: Vltra Sauromatas fugere, hinc libet, & glacialē oceanū quoties aliq d de moribus audēt, Qui curios simulāt, & bacchanalia uiuūt. Dominus ēt noster, cauendū ab ijs monuit, qui ueniunt in uestimentis ouium, interius autem sunt lupi rapaces.

ATQVE in rep.] Quia ostendit fraudē solere fieri in publicis negocijs, ideò monet ne in bello fiat. ostēdēs ad hoc duo decertādi gña. Ordo est, atq; pro, &, iura belli sunt maximè cōseruāda, eo q̄ perniciosissima sint, si non seruētur. Nam cum duo gña certandi i. contendēdi sint, alterū per disceptationē. i. contentionē uerborū, ut in foro iudiciali, alterū per uim. i. uiolentiam armorū. s. quæ pro &, cū illud. s. prius q̄d uerborū est sit ꝓprium hominis: soli n. homini datus est sermo, ut eius medio cōcordes uiuāt, & quæ causa cōtrouersię esse possit, dirimatur. Hoc. s. posterius per uim sit sup. belluarū. i. brutorū, & ferarum. Confugiendum est. i. necesse est tñ confugere ad posterius. i. ad illud quod belluarū propriū est. s. ad uim si non licet, ut priori. i. si per uerborum contentionem ius nostrūimpetrare nō possumus,

Cimbri Germaniæ populi.

Sabini & Sannites sunt idē secundū Strab.

De trib. bellis pu.

Appij Claudij snīa qua re nō esset habē da pax cū Pyrrho.

De origine Pyrrhi Regis Epirotarum.

Vis aperta est ... Fraus imbellis ...

Hypocrita. Histrio.

A SC. Duo genera certandi.

Qño bella suscipienda. Quibus palcēdū uictis.

sumus,quod sit quoties lis cum quo agitur non potest cõpelli
ad eundem iudicē.Quare.i.qua de causa bella sunt suscipienda
ob eandem causam,vt viuatur in pace sine iniuria Autem pro
sed,victoria parta.i.postquam uictoria est acquisita. hi sunt cõ
seruandi.i.non occidendi, qui non fuerunt crudeles,nec imma
nes.i.feroces in bello, vt quemadmodum nostri maiores .i.pri-
sci Romani acceperunt etiam in ciuitatem.i.in cõionem,& so-
cietatem iuris.s.Latij, quo dignitates, & honores cum Roma-
nis Romæ petere possent:Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabi-
nos,Hernicos,omnes illos populos Italiæ. At pro sed, sup. Ro-
mani sustulerunt.i.euerterunt funditus.i. à fundo Carthaginē
in Africa,& Numantiam in Hispania eo, quod crudelissimæ in
P.R.fuerunt.s.Nollem Corinthum sup. euersam aut sublatam
à P.R.i.vellem,quod nõ esset sublata,vel potius sic:Si ego prin-
ceps belli fuissem, nollem Corinthum sup.sustulisse.est n. mol
lis populus non efferus, nec immanis,& plus literis quā armis
deditus.quare Cic.quidem non debuisset. Sed credo,inquit,ali
quos ex Romanis secutos.i. persecutos esse opportunitatē loci
.i.propter opportunitatem loci deluisse, ne ipse locus maximè
ad bellum Romanis inferendum cõgruus posset adhortari ali-
quando sup. Corinthios, ad faciendum bellum.Consulendum
.i. prouidendum , & vt dicunt fauendum est semper quidem.∴
certè mea sententia.i.vt ego sentio paci,quæ nihil.i.non aliud ,
quæ non sit habitura aliquid insidiarum . In quo.i.in qua re si
obtemperatum.i.obeditum vt sic dicam,& morigeratum esset
mihi,nos sup.Romanis haberemus aliquam sup.remp.quę nūc
nulla est:ex quo enim beneuolis parcitum non est, omnes vbi
poterant rebellabant,poterant autem per bella intestina, quæ
Cæsar cum Gallis gessit.Et cū sup.ita sit , quod consulendū est
.i.oportet prouidere,& fauere his quos tu deuiceris i.subuice
ris, ui.i. violentia armorum tum.i multo euidentius hi qui cõ
fugunt ad fidem imperatorum,& hoc armis suis positis.i.depo
sitis,& reiectis recipiendi sunt supra in gratiam,quamuis aries
.i.machina bellica ad modum arieti facta percusserit murum
supra oppidi eorum, hoc est licèt verò simile sit,quod metu se
dederint. In quo.i. in qua re iustitia est culta tempore.i. tanta
diligentia apud nostros.i. apud Romanos priscos, vt qui cepis-
sent.i.accepissent in fidem ciuitates,aut nationes deuictas bel
lo,essent more maiorum.i.vt maiores eorum censuerent , pa-
troni.i.defensores earum sup. ciuitatum,aut nationū. Ac pro,
& quidem.i. certè æquitas belli.i. quæ debeat seruari in bello ,
perscripta est sanctissimè in iure feciali populi R. quod ius per
feciales.i fœderis,& belli paratores seruabatur . Ex quo.s. iure

Lex fecialis.

feciali potest intelligi nullum bellum esse iniustum, nisi quod
geratur aut rebus petitis(feciales n.res iniustè ablatas prius re
petebant)quas si bona venia impetrare non poterant , bellum
indicebant,& ideo dicebant,& ideo dicit,aut quod sit denūcia-
tum,& indictū ante sup.quam geratur . Pompilius Imperator
.i.princeps exercitus R.tenebat, prouinciam.i regionem prius
à R.deuictam,haud porro.i.longè à R.uictam.s. Macedoniam,
in cuius Pompilij exercitu filius Catonis Censorij s. militabat
.i.militiam exercebat existens Tiro .i. nouus miles. autem pro
sed,cum videretur sup.vtile esse Pompilio dimittere vnā legio
nem.i.tantam partem exercitus , dimisit quoque .i. etiam filiū
Catonis,qui militabat eadem legione.s.dimissa.Sed cum filius
.s.Catonis mansisset in exercitu amore pugnandi.Cato scripsit
ad Pompiliū,vt si pateretur eū manere in exercitu,obligaret.i.
astringeret eum secundo sacramento.i.iuramēto militiæ,quo
.s per dimissionem erat absolutus , quia non poterat pugnare
iure.i.iustè,& legitimè cum hoste,& hoc priore sacramento a-
misso. Adeo .i. intantum erat summa obseruatio in bello mo-
uendo,vt.s.nullus moueret, nisi iuratus.Epist. M. Catoni qui-
dem.i.certè,senis i.prioris.s.Censorij non Vticensis est .i. extat
ad filium,in qua scripsit se audisse eum .s. filium suum esse fa-
ctum missum.i. dimissum esse à Consule cum esset miles .i. cū
militaret in Macedonia , bello Persico.i. tempore belli Persici .
Igitur quia audiuerat eum missum factum , monet vt caueat
ne ineat prœlium . Negat.n.ius esse , eum sup. pugnare cū ho-
ste, qui non sit miles.i sacro militari astrictus . Equidem.i.ego
quidem,hoc est certè animaduerto .i. considero etiam illud.s.
quod is,qui esset proprio nomine perduellis.s. quicunq; duel-
lum faceret i.publicus inimicus uocaretur hostis.i.externus,&
peregrinus,quia tunc hoc dicebatur,alienigena aut externus,
Vnde subdit auctor,& hoc dico lenitate.i.mititate, & mollicie
verbi.i.vocabuli mitigante tristitiā.i.immanitatem rei.s.hosti-
litatis,& inimicitiarum capitalium . Enim pro quia , is diceba-
tur apud maiores nostros hostis , quem nos dicimus nunc pe-
regrinum.Duodecim tab.i.leges xij tab.indicant.i.demonstrāt
sup.quod dictum est, quia in illis inuenitur aut dies status.i.cõ
stitutus cum hoste, qui sup. non posset constitui cum publico
inimico.s.perduelli,quem nunc hostem dicimus. Itemq; inue-
nitur sup. in illis æterna auctoritas aduersus .i. erga hostem .i.
peregrinum non perduellem. qui potest ad hanc mansuetudi-
nem .i. appellare eum cum quo geras bellum tam molli.i. leui
nomine.i.nominando.s.eum hostem.i.peregrinum, q.d.nihil ,
quamquàm uetustas i. inueterata consuetudo efficit id nomē
.s.hostis, durius: recessit enim à peregrino .i. non amplius tri-
buitur peregrino,& remansit propriè in eo , qui contra ferret
arma. Cum uero,& cæt. Docet aliter pugnandum esse vbi cer-
tatur,vter viuat, quod vbi contenditur,vter regnet. interdum
.n.hostes non uitam,sed imperium expetunt,vt probat exēplo
Pyrrhi regis Epirotarum, cuius liberalem sententiam ex uersi-
bus Ennianis affert Cic. pro quibus sciet lector antiquitatem,
quæ in his est, non Ciceroni ascribendam esse,qui eos fideliter
citat,sed Ennio auctori:multum enim refert an nostra an alio
rum verba ponamus.Ponitur autem hic mi pro mihi,& dederi
tis pe.longa,& velit vltima longa, & uolentibus ultima breui ,
licèt sequàtur consonans, quia liquescit more antiquo . Ordo
est.Vero pro sed,cum.i.quando decernatur de imperio .i. vtrū
imperet , & gloria quæritur bello , tunc super oportet tamen
subesse omnino easdem causas.quas dixi paulo ante esse iustas
causas bellorum,ut.s.fiant bella eo animo, vt in pace sine iniu-
ria uiuatur,vt prius indicentur,& denūcientur per feciales,hoc
est,quod aliter sine iniuria vinci nõ possit. Sed ea bella quibus
gloria imperij est proposita.i.quasi merces, & finis constituta ,
sunt gerenda minus acerbè , quam supra in ea quibus de uita
contenditur.Enim pro quia,vt.i quemadmodum,cum.i. quā-
do nos contendimus ciuiliter .i. in foro iudiciali cum ciuibus
contendimus supra alter si sup. collitigator noster est inimicus
.i.accusator criminis,& aliter si sup.est competitor.i. eiusdē di-
gnitatis, aut magistratus petitor,quia sup. certamen honoris,
& dignitatis , de honore, & dignitate est cum altero.s. cum cõ-
petitore, & supp. certamen capitis,idest uitæ, & famæ est cum
altero, idest cum inimico . Bellum ge. siccum cel. i. Numan-
tinis populis Hispaniæ,& cum Cymbris populis Alemaniæ, ut
cum inimicis.s. uter sup. populus esset, idest uincere, non uter
imperaret,sed sup.dimicabatur , idest digladiabatur cum lati-
nis,idest populis in antiquo latio, cum Samnitibus,& cum Sa-
binis populis Italiæ,& cum Pœnis.i. punicis populis .i. Cartha-
giniensibus,& cum Pyrrho rege epirotarū , de imperio potius
sup. quam de vita , sed pœni .i. Carthaginienses erant sup. fe-
difragi.fœderis fractores.Et Han.erat cru. reliqui supra erāt iu
stiores.i.humaniores cum humanis , quod ad iustitiam perti-
net.Illa præclara.s.notissima sententia ex versibus Ennianis,est
quidem, idest certè Pyrrhi de reddendis captiuis . Dixit enim
Pyrrhus Romanis captiuos suos auro redimere uolētibus.Nec
posco,idest requiro mi,idest mihi aurū. nec dederitis mi , idest
mihi precium . Ne pro , & non, & nos non cauponantes , idest
per modum cauponum loca quęrentes,sed belligerantes,idest
vera bellagerentes , cernamus.i. decernamus vtrique uitam .i.
vtri viuant,fero,idest armis,non auro,idest aureis nummis.Ne
idest,ante,domina belli.s.fortuna , vellet viuere, ubi.s Rom.an
me,ne pro vel experiamur virtute.i fortitudine,quid sors,idest
euentus belli ferat.i.afferat,& accipe simul.i.pariter hoc dictū .
Certum est,idest decretum est,me parcere libertati horundē.i.
eorundem quorum virtuti fortuna belli pepercit , idest quos
fortuna uoluit in bello seruari , uolens gratia liberari . Ducite
ergo eos sup.dono,idest ex liberali donatione sine precio,quia
ego do eis cum magnis dijs uolentibus sup.eos uiuere . Addit
Cic.Sententia sup.i.hæc est sanè.i.valde regalis i. ad regalē ma-
iestatem spectans,& digna genere.i.progenie, vel Pyrrho , qui
erat de genere Aeacidarum i.eorum,qui descenderunt ab Aea
cō auo paterno Achillis , cuius filius Pyrrhus appellabatur , à
quo hic nomen originem traxerat. Atque etiam &c. Probat
exemplo.Reguli fidem etiam hostibus seruandam . Ordo est .
Atque pro &, singuli,id est priuati adducti temporis i.necessi-
tate temporis promiserunt quid.i.aliquid hosti, fides est seruā
da quoque.i.etiam in eo ipso,quod.s promiserint, ut.i.quēad-
modum M.Regulus captus à pœnis.i.Carthaginiēsibus primo
bellico punico,esset missus Romā de captiuis commutandis.i.

Iustitia erga seruos exhibenda. Maxima iustitia .

vt captiuos pœnarum commutare cum captiuis Romanorū,
inter quos ipse erat. Quæ, pro &, cum supp. iurasset se reditu-
rum ad Pœnos .s. Carthaginem, vt .i. postquam venit Romam
censuit primum in Senatu .i. in consilio seruatorum captiuos
supra Pœnorum nō esse reddendo. dixit enim se esse vetulum,
& parum posse prodesse reip. Rom. illorum captiuos esse iu-
uenes, & multum posse nocere. Deinde, idest post tale consi-
lium à senatu probatum, cum retineretur .i. conaretur retineri
à propinquis, & amicis, maluit redire ad supplicium, quod gra
uissimum tulit, quam fallere .i. frangere fidem .i. sanctam pro-
missionem datam hosti. Ac scilicet .i. quidem .i. certè de belli-
cis officijs. Meminerimus autem. Docet infimis .i. seruis etiam
seruandum iustitiam, eosque humanè tractandos inferens in-
cidentaliter turpitudinem fraudis, & ut dicunt hypocrisis. Or-
do est. Meminerimus i memores simus, uel memores esse de-
beamus iustitiam esse seruandam, & .i. etiam aduersus .i. erga
infimos .i infimæ conditionis homines. Autem pro sed, infima
conditio, & fortuna est seruorum quibus sup. seruis qui iubēt
ita vti ut mercenarijs ad exigendā, idest expetēdā ab eis operā,
idest obsequium, & seruitium, & supp. ad præbēda, idest exhi-
benda iusta .i. quæ iustum est eos præbere: non percipiūt male,
imò bene, & iustè. Autem pro sed, cum iniuria fiat duobus
modis, aut fraude, fraus est quasi vulpeculæ .i. paruæ vulpis. Vis
est quasi leonis, & utrunque, tam fraus, quam uis .i. violentia
est alienissimum ab homine, sed fraus est digna maiore odio,
per quod innuit, quod peior est iniustitia, quæ fit in proximū
per fraudem, quam quæ in seruo per uiolentiam. Autem pro
sed, nulla, sup. pars, aut nulla iniustitia, totius iustitię est capi-
talior i. perniciosior, & dignior, vt capite plectetur aut ut capi-
tali odio afficiatur, quam eorum qui cū fallūt maximè agūt,
tum, idest tunc id, ut uideantur esse boni uiri .i. qui per hypo-
crisim, & simulationem fraudulentam decipiunt. de quibus
Saluator, Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad vos in
vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Satis
dictum est de Iustitia.

ARGVMENTVM.

*De liberalitate secunda iustitiæ parte, quam tamen Aristoteles mo-
destiæ videtur annectere in qua tria potissimum spectanda docet Cice-
ro: ne quid demus, quod accipienti sit nociturnum, ne ve quod alijs lar
giamur, ab aliis per iniuriam auferimus. Secundum, vt pro faculta-
tum modo liberalitatem exerceamus. Tertium, ne demus quibus non
oportet. Dandum autem aut uirtute commendatis: aut ijs, qui nos ho-
nesta beneuolentia prosequuntur, aut quibuscum nobis aliquod socie-
tatis uinculum intercedit: aut denique qui bene de nobis meriti qui-
bus & cum fœnore beneficium remetiendum. Postremo societatis hu-
manæ gradus à summo fonte repetens inter se componit, ut quantum
cuique debetur, tamen præstetur. Sed de hac parte Seneca pluribus li-
bris diligentissimè scripsit.*

DEinceps (vt erat propositum) de beneficē-
tia, ac liberalitate dicatur. qua quidē ni-
hil est naturę hominis accōmodatius: sed
habet multas cautiones. videndū est .n.
primum, ne obsit benignitas, & ijs ipsis, quibus beni-
gnè uidebitur fieri, & ceteris: deinde, ne maior beni-
gnitas sit, quàm facultas: tum, vt pro dignitate cuiq;
tribuatur: id enim est iustitiæ fundamentum; ad quā
hæc referenda sunt omnia. nam & qui gratificantur
cuipiam, quod absit illi, cui prodesse velle videantur,
non benefici, neq; liberales, sed perniciosi atq; assen-
tatores iudicandi sunt; &, qui alijs nocent, vt in alios
liberales, in eadem sunt iniustitia, vt si ipsi in suam rē
aliena conuertant. Sunt autem multi, & quidem cu-
pidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt ab alijs, quod
alij largiantur: hisq; arbitrantur se beneficos in suos
amicos visum iri, si locupletent eos quacunq; ratio-
ne. id autem tantum ab est ab officio, ut nihil magis
officio posit esse contrarium. Videndum est igitur,
ut ea liberalitate vtamur, quæ prosit amicis, noceat
nemini. Quare L. Syllæ, & C Cæsaris pecuniarum
translatio à iustis dominis ad alienos, non debet libe-
ralis videri. Nihil enim est liberale, quod non sit idem
iustum. Alter locus erat cautionis, ne benignitas ma-
ior esset, quam facultates: quod, qui benigniores uo-
lunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, qđ
iniuriosi sunt in proximos: quas enim copias his, &
suppeditari à quibus est, & relinqui eas transferunt
ad alienos. inest autem in tali liberalitate cupiditas ra
piendi plerunq;, & auferendi per iniuriam, ut ad lar-
giendum suppetant copiæ. uidere etiā licèt, plerosq;,
non tam natura liberales, quam quadam gloria du-
ctos, ut benefici uideantur, facere multa, quæ ab o-
stentatione proficisci magis, quàm à uoluntate, uideā
tur. talis autem simulatio vanitati est coniunctior,
quam aut liberalitati, aut honestati. Tertiū est pro-
positum, ut in beneficentia delectus esset dignitatis.
in quo, & mores eius erunt spectandi, in quem bene-
ficium conferetur, & animus erga nos, & communi-
tas, ac societas vitæ, & ad nostras utilitates officia an-
te collata. Quæ ut concurrant omnia, optabile est: si
minus, plures causæ, maioresq; ponderis plus habe-
bunt.

DEinceps (vt erat propositū) Proposuit Cice. eam rationē,
qua societas humana cōtinetur. cuius partes duas esse di
xit, iustitiam, & liberalitatē. Postquā de iustitia disseruit, tran-
sit ad liberalitatem, vt proposuit. Liberalitas est mediocritas
circa dandas capiendasq; pecunias, & res quæ pecunia æstimā-
tur. Et liberalis ille est, qui scit pecunias disponere, q bus & bñ,
& malè vtimur, bene uno mō, malè dupliciter, aut exuperādo,
aut deficiendo, unde oportet uirū liberalē scire pecunijs uti.
Nam in omni facultate est aliqua ars, quæ illā disponit, is opti
mè, inquit philosophus, re quauis utitur, qui eā virtutē habet,
quæ ad rē illam accommodatur, & diuitijs. igitur optimè is vte
tur, qui virtutē eam habet, quæ ad pecunias attinet, hic autē
est ipse uir liberalis. Liberalis igī dabit quib. oportet, qđ opor-
tet, tam in paruis, quā in magnis, & accipiet unde oportet, sed
magis uersatur circa dandas, quā accipiendas pecunias. Virtu-
tis .n. propriū est magis cōferre beneficiū, quā accipere, & quia
difficilius est erogare pecunias, quā accipere, & uirtus est circa
difficile, & nō dr liberalis, q acceperit, sed q dat q bus oportet,
& omnes actiones liberalitatis debēt esse honestatis cā quæ est
finis cuiuscūq; virtutis, & ipsa liberalitas uirtus est, & uerè libe
ralis nō capiet, unde nō oportet, qm̄ nō magni æstimat pecu-
nias, dare tñ dēt pro facultate, & rōne diuitiarū, & liberalis nō
pōt esse diues, qm̄ sibiipsi pauciora relinquit, & libenter patit
iniuriā in rebus pecuniarijs, & uir liberalis angit cū nō dat qñ
oportet, vt ipsa lex liberalitatis dictat, & hoc magis offendit ip
sam uirtutem, quā dare cui non oportet, q a hic datur, illic mi-
nime, quod est oīno cōtra liberalitatē. Simonidisq; snīa impro
bat auct. Arist. qui oppositū tenebat. Exuperat prodigus, defi-
cit auarus accipiēdo, & nō dādo, ille autē dādo, & nō accipien-
do. Est igitur liberalitas virtus, & mediocritas q̄dam inter aua-
ritiam, & prodigalitatem, & sic potest diffiniri, Liberalitas est
habitus electiuus consistens in mediocritate circa dandas, ca-
piendasq; pecunias. Accōmodatius] Naturæ hominis, quoniā
homines qui opibus valent ad tuēdam societatē humanā na-
tura incitantur, & nihil est accōmodatius homini, quā prodes-
se quibus oportet, & opibus, & officio alios demereri. Vnde a-
uari pecuniosi vituperandi sunt, cū omnino naturā relinquāt,
& humanitatem, & videntur serui atrienses cū pecunijs rei. s. vi
lissimę, seruiant, qua seruitute nihil potest esse aut excogitari
miserius, & illi summis laudibus celebrandi sunt, & quodam
quasi pleno ore laudandi, qui opib. ad conseruationem huma
ni generis utuntur, nec incubant Thesauris, & infossis loculis,
sed diuitijs sciunt addere lucem, & vt virtutis finem consequā-
tur opibus quasi instrumento vtuntur, tunc gestientes animo
cum aliquē erigere, & fouere possunt, sed in tanta confusione
temporū, & peruersis morib. ac auaritię æstu, & rabie, pauci ad-
modum

PETR. MARS.

modum inueniuntur. Cyrus apud Xenophontem lib. iij. dicit pecunijs vtimini, nam in terram satis sit corpora desodere, cũ quisq; diem obierit. Generosi animi,& magnifici est, inquit Senec.iuuare,& prodesse,qui dant beneficia deos imitantur, qui repetunt fœneratores.[Sed habet mul.caus.] quoniã, vt dictũ est oportet liberalem esse prudentem,vt de quibus oportet, & quod oportet,& qũo,& vnde, seruatis omnibus circunstantijs, quas præscribit ipsa recta ratio,aliter à medio ipso descẽditur, quod non fit sine vitio quocunq; te veteris.Sen. dicit, Videbo quandoquidẽ, cui dem, quemadmodũ,quare: nihil.n. sine rõne faciundum est,non est autẽ beneficium, nisi quod rõne datur,quoniã rõ omnis honesti comes est.Ponit igitur Cicc.cautiones,quibus vti debemus, vt veræ liberalitatis gloriam cõsequamur. Cautio dicitur,cautela nõ dicitur. Cautus is est, qui omnia prudenter agit,& timet ea quæ timenda sunt, & pœnitentiæ locũ non relinquit dare argentũ,inquit, philosophus, sumptus ue facere cuiuslibet est,& facilè,sed cui,& quantum, & quãdo,& gratia cuius oportet,non cuiuslibet est, neque facilè,quod quidẽ est ipsum rectũ.[Videndum est n.] Affert tres cautiones,& sic tres erunt partes. [Nec obsit]D.Ambr.ait:Pulchrum est bene velle,& largiri,vt prosis,non vt noceas, nam si luxurioso ad luxuriæ effusionẽ, adultero ad mercedem adulteri largiendum putes,non est beneficẽtia ista, vbi nulla est beneuolentia: officere.n.est istud,non prodesse,alteri si largiaris, qui conspiret aduersus patriam.[Benignitas]Pecuniarum collatio.[Videbitur]Cum reuera non sit,qm̃ illud nocet, nõ prodest.[Est cet.]Qui malũ fortè expectãt ab illis, quibus benignè factũ est,vt à Cæs.passi sunt Romani.cui imperio cogitãti Crassus diues, & quidam alij pecuniam suppeditabant. illa igitur benignitas nocuit Cæsari, quoniam postea fuit interfectus, & etiam Romanis,quos ille in seruitutem redegerat. [Deinde] Hæc est secunda cautio, quoniam ut dixi pro facultate dandũ est,& modo diuitiarũ,aliter liberalis coget accipere, vnde non oportet,& sic ab officio discedet. Nã liberalitas iudicatur ab ipsis facultatibus.At.n. inquit Arist. pro modo fortunarum ipsa liberalitas dicitur:liberalis.n.actio non in multitudine rerum, quæ dantur, sed in habitu dantis consistit. Hic autẽ pro facultatibus erogat.[Quam facul.]Quam modus diuitiarũ,& patrimonij.[Tum vt pro dignitate]Tertia cautio,& proprietas liberalis,qui dare debet quibus oportet,vt.s. demus vnicuique, id quod meretur.[Id enim]Dare.s.vnicuique pro facultatum rõne,& dignitate accipientium, & meritis est fundamentum iustitiæ, aliter fit iniustitia,cum mali accipiant,quod non merẽtur, & boni uiri mendicent temporum culpa, quibus oĩa corrupta sunt,ut nulla penitus habeatur ratio uirtutis.[Iustitiæ] Proprium est tribuere unicuique,quod suum est. Vnde dicit Sen.Turpissimũ genus dãdi est inconsulta donatio. Iustitia distributiua est secundũ proportionem geometricã,& in qua cõsiderãtur personæ sit distributio de bonis cõibus, unde dicit philosophus v.Eth.qui non sunt pares nõ habẽt paria, sed hinc pugnæ nascuntur,& incusationes,atq; querelæ,cũ impares habent paria,id ita esse ex eo,quod pro dignitate fit,constat: iustum.n.quod in distributionibus est,omnes uno ore pro dignitate quadam oportere esse dicunt.[Ad quam]Iustitiam [Hæc omnia] Quæ de liberalitate præcipiuntur, quæ est pars iustitiæ,& potest dici iustitia distributiua,ut dictũ est. [Nã & qui] Probatio est[Gratificantur].i.rem gratam faciunt alicui.Quæ accipienti noceat,non dicetur liberalitas quoniam finis nõ est honestus,quẽ respicit ipsa uirtus,gratificari aliqd alicui est aliquid in gratiam illius facere,& in aliquem beneficum esse,atq; donare.[Quod obsit]Noceat illi in cuius gratiam aliquid fit. [Videantur uelle]Inquit,cũ in animo habeant nocere,igitur à fine talia officia iudicanda sunt. [Assentatores] Quia cum uideantur prodesse tum maximè nocent,& unum dicũt,& aliud corde sentiunt, & alienæ uoluntati obtemperant, ut id quod praue cupiunt assequantur,unde ab ipsis cauendum est. De assentatoribus,& adulatoribus dicetur loco suo latius. [Et qui alijs nocent]Non probatur largitas,si quod quis uni largitur, alteri extorqueat,si iniustè queratur,& iustè putet dãnari posse. Arist.ait prodigi ad capiẽdũ proni fiunt,quia cupiunt dare, hoc autẽ facere interdũ nequeunt,cũ cito facultates deficiant. itaq; ex alienis dare coguntur, & simul quia nulla est eis honestatis cura,sine ullo discrimine,& undiq; rapiunt, dare nãq; cupiunt,quo pacto autẽ aut unde, nihil curãt,quapropter nec dationes ipsorum sunt liberales:non.n.sunt honestę,aut honestatis causa,nec ut oportet efficiuntur, sed interdum quos deceret esse pauperes eos ditant,& his quidẽ qui moderati sunt, nihil darent. Adulatorib. autem multa, aut aliquã aliam afferentibus uoluptatem. [Cupidi splendoris] splẽdor dicitur per translationem,& accipitur hic pro ipsa gloria,& nominis celebritate,& claritate, quoniam tales uolunt uideri liberales, & splendidi,& ideò largiuntur ea,quæ alijs eripuerunt, quod est contra iustitiã,sic faciebat Cæsar, qui sine aliqua supputatione pecuniarum,quidquid poterat alicũde corradere,& rapere, dilargiebatur populo,ut animos largitionibus corrumperet, & postquàm rerum summa potitus est,multa multis eripuit, ut alijs largiretur.hoc idẽ fecerat Sylla, qui bona proscriptorũ ad libidinẽ dilargitus est[In suos]Erga suos. [Si locupletent] Diuites faciant,locupletes propriè domini,qui multa loca habent,& possessiones.Quacũq; rõne,& ꝑ fas,& nefas, qũocunq; potuerint.[Id aũt].s.mõ largiri,& alios locupletare quocunq; modo.[Tm̃ abest]tm̃ ab officio distat, qm̃ est contra iustitiã. [Officio.]Actioni quæ est cũ uirtute[Videndũ igitur]concludit Cic.docẽs qua liberalitate utendũ sit [Quare]iccirco cũ debeamus uti ea liberalitate, quæ nemini noceat,largitio pecuniarũ Syllæ,& Cæsaris nõ fuit liberalis, qm̃ nocebat iustis dominis, quod est contra præscriptũ iustitiæ. De bonis ciuiũ publicatis à Sylla,& Cæsare dicetur in ij uol.[Iustis dñis]Possessorib.legitimis.[Ad alios]Amicos, ad quos tamẽ nihil horũ iure pertinebat. Nihil est. n. probatio est philosophi in iiij.Eth. sic ait.Sequitur enim dationẽ bonã talis acceptio. ea uero quę nõ talis contraria est.Aliter locus.i.secundus.supra dixit ne maior benignitas sit quã facultas,& hoc pertinet ad prodigum,de cuius natura dictum est [Facultatẽ]Patrimonium, census, opes. [Proximos,affines, & propiquos]Quas.n.probat, quare faciũt iniuriam proximo.[Copias]Diuitias[Suppeditari] Dari,relinqui [Ad alienos]nulla consanguinitate,aut affinitate sibi coniunctos,& sic iniusti sunt,qm̃ dant alienis, id qđ proximis suppeditatũ esset.[Rapiẽdi]per uim. [Auferendi] Quocunq; modo,& fraude [Suppetãt]Abundè sufficiant.[Videre etiã licèt] ponit aliud genus largitionis,quod etiã illiberale est: largiuntũr.n.quidã ad ostentationẽ,quæ fit gloriæ causa. Nec illa perfecta est liberalitas,inqt Ambrosius. si iactantiæ causa, magis quã misericordia largiaris,affectus.n. imponit nomẽ opi, qũo à nobis ꝓficiscitur,sic æstimatur.Vñ scribit Pli.in Epi. Meminimus quãto maiori aĩo fructus honestatis in cõscientie, quã in fama reponatur:seq.n.gloria,nõ appeti debet, & laudãs T. Aristonẽ dicit, Ornat hæc magnitudo animi,q̃ nihil ad ostentationẽ,oĩa ad consciẽtiã refert, recteq; facti pmium non ex populi sermone,sed ex facto petit, perfecta igitur est liberalitas, ubi silentio qs regi opus suũ, & necessitati singulorũ occultè subuenit.Honestè facti præmiũ est fecisse,inquit Sen.Et Scipio apud Syllã dicit.Ipsa qdẽ uirtus sibimet pulcherrima merces. [A uoluntate]Certo animi iudicio,& qđ ita eligãt augẽdũ.[Simulatio]ostentatio,& ficta liberalitas. [Vanitati] Mendacio, qm̃ nõ ꝓficisci̇t à uolũtate.Vanus dr̃ Simulator,& mẽdax atq; ostẽtator,cui opponit̃ grauis,qui nihil simulat nihilque dissimulat, sed ita uiuit,dicit. Vanũ igr̃ est largiri ad ostentationẽ, non ex officio aut uolũtate.[Honestati]uirtuti,cuius finis honestas est [Tertiũ aũt] Proposuit tria,duobus absolutis,superest tertium,ut.s. pro dignitate cuique tribuatur. Nunc exeqtur hanc partem,& dicit spectandos esse mores eorum in quos benefici esse uolumus, ut quisque pro meritis habeat. Vnde opus est liberalem prudentem esse,ut habeat delectum, & iudicet quid cuiq; tribuẽdum sit, & quid quisque mereatur, aliter discedet à iusto. Cõsiderandũ etiã est qualis fuerit animus erga nos, quæ cõmunitas,aut uitæ societas,si beneficia ab illis fuerint in nos ante collata,si omnia hæc inierũt,bene habebit, & optãdum est,sin autẽ plures causæ, & maiores, præualebũt. [Spectãdi] Diligenter cõsiderandi. Et animus]Quo animo fuerit erga nos.[Cõmunita] An fuerit amicus, an sit ciuis, an domesticus cõitas uitæ dicit cõsuetudo,quę est in ciuitate oĩum ciuiũ, societas est paulo restrictior. [Ad nostras utilitates] An fuerint in nos benefici.Quæ om.]Vt i.sit præditus uirtute amicus, & in nos ante beneficus ille, in quem uolumus uti liberalitate [Optabile] Desiderabile,ut omnia insint,& cõcurrãt in unũ,quoniã officium est erga talẽ hominẽ liberalitate uti. [Si minus] si non omnia inerunt, maior pars uincere debet, vnde opus est iudicio. [Plus ponderis] Magis debent nos mouere, ut benefici simus, & liberales in aliquem.

FRAN. MAT.

DEINCEPS ut erat propositum &c.] Iustitiæ beneficẽtia, quã eãdem, & benignitatem, & liberalitatem appellari licet, coniũctam dixit esse. De officijs iustitiæ iam præcepit, nũc de liberalitate præcipere incipit. Subijciuntur autẽ iustitia, & beneficẽtia Iuris naturalis parti, quæ gratia appellatur. In ea.n. ut Cic. ait, amicitiarum, & officiorũ alterius memoria, & remunerãdi uolũtas cõtinetur. Aris. liberalitatem dicit esse mediocritatem circa pecunias, & laudari liberalem, non in rebus bellicis, neq; in his in quib. temperãs, nec rursus in iudicijs, sed in dandis capiendisq; pecunijs, pecunias vero appellat omnia, quorum æstimatio mensuratur nummo. Idem magnificentiã quandam uirtutem esse ait circa pecunias existentem, sed non ita vt liberalitatem ad omnes res pecuniarias pertinere, sed ad sumptuosas duntaxat, & in his liberalitatem magnitudine excedere, & ad aliquid esse. Nec magnificũ dici, qui in paruis, aut mediocrib. pro dignitate sumptus facit, sed illum, qui in magnis. Et omnis magnificus liberalis est. Liberalis autem nihilo magis magnificus. Rectè autem iustitiæ coniuncta est liberalitas, quod sicut illa virtus est ad alium, vt ait Arist. ita & hæc ad alium est, cui confertur, vtrisque tamen diuersa sunt officia, Iustitia tribuit suum cuique pro dignitate, liberalitas vnicuique pro indulgentia benefacit. [Beneficentia] Quamuis idem sint beneficentia, & liberalitas, ut Cic. ait, potest tñ hæc ad animũ dantis, illa ad actum, & operationem ipsam referri. [Quæ quidem &c.] nam homo animal sociabile est, & ciuile, hominum causa generatus, ut superius ait ex Stoicorũ sententia, ut alijs hominibus benefaciat, & dando accipiendoq; aliorum sibi cõciliet beneuolentiam, & societatem. [Sed habet cautiones multas &c. [Quas cautiones uocat Cic. circunstantias alij appellãt. In omni vero actione septẽ spectant, vel ex his potissime. Quis, quid, circa quos, vbi, quando, quomodo, cur. Prima agentẽ respicit. Secunda actum: Tertia obiectum: Quarta locum: Quinta tempus: Sexta modum: Septima finem: Quæ omnia in liberalitate spectari possunt: Quis largitus sit, diues an pauper; priuatus an magistratus; rusticus an urbanus. Quid, vtile, vel inutile, opportunum, vel contra. Circa quos, egenti, vel contra, bono, vel malo, benemerenti, vel non. Vbi, quo loco debuit, vel quo non debuit, clam, aut palam. Quando, tempore necessitatis illius, cui erogauit, an quando liberalitate vti in illum opus non erat, vel quando ille petit, aut quando non petijt. Gratiora.n. sunt, quæ vltra afferuntur his quæ petimus. Quomodo, læto vultu, vel contra, aut magna mensura, vel cõtra, & pro modo facultatum, vel contra. cur, spe plura recipiendi, vel citra remunerationis spem. Spe laudis adipiscendæ, vel non [Videndũ est primum &c.] Prima cautio est, ne obsit benignitas, & illis quibus fit, & cæteris. Vtilia.n. & opportuna elargiri nos conuenit. Noceret adolescenti, si quis ei pecunias largiretur, vt aleis operam daret, & meretricibus indulgeret, & hæc re uera liberalitas non esset, quoniam sine ratione fieret. Liberalitas autem virtus est in dando, & accipiendo cum ratione [Et cæteris] si alijs auferamus, & alijs largiamur, quod infra dicet. [Deinde ne maior, &c. Liberalis, ait Arist. est vehementer in dando excedere, ita vt sibiipsi pauciora relinquantur. Nam ad se quidem ipsum non respicere, liberalis est. Verum iuxta facultates liberalis dr, & non in multitudine datorũ, sed in dãtis habitu consistit liberalitas, hic autem dat secundũ facultates. Nec quidquã prohibet liberaliorẽ esse, qui pauciora dat, si modo ei minores sint facultates. [Tum ut pro dignitate, &c.] Multi dant quib. non oportet, & vt ait Aris. quos pauperes esse cõuenit, eos diuites faciũt, & honestis quidẽ hoĩbus nihil dant, assentatoribus autem, aut aliam quampiam voluptatem afferentibus multa, ex quo fit, ut plurimi eorum dissoluti sint, sumptus in flagitijs prone facientes. Et quia honestatem non sequuntur, in uita declinant ad uoluptates. Tribuendũ est itaque dignis, & cuique, ut meretur erogandũ. [Idest.n. &c.] Superius dictũ est, iustitiam esse animi habitũ, quæ cõmuni utilitate seruata suũ cuique secundum dignitatem tribuit. [Hæc ferunt] Et rectè, quoniã par iustitiæ est liberalitas. Iustitia.n. nõ se præcipit, ut suũ cuiq; pro dignitate tribuamus, & neminẽ in cõmercijs cõtrahendo, commutando, cõducendo, locãdo, emendo, uẽdendo, decipiamus, sed etiã, ut nostra sponte ad benefaciendũ ꝓpensi simus, hominesq; quos socios nobis natura genuit, iuuemus. [Nam qui gra. &c.] Rõ cur superioris circunstantię spectandę sint, qui, inquit, beneficium conferunt cuipiam, quod nociturum sit, non liberales sunt, sed perniciosi assentatores; nocent.n. maximè dum liberales uideri uolunt, vt siquis equũ ferocissimum parum equitando perito adolescenti largiatur, quo præcipitari facilè potest, aut petitum gladium cædem facturo. Talis locuples fuit Horatianus cognomento Eutrapelus quoniam non liberaliter, & urbanè in personas iocabatur, hic cuicunq; nocere uolebat, Vestimenta dabat preciosa: beatus.n. iam. Cum pulchris tunicis sumet noua cõsilia, & spes, Dormiet in lucem, scorto postponet honestum Officium, nummos alienos poscet, ad imũ Thrax erit, aut olitores aget mercede caballum. Sunt autem assentatores, qui omnia loquuntur ad audiẽtis uoluntatem, nõ ad ueritatem, auctor Cic. in Lælio. [Et qui alijs no. &c.] tam peccat, inquit, qui alijs aufert, aut alijs largitur, quam peccaret si quæ eriperet, & in rem suam cõuerteret. Superius autẽ præcepit, ut communibus uteremur tanquam communibus, priuatis, ut nostris, & quod siquis plus sibi appeteret ius humanæ societatis uiolaret. Arist. & ipse multos, dicit esse qui accipiunt vnde non oportet, propter erogandi cupiditatem, quod deficientib. confestim rebus facere necessitas cõpellit, & hos de honestæ nihil curare, ac sine ullo respectu vndiq; capere, quomodo autẽ, uel vnde, nullam apud eos differentiam esse, & propterea dationes eorũ liberales non uideri, quoniam honestæ non sunt. [Quacunque ratione] Etiam per iniuriam alijs factam. [Ab officio] Ab actione uirtutis. & Sen. inquit, magnanimus non est, qui ex alieno liberalis est, [Videndũ &c.] Concludit. [Quare &c.] Exẽplis probat ætatis suæ principium. Syllam.n. nouit adolescens, Cæsari penè fuit æqualis, Vterque bonis proscriptorum, & eorũ, qui probi erant, à quibus auferre iuste non poterant, amicos suos, & satellites ditauit. Sed neuter liberalitate usus est, cum liberalitas iustitiæ cõiuncta sit. Iustitiam autem ab iniuria abstineamus, & alijs, quæ nostra non sunt relinquamus iubet. Sylla tabulam illam ingẽtem proposuit, & ex ipso equestris ordinis flore, ac senatu duo millia elegit qui mori iuberẽtur, bona proscriptorum sub hasta uendidit, & quibus uoluit largitus est. Qui proscriptos tũc interficiebant, hunc dicebant, domus interemit amplissima, illum hortus, illum thermæ. Quint. Aurelius, qui nullis prorsus negocijs se immiscuerat, forum ingressus, & proscriptorũ nomina legens, cum seipsum quoq; comperisset, Ve mihi misero, inquit: Albana me uilla persequitur, paulumq; procedens iugulatus est. Cæsar multa largitus est amicis ex contrariæ factionis bonis, quamuis admirabili moderatione, post belli ciuilis victoriam, vsum illũ tradat Suet. [Alter locus erat, &c.] Docet nunc cur maior benignitas esse non debeat quã facultates patiantur. Quoniam qui plura quam possint largiuntur, iniuriam faciunt proximo cui adimunt, vt alienis tribuant. Exigit autem humanæ societatis ratio, ut secundum gradus erogemus, & proximiorib. benefaciamus. [His] Proximus. [Inest autem &c.] Idẽ vt supra retulimus dicit Arist. Qui multa largiuntur sine discrimine, ii multa rapiant necesse est, ut suppetat largiendi facultas. [Videre &c.] Dicit plerosque non natura liberales esse, sed gloriæ cupiditate ductos largiri. Et huiusmodi hominum liberalitatem uanam quandam ostentationem esse Arist. excessum, vulgarem ventositatem, & inexplebilitatẽ appellat, & quot sunt huiusmodi, quæ non in quibus oportet excedunt, sed in quibus non oportet, & vt non oportet splendorem conquirunt, & ut idem ait, magnificus non habet, sed uacuus ostentator, qui modũ in sumptu non opportunè faciendo excedit, & in paruis sumptibus multa consumit, ac contra decentiam splendorem captat, ut si in histrionibus nuptiali apparatu epulas paret, & comœdorum exhibeat chorũ, gradiens purpuratus, vt olim Megarenses solebant, & hæc omnia faciat non gratia honesti, sed ad ostentationem diuitiarum putans ea de causa homines in sui administrationem conuertere. Et vbi opus est magnis, sumptus paruos facit, vbi uerò paruis magnos. [Quadam gloria] Inani. s. quã κακολοξίαν uocant Græci. [Ostentatione] Iactantia, & inanitate ueritati, ut ait Arist. opponitur ostentatio, & deterior est ironia. [Magis quàm à uoluntate] Rectè sic ait. Nam hoc ipsum iustum est, quod ratione fit, si est uoluntarium. Qui uerò gloria ducti largiuntur, non ut prosint hoc faciunt, sed vt ipsi laudentur. [Honestati] Cõtra quam faciunt, cum quibus non oportet largiũtur. Nec vt oportet, aut vbi oportet, quod est contra honestatem, sicut ostensum est. [Tertium est propositum, &c.] Liberalis [vt dictũ est] is est, qui secundum patrimonij modum erogat, & in quibus oportet: qui uerò excedit, prodigus est. ut autem iustitia,

com-

Liberalitas.

Magnificentia.

Benificẽtia liberalitas.

Eutrapelus apud Horat. lib. j. Epist. xvij.

communi utilitate seruata, suum cuique tribuit pro dignitate, ita liberalitas cuique, ut meretur, largitur secundum facultatem. Dandũ est itaque dignis, & quantum oportet, & quando oportet; ita tamen, ut non desit nobis ipsis [Mores erũt spectandi] Dãdum est.n bonis, & honestis, ac virtutis studiosis, nõ malis, & improbis. Respicit hoc eam iuris naturalis partẽ, quæ obseruantia nominatur, per quam homines aliqua dignitate añtes, cultu, & honore dignamur [Et animus erga nos] Grata innuitur iuris naturalis pars, in qua amicitiarum, & officiorũ alterius memoria, & remunerandi uoluntas continetur, tangitur, & pietas, per quam sanguine coniunctis, & patriæ beneuolis, officium, & diligens tribuitur cultus, cum dicitur communitas, ac societas uitæ. [Ad nostras utilitates &c.] Ad gratiam hoc spectat: decet.n nos memores esse beneficiorum alterius in nos, & ingratitudine nullum uitium detestabilius, & beneficium si in bonos confertur honestum est, si in amicos laudabile, si in benemeritos de nobis necessarium. [Quę sic omnia concurrant.] Si hæc omnia in uno aliquo, cui beuefacere uelimus, fortè non fuerint: difficile.n.est simul omnia inueniri, ei benefaciendum est, in quo maior, aut potior horum pars extiterit. [Maiores] Maior causa est, ut sanguine coniunctis benefacias, quam ut alienis. & patriæ beneuolis, quàm externis.

Donandũ eẽ dignis quã tũ oportet.

Cõitas & societas.

ASC.

Circũstãtiæ circa liberalitatem habendæ.

DEINCEPS] Determinat de liberalitate ac beneficentia vitijsq; contrarijs. Ordo est. Dicatur.i. determinetur, hoc est determinatio fiat deinceps de beneficẽtia ac liberalitate, ut idest quemadmodum erat propositum.i. institutum fieri.i. qua quidem beneficentia nihil est accommodatius.i. cõuenientius naturæ hominis. Sed super ipsa beneficentia, ac liberalitas habet multa causas.i. considerationes, & ut dicunt prouisiones, ut rectè fiat. Enim pro quia, uidendum.i. prouidendum, & cauendum est ne benignitas obsit, idest noceat, &.i. simul his quibus uidebitur fieri.i. aliquid effici benignè, & cæteris. Deinde.i. secundo loco sup. uidendum, & cauendum est, ne benignitas.i. liberalitas sit maior quam facultas. Tum idest tertia, ut tribuatur.i. conferatur cuique.i. vnicuique pro dignitate.i. secundũ dignitatem, & meritum ipsius. Enim pro quia, id.s. secundum dignitatem tribuere est fundamentum iustitiæ, ad quam.s. iustitiam hæc omnia, quæ hic.s. præcipiuntur sunt referenda.i. redigenda. Nam & idest etiam illi supra, qui gratificantur.i. rem gratam cum pomposa beneficentia faciunt cuipiam.i. alicui: ita sup. quod obsit illi cui uidentur velle prodesse, non sunt iudicandi benefici, neque liberales, sed assentatores.i. adulatores perniciosi.i. valde nociui ad necem usque, ut sunt qui liberalitatem populi munusculis emunt. Et sup. illi qui nocent alijs, ut sint liberales, in.i. erga alios sunt in eadem iniustitia, ut.i. quemadmodum sup. sunt, si conuertant alienam rem in suam. Autẽ pro sed, multi sunt equidem.i. certè, cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt ab alijs.i. ab unis, quod largiantur alijs, hi.i. huiusmodi sup. sunt qui arbitrantur se visum iri.i. uidendos esse beneficos, in.i. erga amicos suos, qui locupletent.i. locupletes, & diuites faciant eos, quacunque ratione siue iusta, siue iniusta. Autem pro sed, id.i. eiusmodi factum abest tantum.i. intãtum ab officio.i. eo quod facere debeãt, ut nihil possit esse magis contrarium officio. Igitur uidendum est.i. obseruandũ est, ut utamur ea liberalitate, qua prosit amicis, & nemini.i. nõ alicui noceat. Quare.i. quamobrem translatio pecuniarum L. Syllæ, & C. Cæsaris.i. quam fecerunt Sylla, & Cæsar, à iustis dñis ad alienos non debet uideri liberalis. Enim pro quia, nihil sup. est liberale, quod non idem.i. etiam sit iustum. Alter locus cautionis i. altera res cauenda erat, ne benignitas esset maior, quam facultas.i. potentia conferentis: quod.i. quia sup. hi, qui uolunt esse benigniores.i. beneficentiores, quam res.i. facultas eorum patitur, peccant primum in eo, quod sunt iniuriosi in proximos.i. necessarios, & consanguineos. Enim pro quia, transferunt ad alienos eas copias, quas æquius.i. iustius est suppeditari.i. subministrari in uita, & relinquere post mortẽ his.s. proximis. Autem pro sed, cupiditas rapiendi, & auferendi per iniuriam est plerunque.i. ut plurimum in tali liberalitate, quæ fit supsa facultatem, ut copiæ.i. abundanres opes suppetant.i. satis sint ad largiendum. Licet etiam uidere plerosque.i. ualde multos esse non tam natura.i. ex naturali inclina tione esse liberales, quam inductos.i. quam ex eo, quod inducti sunt quadam gloria.i. affectione gloriæ, uti benefici uideantur facere multa, quæ sup. facta talium uidentur proficisci.i. oriri magis ab ostẽtatione.i. uana pompositate, q̃ à uoluntate.i. beneuolentia. Aũt pro sed, talis simulatio.i. simulata liberalitas, est cõiũctior, idest uicinior uoluptati, quam aut liberalitati, aut honestatis Tertium propositum.i. quod tertio loco cauendum dictũ est, ut delectus discretio, & consideratio dignitatis esset in beneficentia, fiat secundum dignitatẽ eius cui fieret. in quo.i. in qua re, &.i. etiã mores eius in quem beneficiũ cõfertur, erunt spectãdi.i. frequenter inspiciendi. & animus eius erga nos erit sup. spectandus, & cõmunitas, & societas uitæ erit sup. spectanda, & officia collata ab eo ante.i. prius ad nostras utilitates erunt sup spectanda, quæ omnia si concurrant.i. in uno homine reperiantur, optabile est sup in illum conferre beneficium, sin.i. sed, si minus.i. non sup. concurrant plures causæ, & mores, habebunt plus.i. hi in quibus plures, & maiores causę, quare illis beneficiamus reperiuntur, habebunt plus.

ARGVMENTVM.

Mores non ad exactam illam Stoici rationem, spectandos, sed ciuilem uirtutis imaginem.

QVoniam autem viuitur non cum perfectis hominibus, pleneq; sapientibus, sed cum ijs, in quibus, præclarè agitur, si sint simulacra virtutis: etiam hoc intelligendũ puto, neminem omnino esse negligeudum, in quo aliqua significatio uirtutis appareat; colendum autem esse ita unumquenque maximè, ut quisque maximè virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperãtia, ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior pletunque est: illæ uerò uirtutes bonum uirum uidentur potius attingere. Atque hæc in moribus considerentur.

PETR. MARS.

QVoniam autem uiuitur] Posuit Cic. tres cautiones. Tertia erat, ut pro dignitate cuiq; tribueretur, & haberetur delectus dignitatis in hac parte, & ut officium seruaretur, dixit esse spectandos mores eorum, in quos beneficia conferre uolumus. Resumẽs igitur hãc primam partem propositionis, docet qui sint magis colendi, & ponit illas uirtutes, quæ bonũ uirum attingunt, & determinans de ipsis moribus, rñdet tacitè inquisitioni. potuisset aliquis quærere, debemus ne eos aspernari; qui nõdum perfectæ uirtutis usum habent? Dicit Cic. non esse negligendos, quoniam uiuitur non cũ perfectis hominibus, quippe non omnes possunt esse sapientes, & habere omnẽ perfectionem. Ordo est etiam, hoc intelligendum puto, neminem esse negligendum, in quo aliqua significatio uirtutis appareat, quoniã in uita cõmuni uiuitur non cum perfectis hominibus, sed cum his qui aliquem progressum fecerunt ad habitum uirtutis. [Planè] .i. omnino, & penitus perfectis.i. summã uirtutis adeptis. [Nõ præclare agitur] i. qui nondum adepti sunt cumulatam uirtutẽ, cum aliquo bene agitur, cum ei nihil deest, non præclarè agitur cum hominibus, qui nõ habẽt suam perfectionẽ. Vnde Lælius, quia Scipioni res in tota uita bene successerat, & fuerat perfectus, morsq; nihil mali attulisse uidebatur, dicit apud eundem Cice. Cum illo uero quis neget actum esse præclare? nisi n.ꝙ ille minimè putabat, immortalitatẽ optare uellet, q.d non est adeptus, quod homini fas esset optare? [Sed sunt simulacra[Effigies, & signa quædã.i. qui non habent expressam solidam, & perfectam uirtutem, sed quædã signa uirtutis, & media officia. Colendum autẽ esse dixit in genere, neminem esse negligendum, in quo est aliquod signũ uirtutis, nunc in specie dicit, maximè colendum esse uirum modestũ, temperatũ, & iustum, & affert rationem quare, nam fortis animus, & elatus sine alijs uirtutibus plerunq; quodam impetu fertur. Modestia uero, temperantia, atq; iustitia nõ sunt nisi in bono uiro, igitur colendus ille est maximè, ut illis uirtutibus prædi tus fuerit, quoniam est uir bonus. [Colendum] Amandũ, ornandũ. [Leuioribus] Mitioribus, & quæ uirũ bonũ attingũt. nã fortis, & magnanimus sine iustitia potius nocet humanæ societati, quam prosit: fertur.n. quodã impetu ad ea, quæ sibi agenda

agenda proposuit.[Nā for ani.]Probatio est. [Non perfecto] Qui non habent alias uirtutes,sed si exactè loqui uolumus nō datur una uirtus sine alijs,& non potest quis dici fortis,nisi habeat uirtutes, sed largè accipienda sunt uerba Cic.qui fortitudinem separat,ostenditq; bonum uirum dici posse illum , qui fortis nō ostentat fortitudinem,sed domi colit alias uirtutes, & est ociosus. uiuitur, inquit , cum hominibus non perfectis , quoniam in societate humana versamur , in quo perpauci habent perfectionem,si autem hoc esset,non oporteret dare præceptum de medijs officijs . Nā uirtute prædití,& planè sapiētes ab officio nunquam discederent,& in illos liberales esse possemus sine aliqua dubitatione. perfecta.n. virtus omnia meret, & illam ornare officium est , sed quia in uita cōmuni perfectio nō inuenitur.necesse igitur esse considerare singula,& illi plus tribuere ex officio, qui eas habet uirtutes,quæ bonum uirum attingunt,quamuis,ut dixi, uirtutes ita connexæ sint , vt una sine alijs non detur, sed popularibus uerbis utendum est, cum loquimur cum illis, cum quibus non præclare agitur.[Illę uirtutes. [Iustitia, modestia,& temperantia.[Bonū uirum]Iustū, & bonum ciuem,qui in toga,& uita ociosa has uirtutes leuiores colit,fortitudinem non ostentans, quæ habet effigiem iræ, & ocio aduersatur.[In moribus]Eorum,scilicet in quos uolumus conferre beneficia .

FRAN. MAT.

Quoniam autem &c.]Spectandos dixit mores esse,quare ut intelligatur, qui sint mores , qui spectari debeant, dicit nos cū perfectis, & planè sapientibus non uiuere,& satis esse, si illi, cū quibus uiuimus,signa aliqua uirtutis habeant . Cum itaq; ꝑfecti,& plenè sapientes nō inueniuntur,nō esse negligēdos eos in quibus aliqua significatio uirtutis est. [Cum perfectis] quibus nihil desit, [Plenè sapientibus] qui habeant omniū rerū , & diuinarum, & humanarum cognitionem , qui nulla perturbatione moueantur,qui eodem vultu,atq; animo tum in prosperis,tum aduersis sint,[Præclarè agitur]Hoc est qui satis hēre putantur.[Simulachra] Veluti quoddam uirtutis signum,nō plena, & perfecta uirtus , vt tamen à perfecta virtute differat , quantum statua hominis, & effigies à vero homine [Etiā hoc intelligendum &c.]Etiam si nullus admoneat,& nequis credat perfectis duntaxat erogandum.[Aliqua significatio]Adeo difficile est quenquam inuenire, in quo perfecta sit uirtus, vt cōtenti esse debemus,si aliqua uirtutis in quopiā imago,& significatio fuerit.[Colendum autem esse] Omnes dicit colendos , in quibus aliqua uirtutis significatio est, sed illos præcipuè, in quibus sunt modestia, & temperantia,quoniam in bonis uiris sunt, ut non sit quisquam modestus, & temperans quin idem bonus sit,ex quo non potest conferri liberalitas in quempiam modestum,& temperantem , quin etiā in bonum conferatur , non idem accidit in forti , cuius animus trahitur plerunq; ad excessum ut audeat quæ nō debet.præterea quemadmodū dicit inferius, cæteræ virtutes in homine non sic apparēt, modestia, & tēperantia semper apparent. Nā in dictis,in factis,in incessu,& deniq; in omni actione , si sunt in homine,elucescunt. [Colendum] Amandum,& sic iuuandū.[Virtutibus his leuioribus] Sunt quidem maximę,& pulcherrimę uirtutes, sed si alijs conferas,hoc est prudentiæ, iustitiæ, fortitudini , leues . Illæ enim iustitia præsertim,& fortitudo, latissimè patent,& maximè humanam attingunt societatem , hæc singulis prosunt in quibus sunt;licet,& ad alios spectat. Nam, & iustus vtitur modo,& temperantia,in iustitia administranda, & fortis in aggrediendis cum ratione periculis, iisdemq; tolerādis, sed in his accedit modestia , principale munus iustitiæ,'& fortitudinis. [Ac ipsa] De qua non intelligas uirtutem seniorem iustitiam . Nā particula,ac,distinguit. Est enim maxima,& excellētissima uirtutum, ex qua boni uiri nominantur . & vt diximus superius , qui iustus,idē bonus est,& cōtra. Colendi ergo sunt iusti, quoniam boni sunt,& studiosi virtutis,honestisq; , & egregijs moribus prædití.[Nam fortis &c.] Posset quispiam dicere , cur & forti benefaciendum adeo non est, cū fortitudo honesti pars sit?Raro inquit,contingere solet,vt qui fortis sit , idem etiā sapiens sit, fortitudo autem sine sapientia temeritas est , sæpius nocet,quàm prosit. Homerus Achillem fortē inducit, Vlyssem verò sapientem. Virg.fortitudinem simul,& sapientiam Aeneę tribuit,vt plena laus esset. [Non perfecto, nec sapiente] Hinc apertè cognoscitur non posse esse veram fortitudinem nisi in perfecto,& sapiente.huiusmodi enim quicunque est, neque timet,quæ timenda non sunt,neq; audet,quæ audēda nō sunt.

Liberalitas i homine bonum est conferēda.

Quare iustitia est excellentissima omniū virtutū.

Eum autem,ut diffinit Arist.fortitudo in audendo, & metuendo mediocritas. Sed vt ait Cic.magnus animus , & fortis in homine non perfecto,& sapiente.[Feruentiorē] Quoniā aut ira , aut cupiditate gloriæ compulsus audet, quæ audere non dēt , & contra decorum facit.Nā cum actionis cuiusq; finis sit secūdum habitum,& fortitudo forti uiro decorum uideatur. Decoris gratia uir fortis subit,atq; agit opera fortitudinis , prudens. Martialis amicū suum Marcellinum,quænam uera esset fortitudo hoc epigrammate admonuit:Marcelline boni soboles sincera parentis , Horrida parrhasio,quem tegit ursa iugo. Ille uetus ,ꝑ te patriusq; quid optet amicus Accipe,& hæc memori pectore uota tene. Cauta sit ut uirtus, nec te temerarius ardor In medios hostes,sæuaq; tæla ferat. Bella uelint,matrēq; ferum rationis egentes,Tu potes,& patriæ miles, & esse decus. [Illæ uirtutes]Modestia, temperantia,& iustitia.

ASC

Quoniam &c.]Docet quomodo considerandi sint mores,& quibus plus contribuendum. Ordo est.Autem pro sed,quoniā viuitur sup.ab omnibus,non cum hominibus perfectis: quę ꝑ &,plenè.i.perfectè sapientibus,sed cum his.i. huiusmodi in quibus,non agitur præclarè.i. ualde,& præ cæteris clare,sed sunt simulacra i.effigies,& similitudines quædam uirtutis,ego puto etiam hoc intelligendum esse neminem esse negligendum , in quo aliqua significatio uirtutis appareat,hoc est non solū perfectis benefaciendum est,quia tales uix reperiuntur, sed omnibus his qui speciem bonitatis habere uidentur,& non omnino mali,& perniciosi sunt. Autem pro sed, intelligo sup. quenque vel quenquā esse ita maximè colendum , ut i. secundum quod quisque erit sup. maximè ornatus his lenioribus.i. mitioribus uirtutibus,uidelicet modestia,temperantia,ac ipsa iustitia , de qua iam multa dicta sunt. Nam animus fortis.i.acer , & uehemens,& magnus est plerunq;.i vt plurimum in homine nō perfecto,nec sapiente feruentior.i. ualde feruens,vel feruētior quā in homine perfecto.uero pro sed,illæ uirtutes ſ. modestia,temperantia,& iustitia uidentur attingere i. efficere uirum bonū, atque hæc quæ dicta sunt considerentur in moribus .

ARGVMENTVM.

Quando consideranda sit beneuolentia aliorum erga nos.

DE beneuolentia autem, quam quisq; habet erga nos, primū illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur . Sed beneuolentiam nō adolescentulorum more, ardore quodam amoris , sed stabilitate potius , & constantia indicemus.

PETR. MARS.

DE beneuolentia autem,] Transit ad secundam partem,proposuit enim spectandum esse animum erga nos,& beneuolentiam eorum , in quos benefici esse uolumus . Ponit igitur beneuolentiæ considerandæ partes, postquam de moribus absoluit.[Est in officio]secundum uirtutē. [Sed bene] Monet Cic. quo pacto debeamus aliorum in nos beneuolentiam iudicare: non enim temere expendendus est amor aliorum in nos,vt faciunt adolescentes,in quibus non uiget prudentia,& sic delectum rerum habere non possunt,& rectè fungi officio. [Ardore quo se.]Deinde sine aliqua constantia statim se retrahunt opus . est igitur iudicio , cū plures amare uideantur,qui sunt perniciosi assentatores. Si amor uerus est plurimū illi debemus,à quo maximè amamur. Iudicare autem quails nam sit hic amor prudentis est , qui ut oportet,amat. & iucūdus amicus dicitur atque affabilis,& mediocritas amicitia,atq; affabilitas. Is autē qui exuperat, si nullius utilitatis emolumenti sui gratia iucūdus est,& omnia laudat,assentator dicitur,si lucri causa adulator appellatur. At is qui deficit,& in omnibus est iniucundus , uocatur contentiosus atque difficilis. In Lælio ait:In amicitijs eligendis negligentes esse absurdum est,& carpendum, nec habere quasi signa q̄dam,& notas,quibus eos qui ad amicitiam essent idonei iudicarent.sunt igitur firmi, & stabiles eligendi, cuius generis magna penuria est,& iudicare difficile est sanè, nisi expertum experiundum autem est in ipsa amicitia . Seneca dicit post amicitiam

citiam

citiam credẽdũ eſt,ante amicitiã iudicandũ.[Adoleſcentulorũ
more]Ariſ.in moribus de tali amicitia ſic loquit̃,Adoleſcentũ
uero amicitiæ cõſtitutæ ſunt cã uoluptatis,nam uiuũt ſecũdũ
affectus,& maximè id ſequũtur,qđ uoluptatẽ in præſentia af-
ferat . Verum id ſimul cum ætate mutatur , ex quo fit ut cito
fiãt amici,citoq́; deſiſtant.nam ſimul cum uoluptate amicitia
mutatur,& voluptati huiuſmodi uelox mutatio eſt. ad mores
proni ſunt,qui ex affectu maximè oriuntur.Itaq; amant,& ci-
to deſiſtunt,eodem die ſæpe conſilium mutantes, delectantur
autem conſuetudine,& vſu, nam hoc modo amicitia fruũtur.
Beneuolus eſt qui alicui etiã ignoto, quem audit eſſe bonum
uirum bene uult,& optat, quãuis ab alio non ametur. amicus
autem eſt qui amat,& amatur. Vnde philoſophus dicit:Amici
tiam eſſe beneuolentiam mutuam non latentẽ.[Ardore amo-
ris]Quem aliqui præ ſe ferre videntur erga nos [Stabilitate]
Perpetuitate amoris,& ſine aliqua intermiſſione,& quod tales
in amore perſeuerent, firmiq́; ſint,& ſtabiles,nõ debemus igi-
tur iudicare beneuolentiam ex quodam ardore eorũ , qui nos
amare vidẽtur:quoniã talis amor qui ex affectu procedit,parũ
durat,ſed ex ſtabilitate atq; conſtantia. Vnde opus eſt tẽpore,
& experientia.

FRAN. MAT.

De beneuolentia &c.] Tria dixit intuẽda in eo,cui beneffaci-
endũ eſt, mores , animũ in nos, & merita. de moribus iã dictũ
eſt,nunc de animo in nos dicit,paulo poſt de meritis. plurimũ
autem illi tribuendum eſt,qui plurimũ nos diligit,aliter ſi fie-
ret, contra decorũ eſſet,& iuſtitiam naturalem , cuius pars eſt
gratia,in qua amicitiæ, ut ſupra diximus cõſiderãtur uerus ne
ſit amicus nobis,an ſimulatus,plus ne hic amet,an ille.hoc au-
tem cognoſcere difficile non erit , & ut diſtributiua iuſtitia
plus laboranti,& merenti plus tribuit,ita bonus uir, & prudẽs
magis amãti,magis erogat [Sed bene] Qualẽ intelligere bene
uolentiã debemus pſcribit , & de ea iudicandũ dicit , q̃ ſtabilis
fuerit,& quã ſimilitudo morũ, & ſtudiorũ cõiugauerit,ut.ſ.in
virtute radices agat, non autem de ea , quæ inter adoleſcentes
quotidie oritur animorũ incitatione nõ electione , & iudicio ,
ac cito deficit.de hac amicitia loqtur Cice.in Lælio Ariſt quo-
que adoleſcẽtũ,inquit , amicitiæ uoluptatis cauſa inſtitutę vi-
dentur Nã amant ſecundũ affectus,& maximè id ſequuntur,
quod uoluptatẽ in præſentia afferat ; vero id ſimul cum ætate
mutatur. Ex quo fit,ut cito fiant amici,citoq́; deſueſcant. Nã
ſimul cũ uoluptate amicitia mutat̃,uoluptatis autẽ celeris eſt
mutatio.proni ſunt ad amorẽ iuuenes, amãt, & cito deſiſtũt ;
ſæpe eadem die propoſitum mutantes .

ASC.

De beneuolẽtia autẽ]Docet quomodo cõſiderãda ſit bene-
uolẽtia aliorũ erga nos. Ordo eſt. Autẽ, pro ſed, illud eſt pro-
prium in officio de bñuolẽtia , quã quiſq; habet erga nos , ut
nos tribuamus ei plurimũ à quo nos diligimur plurimũ . Sed
iudicemus beneuolẽtia nõ quodã ardore amoris,more adole-
ſcentulorum, ſed potius ſtabilitate, & conſtantia .

ARGVMENTVM.

Benemeritis de nobis quomodo referenda gratia.

SIn erunt merita,vt non ineunda,ſed refe-
renda ſit gratia:maior quædam cura adhi
benda eſt.nullum enim officium referen-
da gratia magis neceſſarium eſt . Quod ſi
ea,quę acceperis vtenda,maiore mẽſura ſi modo poſ-
ſis,iubet reddere Heſiodus : quidnã beneficio prouo-
cati facere debemus ? An non imitari agros fertiles ,
qui multo plus afferunt,quam acceperunt? Etenim ſi
in eos,quos ſperamus nobis profuturos, non dubita-
mus officia conferre:quales in eos eſſe debemus , qui
iam profuerunt ? nam cum duo genera liberalitatis
ſint,vnum dandi beneficij,alterum reddendi:demus,
nec ne,in noſtra poteſtate eſt,non reddere , uiro bo-
no non licèt,ſi modo id facere poſſit ſine iniuria Ac-
ceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habẽ-
di.nec dubium, quin maximo cuique plurimum de-
beatur,in quo tamen in primis, quo quiſque animo,
ſtudio, beneuolentia fecerit,ponderandum eſt.mul-
ti enim multa faciunt temeritate quadam , ſine iudi-
cio, vel modo,in omnes,vel repentino quodam,qua-
ſi vento, impetu animi incitati . quæ beneficia æquè
magna non ſunt habenda, atq; ea , quæ iudicio, con-
ſideratè, conſtanterq́; delata ſunt . Sed in collocando
beneficio , & in referenda gratia, ſi cætera paria ſint ,
hoc maximè officij eſt , vt quiſque maximè opis in-
digeat , ita ei potiſſimum opitulari . quod contra fit
à pleriſque : à quo enim plurimum ſperant , etiam
ſi ille his non eget : tamen ei potiſſimum inſeruiunt.

PETR. MARS.

SIn erunt merita] Coniungit Cic hanc partem, quæ
erat ultima propoſitionis,cum ſuperiore , quoniã
vt propoſuerat prius de communitate vitæ, atque
ſocietate dicẽdũ erat,ſed res ipſa effecit , ut ordine
præpoſtero uteretur.Reſumit igitur aliam partem,quam ulti
mo loco propoſuit,& ad noſtras utilitates officia ante collata.
Debemus inquit plurimum illis,à quibus,plurimum firmè, &
conſtanter diligimur, ſed ſi aliquibus ob beneficia in nos ante
collata tenemur,tunc magnam curam adhibere debemus,qm̃
nullum officium magis neceſſariũ eſt,quã referre gratiam,ne
ingrati uideamur,& turpè ſit officio uinci,& beneficio,qm̃ illi
qui cõferũt ſuperiores ſunt.vnde dicit Seneca,Quid tã laudabi
le,quid tam æqualiter in oĩum animos receptũ,quã referre be
nemeritis gratiã?.[Ineũda]Cõciliãda nobis,& parãda alicuius
gratia, & beneuolentia , liberalitate aliqua. Inire gratiam idẽ
eſt quod conciliare ſibi amorẽ alicuius,& beneuolẽtiam. [Sed
referenda].ſ. cogamur referre gratiam, & non poteſt fieri ſine
ingratitudinis nota, ſi nõ referatur gratia ob beneficia in nos
ante collata. Agere gratias eſt verbis:Referre aũt re ipſa.[Nul-
lum n]Probatio eſt,quoniã,inquit,nulla uirtutis actio magis
eſt neceſſaria ad cõſeruationẽ humanæ ſocietatis,& uitæ com-
munis,quam referre gratiam.i.conferre beneficia,ut accepiſti.
Tecmeſſa apud Sophoclẽ in Aiace magiſtophoro : Decet , in-
quit, uirum illius meminiſſe, cuius dulce ſenſit.gratia .n.gra-
tiam ſemper parit, uir ingratus nunquam erit generoſus.phi-
loſophus in v.Eth.ſic ait , Ciuitas conſeruatur cum retributio
fit,ut comparatio flagitat rationum,quamobrẽ,& gratiarum
templum ciuitate media condunt,vt retributio fiat:hoc.n.gra
tiæ proprium eſt.nam is qui ſuſcepit ſubminiſtret uiciſſim ei ,
qui munus contulit , & ipſe rurſus incipiat conferre oportet .
[Quod ſi ea] Argumentatur à minori ad maius , & nititur au-
ctoritate Heſiodi,qua oſtendit neceſſe eſſe gratiam referre.He
ſiodus poeta ſcripſit de agricultura ad Perſen fratrem,quẽ mo
nuit, ut ſi à uicino aliquid ad uſum domeſticum acceperit,re-
ſtituat maiore menſura ſi poteſt. quanto magis ei gratiam re-
ferre debemus, qui non aliquid utendum cõceſſit ad tempus ,
ſed ſponte ſua in nos beneficus fuit,ut ingratus eſſe nobis non
liceat,niſi cum ingratitudinis nota ? uerba Heſiodi hæc ſunt .
Iubeo metiri à uicino,& benè reddere eadem menſura, & me-
lius ſi poſſit,ut indigẽs poſtea promptum inuenias . Heſiodus
Aſcræus fuit.Aſcra erat ad Heliconem montem Bœotiæ in ex-
celſo loco ac duro ſita . Loquens Heſiodus de patre in ij. libro
Georg. dicit , Aſcram rus miſerũ penes hic Helicona colebat ,
Hyberno dirum,triſte ęſtu optabile nunquam. [Vtenda] Ad
vſum domeſticum. [Acceperis] A uicino aliquã rem ad uſum
tuum.[Prouocati]Inuitati.Laceſſere eſt cum iniuria.[An nõ]
Nunc argumentatur ab exemplo terræ,& agrorum, qui plura
reddunt colonis,quã in ſemente acceperunt,q.d debemus imi
tari agros,qui reddunt re quæ acceperunt ab agricolis multi-
plicata[Etenim ſi in eos]probatio eſt , & argumentatio ab in-
certo ad certum.[Quales]Qua liberales,& benefici. [Nam cũ]
probatio eſt[Dandi]Sponte noſtra.ſ. [Reddẽdi] cum gratiam
referimus beneficio prouocati. [Demus nec ne].i. an uelimus
eſſe liberales,eſt nobis integrum liberumq́;, quoniam non co
gimur [vt largè loquar]quoniam ſi vim natura inſpicimus,co
gimur ſi natura uiuere uolumus [Non reddere] Non referre
gratiam,quoniam ad id cogitur,aliter erit ingratus. Vnde di-
cit Sen.Non referre beneficium,nec beneficijs gratia, & eſt tur
pe, & apud omnes habet̃.philoſophus ſic ait in ix. Ethices: Be-
neficia reddenda ſunt potius,quam amicis dandum ſit,ſicut &

mutuum

mutuũ reddendum eſt potius cui debeas, quam ſodali dandũ. [Sine iniu.] ſi poſſumus de noſtro reddere, non autẽ rapiendo auferendoq; ab alijs, quod eſt contra officium. Heſiodus monens fratrem in j. lib. dicit: Res malè parta, mala eſt, dãnoſaq; ſemper, ab illa. Ergo caue, ne re uincant in amore ſodales Illum adeas, qui te, fac mutua munera reddas, Spõte datum capias ſcelus eſt lethale rapina. Monens etiã ipſum, vt colat iuſtitiam dicit: Ius quoq; frater ama, ſine quo genus omne ferarũ, Credimus alterno certatim corpore paſci. Acceptorum autem beneficiorum] dixit adhibendam eſſe magnam curam ſi beneficia recepta ſint. Sed quia beneficia ſimilia non ſunt, habẽtq; driam inter ſe, & gradus, determinat de his dicens, habendum eſſe delectum ipſorũ beneficiorũ, & prudenter ſingula cõſideranda, ut certo ſciri poſſit, quid cuiq; debeatur, conſiderãdũq; monet animum illius, qui dat, non ipſum munus, quod interdum ab inuito in aliquem conferatur. Homini autem ita diſpoſito parum, uel potius nihil debetur, illis autẽ maximè, q. certo conſilio ueroq; amore nos proſequuntur, & ornant. Beneficium (inquit Seneca) eſt beneuola actio tribuens gaudiũ, capiensq; tribuendo, in id, quod facit prona, & ſponte ſua parata. Itaq; non quod fiat, aut quod detur, refert, ſed qua mẽte, quia beneficium non in eo quod fit, aut datur conſiſtit, ſed in ipſo dantis, aut facientis animo. [Delectus] Differentiæ an alia beneficia quibuſdam alijs anteponẽda ſint, dum ſtudemus referre gratiam pluribus, à quibus beneficio fuerimus prouocati, docet igitur quos anteponere debeamus. [Maximo cuiq;] beneficio, & ſic oſtendit in genere maiora beneficia anteponẽda eſſe, ſed conſiderandum eſt, quæ ſint maiora, quoniã liberalitas non ſolum re ipſa, quæ datur, ſed etiam animo æſtimatur. Vnde pauper qui dat pro ratione facultatis ſuæ, dicit etiã liberalis. [In quo] In qua gratiarum relatione, & cũ uolumus acceptis beneficijs prouocati eſſe liberales, & vt cognoſcatur quæ ſint maxima beneficia. [Quo animo] Sponte .ſ. an inuitus dederit quis, & gaudens. [Studio] Volũtate. [Beneuolentia] Conſtanti .ſ. & ſtabili, an uana, & quodam ardore, & affectu mota. [Ponderandum] Prudenter conſiderandum. [Multi enim] Probat quare ſit conſiderandum, quoniã multi beneficia conferunt, quibus tamen ob id nihil debet, quoniã non certo cõſilio, & electione, ſed quodam impetu, & temeritate id faciũt, unde conſiderandus eſt animus dantis, non ſolũ id quod dat. [Quadam temeritate] Sine conſilio, & delectu perſonarum. [Sine iudicio] non conſiderantes ſi bono uiro proſint, an malo, & in tali re potiſſimum requiritur iudiciũ, ut dictũ eſt. Liberalis .n. deberet eſſe prudẽs, & iudicare quod cuiq; tribuẽdũ ſit, ſublato autem iudicio non erit uera liberalitas, quia dabit quibus non oportet, & quod nõ oportet, quod eſt contra officium. [Vel modo] Menſura, ratione, ac ſine aliquo diſcrimine confert in omnes, quibus ita largiẽtibus nõ multum debetur, quoniam idem omnibus faciunt, nec habent delectũ, qui maximè attingit ipſum prudentes. omnes autem ſine aliquo diſcrimine eodem modo tractare imprudentis eſt, nec nõ adulatoris, & aſſentatoris. quo circa cauendũ ab illis eſt, qui omnes pari modo obſeruant, & uenerãtur, blandiuntur .n. nõ iudicãt ita eſſe agendum, ſi autẽ iudicarent, delectum haberent, quo ſublato aufertur prudentia, ſine qua non poteſt intelligi ulla uirtus. Et ideo dicit Sen. Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum eſt, & eodem animo beneficiũ debetur, quo dat. & nemo libenter debet reddere, quod non accepit, ſed expreſſit. [Repentino impetu] Quadam leuitate ſine conſilio, & delectu perſonæ. [Quaſi uẽto] Qui nauim impellit modo huc, modo illuc. [Quæ beneficia] Collata .ſ. modis ſupradictis, nullo adhibito iudicio. [Non ſunt habenda] Aeque .i. tam magna [Atq;] Quam ſunt habenda ea, quæ fiunt iudicio. [Cõſiderate] Ad illud refertur, & opponitur, quod dixit temeritate quadam, & ſine modo in omnes. [Conſtanter] Ad illud repentino impetu animi, ut faciunt homines leues. [Sed in collocãdo beneficio] Dat gñale præceptum quod in officio collocando ſeruandum eſt, & gratia etiã referenda, vt .ſ. his potiſſimũ referatur gratiam, qui ope indigeant. quãuis aiij ſimilia, aut plura contulerint, & beneficio digni ſint. [Hoc eſt] Pertinet maximè ad officium .i. virtutis actionem. [Si cætera paria] Sint .i. ſi animus erga nos fuerit gratus, & ſocietas uitæ interceſſerit, & ab eo officia in nos collata fuerint, & ſi nõ indiget ſua culpa, & deſidia, & ſi meretur opem: nõnulli .n. maximè indigent, quibus opitulari contra officium eſt, quippe male uiuẽdo ad inopiam rediguntur, qui profecto puniendi ſunt, ne alios contagione maculent, & corrumpant, & contra officium eſt illis potiſſimum inſeruire, qui non indigent, ſed à quibus plurimum ſperatur, hoc non eſt officium liberalis, qui non ideo dat vt plura accipiat, quoniam beneficium nõ debet fœnerari, debemus afferre opẽ indigentibus, nulla alia re inducti, niſi lege humanitatis, & liberalitatis. [Opis] Auxilij .i. qui beneficio maximè indigeat, Vt ſi quemadmodũ. [Ita] Sic tam. [Opitulari] Opẽ afferre. [Inſeruint] Beneficia conferunt, aut gratiam referunt. Seruire proprie ſeruorum eſt, Inſeruire propriè ſeruorum eſt, Inſeruire pertinet etiam ad homines liberos, nam inſeruire eſt morem gerere. [Plurimum] Magnam utilitatem. Non eſt beneficium, inquit, Seneca, ſed fœnus circunſpicere non ubi optime ponas, ſed ubi quæſtuoſiſſimè habeas, vnde facillimè tollas. Et alibi: Non eſt beneficiũ, quod in quæſtũ mittitur. [Hoc dabo] Hoc recipiam auctio eſt.

Sin autem erunt merita] Honeſtum eſt, & laudabile amicis benefacere, ſed benemerentibus neceſſarium. Conuenit .n. vt à quibus accepimus liberaliter aliquid, liberaliter reddamus, & liberalius etiam q. acceperimus, ratio autem illa eſt potiſſima quòd relata gratia auget liberalitatem, ingratitudo remiſſiorem facit. Recteq; ait Sen. Ingratus unus miſeris omnibus nocet. [Merita] Beneficia ante in nos collata. [Ineunda] contrahenda, comparanda. Significat .n. inire gratiã, cõparare, cõtrahere, capeſſere, ingredi. [Referenda] Quia prouocati ſumus. [Nullum .n. officium] Ratio eſt. ideo autem nihil referenda gratia magis neceſſarium, quoniam ad gratiã ſpectat, quę eſt iuris naturalis pars, vt acceptorum beneficiorum memores ſimus, & idem nos alteri faciamus, quod nobis ipſe fecit. Iccirco ait Seneca, Beneficium accipere, libertatem uendere eſt. Idẽ inquit, Beneficia plura recepit, qui ſcit reddere. [Quo ſi ea quæ mutuo] Argumento probat referendam gratiam. Eſt autem à minori ad maius. Si Heſiodus, inquit, quæ mutuo ad uſum tuum acceperis maiore mẽſura, ſi modo poſſis, reddere iubet, quid par eſt, te facere in eos à quibus liberaliter accepiſti? certè duplicanda eſt gratia, ut longè maius ſit beneficiũ, quod reddis, quàm quod prius tibi erogatum eſt. ſcribit autem hoc Heſiodus in eo opere, quod uocatur ἔργα, κὶ ἡμέρας, in quo fratrẽ admonet, ut ſiquid utendũ à uicino acceperit, maiore, ſi poſſit menſura reddat, his uerbis, εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι, αὐτῷ τῷ μέτρῳ, κὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι. [Vtenda] Mutuo, ut reddas, mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat, & eſt in rebus, quæ conſtant numero, pondere, menſura, nec ut commodatum redditur. Mutuo damus Triticum oleum, uinum: Commodamus annulum, ueſtem: redditur idem genere non ſpecie ſicut cõmodatum. [Vtẽda] Iureconſulti ſæpe hoc uſurpant participium, ut cum dicũt is cui res aliqua utenda datur [Ami. &c.] Certè inquis imitari agros fertiles debemus, qui (ut poetæ aiunt) magno fœnore ſemina accepta reddunt Pli. de terræ loquens natura: Aut hæc, cilla, quæ coacta, generat, quæ ſpõte fundit quos odores, quos ſapores, quos ſuccos, quos tactus, quos colores, quã bona fide creditum reddi fœnus. [Etenim ſi in eos &c.] Aliud argumentũ rurſus à minori ad maius, ſi benefacimus ijs, ait, à quibus ſperamus beneficium accipere, quid facere in eos debemus à quibus iam accepimus? certè gratiam referre omnino debemus. Multi ideo dant, ut recipiant. Sed manifeſtam faciunt mercaturam. Nam pauca tradunt ditioribus, ut plura recipiant. Eſt autem, ut ait Ariſt. liberalis magis dare, quàm accipere, ſicuti uirtutis eſt honeſta potius agere, quã turpibus abſtinere. [Nam cũ &c.] Ratio eſt, quia qui dat alium ſibi obligare uidetur: & Sen. ait: Beneficium dare docere eſt reddere. Et qui à nullo accepit beneficium liberum eſt conferre alteri, uel non conferre. Quãuis, ut dictum eſt ſupra, benefacere proximo nulla neceſſitate coacti, ſponte noſtra iure naturali compellimur. Quod ſi beneficiũ non dederimus, petere ipſi ab alijs non poterimus. Nam Senec. ait: Beneficium qui dare neſcit, iniuſtè petit. [Sine iniuria] Læditur .n. ius naturale, cuius pars gratia eſt in qua beneficia accepta conſiderantur. Quod ſi reddere quidem uolumus, ſed non poſſumus iniuria non facimus. Sufficit .n. remunerandi uoluntas, ſi facultas abeſt. [Acceptorum autem beneficiorum] Cum nullum officium referenda gratia magis neceſſarium ſit, iure optimo maximam dicit diligentiam in repetendis beneficijs adhibendam eſſe, & delectum beneficiorum habendum [Delectus]

FRAN. MAT.

Liberales magis ... dare ... in accipiendo.

Seneca beneficio ...

lectus] Vt distinguamus beneficia, quæ accepimus, & pro maioribus maiora, pro minoribus minora rependamus. [In primis quo quisq; aio &c.] non iniuria animū dicit considerādū esse dantis. plus .n. largiri videtur qui læto animo, ac lubenti pauca largitur, quàm qui multa tristi, & inuito. Semper enim ad illud respiciendum est. Nam hoc ipsum iustum est, quod cū ratione fit, si est uoluntarium. [Quo animo] Bono an malo. [Studio] Ad diligentiam refertur. [Beneuolentia] Constāti, & stabili, an quodam leui ardore animi.

ASC.

Sin erunt] ostendit quomodo gratia referēda sit propter beneficia in nos collata. Ordo est. Sin. i. sed si merita erant sup. talia ut gratia non sit ineunda. i. consilianda cum aliquo, hoc est de nouo incipienda, sed referenda. i. factis, & re ipsa persoluenda, tunc sup. quædam maior cura est adhibenda. Nullum enim officium est magis necessarium, gratia referenda, idest quam ut gratia referatur pro beneficijs acceptis. Quod si Hesiodus iubet reddere maiore mensura .s. abundantius, ea quæ tu acceperis utenda. i. ad usum tuum, si modo. i. dū modo possis sup. reddere. quid nam nos prouocati beneficio. i. quid debemus, accepimus, & non solū ad usum, sed abusum. i. consumptionem rei q. d. longe plus. Et utitur argumento à minore, quia minus uidemur debere pro vsu rei quā pro ipsa re, & tamē Hesiodus de agricultura ad fratrē scribens, iubet pro usu rei copiosius esse restituēdum, quam acceperis. Probat idem exemplo naturali sumpto ab agris feracibus, ac dicit, An nō sup. debemus imitari agros fertiles, qui afferunt multo plus quam acceperūt? q. d. maximè. Etenim. i. & certè, si nos non dubitamus conferre officia. i. beneficia & obsequia in eos quos speramus profuturos nobis. quales debemus esse in eos, qui profuerunt iā? q. d. multo beneficentiores. Nam cum duo sint genera liberalitatis, unum dandi beneficium, alterum reddendi, demus necne. i. an demus, an non debemus, est in nostra potestate, sed sup. non licet. i. non est licitū bono uiro nō reddere sup. quod acceperit, si modo. i. dummodo possit id facere sine iniuria. Autem pro sed, delectus sunt habendi. i. discretiones sunt habendæ beneficiorum acceptorum. i. de beneficijs acceptis. Nec dubium sup. est, quin plurimum debeatur cuiq; maximo. i. cuilibet ualde magno, in quo i. in qua re, tamen ponderandum. i. æstimandum est in primis i. præcipuè, & ante omnia quo animo, quo studio, & sup. qua beneuolentia quisq; fecerit. Enim pro quia. multi faciunt multa, quadā temeritate sine iudicio. i. disquisitione rationis, uel modo in omnes i. erga omnes indifferenter, uel incitati repentino impetu animi, quasi quodam uento. Quæ beneficia nō sunt habenda. i. reputanda, æquè magna, atque ea quæ sunt delata i. collata, & attributa, seu impensa iudicio. i. deliberatione animi considerate, & constanter. Sed in collocando. i. conferēdo beneficio ei. s. à quo nihil accepisti, & in gratia referenda ei, & .s. cui debes si cętera sint paria, hoc est maximè. i. præcipuè officij. i. spectat maximè ad officium, vt. i. secundum quod, quisque indigeat maximè opis., auxilij, ita opitulari. i. opem ferre ei potissimum. Quod fit à plerisq; contra. i. è cōtrario, inseruiūt enim potissimum ei à quo plurimum sperant, etiam si ille non eget his, idest huiusmodi, quæ illi conferunt.

ARGVMENTVM.

In coniunctione vitæ quis ordo, ac primum de societate uniuersali omnium mortalium.

Optimè autem societas hominum, coniunctioq; seruabitur, si vt quisq; erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed, quæ naturæ principia sint communitatis, & societatis humanæ, repetendum altius uidetur. est enim primum, quod cernitur in uniuersi generis humani societate. eius autem vinculum est ratio, & oratio, quæ docendo, dicendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines, cōiungitq; naturali quadam societate. Neque vlla re longius absumus à natura ferarum; in quibus inesse fortitudinē sæpe dicimus, vt in equis, in leonibus, iustitiam, ęquitatem, bonitatem non dicimus, Sunt enim rationis, & orationis expertes. ac latissimè quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est, in qua omnium rerum, quas ad communem vsum hominum natura genuit, est seruanda communitas, vt, quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, vt sit constitutum; è quibus ipsis cætera sic obseruētur, vt in Grę corū puerbio est: Amicorū esse oīa cōia. Omnia aūt cōia hominū uidentur ea, quæ sunt generis eius, quod ab Ennio positū in una re, transferri per multas pōt;

Vt homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,
Vt nihilo minus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Vna enim ex re satis percipitur, vt quidquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur, vel ignoto. ex quo sunt illa communia non prohibere aquam profluentem; pati, ab igne ignem capere; si quis velit consilium fidele deliberanti dare. quæ sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non molesta quare & his utendum est, & semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed quoniam copiæ paruæ singulorum sunt; eorum autem qui his egeant, infinita est multitudo: uulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennij finem; Nihilominus ut ipsi luceat, ut facultas sit, qua in nostros simus liberales.

PETR. MARS.

Optimè autem societas] Tribus partibus absolutis. s. de moribus, beneuolentia, & accepris beneficijs, & de ipsa cōmunitate, & societate humana determinat, docetq;, quæ officia, & auxilia cuiq; debeant, & ponit principium humanæ societatis, quæ se ad omnes homines extendit, inde descēdens ab illa infinitate ponit gradus ipsius societatis, dicitq: nullam esse præstabiliorem societatē, quam cum boni uiri copulati sunt. Postea ponit officia, q̄ temporibus magis uni debentur, quā alteri. Præcipitq; postremo habendā esse in tali re exercitationem, ut prudenter agere possimus. [Optimè] Perfectè, & dat generale præceptū, ut in aliis partibus partibus fecit, in eū. s. deberi plurimū benignitatis conferri, qui est nobis coniunctissimus. quo pacto autem hæc coniunctio intelligatur, ipse declarat per omnes partes suas. [Sed quæ naturæ principia] Videtur, inquit, ab initio repetendū, q̄ sit origo humanæ societatis, vt cognoscatur quid cuiq; concedendum sit ex officio. [Naturę]. i. naturalia principia ad conseruandam humani generis societatē. [Repetendū est altius] Quibus principijs natura coniuncti simus, ut cōmuniter uiuamus. [Humanæ] Quæ est inter homines. [Altius] Remotius. i. à naturali quodam instituto, & nō à principio propinquo patriæ, vel natalium. [Est. n. primū] Hoc. s. quod quisq; alteri cōiunctus sit, quoniam homo est animal sociabile per naturā, q̄ nihil solitariū amat. In j. lib. ciuili sic dicit philosophus: Homo natura ciuile animal est, & qui est inciuilis propter naturā, & non propter fortunam, aut paruus est, aut melior quā homo. Natura impellimur ad uitæ cōmunitatē, qui autē primus instituit maximorū bonorum causa fuit: sicut. n. perfectū, & optimum omniū, animal est homo, sic, & separatū à lege, & à iustitia pessimū omniū. [Quod cernit] Quoniā cernimus cōiunctionem naturalē hominū inter se. [Primū] principale, & quod ań oīa cernit. [Eius autē] Humanæ. s. societatis, quæ ad omnes se extendit uolēte natura. [Vinculū] Colligatio, & stabilitas, quoniam nisi esset oratio, humana societas nō esset sic colligata, & connexa. [Rō] Intellectus, quo bonū malum ve intelligimus. [Quæ oratio] i. sermo, qui hoī à natura tribuitur. [Docendo] Ignaros. Vñ vituperantur illi, qui cum possint, alios nō erudiunt. [Discēdo] Ab alijs. [Communicando] Conferēdo. [Disceptando] Contendendo verbis. [Iudicando] Quod sequitur ex disceptatione. [Conciliat] Cōiungit, & ad beneuolentiā trahit. [Naturali societate] Quoniam natura ita vult, ut homines inter se coniungantur. lib. 3. de fin. ait: Itemq; formicæ, apes,

apes, ciconiæ, aliorũ etiam causa quædã faciunt, multo magis hæc coniunctio hominis. Itaq; natura sumus apti ad cætus, cõcilia, ciuitates. Et paulo post dicit, Itaq; ut facile est inuenire, qui quod sciat ipse tradat alteri, ita non solum ad discendũ propensi sumus, uerum etiã ad docendum. [Neq; vlla re longius] nulla alia res facit nos distare à bestijs longo quasi interuallo, quam rõ, & oratio.i. intellectus, & sermo, qui brutis animalibus natura denegantur. à quibus humana societas proficiscitur. De qua Arist. lib. j. de rep. sic loquitur: Sermonem uero homo habet solus, uox quidem molesti atq; iucundi significatio data est omnibus animantibus: his.n. tamẽ tribuit natura, ut sensum habeant molestiæ, ac uoluptatis, & hoc inter se significare possint, ac sermo iccirco datus est nobis, ut ostendamus utilitatem, & dãnum, atq; ita iustum, & iniustum. hoc enim prę ter cętera animantia homini proprium est, ut boni, & mali, iusti ac iniusti sensum habeat. [A natura ferarum] Ab ipsis feris. in lib. de nat. deor. ait: Iam vero dña rerum, ut vos soletis dicere eloquendi uis, quam ex præclara, quamq; diuina, quæ primũ efficit, ut ea quæ ignoramus discere, & ea quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac hortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestiẽtes cõprimimus, hac cupiditates, iracundiasq; restinguimus, hæc nos iuris legum, urbium societate deuinxit, hæc à uita immani, ac fera segregauit. Socrates dicebat, Animalia uincunt nos uiribus, uerum nos ea superamus eloquentia, & ratione. [Fortitudinẽ] Robur, uires corporis, quoniam non est propriè fortitudo ferarum, [Aequitatẽ] Iustitiam, æquitas propriè est mitigatio iuris, & legis, & uirtutes ex ratione oriũtur, quæ in homine diuinũ quoddam donum est. in hoc à belluis distamus, quod exprimere sensa possimus. Horat. ait: Post affert animi motus interprete lingua. [Bonitatem] Quę à iustitia procedit, & æquitatẽ. [Sunt enim] Probat quare bruta non dñt habere iustitiam, & bonitatem, quoniam non habent rationem, ex illa quæ oriuntur. Nam sine ratione, & perfecta quidem ratione i. prudentia, nõ est aliqua uirtus. lib. v. de fin. ait: Sunt autẽ bestiæ quædam, in quibus inest aliquod simile uirtutis, ut in leonibus, in canibus, in equis, in quibus nõ corporum solum, ut in suibus, sed etiam animorũ aliqua ex parte motus quosdam uidemus, in homine autẽ summa omnis animi est, & in animo rationis, ex qua uirtus est, quæ rationis absolutio diffinitur. Cõcludit igitur Cic. nil aliud belluis deesse ad conseruandum inter se uinculum societatis, quã rationẽ, & orationem, quæ huiusmodi diuino animali merito attributæ sunt, ut sancta uitæ societas, atq; cõmunitas cõseruetur. Vnde hi qui, & intellectu, & sermone alijs nocere student, tanquam lues ac fœda contagio ex humana societate tollendi sunt, quoniam donis naturæ communis parentis, in aliorum perniciem abutuntur, quo genere hominum nihil potest fœdius, & detestabilius excogitari, ut feræ utriusquam homines dici possunt, cum humanæ societati aduersentur, & noceant. Vñ Plat. in ix. de leg. sic ait: Quos insanabiles legislator esse senserit, ultimo supplicio eos afficiet, non ignorans satius fore his qui insanabiles sunt mori, quam uiuere, ac si uita priuatur dupliciter prodesse cæteris. nam horum exemplo cæteri à peccato deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur. [Ac latissimè quidem patẽs] Hęc est, inquit, summa societas, quæ latissimè patet ad omnes. Nam lege natutæ ab homine quicunq; ille sit, ea ratione qua habet intellectum, & orationem alieni nõ sumus, & mundus est tanquam communis ciuitas, sed nos naturam deprauauimus, quoniam homini ab homine omnia ferè mala eueniunt. Hæc est] Quam descripsimus, omnes, inquit, sumus socij uolente natura, & amici esse debemus, ergo omnia communia. Sic uolebant Stoici, quorum princeps Zeno, etiam uxores communes esse debere dixit. Hoc idem dicebant Cynici, quorum princeps fuit Diogenes, & Plato. in lib. de rep. quod Peripatetici negabant, quoniam ita negocia publica negligerentur, & caritates, atque officium in parentes. Placet Stoicis, inq t, Laertius, uxores quoq; cõmunes esse oportere apud sapientes, ut quilibet illi congrediatur, quæ sibi prior occurrit, ut ait Zeno in sua rep. Diogene itidem Cynico, & Platone huius cõmunitatis auctoribus. omnes enim patrum instar ęqua caritate diligemus, tolletur adulterij suspicio, & zelotypia, eã uero remp. esse optimam, quæ fit mixta ex regno, & populari dominatione, optimatumq; potentia, atq; optimis decretis. [societas] quæ ratione, & oratione continetur. [Latissimè patens] Ad omnes homines se extendens. [Omnibus ho.] Quicũque illi sint, siue noti, siue incogniti, quoniã ob id ipsum, quod homines sunt, uolente natura illis coniungimur. [In qua societate] communi. [Omnium rerum] Nullis exceptis rebus quæ creatæ sunt ad vsum humanum cõmuniter, vt aqua, ignis, & similia, quæ natura produxit ad cõem vsum, quæ possunt cum alijs communicari sine aliquo detrimento. [Ad cõmunẽ vsum] Vt homines communiter his vterentur iure naturali, vt inquit Iustin. lib. ij. insti. de rerum diuisione, & hr etiam lib. j. digest. Communia sunt omnia hæc, aer, & aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Littus maris est quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Id quod diuini iuris est, nullius hominis est. Debemus etiam, inquit, hoc humanæ societati, ut permittamus ea possideri, q̃ cuiq; concedunt̃ à legibus, & iure ciuili [Quæ sunt descripta legibus] quæ leges permittunt aliquem possidere, ut sua Lex est ius scriptum. Nã iux ciuile duas habet partes, scriptum, & non scriptum, de quibus dictum est. Vt igitur Cic. ius scriptum, & non scriptum exprimeret, dixit legibus, & iure ciuili, quoniam singulorum hominum multis modis res fiunt: quarundam.n. dominũ nanciscimur iure gẽtium, quarundam iure ciuili. [Descripta] diffinita, & assignata alijs. [Ita teneantur] Possideãtur, ut leges constituerunt. [Certa].i. quædam accipientibus utilia, & dantibus non molesta, uel onerosa. [Obseruentur] Fiant, & ita habeantur. [Omnia communia] Pithagoras Samius primus dixit amicorum debere esse omnia communia, quod Cic. sic interpretatur, omnia .s. quę sine detrimẽto alij cõcedi possunt, & sic ostẽdit̃ nos ex rebus quas possidemus, aut iure gẽtiũ, aut ciuili nõ debere hoĩbus ignotis aliquid, nisi id qđ põt ipsis pmitti, & cõcedi sine nostro detrimento, ea quæ ad communem usum natura produxit, nemini prohibẽda sunt, quoniã sunt cõmunia omnibus hominibus, ut aqua, ignis, & cætera id genus. [Omnia autẽ cõmunia] interpretatur Cic. quæ sunt communia hominum, nã alia ratio est amicorũ, alia cæterorum hominum, quippe veri amici omnia cõmunia habẽt, tam priuata, quã publica. Vnde Pythagoras uolebat, ut discipuli omnibus suis rebus uterẽtur cõmuniter. Itaq; inter eos nihil erat nisi cõmune, omniũ autẽ hominum non omnia communia sunt, sed quædã de iure naturali, ut dictũ est, & uniuersitatis, quædam sunt cõmunia, de quibus postea dicetur. Habent.n. homines prædia, hereditates proprias, & non nulla alia, quæ à legibus concedũtur singulis, & à iure ciuili. Ea igitur quæ nostra sunt, non debent esse cõmunia incognitis hominibus, tenemur tamẽ ex bonis priuatis ex officio liberalitatis benefacere his, qui egent, ita uolẽte natura. omnia igitur communia sunt hominum, quæ alijs prosunt, & concedenti non nocent. Vnde lex est in Digestis, Quod tibi non nocet, & alteri prodest, dare debes. Talia, dicit Seneca, non homini damus, sed humanitati. Plat. in v de leg. sic ait, Prima ciuitas est, & resp. leges, quæ optimè ubi quam maximè per uniuersam ciuitatem. Priscum illud prouerbium locũ habet, quo fertur amicorũ omnia esse cõmunia. Arist. in ix. Eth. sic ait, Eodem accedunt, & prouerbia uniuersa ut anima una, & amicorum omnia sunt cõmunia, & amicitia est æqualitas. [Quę sunt eiusdem generis] conditionis, & naturę. [Ab Ennio] Poeta de quo supra. nam hi uersus iambici sunt in Tragædia Ennij, hoc autem, quod Ennius in Tragœdia posuit de una re, potest ad alia multa transferri. Omnia igitur quæ sunt eiusdẽ naturæ cuius est lumen, de quo dixit Ennius, debent esse communia omnibus hominibus. Ad multa igitur transfertur hoc, quod Ennius de una re dixit.i. de lumine. [Transferri] Commutari in exemplum per multas res. [Homo qui errant] Hic est versus Ennij. [Errãti] dubiè uaganti, & ignoranti uiã. [Comiter]. i. benignè, & non grauatè, sed promptè. [De suo lumine] Lucerna siue cãdela. [Vt nihilominus] vt æquè bñ nulla ex parte minus. Ambrosius ait aquam de aqua profluenti dare, lumen de lumine, accendere, beneuolentia in his est omnibus, tanquã fons aquæ reficiens sitientẽ, tanquam lumẽ quod etiã alijs luceat, nec illis desit, qui de suo lumine alijs lumen accenderunt. Est autem beneuolentia, inquit, coniuncta liberalitati, a qua ipsa liberalitas proficiscitur. [Qua ex re] Igitur ob ea, q̃ dixit Ennius. [Satis præcipit] Ipse Ennius, aut satis præcipitur, ut aliqui codices habent. [Cuiq; vel].i. etiã ignoto. [Sine detrimento] diminutione rerum nostrarum. [Illa cõmunia] Volẽte.s. natura. [Aquam profluentem] Quæ fluit. i. ipsa flumina, quæ publica sunt iure gentium, & etiã portus, & riparũ vsus.

Iurisconsulti dicunt aquam profluentē, quasi procul fluētem, quoniam si esset in fundo alicuius putei, aut, quę non profluеret, aliter dicendum esset, sed qua profluens de iure naturali communis est. [Fidele] Sine fraude. [Deliberanti] cōsultanti,& dubitanti quid agat. Vnde capiendi sunt illi, qui alios in fraudem pelliciunt, & ambigentes præcipitant, & qui alios docere dedignantur, inhumane faciunt, quoniā ab ipsis auferri, doctrina, quam habent nō potest,& tali opera tradēdis prudentiæ præceptis aliorū animos possunt. Natura .n. in primis incitamur, ut prodesse uelimus quam plurimis,& maximè doctrina, quæ non debet alijs inuidere bonū, imò lætari, cū quis ad perfectionem suā institui potest, unde bonos pceptores, & eruditorum discipulorum frequētia gaudētes nemo non feliccs dixerit, & illi uituperandi sunt qui puerorū animos prauis morib. imbuūt, & per deuia illos ducentes ingenij aciē omnino deprauant. vnde non preceptores, sed parricidæ appellandi sunt, quoniam necant animā, quæ ipso corpore longe prestantior est. Nemo igitur decipiendus est, sed bona fide agendū, vt hominem bene à natura institutum decet. hæc omnia sunt de iure naturali, siue gētium, quo homo cum cæteris hominibus communicat. ideo à iure consultis appellatur ius naturale secundarium, quoniā non competit omnibus animalibus, sed hominibus tamen quos natura congregauit inuicem, & cōmē [Quæ] Hæc quæ dicta sunt, quoniā lex ita vult, vt id demus, ꝙ alijs prodest,& nobis nō nocet. [Qua re] Igitur concludit Cic. hanc partem [His] supra dictis, vt.s. cuiq; vel ignoto demus ea, quæ illis prosunt, nobis autem molesta non sint. [Et semper aliquid,] q.d. non solum permittere debemus, ut alij. his utantur, quæ cōmunia sunt,& nobis nullum afferunt detrimentū, sed tenemur aliquid ex bonis de scripta sunt legibus, & nostra dicuntur, in communem utilitatem afferre, hæc nomina possessiua, ut dicebam, ius gentiū introduxit. [Sed quoniā] circūscribit Cic. id, quod dixit, semper .s. esse aliquid afferendū ad communem utilitatem, dicitq; dandum esse pro facultatibus, vt nobis remaneat quo possimus esse liberales in nostros, qui nobis coniunctiores sunt. quoniam vt dictum est, ea quæ nostra sunt non debemus omnibus hominibus, sed quibusdam, ipse ponet,& gradus etiam societatis, omnibus autem debētur ea quæ communia sunt. [Vulgaris] communis qua utimur ad omnes. Vnde dicit Terē. quod vulgo dici solet .i. communiter, & passim [Ad illum Ennij finem] Debemus inquit, uti liberatate erga omnes, qui sunt nobis cōiuncti lege naturæ, sed adhibendus est modus, ut liberales in nostros, qui arctiori uinculo nobis coniuncti sunt, esse possimus, aliter esset contra officiū omnia alienis erogare,& pati vt sui esuriant, quibus magis debetur, quam illis. [Nihilominus vt ipsi luceat] Hic erat finis Ennii, ut.s. æque bene luceat,& non fiat detrimentum dāti. Ergo communis liberalitas eatenus debet progredi, quatenus nō noceat nimium rebus nostris, ex quibus tenemur esse liberales in nostros. Vt facultas sit,& remaneat in nobis possibilitas, qua simus erga nostros benefici. Seneca sic præcipit, summa amicitiæ est amicum sibi æquare. Vtique consulendum est, dabo egenti, sed ut ipse non egeam. Succurram perituro, sed ut ipse non peream.

ADDI. Homo qui erranti comiter mōstrat uiā] Idē Cic. in oratione pro Cornelio Balbo dicit: Comes, benigni, faciles homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrat viam. i. benignè, non grauatè.

FRAN. MAT. Optimè autem &c.] Dixit in beneficentia delectum habendum esse dignitatis, q. in eo quatuor spectanda, mores eius in quem beneficium confertur, animum erga nos, communitatem, ac societatem uitæ, & ad nostram utilitatem officia ante collata, de tribus iam, dixit, unum de communitate ac societate uitæ, quod tertio loco proposuit, ultimū exequitur,& maximè coniunctissimi communitate, ac societate uitæ, maximè benefaciendum dicit esse: Qui vero sint magis, qui minus coniuncti mox declarabit. [Seruabitur] aliter si fieret, stare humana societas coniunctioq; uix posset. [Altius] Sumpto remotiore principio. [Est primum] Est prima res quam cernimus coniunctionē.s. uniuersalem,& communicationem. [Eius] Primi. [Ratio,& oratio.] Vt facilius hæc intelligantur, quæ Cic. præcipit, repetendum videtur altius. Amicitia, ut ait Aristot. ciuitates continere videtur,& iccirco legumlatores circa illam magis student, quàm circa iustitiam. Concordia enim simile quiddam amicitiæ videtur esse cui maximè latores intendunt, vt discordiā rem inimicam expellāt. Quod si amici omnes sint, nihil opus iustitia est; si uero iusti sint, amicitia tamē illis opus est, & iustorum amicabilitas maximè esse videtur. Nec solum res necessaria est amicitia, sed etiam honesta. Nam qui amicis afficiuntur, eos laudamus, & copiam amicorum unam aliquā honestarum rem esse ducimus. Ex quo intelligitur ubicunq; iustitia sit, illic,& amicitia esse. Est autem iustitia in omni honesta communicatione, illic itaq;,& amicitia est. Communicatio uero duplex est, altera rerum. De communitione rerū abūde superius dictum est. Triplex autem est, Prima rerum, quæ cum omnibus hominibus communes sunt, uel saltem eiusdē gentis. Secūda uniuersitatis alicuius: Tertia suarum cuiusq; rerum: prima inter omnes, secunda inter ciues, tertia inter cōiunctos sanguine, affines, amicos, sed cōmunicatio sermonis, ut reprehendi non possit, nimiam scurrilitatem, aut asperam rusticitatem effugere debet. Nam scurræ magis, quàm oportet risum mouēt,& onerosi sunt. Magis .n. cogitant quem admodum mouere risum possint, quam quemadmodum honestè loquantur, ut neminem offendant, qui uero nec dicunt ipsi aliquid iucundum, nec dicere alios patiuntur, rudes,& agrestes uidentur, horum uitiorum comitas media est. Nam qui cum moderatione iocatur comis dicitur. Rursus assentatio,& inhumanitas uitādę sunt, quarum illa placendi studio omnia laudat, & nihil aduersatus hæc neminem offendere uolēs nihil omnino laudat, de nulla re loquitur, harū media sine nomine est amicitiæ similis, sed ab ea differens: caret .n. affectu. Laudat quæ oportet laudare, & ut oportet, contraria uero repellit sine amore, uel odio. Item fugere oportet ostentationem, atq; ironiam. Nam ostentator speciosa sibi adesse fingit, quæ non adsunt: Ironicus contra qui sibi adsunt, negat, uel etiam minora facit, & ostentationi opponitur ueritas, quæ inter utranque ostentationem.s. ac Ironiam media est. Nam uerax fatetur quæ sunt circa se, nec maiora, aut minora facit, hæc sunt quæ in sermonis concione maximè seruanda sunt, quibus, & honestas continetur, & societas uitæ copulat̄. [Ratio, & oratio] Vno uerbo λογος à græcis dicitur. [Docendo, discendo] sunt hæc uerba ad aliquid. Nec enim docet quispiam cui discipulus non sit, nec irem discit sine doctore. Vtrunq; autem rationē postulat,& orationem. [Communicando] Hoc ad res agēdas, & consilia pertinet. [Disceptando] De ambiguis, ut cū aliquid in senatu proponitur, de quo diuersi diuersa sentiunt. [Iudicando] Quæ disputata, cognita,& probata fuerint. [Naturali] Ad quam societatem natura ipsa sua sponte nos trahit, neq; ulla re nihil est, quod magis homines à brutis disiungat, quàm ratio, & oratio. Multa .n. præter hæc communia illis nobiscum sunt, ut sensus, appetitus, procreandi uoluptas, in multis etiā nos superant, ut robore, celeritate, iustitia uero æquitate bonitate carent, quæ propria sunt hominum, qui ratione utuntur. [Vt in equis &c] Robustissimum animal equus,& laboris patientissimum. Leo fortitudine omnia uincit animalia, cuius uis summa in pectore est, ut tradit Pli. [Iustitia] Quæ suū cuiq; tribuit. [Aequitatē] Aequitas omnis iustitia est, sed non conuertitur Nam iustitia est secundum legem à cuius rigore non discedit. Aequitas uero est secundum legis emendationē, quę quia uniuersalis semper est, aliquid omittit, & id complectit̄, quod plurimum est, Nec ignorat defectum nec peccatū in ea est, nec in eius latore, sed in rei ipsius natura Quando igit̄ lex uniuersaliter loquitur,& accidit quod præter uniuersale, rectū est, ut quæ omisit legislator,& deficit in simpliciter loquendo emendetur omissum, quo, & legislator ipse si adesse utiq; diceret, quamuis iam legem tulerit, tunc æquum, & bonum diceretur,& qui legem emendat, æquus,& bonus uir appellatur. auctor Arist. [bonitatem] Hęc ad modestiam,& temperantiam potest referri, quæ sunt circa uoluptates,& dolores. [Societas hæc est] sermonis,& rationis. [In qua omnium rerum] Nunc de rerum dicturus est communicatione quomodo eas inter se cōmunicare homines debeant. Vt quæ descripta sunt legibus, ut iure ciuili. Lex communis aut naturalis est, aut gentium, aut ciuilis,& naturalis quidem est qua animalia omnia, & rationalia,& irrationalia secundum naturā utuntur, ut qui creare,& ex se procreata diligere. Lex gentium est qua gens aliqua aut gentes aliquæ utuntur, ut matribus non misceri. Qd̄ Scythæ, Latini,& Græci seruarunt semper, aut contra illos cōiunctī, quod per se fecerunt. Ciuilis lex est, qua aliqua utitur ciuitas sola, quoniam utilis ei est, alia ciuitas si vti vellet damno-

Altera est cōicatio sermonis altera rerum &c.

Ostentator quid sit, & uerax.

Lex triplex.

ſum ei eſſet, vt ſi quis legem ferat in ea ciuitate, quæ agricultu
ra exercere non poteſt, vt quicunque triticum emere, & vende-
re uoluerunt, liberè id faciant. neque vectigal reip. aliquod per
ſoluant, quoniam hoc illi ciuitati conducat, cum ſe ex ipſa tri-
ticum non habeat. reliquis uero ciuitatibus, quæ fertiles ſunt,
hæc lex inutilis penitus eſſet. Rectè ergo Cic. coniunxit, & ſpe-
ciei genus propoſuit. Quæ autem communia ſunt, quæ priua-
ta, quæ vniuerſitatis ſuperius oſtendimus, auctoritate uſi lib.
ij, Iuſt. vbi de rerum diuiſione agitur. [Ex quibus ipſis] Dicit
quædam quæ legibus, & iure ciuili priuata ſunt in communẽ
vtilitatem debere afferri. [Ex quibus ipſis legibus] ſ. & iure ci-
uili. [Cætera. ſ. priuata.] Nam de communibus ſupra dixit. [In
Græcorum prouerb.] Primus Pythagoras Samius amicorũ om
nia dixit eſſe communia, auctor Laert. Alij Euripidem malũt.
græci dicunt, τὰ τῶν φίλων πάντα κοινὰ, ſed ne fortè credamus
omnia communia hoc prouerbio debere eſſe etiam uxores, ut
Stoici uolebant, docet quæ rectè omnibus communia eſſe de-
ceat. [Transferri] In multas poteſt, quæ ſint eiuſdem generis,
ipſe ſtatim exemplum ſubiungit, Comiti non ſe per uiã ſequẽ-
ti, quam ipſe ignorat. Sed comiti, hoc eſt cuius etiam ignoto
homini, omnes autem comites ſumus illi cõmunitate de qua
dictum eſt, rationis, & orationis Qui autem uiam cuipiã mon
ſtrat, idem facit, quod qui lumen accendit, nam, & ipſi lumẽ
remanſit, nec propterea minuitur, facemq; ex qua alteri accẽ-
dit ſibi retinet, idem eſt ſi de puteo, qui domi tuæ eſt, & aquis
abundat haurire alios aquam ſinas, nã omnino tibi ipſi aqua
remanet. [Qua ex re ſatis percipitur] Concludit dicens omnia
quæ ſine detrimento, hoc eſt graui damno noſtro dari pñt, dã-
da eſſe, non ſolum amicis, & notis, ſed etiam ignotis. [Ex quo
cum danda ſint, etiam ignotis, quæ ſine detrimento dari poſ-
ſunt. [Aquam profluentem] Per agrum tuum: Nam quantũ-
uis aquæ alius hauſerit, tibi remanet. Vnde ait Latona apud
Ouid. Quid prohibetis aquas; uſus communis aquarum eſt:
Nam Solem proprium natura, nec aera fecit, Nec tenues vn-
das, ad publica munera ueni. Quæ tamen, ut detis ſupplex pe-
to. Siq uis. conſilium quoq; petenti fidele dandum eſt gratis, ꝙ
cum datur nihil illius, qui dat, prudentia minuitur, imò ma-
gis magisq; augetur. [Deliberanti] Cõſultanti, eſt aliquid age-
re. Quærenti de re dubia deliberatio eſt, nam cum certum eſt
quid agas, opus deliberatione non eſt. [His] Quæ diximus. [Et
ſemper, &c.] Illud repetit, quod dixit ſuperius, debere nos na-
turam ducem ſequi, communes utilitates in medium afferre
mutatione officiorum, dando accipiendo deuincire hominũ
inter homines ſocietatem. [Sed quoniam &c.] Dixit ſemper
aliquid ad communẽ utilitatem afferendum id quatenus in-
telligi debeat, oſtendit, & cum, inquit, dandũ ſit omnibus ho-
minibus, qúia cõiuncti inter ſe ſunt omnis rationis, & oratio-
nis uinculo Videndum tamẽ eſt ſuppetant ne largitioni copiæ,
quę paruę ſunt, ſi quis eas cum multitudine egenorum, confe-
rat, quæ infinita eſt, ergo cum impoſſibile ſit omnibus bene-
faciendum eſt, ut tibi ipſi non deſit. Nam, qui ſibi non relin-
quit, quod ad uitam ſufficiat, is à liberalitate diſcedit, & pro-
digus uocatur. [Vulgaris] Ipſius vulgi. [Nihilominus] quam
alijs benefeceris. [In noſtro.] Ita in alienos liberales eſſe debe-
mus, ut noſtris non deſit, quibus potiſſimum largiri nos con-
uenit, quia ſunt in arctiori ſocietatis gradu.

Sẽper aliquid ẽ ad cõem vtilitate afferendũ.

ASC. Optimè autem ſocietas] Docet quæ officia ſocietatis impẽ-
dẽda ſunt. Ordo eſt. Autem pro ſed, ſocietas hominum, & con-
iunctio ſeruabitur. optimè, ſi ut. i. ſecundum quod quiſq; erit
coniunctiſſimus. i. familiariſſimus, & aſſociatiſſimus, ita plu-
rimũ benignitatis conferetur in eum. Sed videtur ſup. mihi re
petendum ſupra eſſe altius. i. ab origine, & à principio, quæ
ſunt principia communitatis, & ſocietatis humanæ. Enim pro
quia, primum. i. principium, & principale, eſt ſup. dabile, quod
cernitur. i. videtur in ſocietate humani generis. Autẽ pro ſed,
uinculum. i. glutinum, & colligatio eius. ſ. ſocietatis humanę
eſt ratio, & oratio. i. collocutio, quæ conciliat, & coniungit ho-
mines inter ſe quadam naturali ſocietate, & hoc dicendo, di-
ſcendo, communicando. ſ. conſilia. Diſceptando. i. diſquiren-
do, & diſputando de re dubia. i. iudicando de re nota. Neque
& pro non, & nos non abſumus. i. differimus, aut diſtamus ul-
la re longius à natura ferarum, quam ſup. tali iuſta ſocietate.
In quibus. ſ. feris nos dicimus ſæpe fortitudinẽ ineſſe, ut in e-
quis, & leonibus, ſed ſup. non dicimus iuſtitiam æquitatem, &
bonitatem ineſſe equis, leonibus, & ceteris brutis. Sunt. n. ex-
pertes. i. non capaces rationis, & orationis. Ac quidem. i. certe
hæc ſocietas eſt patens latiſſimè hominib. ĩter ipſos. ſ. homines,
& omnibus ſup. hominibus inter omnes i. homines, in qua ſo-
cietate communitas omnium rerum, quas natura genuit ad
communem uſum hominum eſt ſeruanda. Vt hæc quæ deſcri-
pta ſunt legibus & iure ciuili teneantur ita, ut. i. quemadmo-
dum conſtitutum ſit ſup. ea ſeruare, & unicuiq; priuatim cõ-
petere. E quibus ipſis. i. extra quæ ipſa, uel præterquam à legi
bus, conſtituta cætera. i. alia omnia obſeruentur ſic. i. ut ſint
communia. i. quemadmodum eſt in prouerbio græcorũ, Om-
nia amicorum eſſe communia, hoc eſt ſicut apud græcos dicũ-
tur omnia amicorum communia, ita ubiq; dicantur, omnia
communia; quæ non ſunt legibus, aut à ciuili iure alicui ſpe-
cialis conceſſa græcorũ prouerb. eſt, τα των φίλων πάντα κοινα.
profertur autem πάντα κοινὰ, quia omnis diphthongus pro-
fertur uti apud græcos. nos autem diceremus cœna, ita eſt arti
culus ſignificans gallice les ton, eſt etiam articulus ſignificans
gallice des φίλων. i. amicorum ſeu, carorum, πάντα i. omnia,
κοινα. i. communia ſunt ſup. Monſtrat autem, quæ ſunt omni-
bus non ſolum amicis communia, dicens. Omnia autẽ ea ui-
dentur eſſe communia hominum, quæ ſunt eiuſdem generis,
eiuſdemq; naturæ, ut ignis, aer, lumen, aqua, terra, non hæc
uel illa, ſed elementum ipſum, ut tranſitus præbeatur ſalutis
expenſis eorum, qui uias ſtrauerint, aut pontes fecerint. Illud
. n. quod poſitum eſt ab Ennio poeta in Tragœdijs ſ. in una re
poteſt transferri per multas ſup. res i. applicari ad multas. Ver-
ba. n. ſunt, homo qui monſtrat comiter erranti uiã facit, qua
ſi accendenti, cum. i. quamuis accenderit illi. ſ. lumẽ petenti.
Et qua re ipſa. ſ. Ennius ſatis præcipit, ut quidquid poſſet cõ-
modari. i. ad commodũ alicui dari ſine detrimento. i. damno,
& incommodo ſup. dantis, id tribuatur cuiq;, uel. i. ignoto. Ex
quo i. ex qua re, ſi quis daret conſilium fidele deliberanti. Quæ
ſunt utilia his qui accipiunt, & non moleſta. i. nociua danti,
illa ſunt communia, & utilia accipienti, nec nociua danti, non
prohibere aquam profluentem. i. non impedire fluxum aquæ,
dummodo nobis non noceat, & pati capere ignẽ ab igne. Qua-
re. i. quamobrem utendum eſt, & . i. etiam his ſup. officijs, &
pręceptis de eis, & afferendum ſup. eſt. i. oportet afferre ſem-
per aliquid ad communem utilitatem. Sed quoniam copiæ. i.
facultates ſingulorum ſunt paruæ, autem pro ſed, multitudo
eorum qui egeant his. ſ. facultatibus eſt infinita. i. non com-
prehenſa certo numero, ideo ſup. liberalitas uulgaris. i. quę de
bet eſſe uulgo eſt referenda ad illum finem Ennij, ut. ſ. luceat
nihilominus ipſi. ſ. accendenti, ut facultas ſit, qua ſimus libe-
rales in noſtros, hoc eſt, ut conferamus ſi noceat, uel ultra ui-
res noſtras.

GRadus autem plures ſunt ſocietatis ho-
minum. Vt. n. ab illa diſcedatur infinita
te, propior eſt eiuſdem gentis, nationis,
linguæ, qua maximè homines coniungũ
tur: interius etiam eſt, eiuſdem ciuitatis,
multa ſunt. n. ciuibus inter ſe communia, forum, fa-
na, porticus, uiæ, leges, iura, iudicia, ſuffragia, conſue-
tudines præterea, & familiaritates, multæq; cum mul
tis res, rationesq; contractæ. Arctior uerò colligatio
eſt, ſocietatis propinquorum: ab illa. n. immenſa ſocie
tate humani generis, in exiguum, anguſtumq; conclu
ditur. nam cum ſit hoc natura commune omniũ ani-
mantium, ut habeant libidinem procreandi; prima ſo
cietas in ipſo eſt coniugio, proxima in liberis, deinde
vna domus, communia omnia. id autem eſt principiũ
urbis, & quaſi ſeminarium reip. Sequuntur fratrum
coniunctiones, poſt conſobrinorum, ſobrinorumq;:
qui cum una domo iam capi non poſſint, in alias do-
mos, tanquam in colonias, exeunt. Sequuntur connu
bia, & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui.
quę propagatio, & ſoboles, origo eſt rerum pub. ſan-
guinis autem coniunctio, & beneuolentia deuincit
caritate homines. magnum eſt enim, eadem habere
monu-

monumenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti: illud n honestũ, quod sæpe diximus, etiam si in alio cernimus, tamen nos mouet, atque illi, in quo id inesse uidetur, amicos facit. Et quamquam omnis uirtus nos ad se allicit, facitq́; ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse uideatur: tamen iustitia, & liberalitas id maximè efficit. nihil autẽ est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. in quibus.n. eadem studia sunt, eædemq́; uoluntates, in his fit, ut æquè quisque altero delectetur, ac seipso: efficiturq́; id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficijs ultrò citroq́; datis, acceptisque, quæ mutua, & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate. Sed, cum omnia ratione, animoque lustraueris, omnium societatum nulla est gratior, nulla carior, quàm ea, quæ cum rep. est unicuiq; nostrum. cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares. sed omnes omnium caritates. patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam, & in ea funditus delenda occupati, & sunt, & fuerunt. Sed si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii: principes sunt patria, & parentes; quorum beneficijs maximè obligati sumus: proximi Liberi, totaq́; domus. quæ spectat in nos solos, neque aliud vllum potest habere perfugium. deinceps benè conuenientes propinqui, quib. communis etiam plerunque fortuna est. quamobrẽ necessaria uitæ præsidia debentur ijs maximè, quos ante dixi: uita autem, uictusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maximè, estq́ue ea iucundissima amicitia quam similitudo morum coniugauit.

FRAN. MAT.

GRadus autem] Posita communi hominum societate, ponit gradus ipsius, quibus declarat ipsam societatem in aliquibus arctiorem esse, vt etiam ostẽdatur quid cuique d. beamus, & qui quibus in liberalitate exercenda præponendi sint. [Gradus] Per quos ipsa societas ascendit descenditque. Vnde fit, vt alij sint nobis coniũctiores alijs. [Ab illa infinitate] .i. omissa illa communi societate, qua homines coniunguntur vinculo rationis, & orationis. Hæc enim est societas communis hominibus. Duas resp. innuit Sen. animo complectamur: Alteram magnam, & verè publicam, qua Dij atque homines continentur, in qua non ad hũc angulum respicimus, aut illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum sole metimur. Alteram cui nos adscripsit conditio nascẽdi. [Infinitate] Nam illa societas se infinitum ostendit: sunt enim omnes homines socij ratione intellectus, & sermonis. Infinitas est quantitas, quæ caret extremis. Naturalis igitur societas hæc est, sed postea iure gentium facti sunt gradus, ex ipso.n. bella introducta sunt, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collata, connubia etiam, quæ partim sunt de iure diuino, quantum ad inuẽtionem, partim de iure naturali, quantum ad copulam, partim de iure gẽtiũ, & ciuili, quantum ad verba, & formulam, quibus matrimonia contrahuntur [Propior] Hic est primus gradus propior, cõiũctior societas eorum, qui sunt eiusdem gẽtis, aut exteræ, aut nostratis. Gens potest habere plures nationes. nã gens Itala Hetruscos, Vmbros, Picenos, Marsos, & reliquos, qui sunt natione Italæ gentes, & sic de similibus, ideo dixit gentis, & nationis. Gens est tanquam genus, & natio species. [Linguæ] Plus n. debemus illi qui eadem lingua utitur .i. eodẽ genere sermonis, ut Græci inter se coniunctiores sint, Itali, Afri, & sic de alijs. [Qua lingua] Nam nisi sermo inuicem intelligeretur, nunquam posset esse societas. Ideo dixit supra societatis vinculum esse orationem. Nullum commercium potest cum hominibus, qui dispari lingua utuntur, nisi habeant interpretem. [Interius] Magis intrinsecum, & coniunctior societas. Hic est alius gradus. [Multa enim] Probat quare est inter ciues coniunctior societas, Quoniam ut habetur libro j. Digest. Et repetit Iustin. lib. 2. Instit. Vniuersitatis sunt non singulorum, quæ in ciuitate sunt, ut theatra, stadia, & similia, si qua sunt alia communia ciuitatum. [Forum] Dicitur à ferendo. Varro ait quo conferunt suas controuersias, & quæ uendere vellent, quoque ferrent, forum appellarunt. Inde dicitur forum iudiciale, & uenale. Fora igitur communia sunt ipsis ciuilibus. Homines ciues, inquit Cyrus, apud Xenophontem, alienigenę præferendi sunt: Et qui vna sunt alti, his qui contubernales non sunt. Arist. sic ait, Inter ciues plurimum est amicitiæ: complura enim his sunt communia cum sint pares. [Fana] Tẽpla dicta à Fanno rege aboriginum, quoniam ipse primus ea instituit. Sacrum est, ut ait Trebat. lib. j. de regionib. quidquid est, quod deorum habetur. Profanum dicitur quasi procul à Fano, & à religione secretum. Profanum, inquit Trebatius dicitur, quod ex religioso, uel sacro in hominum usum proprietatemque conuersum est, Sanctus dicitur incorruptus, inde sanctæ leges. Delubrum est, inquit Varro, in quo præter ædem sit arca assumpta deum causa, & etiam locus in quo dei simulacrum dedicatum est. Sicut locum in quo figerent candelam, candelabrum appellarunt, ita in quo deum ponerent, nominarunt delubrum. sacræ res dicuntur, ut habetur libro 1. digestorum, quæ publico consensu consecratæ sunt, & nullius hominis habentur, quoniam id quod diuini iuris est, nullius hominis est, inquit Iustin. & si quis auctoritate sua sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. [Res religiosæ sunt etiam alicuius hominis, sacræ uerò minimè. [Porticus] Quæ quondam erigebantur ad inambulationes, & umbram, sed quibus uehebãtur nobiles. Porticus celebriores Romæ fuerunt Corinthia ad circum Flaminium erecta à Cn. Octauio, dicta Corinthia propter æs Corinthium, quod erat in columnis. dicebatur etiam porticus Persei, quoniam Cn. Octauius ex bello nauali contra Perseum triumphum retulit. in qua porticu erat tabula picta habent Lacedæmonem, & Eurotam fluuiũ, vnde ignaui illic desidentes dicebantur sedere ad Eurotam. Vnde postea receptum est, ut sedere ad Eurotam esset nihil agere. Basilica Porcia, porticus Claudia, porticus Catuli, quã Catulus erexit de Manubijs Cimbricis. ubi fuerat domus Flacci. qui Graccho fuerat, & aliæ permultæ ad ciuium delicias, & de ambulationes. [Viæ publicæ] .s. iter, vt uolunt Iurisconsulti, est ius eundi ambulandi ue, homines: non autem iumentum agendi, uel uehiculum. Actus est ius eundi, ambulandi, iumẽtum etiam, uel uehiculum agendi. Itaque qui iter habet, actũ non habet, qui actum habet, & iter habet, eoque uti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi, & agendi, & ambulandi, nam & iter, & actum in se uia continet. [Leges] sunt aut principis, aut liberi populi, quæ à rege conduntur, alterius cõsensum non requirunt. [Iura] Sunt magis generalia. Est enim & ius gentium, & ius ciuile. [Suffragia] Quoniam ciues conueniunt ad danda suffragia, ut creentur magistratus. Suffragia sunt uoces, quæ dantur in comitijs in tabella ue scribũtur. inde lex tabellaria nata est, quibus uocibus. & suffragijs quisq; suum animum aperit de aliquo eligendo in magistratum, ut nunc etiam fit in liberis ciuitatibus. peregrini autem inire suffragia non possunt, nisi ciuitate donentur, ut apud Romanos quondam fiebat. [Consuetudines] Conuersationes, vt ita dicã, quoniam consuetudo melius dicitur, quam conuersatio. Seneca tamen hoc uocabulo utitur dicens, Sumuntur à conuersationib. mores, & in alijs locis. [Familiaritates] Amicitię, familiaris est, qui assiduè aobiscum uiuit, quasi sit de eadem familia, & dicitur amicus is cum quo est nobis cõsuetudo. [Res, rationesq; contractæ] Rationes contrahuntur si quãdo in creditũ, vel in debitum itur, ut in mutuo. Mutui obligatio consistit in his rebus, quæ pondere, mensura ue constãt, ueluti uino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, quæ omnia ideo damus, vt accipientium fiant, & quandoq; non eadẽ, sed alia eiusdẽ naturæ. & qualitatis reddant. Vñ & mutuũ appellatur, q a à me ita tibi dat, vt ex meo tuũ fiat. Cõtrahũt et commo-

dato, commodata res tunc propriè intelligitur si nulla mercede accepta, vel constituta vtenda res tibi data est. Nam commodatum debet esse gratuitum. Contrahuntur conducto, locato, empto, vendito, permutato, sociato, collocato, donato, & similibus contractibus secundum iuris regulas constitutis. Vnde rationarium antiqui appellabant librum redditus, & impensarum, præpositisq; rationib. serui cũ trahendis negocijs præfecti dicebantur. Differt res à ratione contracta, quo genus à specie. Rem contractam dicimus, ut matrimonium, ut est societas. Ratio contracta est pactum, quod super matrimonio, vel huiusmodi cõtractibus sit, & ideo minor, licèt appellatione rei contractę, & pactum, & cetera quæ insunt rationibus contineãtur. de hoc habetur in dig. de creditis lege. i Contrahere est ultro citroq; se obligare. Vnde res contractæ dicuntur stipulationibus, & à stipulationib. obligatæ, & contractus sunt de iure gentium, & obligationes exceptis quibusdam, quæ à iure ciuili introductæ sunt. Inter ipsos ciues multi sunt contractus, & obligationes, & debita quę apud antiquos nomina dicebãtur. Vnde is multa nomina habere dicebatur, qui multis debebat, & erat oberatus. de hoc dicetur in iij. lib [Arctior uero] Astrictior hic est alius gradus, qui est de necessitudine. [Propinquorum] Eorum qui sunt nobis propinqui. [Ab illa enim] probat quare est arctior colligatio. Nam societas illa, quæ est communis inter omnes homines descendendo per gradus constringitur in locum angustum. nam concluditur in ipsos propinquos, & affines. [Immensa] Infinita de qua dictum est [Concluditur] Constringitur. [Nam cum] Ratio quare in angustum concluditur. [Libidinem procreandi] Nam omne animal appetit duce natura creare sibi simile in specie. Arist. sic ait, homo natura coniugabilis est magis, quàm ciuilis, quanto prius, & necessarium magis est domus quam ciuitas, & procreatio cõmunior animalibus, atq; ceterorum quidem animalium hic quidẽ est terminus. homines autẽ coniunguntur non solum procreationis gratia, sed eorum etiã quæ ad ipsam conferunt uitam, officia nanq; sunt diuisa. [Coniugio] Matrimonio, quoniã ducitur vxor, vt filij procreentur, aliter ciuitas durare non posset. Coniugium dicitur cõiunctio viri, & uxoris. [Proxima] Sequẽs coniunctio. [Omnia communia] vt omnia inter ipsos indiuisa sint. [Id autem] Vir, vxor, filij, domus, omnia communia sunt, fundamentum ciuitatis, & reip. quoniã ciuitas, ut finit Arist. est multitudo domorum, agro, & pecunijs, pro dignitate abũdans ad benè viuendum. Vnde domus cum sit pars ciuitatis, est quasi seminarium reip & constitui debet ab unoquoq; vt fiat urbs. Cice. in oratione pro Sex. Trib. pl. uulnerato à Clodianis ait, Qui igitur primi virtute, consilio præstanti extiterunt, hi perspecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij dissipatos vnum in locum congregauerunt, eosq; ex feritate illa ad iustitiam atq; mansuetudinẽ transtulerunt, tum res commũnẽ utilitatem, quas publicas appellamus, tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt, tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento, & diuino, & humano iure mœnibus sepserunt. Ciuitas igitur congregatio ciuiũ est, & vrbs domorũ multiplicatio. [Et quasi seminarium dicitur] ex quo omnia nascuntur maiores numero, & quasi seminarium dixit, quoniam non propriè dicitur in hac re seminarium. de quo constituendo Col. & Plin. xvij. dicit: Ex seminario transferuntur plantæ in aliam terram, nam semen effoditur in seminario, & plantulæ illic enatæ transferuntur, & multiplicantur ad vsum humanum, sic ex sobole multiplicata constituitur ciuitas, & resp. quæ vt finit Scipio apud Cic. lib. 3. de rep. est res populi. populum autem non oẽm cœtum multitudinis, sed cętũ iuris consensu, & utilitatis communione sociatum esse determinat. Coniugiũ igitur, & propagatio sobolis est quasi seminarium reip. quia hoc modo fit. Vnde homo uerè politicus vxorem ducere debet, & filios procreare, vt sit auxilio reip. & post mortem relinquat qui suo loco patriam tueatur. Vnde illi qui consciscuntur sibi mortem, injuriam. rei. faciunt, & vituperandi sunt: forte. n. per seipsos posset aliquando patria recuperare libertatem si esset amissa, ut de Catone dici potest, qui se Vticæ interemit cum detrimento patriæ suæ, quam ruentẽ cernebat lib. 3. de Fin. ait: Cum autem ad tuendos conseruandosq; homines, hominem natum esse uideamus, consentaneũ est huic naturæ, ut sapiens velit gerere, & administrare remp. atque, ut à natura uiuat, vxorem adiungere, velleq; ex ea liberos procreare, nec amores quidem sanctos à sapiente alienos esse arbitrantur. Nam si omnes cœlibem uitam agerent, resp. deficeret, quod timens Romulus vrbis conditor vir certè prudentissimus rapuit uirgines, cum à finitimis coniugia denegarentur, ne primordia tantæ urbis auspicato conditæ deficerẽt, hominum quos tunc habebat ætate consumpta. Vir igitur bonus, & patriæ studiosus filios procreare, & bonis moribus instituere debet, vt digni patria adolescant, & illi possint adesse, si aliquando aliqua calamitate laborauerit. [Sequũtur] Ex una domo sita constituta, & sic declarat quo modo coniugiũ est quasi seminarium. [Fratrum] Frater, inquit Nigid. est quasi ferè alter. Soror, inquit Labeo dicta est, quod quasi seorsum nascitur, separaturq; ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur. Arist. in vii. Eth sic ait, Grauius est sodali, quã ciui pecuniam auferre, & fratri, quàm alienigenæ opẽ non ferre, & patrem quam quemuis alium pulsare, crescit autem, & iustum cum amicitia simul, quippe cũ sint in eisdem æquè sese extendunt. Consanguinea amicitia multiplex est, pendet autem omnis ex paterna: parentes. n. diligunt natos, vt aliquid sui, nati uero parentes, ut aliquid ex illis. Consobrini dñr nati ex duabus sororibus. Sobrini dicuntur filij consobrinorũ. Cõsobrini dicti sunt, quasi consororini. Patrueles dicuntur nati ex duobus fratribus. Qui ex fratre, & sorore progeneratur, Amitini dicuntur [Capi] Contineri. [Quasi in colonias] Quoniã cum urbs multitudinem capere non posset, noua deducebat colonia [Affinitates propinqui] Vxoris, & affinitates conciliatur coniugio. Ideo dicit. ex quibus affinitatibus plures propinquis [Quæ propagatio] Dilatatio filiorum filiarumq;. Loquitur per translationem, nam propago dicitur in arboribus, cũ. & fiunt propagines, ex una duæ tres, quatuor ue uites, & arbusculæ sobolescunt, & pullulant [Et soboles] Filij filiæ ue, ut sunt arbusculæ, quæ propagatione oriunt. [Origo] Principiũ, & seminarium. [Sanguinis coniunctio] Ipsi consanguinei sunt inter se deuincti. [Beneuolẽtia, & caritate] Caritas est intimus amor. Caritas etiam dicitur penuria annonæ. Vnde dicit Plin. in epist. Accessit agris meis caritas. Carum dicitur amabile, ac preciosum. Amor est amicitiæ nothus, vt ait Chrysippus in lib. de Amore. [Magnum est. n.] Ratio quare sanguinis coniũctio deuincit caritate homines. [Monimenta] Statuas, titulos, & cetera stemmata, ut familiæ illæ nobilissimæ priscorum Rom. quæ maiorum suorum titulis gaudebant. Monimẽta dicũtur statuæ, libri, tituli, sepulchra, ceteraque, quæ nos alicuius rei pteritæ moneant. cum apud Romanos aliquis de familia efferebatur in pompa funeris, omnes maiorũ imagines præferebantur, quas in armarijs asseruabãt, & statuæ in areis locatæ erãt, ut iuuenes maiorum suorum virtutem ante oculos semper haberent, à qua degenerare turpissimum est. [Iisdem sacris] Nã ciues habebãt quædam sacra peculiaria, ut Fabiorum familia, Claudiorum, Aemiliorum, Corneliorum, & sic de similibus, ad quæ non ibant nisi gentiles. Vnde Fabius Max. cum esset Dictator, & pugnaret contra Annibalem dimisso exercitu Minutio magistro equitum, Romam redijt sacrorum causa, quæ Fabiorum peculiaria erant, & cum Capitolium obsideretur à Gallis, unus ex Fabijs egressus est sacrorum causa. [Sepulchra communia] Dicuntur in quæ plures possunt inferre mortuos suos. In commune autem sepulchrum, inquit Martian. li. 1. digest. etiã inuitis ceteris licèt mortuum inferre, sed in alienũ concedente domino licèt inferre. ex lib. xj. Caius ait: Monimentum est, qđ memoriæ seruãdæ gratia existat. familiaria sepulchra dñr, quæ quis sibi, familiæq; suæ cõstituit. Hereditaria autem, quæ quis sibi, hæredibusq; suis constituit, uel quæ paterfamilias iure hæreditario acquisiuit. Sepulchrũ est, inquit Vlp. vbi corpus mortui ossa ue hominis condita sunt. [Sed omnium societatum] Hic est alius gradus societatis, quã dicit esse ceteris præstantiorẽ. [Nulla] Ex omnibus societatibus. [Præstãtior] Excellẽtior, qm̃ super honesto fundatur, & virtute, & nõ sup turpi, aut utili, & ideo ceteris. [Firmior]. i. stabilior, qm̃ amicitia, quæ est propter aliquã uoluptatẽ, aut utilitatẽ, non est firma, sed remota causa remouet effectus. illa solũ durat, quam uirtus conciliat. Philosophus sic ait, Bonorum amicitia similiumq; uirtute perfecta est, amicitia iõ rara, & qm̃ pauci tales sunt, pmanet horũ amicitia, quandiu sunt boni, at uirtus res permanẽs est [Familiaritate] Amicitiæ cõsuetudine. [Illud. n.] Probatio est. [Honestum] Ipsa uirtus, & quidquid ab ipsa proficiscitur, honestũ dicũt esse Stoici id, qđ possessores sui nobiles facit. [In alio] Alio homine, nec nobis familiaritate cõiuncto, [Tamẽ] Quãuis in

in alio cernamus,nos mouet,allicitque,vt eum diligamus , in quo id honestum esse videtur.In Læl.ait.Nihil est.n.amabilius virtute,nihil quod magis alliciat ad diligendum , quippe cum propter virtutem,& probitatem,eos etiam quos nunquã uide mus quodammodo diligimus.Plut.scr. in uita Periclis, Virtus eiusmodi est,ut statim rebus gestis ita afficiat homines,vt non modo admirentur opera, verum in auctores quoque summo studio ac desiderio incendantur.honestas.n.ad se allicit, atque ad agendum statim impellit , nec imitatione ipsa spectatorem probum,sed ipso opere conspecto efficiat , vt anteponenda ceteris iudicetur.[Et quamquàm omnis virtus] Ponit eas virtutes,quæ maximè alliciunt homines,quoniam iustitia,& liberalitas sunt ad alios. ergo is qui iustitiam distributiuam exercet, & liberalitatem,amatur,quia dat vnicuiq; quod suum est,& sibi pauciora relinquit,vt lex liberalitatis dictat,qua nihil est na turæ humanæ accommodatius . [Nihil autem est amabilius] Redit ad id quod dixit de moribus,cum.s.boni viri coniungun tur familiaritate . [Nihil]amabilius] Nihil quod magis amorẽ contineat.Philosophus dicit non omne,quod uis, est amabile, sed bonum. [Eadem studia] Quando vna & eadem re delectamur,& idem est velle nolleq; , studium est uehemens uolũtas . [Vt æquè] Tam & ita.[Ac]Quam & sicut, ut tam delectetur al tero quam seipso.[Id,quod Pythagoras]Appellatus est Pythagoras,quod uera non minus Pythio loqueretur, qui conciliãdæ amicitiæ in primis studiosus fuit , & ut dictum est uolebat discipulos suos omnia habere communia,dicebatq; non debe re quenquam trasgredi modum aut in cibis, aut in laboribus. Venerem omni tempore grauem dicebat,& ad bonam ualetu dinem minimè idoneam. Interrogatus quando esset concumbendũ, respondit cum te ipso infirmior fieri uolueris.[In amicitia]Quæ ab honestate ꝓficiscitur.[Vt unus fiat ex pluribus] Interrogatus Arist.quid esset amicus,respondit,Vna anima in duobus corporibus habitans. Amicitiam dixit esse æquitatem mutuæ beneuolentię . Theodorus autem philosophus amicitiam è medio tollebat , quod ea neq; insipientibus adsit, neq; sapientibus.in illis.n sublato vsu amicitiam quoq; dicebat eua nescere,sapientes uero cum sibi ipsis sufficiant, amicis non indigere.[Magna etiam]Hic est alius gradus. [Vltro citroq; datis]Vltro,& citro dicitur in dictis,& in factis, cum aliquẽ alloquimur, tunc uerba ultro,quasi ultra eunt,cum loquentes au dimus,tunc verba citro,quasi citra ueniunt . Et sic dandis accipiendisq; muneribus,nam cum damus tunc ultro eunt dona , cum accipimus tunc veniunt citro.[Quæ]Beneficia dum vicissim dantur,quoniam qui semper accipere vult,nõ est amicus , multum ergo debemus illis,qui beneficio nos demerentur , & animo amico accipiunt , quæ dantur , vt nobis , & ipsi debere possint,& de ipsis benemeriti simus, & cum quisq; conatur,ut ei cui debemus plurimum,semper debeamus,optimè commu nitas uitæ, & vera amicitia conseruabitur . Vnde dicit Seneca , Pessimè beneficia dant quicunque ingratos eligunt,in quos pe ritura conferant.Et alibi dicit,Qui noua accipere non uult, acceptis ostenditur,& qui festinat utiq; reddere , non habet animum grati hominis,sed debitoris,[Et grata] Dixit , quoniam si damus alicui , qui non grato animo accipit , operam perdimus , & qui tali animo accipit , quod cum uirtute , & honestate datur , ingratus est . Magis esset animi ingenui apertè recusare,quod nonnulli fecerunt , aliquando , faciuntque , si qui boni possunt inueniri,vt de Phocione Atheniensi legit. Nam Antipater dicebat auctore Plutarcho in uita Phocionis duos Athenis sibi esse amicos,Phocionem,Demademque,quo rum alteri.i. Phocioni nunquam potuisset persuadere,ut cape ret. Alterum.i. Demadem nunquam potuisset dando explere. Sen.dicit, Maledictum incipit esse non munus,in quo virtus ac cipientis cognoscitur.Et alibi:Non ingratum,sed iniustum est superbè datum.Et alibi: Beneficijs humana uita constat,& con cordia,nec terrore,sed mutuo amore in fructum , auxiliumq; commune constringitur . [Deuinciuntur] Tandem colligantur stabili amicitia.[Sed cum omnia]Hic est alius gradus ceteris carior gratiorque, quoniam sanctissimũ nomen patriæ om nia supradicta complectitur.[Lustraueris] Circunspexeris , & cõtemplatus fueris [Ratione]Intellectu. ratio est pars animi , & principatum habens.[Animo]Contemplatione,& tota mẽte. [Cari sunt] Probat quare nulla est carior, & sic per gradus amplificat hanc cum patria coniunctionem. magna caritas debetur parẽtibus,proxima filijs,& sic de reliquis successiuè,cum vero patriam amamus , omnia complectimur , ergo maxima caritas patriæ debetur.[Omnium].s.quos amamus , nam qui amant patriam,etiam alios amãt,sed non econtra . [Pro qua quis bonus]Lib.3.de Fin.ait,Ex quo fit,ut laudandus sit is , q. mortem appetat pro rep. qui docet cariorem esse patriam nobis quam nosmetipsos.[Oppetere]Frequentius significat mori,non fatali,sed illata morte , & ponitur cum actõ , ut in hoc loco,& absolutè,ut apud Virg,contigit oppetere.[Si ei sit profuturus] Vtilitatem allaturus,aliter discedet ab officio. unde oportet uti prudentia,& cum patriæ conducit,mors fugienda non est,sed appetenda pro salute patriæ , ut de Decijs legitur , qui se pro Romanis legionib. deuouerunt, de Codro , & filiabus Erechtei. Et Curtij mors laudatur.ceterorumque qui pro patria forti animo ceciderunt.[Quo] propter quod inquit, hi qui & lacerarunt, & lacerant patriã sceleratissimi habẽdi sunt , & sic Cic.patriæ studiosus inuehitur in Syllam, Catilinã,& Cæsarem, atque Octauium,qui iam ad tyrannidem aspirabat, cũ hæc Cic.scriberet.[Detestabilior]Execrabilior,& magis uitupe randa,& digna odio maiore [Immanitas]Feritas , & impietas erga patriam.[Funditus] Ab imo.[Occupati sunt] .i.id unum agunt,& moliuntur. [Et sunt] Nunc tempore Octauij, Antonij,& Lepidi,qui tres omnia ad libidinem faciebant & triumui ri dicebantur,postea Octauius sublato M. Antonio, & Lepido Circeis relegato rerum potitus est, ut prius fecerat Cæsar sublato Pompeio.[Et fuerunt]Tempore.s. Syllæ,Marij,Catilinæ, & Cæsaris.[Sed si contentio quædam]Posuit Cic.hactenus om nem gradum cõiunctionis,& necessitudinis,ut liquido cognosceretur quib.coniunctiores sint.Nunc , inquit,si uolumus facere comparationem,& cognoscere,quib.plurimũ debeatur,& si contentio erit,qui sit primus & ceteris præponendus humanæ societatis gradus,debemus locum dare patrię,deinde alijs, quos ipse per ordinem ponit.[Si contentio] Si in contentionẽ deueniatur, quib. potissimum inseruiendum sit. [Plurimum officij] Maius officium,& primum locum. [Princeps] Primi , quoniam non amare parentes,ut inquit Sen.impietas est,non agnoscere,insania. [Quorum beneficijs] Quoniam parentes dederunt nobis esse,patria autem conseruauit.philosophus agens de amicitia,& iusto parentum ad filios, & contra, sic ait , Est essendi causa pater,quod maximum est , & enutritionis ac educationis. Amicitia talis in excellentia cõsistit, qua propter & honorantur ipsi parẽtes,& iustum in his est, quod efflagitat dignitas. Maximè]Debent,inquit,filij parentibus adesse , & illis potius quã sibiipsis honestius est opitulari,honorem etiam ut dijs tribuere oportet.[Proximi]In secũdo loco.[Totaq; domus] Omnis familia cum qua in una domo uiuimus . [Quæ spectat in nos solos]Spem habet,nec habet aliud perfugium.i. locum quo se conferat ad opem implorandam.[Bene cõueniẽtes]Non discrepantes à nobis in aliqua re,& maximè cõcordes in moribus,cum autem sunt bene conuenientes , præponendi sunt ceteris amicis.[Quibus communis est plerunq; fortuna] Id est status,& conditio . Vnde uidemus interdum,quod propter unum ex ciuitate,pellitur omnis familia. Illi igitur ꝓpinqui,qui parati sunt nobiscum omnem pati fortunam,cari nobis esse debent. Vnde Cice. in quadam epist. ad Att. sic scribit : Quinti fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex mea , deinde inflammata iussu Clodii inspectante urbe , coniectis ignibus . Et ad fratrem sic scribit : Sed certè à te mihi omnia semper honesta , & iucunda ceciderunt , à me tibi luctus meæ calamitatis , desiderium , mœror , solitudo . Fortuna igitur Cicer. communis fuerat cum fratre . [Quamobrem] Concludit hanc partem , ostendens supradictis nos debere præsidium uitæ. Quamobrem igitur cum hi sint necessitudinis gradus. [Necessaria præsidia] Alimenta , & defensio . Præsidium est, quod in alicuius auxilium comparatur . Pompeius ait : Præsidium dicitur , quod pro utilitate , & salute alicuius auxilij gratia præponitur . Subsidium quod positum est ad subueniendum laborantibus. Vlp.ait: Præsidium est auxilium principale. Nam subsidium dicitur id , quod in auxilium succedit . hic Cicer. accipit præsidia simpliciter pro quibuscunque auxilijs.[His maximè] Potissimum ante omnis alios,quibus etiam post illos debemus . [His] Parentibus, liberis , familiæ , propinquis [Necessaria] Sine quibus uiuere non possunt , & ea omnia quæ pertinẽt ad uitã degendã his præbenda sunt.[Vitæ aũt]Postquã determinauit,& docuit q̃bus potissimũ debeant præsidia uitæ , ponit ea quæ inter amicos esse debent . [Vitæ]

 Con-

Consuetudo uiuendi. [Victus communis]Ratio uiuendi.i.uiuere simul, ut decet amicos. [Consilia]Consilium est scientia inspiciendi,quæ nam,& quo pacto agentes vtiliter operemur, & in communi vita mutuis consilijs indigemus,& sermonibus. [Cohortationes]Ad bonas artes,& ad aliquid agendum.Philosophus sic ait,Loca non dissoluunt amicitiam,sed operationē, quod si diuturna absentia fuerit, amicitiæ quoq; obliuionem efficient. Vnde dictum est, Taciturnitas complures amicitias dissoluit. Aspicere amicos iucundum est, præsertim eum qui calamitatibus premitur; fertq; presidium aliquod contra dolores. consolationem.n.ipse amicus,& verbis, & aspectu afferre potest,modo sit dexter,scit nanque mores quibus gaudet, atque dolet. His qui emendari possunt magis ferendum est in moribus auxilium, quam in pecunijs, quanto præstantiores sunt, & magis amicitia proprij.[Consolationes] In doloribus, & aduersa fortuna. Consolatio est doloris diminutio. Solatiū est re,consolatio verbis. Quintil. ait. Cæcitatis miseræ solatiū est habere rem uidentium.& alibi, obuiā consolationibus itis. Solamen est magis poeticum,vt Virg. Solamenq; mali de collo fistula pendet [Obiurgationes]Cuius aures, inquit, in Lælio,ueritati clausæ sunt, huius salus desperanda est. Obiurgationes in amicitia gratæ sunt,quæ aculeos habent,dolores uero non habent·compungimur.n.censorijs sermonib. sed beneuolentiæ delectamur sedulitate,inquit Ambr. debemus igitur amicum obiurgare,si quando ab officio discesserit. Iurgiū propriè est inter propinquos,& amicos. Vnde Simon Terentianus dicit sibi non esse satis causæ ad obiurgandum.[Vigent] Exercentur in primis.[Coniugauit] Coniunxit bonos uiros quadā necessitudine,quoniam utitur honesto,& durat.

FRAN. MAT. GRADVS] De generali locutus est cōione,præcepit etiam, ut in nostros liberales essemus: Nunc ostendit, qui sint nobis coniunctiores. Quanto n.quispiam coniunctior nobis est, tanto magis benefacere illi debemus. [Ab illa infinitate] Quod.s. homines coniuncti inter se sunt ratione,& oratione, quæ coniunctio infinita penè est, quoniam omnibus est inter omnes [Eiusdem gentis.]Ab uno principio manat gens,vt Gallica,Italica,Grçca.nationes in eadē gente plures sunt,vt in Italica Lucanorum,Calabrorum,Latinorum,Tuscorum.Cōfundit hæc auctorum usus.[Linguæ] Plus enim benefacere nos conuenit Italo quam barbaro.[Qua]Lingua, sine linguæ.n. communicatione coniunctio nulla esse potest.[Interitus]Strictius, & arctius, rectè autem sic loquitur quoniam infinitatem dixerat. [Multæ.n.]Ratio est quoniam quæ vniuersitatis sunt, ea omnibus ciuibus communia inter se sunt. [Eorum] Vel iudiciale, vel rerum uenalium [Fana]Tēpla. [Porticus] Sub quibus deambulamus. Sunt autem communes porticus, vt Romæ fuerunt Liuiæ,Pompeij,Philippi [Viæ]Quæ plurimæ sunt in ciuitatibus. Vlp.digest.lib.viij. tit. de seruitutib prædiorū rusticorum [Via(inquit)ius est eundi,& agendi, & ambulandi: nam iter,& actum in se uia continet. Viæ latitudo ex lege xij. tab.in porrectum octo pedes habet,in anfractum.i.vbi flectitur, sexdecim.[Leges]Quæ uariæ sunt, & communes omnibus inter se ciuibus [Iura]Quæ sunt,aut gentium, aut naturæ, aut publica,aut priuata,& omnis lex ius est,sed non conuertitur, sub iure scripto lex est.plebiscita,senatuscōsulta, principū placita, magistratuum edicta,responsa prudentum.[Iudicia] Quæ legib. cōstituuntur,& aut de rebus priuatorum sunt, aut de his, quæ ad remp.spectant.Qui iudices constitui inter priuatos, & à quibus dari debeant,Digestorum lib.v.discimus, tit. de iudiciis,sed publica ceteris iudiciis nihil simile habent, publica autem dicta sunt,quod cuius ex populo executio eorum plerunque dabatur.Eorum autem quædam capitalia erant,quædam non capitalia. Capitalia vltimo supplicio afficiebant, vel aque, & ignis interdictione, vel deportatione,vel metallo. Cætera si quam infamiam irrogabant cum damno pecuniario hæc publica quidem erant,non tamen capitalia. Et erant publica iudicia,Lex Iulia maiestatis,Lex Iulia de adulteris coercēdis,Lex Cornelia de sicarijs. & ueneficijs,Lex Pompeia de falsis,Lex Iulia de ui publica, Lex Iulia peculatus,de ambitu reputandarū, de annona, de residuis quarū aliæ vitæ amissionem, aliæ alias irrogabant pœnas,sed grauissimas. Fuerunt Romæ iudicia uniuerso populo communia, quæ centum uiralia à centum uiris sunt dicta, nam cum essent Romæ xxx. & v. trib. quæ curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandū, qui centumuiri appellati sunt. Et licèt quinque amplius quā centum uiri essent, tamen quo facilius nominarentur cētum uiri sunt dicti, auct. Pomp. [Suffragia]Sunt lapilli, vel voces, ut sic dicam,quę ad comitia magistratuum Romæ dicebātur, uel tabella scribebantur, aut punctis exprimebantur, secundū Cassij Longini legem, & quæ tabellaria est uocata, is n. tulit ut P. R. per tabellas suffragium ferret, C. Marrio,& L. Flacco cos. Suffragijs quisque suam de aliquo declarabat uoluntatē, qui in magistratum eligendus proponeretur.Sed comitiorum non unum genus est, & alia curiata uocantur, & alia centuriata. Curiata sunt, cum ex generibus omnium suffragia feruntur. Cum uero ex censu, & ætate, centuriata. [Consuetudines] Ipse declarat subdens, & familiaritates. [Multæque cum multis &c.] Vt in emptione, uenditione,permutatione, locatione, condictione, quibus in rebus contrahendis, & conferendis solemnitate quadam opus est,contrahitur item affinitas cum aliquo, ex quibus rebus efficitur,ut amicitia inter ciues exoriatur. Est autem contractus mutua cōuentio aliquorum, ut si tu contentus es dare centum ei, qui uendit tibi agrum. [Arctior uero colligatio &c.] De duobus locutus est gradibus eiusdem gentis, nationis, linguæ, & ciuitatis.de tertio nunc loquitur, qui est propinquorum inter quos coniunctio sanguinis caritatem gignit, pertinetque ad pietatem iuris naturalis partem, per quam sanguine coniunctis,patriæq; beneuolis, officium, & diligens tribuitur cultus, cum autem sanguinis coniunctio caritate homines deuincat, nec iustitia sine amicitia esse possit, bene faciamus propinquis secundum eorum merita, atque indigentia necesse est, quod si ciuibus benefacere debemus, cum quibus multa sunt communia, quanto magis propinquis, quos societas sanguine nobis coniungit, benefacere par est. [Ab illa immensa] Qua per uniuersalem iustitiam coniuncti inter se homines sunt. [In ang.] Plerunque enim inter paucos est, ut inter duas familias, uel tres, aut in una duntaxat. [Cum ab initio] quando homines cœperunt esse,propinqui omnes fuerunt. [Nā cū sit hoc &c.] Ostendit primam coniunctionem inter duos vxorem, & uirū. [Proxima] Secunda. [In lib] Inter parentes, & liberos.[Vna do.] Vna familia. [Omnia]Communia sunt parentibus cum filijs. [Id autem &c.] Quoniam ex una familia aliæ manant, & ex multis familijs uniuersitas constituit. [Sequuntur fr.cōiun.] Probat seminarium esse reipub. Quoniam fratres sobrini, & consobrini cum una domo capi non possint, in alias domos exeunt,& sic ciuitatis uniuersitas efficitur.[Fratrum]Qui nati sunt iisdem parentibus [Consobrinorum] Qui ex fratribus, siue sororibus progenerantur consobrini uocantur. Quidam eos propriè putant dici, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos. Eos uerò qui ex duobus fratribus, nascuntur propriè patrueles fratris uocari. Qui uero ex fratre, & sorore, amitinos propriè appellari. Sobrini uerò sunt, qui ex fratribus, uel & sororibus, patruelibus, uel consobrinis, amitinis progenerantur. [Quasi in eo] Vt qui ex ciuitate Romana ad alias ciuitates incolendas mittebātur. Sic & qui ex una domo quæ eos capere non potest propinqui in alias migrant. [Sequuntur connubia, &c] Propinquitati, quæ ab una manat familia, alia per affinitatem coniungitur. Et sic homines inter se propinquitate, atq; affinitate connexi multiplicantur, ut ciuitas efficiatur. [Plures propinqui] Vltra consobrinos, & sobrinos. [Quæ propagatio, & soboles] Et idem est: extensionem enim, vt sic dicam, & amplificationem significat, propagare porrigere etiam atque extendere à uitibus translatum,quæ cū uetustæ sunt supprimuntur terra, ut ex una plures nascantur.Sed propago, pro stirpe, tradūt primā pro uite corripi. Soboles, à sobolescēdo est appellata, hoc est crescendo [Sanguinis aūt coniunctio] Benefaciendum præcipuè,propinquis est,cum tā arcta caritate deuincti sint. Nam quemadmodū dictum est,pietas,quæ naturalis iuris pars est: sanguine coniunctis,patriæq; beneuolis,officium,& diligentē cultum tribuere iubet. Quod uero coniuncti sanguine etiam beneuolentia sint colligati maxima,ostendit apertissimè, multa ipsis enumerans cōia. In omni aūt cōione amicitia est,ut dictum est.Quod si est,inter propinquos sit iustitia, necesse est. Nam sine beneuolentia esse iustitia non pōt, ergo coniunctis sanguine præcipuè benefaciendū est. [Eadē monimenta] Hæc priuatis inter se cōia sunt,sed propinquis ꝑ monimēta, sepulchra,imagines,intelligim⁹ historias &c.hmōi.[Iisdē uti sacris] Feriæ apud maiores nostros,aut publicæ erāt,aut priuatæ. publica-

blicarum genera fuerunt quatuor, de quibus multa Macr. lib. Saturn. priuatæ erant propriè familiarum, vt Claudiæ, Aemiliæ, Iuliæ, queq; familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat. Herculis sacrum Fabiæ genti propriū fuit, auct. Liuius, & Valerius. [Sed omnium societatum] Amicabile, ut ait Arist. triplex est bonum, honestum, iucundum, vtile. Triplex item amicitia est, prima honestatem sequitur. Secunda utilitatē. Tertia uoluptatem. Quæ honestatem sequitur firma est, & prima ac præcipua amicitiæ species, imò solida perfecta, de qua sic loquitur Arist. Perfecta uerò est amicitia bonorum uirorum, & inter se uirtute similium. Ij nanque sibi bona similiter mutuo uolunt, quia sunt boni, & per seipsos boni. Qui vero amāt amicos ipsorum causa, ij sunt maximè amici: per seipsos.n.se habent, & non per accidens, permanet igitur talis amicitia quandiu sunt boni, virtus autem permanens est. Illæ uero amicitiæ, quæ aut utilitatem, aut iucunditatem sequuntur, ueræ & firmæ amicitiæ non sunt, nam sui causa mouentur, non eorum quos amant, itaque facilè dissoluuntur non permanentibus vtilitate, & voluptate. eas autem cessare aliquando necesse est. Cic. cum multas enumerauerit societates hominum, nullā dicit ea præstantiorem, quam quæ uiros bonos moribus similes copulat. [Nulla] omnium societatum sic ordinato. [Præstātior] excellentior. [Illud honestum] In quo virtus omnis consistit, vt prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. per honestū quamlibet uirtutem accipit Cic quod sequentia indicant. Dicit.n.cum alijs uirtutibus nos ad amandos homines allici. Tū vel maximè iustitia, & liberalitate [Omnis virtus] quæcunque sit, multæ autem singulorum quatuor generum species sunt. [Ad se alliciat] Magnum virtutis ius est, quæ eos amare cogit, quos nunquàm uidimus, quoniam eos bonos, & vtiles esse audimus. Arist. & Cic. scribunt. [Tamen iustitia &c.] ꝙ uero qui iusti sunt, & liberales maximè amentur, ratio est, quia iustitiā habens ad alium quoq; vti potest virtute, non solum ad seipsum: multi.n in proprijs virtute vti possunt, vt rebus suis rectè consulere, sed in his quæ ad aliū sunt, nō possunt. Et propterea præclarum uideri dicit Arist. illud Biantis, Magistratus uirum ostendit: ad alium enim, & in cōi magistratus geritur, propter hoc ipsum alienum bonum uidetur esse iustitia. Sola ex omnibus virtutibus, quia ad alium est. & illa agit, quę aliis conferūt. Prudentia animum instituit nostrum: Temperantia à cupiditatibus uendicat: Fortitudo diuersa moderatè ferre docet. Sola (vt dictum est) iustitia ad alium est, non igitur mirum si maximè allicit, efficitq; ut eos in quibus est præcipuè diligamus. Liberalitas iustitiæ pars idem agit: alijs enim prodest. Et Arist. ait liberales maximè omnium, qui virtute præditi sunt amantur, quoniam dando prosunt. [Nihil autem &c.] pergit id ostēdere, quod instituit nullam esse firmiorem amicitiam illa, quæ est inter bonos [Copulatius] coniunctius. [In quibus &c.] hoc idem, sed prolixius Cic. in Lalio. [Eædem uoluntates] nam idē velle, & idem nolle ea demum firma amicitia est, ut ait Sal. Dū tamen lex illa Cic. custodiatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum gratia honesta faciamus, rogati. [Vnus fiat ex pluribus] Vt si fortè duo, vel tres fuerint, qui se mutuo diligant, una regi anima uideantur. sed ex pluribus, hoc est ex duobus tantum, vt intelligas, quod ipsa Pythagoræ uerba persuadent. Sic n. dicebat. σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. Aris. quoq; inquit, pluribus amicū esse secundum perfectam amicitiam nō dari, & multos vni uehementer placere non facile esse. [Magna etiā illa &c.] magnam dicit esse amicitiam, quæ dādis accipiēdisq; beneficijs conflatur. Triplex est amicitia, vt dictum est. In alia sunt amici pares, in alia secundum excellentiam. Nam & similiter boni amici fiunt, & melior deterior. Eodem modo iucundi, & vtiles, æquales commoditatibus, aut differētes. Aequales secundum æqualitatem, & in amore, & in ceteris æquare oportet, impares uero secundum rationem excellentiæ decet antecedere, sed in hac amicitia, quæ vtilitatis causa tantum, vel præcipuè contrahitur, fiunt incusationes, & querelæ: semper enim plus quærunt, vel minus se habere existimant quā deceat, conqueruntur q;, quòd non tot reportent quot pro sua dignitate deberent. Idem non accidit in amicitia, quæ virtute, & morum similitudine coniungat, quod ostendit Arist. Nam qui per uirtutem amici sunt, benefacere mutuo festinant, quod est virtutis proprium, & amicitiæ. Cum autem certatim ad hoc tēdūt, mille existunt querelæ, & rixæ, & satis habent si assequamur, quod cupiunt, ut .s. amico benefaciant: bonum.n tantum appetunt. Quod si ex dandis accipiendisq; beneficijs amicitia nascitur, & grati siue amici, beneficijsq; secundum facultatem respondeāt amicitiæ huius vsus, aut mediocris est, quod ait Cic. (Vltro citroq;) ipse declarat datis, & acceptis. Vltro fit aliquid à nobis, citro ab alio, cum respondet ei, quod nos facimus. In factis autem, & in dictis sunt. Quin. in cæco. In limine iuuenis sicut solet ultro, citroq; commeare. Cic. multisq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis cōsumptus est dies. [Quę mutua &c.] h.d. quoniam querelæ accidunt, & incusationes, dum aut non sunt mutua, hoc est non redduntur, aut nō sunt grata, hoc est minora quam putant dicere, redduntur. [Sed cum omnia ratio &c.] Euidenter nullam amicitiā grauiorem, & cariorem illa esse ostendit, & colligit, quæ nobis cum rep. est. Si cari, inq t, sunt nostrum cuiq; patres, liberi, propinqui, amici, quanto carior patria esse debet, quæ hos omnes complectimur, & quasi sinu suo fouet? Plus est seruare, quàm seruari, & cōtinere, quā contineri. Est ergo gradus arctissimus societatis, quæ nobis cū rep. est, ex qua (vt ait Cic.) Detestabiles fuerant Sylla, Marius, Cæsar, qui eam delere uoluerunt, cum per tyrannidem occuparunt. (Quis bonus] Improbus, & sceleratus ciuis mori pro patria nollet, sed bonus cuperet, & vltro morti sese offerret, ut apud Rom. duo Decij, qui diuersis temporibus se deuouerūt, & Curtius, qui in patentem illam uoraginem se coniecit, apud Athenienses Codrus, de quo Horat. Quantum distat ab Inacho Codrus, pro patria non timidus mori narras. Moriendum pro patria est si modo ei profuturi simus. Nam qui pro rep. cecidere in perpetuum per gloriā uiuere intelliguntur, ut lib. j. instit. legitur, tit. de excusatione tutorū, vel curatorū. [Immanitas] non potuit aptius inuenire uocabulum: immanes.n. uocantur, qui alios homines malignitate excedunt, raroq; inter homines nisi fortè inter barbaros existunt. [Omni scelere] omnia.n. diuina, & humana iura uiolarunt [Sunt] Vt Antonius, Lepidus, Octauius, qui eo tempore triumuiri erant, & libertatem penitus delere conabantur. [Sed si contentio] Amicitiæ, & beneuolentiæ gradus altius repetit, de officijs dicturus liberalitatis, quæ in coniunctos nobis aliqua communione seruanda sunt. Merito igitur nunc quid cuique societas gradui tribuendum sit, docet. Cumq; in omni cōione iustitia sit amicitiæ cōiuncta, necesse est si seruare iustitiam uolumus, ut secundum dignitatem tribuamus. Comparandæq; igitur sunt inter se beneuolentiæ, & animi eorū facultatesq;, quibus benefaciendū est. quanto aūt quispiam nobis coniunctior fuerit, quantoque magis egebit, tanto plus accipiet, sed ut hæc facilius percipiantur, ad uertendum est, omnis societatis, & amicitiæ veluti matrē concordiā esse. Ea quæ est inter parentes, & filios ὁμοούσιος, hoc est substantialis uocatur, quæ inter fratres ταυτότης, hoc est identitatis, quę inter propinquos ὁμογένεια, hoc est consanguinitas, quæ inter amicos ὁμοιότης, hoc est similitudo, consanguinea quidem societas varia est, sed tota à parentib. pendet, parentes amant filios quasi suum quiddam sint, filii parētes, vt aliquid ab illis existentes. Fratres mutuo se amant, quoniam ab ijsdem parentibus sunt nati, & identitas ad illos idem inuicem facit. Itaq; aiunt sanguinem eundem, eandem stirpē se esse, & licèt diuisi sint, idē tn quodāmodo sunt, unde frater dici putatur, ꝙ sit ferè alter. Multū præterea ad fratrum amicitiam educatio, & ætas conferunt: æquales.n. æqualē amant, & familiaris sodalē, quare fraterna amicitia sodalitiæ similis uidetur, nepotes, & alij propinqui coniunguntur, quoniā ex eodem sunt genere, inter uirū, & uxorē amicitia secundū naturā existit: homo.n. natura coniugalis magis est, quàm ciuilis, & non solum procreationis gratia coit, sed omnium eorum, quæ pertinent ad uitam, amicos studia copulant honesta, & morū similitudo bonorum. Sunt aliæ conuentiones magis quā amicitiæ inter contribules, inter commilitiones, collegas, hospites, & cōnautas, sed ut diuersæ sunt amicitiæ, ita in his uariantur liberalitatis officia, & alij magis sunt coniuncti, vel minus, ut proximi, uel remoti sunt à stirpe. Et sic magis, vel minus merētur liberalitatis. Idē contingit in amicis, semper autem obseruandū est, ut qui dignior est, aut magis profuit, aut magis indiget, plus accipiat, maxima parētes beneficia contulerūt, cum genuerint, educauerint, erudiriq; curauerint idē ēt plus amāt, ex quo filios magis, ꝙ alijs ꝓpinqs, benefacere parētib. conuenit, & ꝑmia nutricationis retribuere, ac maximè post deū uenerari, fratres, ꝓpinq, & ueri amici, cū mutuo se amāt, quāto cōiūctiores sibi sūt sāguine, & amore, tāto magis iuuare se debēt.

Nulla maior est societas quā cum bonis uiris.

Amicitia triplex.

Frater dicitur qđ sit fere alter.

Ordo in beneficijs dandis.

Viro,& vxori communio est uitæ,ex quo maximè sibi inuicem benefacere debent,inter pares facilè est,cui maiora,vel minora debeantur liberalitatis officia cognoscere,si illud modo custodimus, vt cuiq; pro dignitate meriti,& proximitate sanguinis vel amicitiæ tribuamus,vt ex duobus propinquis plus ei debemus,qui propinquior est,& ex duobus amicis ei, à quo diligimur magis,inter impares, & differentes idem intelligere difficile est,vt si fortè consultemus sapienti, ne an propinquo plus tribuendum sit.Item plus ne illi debeatur,qui benefacit,an sapienti,φ si is qui benefecit,iudicio benefecit,vt prodesset,non vt maiora acciperet,magis non ei benefacere conuenit, quam sapienti,sed si temere beneficium contulit, aut spe maioris accipiendi,sapienti magis quã ipsi benefaciendum est,idem accidet in similibus,sed cautissimos in delectu eorum, quibus benefaciendum esse,nos oportet.[Contentio] Disceptatio cũ deliberamus,cui magis benefaciendũ est [Comparatio]cum personam personæ conferimus.[Patria] qm̃ omnes omnium caritates complexa est,vt supra inquit.[Parentes]Prima est, & potissima parentum amicitiæ, à qua omnes aliæ propinquorum deriuantur,vt fratrum,nepotum, deinde gentilium, maximè autem parentibus debemus,quoniam maximè illis obligati sumus,ut est supra dictum, parentes autem ipsos præcipuè filijs benefacere conuenit,quoniam quiddam ab ipsis sunt,sed cum magis benefaciat,qui magis diligit, manifestum est magis benefacere parentes filiis, quàm filios parentibus, quoniam magis amantur,quam ament,quod probatur ab Arist. lib. Eth. 8. his rationibus. Magis sciunt parentes quos genuerunt, quam ipsi qui geniti sunt. Causa amoris parentum in filios est,quòd quiddam suum sunt,causa amoris filiorum in parentes est, φ ab illis fiunt.Sed hanc causam amoris magis norunt parentes, quã filij,sequitur igitur,vt magis ament, quàm amentur. Alia ratio, φ in omni amicitia ratio est propinquitatis vnius ad alterũ, maior aũt propinquitas est generantis ad generatum, quam contra,ergo maior parentum amor est,quàm aliorum. Generatum ad generantem sic se habet,vt pars ad totum, filij, veluti pars parentum sunt,pars separabilis est à suo toto, & licèt ad totum proportionabilis sit,non tamen idem est illi, qd illud sibi totum contineτ partem,& non continetur ab ea,sic se habet generans ad generatum,ex quo magis amat,quam amatur.Amicitia item,quæ fit longiore tempore maior est ea,quæ fit breuiore,amor parentũ in filios diuturnior est, quos simulatque æditi sunt amare incipiunt,idem autem in filijs non cõtingit. Cum itaque magis ament parentes, quam filii, magis etiam illis,quam illi sibi benefaciunt.[Tota domus]Omnis familia.[Deinceps]Post parentes,liberos,& fratres. [Bene cõuenientes]Inter se consentientes,& concordes:nam plerunq; inter se dissentiunt,vbi autem concordia non est,illic nec iustitia est,& per consequens liberalitatis ratio haberi non potest.[Cõmunis fortuna]Tam prospera,quàm aduersa,uel communem fortunam intellexit, antequam ab vna domo discedentes in alias transeunt: tunc.n. quæ cõmunis erat fortuna definit esse communis,plerunque addit,quoniam propinquorum,qui boni sunt,& inter se cõuenientes, fermè semper eadem solet esse fortuna,& nulli illorum quidquam esse accidit separatim à reliquis.[Is maximè]Parentibus,fratribus,propinquis.[Vita]Vt una uiuant. [Victus]Vt una conueniant. Vnde conuiuiũ uocatur à communione uitæ,& rectius nostri, quàm Græci, qui συμποσιον appellant.[Consilia]Vt inuicẽ iuuant consilijs.[Sermones]Quotidianæ locutiones,& confabulationes.[Cohortationes]Cum aut languescunt,aut sunt animo abiectiore.[Cõsolationes]In rebus aduersis.[Obiurgationes]Cum familiariter,& modestè reprehendimus:accidunt.n. tempora, ut reprehendere amicos conueniat. [Vigent maximè] Accidit.n.penè quotidie,vt propinqui, & amici inter quos rerum omnium cõmunio est tam prosperarum,quàm aduersarum,si benè cõueniunt,hæc omnia faciãt,quæ commemorat Cic.[Estq; ea &c.] Quam superius omnibus amicitijs firmiorem, & præstantiorẽ dixit,nunc iucundissimam esse asserit,& re uera, vt ipse ait in Lælio, nihil dulcius est, quàm habere amicum, cũ quo sic omnia loquaris, vt tecum. Et Arist.inquit, Sine amicis nullus eligeret uiuere,licèt alia omnia bona possideret. Sed hæc illã de qua supra dictum est bonorum intelligimus amicitiam, quæ ex sola nascitur honestate.

Parẽtes magis amant filios.

A SC.

Gradus autem]Quia propter exiguitatem nostram nõ omnibus benefacere possumus, ostendit uarios esse gradus in societate humana, vt pro eorum uarietate diuersimodè impendamus.Ordo est.Autem pro sed, plures sunt gradus societatis hominum:Enim,pro quia,ut discedatur.i. vt nos ponamus discedendum esse ab illa infinitate,qua dictum est, omnibus debere prodesse, quod tibi non obest,propior.i. valde coniũcta, vel coniunctior,quàm illa uniuersitate sup.societate est eiusdẽ gentis,nationis,& linguæ, qua homines maximè coniunguntur.Autem,pro sed,interius.i.magis intrinsecum adhuc est,sed eiusdem ciuitatis. Multa .n. sunt ciuibus communia inter se, forum tam iudiciale,quam uenaliũ rerum᾽, fana.i. ædes sacræ, vt templa,porticus.i.deambulacra.i.loca in quibus cum essent cooperta ambulabant tuti à pluuia, & æstu solis: Viæ, leges, iura,iudicia,suffragia.i.uota.vel uoces ad magistratus eligendos. Præterea i.insuper consuetudines,& familiaritates,& multæ res.i.multa negocia,& multæ rationes,idest multa commertia contracta cum multis. Vero, pro sed, colligatio societatis propinquorum.i. quæ est inter propinquos.i.affines,& consanguineos est arctior.i.adhuc strictior, & connexior. Enim, pro quia concluditur.i.conclusio,& coarctio fit ab illa immensa societate humani generis, quæ est cum toto genere humano in exiguum, & angustum.i. deuenitur ad arctam collationẽ exiguorum.i.ualde paucorum. Nam cum hoc sit commune natura animantium.i.animalium,ut habeant libidinem.i.appetitũ lubricum procreandi.i.producendi sui simile. Prima.i. principalis, & arctissima societas est in ipso coniugio i. cum coniuge. Proxima in liberis.i.prole legitima.Deinde sup.cõstituitur vna domus,& omnia sunt sup.communia,alij tex.non habent.Deinde vna,sed solũmodo domus,ut sit,omnis domus,idest quæ sunt in una domo sunt communia. Autem pro sed,id.i.habere cõmunitatem in una familia est principium urbis.i. ciuitatis, & seminarium reip.id est semina, quibus crescit resp. Cõiũctiones fratrum.i.quæ debent esse inter fratres. sequuntur supp.cõiunctiones cõiugum inter se, & cum liberis,post.i.deinde, hoc est post coniunctiones fratrum sup.sunt coniunctiones consobrinorum.i.natorum ex duabus sororibus,& sobrinorum.i. ex sobrinis natarum,quæ cum non possint iam capi, idest recipi propter multitudinem, una, idest ab una domo exeunt.i. migrãt in alias domos,quasi in colonias,idest quomodo Romani quondam loca deuicta, & vasta, ut colantur, & R.imp.obediant mittebant colonos,notos,& fidos,à quibus coloniæ dicebantur, Connubia quæ contrahuntur cum extraneis, & affinitates sequuntur.ex quibus etiam sup. nascuntur plures propinqui. quæ, pro &, quæ soboles est origo rerum publicarum.Autem, pro sed coniunctio sanguinis, & beneuolentia sanguinis .i.quæ est inter consanguineos,deuincit, idest colligat, & connectit charitate,idest quodã casto,& sancto amore, homines. Enim, pro quia, magnum est habere eadem monimenta, idest sepulchra maiorum, quod apud antiquos seruabatur obnixè, & uti iisdem sacris, idest sacramentis habere sepulcra communia. Sed nulla omnium societatum est præstabilior, hoc est melior, uel præstantior, nulla est, & firmior, quam sup. cum, idest quando uiri boni, & similes moribus, idest in moribus sunt coniuncti familiaritate. Enim, pro quia, illud honestum,idest uirtus decora, quod sæpe diximus,idest ostensum est,ex eo omne officium proficisci etiam cernimus.in alio tamen mouet,idest afficit nos,atque facit sup. nos amicos illi, in quo id scilicet honestum uidetur inesse. Et quanquam omnis uirtus,allicit nos ad se,& facit, ut nos diligamus eos,in quibus ipsa,scilicet uirtus uideretur inesse tantum iustitia, qua lædimus neminem,& suum cuique damus,& liberalitas qua etiã nostra decenter damus.efficit id maximè,ut scilicet diligamus eos, in quo fit. Autem pro sed, nihil sup. est amabilius, nec copulatius.i.magis astrictum,& cõiunctum, & per hoc difficilius ad dissoluendum,quàm similitudo bonorum morum. Enim pro quia,fit.i.efficitur,& contingit, ut in ijs in quibus sunt eadem studia.i.exercitia studiosa,& eædem uoluntates, quisque delectetur æquè ac.i.æqualiter altero.i.sicut seipso.q;,pro &,id quod Pythagoras vult in amicitia,efficitur,ut scilicet unus fiat ex pluribus,idest saltem ex duobus,quia in quibus est unũ velle,& unum nolle ut unus animus, & si unus animus unus hõ. Illa etiam cõitas,que cõficitur ex beneficijs datis ultro.i. ab eo qui primũ confert,& accepit citro.i.ab eo q. refert,est magna. Quæ sup.beneficia,dum sunt mutua.i.mutuo collata, & grata .i.placita,& utilia,tũc sup.ij.inter quos deuinciuntur.i.cõglutinant societate firma,sed cũ.i.postq̃. tu lustraueris.i.rimat᾽ fueris.

tis,& inspexeris omnia ratione.& animo.i.affectione,nulla omnium societas est gratior,nulla carior,quā ea quæ est vnicuiq; nostrum cum rep.Parētes sunt cari,liberi sunt cari, propinqui supp.sunt cari,familiares sunt cari, sed una.i. sola patria est cōplexa.i. continet in se omnes caritates omnium. Pro qua sup. patria quis bonus dubitet oppetere.i.obire, vel subire mortē, si sit profuturus ei.s.patriæ? q.d. nullus. Oppetere mortem est petendo terram mordicus,hoc est ipsis dētibus mori. Nam milites animosi ne cadentes turpem sonum emitterēt terrā mordebant.Vnde Virg.Et humum semel ore momordit, hinc idē dixit j.Aeneid.O terq; quatesq; beati, Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere.Quo.i. pro quo, immanitas.i.sæua impietas,istorum.s.vilium hominum est detestabilior.i.magis detestabilis, qui lacerarunt patriā omni scelere,& sunt,& fuerunt occupati in ea delenda.i.in eius deletione funditus.i.à fundo euertendo. Sicut autem à fundamento iaciebant sulcum aratro, ita post euersionem immittebāt aratrum,loqui autem videtur de Octauio,Antonio,& Lælio triūuiris.Sed si fiat contentio,& comparatio sup.meritorum,& dignitatum,quibus sit plurimum officij tribuendum, principes sint patriam, & parentes, quorū beneficijs, nos sumus obligati maximè, id est quibus proximè obligati sumus, sunt liberi. Et tota domus,quæ spectat in nos solos, neque potest habere vllum aliud profugium quum ad nos. Deinceps,id est post liberos,& domum nostram sunt propinqui,id est consanguinei & affines,quibus fortuna est plerunque.i. vt plurimū communis.Quamobrem qua de causa præsidia.i.sustentamenta necessaria uitæ debentur,maximè his quos dixi ante.s.parentibus,liberis,familiæ,propinquis.autem,pro sed,uita communis,& uictus cōis,& cōsilia,& sermones.i.collocutiones,cohortationes, consolationes,& obiurgationes.i.castigationes,interdum.s.qn aliquid inciderit castigatione dignum,uigent maximè in amicis:q;,pro &,ea amicitia est iucundissima,quam similitudo cōiugauit.i.conciliauit,& consolidauit.

ARGVMENTVM.

Liberalitatis officia non solum ab his gradibus societatis, sed etiā ab aliis circunstantiis spectari oportet.

Sed in his omnibus officijs, tribuendis,uidendum erit, quid cuique maximè necesse sit:& quid quisq; nobiscum,vel sine nobis aut possit consequi,aut non possit.itaque non iidem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum.sintq; officia,quàm aliis magis, quā aliis debeantur: ut uicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis,quam aut fratrē,aut familiarem.at,si lis in iudicio sit, propinquum potius,& amicum, quàm uicinum defenderis. Hæc igitur, & talia circunspiciēda sunt in omni officio:& consuetudo, exercitatioq; capienda,ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus,& addendo,deducendoque uidere,quæ reliqui summa fiat,ex quo,quantum cuique debeatur, intelligas.Sed,ut nec medici,nec imperatores,nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine vsu,& exercitatione consequi possunt: sic officij conseruandi præcepta tradūtur illa quidem,ut faciamus ipsi; sed rei magnitudo usum quoque, exercitationemq; desiderat.Atque ab ijs rebus,quæ sunt in iure societatis humanę,quemadmodum ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis ferè diximus.

PETR. MARS. SED in his omnibus officijs] Ostendit etiam in ipsa liberalitate, ut fecit supra, cum de iustitia differeret officia esse à circunstantia, nam mutatur tēpore,persona,re,alisq; circunstantijs,& dicit considerandum esse quid cuique necesse sit, & quod quisque sine nostra opera cōsequi possit,& ei magis debemus adesse, qui plus operæ,& studij nostri indigebit.[Tribuendis[Cum tribuere uoluerimus hæc liberalitatis officia.[Videndum]Prudenter considerandum.[Maximè]Potissimum.[Ita] Hoc modo si consideretur,vt dixi.[Non erunt ijdem gradus]Non semper habenda erit ratio necessitudinis, & propinquitatis,sed & temporis. Nā incidūt sæpe tempora,ut alicui magis debeamus in aliqua re, quàm fratri,& sic erit officium à circunstantia temporis. Nec personarum semper,inquit Ambro. sed plerunque causarum, & temporum prælationes sunt, ut si frater qui nobis coniunctissimus est non indiget beneficii, in alium potius conferendum est,& sic tempore mitantur ea,quæ uidentur fieri debere propter necessitudinem.i. coniunctionem sanguinis, affinitatem,& amicitiam.Necessitudo, vt inquit Gell.li.12 dicitur ius quoddam,& uinculum religiosæ coniunctionis. In libris ueterum reperitur necessitudinem dici pro eo,quod necessum est, sed necessitas pro iure officioq; obseruantiæ, affinitatis ue infrequens,quanquàm qui ob hoc ipsum ius affinitatis familiaritatis ue coniuncti sunt,necessarij dicuntur. Cæsar quidē necessitatem posuit pro necessitudine.i. iure affinitatis. Equidē (inquit) mihi uideor pro nostra necessitate non labore, non opera,non industriā defuisse.[Gradus]Qui descripti sunt.i nō debemus semper hos gradus seruare, ut dictum est, quoniam aliquando ratione temporis aliqui præponendi erunt,qui simpliciter nulla circunstantia urgentem postponendi essent. Aristo.in 2.Ethic.sic ait,Oportet ipsos agentes ea semper considerare,quæ ad tempus accommodantur,quemadmodum in medicina fit,& gubernandi etiam arte.[Suntq; officia] Ponit infima officia,quæ magis vni,quàm alteri debentur ratione temporis.[Vt uicinum]Solomon dicit: Melior est uicinus in proximo,quam frater procul habitans.Ideo inquit Ambr.plerunque amicitiæ,& beneuolentiæ plus quisque committi, quā fratris necessitudini. Et uicinitas (vt ait Ter) pro affinitate quadam est [Familiarem]Amicum.[At si lis].i. si propinquus litigat,& uocatur in ius,illiq; negocium exhibetur, ei potius debemus patrocinium,quam amico aut uicino.[Propinquū potius]Et sic multo magis fratrem.[Hæc igitur,& talia]Conclusio est,quæ præcepit capiendam esse exercitationem, & omnia quæ de liberalitate dicta sunt circunspicienda, vt quid cuique debeatur,scire despicereq; possumus, & habitum uirtutis habeamus,quæ assuetudine fit in nobis non natura,ut in principio disputatum est.[Hæc]Quæ dicta sunt cautiones, & circunstantiæ.[Et talia]Similia,quæ esse possunt. [In omni officio] Cum uolumns esse officiosi,& aliquod officium alicui præstare in beneficio collocando [Consuetudo]Vsus, & assuetudo, qua fit in nobis actuosa uirtus.[Exercitatio] In ipsis officiis p̄standis,ut iudicare sciamus.[Vt boni]Iusti.[Ratiocinatores] Calculatores,ut ita dicam,mercatores, & qui præsunt rationibus,faciunt suos computos,ideo sunt ratiocinatores, quoniā faciunt rationem impensarum,& reditus,& sciūt computare, supputareq; quantum rationibus addatur, quantum debeatur cuique,& quisque quantum debeat. Vnde vt supradictum est, ratiocinarius, dicitur liber, qui continet has rationes, ut sunt nunc libri mercatorum,sic faciendum est in officijs, & loquitur per translationem Arithmeticæ,Cic.quæ consistit in rationibus,& calculis,vt cognoscatur,quid reliquum sit, & quid alijs qui in nos beneficia contulerunt debeamus.est.n.spectandus animus dantis,non munus,& omnia ea diligenter considerandа,quæ Cic.posuit, ut sciamus constituere quid agendū sit in officio præstando,beneficijsq; collocandis. Sapiens (Inquit Sen.)examinabit secum quantum acceperit,à quo,quādo,ubi, quemadmodum. Itaq; negamus quenquā fere gratiam referre,nisi sapientem, non magis quam beneficium dare quisquā scit,nisi sapiens, hic.s.qui magis gaudet dato, quàm alius accepto.Metrodorus ait, solum sapientem scire gratiam referre. [Deducendoq;] Numerum.s.ut faciunt Arithmetici, & calculatores, nam debemus considerare circunstantias, mores, beneficia collata, prius in nos animum dantis, & postea ratiocinari, & iudicare quid præstandū sit cuique.[Quæ reliqui summa fiat] Quid relinquatur, quod aliis debeamus. Mercatores faciunt rationem omnium, quæ dant & accipiunt, & faciunt summam,ut quid debeant aliis sciant, & quod ipsis debeatur. [Reliqui] De reliquo quid relinquatur in summa,quod aliis debeamus.[Summa.i.cumulus,& quantitas rei,quæ superest, ad summā uero significat denique,& tandē [Ex quo].i.ex qua supputatione,& rōcinatione.[Intelligas] Cognoscas. [Quantum

tum cuique debeatur]Quod officium cuique præstandum sit, & qui sint præponendi in beneficio collocando, quod iudicari rectè nō potest,nisi affuerit exercitatio in ipsis actionibus.Vnde opus est longa experientia.[Sed vt nec]Quāuis, inquit Cic. officia cognouerimus, tamen nisi ea exercuerimus, nihil ampla laude dignum fiet,quoniam ut sciamus quantum parentibus,fratri,amico,alienis hominibus, atque vicino debeamus, exercitatione opus est,& usu,quoniam virtutis laus in actione consistit.Et probat hoc comparatione medicorum Imperatorum,& oratorum, qui quamuis in eorum professionibus, & scientijs clarissimi sint,tamen nisi habeat exercitationem,parū vel nihil faciunt,quod ampla laude dignum sit. Sic hi qui præcepta officiorum callent,nisi ipsi eadem,quæ præcipiūt faciāt, laudem non merentur.Vnde debemus alios,& opera,& uerbis ab officia dirigere,ne virtutis simulatores uideamur. Ideo auctor nostræ salutis cœpit facere,& docere,& capiuntur illi, qui cum alijs uirtutem prædicauerint, eosq; ad temperantiā hortati fuerint,ipsi uoluptatibus,& luxuria diffluunt. Aptissima est hæc comparatio cum omnibus.s.reip.opportunis. Nā medici corpora curant,oratores agenda persuadent, deducuntq; mentes audientium quo uolunt,& ad quoscunque affectus. Imperatores autem exercitus extra rē gerunt, qui nisi fuerint usu edocti,quamuis militaria pręcepta didicerint,maximas calamitates interdum,& plerunque afferunt patriæ. Sic orator quàmuis teneat artis præcepta,tamen sine exercitatione parū faciet.Hoc idem in medio est,qui potissimum exercitatione indiget. Et sic dijudicare quid cuique debeatur est quædam ars, quæ indiget exercitatione,& vsu,vt aliæ artes,& præcepta,quæ perfectionem non constituunt sine exercitatione[Vsu] assuetudine.in Rhetoricis sic ait,Oratori minimum est de arte loq., sed multo maximum ex arte dicere.Scire (inquit philosophus in 5.Eth.)quonam modo ad sanitatem efficiendam, & cui, & quando sint tribuenda ea,quæ saluberrima sunt, tanta est difficultas scire,quanta est medicū esse.Idem in 2.scribit,Cum autem præsens tractatio non contemplationis sit,ut ceteræ gratia:non.n vt sciamus quid nam sit virtus, sed ut efficiamur boni consideramus, nā nulla ipsius esset vtilitas de actibus, quonam modo sint agendi considerandum est, hi nanq; sunt auctores,vt tales ipsis habitus fiant. [Sic] Pari modo adaptat cōparationem.[Officij conseruandi] Vt officium rectè conseruetur,& præstetur.[Traduntur]Scribuntur, & dantur alijs, non ut solum sciamus,quid sit officium,sed ut faciamus:cognoscere.n.officia,& illa non præstare,nulla est utilitas illa cognoscere,ergo officium rectè præstandū est, si boni esse uoluerimus. [Vt faciamus]Vt nos exerceamus ipsa officia,quæ nō possunt rectè præstari sine exercitatione,& ita faciamus,vt percipitur: non.n. laudantur hi,qui verbis solum philosophantur.uita autem luxu diffluit.[Sed rei magnitudo]Istorum officiorum diiudicatio, & difficultas in officijs præstandis.Odi hominem,dixit Pacu. ignaua opera,& philosophica sententia. Nihil posse fieri indignius,ait Macedo philosophus,auct.Gel. neque intolerabilius,quàm quod homines ignaui ac desides operi barba & pallio mores,& emolumenta philosophiæ in linguæ uerborumq; artes conuertentes,& uitia facundissimè accusarent,intercutibus ipsis vitijs madentes.[Vsum] Assuetudinem,ut possit rectè esse perfecta.[Atque ab ijs rebus]Concludit Cic. hanc disputationem de iustitia,& liberalitate dicens satis dictū esse de iustitia,& his quæ ad humanam societatem tuendam pertinent,& quomodo ab ipsis ducatur honestum,à quo oritur officium,quod semper ad bonum tendit, & non dicitur officiū nisi honesta sit actio, & sic his absolutis vtitur transitione ad danda præcepta fortitudinis,quæ est tertia virtus in ordine. In iure societatis humanæ]Iustitia, & liberalitate, quibus humana societas conseruatur.[Ducatur]Fiat,formetur, habeatque originem.[Ex quo]Honesto originem habet officium. [Nam est]Quidquid honestè agitur.[Satis fere] Vitat arrogantiam: noluit enim dicere, ut iure suo potuisset sufficienter. [Diximus]Hoc autem seruandum est in omnibus actionibus, & rebusne arrogantes uideamur,& nimium insolentes, & qui nobis ipsis nimium placeamus.[Ferè]Quasi sufficiēter, vt pauca, in his quæ ad iustitiam pertinent desiderentur.

FRAN. MAT. SED in officijs &c.]Enumerauit societatum gradus,& quibus plus officijs tribuendum esset,admonuit, nunc temporibus mutari officij rationem dicit,& non idem necessitudinem gradus ac tempora, quæ accidunt postulare.Accidit.n.tēpus,vt his qui minus propinquus est,magis egeat, quàm ille qui propinquior est,magis illi tribuendum est, qui eget magis. Item contingit,vt magis amico necesse sit, quàm propinquo anteferendus amicus est.Semper enim secundum,quod ait Aristo. erogandum est cui oportet,quando oportet, & quantū oportet.[Quid cuique maximè necesse sit] Hoc ideo ait, quoniam tunc demum officij ratio mutanda est, cum maxima illius necessitas nos admonet in quo mutāda est. [Et quid quisq; &c.] Nam si propinquus uictū,vel magistratum, uel quiduis aliud sine nobis consequi poterit,amicus autem non poterit,amico potius subueniendum est.[Ita non idē &c.] necessitudinū gradus postulant,vt coniunctioribus plus officij tribuatur,tempora uero,& necessitas spectari,vt quanto magis quis indiget, tāto magis ille accipiat [Suntq; officia]alia est occasio,qua mutari solent officia,quoniam accidunt tempora, ut tuum officium in eadem re magis huic,quàm illi conueniret. Exemplū Cic.subijcit, eodem tempore uicinus tuus,& propinquus, uel amicus tuus fructus ex agris colligunt,sed propinquus procul à te habitat,vterq; opera tua indiget, sed hanc operam magis vicino,quàm propinquo præstes,& rectè facis, quoniam uicinus,idem erga te facturus est,& quædam ueluti communio laboris mutui tibi cum illo esse debet, hæc autem officij mutatio in rebus leuioribus fieri solet, in grauioribus non custoditur.Nam si lis in iudicio est propinquo,uel amico,& uicino eodem tempore, & vterque opera tua egeat magis propinquo, vel amico,quàm uicino adesse te conuenit, quoniam de fortunis propinqui, vel amici agitur, quæ tibi cum illis communes sunt cum nullum damnum sensurus sit propinquus, vel amicus,si in percipiendis fructibus non iuuenis. [Consuetudo, & exercitatio]Vt nō aberremus,sed consuetudine, & exercitatione,quando mutandum officium sit intelligamus. [Boni ratiocinatoris] Imitari dicit nos debere eos in hac re, à quibus rōnes conficiuntur,qui addunt,& subtrahunt, ut intelligāt quātum sit expensi quantum lucri, quantum crediti,quantum debiti,ad id autem maximum studium, & maximam adhibēt diligentiam,ne aut decipiant,aut decipiantur. Terēt.quoq; ait, Nemo ita subducta ratione ac vita fuit [Sed, vt nec medici &c. Exemplis,probat sine exercitatione maxima mutandorum officiorum rationem percipi non posse. [Medici]Si cui exercitatio necessaria est maximè, certè medico necessaria plurimum est.[Nec mi.Imperatores]Hoc est exercitus duci,& oratori: nihil.n.præclarum facere possunt. & si artis præcepta teneant sine assidua exercitatione,quæ omnia præcepta superat, quod Cic.alio loco inquit.[Rei magnitudo]Vt cuique pro dignitate tribuamus,& officij rationem quando tempus postulat, cōmutemus.Ex ijs rebus] Iustitia, & liberalitate, quæ illi iuncta est.[Honestum]Medium,& commune.

ASC. SED in his omnibus]Docet officia ex circunstantia, quæ videlicet immergente casu sunt præcipuè impendenda. Ordo est.Sed uidendum i. considerandum erit in his omnibus officijs tribuendis.i.dum hæc omnia tribuantur, quid cui sit maximè necessarium hoc est,quid sit maximè necessarium,aut simpliciter, aut si non simpliciter cui fit, & circunstantia, & quid quisquam aut non possit consequi.i.impetrare nobiscum, uel sine nobis.Itaque non ijdem gradus erunt necessitudinum .i. emergent ex necessitudine.s. propinquitatis, aut affirmitatis, qui & temporum sup. erunt .i. emergent ex occasione temporum,qui sunt officia,quæ debeantur magis alijs .i. aliquibus, quàm alijs.i.reliquis,vt.i. verbi gratia tu adiuueris .i. adiuuare debueris in frugibus percipiendis .i. ex agro colligendis citius uicinum, quam fratrem aut familiarem sup.non vicinum.unde prouerbium,Melior est uicinus in proximo,quā frater procul habitans.A t.i.sed,si lis.i.contentio sit in iudicio,tu defenderis potius propinquum.i.necessarium,aut amicum, quam uicinum sup.tam propinquum, aut amicum. Igitur hæc talia i. consimilia sunt circunspicienda in omni officio,& cōsuetudo, & exercitatio est capienda,quia consuetudo est rerū magistra, ut nos possimus esse boni ratiocinatores.i. ut ita dicam calculatores,aut iusti computatores seu compēsatores officiorum, & uidere.i.considerare addendo,& deducendo.i.abstrahendo, quæ summa fiat reliqui.i.quid relinquatur, quod alijs debeamus, ex quo.i.ex qua re tu intelligas.i.intelligere debeas,quantum debeatur cuique. Sed,ut queadmodū, nec medici (quib. experientia summopere necessaria est, & ideo primo loco ponuntur) nec Imperatores.i.gubernatores exercituum, nec oratores

tores quamuis perceperint.i.perfectum cœperint, & sciuerint præcepta artis, possint assequi.i.obtinere, & efficere quidquam dignum magna laude, sine usu, & exercitatione.i.nisi cum arte habuerint vsum, & experientiam.sic.i.eodem modo traduntur præcepta officij conseruandi.i.de officio conseruando, quidem .i.certè non sup. ut sciamus tantum, sed ut ipsi.i.nosmetipsi faciamus illa. Sed magnitudo rei, q a res .s. obseruatio officij est ardua, & apprimè necessaria, desiderat .i. efflagitat quoque .i. etiam usum, quæ pro &, exercitationem. Atq; nos diximus fere satis, quemadmodum.i. quomodo honestum ducatur .i.eliciatur ab his iam, scilicet dictis rebus, quæ sunt in iure societatis humanæ.

ARGVMENTVM.

Magnanimitas tertius officiorum fons, quæ ex rerum humanarum contemptu, & animi amplitudine quadam nascitur, declaratur autē potissimum in periculis adeundis, & arduis rebus obeundis. Huic ad dexteram est audacia, pertinacia immanitas, arrogantia crudelitas, confidentia, morositas, ira, sæuitia, ambitio ob læuam timiditas, ignauia, stupor, & id genus uitia. Exercetur autem magnanimitas partim in rebus bellicis, magis autem in negociis urbanis, denique & priuata in uita, de quibus omnibus uarie disserit Cato.

INtelligendum est autem, cum proposita sint genera quatuor, è quibus honestas, officiumq; manaret, splendidissimum uideri, quod animo magno, elatoq; humanasq; res despiciente factum sit, itaque in probris maximè in promptu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebrem,
Illaq; uirgo uiri: & , si quid eiusmodi.
Salmaci de spoglia sine sanguine: & sudore.

Contraque in laudibus: quæ magno animo, & fortiter, excellēterq; gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus. hinc rethorum cāpus de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris, Stratocle: hinc noster Cocles, hinc Cn. & P. Scipio, hinc M. Marcellus, innumerabilesq; alij: maximeque ipse populus R. animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, q̄ statuas quoque uidemus ornatu ferè militari.

PETR. MARS.

INtelligendum est autem] Proposuit Cicer. quatuor fontes officiorum.i. uirtutes à quibus oritur honestum, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & tēperantiam. Postquàm de prudentia, & iustitia, cui adnexa est, liberalitas disseruit, & quid quoque tempore agendū sit perscripsit, & docuit, transit ad fortitudinem, & magnitudinem animi. Intelligēdum est autem] Sed scire oportet inquit. [Splendidissimum] Clarissimum, & amplissima laude dignū. Vult Cic in 2. Tul. ut dictum est uirtutis nomen non esse proprium omnium uirtutū, sed fortitudinis, à qua, quod ceteris antecellit omnes nominatæ sunt. Appellata inquit, est ex uiro virtus. Viri autem propria est fortitudo] cuius munera duo sunt, mortis, dolorisq; contemptio. Vtendum est igitur his, si uirtutis compotes, uel potius si uiri uolumus esse, quoniam à uiris uirtus nomen est mutuata. Plut. ait in uita Coriolani, Disciplina militari, Romana gloria maximè floruit. Testimonio est ipsam uirtutem unico fortitudinis nomine appellatā, idq; quo propriè fortitudinem uocant commune generis esse uocabulum. Ideo dicit Cicer. id uideri maximè clarū, & illustre, q̄ forti animo factum sit, atque omnia humana uincere, patienteq; dolorem. Nam fortis, & magnanimus putat omnia humana esse inferiora se, & sua præstantia, eaq; paruifacit, & superat omnes dolores, quorum vim, ut uolunt Stoici, opinio facit; nō natura. Vnde laudatur Posidonius, ad quem cum Pompeius decedens ex Syria Rhodum uenisset, eumq; salutasset ægrotātem, dixit se molestè ferre, quòd Posidonij disputationem audire non posset. respondit ille, Non committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me uenerit, eumq; quasi faces ei doloris admouerentur, sæpe dixit, Nil agis dolor, quamuis molestus sis, tamen nunquàm te esse malum cōfitebor. De quo Plin. lib. 7. præbuere, & Romani proceres etiam exteris testimonia. Cn. Pomp. confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii sapientiæ ꝓfessione clari domū, fores ꝑcuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios ianuę submisit is cui se oriēs occidēsq; submiserat. Fortitudo, & mediocritas circa timores, & fiducias. Fortis propriè dicitur qui circa honestam mortem, & ea omnia, quæ repente eueniunt, atque afferunt mortē, intētus est, vt sunt ea quæ in bello contingunt. Et patitur omnia fortis honestatis causa, quæ est finis virtutis, & pro dignitate, & vt ratio iubet patitur, & agit, aliqua tamē timenda sunt, inquit Aris. & non violatur fortitudo, immo honestum est ea timere, negligere autem turpe, vt est infamia, quā qui timet probus dicitur, & verecundus, qui uero non timet, dicitur impudens. debemus timere pudicitię mulierum nostrarum, Timēda est inuidia &c. id genus, quæ cum negliguntur, dedecus afferunt, & ea quæ transcendunt naturam humanam, vt fulmina, inundatione, & similia, quę homo spernere non potest, quoniā plus possunt quam homines. natura, vt terræ motus, tēpestas. Vir fortis circa terribilia, & ea quidem maxima versatur. Nam nihil est tolerantius malorū viro forti, & mors est vltimū oīum terribilium, nam aufert omne bonum, quod est in vita, & illi magis fortes sunt, qui in subitis casibus nulla consultatione præmissa agunt præclara, quia videntur hre habitum fortitudinis, & esse naturaliter fortes, & fortitudo quidem dolores aufert, & ideo laudatur. difficilius.n. est, inquit Arist. dolores perpeti; quam uoluptatibus abstinere. Mors atque uulnera forti uiro molesta sunt, fert tamen propter honestatē, dolet autē, & maximè qui omni uirtute præditus est, quia maximè dignus est uita; maximisq; bonis priuatur, fortis est tamen, & multo magis, quoniam honestatem ceteris rebus anteponit. Vnde illi sunt præstātissimi milites; qui habent aliquod uestigium ipsius fortitudinis siue alijs bonis; quam si haberēt non ruerent in pericula. Qui timendo exuperat; & confidēdo deficit, timidus dicitur. Qui non timendo exuperat, dicitur insanus, vel stupidus; si nihil oīno timet, ut motus terræ, aquarum inundationes, fulgura, & illa omnia quæ timenda sunt, cum superent naturam humanam, vt necesse sit ipsa timere. Ille qui confidēdo exuperat, audax est, & imitatur in principio fortem, sed cum pericula uentum est, dat terga, & fit timidus. Fortis.n. omnia humana tolerat, & confidit, quoniam confidere est hoīs bene sperantis. Timemus iure ut dixit ea, quæ terribilia sunt, & cum morte, quę est in bello nihil sit terribilius, & virtus versetur circa terribile ac difficile, fit ut fortitudo propriè in morte sit, quæ in prælio est, sitq; cum maximo periculo. Fortitudo, inquit Plato, efficit ne inter pericula, & terrores à iustitiæ tenore deuiemus, & fortitudinem, ut uolunt Stoici, sequuntur constantia, atque valetudo. fortitudo, inquit Sen. contemptrix timendorum est. Terribilia, & sub iugum libertatem nostra mittentia despicit, prouocat, frangit. Fortitudo, ut idem finit in Rhetoricis, est cōsiderata periculorum susceptio, & laborum perpessio, eius comites sunt magnanimitas, fidentia, patientia, & perseuerantia. fidentia est, per quam magnis, & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cū certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium uolūtaria, & diuturna perpesio, perseuerātia est in ratione bene cōsiderata stabilis, & perpetua permansio. [Elato] forti, & tanquā è loco edito spernenti ea, quæ alij timent. [Humanas res] Omnia quæ accidere homini possunt, quæ tamen non transcendunt uires humanas, fortis despicit, & oīs res humanas infimas, & caducas, & oīa tela fortunæ paruifacit, ad omnes euentus tolerandos erecto animo, paratus. Nam magnanimitas, de qua post dicetur est, scientia & uirtus, quæ habitum facit celsiorem omnibus, quæ contingere possunt æqualiter bonorum, & malorum. [Genera quatuor] virtus, & fontes officiorū. [E quibus] virtutibus.s. [Honestas] Actio honesta, & officium. [Maneret] Oriretur tanquā è fontibus. [Itaque] Igitur cum splendidissimum sit, quod magno animo fit, uituperandi sunt illi, qui gerunt animos muliebres. [In probris] contumelijs, & cum uolumus aliquem vituparere, dicimus illū hre animū muliebrē, & timidū. quoniam ut dictum est fortitudo propriè uirorum est, & qui cum non habet, viri non sunt, sed fœminæ, quod cum alicui potest dici,

maximum

maximum est dedecus, probrum est dedecus, & contumelia. [Maximè] In primis. [In promptu] quod cito uenit in mentem, & pro maximo probro alicui obijcitur, si quid eiusmodi dici potest. [Tale] Quale est hoc, quod Ennius cecinit in dedecus iuuenum R. qui magnitudine animi superabantur à virgine. [Vos etenim iuuenes] Carmē est Ennij, quo iuuenes Rom. ignauiæ accusabat, qui a Clelia uirgine, quę obses fuerat apud Porsenam superabantur. Illa enim Tyberim ad suos tranauit, vnde Romani ob id statuam illi erexerunt equestrem in edito loco viæ sacræ. [Muliebres] timidos, & ignauos .i. meticulosi estis, vt solent esse mulieres, quod à viro alienum omnino esse debet. & apud Persas, auct. Herod. maximè probro dabatur audire se esse muliere ignauiorem. Sen. dicit, Clelia equestri insidens statuæ in sacra uia celeberrimo loco exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus. [Illaq; uirgo] i. Clelia, quæ contempto Porsena, & aquis ad suos natauit. [Viri] .i. illa uirgo est animo forti, ut debent esse uiri, habet, inquit, animos dignos viro. [Et si quid est eiusmodi] cuiusmodi est hoc, quod sequitur, in uetustissimo lib. Sext. Pompei sic legitur, Salmacis nomine nympha cœli, & terræ filia fertur causa fontis Alicarnassi aquæ appellandæ fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, uitio impudicitiæ mollesceret, ob eam rem quod is eius aditus angustatus parietibus, occasionem largitur iuuenibus petulātibus, puerorum puellarumq; violandorum, quia non patet effugiū. Inde Ennius, Salmacida spolia sine sudore, & sanguine. Hæc sunt uerba Pompei. Carmen est igitur Ennij, quo illorum molliciem taxat, & ignauiam, qui spolijs ademptæ alicui pudicitiæ gaudent, & id exercent quod ipsis notam luxus, infamiæ atque ignauiæ inurit. de hoc fonte grecū est epigrāma.

εἰ μὲν ἀνὴρ ἥκεις ἄρσην ξένε τῆς δ' ἀποπηγῆς,
εἰ δὲ φύσει μαλακὸς μήμε πίνης πρόφασιν.
ἄρρεν ἐγὼ ποτόν εἰμι, κακὰν δρᾶσι μοῦνον γοκαν,
τοῖς δὲ φύσει μαλακοῖς ἡ φύσις ἐστὶν ὕδωρ.

Salmacis fons est Cariæ regionis, de quo Str. ait lib. xliij. Salmacis fons nescio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibant. hominum .n. mollities videt ab aqua causam trahere cum ea minimè sint causa mollitiei, sed diuitię, & victus incontinentia. Salmacis nympha dicitur rapuisse Hermophroditum, & fecisse mollem, eius aquam epotā molles effecisse. cum talia possunt alicui merito dici, maximū est probrum. Cum autem laudatur aliquis ob fortitudinem præclarissimum est, & pleno ore sonandum, & affert exempla eorum, qui pugnando fortiter, & pro patria occumbentes Rhetorum preconijs celebrati sunt, possumus etiam spolia parta sine labore Salmacia appellare, & Salmacis Baias dixit Mar. ex formulis grāmatices. Sed forsitan antiqui denominabāt Salmacida à patrio casu Salmacidis, ut Salmacia à salmacis in eodē casu. Igitur Salmacida spolia dicuntur mollia, & effeminata cū sine sudore, ac labore parta sint in quibus uirtus ipsa enitescit. [Contra] ex alia parte, cum aliquem laudamus ob fortitudinē. [In l.] cum aliquem laudamus. [Elato] Humana spernēte, quod est proprium magnanimi. [Fortiter] Contra illud, quod dixit in probris, geritis animum muliebrem. [Excellenter] Contra illud sine sudore, & sanguine. [Ea] quæ, tali animo gesta sunt. nā gesta propriè dicuntur in rebus grauioribus. [Nescio quo modo] .i. modo quodam mirabili, & cum quadam admiratione [Pleno ore] Maximis laudibus, & amplo præconio. Idem in 2. de Orat. sic ait, Grauissima laus eorum factorum habet, quę suscepta videntur à viribus fortibus cū labore ac periculo ipsorum hæc habent uberrimam copiam ad laudandum, quod, & dici ornatissimè possunt, & audiri facillimè. [Hinc] Ex hoc, quoniam summa est laus fortitudinis. quæ, in bello se pro patria, & honestate ostendat. Ex hac igitur fortitudinis laude. [Campus] Materia ingens proposita ad dicendū ipsis oratoribus est in laudem fortium uirorum. Plato in epitaphio sic ait, Videtur apud plurimas gentes præclarū esse in bello mori, etenim qui sic è uita migrat funere honestatur, & sepulchro, & siue pauper quis ita decedat, laudatione non caret. ex hoc intueri licet quanta illorum uirtus fuerit, qui in Marathone barbarorum impetum sustinuerunt, eorumq; superbiam domuerunt, primi sanè de barbaris triumpharunt, & exemplo reliquis ostenderunt personarum uim haud inexpugnabilē esse. Secundam palmam his tribuimus, qui ad Salamina pugnauerunt. Tertium bellum assero, quod in platæis gestum est, salutis græciæ causam extitisse, commune uero id iam Atheniensibus, & Lacædemonijs facinus [De Marathone] De laudibus eorum qui fortiter pugnauerunt in campis Marathonijs. Nā quam in illa pugna occubuerunt, quotānis laudabantur. Ex extat oratio Lysiæ in laudem eorum, qui ceciderunt ad Marathonem. Orator est qui causas orat, uel in iudicijs, vel in cōcionibus. Rhetor est qui artem docet orandi. Cic. hic more Grecorum locutus est, qui rhetorum pro vtroque accipiunt. declamator est qui studens apud rhetorem in conuentu scholasticorum fictam causam orat, ut postea in ueris causis orare possit, & ex umbra in solem pulueremq; prodire Marathō cāpus in Attica regione denominatus à Marathone heroe, ubi Milciades dux Atheniensium Persas vicit, Artapherne, & Dati ducibus Darij, cæsis hostium ducentis millibus deditum, & decē millibus equitum, ut quidā uolunt Herod. autem lib. 6. dicit apud Marathonem occubuisse Persarum circiter 6. milia 300. Atheniensium uero centum, & 62. Darius rex Persarū intulit bellum Atheniensibus ægrè ferens ab illis contra se Ionas adiutos esse, quos nauali prælio superauerat. Itaque Athenienses non expectato auxilio Lacedæmoniorum, qui socij erant, & se plenilunij religione impediri dicebant, quoniam plena luna 4. dieb. putabant nefas esse emittere exercitum instructis x. millibus ciuium, & mille ex his qui ex Platæis venerant, aduersus tot millium hostiū in campis Marathonijs duce Milciade pugnauerunt, quem tanta fiducia ceperat, auct. Trogo, vt plus esse præsidij in celeritate, quā in socijs Lacedæmonijs duceret, pugnatum est tanta uirtute, ut hinc uiros, inde pecudes putares, Victi Persæ in naues confugerūt, ex quibus multæ submersæ, multæ caprę sunt. In eo prelio tanta uirtus singulorum enituit, ut cuius laus prima esset, difficile iudicium uideretur, & maximè Callimachi, & Cynegiri militis, & Themistoclis adolescentis. In quo iā indoles futuræ imperatoriæ dignitatis apparuit, Cynegirus Euphorionis filius dum summam puppim apprehendit, abscissa manu bipēni cecidit. [Salamine] Apud Salaminem insulam, quę est contra Atticam Xerxes Darij filius uictus fuit ab Atheniensibus pugna nauali duce Themistocle. [Platæis] Platææ oppidum Bœotiæ, ubi Pausanias, & Aristides profligauerunt Mardonium Xerxis ducem, qui ueluti ex naufragio cum paucis effugit. castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Inde primum græcos diuiso inter seauro Persico diuitiarum luxuria cœpit: prius .n. negligebant. Ideo Demaratus Xerxi dixit, Græcia semper fuit alumna paupertatis, hospes virtutis, quam à sapientia asciuit, & à seuera disciplina, hanc vsurpans Græcia, & paupertatem tuetur, & dominatum. hanc victoriam ad Plateas sibi uēdicabat Pausanias tripode aureo inscripto, & Apollini dicato. Mardonius erat Xerxis consobrinus Gobris sororis Darij filius, ab Arimnesto Spartiata occisus est saxo adacto in caput, ut Plut. scr. in uita Aristidis. Pausanias Lacedæmonius fuit Cleombroti filius, Aristides Atheniensis. [Thermopylis] Thermopylæ sunt locus angustus, & fauces ad Oetam montem Thessaliæ, à quibus angustijs, & faucibus Pylarum .i. Portarum nomen assumpsit. Iuxta quas sunt aquæ calidæ, unde Termopylæ dicuntur .i. thermarum portæ, aquæ illę dicatæ erant Herculi. Liu. li. v. Dec. belli Maced. sic scr. Id iugum sicut Appennini dorso Italia diuiditur, ita mediam Gręciam diuidit à Leucade, & mari ad Occidentem ad alterū mare Orienti obiectum tendit, extremos ad Orientem montes. Oetā uocant. In cuius ualle iter est non latius quam 40. passus, hæc una uia militaris est, qua traduci exercitus, non prohibeātur. posint Ideo pylæ, & ab alijs quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt Thermopylæ locus appellatur. Nobilis Lacedæmoniorū aduersas Persas morte magis memorabili, quam pugna. sunt ibi, inquit Hero. calida lauacra, ollas uocant indigenæ, ad hos ingressus ædificatus est à Phocensibus murus metu Thessalorum, super quem olim pylæ. i. portæ erant, Vbi Leonidas dux Lacedęmoniorum Anaxādridæ filius cum 300. Lacedæmoniis castra quingentorum millium Persarū noctu inuasit, pugnatū est ardenter à principio noctis usq; ad magnam partē diei, ad postremum non uicti, sed uincendo fatigati, inter ingētes occisorum cateruas, [nam 20. milia barbarorum illic ceciderunt] fortissimè mortem oppetiere, quibus postea erecta fuerunt sepulchra cū tit. In ij. Tusc. dicit Sed quid duces, & principes nominem, cum legiones scribat Cato sępe alacres in eum locum ꝓfectas, unde reditura se non arbitrarentur? pari animo Lacedæmonij in Thermopilis occiderunt, de quibus hæc

Simonides

Simonides scr. Dic hospes Spartæ nos te hic uidisse iacetes, Dũ sanctis patriæ legibus obsequimur. Quid ille dux Leonidas dixit? Pergite aio forti Lacedæmonij, hodie apud inferos fortè cænabimus. Sen. dicit: Leonidas cõmilitones sic allocutus est, prandete tanquam apud inferos cœnaturi. Cum Lacædemonij illas custodirent angustias, quidam hostis in colloquio dixit: Solem præ multitudine iaculorũ,& sagittarum non uidebitis. rñdit Dieneces Lacædemonius, ergo sub umbra pugnabimus. [Leuctris] leuctra oppidum Bœotiæ, ubi Epaminondas Thebanus Lacedæmonius uicit, adeoq; attriuit, ut postea imperium recuperare nõ potuerint. De quo sic scr. Trogus lib. v. Fuit autem incertum, uir melior, an dux esset. Nã,& imperium non sibi, sed patriæ semper quæsiuit, & pecuniæ adeo cõtemptor fuit, ut sumptus funeri defuerit, gloriæ quoq; cupidior quam pecuniæ, quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt, honoresq; ita gesit, ut non accipere ornamentum, sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam literarum studia, iam philosophiæ doctrina tanta fuit, ut admirabile uideretur unde tã insignis militię scientia hoi inesset inter literas nato. neque ab hoc uitæ ꝓposito ratio mortis dissensit. Nam ut relatus in castra semianimis uocem spiritumq; collegit, id unum à circũstantibus requisiuit, num cadẽti sibi scutum ademisset hostis, quod ut seruatum audiuit, allatumq; uelut laborẽ gloriæq; socium deosculatus est. iterum quæsiuit, utri uicissent, ut audiuit Thebanos uicisse, bene se habere rem dixit, atq; ita ueluti gratulabundus patriæ; expirauit. In ij. Tusc. scr. Cic. num ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine uitam effluere sentiret? Imperantem.n. patriam Lacædemonijs relinquebat, quam acceperat seruientem, sed hoc fuit in alia pugna Leuctrica. Stratocles Atheniensium dux, auct. Aeschine, pugnauit ad Chæroneam urbem Bœotiæ cũ Philippo rege pro libertate Græciæ. Str. lib. ix. loquens de Chæronea dicit, ubi Philippus magno prælio uictis Atheniensibus,& Bœotijs,& Corinthijs Græciam suo subiugauit imperio. Illic eorũ qui in pugna cecidere publicum sepulchrum ostendit. horum fortitudinem his uerbis celebrat Trogus lib. x. Non tamẽ suæ immemores pristinæ gloriæ ceciderunt, Athenięses quippe aduersis uulneribus omnes, loca quę tuenda à ducibus acceperit moriẽtes corporibus texerunt. Verba Aeschinis hæc sunt: Terrestris uero rei, si uerè fateri uolumus, omnem principatum Thebanis concessit, ut nec facultatem Stratocles dux noster habuerit de salute militum ex sua sñia prouidendi. Plato in epitaphio sic ait, Eos laudare par est, qui pro salute uiuẽtium offerre se morti non dubitarũt. [Hinc Decij] Hactenus de Grecis, nunc de nostris exempla ponit. Decij se pro patria magno animo deuouerunt, lib. j. de Diu. loquens de Decio patre ait, Post triennium autem cum consul esset deuouit se,& in aciem latinorum irrupit armatus, quo eius facto superati sunt,& deleti Latini, cuius mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius. Nam in bello Hetrusco ipse etiam se deuouit in quarto consulatu collega Fabij Maximi. Nota est hist. apud Liu. [Cn.& P. Scipiones] Fratres fuerunt,& in ij. bel Pun. Annibale Italiam lacerante in Hispania occiderũt. Publius in acie hasta transfixus, qui fuit pater Africani maioris: Cneus in quadem turri obsessus 28. die post mortem fratris interfectus, ex quorum morte,& Romæ, & in Hispania luctus fuit. Duo fulmina belli appellabãtur ab Ennio. In Parad. ait, Quæ uis patrẽ Decium, quæ filium deuouit, ac immisit in armatas hostium copias, qui duo propugnacula belli Pun. Cn. & P. Scipiones, qui Cartaginiensium aduentum corporibus suis intercludẽdũ censuerunt, [Hinc] Ex hac fortitudinis laude excelluerunt, & celebrati sunt illi qui ceciderũt ad Marathonem, Salamina, Platæas, Thermopilas, & in pugna Leuctrica, excelluerunt etiam magnitudine animi celebratiq; sunt. [Decij] Quoniã magno animo,& elato se morti obiecerũt,& duo fulmina belli Scipiones [M. Marcellus] Qui occiso Viridomaro duce. Insubrum apud Clastidium, Tertia opima spolia Ioui Feretrio retulit, ut Romulus instituerat cæso Acrone duce Ceninẽsium, secũda retulit Cornelius Cossus cæso Larte Volũnio. Collegã habebat Marcellus Scipionem, & cum imprudens in manus Gallorum incidisset, omniaq. infesta uidisset, nec euadendi spes daretur, in medios hostes erecto animo irrupit, quibus inopinata audacia percussis ducem eorum occidit, atque inde ubi spes salutis non fuerat, opima spolia retulit, & Mediolanũ cũ collega expugnauit. Marcellus primus Romani nominis Annibalem pluribus uictorijs elatum,& Italiam deuastantem apud Nolam fugere coegit, Syracusas urbem Siciliæ clarissimam expugnauit. Inde in Apulia propè Canusium in quodam colle insidijs circunuẽtus cecidit, cuius mors Annibali maximo gaudio fuit De morte Marcelli,& vulnere Crispini collegę, qui eua sit,& filio Marcello dixi abundè in comment. Silij. Marcellus à Marte cognominatus est, quasi martellus [Innumerabiles alij] Romani s. duces, & clarissimi imperatores, ac fortitudinis præconio digni, quorum tanta copia apud Rom fuit, ut numerari uix possent. [Maximè.] Ante omnes alios populos,& nationes. Romani.n. fortitudine, & magnitudine animi omnes gentes superarunt, quod exitus docuit, fortiter quippe pugnando maximã orbis partem legibus suis parere coegerunt, & Militia dicebatur ars Romana, & agere ac pati fortia Romanorum erat. in rebus aduersis animos nunquam demittebãt, imò ipsi erigebantur, & ad decorum præstandum prõptissimi erant. Vnde Annibal cum uidisset Romanos cæsos apud Thrasymenum seruantes adhuc in morte ferociam, & hastas tenentes,& enses, Quas mortes, inquit, præmit omnis dextera ferrũ, Armatusq; iacet seruãs certamina miles? Hos en, hos obitus nostræ spectate cohortes: Fronte minæ durant,& stant in uultibus iræ. Et uereor ne quæ tanta creat indole tellus Magnanimos fœcunda uiros, huic fata dicarint Imperium, atque ipsis deuincant cædibus orbem. Et Pyrrhus Leuino cõsule superato cum stragẽ recẽseret, uidẽs Romanos aduerso uulnere, & truci uultu etiam mortuos iacere, sublatis ad cœlum manibus dixit, se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent. & Silius alloquens Romam post pugnam ad Cannas mœstam, & quasi desperãtem dicit: Tuq; anxia fati Pone precor lacrymas, & adora uulnera, laudes Perpetuas paritura tibi. nam tempore Roma Nullo maior eris, mox sic labere secundis, Vt sola cladum tuearis nomina fama. [Excellit] Illustrior est ceteris gẽtibus. [Animi magnitudine] Animo elato, humanasq; res,& omnia terribilia despiciẽte. [Declaratur autem studium] Hoc argumento, inquit, ostenditur Romanos bellica laude claruisse, quoniam omnes ferè statuæ, quæ fuerant erectæ in præmium uirtutis, sunt in habitu militari. Vnapparet maximè laude dignos esse, qui forti animo,& magno res agunt præclaras, quia statuæ non eriguntur ferè nisi illius qui bellicam laudem meruerint. [Studiũ] Immensa uoluntas bellicæ gloriæ, quã Romani appetebãt, tanquã summa laude ueraq; dignissimam, quoniam uirorum est fortitudo. [Ornatu militari] Habitu, q.d. uide quam fuerit in precio gloria bellica, quę ex hac fortitudine,& magnanimitate procedit, quod statuæ uidenť in habitu militari ferè omnes, ut pauci uideantur meruisse statuas ob aliam uirtutem præter fortitudinem. Eodem accedunt honores, inquit Arist in Eth. qui cum à regibus tum à ciuitatibus sunt instituti. Togata effigie, inquit Pli. lib 34. antiquitus statuæ erigebantur. placuere & nudæ, tenẽtes hastam ab epheborum gymnicis exemplaribus, quas Achilleas uocant: Græca res est nihil uelare, at econtra Rom. ac militaris thoracas addere. Cæs. quidem dictator loricatum sibi dicari in foro suo passus est.

ADDI.

Thermopholis, Lecturis, Stratoque] Stratũ fuit maga urbs Acarnaniæ, cuius populus multa barbarorum millia fudit, fugauitque, necnon uictoriæ signum erexit, de quo agens lib. 2. Thucydides dicit, Stratij trophæum statuerunt prœlij cũ barbaris gesti. Dicitur ãuct. Steph. Stratos, & ciuis Stratius. Nec non Stratum,& ciuis Stratio, uel Stratius.

FRAN. MAT.

Intelligendum est autem, &c.] Ad tertiũ fontem transit honestatis, qui est fortitudo, & quemadmodum officia ab ea deducantur ostendit, pulcherrimum autem uideri dicit, quod animo magno,& qui humanas res despiciat factum sit fortitudo circa timorem,& audaciam mediocritas est. Fortis non timet, quę timenda non sunt: cum uero quædam eiusmodi sint, ut ea metuere honestum sit, & turpe non metuere ueluti infamiam, quam qui timet uerecundus habetur, qui non timet impudens, non circa omnes timores per defectum peccatur. sed circa eos duntaxat, qui excusari non possunt, codem modo nõ omnia audenda sunt forti, neq; semper,& qualibet causa obijcere se morti debet. Et propriè fortis est, qui ea, quæ terribilia uidentur,& sunt, subit, quia decorum sit ita facere,& turpe nõ facere, quiq; non ad omnem mortem, sed ad honestam tantũ, ut pro salute patriæ, & ad omnia quæ afferunt, interitus est, ut in bello, in quo pulchrum est mori, quod testatur honores à ci-

a ciuitatibus,& regibus iis qui in bello mortui sunt constituti.
Cum singula quæ agimus ad finem terminentur. Decori gra-
tia fortis subit, atque agit fortitudinis opera, & sic quæ opor-
tet,& quando,& ut conuenit, & ubi conuenit,sustinet,metuit
atq; audet. Laudabile est igitur res magnas appetere, humiles
uero contemnere, in periculis non frangi, dolorem æquo ani-
mo ferre, & gratia honestæ laudis adipiscendæ, nulla cuiusuis
laboris magnitudine deterreri, hoc qui facit, & mirabilem in
se amorem excitat multitudinis, & opera eius maxima,splen-
didissimaque habentur, rectè itaq; Cic. ait splendidissimũ ui-
deri, quod animo magno elatoq;,humanas res despiciente,fa-
ctum sit. [Splendidissimum] Clarissimũ, & ualde honorificũ.
[Animo magno] Qui periculis etiam subitis, & improuisis nõ
turbatur, qui mortem honestã subire non ueretur,qui labori-
bus non frangitur. [Elato] Laudis honestæ cupiditate inflam-
mato, cum,& laboris magnitudinem, & laudis amplitudinẽ,
sibi proponit, & magis ad laudem accenditur, quam à labore
deterret.[Humanasq; res despiciente]ut dolorem inimicitias,
paupertatem ægritudines: mortẽ omnes .n. humanas res uir
fortis uirtute inferiores ducit.Et quidquid est qđ neq; ab im-
probitate,neq; ab eo prouenit.[Itaq; in probris,&c.] Ex igna-
uiæ uituperatione splendidissima esse quæ magno animo, &
elato fiant, ostendit. Quoniam qui imbelles sunt,& timidi, ij
reprehẽdi solent: poetarũ.n. in homines ignauos dicta iactari
in illo solẽt. [In probris] In iurgijs,uel uituperationibus. Vn-
de exprobrare uerbum,quod est beneficia quę ingrato contu-
leris, illi commemorare. [In prõptu] Ac si dixisset in consue-
tudine si quid tale dici potest, quale est quod Ennius cecinit,
in iuuenum Rom. dedecus, quia à uirgine Clelia uincerentur.
[Vos etenim iuuenes,&c.] Ennij uersus esse minimè ambigẽ-
dum. Nam Sex. Pompeius: Salmacis,inquit, Nympha cœli, &
terræ filia, fert causa fontis Halicarnassi aquæ appellãdæ fuis-
se Salmacidi, quam qui bibisset, uitio impudicitiæ mollesce-
ret ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus, oc-
casionem largitur iuuenibus petulantibus, puerorum puel-
larumque uiolandarum, quia non patet effugium. Inde En-
nius Salmacida spolia sine sanguine, hæc Pompe. Ergo En-
nij carmen est quo iuuenes arguit ignauiæ. Qui ueluti spolijs
hosti detractis, erepta alicui uirgini gaudent pudicitia, & id
agunt, quod maximè ipsis infamiæ, maximoq; dedecori est.
Sic itaq;,inquit, fontẽ alloquens: ò Salmaci tu das spolia sine
labore, qui fortes, & bene institutos solet nutrire animos, &
sanguine,quem fortes uiri libenter effundunt.Salmacida spo-
lia, ut nõ legamus ratio nos admonet,quæ sic dici minimè pa-
titur. erit igitur Salmaci uocandi casus. ò Salmaci tu das spo-
lia sine labore,& sanguine.[Vos.n.iu.]sic Ennius accusat igna-
uiam iuuenũ Rom. qui à Clelia uirgine superarentur, quæ
obses apud Porsenam, qui urbem obsidebat,Tiberim ad suos
fugiẽs tranauit,quare statua equestris ei posita est in loco uiæ
sacræ celeberrimo. potest, & sic fortasse legi Salmacidi spolia
.s. da &c. hoc est quando imbellis es finito penitus te effœmi-
nari, & à Salmacide uinci, atq; in fontem deduci, cuius aquis
profusus,non uirili tamen sexu,sed etiam muliebri fit.Salma-
cidis,& Hermaphroditi fabulam lib.4. sc.Ouid.sed fons est Ha-
licarnassi,quæ ciuitas erat Cariæ, à Mausolo rege cõdita,apud
ædẽ Veneris,& Mercurij, falsam autẽ opinionẽ uenereo mor-
bo implicare eos,qui ex eo biberint putatur,& hæc opinio cur
diuulgata sit ratio hæc est. Non.n.quod molles,& impudici ex
ea aqua fiant id potest esse, sed est uis fontis,& potestas perlu-
cida, saporq; egregius. Cum uero ab Argiuis, & Trœzene de-
ducta colonia, occupato loco, Caras,& Lelegas eiecisset,colo-
nus unus adeo fontem, propter bonitatẽ aquę, quæstus cau-
sa tabernam omnibus copijs instruxit,eamq; exercẽdo barba-
ros allectabat,qui fugati,& inter se congregati latrocinia faciẽ-
tes omnia uastabant, ita barbari pellecti in græcorum consue-
tudinem, & suauitatẽ sua uoluntate reducti sunt, ergo aqua
non impudico morbi uitio, sed humanitatis dulcedine molli-
tis animis barbarorũ, eam famã est adepta auct. Victr. de Ar-
ch. Str. lib. xiiij. Salmacis fons nescio quamobrem calũniatus,
tanquam emolliens eos qui inde bibant,hominum enim mol-
lities uidetur ab aere, uel aqua causam trahere, cũ ea minimè
sint causa mollitiei, sed diuitiæ,& uictus incontinentia. [Sine
sudore Sine certamine. [Contraq; in laudib.] Sicut ignauos
reprehendimus,sic strenuos,& fortes pleno ore laudamus. enu
merat autem multa, tum à græcis, tum à nostris fortiter ge-
sta,quæ clari oratores copiosiore oratione extulerunt. [Hinc
rhetorum campus, &c.] Quoniam omnes Atheniensium ora-
tores,qui dicendo aliquid potuerint,pugna Marathoniã, Sala
mina Platæarum, Thermopylarum, Leuctrarum, Stratoclis-
que copiosa,& sonãti oratione descripserit res magno, & elato
animo gestas admirati. [De Marathone] Darij rex Persarum
classem 500. nauium comparauit, eiq; Datim, & Arthapher-
nem præfecit. Quibus peditum 200.mil. equitum 10. mil. de-
dit,ij ad Attica accesserunt, & copias ad Marath. campum de-
duxerunt,is abest ab oppido mil.pass.circiter. 10.peditum à La
cedæmonijs sociatum ciuitate auxilium.Domi autem 10. præ
tores creauit,qui exercitui præessent, quorum vnus fuit Mil-
ciades dux belli,& auctor,egressi cum 10.mil. ciuium, & auxi-
liarijs Platæensibus mille,magna alacritate, ac fiducia, pugnã
inserunt,& subito tot mil.hostium profligarunt, adeoq; per-
terruerunt,ut Persæ non castra peterent, sed uicti in naues cõ-
fugerent,auct.Probus Aemil.& Trogus de pugna Marath. lo-
quitur Her.in Erato. [Salamine]Apud hãc insulam Xersis Per-
sarum regis classis mil.& 200. nauium longarum,quam 2.mil.
onerariarum sequebantur,à Themist. Atheniensium duce su-
perata est,& unius uiri prudentia Græcia liberata,Europæque
succubuit Asia. Victoria autem illa Marath. conferri potuit.
quoniam ut apud Matath.parua manu militum ingentes Da-
rij copiæ profligatæ sunt,sic apud Sal. paruo nauium numero
maxima post hominum memoriam,classis deuicta, est proxi-
ma Atticæ insula est Salamis sta. 70.uel 80. in longũ porrecta,
& ad austrum obuersa. [Platæis] Bœotiæ urbs fuit Platææ,
apud quã Mardonius Satrapes Xerxis regis, & gener, natione
Medus,& manu fortis,& consilijs plenus,à Pausania,& Aristide
Lacedæmoniorum dub.cum 200.milib.peditum,& 20. millib.
equitum,superatus cũ paucis aufugit.[Thermopylis]Ad exitũ
Metæ montis Thermopylæ sunt, & ad erumpentem Peneum,
de quibus cum alij,tum Herodotus multa, illic Oetæ cacumẽ
attollitur, & in rupes acutas præruptas, præcipitesq; finitur,
paruumq; & angustum uiatoribus,à litore Locros petẽtibus,
& ex Thessala uenientibus derelinquit transitum, pylas.i. por-
tas & angustias uocatum,atq; Thermopylas, quoniam propè
sunt thermæ,hoc est aquę calidæ,Herculi consecratę, has an-
gustias Leonidas Spartanorum rex, cum 4. millibus armato-
rum occupauit, ut Xerxi, qui decies centena millia militum
ducebat transitum negaret. Quatuor diebus contra tot ho-
stium copias pugnatum à paucis est, cumque à 20. millib.ho-
stium summum montis cacumen teneri Leonidæ nunciatum
esset,socios dimisit.Socij Lacedæmonij remãsere,fuere autem
omnino sexcenti,castra 500.milliũ cum rege suo irruperunt,
prælium à principio noctis in maiorem diei partem protraxe-
runt,& omnes tandem,cum multas cædes edidissent, non ui-
cti, sed uincendo fatigati inter ingentes stratorum hostium
cateruas occiderunt. [Leuctris]Leuctra in Bœotia sunt uicina
Platæis,& Thespijs,hoc in loco ingẽti prælio superata sunt ab
Epaminonda Thebanorum duce Lacedæmonij, & non solum
Thebæ ab interitu retractæ,sed uniuersa Græcia in libertatem
uendicata est, ipsi autem Lacedæmonij Græciæ principatum
quem adepti fuerant amiserunt, & recuperare postea nunquã
potuerũt.[Stratocles]Amissa classe,& exercitu Athenienses,at
que Lacedæmonij obsessi, cum longam famem tolerare non
possent,pacem petierunt,quæ sub certis conditionib.data est,
ijdem 30.rectores reip. suæ cõstituerũt,qui tyranni facti sunt,
cum ijs commissum est prælium,& deserti, suis fugientib. om-
nes à Stratocle sunt capti, sed non multo post suis redeunti-
bus omnes liberati. [Hinc Decij] Pater,& filius,qui pro uicto-
ria,& salute exercitus se deuouerunt.pater consul cum T. Mã-
lio Torquato bello Latino. Filius Q. Fabij collega bello Galli-
co,auct.Liu.lib.viij.& x.ab V.C.illic deuotionis ritum,& uerba
inuenies.[Hinc Cn.& P.Scipiones]Secundo bello Pun.Cn. & P.
Scipiones fratres in Hispaniam missi Asdrubalem uicerunt, &
Hispaniam suam fecerunt,multa & præclara contra Carthagi-
niẽses facinora gesserunt. Sed tristem tandem exitum tulerũt
à Magone Carthaginẽsium duce.cum toties propè exercitibus
cæsi,anno viij. postquam in Hispaniam uenerãt. [Hinc M.Mar
cellus] Hic ducem gallorum Briomatum singulari certamine
superauit,& Syracusas,expugnauit, quinq; consulatus gessit,
prætor Annibalis exercitum ad Nolam. ubi obsidebatur facta
eruptione prelio fudit, primusq; omnium, tot cladibus fessis
Romanis,meliorem spem belli dedit. insidijs tãdem Annibalis
circun-

ciruentus interijt. [Ipse P. R.] quo nullus unquã bellicosior, & tolerantior laboris, gloriæq; cupidior fuit. Declaratur autẽ, &c. Quantum Romanis rei bellicæ studium fuerit. in quo pręcipuè animi magnitudo ostenditur; statuis dicit declarari, quæ apud eos fermè omnes habitu fuerunt militari, id etiam nunc studiosis antiquitatis licèt cognoscere.

Intelligendum est autem, &c.] Postquam de duobus prioribus fontibus officiorum determinauit.s.de prudentia, & iustitia, incipit auctor determinare de tertio fonte .s fortitudine.& magnanimitate. Est autem ordo. Autem, pro sed, intelligẽdũ est.i. scire, & intelligere oportet, cum.s. ita sit, quod sint quattor genera causarum, ex quibus honestas, & officium manaret.i. efflueret & oriretur, sint proposita in diuisione.s.honesti supra posita, illud sup. uideri splendidissimum, quod factũ sit an.mo magno, & elato, q; ,pro,&, despiciente.i. uilipendẽte res humanas. Itaque.i. etiam ideo in prõptu est.i. parabile est, & facilè inuentu maximè si in probris.i. uituperijs, & exprobrationibus potest dici tale quid, quale.s.sequitur, quod ex Ennio sumptum est. Vos iuuenes geritis animos muliebres.i. effœminatos, & molles. Illaque uirgo .i. fœmella iuuenis gerit sup. animum uiri, & ita utriq; peruertunt officium. Et si quid sup. est eiusmodi, quale.s.est hoc Salmaci, &c. Ordo est: Tu das spolia Salmaci.i. illi fonti eminenti in Caria sine sanguine, & sudore, hoc est tu finis te ab illo fonte qui uiros in semiuiros uertit, uincit sine luctamine, & ita esset datiui casus sine cremẽto, nec obstat quantitas syllabæ uitimæ, quia sæpè corripitur etiã in datiuo, ut apud Stat. in Ach. Palladi littoreæ celebrabat scyros honorem Fortè die. Fœcundior tamen, & approbatior est sententia, ut sit uocatiui casus hoc ordine, O Salmaci .i. ò tu mollis, ut Salmacis nympha, tu das spolia.i. sinis te spoliari sine sanguine, & sudore.i. sine reluctamine. Cõtra.i. & contra.i. econtrario sicut molles, & muliebres reprehendimus, ita nos laudamus quasi pleno ore.i. sine fortitudine de reprehensione formare uerbum nescio quomodo .i. qualiter sup. id contingat ea quæ sunt gesta magno, & elato animo fortiter, & excellenter, hinc.i. ex hac re, & cãpus.i, ampla, & capax materia rhetorum.i. eorum qui declamationes proponunt. De Marathone campo .s. in quo Athenienses contra Xerxẽ fortiter pugnauerunt, de Salamina insula .s. in qua iidem eundem uicerunt. De Plateis oppido Bœotiæ ubi Pausanias, & Aristides uicerũt eundem Xerxem regẽ Persarũ. De Thermopylis loco in angustijs. Thessaliæ, ubi Lacedæmonij à Persis occisi sunt. De Leuctris oppido Bœotię, ubi Epimanondas Thebanus Lacedæmonios uicit De Stratocle illo Athenarum duce fortiter pugnare solito. Hinc, ex hac re, quia magnanimi laudari cõsueuerunt, Decii sup. excellunt magnitudine animi: quia duo Decij pater, & filius diuersis pręlijs, & temporibus pro salute exercitus, & per cõsequens totius reip. Romanorum se deuouarũt .i. cũ uoto addixerunt morti. Hinc Cn. & P. Scipiones, quorum alter Carthaginẽ tributariã fecit, alter deleuit sup. excellũt, &c. Hinc M. Marcellus, qui tertia opima spolia Ioui Feretrio retulit. Hinc sup. innumerabiles alij, & maximè ipse P.R. Autem, pro sed, studiũ bellicæ gloriæ.i. uehemẽs animi applicatio declaratur in Romanis, quod.i. quia nos uidemus quã.i. etiã statuas in publico s. egregijs uiris erectas, ferè.i. quasi ornatu militari.i. quo milites ornari solent, & debent.

ARGVMENTVM.

Fortitudinem si ab honestate recedat, nomen suum amittere.

SED ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si iustitia uacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in uitio est. non enim modo id virtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. itaque probè definitur à Stoicis fortitudo, cum eam uirtutem esse dicunt propugnantem pro æquitate. quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consequutus est, insidijs, & malitia laudem est adeptus: nihil enim honestum esse potest, quod iustitia uacat. præclarum igitur Platonis illud: Non solum, inquit, scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda; uerum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Itaque uiros fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus, quæ sunt ex media laude iustitiæ. Sed illud odiosum est, quòd in hac elatione, & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur, vt.n. apud Platonem est, omnem morẽ Lacedæmoniorum inflammatum est cupiditate uincẽdi. sic, ut quisque animi magnitudine maximè excellit, ita maximè vult princeps omnium esse, vel potius solus esse. difficile autẽ est, cum præstare omnibus concupiueris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria. ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se, nec ullo publico, ac legitimo iure patiantur. existuntq; in rep. plerunque largitores, & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur, & sint vi potius superiores, quàm iustitia pares. sed quo difficilius, hoc præclarius. nullum.n. est tempus, quod iustitia uacare debeat. fortes igitur, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. uera autem, & sapiens animi magnitudo honestum illud, quod maximè natura sequitur, in factis positum, non in gloria iudicat, principemq; se esse mauult, quàm uideri. etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non est habendus. Facillimè autem ad res iniustas impellitur, ut quisq; est altissimo animo, & glorię cupido. qui locus est sanè lubricus, quod uix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq; additis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

PETR. MARS.

SED ea animi elatio,] Posita fortitudinis commendatione, ponit eam animi elationem, quæ in uitio est, nec potest dici uera fortitudo, sed quædam audacia, & immanitas. Vnde opus est fortem habere alias uirtutes. [Animi elatio] Magnanimitas in periculis subeundis, & laboribus. [Si uacat] Si est sine iustitia. [Non pro cõmuni salute] Ad utilitatem reip. sed pro priuatis utilitatibus, ut fecit Cæs. cui adimit fortitudinis laudem, quoniam non ad communem utilitatem, sed ad suam fuit fortis, & magnanimus. [In uitio est.] Non meretur laudem ueræ fortitudinis, sed uitio ascribitur non uirtuti, quoniam est cõtra iustitiam. Fortitudo, inquit Amb. est uelut excelsior ceteris, sed nũquã incomitata uirtus. [Nõ.n.] Probat id. quod dixit. [Id] Pugnare pro suis commodis, ut fecerat Cæs [Non est uirtutis] Non pertinet ad uirtutem. [Immanitatis] Feritatis, & sæuitiæ. Nã ruit in uetitum animus elatus, non habet alias uirtutes, & maximè iustitiam, & ut ostendat uerum id esse, quod dixit, affert diffinitionem Stoicorum de ipsa fortitudine. ipsa .n. diffinitio declarat, quæ uis uerbo subijciatur. Ideo Arist. ut dictum est j. Moral. dicit, enitendum est autem singula pertractare, ut suapte natura percipi possint, & adhibenda est diligentia, ut bene diffiniantur; nam magnam ad ea quæ sequũtur afferunt opẽ. principium.n. plusquam dimidium totius esse uidetur, & eorum, quæ quæruntur per ipsum fieri manifesta. [Repellentis] Reijcientis, & ab omni humanitate alienæ. [Itaque] Igitur cũ ita sit ut animi elatior, quæ pro suis commodis pugnat, sit potius immanitas quam uirtus. [Probè] Rectè, & bñ. [Definitur] Præscribitur, & declaratur, quid sit propriè fortitudo, sic etiã ab alijs Philosophãtibus diffinitur. [Fortitudo] Est cõseruatio stabilis iudicij in his rebus, quæ formidolosè uidẽtur subeũdis, & repellendis, & fortitudo est rerum perferendarum sciẽtia, uel affectio animi in patiendo, summæ legi parens sine timore. Stoici dicebant fortitudinem cẽ uirtutem pugnantem pro æquitate. Vñ nemo dicendus est fortis, qui malitia, & insidijs gloriam adeptus uidetur Nec potest dici fortis qui iniustè uincit, cũ ipsa fortitudo pugnet pro iustitia sine qua nihil potest

potest esse honestum,& probat Cic. sententiam suam auctoritate Plato, qui scripsit in epitaphio animum paratum ad pericula potius pro sua vtilitate, quam cõmuni, audacem esse appellaudum, & non fortem. & sic innuitur ipsa exuperatio, de qua dictum est. Quoniã nulla est uirtus, quę non habeat æmulam,& falsam sui imaginem, vt auctor est Plato in dialogo, qui inscribitur Gorgias. Audacia .n. est falsa imago fortitudinis, nam audax videtur fortis, sed non est, & adulatores videntur oratores, cum conantur persuadere. & sic in omnibus artibus, & uirtutibus, quæ sunt mediocritas inter plus,& minus. vnde dicit Seneca. Eris magnanimus, si pericula non appetas, ut temerarius, nec formides, ut timidus. Nam nihil timidum facit animum, nisi reprehensibilis uitæ conscientia. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse nec audacem. Arist. in 3. Moral. ponit quinque genera hominum, qui uidentur esse fortes, cum non sint, sed habent quandã falsam fortitudinis imaginem. Vere.n. fortis sponte subit pericula,& certo cõsilio ꝓꝑ ipsam.s. honestatem pugnat pro salute communi. Hi, qui aut metu reprehẽsionis, aut uerberibus, aut uoce incitati, aut ira, aut ignoratione periculorum ducti pugnant, fortes nõ sunt. Lege Arist. qui de his rebus agit diffusius. [Igitur] Cum talis debeat esse fortis,& talis sit fortitudinis diffinitio. [Præclarum illud] Sententia illa illustris, & laude digna. [Calliditas] Versutia. [Animus] Fortis,& elatus, qui pericula non curat, omniaq; spernit. [Paratus ad periculum] Qui facilè cõtemnit pericula,& mortem. [Audaciæ] Quoniam audax est simulator. [Fortitudinis] Non fortis, ut dictum est. Fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est, inquit Ambr. quo.n. ualidor est, eo erit promptior, ut inferiorem opprimat. [Sua cupiditate] Sui commodi causa. Verba Platonis in epitaphio hęc sunt. oportet uos uerborum nostrorum memores siquid aliud exercere, sciẽtes absq; uirtute actus omnes possessionesq; turpes esse ac malas, diuitiæ nanque splendorem asserunt nullum, eas cũ ignauia possidenti: neque.n. sibi hic, sed alteri parat, possidetq; diuitias, neq; forma corporis atque robur timido ac paruo, cũ insunt, decorem pręstant, præterea scientia quæuis remota iustitia, aliq; uirtute, non sapientia, sed calliditas esse videtur, quapropter omni studio, diligentiaq; contendit, ut nos,& maiores nostros uirtutis gloria superetis. Itaq; cõcludit viros fortes, & magnanimos debere esse bonos, & simplicis ueritatis amicos, quod esse non potest, nisi quis sit iustus, quoniã à iustitia, ut dictum est, boni viri nomine. [Quę] Vt aliquis simplex minimè fallax,& bonus, ob hæc aliqui iustitiæ laudem merẽtur, quia boni sunt,& ueri. Iustus.n. nunquam mentitur, nunquam decipit, quæ si uir fortis non habet, fortitudinis nomẽ, & laudem non meretur, quæ ut diffinitur à Stoicis pugnat ꝓ æquitate, [Sed illud odiosum] Quæritur Cic. quod in forti animo,& magno facillimè innascatur quædam pertinacia,& cupiditas, ut uelit esse primus, ut de Cæsare dici poterat. cuius eminens animus nunquam quieuit, donec ad summum gradũ cum aliorum iniuria ascendit. Vnde fortis appellandus nõ est, quoniam iustitia uacabat. [Odiosum] Molestum,& ægrè ferẽdum. [Pertinacia] Est conatus animi ad rem, quam iure assequi non debemus. Varro ait, In quo nõ debet pertendi, & ꝑtendit, pertinacia est Fortis igitur animus, & magnus sine iustitia pertendit ad ea, quæ non debet, cupitq; illicita. Plat. ut repetit Plut. in uita Coriolani, sociam fortitudinis pertinaciã appellabat. [Principatus] Vt primum locum in ciuitate obtineat,& probat hoc auctoritate Plato qui scripsit omnem institutum Lacedæmoniorum esse ut ipsi uincerẽt, sic illi qui magnitudine animi excellunt, uolunt esse principes, nisi à iustitia contineantur. Plato in eo dialogo, qui Laches de forritudine inscribitur sic ait, Lacedæmoniis nil aliud curæ est in omni uita quam ita se in omnibus præparare, ut bello cæteros omnes superarent. Nam Lacedęmonij fortissimi fuerunt. dum Lycurgi leges uiguere, de quibus Cic. ait in 2. disputatione Tusc. Leges Licurgi laboribus erudiunt iuuentutem uenando, currẽdo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Spartæ uero pueri ad arã (& intellige, ut lector ad arã Dianæ, ut auct. est Plut.) sic uerberibus accipiuntur, ut multus è uisceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam anima, ut cum ibi essem audiebam, ad uocem quorum non modo nemo non exclamauit vnquã, sed ne ingemuit quidem.& paulo post dicit, Itaq; illi qui Græcię formam rerump. dederunt, corpora iuuenum formari labore uolueruut, quod Spartiatæ etiam in fœminas transtulerunt, quæ cæteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occultantur, illi autem uoluerunt nihil horum simile esse apud lacænas uirgines, quibus magis palęstra, sol. puluis, labor militia in studio est quã fertilitas barbara. Lacedæmonij suos infantes frigida fouebant aqua, ut essent robustiores,& Lacenæ mulieres euntibus filijs ad bellum, porrigebant clypeũ dicentes, aut cum hoc, aut super hunc.i. aut redi uictor cum hoc clypeo, aut super hunc mortuus referaris. & quædã mulier cũ audiuisset filium in pugna cecidisse, dixit, Iccirco eũ genuerã, ut esset is qui pro patria non dubitaret occũbere. Lacedæmonij, inquis,& Sen. Liberorum experiũtur indolẽ uerberibus admotis, ipsi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorũ fortiter perferant,& laceros ac semianimes rogant perseuerãter vulnera præbere vulneribus, huius diflagellationis: sic .n. appellat Plut. in Apoph. meminit Papin. in Theb. dicens, Laudataq; uerbera matri. [Omnem morem] Disciplinam, educationis consuetudinem,& institutum in exercendis iuuenibus. [Inflãmatum] Accensum ad cupiditatem uictoriæ, quoniã illa educatio in laboribus, docebat ipsos uincere, & pati fortiter omnia quæ accidere possunt. [Difficile autem est] Ostendit quòd malum oriatur ex nimio appetitu principatus: deseritur.n. iustitia, sine qua boni uiri esse non possunt. [Aequitatem] Aequo, pari iure uiuere cum alijs, & nemini inferre iniuriam, ut uult ipsa iustitia. [Concupiueris] Optaueris contra rationem. Vnde concupiscentia, quæ est de his quæ sunt contra ęquitatem,& rationem. [Præstare alijs] Antecellere, & uelle primum locum habere,& primas partes in ciuitate, non seruatur æquitas, quæ propria est ipsius iustitiæ. [Ex quo] Propter hoc, quia uolunt alijs præstare,& principes esse inter suos ciues, nec uerentur facere cuipiam iniuriam,& etiam patriæ. [Vinci se] Ab aliis.s. intercedentibus,& contra sentientibus [Disceptatione] Verbis,& rationibus. [Publico] Publicè instituto per ciues, & sic intelligitur ius non scriptum, quod usus comprobauit. Nã diuturni mores, ut inquit Iustinia. consensu gentium comprobati legem imitantur. hoc ius manauit à Lacedæmonijs, quoniam Lacedæmonij, atque Cretenses, ut auct. est Ios. lib. 2 de antiq. Iud. non uerbis, sed re atque consuetudine suos instituebant. Athenienses autem,& ceteri penè Græci, omnia quæ facienda essent, uel non, legibus iubebant, re autem atq; opera ad consuetudinem bene uiuendi rem ducere homines neglexerunt [Legitimo] Quod est scriptum, & mandatum legibus. Nam ius scriptum, ut dixi, est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratuum edicta,& responsa prudẽtũ, Et hoc ius manauit ab Atheniensibus. Illi, inquit Cic. qui talia concupiscunt, non uincuntur publicis moribus ciuitatis aut legibus, sed omnia ad libidinem faciunt, ut alijs præstent, quẽadmodum fecit Cæs. qui omnia iura diuina,& humana uiolauit, ut solus esset qui alijs imperaret. Vnde ab æquitate discessit, quo nil ab optimo ciue debet esse alienius. Cæsar etiã antequã rerum potitus esset, leges uiolabat, & publicos mores, & instituta Rom. erat.n. lex,& commune institutum, ut triumphum petiturus esset extra mœnia, & ꝙ quis consulatum petere non posset, nisi præsens comitijs interesset. Cæsar triumpho acto de Gallis, quoniam dies comitiorum instabat, ut utrunque assequeretur petijt, ut sibi absenti petere consulatum liceret,& quod sui absentis ratio in comitiis haberetur, quod erat contra publicum ius, & legitimum, sed cum negaretur, triumphum omisit, ne consulatu excluderetur. In ipso etiam consulatu multa populo gratificatus est, quæ erant contra publicos mores urbis,& leges. Existunt] Præter ea, quæ dicta sunt emergunt in ipsa rep. factiosi,& largitores, quorum omne studium est, ut fauore populi superiores sint, ut fecit Cæs. qui & campum Stellatem uectigalem,& maioribus consecratum diuisit, quibus voluit,& multis uariisq; largitionibus usus est, ut ad id, quod cupiebat, aliquando perueniret. [Largitores] Largitio est in malam partem ad captandos fauores, corrumpendaque suffragia, qua Cæs. sine aliqua supputatione pecuniarũ usus est [Factiosi] Factio est diuisio ciuium in diuersa studia. cum aliqui in ciuitate principes fieri conãtur, inter quos ęmulatio est, qui & factiosi dicuntur, cum quisque per fas, & nefas ad suam uoluntatem alios allicit, & clientelas sibi comparat. Hæc omnia à magno animo procedunt, sed à iustitia alieno. Vnde cauendum est ne ab illa discedatur, quod ferinum est atque immane. Scipio apud Cic. in 3. de rep. consensum iniustorum ciuium appellat factionem. Factio, ait: Non est malorum

hominum

hominum consensus.[Vt opes quā maximas] Sūmam poten-
tiam,& principatum.[Vi]Violentia,& cum iniuria aliorū po-
tius , quam æquo, & bono iure uiuere cum ciuibus. [Sed quo
difficilius]Occurrit tacitæ obiectioni. potuisset.n. dici, diffici-
le est cohibere impetum animi elati,& magna appetentis, qui
paratus est magis ad opes consequendas,& principatū , quam
ad æquitatem atq; iustitiā . Ideo dicit propter hoc esse præcla-
rum uiro forti seruare æquitatem , quoniam est difficile , cir-
ca quod ipsa uirtus uersatur.Socr. apud Plat.in dialogo qui in
scribitur Gorgias dicit,Quare feliciores certè sunt priuati prin
cipibus,nec tamen prohibet aliquid bonum uirum principem
esse,sed cum arduum atq; difficile sit in magna peccandi licen-
tia seipsum continere, magna laude dignum est , pauci tamen
inueniuntur.& in j. de Leg. sic ait, Primam, & optimam dico
esse uictoriam,ut seipsum quis uincat.Turpissimū uero quid-
dam,& pessimum, ut à seipso uincatur. [Sed quo] Quanto est
difficilius seruare æquitatem, & esse fortem , ipsamq; fortitu-
dinem adeptum esse. Hoc].i.tanto est præclarius ipsam uirtu-
tem attigisse, tandem elato animo ad iniustitiam impellente,
quoniam uirtus uersatur circa difficilia , cuius radices amaræ
sunt,fructus autem suauissimi,& habere habitū uirtutis diffi-
cillimum est,,& potissimum ueræ fortitudinis, quoniā elatus
animus uix potest iniuria abstinere . Et Ouid. dicit uirtutē tē-
dere in ardua, & circa difficilia uersari.fingitur in loco arduo,
& accessu difficili,sed quo fortunæ aspirare non liceat : cū.n.eo
uentū fueris, securi erimus,& fortunæ gladios temeritatemq;
ridere poterimus,ad omnia quæcunque acciderint parati. He-
siod. dicit.Quam facile innumeras uitiorum amplectimur ar-
tes. Haud procul illa habitant; breuis est uia, qua sit eundum
Est uia uirtutis contraria, sudor anhelus , Hanc sequitur , qui
se scopulosis ardua cliuis In longum protūpit iter , riget aspe-
ra primo Ingressu,leuis est postquā alta cacumina tangis.Eni-
tendum est igitur, ut uirtutem assequamur , qua nil præstan-
tius,nilq; optabilius homini esse potest:illa.n. similes deo nos
reddit,& ad illam cœlestem patriam reducit,quæ hominū finis
ultimus est. Inter bonos uiros , inquit Sen. ad deum amicitia
est conciliante uirtute, Vt igitur finem nostrū consequamur ,
uirtutes colendæ sunt, & sic uiuendū, ut de præterita uita glo-
riari possimus,& tandem in deo quiescere,quod optimo cuiq;
contingit. Et ait Cic. Nullum esse tempus,quod iustitia uaca-
re debeat.i.nullam esse temporis conditionem, & nullam par-
tem officij,qua quis dēat à iustitia discedere,eiusq; præscripto
etiam si omnia optata consequi posset, quæ tamen ab æquita-
te seiuncta sint, quoniam nihil est utile, quod non est iustum,
[Fortes igitur] Concludit docens, qui sint propriè appellandi
fortis,& magnanimi.[Sed propulsant]Neq; inferenda, sed pro
pulsanda iniuria lex uirtutis est:qui.n. nō repellit à socio iniu-
riam si potest, tam est in uitio, quam ille qui infert. Non igitur
in uiribus corporis,inquit Ambr. & lacertis tantummodo for-
titudinis gloria est, sed magis in uirtute animi. Cauere magis
debes,inquit Plat. ne lædas quam ne lædaris: omnes.n. studere
debent non,ut boni uideantur, sed ut palam,& in occulto bo-
ni sint. [Vera autem]Nunc dicit quid sit proprium ipsius ma
gnanimi prudentis. Et sapiens] Prudens qui cognoscit quid op-
timum sit,& est cum uirtute, quoniam aliter diceretur quędā
superbia,& immanitas,[Illud honestum]virtutis laudem. [Se-
quitur natura] Quoniam ut supradictum est , natura abhor-
ret à turpitudine, & honestum sequitur,& appetit, deditq; se-
mina,& igniculos, quib. ad illud perueniri posset. Maiore igit
animo fructus honestatis reponitur in factis quam in gloria ,
aut fama populari debemus honesta facere , non propter hoc
ut laudemur, sed quia honestum est ita facere. Laus , & gloria
sequuntur etiam si non appetantur . Nunc de magnanimitate
dicenaum est:locus.n.exposcit,ut hæc omnia melius intelligā-
tur , & plana fiant omnibus . Magnanimitas uersatur circa ma-
gnos honores , ut ipsum nomen declarat . Magnanimus est is,
qui se putat dignū magnis honoribus cum sit studiosus , quia
hoc cōuenit ei ratione uirtutis, cui non possunt satis digna p̄-
mia dari,quæ maxima meretur,qui pro dignitate id non facit,
stolidus est , & data una uirtute morum,datur prudentia,quæ
exterminat omnem stoliditatem . Qui paruā habet perfectio-
nem paruaq; meretur,& his dignum se putat,modestus est,at
non magnanimus . Ille autem, qui est indignus,& magnis ho-
noribus se dignum putat,exuperat,& est in uitio. exuperat au-
tē seipsum,at nō magnanimū , diciturq; græcè χαῦνος inhiās
& uastus latinè . Pusillanimus autem deficit , quoniam cū ha-
beat uirtutes non existimat se magnis honoribus dignum , &
est deterior illo qui exuperat,quamuis in ipso sit uirtus,& ma-
gnanimus , est uir optimus, quia est optimis dignus , ut sunt
honores,qui deo tribuuntur.Melior maiora semper meretur,
& optimus maxima. Ergo uir magnanimus ex præmio bonus
cognoscitur , quia omnia paruipendit . Nam , & nihil magnū
uidetur , & habet supremum cuiusq; uirtutis. Ideo difficile est
esse magnanimum, quia difficile est assequi uirtutes, propter
insitam uoluptatem , & nullo modo fugit aliquo timore du-
ctus,nec facit iniuriam, nec timet infamiam iniuria illatam cō
scius suæ bonitatis,& non dolet,cum non honoratur,nec mul
ta aggreditur,cui nihil magnum uidetur,honor est præmium
uirtutis,& bonis omnibus tribuitur,ut sunt magnanimi,& ip-
sa magnitudo animi est tanquàm ornamentum omnium uir-
tutum,nam ipsas efficit maiores. Magnanimus.n. ornat uirtu
tes,pusillanimus autem imminuit,qui putat se indignum , cū
habeat uirtutes.Et magnanimus honoribus, qui magni sunt ,
& à studiosis hominibus offeruntur modestè lætatur , tanquā
adeptus honores uirtuti suæ accommodatos,vel minores,nam
cumulatæ uirtuti nullus honor satis dignus haberi potest, sed
honores ab imperita multitudine oblatos spernit,cum illis di-
gnus non sit,sed maioribus:imperiti.n.non indicant,nec id fa-
ciunt ratione uirtutis, & cum magnanimus in periculo uersa-
tur, uitæ non parcit suæ,& putat non esse uiuendum,nisi cum
gloria,& decoro . Magnanimitati pusillanimitas opponit̄ ma-
gis,quam inhiatos ad omnes honores , quia plures sunt pusil-
lanimi,& illud est maius malum,quod est magis commune.est
etiam talis ipse magnanimus,inq t Arist.ut magis res pulchras,
& sine fructu,quam utiles possideat. Nam res sine fructu osten
dit possessorem esse opulentum, & indicat quandam sufficien-
tiam.magnanimi etiam est inter magnos magnum se ostende-
re,inter humiles autem,& infimæ fortunæ homines mediocrē
& affabilem. Tales.n. superare , magnanimo, qui circa magna
uersari debet,indecorum est,unde uituperantur illi , qui cum
sint inter imperitam multitudinem, philosophantur , & docti
uolunt uideri,inter doctos autem obmutescunt . Et magnani-
mi est aut amare, aut odisse palam, & ueritatem dicere , & lo-
qui palam,& agere . Ipse .n. magnanimus contemptor esse ui-
detur,& uera loquitur propter uirtutem,quam habet,quæ ue
ritas est,& ipse nunquàm faceret contra suam naturam . Nec
nō ipsius magnanimi incessus debet esse tardus,& uox grauis,
& compositè loqui:non.n. properat is, qui nihil existimat ma-
gnum,talis,est ipse magnanimus [Non in gloria].i non putat
esse honestū, quia laudetur ab imperita multitudine , & quia
gloriosum uideatur laudari ab alijs, sed quia naturaliter est
honestum cum sit. plures sunt,qui potius uolunt uideri boni,
& non esse, quam esse,& non uideri. Vir autem magnanimus,
& factis honestatem cupit,non ex opinione hominum, & lau-
datione populari.[In factus]In rebus,quæ fiunt cum uirtute,
quam amamus,& expetimus propter se, nō propter gloriam ,
& hominum existimationem.[Principem]Primum i. uult po-
tius laudanda facere,& nō laudari,quam factorum (quamuis
mereatur)laudationes accipere.nam in factis non in gloria pu
tat esse illud honestum,ad quod natura impellimur. Plato in
ij.de rep. dicit, Non ut uideatur iustus , generosus uir iustitiā
colit:si.n quia iustus uideatur honores quispiam adipiscitur ,
incertum fit utrum propter uirtutem,iustitiam sequatur , an
propter honores. Vnde dicit Pli.Gloria sequi, non appeti dēt ,
& probat hoc Cice. dicens , Nam qui laudari vult ab imperita
multitudine,non est habendus magnanimus , & sapientem ex
insipientiū laude turgere turpissimum est.& magnanimus oīa
facit honestatis causa , non famæ, aut gloriæ, quam qui appe-
tunt ad res iniustas aliquando impelluntur , & pauci sunt qui
gloriam tanquàm mercedem rerum gestarum non quærant ,
& ideo pauci sunt verè magnanimi.[Principem] Primum uirtu
te,& omni laude dignum,quam ita haberi æstimatione vulgi ,
quod probat à contrario dicens,Etenim qui curat opinionem
hominum,non ipsam uirtutem, non est magnus , quod illud
est naturæ magni uiri contrarium,qui nihil curat præter ueri-
tatem,& uirtutem.[Pendet]Arbitratur ueram gloriam uirtu-
tis cōsistere in opinione imperitorum hominum,qui iudicare
non possunt , & errore ducuntur . Vnde magnanimus spernit
laudationem imperitæ multitudinis , & totus ex seipso pēdet
.i.in seipso ponit oīa,& uirtute,quam habet.[In magnis uiris]

In

In numero magnorum uirorum. [Vt quisque] Quanto quisque. [Altissimo animo] Forti, & cupido gloriæ, quod ad magnanimũ pertinet, qui circa magnos honores uersatur. [Qui locus est lubricus] Cum quis est altissimo animo, & gloriæ cupido, hic inquam locus est lubricus, quoniam in ipso pauci cõsistunt ut oportet, sed labuntur, nec seruant id, quod magnanimum decet, qui gloriam spernit, & famam vulgi, & æstimationem contentus benefecisse. Lubricus locus est in quo non possumus consistere aut ingredi, ut sunt herbæ sanguine perfusæ, marmora leuia, & lapides humore aliquo conspersi. Adolescentia etiam dicitur lubrica, quoniam qui in ipsa sunt facile labuntur, & fiunt deteriores ipso magnanimo. omnia, inquit Plato. lib. 6. de rep. magna lubrica sunt, & bona re ipsa difficilia. Cum tibi. alludit uitæ prosperitati, inquit Sene. tunc te uelut in lubrico retinebis, ac sistes, nec tibi dabis impetus liberos, sed circunspicies quo eundum sit, uel quousque. [Adiit] Qui pericula adiuit, ut decet magnanimum, & qui passus labores est, & omnia ille, quæ vir fortis, & magnus præstare patiq; debet. [Mercedem] Quoniam honor, ut dicebam, præmiũ est ipsius magnanimi. [Gloriam] Laudem ex opinione populi. pauci sunt qui hanc gloriam spernant, quoniam uidetur esse merces rerũ gestarum, vnde dicit idem Cic. in oratione pro A Licinio, trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. ipsi illi philosophi etiam in illis libellis quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, in eo ipso in quo prędicationẽ nobilitatemq; despiciunt, prædicari se ac nominari uolunt: Nulla. n. inquit uirtus aliam mercedem laborum periculorumq; desiderat, præter hanc laudis, & glorię, qua quidem detracta iudices, quid est quod in tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus?

SED ea animi &c.] Laudari quæ magno animo gesta sunt inquit, solere. Et multa eiusmodi tum Græcorum, tum Latinorum commemorauit. Sed ne quis fortasse decipiatur, non omnia quæ fortiter geruntur laudem mereri dicit. Et qui absque ratione pericula, & res arduas aggrediuntur, & cõtra iustitiam, non pro cõmuni utilitate, sed pro commodis proprijs pugnant, fortitudinis nomen mereri non posse. Multi autem sunt qui cum reuera non sint, fortes uidentur, ut qui per iram ceu hostiæ in percussores feruntur, ut qui per dolorem pericula adeunt: Qui. n. per hæc agunt pugnaces sunt non fortes: nõ n. pro decoro, neque cum ratione, sed perturbatione animi agunt aliquid, tamen habentur similes fortibus. Nec etiã qui propter fiduciam sui audent, fortes sunt. Nam consuetudine uincendi fiduciam in periculis susceperunt. In quo tamẽ fortibus similes sunt, quod utrique pericula contemnunt. Sed in hoc differunt, quod fortes, quoniam oportet, ut oportet, & in quibus, quantunq; oportet, illi uero quòd superiores se forte sperant, nec sibi resisti posse. Sed ebrij quoque tale aliquid faciunt, cum uero adsunt pericula fugiunt. Viri autem fortis est (ut ante diximus) quæ hominibus terribilia uidẽtur, & sunt, ea subire, quia decorum sit ita facere. [Si iustitia uacat] Non est fortis (ut ait Arist.) qui pro suis commodis, sed qui cõmunis utilitatis causa pericula aggreditur, & qui auri, aut domãdi cupiditate rapitur, furenti similior est, quam forti: sic. n. & feræ uulneribus acceptis, aut impellente fama in pastores, canesq; feruntur. Hinc illud est Poetæ: Sic animis iuuenum furor additus, Inde lupi, ceu raptores atra in nebula, quos improba uentris Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti, Faucibus expectant siccis. [Immanitatis] hoc est maximè turpitudinis, quæ omnino naturam excedit. Quid uero sit immanitas, superius declaratum est.. [Propugnantem pro ęquitate] Stoicorũ diffinitione ostendit non esse fortem, qui pro suis commodis non pro communi utilitate pericula, & res magnas, ac difficiles aggreditur. Nam si fortitudo uirtus est pro æquitate pugnans, & æquitas iustitiæ coniuncta est, non potest, qui iustitia caret fortis esse. [Insidijs, & malitia &c.] Contra naturalem iustitiã est insidiari, aut malitia quenquam circunuenire. cum autem fortitudo esse non possit, si iustitia caret, non esse fortem, qui insidijs, & malitia utitur, manifestè apparet. [Pręclarum &c.] Platonis utitur auctoritate ad id comprobandum quod dixit. Plato. n. similitudine utitur, ut quæ uera fortitudo sit, patefaciat, in lib. de rep. in quibus introducit disputantem Socratem, inquit: Callida legum interpretatio non est iustitia, sed malitia potius, sic qui pericula pro sua utilitate non pro communi subit, non est fortis, sed audax, qui est in uitio, quoniam discedit à medio, ubi sita est uirtus. Idem in Dial. qui inscribitur Gorgias: Nulla, inquit, est uirtus, quæ æmula, & falsam non habeat sui imaginem. Nam audax fortis videtur, & non est, & adulator videtur orator, à quo plurimum abest. Sed dicet quispiam, ergo pro commodis proprijs pugnare non licet, ut pro salute, pro re familiari contra fures, aut prædones defendenda, licet quidẽ, & recte fit Sed hoc intelligitur si nulla honesta subsit causa, & contra iustitiam non fiat, nam cum uis ui repellitur, contra iustitiam non fit. Item ad res bellicas refertur, quæ non pro commodis proprijs, sed pro communi utilitate suscipi debent. [Itaque] Concludit Cic. & qui uere fortes intelligẽdi sint, ostendit. [Ex media laude iustitia] Quia iustitiæ est non uti fraude, quod uulpeculæ est, sed ui, quæ est leonis. [Sed illud odiosum est] uitium ostendit quod in animorum elatione ac magnitudine plerunque existere solet, ut in appetitione principatus pertinaces sint, & superiores omnibus esse uelint. qui uero huiusmodi sunt, ij (quemadmodũ superius dictum est) seruare non possunt sanctam societatẽ. [Pertinacia] Vitiosa immoratio. Nam cũ in eo pertendimus, in quo pertẽdẽdum non est, pertinacia uocatur, Auct. Var. qui autem pertinax, is audax, qui audax, arrogans, qui arrogãs superbus est. [Vt enim apud Platonem est &c.] Plato in Dial. de Leg. omnes, inquit, Licurgi leges omnem Lacedæmoniorum morem eo spectare, ut uincerent. Cic lib. 2. Tusc. quæst. Leges Licurgi laboribus erudiunt iuuentutem, uenando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando, & apud Lacedæmonios quisque fortior erat, eo dignior principatu iudicabatur, efficiebatur itaque, ut cupiditate uincendi oẽs inflammarentur, sicut inquit Lacedæmonij, quod Plat. scr. omnẽ morẽ habent inflammatum cupiditate uincendi, sic vt quisq; &c. [Difficile autẽ est] Hoc ita esse, ut tradit, facilè est cognoscere. magnanimitas proxima est fortitudini, non tamen idem. Nam fortitudo mediocritas est in metuendo, & audendo, magnanimitas uerò circa magna uersatur, quod ex ipso nomine apparet, est ergo magnanimus, qui magnis se dignum putat, cum sit dignus, nam si indignus esset, & se magis dignum putaret, insipiens esset, nullus autem uirtute præditus est insipiens, magnanimus talis est, non est igitur insipiẽs, qui uero paruus est, & se paruifacit modestus est, sed nequaquam magnanimus cũ in magnitudine magnanimitas consistat, qui se magnifacit cũ indignus sit tumẽs, qui minoris quem mereatur, se existimat, pusillanimus uocatur, & est magnanimus magnitudine quidẽ summus, eo autem quod oportet inter pusillanimum, & tumen tem medius. omnia autem agit magnanimus ratione finis, ad quem, ueluti ad maximum omnium æternorum bonum opera tiones suas dirigit, maximum uero bonũ illud intelligitur, unde dijs tribuitur, & i. honor omnium rerum præclarissimarum, & uirtutis precium. cum itaque honoris gratia oĩa agat magnanimus, difficile ei est æquitatem seruare. Nam dum nimium honorem affectat, omnibus anteire studet, & sic ea sæpe agit, quæ agenda non sunt. Quare magnanimum bonũ oportet esse, & in unaquaq; uirtute magnum, & quemadmodum non conuenit magnanimo cedere lacessenti, ita turpe illi est iniuriam facere. Deniq; nisi bonus sit magnanimus, & hoc iustus (nam qui bonus, idem iustus) omnino ridiculus uidebitur, quoniam honorem non meretur. qui paruus est, cum & bonis tribuatur, & sit uirtutis præmium. Arist. quoq; difficile dixit esse uerè magnanimum esse, cũ absque accumulata probitate non possit. [Aequitatem seruare] Vt nihil sine ratione faciat, ut suæ utilitatis, aut honoris gratia nemini noceat, & in omnes, ut oportet, & decẽs est, æquus sit. [Quæ est iustitiæ maximè propria] Hoc uerum esse superius est ostensum. [Ex quo fit] Cum sic se res habeat, ut difficile sit seruare æquitatem. [Disceptatione] Litigio. Disceptare. n. litigare est, quasi diuersa capere. [Nec ullo publico] Aut naturæ, aut gentium. [Legitimo] quod scriptum est, & ciuile appellatur, uinci patiantur. Magnanimi est (ut ait Arist.) neminem præcari, aut certè uix, obsequi uerò promptè, & erga homines in dignitate ac diuitijs constitutos magnum se gerere, erga mediocres uerò conuenientẽ. Nam illis quidem superiorem esse arduum est, ac gloriosum, ita uerò facile, & inter illos amplum gerere non ingenerosum est, inter humiles uerò graue &c. [Existunt &c.] Omnis uerè magnanimus bonus est, & tantum appetit honoris, quantum meretur, neque uulgi opinionem sequitur, sed ad honestatem

ſemper reſpicit.Sed qui magnanimi verè non ſunt,eã excedũt, & plus appetunt,quam oportet. Qui virtute non nituntur,ma lis artibus ad principatum aſpirant.Largiuntur enim,& ſtudia in ſe excitant multitudinis, vt vi non iuſtitia aſſequantur, qđ uolunt. Tales fuerunt Cæſ. Põp.& ante illos Marius,Sylla,Catilina,Clodius,compluresq; alij. [Largitores] qui ſine delectu dignis,& indignis largiuntur. Cum ciuitas in diuerſa ſtudia ciuium diuiſa eſt,aliqui ſe principes,& primarios efficere uolũt. Inter quos æmulatio eſt,Factio uocatur,& Factioſi,qui quam maximam poſſunt ciuium multitudinem ad ſe trahere conantur,qui clientes vocantur,ſibiq; per fas,& nefas cõciliate. [Sed quo difficilius.&] Virtus ſemper circa difficiliora exiſtit,vt ait Ariſt. quanto autem difficilius eſt,ꝙ cum honeſtate fit, tanto præclarius iudicatur.[Fortes igitur &c]Quoniam,inquit,nullũ tẽpus vacare iuſtitia debet,non ſunt fortes qui inferũt iniuriam,ſed qui propulſant, & rectè. Nã primum iuſtitiæ munus eſt, vt ne cui quis noceat,niſi laceſſitus:hic uero, qui non laceſſitus,ſed propriæ vtilitatis cauſa nocet, contra iuſtitiam facit, ſine qua eſſe fortitudo non poteſt. [Propulſant] vel alios defendendos,quos defendere debent,uel etiam ſeipſos,ſi fortè laceſſiti fuerunt.[Vera &c.]Qui verè fortis eſt, bonus ſit, ut diximus neceſſe eſt,qui uero bonus,is ſapiens,& nemo ſapiẽs niſi bonus. Sapientes autem acutos circa res agendas eſſe oportet,non autem doloſos,qui bonus eſt res veras videt, improbi iudicium perinde, atq; ægrotantium geſtus corrumpitur: ut .n.ægrotus,quæ ſaluti contraria ſunt pleruq; optat,ſic improbus,quæ mala ſunt,bona eſſe exiſtimat, & cupiditatibus inſeruit,fraudes,rapinasq; meditatur:bonus præterea conſcientia benefactorum contentus gloriam non admodum quærit. At uero improbus omnia laudis,& gloriæ conſequendæ gratia facit.[Ex errore imperitæ multitudinis.]Ex opinione uulgi,quæ corrupta eſt,& quæ mala ſunt,bona eſſe iudicat, atq; maximè reprehendendos maximè laudat.[Imperitæ.] Quæ dijudicare nequit,homine autem imperito nihil utiq; iniuſtius eſt, de eo qui ex ore pendet imperitæ multitudinis.Sic ait Sen.Illum populi fauor attonitum,Fluctuq; magis mobile uulgus aura tumidum tollit inani. [Qui locus eſt ſanè lub.] Hoc eſt in quo multi facilè labuntur,& peccãt. Nam lubricus locus eſt in quo nequeas inſiſtere, aut ingredi,quales ſunt herbæ perfuſæ ſanguine,marmora,lapidesq; humore cõſperſi terra glaciata, &c. huiuſmodi.[Quod uix inuenitur,&c.] Rõ eſt cur ſit lubricus, quia difficile eſt quenquã inuenire, qui ſola conſcientia uirtutis,& rectè factorũ contentus ſit.Nam ferine omnes rerum à ſe geſtarum mercedẽ gloriã deſiderant. Et in Tuſculanis ipſe ait Cicero. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad ſtudia, gloria.

SED ea animi elatio,&c.]Docet moderamen eſſe ſeruãdũ in elatione.i.extollentia animi.Ordo eſt:Sed ea elatio.i. extollentia,& erectio atque exaltatio animi,quæ cernitur in periculis,& laboribus ſi uacat.i.uacua eſt,& caret iuſtitia,quæ pro &, ſi ſuppugnat non pro cõi ſalute,ſed pro ſuis commodis.i.ſingulari utilitate aut cupiditate gloriæ, eſt in uitio .i. uituperanda eſt.Enim,pro quia,id.i.talem elationem animi habere, non eſt non modo.i.non ſolum uirtutis.i.non ſolum fit ſine uirtute, ſed potius ſup.eſt immanitatis repellentis.i.abijcientis, & amouentis à ſe omnem humanitatem. Itaque.i. & ideo fortitudo diffinitur,probe.i.approbatè,uel approbabiliter à Stoicis,cum .i. quando dicunt eam eſſe uirtutem pugnantem pro æquitate.Quo circa.i.quapropter nemo qui conſecutus eſt gloriã fortitudinis,eſt adeptus laudem.i. ueram laudationem inſidijs, & malitia.i.per inſidias,& malitiam. Enim pro quia, nihil quod uacat iuſtitia,poteſt eſſe honeſtũ. Igitur il.ſ. dictum Platonis, quod ſequitur,eſt præclarum .i. præcipuè clarum.qui ſup. inquit,quod non ſolum ſcientia,quæ eſt remota à iuſtitia eſt appellanda potius calliditas quàm ſapiẽtia,ucrũ etiã animus ad periculũ ſi impellitur ſua cupiditate non cõi utilitate, habeat .i.habere debeat potius nomen audaciæ.i.temeritatis eius,qui aſſiduè audet, quam fortitudinis. Itaque nos uolumus uiros fortes eſſe ſup.magnanimos eoſdem.i.& eos etiam eſſe bonos. iuſtos amicos ſimplicis ueritatis, & minimè fallaces,quæ.i.cuiuſmodi uirtutes ſunt ex media laude iuſtitiæ. Sed illud eſt odioſum.i.moleſtum,quod pertinacia,& nimia cupiditatis principatus innaſcitur facillimè in hac elatione, & magnitudine animi.Enim pro quia,ut.i.quemadmodum eſt .i. reperitur ſcriptum apud Plat. omnem more Lacedæmoniorum eſſe inflãmatum cupiditate uincendi,ſic ut quiſq; excellit maximè magnitudine animi, ita uult maximè eſſe princeps omnium, uel potius eſſe ſolus.ſ.in dominio.Autem,pro ſed,difficile eſt cum concupiueris, præſtare omnibus, ſeruare æquitatem,quæ eſt maximè propria iuſtitiæ. Ex quo.i. ex qua cupiditate præſtãdi fit, ut neque patiantur.ſ.cupidi ſe uinci diſceptatione.i.contẽtione uerborum,nec ullo iure publico ac legitimo. Et ſup.tales exiſtunt plerunq;.i.ut plurimũ largitores .i. largitiones copioſas facientes,& factioſi.i.factiones plurimas cõcitantes, ut conſequantur quam maximas opes, & ut ſint potius ſuperiores,ut ideſt per uiolentiam,quam partes i.æquales iuſtitia.i. ꝑ iuſtitiam. Sed quo.i. quanto difficilius eſt ſup. habere ueram magnanimitatem,hoc.i.tanto præclarius eſt.Nullum .n. tẽpus eſt,quod debeat uacare iuſtitia. Igitur illi ſunt habendi.i.reputandi fortes,& magnanimi,non qui faciunt.i.inferunt iniuriã, ſed qui propulſant. Autem,pro ſed,uera & ſapiens magnitudo animi iudicat illud honeſtum, quod natura maximè ſequitur eſſe poſitum.i conſtitutum in factis, non in gloria, & mauult .i.magis uult eſſe principem per uirtutem .ſ. quam uideri per ſimulationem.Etenim quia,certè hic qui pendet.i.dependet errorem multitudinis imperitæ,non eſt habendus.i. reputandus in magnis uiris.i.inter uiros magnanimos.Autem pro ſed.i.ſecundum quod quiſq; eſt animo altiſſimo.i.elatiſſimo, & ſupp. maximè cupido gloriæ,ita ſup. impellitur facillimè ad res iniuſtas. Qui locus ideſt,ſtatus, eſt ſanè.i.ualde lubricus,ita ſup.qđ uix inuenitur qui ſuſceptis laboribus, & periculis aditis, ideſt poſtquam ſuſcepit labores,& adijt pericula, non deſideret gloriam quaſi mercedem rerum geſtarum.

ARGVMENTVM.

Vera magnanimitas duabus in rebus potiſsimum ſita, in contemnendis cum proſperis, cum aduerſis, & in arduis rebus gerendis.

OMnino fortis animus,& magnus duabus rebus maximè cernitur: quarum in una rerum externarum deſpicientia ponitur, cum perſuaſum ſit nihil hominẽ, niſi qđ honeſtum,decorumq; ſit,aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq; neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbere.altera eſt res, ut cum ita ſis affectus animo,ut ſupra dixi,res geras magnas illas quidem,& maxime vtiles.ſed,vt vehementer arduas,plenasq; laborum, & periculorum, tum cauſa uitæ, tum multarum rerum,quæ ad uitam pertinent harum rerum duarum ſplendor omnis, & amplitudo eſt.addo etiam utilitatem, in poſteriore: cauſa autẽ, & ratio efficiens magnos viros eſt in prio re.In eo.n.eſt illud, quod excellentes animos, & humana contemnentes facit. Id autem ipſum cernitur in duob.ſi & ſolum id,quod honeſtum ſit,bonum iudices,& ab omni animi perturbatione liber ſis. nam & ea quæ eximia plerique,& præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione ſtabili,firmaque contemnere fortis animi,magniq; dicendum eſt,& ea,quæ uidentur acerba,quæ multa,& varia in hominum uita, fortunaq; uerſantur;ita ferre, ut nihil à ſtatu naturæ,diſcedas,nihil à dignitate ſapiẽtis,robuſti animi eſt, magneque conſtantiæ:non eſt autem conſentaneũ, qui metu non frangatur, cum frangi cupiditate; nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluntate. quamobrem, & hæc uitanda ſunt, & pecuniæ fugiẽda cupiditas.nihil enim eſt tam anguſti animi,tamq; parui quàm amare diuitias.nihil honeſtius, magnificentiusque, quàm pecuniam contemnere, ſi non habeas:ſi habeas,ad beneficentiam liberalitatemq; conferre.

ferre. Cauenda est etiam gloriæ cupiditas, ut supra dixi. eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nec uerò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. ¶ Vacanda autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, cum etiã ægritudinis, & uoluptate animi, & iracundia, vt trãquillitas animi adsit, & securitas, quæ afferat tum cõstãtiam, tum etiam dignitatem. multi autem, & sunt, & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, à negociis publicis se remouerunt ad ociũ perfugerunt in his, & nobilissimi philosophi, longeque principes, & quidã homines seueri, & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt, uixerũtq; nonnulli in agris, delectati re sua familiari. his idem propositum fuit; quod in regib. ut ne quare egerent, ne cui parerent, libertate uterentur, cuius propriũ est sic uiuere, ut velis. Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs, quos dixi, ociosis: alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant; alteri, si contenti sint, & suo, & paruo, in quo quidem neutrorum omnino contemnenda est sententia: sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis, aut molesta uita est ociosorum: fructuosior autem hominũ generi, & ad claritatem, amplitudinemq; aptior eorũ, qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. quapropter & ijs forsitan concedendum sit rẽp. non capessentibus, qui excellenti ingenio, doctrinæ sese dederũt: & ijs, qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore caussa impediti, à rep. recesserũt, cum eius administrandæ potestatem alijs, laudemq; concederent. Quibus autem talis nulla est caussa, si despicere se dicant ea, quæ plerique admirentur, imperia, & magistratus, his non modo laudi, uerumetiã uitio dandum, puto. quorum iudicium in eo, ꝙ gloriã contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu est non probare. sed uidentur labores, & molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam, timere, & infamiam. sunt. n. qui in rebus contrarijs parum sibi constent, voluptatem seuerissimè contemnant, in dolore sint molliores, gloriam negligant, frangantur infamia: atq; ea quidem non satis constanter. Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cũctatione, adipiscendi magistratus sunt, & gerenda resp. est. Nec. n. aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem remp. nihil minus, quã philosophis, haud scio an magis etiam, & magnificẽtia, & despicientia adhibenda est rerum humanarũ, quam sæpe dico, & tranquillitas animi, atque securitas: si quidem nec anxij futuri sunt, & cum grauitate, constantiaque uicturi, quæ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patent multa in eorum uita, quæ fortuna feriat; & quo minus multis reb. egent; & quia si quid aduersi eueniat, tã grauiter cadere non possunt. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur: maioraque efficienda rempub. gerentibus, quam quietis. quo magis his, & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem, qui accedit, caueat, ne id modo consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem. in quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. in omnibus autem negocijs prius, quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

PETR. MARS.

OMNINO fortis animus, & magnus] Ponit nunc ea, circa quæ ipsa fortitudo uersatur, & magnanimitas, & munera utriusque. sed Cicero sed de his virtutibus confusè loquitur, quæ autem fortis viri, & magnanimi officia ꝓpriè sint, iam dictum est. [Omnino] certè. [Cernitur] Cognoscitur, perspicitur. [Quarum vna] Hæc est prima pars, & quasi materia circa quam uersatur fortis animus, & magnus, despicere, scilicet omnia bona fortunæ, nihil admirari nisi uirtutem, & uictum se præbere omnibus fortunæ casibus, Felixque, & omni affectu atque perturbatione uacare. [Rerum externarum] res externæ sunt, quæ extra corpus animumque habentur, ut diuitiæ, imperia, magistratus, & omnia denique, quæ sunt in manu fortunæ, à qua fortis animus, & magnus non debet pendere. [Despicientia] Contemptu rerum, sunt extra animum, & corpus. [Cum sit persuasum] Inductum in opinione. [Nisi quod honestum] Virtuti conueniens. & honestè factum, aut ut decet. ideo ait [Decorumque sit] idest, decenter actum. tunc enim decorum est, cum præcessit honestas. Magnanimus non est pronus ad admirandum, quoniam apud ipsum nihil ferè magnũ est, nec meminit iniuriæ, & mali illati. Non est magnanimi (inquit Aristot.) meminisse præsertim mala, sed potius despicere, quam magnanimus abhorreret ab eo, quod naturam imminuit suam, & memoria mali est contra suam naturam, quia debet esse contemptor omnium rerum, & omnia putare se longè inferiora esse. & non potest timeri aliquid, quod non est superius. Si magnanimus timeret, malique memor esset, inferior uideretur. Nec de hominibus loquitur ipse magnanimus, etenim neque de alio dicit, nec cupit laudari, ut alij reprehendantur. Ideo dixit supra, vera animi magnitudo putat honestum situm esse in factis, non in gloria. [Admirari] Tanquam magnum. Magnanimo enim nil magnum, & admiratione dignum uidetur præter uirtutem. [Optare] Animo. [Expetere] Consilio. inde prius optamus, postea consilio expetimus. [Nulli homini] idest despicere omnes homines, & illis non cedere, etiam si esset moriendum. nec debet adulari magnanimus, quoniam omnes adulatores seruiles sunt. Vnde laudatur Cyrenæus Theodorus philosophus non ignobilis, cui cum Lysimachus crucem minaretur, istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theod. quidem nihil refert humi, an sublime putrescat. In 2 Tusc. disputatione ait, Zeno proponatur Eleates, qui perpessus omnia est potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. De Anaxarcho Democritio cogitetur, qui cum in manus Timocreontis regis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, neque recusauit. Calanus Indus vir indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua uoluntate uiuus combustus est. Vir igitur fortis, & magnanimus spernit minas tyrannorum, estque ad mortem erecto animo paratus pro honestate decoroque seruando. [Neque perturbationi] perturbatio, ut dixi, est animi motus, quod longius discessit à naturæ constantia. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nascuntur, & duobus opinatis malis. Ex bonis libido, & lætitia, quæ est præsentium bonorum, libido autem futurorum. Ex malis metus, & ægritudo. Metus est de futuris malis, ægritudo de præsentibus, prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia spoliat animum, morbisque contaminat. Stoici uolebant animum ipsius sapientis vacare non modo perturbationibus, sed etiam affectibus, quos Academici, & Peripatetici in sapientem cadere dicunt, ut dictat ipsa recta ratio. Affectus, inquit Senec. sunt motus animi improbabiles, subiti, & concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum. Cato apud Cicc. libro iij. de Finibus, sic loquitur, Perturbationes autem nulla naturæ ui commouentur, omniaque ea sunt opiniones ac iudicia leuitatis, itaque his sapiens semper uacabit. [Neque for.] Casibus, & telis fortunæ,

Nam magnanimus omnia quæ accidere poſſunt ſua præſtãtia
inferiora putat, & ſic non ſuccumbit aduerſus. Nemo po-
teſt, inquit in Parad. non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus ap-
tus ex ſe, quiq; in ſe uno ſua ponit omnia. cui autem ſpes om-
nis, & ratio pendet à fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi. Aliud
quiddam eſt uirtus, inquit, Sen. excelſum, & regale, inuictũ,
infatigabile. [Altera res] Hæc eſt altera res circa quã uerſari
debet ipſe magnanimus, qui ut ipſum nomẽ declarat, circa res
magnas, & arduas verſatur, plenasq; difficultatis, & laboris. dẽt
etiam parare ea quæ pertinent ad vſum vitæ, vt liberalitatem,
& magnificentiam cum opus eſt, exercere poſſit. [Ita animo af-
fectus] Ita diſpoſitus, vt dictum eſt. Nam dixit fortitudinẽ eſſe
virtutem pugnantem pro æquitate, & veram animi magnitu-
dinem debere arbitrari in factis, non in gloria ſitam eſſe, & for
tes eſſe habendos, & magnanimos non qui faciunt, ſed qui pro
pulſant iniuriam, & nonnullas alias proprietates utriuſq; po-
ſuit, quæ omnia cũ aliqui adepti ſunt appetũt ea, quæ hic Cic.
ponit pro decoro ſeruando. [Maximè vt] Reip. ſ. & patriæ atq;
cõi hominum utilitati, quoniã ſi ſui cõmodi cauſa magna, &
ardua gerit, nõ eſt appellandus magnanimus, qui omnia ad cõ
munem vtilitatem referre debet, nihil vel parũ de priuato cu-
rans, imò uitam paratus effundere pro ſalute cõi. [Vehemen-
ter arduas] Plenas difficultatis. Nam arduum, dr̃ acceſſu dif-
ficile. Non aũt, inquit Ariſt. parua pericula ſubit magnanimus,
nec periculorũ eſt cupidus, propterea quia res paucaſ multi fa
cit, ſed ſubit magna, ardua, difficilia, quia in ipſis põt decorum
ſuum ſeruare. Magnanimi n. eſt magna obire. Ideo magnani-
mus magna, & ardua appetit, ad quę non omnia accedere põt.
Alexander dicebat nihil fortibus indomitũ, nihilq; ipſa natura
munitum timidis tutũ eſſe, ſeruile eſt amare diuitias, & valde
regium inſudare laboribus. Arduum, inquit Gel. ſignificat cũ
difficile, tam moleſtum quoq;, & incommodum, & intracta-
bile. Sen. dicit. Humilis eſt, & inertis tuta ſecare per alta uirtus
eſt, & anguſtus animus eſt, quem terrena delectant. [Pro ui-
tæ &c.] Suſtentatione uitæ, & ut habeat ea omnia, quæ ad uitã
degendam pertinent. Vñr aũt, inquit Ariſt. & proſperitates for
tunæ magnanimitati cõducere. Nobiles n. & qui in magna po-
tentia ſunt, vel diuites digni cenſentur honore. In excellentia
nanq; conſiſtunt, atq; omne bonum, quod excellit magis di-
gnum eſt honore, & bona externa laudantur ſi uirtuti coniun
cta ſunt, cauſaq; ſunt, vt magnanimus honoreẽ, ergo ipſe ma-
gnanimus honeſtè quæret ea quæ ſunt ad uſum uitæ, ut nihil
ei deſit, & indigentibus opitulari poſſit. [Cauſa mul.] Quibus
cum honore uiuitur. i. debet magnanimus omnia parare, quæ
pertinent ad uitam degendã cum decoro. In hac ultima parte,
eſt utilitas, ſed ea quæ ſunt in priore, vt. ſ. bona externa deſpi-
ciantur, & alia quæ dicta ſunt, faciunt ipſum magnanimũ. Iõ
ait. [Harum rerum duarum] Appetere res arduas, nihil admi-
rari, non ſuccumbere fortunæ, nõ perturbari, & parare ea, quę
pertinent ad vſum uitæ. [Splẽdor] Laus, & illa amplitudo quã
debet habere magnanimus, habens ſummam omniũ uirtutũ.
[Amplitudo] Res cum ſua laude. [In poſt.] In ſecunda parte &
re, circa quam uerſatur uir fortis, & magnus, ut. ſ. res arduæ ge
rantur multarũ cauſa rerũ, quæ ad uitã pertinent. [Cauſa autẽ
& ratio] Cauſa huius magnanimitas, & ratio quare ita dicaẽ,
eſt in priore parte, ut. ſ. nihil admiretur, niſi honeſtum, & neq;
fortunæ ſuccumbat, neq; perturbationi [Efficiens] Qua hoĩes
magnanimi dñr, & fiunt. [In per.] In contemnendis rebus for-
tuitis, & pellendis perturbationibus. [In eo. n.] Quod poſitum
eſt in priore particula. [Excellẽtes] Sperantes oẽs affectus, & te-
la fortunæ, & omnia humana. Nã magnanimus circa proſperi
tatem aduerſitatemq; fortunę moderatè ſeſe habebit, neq; in
rebus aduerſis animum demittet, & neq; in proſperis uehemẽ
ter lætabitur, parui facietque omnia quæ hominibus accidere
poſſunt, uiuens ſine aliqua perturbatione, nullius rei niſi, ut
oportet, cupidus, gaudẽs virtute qua nihil eſt melius. [Nam, &
ea] Probet id quod dixit. [Eximia] Præclara, & plena ſplendoris
& laudis. [Parua ducere] Exiſtimare eſſe parua, ad quæ nõnul-
li inflãmati rapiũtur, vt magiſtratus, honores, laudationes po-
puli, diuitiæ & ea omnia, quæ imperitis eximia uñr. Opus ma-
gnanimi eſt non ire illuc, inquit Ariſt. ubi alij primas occupant
partes, & ocioſum eſſe, atq; cunctatorẽ, niſi ubi eſt magnus ho
nor, vel arduũ opus. [Acerba] Quæ offendũt, vt dolores, & la-
bores nimij. trãslatio a pomis acerbis, quæ nocent cum come-
duntur, quoniam ſunt immatura eſui, dolor, & fœtor maximè
proſternunt naturam [Multa & varia] qm̃ varij ſunt caſus hu-
mani, ad quos perferendos fortis animus, & magnus paratus
eſt, certa ratione, & conſilio ſine aliqua formidine. [Fortuna]
Varietate uitæ, quoniam fortuna varia eſt, & amica temerita-
ti. uita conſtans eſt, Fortuna autem uitæ varietas. [A ſtatu na-
turæ] A mentis tranquillitate, & grauitate, quã natura ipſa no
bis dedit, & uirtutum igniculos, vnde uiuere è natura, eſt uiue
re cum uirtute. debet igitur magnanimus omnia tolerare ſi-
ne aliqua perturbatione, & moleſtia, ut ſapientem decet. [Ro-
buſti animi] Robuſtum corpus dicitur, & fortis animus, ſed ali
quando confunduntur. [Magnæ conſtantiæ] Perſeuerantiæ,
in id quod eſt è natura. ille dicitur conſtans, qui in ſuo propo-
ſito perſeuerat, nec aliqua perturbatione à ſtatu mentis tran-
quillæ naturæq; deducitur, ad omnia toleranda paratus cum
decoro. [Non eſt conſentaneum.] Non eſt conueniens homi
nem ſeruire affectui, qui ad omnia pericula paratus eſt. [Cupi-
ditate] Rerũ humanarum, non conuenit, inquit, ut fortis ſu-
peret omnes labores, & dolores, nihilq; timeat, & idem uincaẽ
cupiditate, & affectu, quod eſt omnino contra naturã uiri for-
tis. Ideo dicit Sen. lib. 21. Epiſt. Monimentum imbecillitatis hu
manæ inexpugnabilẽ fortitudinem eſſe. Non eſſe ꝙ putes, in-
quit Poſidonius, te fortunæ armis tutum eſſe tuis, pugna con-
tra fortunam, & contra affectus [Nec qui in.] Et etiã hoc non
conuenit, ut is qui omnes labores ſuſtinet, & ſubit pericula, &
ipſam mortem pro honeſtate, uincatur à uoluptate, quam uir
fortis tanquàm meretriculã ſpernere debet. Plat. in j. de leg. ſic
ait. Vtrũ igitur eum, qui dolore frangitur, an eum qui volupta
te ſuperatur deteriorem uocare oportet, cum arbitror qui à
uoluptate ſuperatur, & hominem uoluptate irretitum ſeipſo
inferiorẽ putant omnes, quare Iouis, & Apollinis legũlatores
claudam fortitudinem non poſuere, quæ ad ſiniſtrã quidẽ ad-
uerſus reſiſtere poſſit, ad dextrã uero rebus ſecundis, & lætis
blandientibus ſuccumbat, immò ad utranq; ſufficientẽ [Quã-
obrem] Cõcluſio huius partis. Hęc, quæ dicta ſunt, uoluptas ſ.
quæ beſtijs relinquenda eſt, cupiditas rerũ externarũ, quæ in
ſapientem non cadit, niſi ut oportet: eſt. n. uilis animi, & abie-
cti amare pecunias, delectariq; terrenis. & nihil eſt tam contra-
riũ forti animo, & magno, quàm lucro uinci. Talis eſt magna-
nimus, inquit Ariſt. ut beneficia conferat, & pudeat ipſum ſi ſu
ſcipiat: illud. n. ſuperioris, & in referenda gratia maiora cõfert
beneficia, eſt autem magnanimi pecunias ſpernere. eas alijs,
operamq; ſuam ſubminiſtrare. quo peccato. n. admiraretur,
amaretq; pecunias ille, cui nihil magnum, nihil deniq; amã-
dum videtur? aut quod arbitrare eſſe bonum, niſi uirtutem?
qui nanque amat pecuniam, uiliſſimam rem amat, animo ui-
li eſt ac ſordido, & auaro, quæ omnia ab eo quem magnani-
mũ eſſe uolumus aliena ſunt. [Anguſti] Demiſſi, & uilis, quo
niam rem uilem amaret. [Magnificentiusque] quod magis de
ceat magnificum, qui magnos facit ſumptus ſine aliqua aua-
ritia, & quoniam in magnificentiæ mentionem incidimus, de
ipſa dicendum, ne aliqua mediocritas intacta relinquatur, quã
uis de magnifico aliqua dicẽda ſunt prope finẽ huius uolumi-
nis, cum de principis, & honorati uiri domo dicetur, qua-
lis. ſ. eſſe debeat, & quãtæ laxitatis. Magnificẽtia eſt diſpoſitio,
& mediocritas circa ſumptus pecuniarios ædificando ædes, &
alia opera magnifica, & publica. magnificus eſt is qui magna
facit, & decenter. differt a liberali, quia magnificus circa mi-
nora uerſatur, & magnificus eſt ſimilis ſcienti, quoniã ſcit iu-
dicare, & contemplari quid deceat, & magnificẽtia nihil aliud
eſt, niſi poſſe facere magna cũ decoro, & et ideo nominatur à
græcis μεγαλοπρέπεια. i. magnificentia, ut uerbũ uerbo redda-
tur, quod cũ ita ſit, qui exuperat dicitur ignarus decori, quo-
niã nõ facit opus, ut decet. Nã videẽ uelle ſuperare magnificũ
faciendo ſumptus ultra quam oporteat, quia paruas res auſpi
catur, & facit ſumptus p̃ter decorũ, & cupit ſplẽdorẽ p̃ter digni
tatẽ, & oĩa facit oſtẽtationis cã, & vbi oportet eſſe magnos ſum
ptus exiguos facit, & cõtra, & in parua re vult imitari magnifi-
cũ, & ſic apparet ipſum ignorare quid deceat. Ille aũt qui in
impenſis faciũdis modicã affert pecuniã, ſem p cõqueritur, de-
ficit, & ſic dr̃ puſillanimus circa decorũ, quia ſi aliquod opus
inchoat, parũ impẽdit, & in paruo perdit decorũ, & in magno
opere faciũdo parũ vult impẽdere, in parua re fecit magnos
ſumptus, ut tegat auaritiam. Ideo conuiuium auari ſolet eſſe
lautiſſimũ, ſed hi duo habitus circa magnificentiam non ad-
modũ uituperantur, quoniã nõ nocẽt alijs, ut auaritia, prodi-

gālitas,& sic de similibus magnificētia requirit magnū opus, & magnitudo est ad aliquid,& respicit opus,& sumptus, & dicimus aliquid esse magnum comparatiuè cum respicimus ad aliud oppositum,& minus magnificentia magna est comparatione liberalitatis, quia maiores facit sumptus ipse magnificus,quàm faciat liberalis, q. uersatur circa pecunias erogādas hominibus, & si facit aliquod opus paruum est, & ut sese habet magnanimitas ad fortitudinem,ita magnificentia ad liberalitatem,& magnificus quidem liberalis est, at non continuo liberalis est magnificus,& sic magnificētia propriè ad magnanimum pertinet. Arist.ait, Sūptus magnifici magni sunt,& decentes,talia autem & opera sunt. Sic.n.magnus erit sumptus, & decens ad opus, vt sumptu quidem opus,opere uero dignus sit sumptus,vel etiam exuperet,& magnificus honestatis causa talia facit,& cum gaudio sine auaritia, potiusq; quo pulcherrimum opus faciat,& decens considerabit,quā quanti constet. Vnde apparet magnificentiā esse magnitudinē ipsius liberalitatis, cui tribuuntur minores sumptus,magnifico autem maiores,& liberalis nō inchoabit opus publicum, sed faciet opus priuatū pulcherrimū,ut pateram cæteraq; vasa argentea, aureaq; ἀνάγλυφα, lapides preciosos,&c.id genus, & hæc dicitur liberalis possessio. Si eadem pecunia dabitur magnifico eriget statuam aut aliud opus,qđ ab ipso non possidetur, ut sunt Pyramides,templa,porticus,strata uiarum, aquæductus & similia,quæ ad magnificum pertinent,& omnia quæ habent honorabilia,epulum etiā magnifici est,& opera debent esse accommodata ad impensas,& impensæ ad opus, & pauper quamuis non possit facere opera magnifica, tamen potest esse magnificus,qm̄ data vna virtute dantur oēs. ideo duplex pōt esse magnificus,& qui habet solum habitum magnificentiæ,& qui habet opes operaq; facit magnifica.si pauper inchoat opera magnifica,stultus est,& magnificus non dicitur ad sua,sed cōia,& sic liberalis non ad se,quia sibi minorē partē relinquit. talis est ipse magnificus.[Eripit li.] Nam gloriæ cupidus non est sui iuris,sed seruit affectui,& semper anhelat,omniq; studio, & contentione ad illa tendit, quod a magnanimo alienum est, qui talē cupiditatem reijcit,vt liber viuat,& sine angoribus,& omnia,quæ magnanimus facit, eo spectent, vt sit liber.quid autē sit libertas paulo post dicetur. Et prosequitur Cic.dicens imperia non esse expetenda, & Interdum cum non offeruntur non accipienda,& accepta deponenda, vt ipsa magnitudo animi luceat,cui nihil admirandum uidetur. Si autem gloria duceret, & magistratus optaret atq; expeteret,contra suam faceret naturā. talia.n. sunt bona externa, & magnanimus nil nisi bonū internum.i. virtutē magnifacit.[Omnis contemptio]Conatus & studium,qm̄ magnanimus debet habere elatū animū, & nō seruientē cupiditatibus,& affectibus, cum is sit,qui oīa sperne re debeat,tanquàm seipso inferiora.[Pro qua]Libertate;quoniā nil aliud debet quærere magnanimus,nisi ut liber sit. [Imperia]magistratus,& curam exercitus.[Ac dep.]hoc est contra Cæsarem,qui confecto bello Gallico noluit dimittere exercitū poscente etiam senatu,quoniam de patria occupanda cogitabat. [Vacandum autem est] Iterum dicit magnanimum debere vacuum esse perturbatione cupiditatis, metus ægritudinis,uoluptatis,iracundiæ,ut animus sit tranquillus,& securus cum constantia, & dignitate, nam cum talia insunt, animus non est liber. ideo Stoici uoluerunt omnibus his vacare sapiētem,ut planè liber esset, cū cupiditate, quæ est immodica appetitio opinanti magni boni,ratione non obtemperans, tum etiam ægritudine,quæ est opinio recens mali, in quo demitti contrahiq; animum rectum esse uideatur. Vnde scr. Boet. Gaudia pelle,Pelle timorem,Spemq; fugato,Nec dolor adsit. Nubila mens est,Vinctaq; frenis,Hæc vbi regnant.In ea parte animi,quæ est particeps rationis, ponitur tranquillitas .i. placida quietaq; constantia.In altera, quæ expers rationis, ponuntur motus turbidi,tum iræ tum cupiditatis contrarijs,rationi inimici.[Voluptate]Mala.s.& indigna libero homine,& magno. [Trāquillitas]Animus cōpositus:sine æstu affectuū. tractū est à mari tranquillo,qđ æstu nō agitatur, sic animus dr̄ trāquillus,qui nō hēt æstus perturbationū. Sola uirtus est consentiēs cum rōne,& perfecta constantia,in 3 Tusc. disputationum dicit. Hæc tu igitur sapienti censes posse accidere, ut ægritudine opprimatur.i.miseria,nam cū oēs perturbatio misera est, tum carnificina est ægritudo, habet ardorē libido, leuitatē lætitia gestiens,humilitatem metus, sed ægritudo quædam maiora, tabem,cruciatū,afflictationes fœditatem lacerat, exest animū planeq; conficit,hanc nisi exuimus sic,ut abijciamus, miseria carere non possumus, atq; hoc perspicuū est tum ægritudinē existere,cū quid ita uisum sit,ut magnū malū adesse,& urgere uideatur. Vnde cum sapiens nil putat esse malum præter turpitudinem,ægritudine uocabit,& alijs perturbationibus, quæ libertatē eripiunt,& in omnibus stultis inueniuntur.omnes n. motus animi contra rationem uitio dantur. Cōstantē, inquit Cic.quēdā uolumus,sedatum, grauem, humana oīa prementem,illum esse,quē magnanimum,& fortem uirū dicimus.Talis autē neq; mœrens,neq; timens, neq; cupiens, neq; gestiens esse quisquā potest:eorum.n.hæc sunt, qui euentus humanos superiores,quàm suos animos esse dicunt.[Securitas] Quæ nō angitur,non timet,omnia spernit,quæ accipere possunt.Est is, qui uacat affectib. & cupiditatibus planè securus, & qui casus humanos animo suo elato inferiores putat.secur⁹ dr̄ seorsum à curis,& sine perturbatione animi. [Constantia] Perseuerantiam in officio nullo affectu impediente.[Dignitatem] Auctoritatem,& decorum,& affert exemplum eorum, qui ut tranquillitatem mētis haberent, & securitate dimissis negocijs publicis ad ocium confugere, contenti re sua familiari nihil appetentes,& in primis philosophi, qui bona fortunæ contemnentes,& ducem naturā secuti liberè in suis hortulis gymnasijsq; uiuebant,humana diuinaq; contemplantes, ut quasi dij in terris uiderentur,sed caligine infidelitatis obducti, uiam salutis, quæ nondum reserata erat,inuenire non potuerunt. Vnde uicem illorū dolere debemus. quid.n.illi non effecissent,illustrassentq; tam profunda doctrina hoc nubilo infidelitatis discusso?[Ad ocium]Cessationē negociorū,& curæ publicæ.[Publicis]Gubernatione reipub.[Perfugerunt]Tanquā in locum tutum,& non obnoxium tot fluctibus,quot surgūt in rep. unde dicit in oratione pro L.Muræna.Quod.n.fretum, quem Euripum tot motus, tot uarias habere putatis agitationes, quot fluctus,quantas perturbationes,& quantos æstus habet ratio comitiorum?dies intermissus,aut nox interposita sæpe perturbat omnia,& totam opinionem parua nonnunquā mutat aura, sæpe etiam sine vlla aperta causa fit aliud, atq; existimabamus.[In his]In numero horum,qui ad ociū perfugerunt.[Nobilissimi]Notissimi,clari,& multi nominis.[Longè principes] Valde primi inter ipsos philosophos.[Seueri] iusti, & inimici malis moribus.Seueritas est magistra pudoris,& modestiæ.[Et graues] Virtute pleni in qua perseuerant.[Principum]Qui administrant remp. Nam principes dicuntur primi in repub. unde dicit in 1.de ora.ad Q.Fr.Cum igitur inueherentur causam principum consul Philippus.i.optimatum,quibus aduersabatur. [Re fam.] Domestica non quærentes magistratus,sed contenti eo,quod habebant.[His] Hominibus, qui ad ociū perfugerunt.[Propositum]Eundem finem sibi animo proposuerunt, & idem consilium quod reges,qui uolunt ideo regnare, vt nullius rei egeant,ne cui pareant,& libertate vtantur,hoc idem ipsi sapientes assequuntur,& rectius. unde Cato apud Cic li.3.de Fin.ait,Sapiens rectius appellatur rex quam Tarquinius, qui nec se,nec suos agere potuit.Rectius magister populi, quā Sylla,qui trium pestiferorum uitiorum luxuriæ,auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues q̄ Crassus, q. nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli cā trāsire voluisset. Rectè solus liber,nec dn̄ationi cuiuspiam parens,nec obediēs cupiditati.Rectè inuictus,cuius etiam si corpus constringatur. animo sequebantur.[Cuius]Libertatis.[Propriū est]Vt quis uiuat, vt vult. Libertas ut uolūt Stoici,est ptās operādi,qua stulti, & mali oīo carēt [Libertas]Inq t in Paradoxis,est ptās uiuēdi, vt uelis,& ille viuit vt vult, q. recta sequit̄,q. gaudet officio,cui uiuendi via considerata atq; ꝓuisa est, qui legibus nō ꝓp metū paret,sed eas sequit̄ atq; colit, quod salutares maximè esse iudicat,qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat deniq; nisi libenter ac liberè.Nec est ulla res quæ apud eū plus polleat, quam ipsius volūtas atq; iudiciū.Solus sapiēs oīa spōte facit, & nihil inuitus,nihil coactus,at oēs leues,cupidi,improbi,lasciui,sunt serui.seruiūt.n.affectib. qua seruitute,nihil pōt esse miseri⁹. Iureconsulti sic finiūt,Libertas ē naturalis facultas eius, qđ cuiq; facere libet,nisi qđ aut ui,aut iure prohibetur. [Quare cū hoc sit]Igitur,inquit Cic.cum hoc cōe sit philosophis,& regibus,vt s.libertate utātur,uiuātq;,vt uelint.Reges arbitrātur se id,qđ sibi proposuerūt adipisci,si habeāt magnas opes. ociosi autē si contenti

cōtenti sint re sua domestica,& parua. ergo finem hunc quem sibi vtrique proponunt,diuerso modo assequuntur.[Alteri] reges. [Opes magnas]Regnum opulentum, magnasq; potētias. [Alteri]Ociosi,& philosophi si imponant finem cupiditatibus, & re parua contenti sint, quoniam paruis, & minimis natura contenta est. Vnde dicit Sen.Non qui parū habet, sed qui plus cupit pauper est.Et ille beatissimus est,& securus sui possessor, qui crastinum sine solicitudine expectat,& breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarū via est.[In quo]in qua re,& tali proposito neuter improbandus est,sed est facilior ad id consequendum,& aptior vita ociosorū.[Sed]Vita eorū qui ad rēp. accedunt,& illam regunt atq; gubernant, est vtilior humanæ societati,& clarior. nam essent qui rēp.gererent, & in medium labores susciperent,maximis iacturis homines afficerentur, & ciuitates. Vnde sapientes est administrare remp. & omnia pati pro vtilitate cōi.quapropter cum hæc vita fructuosior sit,anteponenda est ocio. hoc aūt dicit propter se Cic. qui in negocijs publicis curriculo honorum,oculisq; ciuium uixerat, omittēs ociū,à quo vsq; ad ea tempora, in quibus turbulentissimæ tēpestates in rep.exortæ sunt,& hæc in ocio scribebat,abhorruit, & ambitionibus capiebatur,& in iudicijs foroq; regnare gestiebat,cum hæc scriberet post necem Cæs. & Octauio uiā ad tyrānidem affectante ad ociū confugerat,& in quo philosophabatur,vt aliquod monimentum ocij sui extaret.[Neutrorū] Nec ociosorum siue philosophorū nec regū.[Facilior] Qm̄ facilius possumus philosophari,quàm regnare, & philosophi non exponunt se tot fluctibus quot reges.[Et tutior] Securior, quoniam philosophi non timent gladios fortunæ,quibus reges ob noxij sunt. Vnde dicebat Xerses illaturus bellum græciæ, traiecturus Hellespontum,auctore Herodoto,Magna negocia magnis cum periculis fiunt.[Minus grauis] Quoniam non offenduntur homines ocio philosophorum,nec inuident illis,sed regibus,quoniam maioribus inuidetur [Fructuosior] Afferens maiorem vtilitatem cōi hominum societati.[Ad claritatem] Splendorem hominis [Amplitudinem]Gloriam. Quapropter ponit illos quibus forsitan conceditur non capessere remp.q.s. cum sint excellenti ingenio præditi, doctrinæ cōtemplationiq; se tradunt,aut qui valetudinarii sunt,vt munera reip.obire nō possint, quæ autem talium hominum officia esse debeant dicetur.[Imbecillitate]Infirma ualetudine. [Quib. autem].i. illi qui non tradiderunt se doctrinæ, aut non impediuntur mala valetudine aut aliqua causa grauiore,& omittunt curam reip. ab officio discedunt hominis,qui est natura ciuilis.Vnde uituperandi sunt, & maximè si ob id patria damnum patiatur & ait Cic. cum dicunt se non rēp.aut eius onera fugere.[Sed imperia] Honores in hoc laudandi uidentur, & difficile est illorū propositum non laudare,& consilium, sed apparet ipsos fugere molestā repulsam in petendis magistratibus & cætera, quæ accidere possunt,& infamiam afferre uidentur.[Despicere]Cōtemnere.[Plerique]Maior pars hominum.[Admirentur] Magni æstiment.[Dandum uitio]Vituperandū. comici dicūt uerto vicio,& idem est quod vitupero.[Iudicium]Sententiam, & opinionem.[Labores]Qui subeundi sunt,dum pro magistratu quis ambit,& alios prensat emerendorum suffragiorū causa. [Et molestias]Quæ subeundæ sunt in ipsa petitione magistratus,imperij,honorum.[Offensionum].i. læsionum, quoniā offenduntur ambitione,& prensatione competitorum.offendere in hac significatione est in aliquod incurrere atq; incidere. [Repulsarum]Quoniam non adipiscuntur magistratum, quē petebant affectantes alios pro suffragiis.Ille fert repulsam, qui non adipiscitur magistratum,quem petit.[Sunt.n.] Probat id, quod dixit,& hoc in philosophos dicitur, quos ostēdit ideo ad remp. non accedere,quoniam sunt animi abiecti,& demissi, & se non adepturos,quod petunt,arbitrantur, non quod contēnat honores, sed quia timent repulsam tanquàm ignōminiā: sunt.n.philosophi.s.& alij.[Parum sibi constent]Parum sint cōstantes à se,& quasi ipsi dissipent,quod est contra fortitudinē, cōstantiam,& magnanimitatem.[Seuerissimè.]Grauissimè, & constanter in dolore qui est contrarius uoluptati.[Molliores] Fracto animo,& molli,ut sunt fœminæ, & in hoc apparet ipsos nō esse fortes,qui seuerissimè voluptatib.& fortiter dolorib. resistūt,illosq; animo suo putant inferiores.[Frangantur] Non possint ferre infamiā.certè timēda est infamia,vt dixi, & de nomine soliciti esse debemus,sed vir fortis, & magnus non timet infamiam iniuria illatā. Vnde administrantib. rēp. subeundæ sunt offensiones pro æquitate ac iustitia seruanda, & ueritas potior,& antiquior esse debet quocunque homine, & infamia ignominiaq; subeundæ sunt, cum iniuria inferuntur. Nullū .n.est maius theatrum ipsa conscientia,qua freti omnia despicere possumus,& debemus.Vt de Fabio maximo legitur, qui non ponebat rumores ante salutem, dicebatq; nefas esse succēsere patriæ,etiam si nos offenderit.Plat in 2.de leg.sic ait,Iudices prudētiæ ac fortitudinis oportet esse participes.[Sed his qui habent]Positis his quibus fortè datur venia,si rempu. non capessunt, illos nunc affert qui sine aliqua cunctatione remp. gerere debent,duplici ratione ducti, qm̄ s.aliter ciuitas regi nō posset,& resp.si nemo magistratum peteret,& si quisq; munera publica,& curam recusaret. Adde ēt, quod magnitudo animi non potest declarari, nisi in negocijs. nam cum quis res magnas,& arduas magno animo,& elato gerit, tūc magnanimus dicitur, ergo est opus talia obire, si magnanimi haberi uolumus,& esse.[Adiumenta à natura] Qui ualent ingenio prudētia uiribus corporis.[Abiecta cunctatione [Sine aliqua mora. [Gerenda] Administranda.[Neque alter]Nisi laborib.& industria eorum,qui cum habeāt adiumenta naturæ, hoc præstare possunt. Et Plato in libris de rep. vult philosophos suos accedere ad remp. ne praui imperent,& ut ipsi in laude uersentur. Bene,inquit, lib. 5. erit reip. si ciuilis potētia cum philosophia congruerit. Idem ait lib 7. ineruditi ueritatisq; inexperti nequaquàm ciuitatis curam sufficientes habituri sunt.Sapientes igitur remp.capessere debent pro utilitate cōi,qm̄ laudabilior est eorum uita, qui in negocijs publicis versantur,quam ociosorum. Aut declarari magnitudo animi,quoniam magistratus uirum ostendit,& declarat,ut Bias dixit, & tunc cognoscit magnanimus,quē philosophi in suis vmbraculis instituunt de magnanimitate præcepta tradentes, cum circa magna uersāt, ut decet,& non flectitur aliqua cupiditate,aut ambitione, sed omnia sua officia ad iustitiam dirigit. Vnde dicebat Cyrus, ut est apud Xenophontem, Opus est maximum pulchrè imperare,& principē decere subditis anteire non dolo,& ocio,sed pro uidentia,& industria, & principem decere non se bonum præstare duntaxat,uerū ēt pro subditis diligentiam agere,ut quā optimi futuri sint.Et in 7.dicit, Bonus princeps est hominibus lex uidens,quoniam satis est,qui & moderetur, & uideat, puniatq; delinquentem.& Diocletianus imperator ut auctor est Vopiscus dixit,Nihil esse difficilius,quā bene imperare. Philosophus in 5.Eth. sic ait, Optimus est non qui ad seipsum, sed qui ad alium vtitur ipsa uirtute.hoc.n.est opus difficile [Non potest declarari]Ostendi,& poni in exercitationem, quoniam laus uirtutis in actione consistit. Vnde debemus præcipere de uirtute,& ipsam exercere,vt melius declaretur.[Capessentibus autem remp.] Nūc præcipit quid facere debeant hi qui capessunt remp.omnia.s.humana despicere non minus, quam ipsi philosophi,qui bona externa nihil curant, licèt difficile sit hominem vacare affectibus,qui in honorum petitione uersatur, sed quo difficilius,hoc eripit præclarius,quoniam uirtus,ut dictum est,circa difficile uersatur, & omnia bona difficilia sunt, ut inquit Plat.igitur,qui in re difficile uirtutem amplectitur, laudabilior est eo, qui in facili, ut est philosophus, qui in ocio degens uacat affectibus,cū nullis inimicitijs solicitetur, nec legatur iniuria. Ergo qui remp.gerit,si etiam his uacat, laudabilior est ipso philosopho,qm̄ expositus est inimicitijs, & iniurijs pro ipsa iustitia, quam tuetur, & ministrat. Magistratus .n. custos iusti esse debet,& rem cōem pro dignitate distribuere, ac ea quæ sunt in hominum commercijs ad æqualitatem redigere,ne discordiæ oriantur,& seditiones. habeat etiā oportet æquitatem,& bonitatē,quæ aliquādo legem emendat peccantē ob hoc,q.a est gñalis,summū quippe ius summa est iniuria. [Capessentibus]Accedentibus ad curam reip. [Nihil minus] Nulla re minus,qm̄ magis indiget magnitudine animi,qui rēpu.gerunt,quā philosophi qui in ocio uersantur. Rerū humanarū,quæ accidere pñt in uita.Vnde dicit Plat.lib. vlt. de repu. Monet lux id optimū fore,quā maximè in aduersis, quietem agere,& nequaq̄ excādescere,cū nihil hmōi bonū aut malū clare cēseri q̄at.Et Sen.dicit,Calamitas est virtutis occasio.[Quā] despiciētiā.[Sæpe dico]Repeto & inculco, qm̄ de ipsa dictū est supra.Nō.n pōt quis esse magnanimus,nisi res humanas cōtēnat.i.oīa q̄ hoī accidere pñt in utrāq; partē.[Tranquillitas] se datio pturbationū.[Si quidē]Affert rōnē quare capessentibus rēp.humanæ res dispiciēdę sunt.[Nec auxilij]Angor est ęgritu-

do præmens,& dicitur anxius plenus angustia. [Cum grauitate]Quæ decet virũ qui nunquã mentitur,& in virtute perseuerat est grauitas comes constantiæ,& qui anxius est,& solicitus, non potest esse grauis,& constans. Quæ] Tranquillitas animi, & securitas,& uita sine angoribus,despicientia rerum, & grauitas atq; constantia.[Ego] tanto facilius est philosophis seruare grauitatẽ,& vacare affectibus,quanto minus est in ipsis,quo fit in manu fortunæ.[Quominus multis].i.pauciora,quam in vita eorũ,qui remp.administrant.Patent , sunt obnoxia, & exposita telis fortunæ.quoniam non uersantur in his , quæ sunt in manu fortunæ,ut sunt magistratus,imperia . philosophi.n. colunt animũ,quem fortuna ferire nõ potest aut uincere, modo sit bene institutus,& verè magnus.Vnde vir bonus,& sapiẽs fortunæ minaci,& temerariæ medium vnguem ostendit,& illam elato animo spernit,à qua qui pendet, in magnis viris habendus non est.Vnde dicit Sen.Neminem aduersa fortuna cõminuit , nisi quem secunda decipit , & fortuna illis est grauis, quib.est repentina,facile eam sustinere potest,qui semper expectat,& nulla re maior inuidia fortunæ fit quam æquo animo . [Tam grauiter cadere non possunt] Quoniã ipsis philosophis omnia sunt præmeditata , quippe multum prodest prouisio animorum,& præparatio ad minuendum dolorem . hæc est illa præstans,& diuina sapientia , inquit , in Tusculanis disputationibus,& perceptas pœnitus,& pertractatas res habere humanas,nihil admirari cũ acciderit,nihil antequã euenerit,nõ euenire posse arbitrari. Vnde Xantippe vxor Socratis semper se vidisse illum dicebat eodem vultu exeuntem domo,& reuertẽte, ànimus erat sedatus,& trãquillus,qui à uoluntate fingitur.Ad de etiam,ꝙ ipsi philosophi non curant bona fortunæ , quæ illa cum vult eripere possunt. Illi autem qui remp.gerunt,possunt deijci notariq; infamia,& grauiter cadere,cũ in edito loco positi sint,& obnoxij fortunæ,quæ mutabilis est, & temeraria Senec.dicit,Quæ multo ante prouisa sunt,languidius incurrunt. Aufert uim præsentibus malis qui futura prospexit.Vnde post suum casum Ouid dixit , Tu quoque formida nimiũ sublimia semper , Propositiq; precor contrahe uela tui . Viue sine inuidia,mollesq; inglorius annos Exige,amicitias & tibi iunge pares.[Quocirca]Conclusit per ea,quæ iã dicta sunt,maiores motus animorum concitari in illis,qui gerũt remp. Propterea qđ singulis diebus accidunt , quibus animus mouetur, & maiora semper efficere tentat,vnde opus est adhibere animi magnitudinem,vt maiora semper cum decoro efficiantur , & uacuitatẽ ab angorib. quib. debet uacare magnanimus.[Quocirca] Igitur cum in reb.difficilioribus uersentur hi, qui gerunt rempu. magis aguntur,quàm philosophi, qui uitam ociosam degũt . [Non sine causa] Iure ac merito,quoniam timent casum tela fortunæ,quæ illa in summa quæque torquere gaudet,ut infima summis,summa infimis mutentur.[Maiores motus] Maiores perturbationes , cum eo loci sint unde fortuna uolente grauiter cadere possint.Vnde reges cęteriq; principes ferè semper soliciti sunt, & tyrannorum uita nihil est miserius . omnia enim timet,cum ipsi ab omnibus timeantur.[Et motus maiora efficiendi]Quoniam gubernantibus remp.in cõe laborandũ est,& curandũ,ut magna quædam efficiantur,quod non cogitant ociosi,qui in magnis negocijs non uersantur : maiores.n. curas habent,qui negocijs publicis, & muneribus funguntur , quàm ociosi.illi.n.tendunt ad maiora,& ardua,ociosi autẽ talia non curant, & ideo non anguntur. [Quietis]Ociosis, & his qui ad remp.non accedunt [Quo magis]Tanto magis,inquit, magnitudo animi adhibenda est in his animorum moribus, & curis remp.administrantium,ut grauitas retineatur,& constãtia,ne anxii uideamur, & inconstantes, unde magis debet esse magnanimus,& grauis ille, qui rẽp. gerit , quam philosophus ociosus, quoniam in maioribus difficultatibus uersatur,& maiorib.stimulis perturbationũ agitur & ideo difficile est ipsum non perturbari animo,cũ telis fortunæ sit expositus , ut mens uix possit esse sine timore,& maiora etiam molitur in dies,unde opus est animũ esse constantem [Ab angoribus]Animi perturbationibus. [Ad rem gerendam qui accedit]Præcipit nunc quid illi agendũ sit,qui ad rẽp.accedere uult,ut.s. consideret si idoneus est ad munera publica obeũda.In omnibus.n. quæ animus,non solũ quid honestum sit , sed etiam quid ipsi præstare possumus quærendum est,& considerandum, ne fortè aliquid aggrediamur,quod efficere nequeamus ..quisque igitur uires metiri debet suas,& naturam,idq; auspicari,quod obire posse uidebitur cum decoro,aliter nihil laude dignum faciet, quamuis in re honesta uersetur. honestum est capessere remp. sed si quis ad illam gerendam ineptus est,abstinere debet Ideo Solõ dicebat,Tũc rege,cum prius didiceris regi.illi.n.qui regere nesciunt,seipsos,& alios detrahunt in cladem,& decorum nõ seruant , ad quod pauci accedunt,inquit Plat.lib. 5.de remp.& illud qui cognoscant rari sunt.Idem in 6.de legib.sic ait : Existimare de omnibus hominibus id quisq; debet,quod qui nũquã seruiuit is laude dignus esse princeps nunquã poterit.Ideo gloriari quemq; oportet magis,quod bene seruierit,quã quod bene fuerit dominatus.primum quidem legibus,quibus qui seruit.deo seruit,deinde senioribus,qui honestè uixerũt.[Illa res] Quam agere uult.[Honesta coniuncta uirtuti].i. non solũ consideret honestum esse gerere remp. sed etiã si ipse ad tale munus obeundum aptus est.[Facultatem potentiam, & possibilitatem efficiendi rem ipsam honestam,& ideo id quisque agere debet,ad quod aptus est,& potest cũ decoro tractare.est.n. magnæ molis opus,alios regere,& gubernare,vt decet.[In quo ipso]In hac ipsa consideratione,& accessu ad remp [Considerandũ]Prudenter iudicandum.Quoniã prudentia est,quæ statuit omnes mediocritates. [Aut temere]Nullo adhibito iudicio de speret se posse perficere id, quod incepit propter ignauiã, quæ fortitudini opponitur , propter quam cedere quis non debet , aut deserere fidem metu periculi . Vnde præparandus est animus,& exercenda mens,& formanda ad constantiam, ut nullis molestijs frangatur.gloriæ quoq; , inquit Ambr. caueat appetentiam,quæ frequenter nocuit immoderatè expetita,semper autem usurpata.[Propter ignauiam] Quia fit ignauus. Nauus dicitur strenuus.inde operã nauare est strenuè facere.inde gnauium dicimus desidẽ,& sine igne animi [Aut nimis confidat] Ne nimis audeat,& sic mediũ tenendũ est in rebus agendis , ut fortes esse possimus. in medio.n.consistit uirtus,& iam dictum est fortitudinem mediocritatem esse inter ignauiã siue metũ, & audaciam.[Cupiditatem] Alicuius rei,quam sibi agendam proposuit, aut aliquam aliam rẽ consequendã. [In omnib. negocijs] Obeundis.s. & in omnib.rebus agendis in bello,quæ pertinent ad uirum fortem atq; magnanimum,& in gubernatione reip in qua multa negocia cum decoro obeũda sunt . [Aggrediare]Incipias.[Diligens preparatio]Diligenter omnia necessaria præparanda sunt,ut id quod aggredimur perficere possimus. [Præparatio]Est apparatus rerum necessariarum apparatus pertinet ad sumptum, & magnificentiam , ideo dixit supra,Delectant etiam magnifici apparatus , vnde uituperantur illi qui res magnas , & arduas sine aliqua præparatione aggrediuntur, & turpiter postea desistunt relinquentes locum pœnitentiæ, quo genere hominum nihil est imprudentius

OMNINO &c.] Circa quid uersari fortitudo,& quis esse illius finis debeat,ostendit. uersatur autem in discutiendo,& operando,despicit res externas,& quæ alij plurimum desiderãt operatur ardua,& honesta. Cum n.in metuendo , & audendo mediocritas sit fortitudo. Difficilia,& agit,& patitur uir fortis ne timidus sit,ita uero operatur ne temerarius habeat:semper .n id caueat ne deficiat,aut excedat per extrema,vtrũq; aũt uera dictat ratio.[Quarum una &c.]Nõ solũ patitur,& operatur difficilia uir fortis,sed bona externa contẽnit , ut diuitias, magistratus:non.n.cuipiam animi perturbationi se esse obnoxiũ, &cupiditati ipse dominatur, non illius imperium patitur,quę est uera fortitudo. Nam & Sen.inquit, Fortior est , qui cupiditatem uincit,quam qui hostem:est.n.difficile seipsum uincere. [Nisi quod honestum,decorumq; sit] Alterum ex altero pendet,nã quod decorũ idem honestũ,& quod honestũ decorum, autem.i.quod est perfectum bonum,& omnes à natura quæsitos numeros habet,estq; perfectè moderatũ,ut dicebant Stoici.[Externæ res]vt diuitiæ,neutra sunt,quod neq; prosunt,neque obsunt.Sicut n caloris proprium est calefacere , non refrigerare,ita & boni proprium est prodesse non nocere . Diuitiæ autem non magis prosunt, quam nocent. Quo uerè bene uti, & malè possumus,id bonum non est.Diuitijs autẽ bene,& malè uti possumus. non sunt igitur bonum diuitiæ . eas ergo uir fortis despicere debet.Quidquid autem de diuitijs dicimus, illud,& de alijs externis bonis intelligi uolumus.[Admirari,aut optare,aut expetere op.] Magna,& honesta admiramus, optamus iucũda, expetimus quæ utilia uidenť.[Nulli homini &c.] Vt tyranno etiam timorem minetur, nulli in re turpi parendũ esse intelligas . Nam in re honesta non parere uitium esset.

FRA
MAT

[Per-

[Perturbationi animi] Multæ ſunt animi perturbationes. Nã
ſingula quatuor generum, quæ ſunt dolor, metus, concupi-
ſcentia,uoluptas, multas habent ſpecies. [Fortunæ] Quantũ-
uis aduerſa fuerit hoc eſt nullo incommodo,nulla aduerſitate
frangi,nõ incendiis,nõ ſterilitate agrorũ, nõ filiorum morte,
& ceteris hmõi perturbari.[Altera res eſt &c.] Dixit quid deſpi
ciendũ, nunc dicit quid operandum ſit. [Ita affectus &c.] Ita
diſpoſitus ut omnes externas res deſpiciat, nulli neq; hõi neq;
perturbationi aĩ, aut fortunæ ſuccũbere uelit. [Res geras ma-
gnas quidem &c.] Primũ, inquit, oportet res humanas deſpi-
cere, qđ qui faciunt interriti ſunt ad res magnas,& arduas ag-
grediendas,qui diuitias nimiũ amat &c.] hmõi, qui aut pecu-
nias aut uitam timet amittere, is nunquã pro parentum aut
patriæ ſalute ſeſe periculis obiiciet, rectè ergo dicit res huma-
nas primũ deſpiciẽdas, deinde nihil niſi magnũ,& arduũ faciẽ-
dum.ij.n.uerè fortes dicentur,qui ad honeſtam mortem,& ea
omnia,quæ illam afferunt,interriti ſunt, nec eſt fortitudo,ni-
ſi circa terribilia,& ualde periculoſa.cũq; cuiuslibet operis cũ
ratione ſuſcepti honeſtas finis ſit, ſequitur fortẽ decori, & ho-
neſti gratia agere debere. agit, & utilitatis communis cauſa,ſi
modo ea cum honeſtate cõiuncta fuerit,qui cõmodis proprijs
agendo conſulit,fortis nullo modo eſt[Vehementer arduas]
Hæc eſt maximè difficilis,χαλεπὸν græci arduum dicunt,ſigni-
ficat autem incommodum,difficile intractabile.Sal in primis
uidetur arduum res geſtas ſcribere.[Plenasq; laborũ]Vera for-
titudo non circa quãlibet rem, ſed tamẽ circa terribiles, & pe-
riculoſas nimiũ uerſatur,vt dictum eſt. [Tum uitæ] Et ad ip-
ſam uitã conducãt,ſicut bella ſuſcipimus,vt in pace uiuamus.
Aliarũ rerũ ut liberalitatis. Quæ ad uitam pertinent. [Cũ ho-
neſtate degenda. [Harum rerum duarum] Siue deſpiciamus
res externas, ſiue arduas uehementer,& utiles geramus [Splẽ-
dor eſt addo] Pariunt.n. quandam amplitudinem,& nos inter
alios præſtantiores,clarioresq; efficiunt. Maxima autem illius
amplitudo eſt,quia ea deſpicit quæ ceteri appetunt,& pro qui-
bus inter ſe certare ſolent, quod paulo poſt dicturus eſt. In ag-
grediendis uero,& agendis reb.arduis,non amplitudo ſolum,
uerum etiam vtilitas eſt,ſi communis utilitatis gratia agimus,
ut facere nos oportet. [In poſteriore] In deſpiciendo res ex-
ternas,quas qui deſpiciunt, ij uerè fortes ſunt: Interriti.n. ad
humanos caſus ſunt, cumq; uitã ſine honeſtate ducendã non
eſſe exiſtiment. non etiam pro honeſtate ſeruanda admittere
dubitant. [Id autem ipſum] excellentes animi,& res humanas
deſpicientes.[Si ſolum, quod honeſtum ſit] Nullus ſapiẽs iu-
cundi aut utilis rationem habet, ſi ſeorſum ab honeſtate fue-
rint,& nihil honeſtũ eſt,quod idem utile,& iucundum non ſit.
multa aũt uidentur bona,& honeſta eſſe,quæ re uera bona, &
honeſta non ſunt per ſe, ut de diuitijs dictum eſt. Fortis ergo
honeſtatis finem ſibi proponet, & honeſti gratia aget, aliter
uerè fortis dici non poterit. [Ab omni perturbatione] Vt ra-
tione omnia faciat, non irrationali motu,ut dolore, timore,
ira,libidine,& ceteris eiuſmodi,quibus qui uincitur, liber eſſe
non poteſt. [Nam ea quæ &c.] Ratio eſt, ea contemnere quæ
eximia uulgus,& præclara exiſtimat,ut diuitias,& imperia,ma
giſtratus. [Fortis animi eſt] quoniam cupiditate non frangit,
quæ motus eſt irrationali. Stabili. Virtus ut ait: Ariſto.eſt ha-
bitus electiuus in mediocritate conſiſtens, quo ad nos ratio-
ne terminata,& vt ſapiens terminaret ratione terminata ad na
turalem inſtinctum refertur:non.n.omnes natura ita inſtituti
ſunt, ut quæ recta ſunt intelligant. ſed ſi non naturalis affue-
rit,nihil uitioſum,nihil flagitioſum committet. Si contra ab-
fuerit in omne turpitudinis genus labimur. Ideoq; ſtabili, in-
quit ad rationem referens, quæ eſt quo ad nos,firma ad id re-
ſpiciens, quod eſt, & ut faciens terminare. Nam ſapiens,quæ à
natura ſunt ea præceptis determinata diſcedere nos conuenit
minimè.[Acerba]Vt mortes filiorum,exilia,carceres. Cic.in Pa
rodoxis,C.Marium, inquit, ſecundis in reb. unum ex ſummis
uiris uiſum eſſe, quo beatius eſſe mortali nihil poteſt. [A ſta-
tu naturæ]Qui eſt in ratione firmatus. [A dignitate ſapiẽtis]
Quæ eſt poſita in præceptis,ut non diſcedamus ab eo, quod ſa
piens terminauerit [Robuſti animi]Ad naturalem rationem
referas. [Magnæ conſtantiæ] Ad ſapientis determinationem.
[Non eſt autem conſentaneum]Non eſſe conueniens, inquit,
ut qui terribilium timore non frangitur,idẽ cupiditatibus frã
gatur,& qui à laboribus non uincitur,idẽ uoluptati ſuccũbat,
qm̃ ueriſimile eſt,vt quẽ metus non frangit,eũdẽ etiam, cupi-
ditates non frangant, & quem labor non uincit, eũdem uolu-
ptas non uincat. Nam qui agit,quod difficilius eſt, is quod, &
facilius eſt operatur. Difficilius autem eſt mortem non time-
re, quàm cupiditatibus repugnare, & graues labores patiẽter
ferre,quàm à uoluptatibus abſtinere. [Qui metu non frãgãt]
Rerum terribilium,nam fortis eſt,ut diximus,quæ hominibus
terribilia uidẽtur,& ſunt, ea ſubire,& omnes quamuis graues
labores tolerare.[Cupiditate]Rerum externarum, vt pecunię,
imperiorum,magiſtratuum.[Hæc uitanda,&c.] Ne cupiditati
bus frangamur. [Et pecuniæ &c.] Pecunias intelligimus om-
nia, quorum æſtimatio menſuratur nummo. [Nil tam &c.]Et
propterea Sen.inquit,Pecuniæ imperare oportet,non ſeruire.
& pecunia ſi vti ſcias,ancilla eſt,ſi neſcias,domina.Qui amat pe
cunias,neceſſe eſt, vt timeat amittere,quod longo tempore cõ
geſſit.qui timet fortis nullo pacto eſt. [Pecuniã contemnere]
Maximę ſunt diuitiæ,vt Sen.inquit, non deſiderare diuitias,&
ille eſt pauper,qui nõ ſibi uidetur diues.[Ad beneficentiã &c.]
Vt benefaciatis hominibus dignis q bus,ut ait Sen.beneficium
vbi des,oẽs obliges.[Cauẽda &c,]Põt quiſpiã mereri gloriã,nõ
tñ cupere,& hic verè fortis eſt,ac magnanimus.Eſt.n.honor vir
tutis præmium,non tamen appetenda gloria eſt,ut cupiditate
eius contra officium fiat.multi philoſophi de contẽnenda glo-
ria ſcripſerunt.Eripit.n.lib.hoc eſt obnoxiũ, & ſeruum ſibi ho-
minem reddit. nõ.n.ex ſeipſo,ſed ex vulgi opinione ſemper pẽ-
det,& ad illius arbitrium omnia facit. Duplex autem ſeruitus
eſt iure gentium inuenta,& moribus inducta, cum quiſpiã ita
uitijs, & turpitudini ſe ſubijcit, ut veluti ſeruus illis pareat, de
qua ſeruitute loquitur Cic. in Parad.ex Stoicorũ opinione, q
dicebant ſolum ſapiẽtem liberũ eſſe,malos autem ſeruos. Eſſe
autem libertatẽ poteſtatẽ operandi,qua ſtulti,& mali omnino
careãt [Nec uero &c.]Argumẽtũ eſt à maiori ad minus,ſi non
ſunt expetenda imperia, multo minus cetera imperia expetẽ-
da nõ ſunt,cum ſint bona media, nihil autem expetibile, niſi
quod honeſtum eſt,& quod honeſtũ bonũ. Quo autem bene
vti,& malè poſſumus,id bonũ non eſt,vt ſuperius eſt oſtẽſum.
[Non accipienda] Quod multi fecerũt.[Deponẽda]Quod Ly-
curgus fecit,qui regnũ,quod obtinere poterat,cũ regnaret,an
tequàm manifeſtũ eſſet fratris uxorẽ prægnantem eſſe,pueri
eſſe declarauit, ſimus foret:Quo nato nõ vt regem,ſed ut pue
ri tutorẽ ſe geſſit,& adulto regnũ tradidit; qui Charilaus eſt
uocatus.[Vacandũ aũt omni &c.] Docuit quid uiro forti, &
magnanimo faciendũ eſſet,nunc qũo faciendũ ſit oſtendit, &
pleno fungitur præcipientis officio. Dicit aũt omni animi per
turbatione carendũ,vt impleri ea poſſint,quæ tradidit. Nã vbi
aliqua adeſt perturbatio,liber animus eſſe nõ põt. Si liber nõ
eſt, neq; tranquillus eſſe poteſt,neq; conſtantiã aut dignitatẽ
in agẽdis rebus ſeruare.[Tũ cupiditate] Quatuor gña ſunt ꝑ-
turbationis,ut ſupra diximus,quorũ multæ ſunt ſpẽs hæc qui
dam rectè appellant rerũ humanarũ carnifices. Nã hoĩes fermè
oẽs vexant,qđ ſi quis eſt,qui nec ſperat,nec metuit,is humana
omnia cõtẽnit,qui nec lætis effertur,nec triſtibus deprimitur.
is oĩa quãuis grauia patitur,ex quo liber eſt, & ſecurus, oĩaq;
conſtanter, & cum dignitate operatur. Cupiditatis oĩs pertur
batio eſt animi motus,vel rõnis expers, uel rõnẽ ſpernãs, uel
rõni non obediens,isq; motus aut boni,aut mali opinioni in-
citatur,fiuntq; ex eo quatuor perturbationes. Duæ ex opinio
ne boni uoluptas, & cupiditas. Eſt autem uoluptas geſtiens.i.
præter modũ elata lętitia opinione præſentis magni alicuius
boni,rationi non obtemperans. Cupiditas uerò,quæ & libido
uocatur,eſt appetitio opinati magni boni rationi non obtem
perans. Duæ reliquæ perturbationes metus ægritudo ſunt ex
opinione mali. Nam metus eſt opinio magni mali impenden-
tis,ęgritudo uero magni mali pręſentis,his perturbationibus,
vt ait Cic.in q̃ſt.Tuſ.quas in uita hoĩum ſtultitia quaſi quaſdã
furias inijcit,atq; incitat oĩbus uiribus,atq; opibus, repugnã-
dũ eſt, ſi uolumꝰ hoc qđ datũ eſt uitæ trãquillæ placidæq; tra
ducere [Iracũdia]Quæ eſt,vt Stoici diffiniũt ira inueterata, &
plena odij ulciſcẽdi tẽpus obſeruãs. eſt aũt ſpecies cupiditatis.
[Tranquillitas]Sũma quies nihil oĩno hñs ꝑturbationis, & ad
lætitiã uoluptatẽq; reſpicit. [Securitas hæc efficit] Vt nihil ti-
meamus,& ad metũ refert,& ægritudinẽ.[Cõſtãtiã] Ne frãga-
mur dolore,vel metu.[Dignitatẽ]Ne ſpe,vel lętitia nimiũ effe
ramur.[Multi aũt &c.]Hic cõparatio fieri vr̃ eorũ,qui q eti, &
trãquilli ĩ agris ſuis vixerũt,re familiari cõtẽti,& oĩ ꝑturbatio-
ne vacui,& eorũ qui parãdis opibus fuerũt intẽti, nã ſicut qui

in agris viuunt re familiari contenti. hoc propterea faciunt, vt liberi sint, ita qui opibus parãdis studet id facit, vt liber sit. nullius rei indiget, qui in solitudine uiuit. suis contentus nulli ꝑturbationi, aut homini seruit, qui huiusmodi est, liber est, eodem modo, qui opibus abundat potens est, qui potens est nullius indiget, qui nullius indiget, is nemini paret, & sic idem præstare videntur opulentia, & solitudo: utraque.n. libertatẽ trãquillitatemq; parit, ociosorum autem uitæ eorum uitam præfert, qui in rep. uersantur. [Multi sunt] Aetate mea. [Et fuerunt] Vt Q. Cincinnatus, qui obsessi consulis, & exercitus liberator ab aratro uocatus ad dictaturam uenit, ac rursus fascib. depositis quos festinantius victor reddiderat, quàm sumpserat Imperator ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum prædiolum rediit, vt Columella ait. Idem institutum C. Fab. & Cur. Dẽtatus secuti sunt. [Nobilissimi phi.] Vt Socr. Pl [Populi] Vt Plato de quo supra dictũ est. [Principum] Vt Pythagoras, qui Polycratis Samij miscentem tyrannidem fugiens post longas discendi causa susceptas peregrinationes, in Italiam uenit, & in ea constitit regione, quæ magna græcia appellata est. [Homines se. & gra.] Sicuti Scipio maior, qui cum Romanorum principum mores ferre non posset Linternum se contulit, ubi q. eti se dedit [Vix erunt in agris] vt Q. Cincinnatus. [Quod regibus] qui vt nemini pareant, aut cuiuspiam egeant auxilio, superiores student esse, res quidem eadem est, sed ratio diuersa. philosophi & viri graues despicientia rerum, reges uero opibus, & potentia libertatem assequuntur. [Sic uiuere] Vt uelis, modo recta, & honesta sequaris. nihil .n. velle dicemus, quod non rectum honestumq; sit. [Quare cum hoc commune sit.] Nam & ociosi, & reges eundem finem sibi proponunt. [Alteri] Reges. [Suo, & paruo] vt Curius, & Fabricius, de quo Virg. paruoq; potentem Fabricium. [Omnino contemnenda] Non tamen omnino probanda. Nam qui suæ quieti consulunt vnũ iustitiæ genus assequuntur, ꝙ neminem iniuria afficiunt, altero uacant, quoniam non repellũt à quibus possent, & deberẽt iniuriam, qui uerò nemini parere, & nulli subesse uolunt, plerunq; insolentes efficiuntur, & æquitatem non seruant. [Sed facilior] Nunc in quo vtraq; differat vita, & eius qui ocio se dedit, & eius qui parandis opibus studet, manifestè declarat: alteram.n. tutiorem, minusq; alijs grauem, alterã fructuosiorem hominum generi, & ad gloriam comparandam aptiorem dicit esse, ex quo apertè theoricam practicæ præponit. [Quæ propter &c.] Quoniam minus grauem, & molestam esse uolunt ociosorum uitam, ideo de philosophis subiungit, & illis concedendum fortasse dicit cum excellenti ingenio sint, ut doctrinæ totos se dedant, & remp. non capessant, quod multi fecerunt, ut Plat. Ratio uerò est, quia prodesse plurimum possunt aliqd excogitando, & scribendo, quod & præsentibus, & posteris utilitati futurum sit. Forsitan uerò addidit eius, quod superius contra Pla. & philosophos dixit minimè immemor. [Et ijs] addit alios, quibus concedendum est remp. non capessere. [Valetudinis imbecillitate] vt Scipio superioris Africani filius, quem valetudinarium, sed doctissimum legimus fuisse is est, qui Pauli Aem. filium adoptauit, à quo Carthago, & Numantia deletę sunt [Aliqua gra.] Causa, propter seipsum certè hoc dicit Cic. qui cum occupatam à Cæsare uideret remp. satius duxit eã relinquere, & totum ocio se dedere, quàm in illa uersari, quod si fecisset sibi nocuisset, & prodesse illi minimè potuisset, hoc ipse Cic. scr. in epist. [Quibus autem] Si qui, inquit, sunt, quibus nulla causa est, quin remp. capessant, si eam non attingat, non modo non laudandi sunt etiam, sed reprehendendi. [Talis causa] ingenii imbecillitatis, ualetudinis. [Quorum iu. &c.] ꝙ inquit, gloriam contemnant. & imperio atq, cetera omnia, quæ magna, & præclara à plerisque existimantur, improbare non facilè est. Qui n. hoc faciunt laude digni sunt. Cum magnanimi sit ea pro nihilo habere, quæ ceteri appetunt. Sed uidentur res huiusmodi propterea non appetere, quòd labores, & molestias metuunt. In quo magnanimi non sunt habendi. Magnanimus n. nihil timet, quod neque ab improbitate, neq; ab ipso prouenit. Quod si magistratum populo petat non rectè iudicante, sed teme. & repulsam patiatur. Quoniam id non sua improbitate, sed populi accidere intelligit, pati æquo animo debet, quod si assequitur, non debet lætitia afferri. Cato senior repulsis tanquàm honoribus gaudebat, ut legimus, ergo accusandi sunt multi qui timore laboris, & molestiarum ociosè degunt, & remp. non attingunt. [Ostensionum] Errorum ut si delecti exercitus duces uictores non reuertantur: offendere.n. peccare est translatione ab eo sumpta, qui inter ambulandum ad lapidem pedem offendit. [Repulsarum] Si magistratum petant cum digni sint, & tamen uulgi suffragijs repellantur. [Ignominiam] Grauem notam, & sugillationem, quæ nomen legat, ignominiam dixerunt ueteres, & iureconsulti de ignominiosa scribunt missione. [Sunt.n. &c.] Parum sibi consentiant, ut cũ res humanas despiciant; ut gloria, & imperia, magistratus, labores, tamen, & molestia pro communi vtilitate pati non possint. [Voluptatem seue.] Contemnant, quod temperantis est. [Indo] Sint molliores, quod est contra fortitudinem: quę circa difficilia consistit, difficilius autem est dolorem æquo animo pati, quàm à uoluptate abstinere, & minus fortes habent, qui uoluptatem respuunt, quàm qui dolorem perferunt. [Sed ab his qui &c.] Non consonare sibi ipsi Cic. uidetur. Superius .n. non expetenda hac potius, aut non accipienda interdum, aut nonnunquam deponenda imperia dixit, nunc uero adipiscendo magistratus dicit. Sed minimè dissentit. aliud est magistratus adipisci, aliud imperia expetere. Nam qui adipiscitur, ideo adipiscitur, quia meretur, non autem cupit, Qui uerò expetit, sæpe malis artibus nititur. Non sunt n. expetendi honores, sed si differuntur non sunt contemnendi, præsertim si in illis cõstituti humanæ societati utiles esse possumus. Nõ minus autem peccat qui operam suam reip. negatorum prodesse possit, quàm qui imperia, & magistratus nimium affectat [A natura] qui ingenio ualent, & bona ualetudine corporis sunt [Nec aliter.n. &c.] Nisi boni uiri magistratus suscipiant, regi ciuitas non potest, neque fortitudo, & magnanimitas declarari, quæ in magistratibus. & imperijs præcipuè elucet, ex quo secũdum Arist. ciuili scientiæ honoratissimæ facultates subijciuntur, ut res militaris, œconomica, rhetorica, & ipsius finis aliarum fines continet, estq; summum humanum bonum. [Capessentibus autẽ remp. [Quid custodire debeãt, qui remp. capessunt, nunc præcipit, & non minus, quàm philosophos ipsos res humanas despicere debere ostendit. Carendum autem omnia anxietate, & cum grauitate constantiaq;. Qui .n. alicui subiacent perturbationi, agere aliquid grauiter, & constãter nõ possunt, ut supra dictum est. Monasticam autem uitam cum politica comparare uidetur facilius esse dicẽs monasticis res humanas contemnere, quàm politicis. Quominus.n. multa possident, eo minus rerum humanarum uarietatem monastici timẽt. Quo minus agent eo minus sunt soliciti. Cõtra qui in rep. uersãtur necesse est, ut honores adipiscatur, & multa possideat, & si magno pere non appetat, cui hæc adsunt, is timeat fortunæ instabilitatem necesse est, multa adeat pericula, multosque labores sustineat. Quorum nihil philosophis, & in solitudine uiuentibus contingere potest. [Haud scio an magis] q.d. multo magis adhibenda est. Magnificentia in contemnendo non autẽ concupiscendo. [Despicientia] Vt diuitias, & opes amittere non timeat, & ita metu careat, magistratus non concupiscat, delatos non recuset, mereatur, sed magno animo, & integrè gerat, nec gaudeat, ꝙ adeptus, nec si passus repulsam fuerit, commoueãtur. [Auxilij [Spe, metu, dolore, gaudio soliciti. [Cum grauitate] Si omnis perturbatio abfuerit. [Quæ omnia &c.] Contẽnerat] Cum in bona animi nullũ arbitrium est. Et Bias ille, unus ex septem, Omnia, inquit, mea mecum porto. Et Stilbon Megarensis, Bellum nulla ex uirtute spolia trahat. Sed ut Seneca inquit: Feriunt celsos fulmina montes. Idem ait, Excelsis multo facilius casus nocet, & Lucan. Ad alta leuatis est ruere inferius. [Multis rebus egent.] Pauci .n. sunt contenti modico uestitu, modica & plerunque uili suppellectile: nullos.n. hospites nullos cliẽtes habẽt. Vnius serui, aut ancillæ ministerio sunt contenti. [Quo circa] Cum minus multa quietis habeat, quàm qui in rep. uersantur, & minus multis egeant, efficitur ut animi illorum minus moueant, minusq; multa efficiant. Qui n. omnia contemnunt, nihil sperant, aut metuunt, nihil etiã moliuntur. Raro igitur accidit, ut perturbentur, qui uero remp. gerunt, multis quotidie causis aliqua perturbatione concitantur, ex quo operam dare illos oportet, ut & magnanimi sint in rerum humanarũ despicientia, & perturbationibus repugnẽt, quibus qui subiacent, gerere aliquid cũ dignitate nõ possunt. [Ad rem gerendam &c.] Quo pacto fortis, & magnanimus in rep. administranda gerere se debeat nunc ostendit, & non solũ rem gerendam priusquam ad illam accedat, sed quid ipse efficere

cere

cere possit considerare admonet. In quo quid propriũ magnanimi sit præscribit, ut res magnas suscipiat, non tamen maiores, quàm efficere possit, quoniam temerarius esset, & cum efficere quidem possit, & uires sufficiant, non tamen ignauia efficere posse desperet, nec timeat, quod timendum non est, ne pusillanimus habeatur. Tantum itaque sentire de se magnanimus debet circa res gerendas, quantum præstare possit, ne aut deficiendo, aut excedendo peccet. [Quoniã illa res honesta sit] Quoniam sufficit hoc solum considerare, ut honesta sit, ut ad communem utilitatem spectat. Siue res urbana siue sit bellica: in his.n. magnanimi præcipuè uersantur, vel vt bene remp. gubernent, uel ut bello iniurias propulsent, & cõmoda patriæ augeant. [Habeat efficiendi &c.] Ne audeat plusquã possit aut minus, quàm possit. [Propter ignauiam] Vt timeat, quæ timẽda non sunt, [Propter cu.] Et audeat, quæ audere non debeat. Pompeius uictus in Pharsalia temere desperauit. poterat enim bellum mari reparare, cum eius classis intacta esset, & Cæsaris classe instructior, & numerosior. C. Flaminius inconsultè, & temere cum Annibale ad lacum Thrasymenum conflixit. M. quoque Varronis cupiditate pugnandi apud Cannas ingens illa clades accepta est. In omni &c. Consilio prius respectandum dicit ne temere aggrediamur. Sal. quoque ait antequam facias consulto, & ubi consulueris maturè facto opus est. Aesopus, Phrygius fabulator sic ait, τὸν φρόνιμον δεῖ πρότερον τὰ τέλη σκοπεῖν τῶν πραγμάτων εἶθ' οὕτως αὐτοῖς ἐγχειρεῖν.

ASC. OMNINO fortis animus] Docet circa quæ animus fortis uersatur, & est ordo, Animus omnino fortis, & magnus cernitur .i. decernitur, & ratio probatur maximè .i. præcipue ex duabus rebus, quarum una ponitur in despicientia .i. contemptu rerum externarum .i. extra nos positarum, ut sunt diuitiæ. Cum sit persuasum sup. animo forti, & magno hominẽ nihil .i. non aliquid, nõ oportere .i. decere aliquid, aut admirari tãquã magnum, ex hoc primo aspectu, aut optare tanquam vtile, aut expetere tanquam sibi debitum, & necessarium Nisi illud qđ sit honestum, & decorum, & nul i pro non, & ulli non succũbere .i. superari ulli, neque fortunæ Alterius res est, ut cum .i. postquam tu qui sup. fortem animum habere uis, sis affectus animo, ita ut dixit supra geras i. publicè facias res magnas, & geras quidem .i. certè illas .s. res magnas, & .i. etiã maximè utiles .s. ut .i. ueluti: Arduas uelle, & plenas laborũ, & periculorum. Tum .i pariter causa uitæ, tum .i. pariter causa sup. multarum rerum, quæ pertinent ad uitam. Omnis splen. & am i. magnificentia quæ est in animo forti, & magno est harũ duarum rerũ .i. pertinet ad has duas res .s. nihil admirari, optare, & expetere, nisi quod honestum, & decorum, & nihil, quod magnũ maximè utile arduum laborum, ac periculorũ, & plenũ, & ego ado, & in posteriore .s. re ultra splendorem, & amplitudinẽ. etiã utilitatem, quia dixit illas quidem, & maximè utiles. Autem pro sed, causa, & ratio efficiens .i. quæ efficit magnos uiros, est in priore .i. in priori re, hoc est in despicientia rerum externarũ, & in expetitione solius honesti, & decori Enim pro quia, illud quod facit animos excellentes, & contemnentes humana .i. res humanas, est in eo .s. priore. Autẽ pro sed, idipsum .s. quod excellentes animos, & humana contemnentes facit, cernitur .i. decernitur & comprobatur in duos, & .i. pariter, hæc est primo loco, si tu iudices id solum bonum, quod honestum sit, & .i. pariter hic est secundo, si tu sis liber à perturbatione animi. Nam, & .i. etiã dicendum est fortis, & magni animi sup. esse .i. pertinere ad fortem, & magnum animum, ducere .i. æstimare ea, quæ uidentur plerisque .s. male affectantibus eximia, & præclara, cuiusmodi amplæ dignitates, & magistratus, ac fortunæ strepitus, quæ pro, &, cõtemnere ea ratione stabili, & firma. Et ferre .i. tolerare ea quæ uidentur acerba, quorum multa, & uaria uersantur in uita, & fortuna hominum, ita .i. ea modo, ut nihil discedas à statu naturæ .i. à mentis tranquillitate, quæ cum sit naturalis, extrema exturbare non debet, & nihil discedat à dignitate sapientis .i. ab eo quod sapienti uiro dignum est, & robusti animi, & magnæ constantiæ .i. pertinet ad robustũ .i. fortem animum, & ad magnam constantiam. Autẽ pro sed, non consentaneum .i non est uerisimile, & ita non est sentiendum eum animum .s. qui non frangitur .i. non possit frangi metu, frangi i. quod frangatur cupiditate. Nec consentaneum est eũ qui præstiterit i præstanter exhibuerit se inuictũ à labore, uinci uoluptate. Quamobrem i. etiã hæc quæ dicta sunt cupiditas & uoluptas sunt fugienda supra uiro forti. Enim pro quia, nihil est tam .i. tamẽ angusti, & parui i. pusillanimi, quam .i. quãtum amare diuitias, & sup. nihil est honestius, & magnificentius, quam contemnere pecuniam, si non habeas sup. eam, & conferre sup. pecuniam si habeas eam ad beneficentiam, & liberalitatem. Non.n. sunt prodigendæ pecuniæ, sed honestè expetendæ. Cupiditas gloriæ est etiam cauenda, ut dixi supra. Enim pro quia, quia ipsa cupiditas gloriæ, & ambitio eripit .i. aufert, & subtrahit libertatem supra animi. pro qua sup. libertate retinenda, omnis contentio .i. concertatio, & pugna debet esse uiris magnanimis. Vero pro sed, nec imperia sup. sunt expetenda uiro forti, at .i. imo sup. imperia sunt interdum non accipienda si offerantur ac prosunt sup. deponenda uiro forti non nunquam .i. aliquando; quando .s. aut minus honesta decoraq; illi sint. Accipitur autẽ hic imperium pro ea potestate, quam pro tempore uir strenuus in milites, quibus imperabat exercebat, non pro rerum monarchia. Autem pro sed, uacandum est i. uacuum esse oportet omni perturbatione animi, tũ .i. pariter cupiditate, & metu, tũ .i. pariter etiã ægritudinem, tedio, aut amaritudine, qua quid ægrè fertur; & uoluptate .i. illicita delectatione animi, & ita, ut tranquillitas, & securitas .i. separatio à curis adsit, quæ .s. securitas afferat non temeritatẽ. sed tum .i. pariter etiam dignitatem .i. condignam maiestatẽ. Autem pro sed, multi sunt, & fuerunt, qui expetentes eam, quã dico tranquillitatem remouerunt se à negocijs publicis, & perfugerunt .i. tanquam in locum tutiorem se receperũt ad ociũ. ad uacationem rerum præcipuè publicarum. In his .i. inter hos qui sic perfugerũt .i. etiam nobilissimi philosophi, & longè princeps i. longe ante alios in philosophia principatum obtinẽtes, & quidem homines seueri .i. frigidè sequentes uerum, & graues .i. multum constantes, nec potuerunt ferre .i. perpeti mores populi, nec principum, & uixerunt nonnulli in agris delectati sua re familiari. Idem propositum fuit his .i. huiusmodi uiris quod regibus, ut .s. ne qua .i. non aliqua re egerent, & ne .i. ut non parerent, cui .i. alicui, & ut sup uterentur libertate, cuius .s. libertatis proprium est uiuere sicut uelis. Quare .i. quamobrem, cum .i. quandoquidem hoc .s. quod dicti appetunt, sit commune potentiæ cupidorũ, qui liberi esse, & nulla re egere uolunt. cum his quos ociosos dixi, alteri .s. priores iam dictorum hoc cupidi arbitrantur se posse adipisci .i. obtinere id, ut .s. liberè, & sine egestate uiuant si habeant magnas opes, alteri, scilicet philosophi, & eorum similes arbitrãtur se posse adipisci id, si sint contenti, & suo, idest sua re, & paruo, idest ea modica in quo, idest in qua re; sententia .i. iudicium, & opinio neutrorũ .i. neque cupidorum, neque contemnentium, est contemnẽda .i. aspernanda, omnino .i. naturaliter, sed uita ociosorum .i in ocio, non autem cessatione. sed priuatione duntaxat magistratuum, & rerump. diligentium est, & .i. pariter facilior, & tutior, & minus grauis, aut molesta alijs. Autem pro sed, uita supp. eorum qui se accomodauerunt .i. commodos, & idoneos fecerunt ad rempnb. & ad magnas res gerendas est fructuosior generi hominum, & aptior ad claritatem, & amplitudinem. Quapropter concedendum .i. ignoscendum, aut permittendũ sit forsitan, & i. pariter his non capessentibus .i. non acceptantibus remp. i. administrationem reipublicæ .i. qui existentes excellenti ingenio dederunt sese doctrinæ .i. applicuerunt se ad docendum, & i. pariter his, qui impediti aut imbecillitate ualetudinis .i. quia ualetudinarij sunt, aut aliqua causa grauiore .i. maioris pensi, ac momenti recesserunt à rep. i. ab eius administratione, cum concederẽt .i. vltro permitterent alijs potestatẽ, & laudem eius .s. reip. administrandæ. Autem pro sed, ego puto his quibus nulla talis causa sit, si ipsi supp. dicant se despicere ea. quæ plerique admirentur .s. imperia, & magistratus nõ modo non dandum sup. esse laudi, uerumetiam uitio, quorum iudicium non approbare in eo, quòd contemnant, & putant .i. reputent pro nihilo, gloriam, & difficile factu .i. vt fiat, sed sup. tales uidentur timere labores, ut molestias. tum .i. pariter offensionum dum gererent, tum i pariter repulsarum dum peterẽt, quasi quandam ignominiam, & infamiã Enim pro quia, sunt supp. homines qui consent .i. constantes, & uniformes sibi sint parum in contrarijs i. aduersis ferendis, & qui contemnant seuerissimè uoluptatem, ut sint meliores .i. impatiẽtiores, & uincibiliores quam deceat in dolore, & qui negligant gloriam, & sup. frangantur infamia .i. qui fortiter contemnunt delicias carnis, & strepitum fortunæ, sed possunt pati modicum dolorem, aut modicam contumeliam æquanimiter, quales hodie cõspiciuntur

ei unturplures totos dies orationibus in templis impatientes, & cum reddiderit pro modica offensione in familiares debacchantes, & ferè insanientes. Atque qui, idest certè faciunt sup. ea, quæ dicta sunt non satis constanter. Sed magistratus sunt adipiscendi, & resp. est gerenda omni cunctatione, idest mora, & dubitatione abiecta his, idest ab his, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, scilicet uirtutes, quas Cardinales uocant. Enim pro quia, nec ciuitas potest aliter regi, quã scilicet si petant magistratus, qui idonei sunt, nec magnitudo animi potest aliter declarari. Autem pro sed, & magnificentia, & despicientia rerum humanarum, & tranquillitas animi, atque securitas, quam sæpe dico sit adhibenda capessentibus i. adire cupientibus rem, nihil, idest in nullo minus, quàm adhibenda sit philosophis. i. philosophari uolentibus, & haud, idest nõ scio, an etiam magis sit sup. adhibenda rempub. capessentibus quã philosophis. Siquidem, idest quia certè, qui sup. remp. gerant futuri sunt nec anxij, si quid offensionis occurrat, uicturi sunt. Cum grauitate, & constantia, quæ, idest euiusmodi ornamẽta sunt eo, idest tanto faciliora philosophis, quo, idest quanto minus multa, idest pauciora negocia patent in uita eorum, quæ fortuna feriat. i. ferire, hoc est percutere possit. Et quo i. ex quo egent minus multis rebus, & quia non possunt tam grauiter cadere si quid aduersi eueniat. Quocirca, idest quapropter maiores motus aiorũ concitãtur nõ sine causa gerẽtibus rep. & maiore sunt efficienda gerentibus rẽp. quam quietis. i. in ocio degentibus. quo, idest pro quo, vel pro quanto magnitudo animi, & uacuitas, idest euacuatio ab angoribus, idest anxietatibus est magis adhibenda his, scilicet remp. gerentibus, quam quietis. Autem pro sed, is supp. qui accedit ad remp. gerendam caueat ne consideret modo, idest solummodo id, scilicet quam, idest quãtum honesta sit illa res, scilicet administratio reip. sed etiam consideret sup. ut habeat facultatem faciendi, idest rectè gerendi. In quo, idest in qua re considerandum est ipsi supple gerere uolenti, ne aut desperet temere, idest sine legitima ratione. s. propter ignauiam, idest inertiam suam, aut ne confidat nimis propter cupiditatem supple gubernandi, qua excecatus non uideat, quàm ineptus sit. Autem, pro sed, diligens præparatio est adhibenda supple tibi in omnibus negocijs. i. rebus administrandis, priusquã aggrediare. i. aggrediaris supple earum administrationem.

ARGVMENTVM.

Longè fortius esse ciuilibus in rebus quam bellicis antecellere, multis argumentis docet, nonnihilq; de se.

SED cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse, quam vrbanas; minuenda est hæc opinio. multi. n. bella sæpe quæ siuerunt propter gloriæ cupiditatem: atq; in magnis animis, ingenijsq; id plerunque contingit, eoque magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. verè autem si uolumus iudicare, multæ res extiterũt, vrbanæ maiores, clarioresq;, quàm bellicæ. quãuis. n. Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solonis illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis uictoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Ariopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicãdum est: illud. n. semel profuit, hoc semper proderit ciuitati. hoc consilio leges Atheniensium, hoc maiorũ instituta seruantur. & Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Ariopagum adiuuerit: at ille adiuuit Themistoclem. est. n. bellum gestum consilio senatus eius, qui à Solone erat constitutus. licet eadẽ de Pausania, Lisandroq; dicere. quorum rebus gestis quamquàm imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur: tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legib. & disciplinæ conferendi sunt. quinetiam ob has ipsas causas, & paratiores habuerunt exercitus, & fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus. C. Mario, neque, cum uersaremur in rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur. Parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. nec plus Africanus singularis, & uir. & imperator, in excidenda Numantia reip. profuit: quam eodem tempore P. Nasica priuatus, cum Tyberium Gracchum interemit. quamquàm hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit enim, & bellicam, quoniam ui, manuq; confecta est. sed tamen idipsum gestum est consilio urbano, sine exercitu illud autem optimũ est, in quo me inuadi solere ab inuidis, & improbis audio:

Cedant arma togæ: concedat laurea linguæ.

Vt. n. alios omittam, nobis remp. gubernantib. nonne togæ arma cessere: neque. n. in rep periculum fuit grauius unquam, nec maius ocium. ita consilijs, diligentiaq; nostra celeriter de manibus audacissimorũ ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. quæ res igitur gesta est unquàm in bello tanta? quis triumphus conferendus? licet. n Marce fili, apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. mihi quidem certè, uir abundans bellicis laudib. Cn. Pompeius, multis audientib. hoc tribuit, ut diceret, frustra se tertium triumphum deportaturũ fuisse, nisi meo in remp. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militarib. in quib. plus etiam, quam in his, operæ, studijq; ponendum est. Omnino. n. illud honestum, quod ex animo excelso, magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis uiribus. Exercendum tamen est corpus, & ita afficiendum, ut obedire consilio, rationiq; possit in exequendis negocijs, & in labore tolerando. honestum autem id, quod exquirimus, totum est positũ in animi cura, & cogitatione, in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati reip. præsunt, quàm qui bella gerunt. itaque eorũ cõsilio sæpe aut non suscepta aut confecta bella sunt, nõ nunquam etiam illata: vt M. Catonis consilio bellum tertium Punicum: in quo etiam mortui valuit auctoritas. quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo: sed cauendum, ne id bellandi magis fuga, quàm utilitatis ratione, faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita uideatur. Fortis uero animi, & constãtis est, non perturbari in rebus asperis: nec tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur; sed præsentis animi uti consilio, nec à ratione discedere. quãquã hoc animi, illud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utranque partem; & quid agendũ sit, cum quid euenerit; nec cõmittere aliquid, ut aliquando dicendum sit, non putaram. hæc sunt opera magni animi, & excelsi, & prudentia, consilioque fidentis. temere autem in acie uersari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam, & belluarum simile est. sed cum tempus est, necessitasque postulat, decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudinique anteponenda.

PETR. MARS.

SEd cum plerique] Digreditur Cic. à præceptis tradē dis de ipsa fortitudine, & magnanimitate,& res vrbanas,& consilia eorum,qui remp.togati gubernāt bellicę laudi, & gloriæ contra multorum opinionē præponit.hæ quippe facultates, gubernatio ciuilis,& rei militaris præstantia de principatu inter se certant, & adhuc sub iudice lis est.Cic.tamē nonnullis rationibus, & exemplis conatur ostendere domesticam disciplinam, & consilia vrbana bellicis laudibus præferenda esse,& in hoc Cic. causam agit suam,quoniam ipse togatus remp. sceleratorū manibus eripuit asseruitque. Ideo Q. Catulus princeps senatorij ordinis, & auctor publici consilij,frequentissimo Senatu Cic. patrem patriæ appellauit, cui etiam togato primum supplicatio contigit, post vrbem conditam, ut ipse gloriatur in tertia actione in Verrem. hæc oratio dicitur positio,qua consideramus de aliqua re proposita. constat locis ad laudem pertinentibus, & vituperatio-

Prisco Romæ,à Codro paternum genus ducebat,maternū uero Pisistrato tyranno, Atheniēsibus leges heroico carmine scripsit,& Areopagum constituit .i. senatū,& quadringentos legit senatores.[Areopagitas]Quadringētos senatores. Areopagus erat uicus Martis,in quo constitutus fuit senatus à Solone.collis auct. Herod. li.8. è regione ad arcem Athenarum Areopagus uocabatur[Hoc] Constituere Areopagitas,& ipsum senatum. [Quam illud] Victoria ipsius Them. ad Salaminem. [Illud enim] Ratio quare non erat minus præclarum illud.i. uictoria de barbaris ad Salaminem. [Hoc] Constitutio Areopagitarum,& senatus proderit semper, illud uero semel [Ciuitati]Athenis.[Hoc cōsilio] Solonis. [Leges]Quas ipse tulit.[Maiorum instituta]Mores optimi Atheniensium.[Et Them.quidem] Hęc est altera ratio,quam suam propositionem probat, res.s. urbanas esse maiores bellicis. [Areopagon] Senatū constituendo. [At il.] Solon [Adiuuit] Them. propter senato-
um consilio id bellum gestum est.er
Themistocles autē non adiuuit Solo
honiā, de qua dictum est.Themist.
uictoriam non finem, sed causam
ucentæ naues factæ sunt, cum nun-
omparata classe ad Græciā occupan
adnauigare : consuluerunt oraculū
rñdit,vt muris ligneis se munirent.
ctor est Euseb.lib.5. de præparatione
as mundi, & penetrate sub oras. Ne
sola salutem. Non saluum caput ul-
.Vlla,nec in reliquo pars deniq; cor
uerit uectus, quem Syria mittit,Mi-
omnia Maurus. Non templis diuum
is: Cuncta igni consumet,an ipsa ex-
icitis superum simulacra madere?Li
iam condidit urbi. Inde optata salus
Si tantum pugnam non expectarit
mis uel cum successerit æstas, Vel
rijs priuabere natis. Oraculum dafuit : Qui Spartam antiquam co-
A Persis deuicta cadent, uel regis
tem grauiter plangetis amaram.
ictum est,Leonidas Rex Lacedæmo-
e Herculis cecidit ad Thermopylas,
iret,& ideo dicit Trogus. Initio hu-
cula Delphis rñsum fuerat, aut regi
dendum,& icicirco cum Leonidas ad
suos firmauerat, ut regem se parato
ent. Angustias præterea occupaue-
aiore gloria uincerent, aut minore
culum datum Atheniensibus, cum
ist. nauium præsidium demonstrari
omnibus patriam municipes esse nō
ositam. melius itaq; salutem naui-
os huius sententiæ etiam auctorem
o itaq; cōsilio coniuges liberosq; cū
ulas relicta urbe emandat,ipsi arma-
em relinquentes sacerdotibus, pau-
cra etiam procuranda, & Them.eli-
eti, timens ne à multitudine hosti-
retur. Vnde in freto calaminio pu-
nero nauium maxima post hominū
m deuicta est. Persæ in fugam uersi
multæ submersæ naues,multę captæ
inus sæuitiam regis, quam hostem
. Hac uictoria Themist. Imperator
anc pugnam noctu surgebat per ur-
discurrens, nec capiens quietem di-
& uictoria Milciadis,qui apud Mara-
c erat aliqua uictoria, quæ cum Ma-
cōparari. Themi. Neoclis filius fuit,
nilio Probo nemo præfertur,& pau-
t eadem de Pausania Lisandroq; di-
nius clarus Imperator,sed uarius in
m ut uirtutibus multis enituit, sic
ratus. hic ut dictum est, una cū Ari-
donium apud Platæas cum ducētis
electis, & 20. equitum, & ex præda
tripodem

)(I)(

Die XVII. Februarii

IN FESTO SANCTORUM DONATI, SECUNDIANI, ROMULI ET SOCIORUM MARTYRUM

Dup. 2. Classis

Omnia de Comm. Plurimor. Martyrum prẹter sequentia.

Oratio.

Deus, qui mirabilis es in Sanctis tuis, concede propitius, ut Sanctorum Martyrum tuorum Donati, Secundiani, Romuli, & Sociorum, quorum præsidio munimur, virtutem imitemur. Per Dominum &c.

In 1. Noct. Lect. de Scrip. occ.

Lectio IV.

Quarto supra tercentesimum anno ineunte, decima adversus Christianos persecutio a Diocletiano decreta fuit. Hujusce persecutionis edictum non atramento, sed humano sanguine exaratum fuit; ex quo omnes intelligerent Imperantes inexplebili Christiani sanguinis siti ardere, nec eam nisi postrema internecina guttula sedari posse, universaque Christiana Republica sedibus suis funditus convulsa,

ei unturplures totos dies orationibus in templis impatientes, & cum reddiderit pro modica offensione in familiares debacchantes, & ferè insanientes. Atque qui, idest certè faciunt sup. ea, quæ dicta sunt non satis constanter. Sed magistratus sunt adipiscendi, & resp. est gerenda omni cunctatione, idest mora, & dubitatione abiecta his, idest ab his, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, scilicet uirtutes, quas Cardinales uocant. Enim pro quia, nec ciuitas potest aliter regi, quã scilicet si petant magistratus, qui idonei sunt, nec magnitudo animi potest aliter declarari. Autem pro sed, & magnificentia, & despicientia rerum humanarum, & tranquillitas animi, atque securitas, quam sæpe dico sit adhibenda capessentibus i. adire cupientibus rem, nihil, idest in nullo minus, quàm adhibenda sit philosophis. i. philosophari volentibus, & haud, idest nõ scio, an etiam magis sit sup. adhibenda rempub. capessentibus quã philosophis. Siquidem, idest quia certè, qui sup. remp. gerant futuri sunt nec anxij, si quid offensionis accurrat...

sas causas, & paratiores habuerunt exercitus, & fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus. C. Mario, neque, cum uersaremur in rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur. Parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. nec plus Africanus singularis, & uir. & imperator, in excidenda Numantia reip. profuit: quam eodem tempore P. Nasica priuatus, cum Tyberium Gracchum interemit. quamquàm hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit enim, & bellicam, quoniam ui, manuq; confecta est. sed tamen idipsum gestum est consilio urbano, sine exercitu illud autem optimũ est, in quo me inuadi solere ab inuidis, & improbis audio:

Cum grauitate, & constantia, quæ, i...
ra sunt eo, idest tanto faciliora philos...
minus multa, idest pauciora negoci...
quæ fortuna feriat. i. ferire, hoc est per...
ex quo egent minus multis rebus, & q...
uiter cadere si quid aduersi eueniat. ...
pter maiores motus aiorũ concitatur...
rep. & maiore sunt efficienda gerentib...
ocio degentibus. quo, idest pro quo, v...
do animi, & vacuitas, idest euacuatio...
xietatibus est magis adhibenda his, se...
quam quietis. Autem pro sed, is sup...
gerendam caueat ne consideret modo...
licet quam, idest quãtum honesta sit il...
tio reip. sed etiam consideret sup. ut h...
di, idest rectè gerendi. In quo, idest i...
est ipsi supple gerere uolenti, ne aut d...
ne legitima ratione. s. propter ignauiam...
aut ne confidat nimis propter cupidit...
di, qua excecatus non uideat, quàm i...
sed, diligens præparatio est adhibend...
negocijs. i. rebus administrandis, prius...
diaris supple earum administrationem...

ARGUMENT...

Longè fortius esse ciuilibus in rebus quam... tis argumentis docet, nonnihilq; de se.

SED cum plerique a...
cas maiores esse, qua...
da est hæc opinio. m...
siuerunt propter glo...
in magnis animis, ingenijsq; id ...
eoque magis, si sunt ad rem mil...
bellorum gerendorum. verè au...
care, multæ res extiterũt, vrbanæ...
quàm bellicæ. quãuis. n. Themis...
& sit eius nomen, quàm Solonis...
Salamis clarissimæ testis uictori...
consilio Solonis ei, quo primu...
gitas: non minus præclarum hoc...
dum est: illud. n. semel profuit, h...
uitati. hoc consilio leges Athen...
instituta seruantur. & Themisto...
xit, in quo ipse Ariopagum adi...
Themistoclem. est. n. bellum ge...
eius, qui à Solone erat constitut...
sania, Lisandroq; dicere. quoru...
quàm imperium Lacedæmonio...
tur: tamen ne minima quidem ex...
& disciplinæ conferendi sunt. ...

)(2)(

sa, penitusque deleta. Concordiæ tunc temporis Præfecturam gerebat capitali in Christianam Religionem, penitusque insito odio Euphemius, qui statim ac decretæ persecutionis rumor increbuit, præcepit, ut Christiani undique conquirerentur. Donatus, ac plures ejus Socii, quos Fidei Christianæ Mysteriis ipse imbuerat, reperti sunt, & illico comprehensi ac vinculis, compedibusque constricti ad Præsidem rapti.

Lectio V.

Interrogati cujates essent? Responderunt, se esse Vicentinos; sed quia & Christiani, idcirco Patria exulare fuisse coactos. Hac voce offensus Euphemius, illis edixit, ut Christianam Fidem ejurarent, ni vellent atrocissima quæque, atque extrema omnia pati. Tunc omnes uno ore, satius sibi esse in exilio, & carceribus, in tormentis, ac cruciatibus, in equuleo, atque ignibus Christum colere, quam in summis opibus, ac bonorum copia Deos venerari. Ad hæc Euphemius ira accensus spiculatoribus imperavit, ut in dirissimum carcerem eos detruderent, modis omnibus divexarent, conflictarentque, nec ulli cruciatuum, suppliciorum, malorumque generi parcerent. At dum Carnifices illos verberibus, flagellisque excarnificabant, ignibus, ardentibusque laminis ustulabant, ferventi oleo esenterabant, usque adeo, ut jam ipsi essent defessi, Sancti Martyres Divina Ope, ac vi adjuti, admirabili dulcedine, ac voluptate cœlestis Beatitudinis prænuntia perfundebantur. Cum vero Euphe-

PETR. MARS.

Sed cum plerique] Digreditur Cic. à præceptis tradẽdis de ipsa fortitudine, & magnanimitate, & res vrbanas, & consilia eorum, qui remp. togati gubernãt bellicę laudi, & gloriæ contra multorum opinionẽ præponit. hæ quippe facultates, gubernatio ciuilis, & rei militaris præstantia de principatu inter se certant, & adhuc sub iudice lis est. Cic. tamẽ nonnullis rationibus, & exemplis conatur ostendere domesticam disciplinam, & consilia vrbana bellicis laudibus præferenda esse, & in hoc Cic. causam agit suam, quoniam ipse togatus remp. sceleratorũ manibus eripuit asseruitque. Ideo Q. Catulus princeps senatorij ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo Senatu Cic. patrem patriæ appellauit, cui etiam togato primum supplicatio contigit, post vrbem conditam, ut ipse gloriatur in tertia actione in Verrem. hæc oratio dicitur positio, qua consideramus de aliqua re proposita. constat locis ad laudem pertinentibus, & vituperatio- ... utile iustũ, ac legitimũ,

)(3)(

phemius postero die eos omnes in suo venientes conspexisset incolumes vulneribus, cicatricibusque obductis la tesque, veritus, ne ea res plurimo rum cultu avocaret, atque ad Christ ligionem incitaret, alliceretque, j omnes hominum adspectu subtrahi vivorum numero auferri. Gavisi Deo retulerunt pro oblata sibi occa Christo reddendæ. Itaque extra Por talem Civitatis juxta fluvium Ler Calendas Martias gladio jugulati Ma mam promeruerunt.

Lectio VI.

In horum Martyrum album octogin plius adscripti sunt, inter quos D cundiani, & Romuli nomina celebrar rum Ossa Concordiæ marmoreo sax a vetustis usque temporibus asservan bus salutaris Aquæ copia profluit, q prodigiis nobilitata est. Ad hos sa latices vicinæ, ac longinquæ gente conspiciuntur. Animi, corporisque inde repetere, ex mortiferis morbi scere, sitientibusque Agris cœlestes petrare. Nec longorum Sæculorun rerum vicissitudines, nec bellorum cem succedentium motus miraculor ro in dies crescenti, nec multitudi sui quotidie majori moram ullam tuerunt.

Prisco Romæ, à Codro paternum genus ducebat, maternũ uero Pisistrato tyranno, Atheniẽsibus leges heroico carmine scripsit, & Areopagum constituit .i. senatũ, & quadringentos legit senatores. [Areopagitas] Quadringẽtos senatores. Areopagus erat uicus Martis, in quo constitutus fuit senatus à Solone. collis auct. Herod. li. 8. è regione ad arcem Athenarum Areopagus uocabatur [Hoc] Constituere Areopagitas, & ipsum senatum. [Quam illud] Victoria ipsius Them. ad Salaminem. [Illud enim] Ratio quare non erat minus præclarum illud .i. uictoria de barbaris ad Salaminem. [Hoc] Constitutio Areopagitarum, & senatus proderit semper, illud uero semel [Ciuitati] Athenis. [Hoc cõsilio] Solonis. [Leges] Quas ipse tulit. [Maiorum instituta] Mores optimi Atheniensium. [Et Them. quidem] Hęc est altera ratio, quam suam propositionem probat, res. s. urbanas esse maiores bellicis. [Areopagon] Senatũ constituendo. [At il.] Solon [Adiuuit] Them. propter senatores, quos instituerat, quorum consilio id bellum gestum est. er ... Themistocles autẽ non adiuuit Solo ... oniã, de qua dictum est. Themist. ... uictoriaæ non finem, sed causam ... centæ naues factæ sunt, cum nun... mparata classe ad Græciã occupan ... dnauigare: consuluerunt oraculũ ... fidit, vt muris ligneis se munirent. ... or est Euseb. lib. 5. de præparatione ... mundi, & penetrate sub oras. Ne ... ola salutem. Non saluum caput ul... Vlla, nec in reliquo pars deniq; cor ... erit uectus, quem Syria mittit, Mi... nia Maurus. Non templis diuum ... : Cuncta igni consumet, an ipsa ex... itis superum simulacra madere? Li... ni condidit urbi. Inde optata salus ... Si tantum pugnam non expectarit ... nis uel cum successerit æstas, Vel ... js priuabere natis. Oraculum da... uit: Qui Spartam antiquam co... A Persis deuicta cadent, uel regis ... em grauiter plangetis amaram. ... ctum est, Leonidas Rex Lacedæmo... Herculis cecidit ad Thermopylas, ... ret, & ideo dicit Trogus. Initio hu... ula Delphis rñsum fuerat, aut regi ... endum, & iccirco cum Leonidas ad ... uos firmauerat, ut regem se parato ... nt. Angustias præterea occupaue... aiore gloria uincerent, aut minore ... ulum datum Atheniensibus, cum ... t, nauium præsidium demonstrari ... nnibus patriam municipes esse nõ ... ositam. melius itaq; salutem naui... os huius sententiæ etiam auctorem ... itaq; cõsilio coniuges liberosq; cũ ... las relicta urbe emandat, ipsi arma... em relinquentes sacerdotibus, pau... ra etiam procuranda, & Them. eli... ti, timens ne à multitudine hosti... etur. Vnde in freto calaminio pu... ero nauium maxima post hominũ ... deuicta est. Persæ in fugam uersi ... ultæ submersæ naues, multę captæ ... ius sæuitiam regis, quam hostem ... Hac uictoria Themist. Imperator ... ne pugnam noctu surgebat per ur... liscurrens, nec capiens quietem di... uictoria Milciadis, qui apud Mara... erat aliqua uictoria, quæ cum Ma... parari. Themi. Neoclis filius fuit, ... ilio Probo nemo præfertur, & pau... eadem de Pausania Lisandroq; di... ius clarus Imperator, sed uarius in ... n ut uirtutibus multis enituit, sic ... atus. hic ut dictum est, una cũ Ari... onium apud Platæas cum ducẽtis ... lectis, & 20. equitum, & ex præda

tripodem

ei unturplūres totos dies orationibus in templis impatientes, & cum reddiderit pro modica offensione in familiares debacchantes, & ferè insanientes. Atque qui, ideſt certè faciunt ſup. ea, quæ dicta ſunt non ſatis conſtanter. Sed magiſtratus ſunt adipiſcendi, & reſp. eſt gerenda omni cunctatione, ideſt mora, & dubitatione abiecta his, ideſt ab his, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, ſcilicet uirtutes, quas Cardinales uocant. Enim pro quia, nec ciuitas poteſt aliter regi, quā ſcilicet ſi petant magiſtratus, qui idonei ſunt, nec magnitudo animi poteſt aliter declarari. Autem pro ſed, & magnificentia, & deſpicientia rerum humanarum, & tranquillitas animi, atque ſecuritas, quam ſæpe dico ſit adhibenda capeſſentibus i. adire cupientibus rem, nihil, ideſt in nullo minus, quàm adhibenda ſit philoſophis. i. philoſophari volentibus, & haud, ideſt nō ſcio, an etiam magis ſit ſup. adhibenda rempub. capeſſentibus quā philoſophis. Siquidem, ideſt quia certè, qui ſup. remp. gerant futuri ſunt nec anxij, ſi quid offenſionis occurrat ...

Cum grauitate, & conſtantia, quæ,i
ra ſunt eo, ideſt tanto faciliora philoſo
minus multa, ideſt pauciora negoci
quæ fortuna feriat. i. ferire, hoc eſt per
ex quo egent minus multis rebus, & q
uiter cadere ſi quid aduerſi eueniat. C
pter maiores motus aiorū concitātur
rep. & maiore ſunt efficienda gerentib
ocio degentibus. quo, ideſt pro quo, v
do animi, & vacuitas, ideſt euacuatio
xietatibus eſt magis adhibenda his, ſc
quam quietis. Autem pro ſed, is ſup
gerendam caueat ne conſideret modo,
licet quam, ideſt quātum honeſta ſit ill
tio reip. ſed etiam conſideret ſup. ut h
di, ideſt rectè gerendi. In quo, ideſt in
eſt ipſi ſupple gerere uolenti, ne aut d
ne legitima ratione. ſ. propter ignauian
aut ne confidat nimis propter cupidita
di, qua excecatus non uideat, quàm in
ſed, diligens præparatio eſt adhibenda
negocijs. i. rebus adminiſtrandis, priuſq
diaris ſupple earum adminiſtrationem

ARGVMENT

Longè fortius eſſe ciuilibus in rebus quam ... tis argumentis docet, nonnihilq; de ſe.

SED cum plerique a
cas maiores eſſe, qua
da eſt hæc opinio. m
ſiuerunt propter glo
in magnis animis, ingenijsq; id p
eoque magis, ſi ſunt ad rem mil
bellorum gerendorum. verè au
care, multæ res extiterūt, vrbanæ
quàm bellicæ. quāuis. n. Themiſ
& ſit eius nomen, quàm Solonis i
Salamis clariſſimæ teſtis uictoria
conſilio Solonis ei, quo primum
gitas: non minus præclarum hoc
dum eſt: illud. n. ſemel profuit, ho
uitati. hoc conſilio leges Athen
inſtituta ſeruantur. & Themiſto
xit, in quo ipſe Ariopagum adi
Themiſtoclem. eſt. n. bellum ge
eius, qui à Solone erat conſtitut
ſania, Liſandroq; dicere. quorum
quàm imperium Lacedæmonior
tur: tamen ne minima quidem ex
& diſciplinæ conferendi ſunt. q

ſas cauſas, & paratiores habuerunt exercitus, & fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus C. Mario, neque, cum uerſaremur in rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur. Parua enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. nec plus Africanus ſingularis, & uir. & imperator, in excidenda Numantia reip. profuit: quam eodem tempore P. Naſica priuatus, cum Tyberium Gracchum interemit. quamquàm hæc quidem res non ſolum ex domeſtica eſt ratione: attingit enim, & bellicam, quoniam ui, manuq; confecta eſt. ſed tamen idipſum geſtum eſt conſilio urbano, ſine exercitu illud autem optimū eſt, in quo me inuadi ſolere ab inuidis, & improbis audio:

)(4)(

In III. Nocturno

...n Evan. Cum audieritis prælia &c. *...omm. Plurim. Martyrum, ut in Breviario Romano.*

Concordien.

...ptas Lectiones II. Nocturni, & Orati... ...oprias pro Officio, & Missa Sancto... ...rum Concordiensium Donati, Secundi... ...li, & Sociorum ab Eminentissimo & ...simo Domino Cardinali de Somal... ...i Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. ...icario, Sacrorumque Rituum Congr... ...refecto, ac D. Aloysio Gardellini Fidei ...motore loco R. P. D. Hieronymi Nap... ...motoris Fidei ab Urbe absentis, recisis... ...tissimus Dominus Noster, humillime sup... ...apitulo, & Canonicis Ecclesię Cathe... ...cordien., audito Reverendissimo Episc... ...ſraſcripta Secretario referente, a singul... ...ero Civitatis, & Diœcesis Concordien... ...est recitandi Officium cum Missa & ...orumdem Sanctorum MM. honorem ...enigne concessit.

...Januarii 1804.

... Julius Maria Card. de Somal...
S. R. C. Præfectus.

I. de Carpineis S. R. C. Se...

PETR. MARS.

Sed cum plerique] Digreditur Cic. à præceptis tradẽdis de ipsa fortitudine, & magnanimitate, & res vrbanas, & consilia eorum, qui remp. togati gubernãt bellicę laudi, & gloriæ contra multorum opinionẽ præponit. hæ quippe facultates, gubernatio ciuilis, & rei militaris præstantia de principatu inter se certant, & adhuc sub iudice lis est. Cic. tamẽ nonnullis rationibus, & exemplis conatur ostendere domesticam disciplinam, & consilia vrbana bellicis laudibus præferenda esse, & in hoc Cic. causam agit suam, quoniam ipse togatus remp. sceleratorũ manibus eripuit asseruitque. Ideo Q. Catulus princeps senatorij ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo Senatu Cic. patrem patriæ appellauit, cui etiam togato primum supplicatio contigit, post vrbem conditam, ut ipse gloriatur in tertia actione in Verrem. hæc oratio dicitur positio, qua consideramus de aliqua re proposita. constat locis ad laudem pertinentibus, & vituperationem, respicitque hos fines, honestum, utile, iustũ, ac legitimũ, talis est eiusdem Ci. positio in Rhet. Boni ne plus, an mali attulerit hominibus, & ciuitatibus eloquentia. Theses, inquit Fabius, quæ sumuntur ex rerum comparatione, ut rusticana uita, an vrbana potior, Iurisperiti an militaris uiri laus maior, miræ sunt ad exercitationem dicendi speciosæ, atque uberes, quæ uel ad suadendi officium, vel etiam ad iudiciorum disceptationem iuuant plurimum. hæc thesis in causa Murænæ à Tullio tractatur uberrimè. [Plerique] Maior pars hominum. hæc omnia eo spectant, ut Cic. glorietur sibi togato arma cessisse, & rempub. consilijs suis à nefaria coniuratione liberatam esse, quæ hoc carmine testatus est, O fortunatã natam me cõsule Romam. [Res bellicas] Ea quæ fiunt in bello magis esse laudanda, quam gesta urbana, & senatoria. [Minuenda] Confutanda, approbandum, inquit, est aliter esse ac plerique putant. [Multi enim] ratio quare hæc opinio minuenda est, quoniam, inquit, multi bella quærunt non propter rem ipsam, & honestatem, sed propter gloriam, vnde si talibus non esset gloria proposita nullo modo pugnarent. ostendendum est igitur ipsos posse in toga maiorem laudem consequi, quã in castris. [Gloriæ] Bellicæ, quam ducunt esse maximam, & maximè quęrunt hanc gloriam fortes, & magnanimi, & si opportunitatem nacti patriæ iniuriam inferunt, vt Cęsar fecit. unde Cic. uult, hanc gloriam diminuere, vt alij quærunt potius gloriam urbanam quam bellicam, ne patria detrimento afficiatur à cupidis bellicæ gloriæ, quod sub Cæsare passa est, qui in arma furens patriam occupauit omissis causis forẽsibus Senatorijsque muneribus, quæ ornatè ac splendidè potuisset obire. Erat. n. literatissimus, & post Cic. facilè secundus, aut fortè Cic. par, si tubarum clangor, strepitusq; armorum à causis agendis eum non auertisset. [Id] quærere bella propter gloriæ cupiditatem [Plerunque contingit] accidit sæpius, & euenit in animis magni præclariq; ingenij. Vnde in bello sunt ferociores. [Eoq; magis] tanto magis id euenit illis, qui magno animo præditi sunt, & ingenio. [Apti] præstantes robore corporis, & mẽbrorum optima ualetudine. [Cupidi] suap. na. [Bellorum], i. si eorum natura ad id inclinatur. [Verè autem] Facit propositionem disputationis, & confutat id, quod ab eo qui alteram partem tueretur, dici posset [Multæ res urbanæ] Gesta consilio senatorum urbanorum. [Maiores] Maioris laudis, & gloriæ quam gesta bellica [Indicare uerè] Sine fraude, & ut ueritas ipsa requirit. [Quamuis enim] Hæc est confutatio quam dixi, & facit comparationem inter Themistoclem, & Solonem, præponitq;, & facta consilio Solonis. quãuis nomen Themistoclis illustrius sit propter uictoriam Salaminiam de Xerxe. [Iure] Merito. [Laudetur] Ab oratoribus, & historicis supradixit Hic rhetorum campus de Salamine. [Eius] Themistoclis. [Nomẽ] Fama rerum gestarum, & uictoriæ bellicæ. [Illustrius] Maioris splendoris, & gloriæ. [Citetur] Vocetur in testimonium. Trãslatio est ab his qui citãtur ut testes sint. Salamis insula, vbi Themistocles uicit Xerxem nauali pugna .i. quamuis testis sit huius gloriæ uictoria ad Salaminem. [Quæ] uictoria, [Anteponatur] Ab oratoribus. Consilio Solonis, & laudibus, quas meruit cõsilijs urbanis, & prudentia in constituendo Senatu ac legibus. [Anteponatẽ] .f. ab oratoribus, qui quotãnis laudes Themistoclis, & aliorum qui in bello operam patriæ nauauerant, celebrabant. Solon unus fuit ex septẽ Execestide filiis auctore Laertio, siue Euphoronis, ut Didymus grammaticus scribit, patria Salaminius; Athenis claruit regnante Tarquinio Prisco Romæ, à Codro paternum genus ducebat, maternũ uero Pisistrato tyranno, Atheniẽsibus leges heroico carmine scripsit, & Areopagum constituit .i. senatũ, & quadringentos legit senatores. [Areopagitas] Quadringẽtos senatores. Areopagus erat uicus Martis, in quo constitutus fuit senatus à Solone. collis auct. Herod. li. 8. è regione ad arcem Athenarum Areopagus uocabatur [Hoc] Constituere Areopagitas, & ipsum senatum. [Quam illud] Victoria ipsius Them. ad Salaminem. [Illud enim] Ratio quare non erat minus præclarum illud. i. uictoria de barbaris ad Salaminem. [Hoc] Constitutio Areopagitarum, & senatus proderit semper, illud uero semel [Ciuitati] Athenis. [Hoc cõsilio] Solonis. [Leges] Quas ipse tulit. [Maiorum instituta] Mores optimi Atheniensium. [Et Them. quidem] Hęc est altera ratio, quam suam propositionem probat, res. f. urbanas esse maiores bellicis. [Areopagon] Senatũ constituendo. [At il.] Solon [Adiuuit] Them. propter senatores, quos instituerat, quorum consilio id bellum gestum est. ergo Solon adiuuit Them. Themistocles autẽ non adiuuit Solonem, post pugnam Marathoniã, de qua dictum est. Themist. monuit Athenienses illam uictoriam non finem, sed causam esse maioris belli. Vnde ducentæ naues factæ sunt, cum nunciaretur Xerxem ingenti comparata classe ad Græciã occupandam, & in primis Athenas adnauigare: consuluerunt oraculũ Delphycum, quibus Pithia rñdit, vt muris ligneis se munirent. oraculum tale fuit, ut auctor est Euseb. lib. 5. de præparatione Euang. Effugite Extremas mundi, & penetrate sub oras. Ne miseris tardate, feret fuga sola salutem. Non saluum caput ullum, non pes ue manus ue. Vlla, nec in reliquo pars deniq; corpore salua. Curibus ecce fuerit uectus, quem Syria mittit, Mitis erit nulli, rapiet ferus omnia Maurus. Non templis diuum parcet, non mœnibus urbis: Cuncta igni consumet, an ipsa exterrita magno sudore aspicitis superum simulacra madere? Lignea mœnia dat Pallas, quam condidit urbi. Inde optata salus felix, & palma sequetur. Si tantum pugnam non expectarit equestrem. Tu uero Salamis uel cum successerit æstas, Vel cum tristis hiems, proprijs priuabere natis. Oraculum datum Lacedæmonijs tale fuit: Qui Spartam antiquam colitis, uel mœnia uestra, A Persis deuicta cadent, uel regis adempti Herculidæ mortem grauiter plangetis amaram. quoniam in eo bello, ut dictum est, Leonidas Rex Lacedæmoniorum, qui erat de genere Herculis cecidit ad Thermopylas, cum illas angustias custodiret, & ideo dicit Trogus. Initio huius belli sciscitantibus oracula Delphis rñsum fuerat, aut regi Spartanorum aut urbi cadendum, & iccirco cum Leonidas ad bellum proficisceretur, ita suos firmauerat, ut regem se parato ad moriendum animo scirent. Angustias præterea occupauerat, ut cum paucis, aut maiore gloria uincerent, aut minore damno reip. caderet, oraculum datum Atheniensibus, cum nemo intelligeret, Themist. nauium præsidium demonstrari interpretatus, persuadet omnibus patriam municipes esse nõ in ædificijs, sed in ciuibus positam. melius itaq; salutem nauibus quam urbi commissuros huius sententiæ etiam auctorem deum esse dicens. Probato itaq; cõsilio coniuges liberosq; cũ preciosissimis rebus in insulas relicta urbe emandat, ipsi armati naues conscendunt, arcem relinquentes sacerdotibus, pauci senesq; maioribus natu, & sacra etiam procuranda, & Them. elegit angustias Salaminij freti, timens ne à multitudine hostilium nauium circum ueniretur. Vnde in freto calaminio pugnatum est, & paruo numero nauium maxima post hominũ memoriam classis Persarum deuicta est. Persæ in fugam uersi sunt. in qua trepidatione multæ submersæ naues, multę captæ sunt, plures tamen non minus sæuitiam regis, quam hostem timentes domũ concessere. Hac uictoria Themist. Imperator nobilitatus est, qui ante hanc pugnam noctu surgebat per urbem tanquam lymphatus discurrens, nec capiens quietem dicebat se excitari trophæis, & uictoria Milciadis, qui apud Marathonem Persas uicerat, nec erat aliqua uictoria, quæ cum Marathonio trophæo posset cõparari. Themi. Neoclis filius fuit, cui ob res gestas, auct. Aemilio Probo nemo præfertur, & pauci pares putantur. [Licet eadem de Pausania Lisandroq; dicere] Pausanias Lacedæmonius clarus Imperator, sed uarius in omni genere uitæ fuit. Nam ut uirtutibus multis enituit, sic uitijs obrutus est, & denigratus. hic ut dictum est, una cũ Aristide Atheniensi uicit Mardonium apud Platæas cum ducẽtis millibus peditum uiritim electis, & 20. equitum, & ex præda

tripodem

tripodem aureum. Delphis posui epigramate in scripto in hāc sententiam : Suo ductu barbaros apud Platæas esse deletos, eiusq; uictoriæ causa Apollini donum dedisse. Post hoc prelium missus est cum classe Cyprum,& Hellespontum, ut inde barbarorum præsidia depelleret, quæ omnia felici euētu peregit,& Byzantium expugnauit, sed hanc belli gloriā in gloria morte deturpauit: Aristocles pater Lysandri ex prosapia minimè regia, ceterum ex Heraclidarum genere natus esse dicitur, inquit Plut. Lysander Lacedæmonius magis felicitate, quam uirtute sibi gloriā comparauit, in rei familiaris educatus angustia, sese patriæ, legibus obtemperantem, si quis alter, præbuit, cui honoris cupiditas,& contentionis studium à Laconica disciplina permansit innatum, Clarus imperator fuit, qui cum Athenas per deditionē cepisset, 30. uiros urbi præposuit, & Chalybium arci gubernatorem, inde statuā sibi præfectisq; suis erexit, quo tempore maxima animi elatione uti uisus est, quoniam ipsi Græcorum perinde ac deo per ciuitates aræ erectæ sunt,& sacrificia instituta, eiq; ante omnes pæanes decātati, quorum unus tale habebat initium : Almæ græciæ imperatorē ab altissima Sparta diuinis celebremus laudibus. Io pæā Chærilum poetam semper secum habuit, ut res à se gestas uersibus celebraret, tandem cum Thebanos inuaderet, apud Haliarum oppidum Bœotiæ à Neochoro interfectus est. Facit igitur comparationē inter Pausaniam Lysandrumq; clarissimos imperatores exercitus, & reges, qui rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatarunt, & Lycurgum qui Lacedæmonijs leges dedit,& sic ostendit plura Lycurgum, quam illos fecisse, quamuis duce Lysandrio Atheniēses à Lacedæmonijs uicti fuerint in bello Peloponnesiaco, quod Thucidides literis mādauit Lysander in bellum cum fecit, quod per 26. annos durauerat inter Athenienses, & pelopōnesios unde bellum Peloponnesiacum dictū est,& Lacedæmonij sunt in Peloponneso, Messenij, Achæi, Dores, Argiui, Elei, Arcades. hi.n. populi illam incolunt peninsulam, in cuius isthmo est Corinthus caput Achaiæ. hi populi cum Lacædemonijs faciebant, Athenienses etiā suos habebant socios. [Licet dicere] Possumus afferre idem, ꝙ de Themistocle,& Solone. [Rebus gestis] Præstantia bellica, & uictorijs, [Lacedæmonis] Lacedæmon est urbs Peloponnesi, quæ, & Sparta dicitur, clarissima quondam,& institutis, & armis [Dilatatum] Ampliatum, & propagatum. Nam Lisander Athænas cepit. Pausanias Persas uicit, expugnauit Byzantiū,& ex Cypro atq; Hellespōto deduxit barbarorum præsidia. [Tamen] Quamuis imperium fuerit per illos dilatatum. [Tamen minima quidem [Non modo nō magna ; sed nulla ex parte cōparandi sunt gloriæ Lycurgi, quam ille meruit ob leges sanctissimas, quas Lacedæmonijs tulit. [Conferendi] Cōparandi. Licurgus auctore Trogo, cum fratri suo polybitæ Spartanorū regi successisset, regnumq; sibi uindicare potuisset, Charilao fratris filio, qui posthumus fuerat, cum adoleuisset, regnū, restituit, ut intelligerent omnes quanto plus apud bonos pietatis iura, quàm omnes opes ualerent. Medio igitur tēpore dum infans adolescit, & ipse tanquam tutor regis regnum administrat, leges non habentibus Lacedæmonijs Instituit, non inuētione earum magis quam exemplo clarus, si quidem nihil lege in alios sanxit, cuius non ipse primus documēta, daret populū in obsequia principum, princeps ad iustitiam infirmorū formauit, parsimoniam omnibus persuasit, existimans laborē militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem. fore enim singula non pecunia, sed compēsatione mercium iussit auri argentiq, usum ueluti materiam omnium scelerum sustulit. Administrationem reipu. per ordines diuisit. regibusq; potestatē, bellorum, successiones, senatui custodiám legum, populo sub legendi senatum, uel creandi quos uellet potestatem permisit, fundos omnium æqualiter in omnes diuisit, ut æquata patrimonia neminem potentiorem alijs redderent, conuiuari omnes publicè iussit, ne alicui diuitiæ, uel luxuriæ in occulto essent. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno permisit, nec quenquam cultius quā alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam uerteretur. pueros impuberes nō in forum sed in agrū duci præcepit, ut primos annos nō in luxuria, sed in opere laboribus agerent. Nihil eo somni causa substernere, & uitam sine pulmento degere, neque prius in urbem redire, quam uiri facti essent. statuit uirgines sine dote nubere, iussit. ut uxores eligerentur nō pecunia seuerius, quo matrimonia sua uiri coercerent, cum nullis frænis tenerentur ipsius dotis maximū honorem nō diuitum, & potentum, sed pro gradu senū esse uoluit, nec sane usquam terrarum honorationem loci senectus habuit. Hæc quoniam principio solutis antea moribus dura uidebantur esse, auctorem eorū Apollinem Delphicum finxit, ea se ex præcepto numinis attulisse, ut consuescendi tædium, metus religionis euinceret. denique ut æternitatem legibus suis daret, iureiurando astrinxit ciues, nihil eos de suis legibus mutaturos, priusquam reuerteretur, & se ad oraculum proficisci simulauit, consulturum quid addendum mutandum ue legibus uideretur, sed in Cretam profectus est, ibiq; perpetuum exilium agit, abijciq; in mare ossa sua morēis iussit, ne relatis aliquando Lacedæmonem Spartiatæ iurisiurandi religione solutos in dissoluendis legibus se arbitrarentur. [Quin etiam] Immo. [Ob has ipsa causas] propter disciplinam leges,& educationem iuuenum, ut præcipit Licurgus. [Habuerunt] Pausanias .s. & Lysander Imperatores exercitus, nam reges Lacedæmonij habebant potestatē bellorum, ut dictum est. [Paratiores] Instructiores ad pugnam,& inflammatos cupiditate uincendi, nec mortē curabant, ut sanctis legibus patriæ obsequerentur. in Tusc. disp. loquens de Lacedęmonijs ait, Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges uigebant, & estote forte Spartiatæ, magnam uim habet reip. disciplina. [Fortiores] Prōptiores ad omnia pericula,& labores propter bonam educationem,& leges Lycurgi, quæ talia iubebāt: semper. n. se exercebant uarijs gymnasiis,& pueri flagellis ad aram Dianæ cædebantur, & nunquàm exclamabant. [Mihi qui] Hactenus de Græcis, nunc de R. ponit exempla,& cōparat M. Scaurum principem senatus tempore suo, & sæpe numero auctorē pub. consilij Mario Arpinati, qui bellica laude claruit,& septies consul fuit, de quo Liuius: Marius uir, cuius si examinarentur cum uirtutibus vitia, haud facilè sit dictum, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit: adeo quam rempu. armatus seruauit eam primo togatus omni scelere fraudis, postremo armis euertis editis multis sceleribus in ult. consulatu idib. Ian. decessit, expertus omnia quæ optima fortuna,& pessima dare homini potest. [Nobis pueris] Cum ego essem puer. Ideo ait: in procemio de Orat. Prima ætate incidimus in ipsam disciplinæ ueteris perturbationem. intelligēs de bello, quod fuit inter Marium, & Syllam, [M. Scaurus] Quamuis patriciæ gentis patrem carbonarium habuerit .i. qui carbones in argentaria officina tractabat. Vnde in parua ætate ambiguus fuit, an ipse patrem imitaretur, an ad honores aspiraret, sed cum gloriam sibi eloquentia comparasset, ad maiorem fortunam, & munera reip. obeunda animum applicauit. Vnde postea consul factus legem tulit de sumptibus,& suffragijs libertinorum. P. Decio prætori uestem scidit, quod sibi consuli transeunti non assurrexit, sellam fregit, dixitq; nequis in ius ad eum ueniret, quoniam prætores iura debeant, postea censor factus uiam Aemiliam strauit,& pontem Miluium struxit. Hic est ille Scaurus pater alterius Scauri, de quo dicetur loco suo. de hoc Scauro Silius lib. viij. sic loquitur. His Scaurus monitor, tenero tū Scaurus in æuo, Sed iā signa dabat nascens in sæcula uirtus. M. Scaurus igitur gloria domestica floruit: de Lyguribus. n. triumphauit. [Cum uersaremur] In rep. in muneribus reip. & senatorijs muneribus fungeremur. [Q. Catulus] Fuit optimus senator, qui templum Iouis Capitolini dedicauit. quod incendio consumptum Sylla restituerat,& ipse Catul. inaurauit regulas, ut ait Plin lib. xxxiij. cum sua ætas uaria de Catulo existimauerit, quod regulas æreas capitolij narrasset primus Cat. auctore Plut. in Pōp. magnæ auctoritatis erat, integritatis,& æquitatis, tum ciuium omnium primus. Videbatur autem hic uir ciuilibus negocijs, quā rei militari aptior [Cn. Pompeio] Qui bellica gloria claruit, & magnus à deuicta Africa cognominatus est [Parua sunt arma] parum prosunt arma extra urbem, si nō reguntur optimo senatorum consilio. [Domini] In urbe, nisi ciuitas regatur optimis consilijs. [Nec plus Africanus] Nunc de Scip. Aemiliano clarissimo Imp. qui Numantiam,& Carthaginem urbes ferocissimas sustulit,& P. Scip. Nasica loquitur, qui optimus uir à senatu iudicatus est, cum simulacrum matris Idææ Romam aduheretur, de quo Iuuen. Da testem Romæ tā sanctum, quam fuit hospes Numinis Idæi. [Singularis uir] Cui in priuata laude, & moribus nemo poterat comparari. Nam omnibus bonis artibus,& uirtute præditus fuit, & in priuata uita singularis, etiam ab omni luxu abhorrens. Vnde P. Sulpicio Gallo homini delicato inter alia, ꝙ oblectabat, hoc quoq; probro

probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operiẽtibus. Nam vti manicatis tunicis apud antiquos indecorum erat. Et ideo Virg. has quoq; uestes quasi femineas criminatur, inquit Gel. Et tunicæ manicas,& habent redimicula mitræ.[Et imp.] bellica laude clarissimus,& cõsilijs militaribus, quemadmodũ in uita priuata. Nam apud Numantiam militarem disciplinã correxit aliorum imperatorum incuria luxuriantem, & sic illã vrbem expugnauit. Filius fuit Pauli Aemilij Macedonici adoptatus à filio maioris Africani ualetudinario. Vnde translatus in familiam Scipionum, Aemilianus cognominatus est. Relictus fuit heres à patre Paulo unà cum fratre, cui à Scipione natu minore integra hereditas concessa est, cum ipse in familiam Africani locupletiorem transisset[Excidenda] Euertenda funditus.[Priuatus] sine magistratu, quoniã consulerat nũc Mut. Scæuola, qui cum in tanto urbis discrimine ac senatus cessare uideretur causa fuit, vt Scipio Nasica hoc agendum susciperet. Tib. Grac. Trib. pl. cum legẽ agrariã ferret contra intercessionem senatus atq; equestris ordinis, ut nequis ex publico agro plusquam centum iugera possideret in eum furore exarsit, ut M. Octauio collegæ aduersarij partes defendẽti potestatẽ lege lata abrogaret, seq;,& Gracchum fratrem,& Appium Claudiũ socerum trium uiros ad diuidendos agros crearet. Vnde optimates exagitati, auct. Scipione Nasica, ipsum occiderunt fragmẽtis subselliorũ, qui inter alios illic occisos insepultus iacuit, & postea in profluentem tractus est. irruens in eum Nasica dixit, Qui leges saluas esse cupiunt, me sequantur. De nece Gracchorum dicetur in ij. uol. latius. [Interemit] Auctor fuit, ut interimetur, cum in urbe seditionem moueret.[Hæc res]Cædes Gracchi. [Ratione domestica] Consilio, & in toga.[Attingit bellicum] Partem bellicæ uirtutis, quoniam opus fuit manu, & pedibus subselliorum conficere Gracchum, sed hoc fecerunt optimates in toga sine exercitu. [Confecta] perfecta, & absoluta. [Vi]Potentia, non solum consilio, sed etiam manu, quoniam manibus senatorum interfectus est Gracchus. ita suadẽte Nasica. Primus Saturninus pede subsellij caput Tyberij percussit, secundus fuit L. Rufus [Sed tamen] Quamuis ui manusque confecta fuerit.[Vrbano] Senatorio domestico. [Sine exer.]Et sic non videtur fuisse res bellicas. [Illud autẽ optimũ est]Dicit Cic. optimum esse,& uerissimum arma.i. præstãtiam bellicam,&laudem cedere togæ.i. consilio senatorum, & triũphos bellicos cedere eloquentiæ. hunc uersum Cic. composuit, cum Catilinæ furores repressisset, uolens ostendere se togatũ plura gessisse, quam imperatores cũ exercitu. in hanc Cice. sententiam,& iactantiam plures inuecti sunt.& maximè L. Bestia, & L. Piso eum reprehenderunt, quod sua in toga laudem imperatoriæ laudi præponeret. Sal. Etiam hunc uersiculũ, quasi plenum arrogãtię,& uentosum criminatus est. & M. Ant. cui in ij Phil. respondit [Optimum] Egregium,& summum. [Inuadi] Reprehendi,& illud. [Arma].i. res militaris,& gloria imperatoria. [Cedat]Consilio rebusq; urbanis. [Togæ] i. glorię togatorum,& urbanorum. [Laurea].i. triumphus bellicus, & laus imperatoria. Triũphantes lauro coronabantur, unde lauream pro triũpho ponit,& laude bellica. Plinius agens de lauro dicit, Laurus triumphis propriè dicatur, hac uictores Delphis coronabantur, & triumphantes Romæ unius arborum latina lingua nomen imponitur uiris, unius folia distinguuntur appellatione. Lauream.n. uocamus. Linguæ].i. oratori, & eloquentiæ maior, inquit, laus est eloquentiæ, quam imperatoris, qui gloriam ob res egregiè gestas meretur. Plin. in vij. sic Cic. alloquitur: Salue prime omnium parens patrię appellate, prime me in toga triumphum linguæq; lauream merite, & facundię literarumq; parens, atque ut dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit, omnium triumphorum laureã adepte maiorem, quanto plus est ingenij Romani terminos promouisse, quam imperij. [Vt enim]Probat quare optimum est illud. Cedant arma togæ, exemplo suo, cui togato arma coniuratorũ cessere. L. Catilina bis repulsam passus in petitione consulatus, & prælatum sibi Cic. nouũ hominẽ ægrè ferens cum Lentulo p̃tore, Cethego pluribusq; alijs coniurauit de cæde consulis, & senatus, incendio urbis, & opprimenda rep. exercitu quoq; in Etruria comparato, ea coniuratio Cic. industria,& consilio extincta est, Catilina urbe pulso, & tandẽ in acie occiso auspicijs Antonij consulis Cic. collegæ, de reliquis coniuratis supplicium sumptum est.[Gubernantibus] Remp. in nostro cõsulatu, inquit Cic. arma coniuratorũ.s. [Togę] Mihi togato, quoniam in toga oppressi cõsilio ipsos armatos. [Grauius] Maius periculum quam tunc, cum nefandissimi ciues in remp. cõiurarunt [Maius odium] coniuratorum .s. in p̃riam. oderant.n. remp.& ideo ipsam opprimere conabantur. [Celeriter] Intra paucos dies. [Audacissimorum] Coniuratorum, qui audebãt ultra quam liceret. [Quæ res igitur] Laudat se Cic. extollitq; gesta sua in consulatu.[Tanta] Tã magna quanta fuit mea, cũ coniuratos oppressi.[Quis triumphus] Quæ bellica laus alicuius imperatoris potest cũ mea laude conferri, de asserta patria oppressaq; cõiuratione? Licet.n.]Possum, inquit, gloriari apud te ò fili citra reprehensionem iactantiæ, quoniã tibi gesta mea narrare possum, & debeo, ut uestigijs insistas meis, & laudes meas imiteris, cũ turpe sit à maioribus suis degenerare, & gloriosum sit nouum hominem,& obscuris parentibus ortũ dare posteris suis initiũ nominis, & gloræ. unde gloriatur Cice. maledictis Salustij r̃ndens, Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius noti nõ fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis, uita quàm turpiter egisti, magnas effudisti tenebras, ut etiam si fuerint egregij ciues, certè uenerint in obliuione. Sanctius est n. meis rebus florere, quam maiorum opinione niti,& ita viuere vt ego sim posteris meis liberalitatis initium,& uirtutis exemplum Nobilitas, inquit Sen. facilius crescit quam incipiat. Plato in epitaphio parentum simulacra inducit, ut sic filios superstites alloquantur: gloriam parentũ natis, est præclarus magnificusq; thesaurus, ut vero pecunia bonorumq; thesauro, & hunc ad posteros non trãsmittere proprię possessionis gloriæq; inopia turpe est à uiri g̃nositate penitus alienum. [Cn. Pomp.] Summus imperator, quẽ Piso dicebat offensum uersiculo Cic. ægrè ferre Cic. gloriam suę præponi. Ideo h.d. ut ostendat iudicium Pompeij de laude sua urbana, quam meruit asserta patria in ij. Phil. r̃ndens M. Antonio dicit, Maximè uero consulatum meum Cn. Pomp. probaui. qui ut me primum decedens ex Syria uidit, complexus, & gratulans meo beneficio patriam se uisurum esse dixit. [Tertium tri.] Primus triumphus de Africa fuit: redijt.n. in urbem triũphans natus quatuor,& xx. annos adhuc eques Rom. quod nulli ante contigerat, occisis Cn. Domitio proscripto,& Hierica rege Numidiæ bellum molientibus. Secũdus fuit de Hispania uicto Sertonio statim, inquit Plin. ad solis occasum transgressus excitatis in Pyrenęo trophæis oppida octingẽta septuaginta sex ab alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionẽ redacta uictoriæ suæ adscripsit, & maiore animo Sertorium domuit, belloq; ciuili, quod omnia concutiebat externa, extincto iterum triumphales currus eques Rom. induxit. Tertius post consulatum Cic. de Mithridate rege Ponti, quem multis cladibus attritum ad mortem compulit,& Tigrane rege Armeniorum, quem ad deditionem allexit, & de Piratis quos xl. die in mari fugauit, in cuius laudem Plut. hæc scr. Maximum ac splendidissimum fuit, & quod Romanorum nemini hactenus obtigit, quod trinum è trina orbis parte triumphum duxit. Primũ ex Africa: Secundum ex Europa. Tertium hunc ultimum ex Asia, quodam modo uisus est ex uniuerso ambitu urbis triumphasse. Plin. ait: Cum oram maritimam prædonibus liberasset & imperium maris populo R. restituisset, de Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudęis, Albanis, Iberia, Insula, Creta, Bastarnis,& super hæc de regibus Mithridate, atq; Tigrane triũphauit. [Meo be.] Mea opera,& uigilantia erga rẽp. nisi patriã asseruisses meam, inquit Pomp. non habuissem ubi tertium triumphum agerem. hoc etiã dicit Plut. in uita Cic. [Sunt ergo] concludit per ea, quæ dicta sunt fortitudines domesticas, & urbanas non esse inferiores militaribus. [Domesticæ for.] Res gestæ in toga, non in castris. [In quibus] Ecce argumentũ, quos res domesticas bellicis præponit, quoniã, inquit, senatores,& qui remp. regunt, gubernãtq; consilio, summa prudentia,& omni actione omnia agunt, quę actio corporis actioni præponitur, sed duces exercitus quãuis, & consilio utantur, tamen plerũque corporis uiribus rẽ agũt, in quibus fortitudinibus domesticis, & factis urbanis. [Plusq̃ in his]Fortitudinibus militaribus i. gestis bellicis.[Plus operę, maior animi cura,& studium] Quoniam magna res est remp. consilio regere, ut docet.[Operæ]Laboris,& curæ animi,& uolũtatis.[Omnino enim]Ratio quare in factis urbanis plus operæ ponendum sit,& studij, quoniã laus uirtutis efficitur, & cõparatur animo, magis quam corporis uiribus.[Omnino] Prorsus certè. [Illud h.] Illa laus fortitudinis,& magnanimitatis.

quippè

quippè fortitudo est animi uirtus non corporis. Cyrus apud Xenophontem lib. iij. dicit, prœlia animis, magis quã uiribus corporis iudicantur. [Magnifico]Magnanimo. magnificũ pro magnanimo ponit.[Viribus animi]Cõsilijs,& prudentia,summa animi tolerantia, & despicientia rerum humanarum.Laus igitur senatoria cum tota ferè constet uiribus animi præferẽda est laudi bellicæ,quæ sæpe uiribus comparatur. sed hoc Cic.nõ concedam,quippe imperatoris est consilio regere,& milites ita disponere,ut uictoria sequat̃, & Imperator ualet corporis uiribus, & non consilio,cum omni exercitu corruet. Vnde magis cõsiliũ,& prudentia quam uires corporis esse dñt in imperatore, si utrunque habebit, uictoriosissimus erit, sed uiribus corporis magis carere potest. Vnde dicit Herod.Rei cõsilio gestæ, lætus plerunque est exitus. Iccirco considerandum est altius, priusquam aliquid aggrediamur, ne pœnitentiæ locus relinquatur. & Fab.Max.non uiribus corporis,sed consilio Annibalem iuueniliter exultantem infregit,clausitque propè Linternum. Sed Cic. suam causam agit, ut dicebam,& res suas in toga extollit iactabundus aliquando vsq; ad reprehensionem, si tantus uir iure reprehendi potest. Magnum profecto fuit imò maximum Remp. Romanam tunc nutantem confirmasse, & asseruisse, ut non uideatur huic laudi aliquis triumphus quãuis de toto orbe comparari posse. Roma.n à prædonibus occupata, uicisse alias nationes parum,uel potius nihil proderat.Ergo plus fuit ipsam è manibus perditissimorum hominũ eripere,quam exteras gentes, & nationes Rom. imperio subijcere, & lauream de innumeris gentibus reportasse minus fuit. Patiatur igitur Pompeius, patiatur Cæsar, & alij uictoriosissimi Rom. principes Cic. togatum,& cõsilio remp. prope ad seruitutem reductam asserentem ipsis armatis præponi, obtrectatores,& maleuoli uersiculum illũ Cic.criminari desinant,quoniam nisi togati consilium fuisset,nihil arma reip. propè casuræ conducebant. Imò armis ciuium, si ciues appellandi sunt ciuitatis hostes,opprimebatur Verum consulem se Cic.præstitit. animo n. consulem esse oportet,consilio,fide,grauitate,uigilantia,cura,toto denique munere consulatus,omni officio. desinat igitur Piso uersiculũ illum ore fætido incessere, quod nil aliud quam teterrimam popinam olebat, altero ad frontẽ sublato, altero ad mentum depresso supercilio putrida caro decusq;,& consul ex tenebricosa popina extractus, gurges, & helluo,abdomini suo non laudi atq; gloriæ natus,& qui generum nitore delectabatur,ac fumo,& Cic. sapientissimo cõsuli, cuius gloriæ uir turpissimus inuidebat. aliquando popinam inhalauit.[Tamen]Quamuis animi uirtutibus efficiatur illud honestum, & prima uirtutis laus sit in animi cura, & studio, tamen debemus exercere corpus,ut cũ ratio iusserit,& necessitas pugnare pro patria, corpus robustum sit,& labores tolerare posit exercitatio uires corporis confirmat. consuetudo.n. laborum, inquit Cic. alibi,perpessionem dolorum efficit faciliorem. & ipse labor quasi callum obducit dolori, sed ferè laborem, contemnere uulnus consuetudo docet. debemus igitur exercere corpus, & non libidinibus indulgere, quæ corpus eneruant. Vnde Silius canit in laudem Romanorum:Pubescit castris miles, galeaq; teruntur. Nondum signatæ flaua lanugine malæ. [Afficiendũ]Disponendũ,præparandum cõsilio, ut posit obire ea, quæ ratio facienda suaserit bona ualetudo.corpus est instr̃m animi,quo vtitur ad sua munera obeũda, si corpus mala ualetudine laborat, non potest obedire cõsilio. Addet etiam quod fulcturis corporis sustentatur animus. [Exequendis] Peragẽdis.[Labore]Circa quem fortitudo uersatur igitur curandum est,ut animo prius, postea corpore ualeamus,ut nihil naturæ desit,& cum opus erit, ut animus, & ratio uti posint corpore idoneo instr̃o ad negocia cum uirtute exequenda.[Honestum autem id]Illa actio studiosa,quæ à forti uiro,& magnanimo requiritur, & uitutis laus tota tribuitur animo, non corpori, & sic bonum consiliũ uiribus corporis præponitur. [In quo]In qua animi cura,cogitatione,atque honesto, quod in ipsis positum est.[Togati]Sine armis in urbe remp. consilio gubernant.[Gerunt bella] Viribus corporis.s. quoniam omnis laus consilio tribuitur non corporis uiribus, bellum gerenti laus tribuenda est maximè propter consilium,sine quo nihil amplum fieri potest. [Eorum] Togatorum qui reip.præsunt.[Aut non suscepta] Aduersus aliquos, quãuis prouocauerint. [Aut confecta]Absoluta, q̃ prius initiũ habuerant,ut bel. Pun. Asiaticum,& alia, quibus tandem finis mi positus est consilio senatorum.[Suscepta] Cum afferuntur & aliqui prouocant.[Aut illa.] Sponte,nullo prouocante.[Vt M. Catonis[Exemplum ponit, quo ostenditur bellum illatum Carthaginiesibus ex auctoritate senatoris togati M. Cato à senatu in Africam missus est,ut discordias inter Masinissam,& rẽgem Numidiæ,& Carthaginienses sedaret, qui uidens Carthaginem quãuis ad tributum ab Africano redactã, nec inopẽ nec aliqua calamitate affectam,& armis instructam, omniq; bellico apparatu, causam ob quam cõmissus fuerat, omisit, triduo Romam reuersus in senatu exposuit Carthaginem ob secũdũ bellum Pun. & tributum quod quotannis pendebat, non esse factam imbelliciorem, sed prudentiorem ad rem bellicã, & ficum precocem quam inde asportauerat, uniuerso senatui ostẽdit, quærens quando putaret id pomum ex arbore lectũ.omnibus autem affirmãtibus recens esse, fundus, inquit, ex quo lectum est trium dierum nauigatione ab urbe distat, tam propè hostem habemus. qua uoce commotus senatus bellum suscepit,quo tandẽ à Scipione Aemiliano deleta Carthago est. Capotumq; securitatis anxius cũ clamaret in omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die precocem ex ea prouincia, ficũ,ostendensq; patribus,interrogo uos,inquitquando hoc pomum demptum putatis ex arbore.cum inter omnes recens esse constaret, atqui tertium,inquit, ante diem scitote decerptum,Carthaginem tam propè à muris habemus hostẽ, statimq;,sumptum est tertium Pun. bel.quo Carthago deleta est, quãquam Catone anno sequenti rapto, super omnia,quo nihil equidem duco mirabilius tantam illam urbem, & de terrarum orbe per centũ uiginti annos urbis æmulam unius pomi argumento euersam. Quod non Trebia, non Trasimenus, non Cannę busto insignes Romani nominis perficere potuerunt,non castra Punica ad tertium lapidem uallata, portæq; collinæ adequitans ipse Annibal, tanto propius Carthaginem pomo adiri Cato monuit.[In quo] bello conficiendo.[Etiam mortui] Quoniam anno sequenti quam ceptum est tertium bel. Pun. diem suum Cato obiuit,tamen Romani non destiterunt ab eo,quod Cato persuaserat. Ideo auctoritas Catonis in hoc etiam mortui ualuit.Scipio tamen Nasica in senatu suaserat non delendam Carthaginem. Expugnata fuit à Scipione, cui extra sortem Africa prouincia decreta est. [Quare] Cõcludit per ea, quæ dicta sunt magis esse expetendum optimũ consilium,quam pugnandi fortitudinem.& sic absoluta digressione quam fecit, ad præcepta fortitudinis, & magnanimitatis redit. [Decernendi] Iudicandi,consulendi,ut fecit Cato.[Quam decertandi]Pugnandi uiribus corporis. [Sed cauendum] Corrigit Cic. hanc partem, & ait optandum esse potius uiuere in senatu, & consilio prudentiaq; reip. prospicere, quam prodire in aciem,& pugnare, & magis appetendam esse gloriam urbanam quam bellicam, tanquam maiorem. Sed cauendũ est ne id fiat propter ignauiam, quæ est inimica fortitudini.[Ne id] Expetere magis decernendi rationem.[Fuga] Quo bellum, ut timidi fugiamus.[Quã ratione utilitatis] Quam quod magis id utile uideatur futurum reip. Multi.n. remp. capessunt, & in toga uiuunt,non quod utile id sit magis reip. sed quia fugiunt bellicos labores propter ignauiam.ergo quidquid ratio & utilitas suaserint domi,militiæque agendum est, & omnia ad commodum reip. referenda sunt.[Bellum autem]Duo posuit,decernendi rationem, & decertandi fortitudinem. Aliqui utilitate publica poscente bellum suscipere dicunt, & sic Cic. precipuit,quo animo bellum suscipiendum sit, ut.s. nil aliud uideatur quæri nisi pax. Appian.lib.iiij. bellorum ciuilium sic Antonium concionãtem inducit: à prudentibus celeriter bella conficienda sunt, ut diutius in pace uiuatur.[Ita]Eo animo ut non uideamur dissensionem quęrere, & aliorum incõmoda,sed cõem pacem,quod nostris temporibus minimè fit,quibus pax,si qua est,uiolatur,& nil aliud quam odium,incendia, urbium direptiones, ingenuarum ingenuorumq; stupra, cædes, loca sacra profanare,proditionibus uincere, victis insultare, ueneno perdere, aliorum bona distrahere, obesum aqualiculum protendere, honestatis nullam habere rationem. Nihil est iam sanctum, nihil fidum in rebus humanis,nulla uitæ cõmunitas, lex naturæ abrogata,& depressa iacet.Ruitur in omne nefas,& uoluptati,ut cito in præceps rapiat, habenas remittimus,omnia libidinum genera Spinthriæ omnes effecti experiri uolumus. Nihil aliud mortale genus iam olet nisi fœdæ libidinis

bidinis teterrimũ nidorem.hæc thura,has liberationes,hæc holocauſta, hos odores immortali deo offerimus, & bonum eſſe iam uitio datur. Vnde deus tanta contagione,& fœdiſſima labe offenſus,nos auerſatur, & irã in filios diffidentiæ iã diffundit ſuam,quæ ad uindictã lento gradu procedit, ſed grauitate ſupplicij tarditatem ultionis compenſant.[Fortis uero]Ponit nunc proprietatem ipſius fortis. Ambr. ait: Fortis uiri eſt nõ diſſimulare, cum aliquid immineat, ſed prætendere, & tanquam explorare de ſpecula quadam mẽtis,& cogitatione prouida, rebus futuris obuiam ire, ne forte dicat poſtea, ideo in hæc incidi, quia non arbitrabar poſſe euenire. [Rebus aſperis] Aduerſus, quoniam fortitudo circa res aſperas, & afferẽtes dolores uerſatur. [Nec tumultuantem] Inconſtantem, minimè permanentem in primo gradu rationis, & mentis cõſtantia, prouerbium eſt eum deiici de gradu,qui eſt incõſtans, & in ratione non perſtat. [De gradu] Loquitur per translationem eorum, qui loco cedunt timore ducti, & gradu ſcalarum in quo conſiſtunt,alijs cedendum relinquunt,& ipſi deijciuntur. Vir ergo fortis de ſummo gradu mentis.i.ſumma cõſtantia,& tolerantia omnium laborum deiici non debet, quoniam nihil fortibus indomitũ eſt. Vnde Alexander, ut auctor eſt Curtius lib.vj. adhortans iuuenes ad Petiliæ expugnationẽ dixit. Nihil tam alte natura conſtituit, quo uirtute non poſſit eniti,experiẽdo quæ ceteri deſperauerint. & alibi dixit Curtius nihil eſſe tam firmum, cui periculum non ſit etiam ab inualido.[Tumultuantem] Timentem in ipſis affectibus,& mẽtis trepidatione. [Deiici] Deturbari de gradu rationis, & uia honeſtatis. [Vt dicitur]Vt eſt in prouerbio. Sed animi præſentis fortis,& qui adeſt, & non deijcitur, alienaturq; timore aliquo,& ne debemus iudicium ſtabili ratione firmare,& quæ iudicauerimus leuia tanquam nihil profutura cõtemnere.[Pręſentis] Conſtantis, & non tumultuantis inter affectus, & perturbationes animi.[A ratione] A prudentia,& ſtatu ſanę mẽtis,quæ vult ut fortis omnia patiat pro decoro ſeruãdo.[Quãquam hoc]Quod dictum eſt uti conſilio animi præſentis, nec à ratione diſcedere.[Animi] ſ.eſt.i. pertinet ad animũ magnũ, & fortem eſſe conſtantem,& non perturbari rebus aſperis.[Illud etiam] Hoc quod ſequitur pertinet ad ingenium, & prudentiã,prouidere.ſ.ea quæ futura ſunt,ne in ea incidamus quę accidere non arbitramur.[Ingenij] Prudentiæ naturalis. Naturales uirtutes ſunt ingeniũ, docilitas,& memoria, quas qui habẽt ingenioſi dicuntur. [Præcipere] Ante capere, & animo præoccupare. [Futura]Ea quæ futura ſunt. [Cogitatione]Ingenio,& mentis agitatione,unde videre quod pertinet ad prudentiam,cuius munus eſt futura ex præteritis prouidere.[Ante conſtituere] Firmo iudicio affirmare id,quod futurũ eſt, & ideo Syrus Terentianus dixit:Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt uidere,ſed etiã illa quæ futura ſunt.[In utrãq; partem]ſiue hoc ſiue illud agatur,& quidquid euenit,ſiue bonum, ſiue malum, prudentis eſt præuidere quid accidere poſit in utranque partem. [Et quid agendum] Sic in hanc,uel in illam partem.[Cum quid euenerit] cum aliquid acciderit,magni ingenij eſt ſtatim ratione firma conſtituere quid agendũ ſit,hæc omnia pertinent ad prudentiam.[Nec committere aliquid].i.in aliqua re imprudenter incidere, ut dicere oporteat, Non putaram.hoc uſurpabat Africanus,& loco prouerbij utebatur.dicebat.n.non ante ad pugnam deſcendendum eſſe,quã cogitauerimus, quid nam euenire poſſet, quoniã turpe eſſet alicui dicere, Non putaram. unde ſignificatur adhibendã eſſe prudentiam in omnibus rebus agendis, quæ omnia diſponit, & quid agẽdum ſit,& quouſq; progrediendum dictat, & quid omittendum,ne locus pœnitentię relinquatur. unde Arbatanus apud Herod lib. vij dicit, Bene conſultare maximũ eſt lucrum. Senec. dicit:Nam qui prudens eſt,non dicit,non putaui quidem hoc fieri,quia non dubitat,ſed ſpectat,nec ſuſpicatur, ſed cauet. & alibi, Turpiſſima excuſatio eſt imperatori dicere, non putaui. [Hæc ſunt opera] Officia ipſius fortis, & magnanimi,qui prudentia ſeptus eſt,& conſilio agit quidquid aggreditur. [Temere autẽ]Poſitis officijs ipſius magnanimi,& prudentis, ponit ea quæ pertinẽt ad homines imprudentes, & temere in pericula ruentes more ferarum.[Temere] Inconſulte, imprudenter. nam uir fortis, & prudens non debet ſe exponere periculis,niſi cum opus eſt,& uſus expoſcit.[Confligere]Pugnare manu tamen,non conſilio. [Immane quiddam] Neſcio quid ferinum,& ab humanitate alienũ,& ſimile operib.ferarũ, quæ ruunt in arma ſine aliqua electione. ſic homines qui ira ducuntur ſunt ſimiles belluis, & laudem fortitudinis non merẽtur,quoniam non eligunt id eſſe agendum ex officio, ſed affectu trahuntur. [Sed cum tempus] Dicit quo tẽpore fortis debet uerſari in acie. [Tempus]Conditio temporis, & neceſſitas,& ut circunſtantiæ præſcribunt, quoniam cum tẽporis ratio poſcit, non modo manu pugnandum eſt,ſed etiam moriẽdum, ne aut incurramus ſeruitutem, aut notemur infamia, quæ duo ab homine magno debent eſſe aliena ac libero. [Et mors anteponenda]Nam fortis uiri eſt, & magnanimi potius in acie mori, quam turpiter cedere, aut pati ſeruitutem præter decorum, & ſubire moram turpitudinis, & ignauiæ, unde laudatur Paulus Aemilius, qui in pugna Cannenſi uidens collegã Varronem turpiter fugiẽtẽ,pugnando cadere uoluit, ne dedecus ſubiret.Appianus ſic loquẽtẽ inducit Luciliũ: Brutus à nullo captus eſt,nec unquã à militia capietur uirtus. Habes (inquit Ambr.) fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honeſti, & decori forma eſt, quod mortẽ ſeruituti pręferat ac turpitudini.

FRAN. MAT.

SED cum pleriq; &c.] Quoniam in omnibus negocijs diligentem dixerat adhibendam preparationem,& res urbanæ cõſilio præcipuè gubernantur,merito nũc res bellicas urbanis nõ eſſe anteponendas dicit,ſed potius poſtponendas, quod rationibus probat eorum qui contra ſentiunt argumenta cõfutãs, utitur autem loco à cõparatione,quo uti ſolemus quoties dubitatur de duobus utrum potius, aut de plurib. utrum potiſſimum. Eſt autem comparatio maiorum,minorum, pariũ,in quibus hæc ſpectantur,numerus,ſpecies,uis,quædã etiã ad res alias affectio. Et numero quidẽ, plura bona paucioribus anteponuntur, pauciora mala malis pluribus: Diuturniora bona breuioribus longe, & ętate peruagata anguſtiis, ex quib. plura bona propagantur,quęq; plures imitentur,& faciãt.Specie, quæ propter ſe expetuntur his ante ponuntur quæ expetũtur propter aliud,& innata,atq; inſita,aſſumptis atq; aduentitijs, integra cõtaminatis, iucunda minus iucundis, honeſta utilibus,procliuia laborioſis,neceſſaria nõ neceſſariis,propria alienis,mira vulgaribus,deſiderabilia his quibus facile carere poſſis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione utentia rationis ex partibus uoluntaria neceſſarijs,animata inanimatis,naturalia non naturalibus, artificioſa non artificioſis. Vis in cõparatione ſic conſideratur. Cauſa efficientes grauior quã non efficiens,quæ ſeipſis contenta ſunt meliora,quãquam alijs egent, quæ in noſtra, quam quæ in aliorũ poteſtate ſunt ſtabilia incertis,quæ eripi non poſſunt,his quæ eripi poſſunt. Affectione ad res aliquas cõparatio ſic fit: Principũ cõmoda maiora ſunt quam reliquorum. Item iucundiora quæq; à pluribus probata;& ab optimo quoque laudata paria,quæ ſunt neq; elationẽ habeant neq; ſummiſſionem, ut ſi conſilio iuuare ciues,& auxilio æqua in laude ponendum eſt, pari in gloria eſſe debẽt, & ij, qui conſulunt,& ij, qui defendunt. hæc Cic. ipſe in Rhet. Et quib. facile erit intelligere,unde argumenta ſumantur,& eorũ qui bellicas res anteponunt,& Cic.qui contra diſputat.[Primũ in.] Maior pars hominũ ad militiam inclinat quam ad reip.adminiſtrationem,id autem contingit quod res bellicas maiores eſſe urbanis arbitrantur,iure optimo itaq; hęc minuit opinionem, ne reſp. deſeratur, dum pleriq; cupiditate gloriæ incẽſi bella quærunt. [Propter gloriæ cupiditatem] In quo ab officio diſcedunt, non pro communi tamen utilitate, & recta cauſa ſuſcipienda ſunt bella. [Cupidi bellorum]ſicut multi fuere, ut Marius, Silla, Cæſar, Põpeius. [Verè autẽ ſi uolumus &c.] Propoſitio Cic.eſt quæ negari poterat argumẽto à pari,uterq; remp. diruit Them & Solon, ille auxilio,quoniam Xerxis claſſem apud Salaminẽ ſuperauit,hic conſilio, quoniam leges tulit,plus autem meretur qui auxilio iuuat patriam, quam qui conſilio, maior ergo eius, quam Solonis gloria. Et propterea bellicæ res urbanis anteponendæ ſint Sed confutat hoc Cic. p locum comparationis à numero,quoniam Solonis factũ ſemper eſt profuturum. Themiſt. uero ſemel profuit. Diuturniora autem bona breuioribus anteponenda ſunt. [Citetur] In iudicium ad probando Themiſt. quã Solonis factũ illuſtrius, uocetur. Marcellus, citetur expoſuit pro laudetur. [Et, quo primum conſtituit Areopagitas] Solon Salaminus fuit unus ex ſeptem ſapientibus, leges Atheniẽſibus dedit tanto tẽperamento ſicut in politicis ſcripſit Ariſt.ut parem apud ſenatum, & plebem gratiam inierit quòd ſi illis uti perpetuo Atheniẽſes

voluiſſent

uoluissent imperiũ ser. Q. Maximus, nunquam amisissent. Idẽ Areopagitarum consilium constituit. Fuit autem Areopagus Athenis saxum super quod Martis templũ fundatum erat. in illud senatores de red. pub. Atheniensium deliberaturi conueniebant, qui Areopagitæ uocabantur. hos rerum omniũ speculatores ac legum custodes Solõ uoluit esse: Auctor Plut. [Illud] Quod Themistocles fecit. [Hoc] Constituisse Areopagitas. [Hoc consilio] Legum .n. custodes erant Areopagitæ, & rerum omnium speculatores, vt dictum est. [Et Themistocles quidem] Vi argumentum est per quam quæ seipsis contenta sunt anteponenda sunt his quę alijs indigent. Consiliũ Areopagitarum non indiget Themistoclis uictoria. Sed Themistocles uictoriã adeptus non fuisset, nisi consilio Areopagitarum rei gerendæ illi potestas concessa fuisset. [Licet eadem] Lacedæmonij ambo fuerunt, Pausaniæ illustres, memoratur præliũ ad Platæas, de quo supra diximus. Lysandri uictoria celebris est de Atheniensibus in Peloponneso, & de eorum classe apud Egos flumen. Neuter tamen Lycurgo legumlatori est anteponendus, sicut nec Themistocles Soloni. [Ob has ipsas causas, & paratiores habuerunt exercitus, & fortiores] Quas commemoraui .f. leges, & disciplinas. [Mihi qui neque pueris nobis, M. Scaurus, C. Mario, neq; &c.] Domesticis vtitur exemplis ad id quod proposuit comprobandum .f. res bellicas non esse urbanis anteponendas. Argumentatur autem à pari. Si auxilio iuuare patriam, & idem consilio prodesse, pari in laude ponendum est, & ij qui consulunt, & ii, qui adiuuãt in gloria æqua esse debent. M. Scau. consilio iuuit, C. Marii opera, non minus tamen hic, quàm ille gloriosus M. Aemil. Scau. consul legem de sumptibus libertinorum tulit: Cẽsor Aemiliam uiam strauit; Pontem Miluium fecit. Fuit autem Senatus princeps puero Cic. prudentia, & consilio præstans. hic est M. Scau. qui cum Q. Varius Trib. pl. legem tulisset, vt quæreretur de ijs, quorum ope, consilio ne socij P. R. arma sumpsissent, & Q. Cepio uetus eius inimicus egisset, vt Q. Varius eum belli concitati crimine adesse apud se dixisset, 72. ætatis annum natus innixus nobilissimis iuuenibus processit in forum, & accepto respondendi loco dixit, Q. Varius Hispanus M. Scau. principem senatus socios in arma ait conuocasse, M. Scaurus princeps Sen. negat. testis est nemo. Vtri uos Quirites conuenit credere? Qua uoce ita omnium commutauit animos, ut ab ipso etiam Tribuno dimitteretur. C. Marius septies cõsul fuit, de Iugurta, Cimbris, ac Teutonis, triumphauit, ciuilia bella cum Sylla gessit, fuit autem magis militiæ, quàm vrbanorum rerum studiosus [Cum uerse. in remp.] Prouectiores ætate facti. [Q. Cat. Cn. Pomp.] Cedere uidebantur. Vir vtilissimus reip. consilio, & prudentia præstans, hic in multis Cic. libris disputans introducitur. Erat Pompeio ætate par. Eius Catuli filius, qui clade Mariana ignis haustu se hostiũ ludibrio exemit. ab hoc M. Lepidus pulsus in Sardiniã fugit, vbi perijt, cum acta Syllæ rescindere conaretur. [Parua .n. sunt foris arma] Nisi est consilium &c. ratio est eius, quod dixit. Quia nisi consilium domi esset, quo susciperentur, & gererentur bella, arma foris nihil prodessent. Consilia seipsis contenta sunt, arma sine consilijs esse non possunt, erga consilia præferenda sunt. [Nec plus Africanus singularis, & vir, & imperator in excidenda Numantia reip. profuit, quã eodẽ tẽpore] Aliud exemplum quo suam probat propositionem. Nõ magis dicens Africanum posteriorem profuisse, qui Numantiam euertit, quam eodem tempore Scipio Nasica profuerit. Qui seditiosum ciuẽ, & remp. labefactantem sustulit. Cũ Tib. Gracchus perniciosas leges ferret, & trib. pl. creari uellet aucto re P. Corn. Nasica in Capitolino à primatibus occisus est. Ictus primum fragmentis subselliorum, & inter alios, qui in eadem seditione occisi erant insepultus in flumen proiectus est, hoc Nasica vir optimus à senatu indicatus est, & domi suæ Cybeles simulacrum suscepit, donec templum illi extrueretur. Fuit idẽ eloquentissimus, sapientissimus, & iuris consultissimus. [Priuatus cum Trib. Grac. interemit] Nullum gerens magistratum Quanquam] Hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit enim, & bellicam, quoniam ui manuque confecta est, sed tamen ipsum gestum est consilio vrbano sine exercitu, occurrit obiectioni, & probat magis consilio rem gestam à Scipione quam ui, licèt ui usus sit. Illud autem optimum est, in quo inuadi solere ab inuidis, & improbis me audio [Cedant arma togæ, concedat] Aliud exemplum quo ostendit arma, hoc est res bellicas, togæ. i. reip. administrationi cedere. Hunc

Iuuenalis de laudib' Cicero.

versum edidit cum Catilinam remp. perdere tentantem, urbe eiecit. Solebant autem inuidi, & obtrectatores Cic. ut Sal. cum versum incessere. Idem de seipso inquit, O fortunatam natam me consule Romam. [Laurea] Imperatores qui lauro coronatur. [Audacissimorum] Catilinæ, & ceterorum, qui coniurauerãt. [Licet enim &c.] Quia ad filium scribit, licere sibi dicit, nec esse uitio tribuendum, cum id faciat, vt ad imitandum filium accendat. [Mihi quidem &c.] Arguit ab auctoritate magni Põpeij, & spectat hic locus affectionem ad aliquam rem quod fecimus, probatur à Mag. Pomp. quod uero ab optimo quoque probatur, id præferendum est Cic. Philippica secunda; Maximè uero consulatum meum Cn. Pomp. probauit, qui vt me primũ decedens de Syria uidit, complexus & gratulatus meo beneficio patriam se uisurum esse dixit. [Tertium triumphum] primum de Africa triumphauit: annum agens 24. adhuc Rom. eques occisis Cn. Domitio ꝓscripto, & Hierica Rege Numidię, secundum de Hispanis superato Sertorio. Tertium de Mithridate rege Ponti, & Tigrane ac piratis. Plut. contigisse ei scribit quod nulli prius: ut trinum de trina parte orbis triumphũ ageret. Primum quidem ex Africa, secundum ex Europa: Tertium ex Asia. [Sunt igitur &c.] Complexio est superioris argumentationis. [Omnino illud &c.] Argumentum est per locum cõparationis à specie sumptum. Quæ ratione utuntur, ratione carentibus, potiora sunt. Vrbanæ res animi, bellicæ corporis uiribus geruntur. Vires animi ratione gubernãtur. Corporis uero nobis cum belluis sunt cões. Illæ igitur maiores, & digniores, hæ sine animi uiribus nihil prosunt, obsunt plerunq;, illæ sine his semper utilissimæ sunt. Ex quo sequitur bellicas res urbanis nequaquã esse anteponendas Sal in præfatione historiæ Catilinariæ: Virtute animi, magisquàm corporis uiribus rem militarem existere disputat, & probat Agamennon apud Homerum non Diomedi, & Aiaci, qui uiribus pollebant, sed Nestori qui consilio præstabat: licèt destitutus uiribus senectute esset, multos sibi dari similes optabat, sperabatque fore, ut breui Troia caperetur, quod etiam Cic. in Catone maiore dicit. [Exercendum. &c.] Ad hoc .n. corpus utile est, ut quæ ratio elegerit facienda, ea corpus exequatur: & rationi semper pareat. Vnde & Sal. ait: Sed quia omnis nostra uis in animo, & corpore est sita, animi imperio, corporis seruitio magis utimur. [In exequendis &c.] ut uires eius seruæ, & ueluti pedisseque rationis sint. [In labore tolerando] qui ratione susceptus fuerit. [Honestum autem &c.] si honestum, inquit, quod quærimus in animo humanas res despiciente positum est, & hoc honestum facere omnia, & ampla persuadet, uerum est urbanas res bellicis maiores esse, hoc exẽplis probat plus profuisse togatos reip. quàm armatos. [Vt M. Catonis] hic inexpiabilis odio delendam esse Carthaginem suadebat, & cum de alio consuleretur, pronunciabat Scipio Nasica seruandam, ne metu ablato æmulæ urbis luxuriari felicitas urbis inciperet. Sed Cato nepotum securitatis anxius, attulit quadam die in curiam pręcocem ex ea prouincia ficum, ostendésq; patribus: interrogo uos (inquit) quando hoc pomum demptum putatis ex arbore. Cum inter omnes recens esse constaret, atqui tertium ante diem scitote decerptum Chartagini: tã propè à muris, habemus hostem. Statimq; sumptum esse iii Pun. bel. Quo Carthago deleta est, quanquam Catone anno sequenti rapto, auct. Plin. [Etiam mortui ualuit auctoritas] ut Carthago deleretur, non ut bellum susciperetur. Nam ipso uiuo susceptum est. [Quare &c.] Quando togatorum consilio bella, aut non suscipiuntur, aut non conficiuntur. [Decernendi] Honestũ ne sit aliquid, an contra utile, an inutile, quod decertandi genus fortitudo sequitur. [Sed cauendum &c.] hoc dicit, quoniam multi sunt, qui timore adducti, magis rebus urbanis, quam bellicis student, ij aũt non fortes sunt, sed pusillanimi. [Bellum &c.] Belli finem pacem uult esse, & bella geri, ut in pace uiuatur. [Fortis uero animi &c.] De officijs nunc præcipere incipit, quæ in rebus bellicis, & armis uir fortis seruare debet, & quasi post digressionem ad illud redit, quod omiserat In omnibus autem negocijs priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. uult itaque primum uirum fortem ita institui, ut rebus asperis ab incepto non deterreatur, ut in his, quæ consilio, & ratione susceperit facienda, ad finem usque perseueret; & contra timorem uirtutem, contra temeritatem prudentia innitatur. [Fortis] In aggrediendo. [Constantis] In perseuerando, & ut dixi ad id redit, quod præcipiebatur

An 24 pei Afr tri dua

Scipio Nasica de [illegible] in se[illegible] ur[illegible] toto[illegible]

batur antequam digrederetur. [Vt dicitur] Vt in prouerbio est. C. Marius, ut ait Cic. unus in secundis reb. ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur, tumultuantem autem dicit pauentem, & timore agitatum. [Sed præsentis animi uti consilio &c.] Vt animo non cadas, & sic perturbatione occuperis, ut uim rationis amittas. Vnde præsentem animum constantem intelligimus, & Plat. ait præsenti fac scias, multi. n. sunt qui bene, & sapienter deliberant quid agendum sit, cum uero ad rem perficiendã accedũt, animis cadunt. Et propterea non minus in gerendo negocio consilio animi utendum dicit, quam in deliberando. [Nec discedere à ratione] Quam ante negocij susceptionem inieris, ut de Vlysse ait Virg. Oblitus ne sui est Ithacus discrimine tanto. [Quam quod hoc animi] Animi, inquit, fortis est, quæ consilio, & ratione facienda suscepit, in his non perturbari, sed perseueranter persistere, magnæ uero solertiæ, & acuminis ingenij quidquid, accidere possit ante constituere, vt cum euenerit, quamuis etiam grauissimum sit non commoueatur. Quæ autem præuidemus ea minus præmunt, & Aeneas apud Virg. rerum sibi difficultate à Sibilla proposita, omnia, inquit, percepi atq; animo mecũ ante peregi. Prudentiæ, quia instructum conuenit esse forte ui rum, tres sunt partes, memoria, intelligentia, prouidentia. si ergo quæ futura sunt uidet, & per prudẽtiam quæ est temeritati opposita, deliberat, quo animo in deliberando usus est eodem etiam rem gerere debet. [Constituere] animo proponere. [In utranq; partem] Siue prospera siue aduersa acciderint. [Vt aliquando dicendum sit nõ putaram] Scipio Africanus superior dicere crebro solebat, Turpe esse in re militari dicere, non putaram, & unum est stultitiæ genus Quatuor autẽ sunt, aut cum in mentem non uenit, cogitandum etenim diu, atq; multum est aut non, quod oportet succurrit, & non accipiuntur, aut malum consilium assumitur, cum credatur bonum esse. [Temere autem in acie uersari, & manu cum hoste confligeres immane quiddam, & belluarum simile est.] Scipio, non esse unquam temere in aciem descẽdendum dicere solebat. Qui hoc facit non fortis dicendum est, sed insanus, uel furiosus. Nã cum uirtus in mediocritate cõsistat, fortis non audet nisi quæ audere oportet, & ratio audere persuadet, ne si uel terreatur his quibus terreri non debet, pusillanimis, uel si magis audeat quam debet, & excedat, insanus nominetur. [Sed cũ tempus] Tunc omnino conferenda manus cũ hostibus est, quando aut bene gerendæ rei datur occasio, aut necessitas maxima proposita est, ut, aut moriendũ sit, aut in seruitutẽ deueniendum, quod ne accidat potius moriendũ est. Rectè ait Aeneas apud Virg. Vna salus uictis nullã sperare salutẽ. Captiuis quidem illud eueniebat, quod in ij. bel. pun. scr. Liu. respondente senatu his qui capti à Carthaginiẽsibus in bello fuerũt. Sero nunc patriam desideratis, diminuti capite abalienati iure ciuium, serui Carthaginiensium facti, precio redituri estis eo unde ignauia atque nequitia abiistis. [Tempus] Occasio rei bene gerendæ [Necessitas] Cum euadere non potest clausus ad hostibus.

Præsens animus. *Fortis animus.*

ASC. *Res urbanæ præcellũt bellicas.*

SED cum pleriq; &c.] Ostendit res urbanas .i. quę in urbe pro salute reip. geruntur, in toto esse maiores, quam quę ab imperatoribus in bello ac armis. Ordo est: Sed cum .i. quandoquidem, plerique .i. ualde multi arbitrantur res bellicas esse maiores .i. digniores quam urbanas .i. quæ in urbibus geruntur, ideo sup. hæc opinio est minuenda .i. restringenda. Multi. n. quæsierunt bella propter cupiditatem gloriæ atq; pro, &, id contingit, plerunq; .i. ut plurimum, in magnis animis, & in genijs, & eo .i. tanto, uel iccirco magis si sunt apti .i. idonei ad rem militarem, & cupidi bellorum gerendorũ .i. ut gerãtur bella. Autẽ pro sed, si nos uolumus iudicare uere, multæ res urbanæ extiterunt maiores, & clariores quã bellicæ. Enim pro quia, quanuis Them. imperator Atheniensium qui Xerxem deuicit, laudetur iure .i. merito eius, & quamuis nomẽ eius .s. Them. sit illustrius .i. nobilius, & clarius, quam supp. nomẽ Solonis, qui unus ex sapientibus remp. clarissimè instituit, que pro &, quamuis sup. Salamis illa insula apud quam nauali prœlio Xerxẽ superauit, citetur .i. aduocetur testis clarissimæ uictorię ipsius Themistoclis in Xerxem, quæ uictoria anteponatur .i. plus laudetur consilio Solonis, eius .s. qui constituit primum Areopagitas .i. quadringẽtos Senatores, qui in Areopago .i. uico Martis res arduas, ut sententias criminales tractarent, tamen sup. hoc .s. factum Solonis est iudicandum non minus præclarum, quam illud .s. The. enim pro quia, illud .s. facinus The. s. uictoria de Xerxe profuit semel ciuitati Atheniensium, sed hoc .s. consilium Solonis proderit semper, quia leges Atheniensium, & instituta .i. mores, & traditiones maiorum eorum seruantur, hoc consilio Solonis. Et quidem .i. certe The. nihil dixit in quo ipse adiuuerit .i. adiuuare potuerit, Areop .i. senatores in Areopago constitutos. at .i. sed ille .s. Solon adiuuit The. Enim pro quia, bellum quod The. gessit, est gestum consilio senatus. eius dico senatus, qui erat constitutus à Solone. Licet .i. licitum est dicere, eadem quæ dicta sunt. de The. Pausania, & Lysandro Lacedæmonijs uiris, & optimis imperatoribus. Quorum .s. imperatorum rebus gestis, quanquam imperium putatur dilatatum .i. extensum ipsis Lacedæmonijs, tamen ipsi ne ex minima quidem parte .i. non etiam ex minima parte sunt conferendi .i. digni comparari legib. & disciplinę Lycurgi optimi legislatoris. Quinẽt .i. insuper ipsi imperatores habuerunt propter has ipsas causas .i. propter leges, & disciplinam Lycurgi exercitus, & i. simul paratiores ad subeunda pericula, & fortiores ad constanter pugnandum. quidem .i. certe. Neq; M. Scau. optimus reip. toga gubernator, sup. uidebatur mihi, nobis pueris .i. cum nos essemus adhuc pueri, cedere .i. uictoriam dare in utilitate. L. Mario optimo imperatori, neq; cum nos uersaremur in rep. Q. Catul. optimus senator uidebatur cedere. Cn. Pomp. (qui Pomp. Magnus agnominatus est) optimo imperatori. adnota puer scribi Ligurgum, Caium, Cneum, Amurcam; & proferri Lygurgum, Gaium, Gneum, Amurgam. Item in textu, haberi uidebantur, quia duo singularia æquipollent uni plurali dum simul ponuntur, non autem diuisim, bis uidebatur diximus. Addit causam quare sic uisum sit. Etenim pro quia, arma sunt parua .i. paruæ utilitatis foris, nisi consilium est domi. nec Africanus .s. Scipio singularis, ut uir .i. priuatus, & imperator cum præesset rebus bellicis profuit plus reip. in excidenda .i. destruenda Numantia ciuitate Hispanorũ, quam P. Scipio, scilicet Nasica profuit sup. reip. eodem tempore, cum interemit Tib. Grac. dum legem agrariam factiose reuocare uellet. Quanquam quidem, idest certè hæc res, scilicet occisio Tiberij Gracchi est non solum ex ratione domestica, idest rerum domi gerendarum. enim pro quia, ipsa attingit, & idest etiam bellicam supp. rem, quoniam ipsa est confecta ui, idest uiolentia, & manu, idest facto, sed tamen idipsum est gestum consilio urbano, idest Rom. habito sine exercitu. Autem pro, sed, illud in quo ego audio me solere inuadi, idest carpi, & reprehendi ab inuidis, & improbis, ut ab Lucio Bestia, & Lucio Pisone, & Crispo Salustio, scilicet arma .i. bellicæ res cedant .i. uictoriam dent togæ .i. paci, quæ in toga domi geruntur, & laurea .i. corona imperatorum laureatorum, concedat linguæ .i. gloriæ quam bene dicendo, & consultando adipiscimur, est optimum .i. prẹstantissimũ. Enim pro quia, omittam alios, nõne arma .i. bellicæ res Catilinæ cęssere? .i. cesserunt togæ? .i. rebus quas in toga gessimus, & hoc nobis gubernantibus i. dum nos in consulatu gubernaremus remp.? q.d. maximè. Enim pro quia, neq; periculum fuit unquam grauius .i. perniciosius in remp. neq; odium maius. Itaque ipsa arma delapsa de manibus audacissimorũ .i. maximè temerariorũ ciuium ceciderunt .i. annihilata sunt celeriter consilijs, & diligentia nostra, Quæ igitur res gesta est unquam tanta in bello? q.d. nulla, & quis triumpus est conferendus .i. comparandus, cum hac .s. re à nobis in toga gesta? q.d. nullus. Licet enim (ne arroganter de se dixisse putet) ò Marce fili gloriari apud te, ad quem, & hæreditas huius .i. meæ gloriæ, & imitatio factorum pertinet. Certè Cn. Pomp. uir abundans bellis laudibus, Tribuit .i. attribuit mihi quidem multis audientib. hoc, ut dicere se deportaturum fuisse frustra tertium triumphum, nisi esset habiturus in rep. meo beneficio, ut trumpharet, quia si per Catilinã, & cõiuratos resp. fuisset euersa, nullus remãsisset triũphandi locus. ergo i. ut ex prædictis patet, fortitudines domesticæ .i. quibus utuntur in rebus domesticis gerẽdis, sunt non inferiores .i. nõ minoris utilitatis, & dignitatis, militaribus sup. fortitudinibus. in quibus .s. fortitudinibus domesticis ponendũ est .i. ponere oportet etiam plus operæ .i. exercitationis, & laboris, & studij .i. conatus, & applicationis animi, quam in his s. militaribus. Enim pro quia, illud honestũ, quod nos quærimus .i. requirimus ex aĩo excelso, & magnifico efficitur omnino uiribus animi non corporis, tamẽ corpus est exercẽdũ .i. in exercitio, & labore tenendũ. & afficiendum .i. affectionibus tractãdũ, & subiugandũ, ita ut possit obedire in cõsilio, & rationi in

in negocijs exequendis,& in labore tolerando. Autem pro sed, id honestum, quod exquirimus.i. illa honesta actio.quam ab animo forti expetimus,est positum in cura, & cogitatione animi.In quo s.honesto,hi qui existentes togati prosunt reip.afferunt non minorem vtilitatem quã sup.hi qui gerunt bella.Itaque,& ideo bella sunt sæpe aut non suscepta,vbi i.quando aut periculosa uisa sunt,aut confecta.i.absoluta,& ad finem deducta:autem pro sed, illa nonnunquam.i. quandoq;.quando s.iustum,& vtile.uisum est consilio eorum,qui.s.in togis remp.gubernant. Vt bellum iij. Pun.i. Carthaginiense sup.illatum est Carthaginiensibus consilio M.Catonis,in quo.s.iij.bel.Pun auctoritas ipsius Catonis,etiam mortui.i. postquam mortuus erat(mortuus autem anno post susceptum bellum)valuit,quia nõ dimittebatur eius auctoritate susceptum,donec Carthago deleta esset. Quare.i.de causa ratio decernendi.i. deliberãdi est quidem.i.certè magis expetenda, quam fortitudo decertandi .i.belligerandi.Sed cauendum sup.est ne nos faciamus.i. decernamus de bello,magis fuga i.causa fugæ, quam ratione utilitatis,hoc est ne decernentes de bello dehortaremur à bello, potius timore bellandi,quam ratione utilitatis publicæ. Autem pro sed,ut bellum suscipiatur, itá ut nihil aliud uideatur quæsitum nisi pax. In textu habetur quæsita per ζεῦγμα, seu per regulam uenustatis,quæ est quod verbum, vel adiectiuum pulchrè respiciat ad vicinius suppositum, vel substantiuum, quia ergo ly pax immediatè præponitur,dicit pax quæsita &c. uero pro sed, est fortis, & constanti animi .i. pertinet ad fortem, & constantem animum non perturbari rebus asperis.i. duris, & aduersis,nec.i.& nõ,& ut dicitur.i.sicut in prouerbio est hominem sup.non deijci tumultuantem.i.uacillantem,& inconstantem,de gradu.i.de sede tranquillitatis suæ,sed uti consilio animi præsentis.i.semper parati, & fortis,nec discedere à ratione, quanquã hæc.s.non deijci, nec deturbari de tranquillitate sua est magni animi,& illud.s.quod sequitur, est etiam .i. non solũ magni animi,sed etiam magni ingenij.s.percipere cogitatione .i prouidentia ex consideratione futura.i.res futuras & constituere aliquando in utranque partem quid possit accidere, & quid sit agẽdum,cum.i.postquam quid.i.aliquid euenerit, nec cõmittere aliquid sup. tale, ut dicendum sit aliquando.s.in futuro,ego non putaram.i. putauerã sup. sic euenturum, hæc.i. huiusmodi sunt opera animi magni,& excelsi,& fidentis.i.freti prudẽtia,& consilio. Autem, sed, uersari temere.i.cum temeritate in acie.i.in exercitu ad prœliandum instructo,& confligere.i.contendere cum hoste manu.i. opere manuali est quiddã immanè.i.efferum,& crudele,& simile belluarum,sed decertãdũ est manu, qñ tempus,& necessitas postulat, & mors est anteponẽda.i.præferenda seruituti,& turpitudini.s. quæ est in fuga,aut quam captus pateretur in corpore. hinc Iuuenal.Summum crede nefas animam præferre pudori. Et propter uitam uiuendi perdere causas,quæ sunt liberè,& honestè uiuere.

ARGVMENTVM.

Alienam esse ab officio magnanimi crudelitatem, & item temeritatem.

DE euertendis autem diripiendisque urbibus ualde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.idque est uiri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna recta, atque honesta retinere.

PETR. MARS. DE euertendis autem] Præcipit nunc Cic quid agendũ sit uiro magnanimo, cum urbes expugnantur, diripiunturque & monet ne quid temere.i. non cognita causa,& ueritate fiat in quẽq;, & ne quid crudeliter agatur, quod est cõtra naturam uiri magnanimi. [De euertendis]Solo æquandis & opes dicuntur euerti,cũ destruũtur. & euertere significat semper ruinam rei alicuius magnæ. ut apud Virg. Priamiq; euertere gentem uisum est superis, &, Inclementia diuum.Has euertit opes.[Diripiendis]Prædãdis, & spoliandis. nam diripere urbem est bona militibus dare in prædam.[Valde]Diligenter aduertendum. [Ne quid temere] Inconsultè, & incognita causa.[Idque est]Hoc pertinet ad illũ qui magnanimus haberi uult.[Rebus agitatis] Exanimatis, & iudicio discussis, debemus igitur res iudicare, & postea nocentes punire,& ideo nihil est temere agendum.sed causa cognita in sontes animaduertendum est.[Sontes] Nocentes. Nam ille qui punit nocentes re agitata,& diligenter cognita non temere agit.[Multitudinem]Populum impotentem. & sic seruatur ius humanæ societatis, & iustitia, cuius proprium est omnes quoad fieri potest conseruare. Plato in v. de rep.sic præcipit: Non ergo Græciam cum Græci sint, destruent,neq; domos incendent, neq; putabunt in singulis ciuitatibus omnes sibi aduersos esse, & uiros,& mulieres,& pueros, sed paucos admodum inimicos, eos duntaxat,qui fuerint discordiæ causa,quãobrem neque domos subruent,sed eatenus decertabunt,quatenus qui discordiæ causam dederunt in sontibus pœnas soluant, ponamus itaque legem hanc custodibus, ut neque dissipent agros,neque igni ædes absumant. [In omni fortuna]Tã secunda quam aduersa. & hoc decet magnanimum moderate ferre fortunam,& nec prospera efferri, nec deprimi aduersa. Vnde interrogatus Bias, quidnam esset in uita difficile,Ferre, inquit,fortiter mutationem rerum in deterius. Et Periander Corinthius dicebat, Inter secundus res esto moderatus, inter aduersas prudens.Seneca dicit:Esto firmus in aduersis, in prosperis cautus,& humilis,occultator uirtutum, sicut alij uitiorum.[Recta,atque hon.]Quoniam nec prosperitas,nec aduersitas nos ad iniustitiam,& turpitudinem cogere dicunt, sed in omni fortuna id quod rectum, & honestũ est sequi debemus, & potius mori quam à recto atque honesto discedere.

FRAN. MAT. DE euertendis autem &c.] Dixit magnanimum præparare se,& eo animo atque consilio bellum gerere quo susceperit, semper autem pacem ueluti optimum finem spectare. Nũc de eisdem officiis loquitur post uictoriam, & qualia esse conueniant præscribit,dicens.cum,cum hostilem ciuitatem ceperit, sontes quorum causa bellum suscitatum est punire debere,reliquam uerò multitudinem,quæ insons est cõseruare.Sed magnanimi proprium est obliuisci iniuriarum, & in uictos clemẽtia uti,quod magnitudini eius tantum abest, ut deroget, ut etiam splendorem afferat,& gloriam.Nam de Cæs.inquit Cic. animum uincere,iracundiam cohibere,uictoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, uirtute præstantem,non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinã dignitatem,hoc qui facit, non ego eum cum summis uiris comparo,sed simillimum deo iudico. Punire quos oportet iustitiæ ut decet amicus est.Qui in omnibus rebus aduersetur, dicitur, est, conseruare innocentes, & iustitiæ, & magnanimitatis. Vtunque ergo præstabit magnanimus, ut uerè magnanimus haberi possit. Sed magis erit clemens, quam crudelis in illos, qui supplicio digni sunt penitus parcere nullo pacto debet, ne eorum audacia impunitate crescat,& aliis ad male faciendum exemplo sint.[De euertendis]Solo æquandis, sicut Carthaginem Rom.iij.Pun.bel.euerterunt,Numantiam, Corinthum. [Diripiendis]Vt non euertãtur quidem. sed tantum militum direptioni subijciantur,quod uehi Syracusæ, Alba, multæque aliæ à Roma passæ sunt.[Temete]Ne fortè auertat, quæ euerti non merentur.Sicuti Corinthus mereri nõ uidebatur,utius Critolai culpa fuit,ut legati Rom.uiolarentur,prius præterea oppressi sunt Corinthij quam hostes designarẽtur. Crudeliter, ut cum in paucos debeat animaduerti in omnes animaduertatur.[Reb.agitatis] Examinatis,& diligenter inspectis,cognitis .s.erroribus aliquorum,& multorum innocẽtia.[In omni fortuna]Tam secunda quam aduersa, & ut in illa temperamento utatur, neque nimium efferatur, & in hac demissione animi non sit,penitusque succumbat.

ASC. DE euertendis] Describit officium imperatoris in urbibus euertendis ac diripiendis.Ordo est.Autẽ,pro sed,illud considerandum est ualde, de urbibus euertendis .i. funditus excidendis, & diripiendis.i.depopulandis,ne quid fiat temere .i.sine ratione,& ne quid fiat crudeliter.i.impiè,& immaniter,que pro,& i.uiri magnanimi.i.pertinet ad uirum magnanimũ, rebus agitatis.i. postquam sunt agitatæ,& discussæ, punire sontes.i. nocentes, & culpabiles, & conseruare.i. non interficere multitudinem.i.turbam imbellem,& innocuam,& retinere in omni fortuna,tam prospera,quam aduersa,recta.i. æquitatẽ, atque honesta.i.honestatem.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pericula quatenus uiro forti suscipienda.

VT enim sunt quemadmodum supra dixi, qui vrbanis rebus bellicas anteponũt: sic reperias multos quibus periculosa, & callida consilia quietis cogitationibus splendidiora,& maiora uideantur. Nunquam omnino periculi fuga committendum est,ut imbelles, timidiq́; uideamur: sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis,sine caussa,quo nihil potest esse stultius. quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est,qui leuiter ægrotantes leuiter curant:grauioribus autem morbis periculosas curationes,& ancipites adhibere coguntur. quare in trãquillo tempestatem aduersam optare,dementis est; subuenire autem tẽpestati quauis ratione,sapientis,eoq́; magis, si plus adipiscare re explicata boni, quàm addubitata mali. Periculosæ autem rerum actiones partim ijs sunt, qui eas suscipiunt; partim reip. itemq́ue alii de vita, alii de gloria, & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad cõmunia, dimicareq́; paratius de honore, & gloria, quàm de ceteris commodis. inuenti autem multi sunt,qui non modo pecuniam, sed uitam etiam profundere pro patria parati essent; iidem gloriæ iacturam ne minimam quidem facere uellent,ne rep. quidẽ postulante, ut Callicratides,qui cum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello,multaq; fecisset egregie:uertit ad extremum omnia,cum consilio non paruit eorũ, qui classem ab Arginusis remouendam, nec cum Atheniẽsibus dimicandum putabant.quibus ille respõdit;Lacedæmonios classe illa amissa, aliam parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse. atque hæc quidẽ Lacedæmonijs plaga mediocris fuit, illa pestifera, qua,cum Cleombrotus, inuidiam timens, temere cũ Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorũ opes corruerunt.quanto Q.Maximus melius:de quo Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo post que magisque uiri nunc gloria claret.

quod genus peccandi vitandũ est etiam in rebus vrbanis. sunt enim, qui quod sentiunt,etiam si optimũ sit,tamen inuidiæ metu non audent dicere.

PETR. MARS.

VT enim] Ideo inquit Cic. hæc præcepta constituunt à me de his, quæ agenda sunt in euertendis diripiẽdisq; urbibus, quoniam aliqui aliter sentiunt, & putant licere, ut in hostes omne genus crudelitatis exerceatur, & hi sunt maximè qui res bellicas urbanis anteponunt, dicẽtes,uersari in periculis,& callidè consulere,& ea semper appetere,quę in se plurimum negocij habent,& laboris,esse maioris gloriæ, & amplitudinis, quã optare quieta, & tranquilla. Vnde Cic. de his rebus determinat affertq́; opinionem suam, & sententiam, docens quomodo uersandum sit in periculis,ut decorum seruetur. [Reperies] Inuenies. Reperire est in aliquid non quæsitũ incidere. [Periculosa.] Quæ in se multum periculi habent. & supra monuit non esse uersandum in acie temere nec periculosa appetenda sunt,nisi ratio temporis postulabit. [Callida con.] Plurimũ astutiæ in se habentia.[Cõsilia]Sentẽtias.[Splẽdidiora]maioris splendoris,& famę. [Maiora]Ampliora. [Nunquã omnino] determinat de tali hominum opinione,& hoc dicit esse proprium magnanimi, non cedere propter periculum aut timorẽ, immò cũ in periculo uersatur uitæ suæ nõ parcere.[Periculi fuga]ut periculum fugiamus,& laborem. Committendum. incidendum in hoc, quod est contra fortitudinem magnanimitatem.[Imbelles] Nõ bellicosi,& fortes,sed ignaui,& timidi.at nõ debemus temere nos exponere periculis,uerum cum possit,& necessitas [Quo] offerre se periculis sine causa. Quapropter] Concludendo præcipit exemplo medicorum quid agendum sit in periculis adeundis. nam pericula leuia lente adiri debent,quoniam magnanimus nil nisi magnum, arduum,& plenum laboris,aggreditur. cum autẽ grauissima sunt, omni conatu, & totis uiribus enitendum est, ut aut pericula superentur, aut uita cum decoro amittatur.sic faciunt medici,illos qui leui ægrotatione tenentur, leuibus curant medelis, grauissimos autem morbos, & ancipites, medelis etiam grauissimis, vt aut conualescant,aut moriantur desperata quodammodo salute. Vnde hi qui extrema necessitate laborant, omnia audent vltima desperatione adducti. Ideo dicit Sen. Acerrima uirtus est, quam ultima necessitas extendit. [Consuetudo] mos medendi. [In adeundis] Cum volumus adire pericula,& fortem animum magnumq́ue ostentare [Leuiter] idest, qui leuibus ægrotationibus tenentur, leuibus remedijs curant. [Periculosas] Quæ aut curent, aut perdant grauiter, & ad mortem ægrotantem. [Ancipites] dubias an sanent, an interimant. [Coguntur] periculo, scilicet urgente. [Quare] Igitur dat optimum præceptum translatione nautarum, qui tranquillo mari si tẽpestatem appeterent dementes essent,si forti uiro, & magno pericula non sunt optanda. si autem acciderint, subeunda sunt, & toleranda, & ipsis nullo modo cedendum, etiam si uita amittenda sit. [Quauis ratione] Quocunque modo potest. quoniam nautæ tempestate laborantes, ne amittant uitam, sese explicant, idest abijciunt merces, & omnia, ne dubitando an esset faciunda iactura, una cum rebus uitę discrimen subirent. re autem explicata, & in undis deiecta, plus adipiscitur dominus nauis, quàm amittat, quoniam adipiscitur uitam cunctis mercibus cariorẽ. si autem dubitat, nec se uult explicare propter auaritiam, est in periculo uitæ.unde Iuuen. laudat Catulum amicum suum, qui pressus tempestate se explicuit, & euasit. sic uir fortis si cum est in periculo fugit, & dubitat amittere uitam, perdit fortitudinis laudem, & decorum. unde potius moriendum est, quam subire dedecus, & non tanti debet esse uita, ut gloria honestatis, & fama ueræ uirtutis amittatur. Ideo Hector, ut est apud Hom. & repetit Aristo. in moribus, minabatur suis turpiter ex acie uolentibus fugere, dicens, Quem procul à pugna trepidantem fortè uidebo, Is canibns fiet, fiet quoque nulturis esca. [Re explicata] idest, deuoluta in mare, factaque iactura, quoniã exonerata naui est aliqua spes uitæ.[Quam addubitata]idest, cum dubitatione retenta propter auaritiam, quoniam re non explicata nulla est spes uitæ, & plus mali sequitur quoniam bona fortunæ contemnenda sunt pro uita conseruanda, & honestate, quæ ceteris rebus debet esse antiquior. uita spernenda est, ne laus, & bonum nomen amittatur. [Periculosæ autem] Postquam de periculis adeundis fecit mentionem, dicit per diuisionem quibus afferant periculum actiones, & ostendit,monetq́ue nos debere promptiores esse ad nostra pericula, idest ut potius omne discrimen patiamur, & mortem, quàm permittere patriam aliquo periculo laborare. Nec debemus timere infamiam calumnia illa tam pro salute patriæ, cui omnia debentur. unde reprehendit illos, qui ne gloriam propriam amitterent, in summum discrimen patriam adduxerunt, laudatq́ue Fabium Maximum, qui nunquàm rumores de se, & infamiam posuit ante patriæ salutem, cum scilicet cunctator pro dictatore appellaretur, tamen nunquàm voluit manus cum hoste, qui fortunæ incũbebat, conserere, quoniam patriæ laboranti non conducebat, sed opus erat cunctando Annibalem flatu secundo fortunæ uectum reprimere. [Rerum actiones] Res ipsæ gerendæ afferunt periculum, & discrimen uitæ, & nominis. [Partim sunt] Distinguit pericula, quæ sunt in rebus agendis, & ad quos maximè pertineant. [Qui eas suscipiunt] Agunt geruntq́;, ut sunt imperatores,& duces exercitus, qui in periculo interdũ uersantur.

[Itemq; alij]Facit aliam distinctionem, quam ostendit pluribus de causis uocari aliquos in discrimen. Inde docet pro qua re potius dimicandum sit.[De uita].i. pro conseruatione uitę. [Promptiores igitur] post distinctionem actionum, quæ sunt periculosæ his, qui eas gerunt, & partim reip. resumēs priorem distinctionē præcipit, ad quæ pericula debeamus esse proptiores, ut .s. potius subeamus nostra pericula, quā sinamus remp. aliquo detrimento affici, quoniā cōis salus, & gloria proprię saluti, & gloriæ præferenda est, ut uir fortis nō debet timere pericula pro rep. immo uitam profundere, si reip. salus exposcit. Quam ad cōmunia]Quam pati ut cōmunis patria laboret. unde laudatur Curtius, qui se in foueam illam armatum, & equitem præcipitem egit, quæ totam urbem pestifera exhalatione inficiebat, & sic periculo suo omnia pericula sustulit. Sic etiam Menœceus Thebanus Creontis filius poscente communi salute è turri se præcipitauit. Infinita sunt exempla in historijs, & exteris, & nostris, eorum, qui propriæ saluti non perpecerunt pro cōmuni utilitate.[Dimicareq;]resumit nunc alterā distinctionem, & docet pro honore, & gloria potius dimicandū, quā pro alijs fortunæ bonis.[Dimicare] Manu pugnare [Paratius] Promptiore animo, & magis parato ad dimicandū pro honore, & gloria, quam pro alijs rebus, & utilitatibus, quoniam auaritiæ indicium est pro bonis fortunæ dimicare, pro gloria autem pugnandum est, ut oportet, & sine iniuria aliorum, quoniam honor est præmium uirtutis, & deo tribuitur, & uictores in certaminibus Græciæ non auro, aut argento donabātur, sed corona intexta ex folijs arborum, ut certamen esset pro gloria, non pro auro. Vnde Trietanchines, ut est apud Herod. lib. iij. Artabani filius, dixit. Papæ Mardoni, in quos uiros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitent, sed uirtutis?& Alexander auct. Curtio lib. ij Parmenoni dixit: Pecuniam quam gloriam mallem, si Parmeno essem, nunc Alexander de Paupertate securus sum, & me non mercatorē memini esse, sed Regem. Nihil quidem habeo uenale, sed fortunā meam utique nunc uendo. captiuos si placet reddi, honestius dono dabimus, quam precio remittemus. Victores in Olimpico certamine coronabantur oleastro, in Pythiis ludis, lauro, in Isthmicis pinu, in Nemæis apio [Commodis] Vtilitatibus, & bonis externis, qm̄ ipse magnanimus, qui circa magna versatur, non curat bona fortunæ, sed nomen, & gloriam, circa tn̄ ignominiam aliorum, quoniam ad gloriam, honorem, & honestatē nati sumus, cum sint uirtutum præmia.[Inuenti autē sunt] Nunc affert illos qui pro patria quidquid habuerunt, & etiam uitam, effundere uoluissent, sed minimā partem propriæ gloriæ amittere noluissent, & nominis, etiam patria postulante, quod est contra officium. nam ratio temporis habenda est, & illi aliquando seruiendum, & pati, vt fama nostra diminuatur, si patriæ conducit, qui nobis omnibus alijs rebus carior esse debet. non enim tanti gloriā nostram facere debemus, ut patria iacturā ob id patiatur. & uera gloria est patriæ consulere.[Sed uitam] Quod est uiri fortis nō timere mortē pro patria.[Sed iidem]Qui ita ad mortem parati erant.[Iacturam]Damnum. sed iactura propriè dicitur in mari, cum urgente tempestate res è naui iaciuntur, unde iactura dicta, & large accipitur pro quocunque damno. [Repub.]Vtilitate reip ita exigente.[Vt Callicratides] Ponit exemplum Callicratidæ, qui ne suum honorē amitteret, patriæ detrimēto fuit suæ, & sic nō fuit uerè magnanim⁹, qm̄ affectabat honorē, & gloriā cū calamitate patrię, quod est contra officium. Peloponnesus à Pelope filio Tantali dicta, qui illic regnauit, folio platani similis propter angulosos recessus, quos habet, sita est inter duo maria Ionium, & Aegeum, circuitu 563. millium passuum, locus angustus unde procedit isthmus appellatur, duo maria terram hinc inde uocant. Sparta seu Lacedæmon est in Peloponneso, & Lacedæmonij post bellum confectum contra Persas cum Atheniensibus per multos annos bellum gesserunt, unde hoc Peloponnesiacum dictum est, huic bello Lysander de quo dixi, & dicam loco suo, finem imposuit, quoniam summa felicitate Athenas cæpit. Callicratides dum Lacædemoniorum, & classis Lysandri præfectus apud Arginusas insulas pugnaturus cum Atheniensibus, & Hermone gubernatore dicente, ut ser. Plut. quod bene est retro nauigare, cum triremes Atheniensiū multo plures essent, rn̄dit, Et quid hoc? ceterū fugere turpe est, & detrimentosum Spartæ, sed si mansero aut moriar, aut uincā, quod optimum est. Cic. aliter ponit uerba, quæ Callicratides dixit respondens illis, qui fugam suadebant. Nauali pugna superatus, inquit Plutar. in Arginusis deletus est, Callicratides, Mitylenem obsidebat, Athenienses subsidium parantes 120. nauibus Samon insulam adnauigarunt, & illic alijs coactis 120. nauibus ad hostem contenderunt. Callicratides cognito ipsorum aduentu, Eteonico legato ad obsidionem relicto, cum 120. nauibus obuiam profectus est ad Arginusas, & pugnans deletus est, ac supra naues 70. Lacedæmonij amiserunt. [Egregiè]Strenuè, & fortiter, & multa cum laude, quoniam pro Spartana dignitate animos gerebat summa æquitate, fortitudine & magnanimitate excellentissimus, auct. Plut. [Vertit omnia] idest in fine turbauit, & amisit partam gloriam, & nomen, quoniam fecerat multa egregiè, & tandem nimis affectans propriam gloriam, in discrimen patriam adduxit suam, quippe cum illius detrimento pugnauit, ne videretur ignauus, cum melius esset cedere, & patriæ, & temporis habere rationem. [Consilio eorum] Plut. dicit fuisse Hermonem gubernatorem nauium. [Consilio]Sententiæ. nā censebant tempori cedendum esse, nec expectandam classem Atheniensium. [Putabant] Arbitrabantur melius esse. Arginusæ sunt tres insulæ paruæ ante Asiam propè Mitylenem, & Lesbon continenti proximæ, ut auct. est Str. lib. xiij [Hæc plaga] Calamitas, & vulnus, quod acceperunt Lacedæmonij amissa classe, & deleto Callicratide in Arginusis. [Mediocris] Non motum detrimenti attulit, quoniam non amiserunt ob id imperium, immo superarunt tandē ipsos Athenienses post mortem Callicratidæ. Lysander dux creatus est, qui Athenas subegit. [Illa pestifera] scilicet fuit plaga, & calamitas, quæ Lacedæmonijs imperium eripuit, & affert aliud exemplum Cleombroti Pausaniæ filij, qui timens inuidiam, & infamiam ne scilicet uideretur cum hoste Epaminonda sentire differendo pugnam, temere manus conseruit, & se, & patriam in præceps dedit nam in hac pugna, quæ ad Leuctra oppidum Bœotiæ fuit, cum Epaminonda Thebanorum duce, Cleombrotus rex Lacedæmoniorum vulneratus occubuit, & exercitus deletus est, & sic Lacedæmoniorum imperium corruit. ergo Cleombrotus ne gloriam suam amitteret, & ne detrimentum nominis pateretur, causa fuit, ut patria quæ prius imperabat, seruiret. Nam paulo post secundo prœlio apud Mantineam idem Epaminondas ita Lacedæmonios attriuit, vt imperium amiserint, in quo prœlio Epaminondas cecidit. Gaudēs, quoniam relinquebat patriam suam imperantem, quæ prius seruiuerat. [Temere] Malo consilio, & nulla spe uictoriæ, sed ut infamiam, declinaret, & odium, quoniam prœlium differebat. unde timuit inuidiam, & temere pugnans uictus est. [Opes] Potentiæ, & imperium, quoniam principatum Græciæ amiserunt. [Quanto melius Qu. Fabius] Affert exemplum Q. Fabij Maximi, qui cum bello pun. ij. dictator esset, Annibalem summa patientia, & cunctatione fregit Q. Fabium in inuidiā Romanorum adducere tentauit. Nam cum agros Campanos incenderet, agris Fabij pepercit. Fabius hanc inuidiam non timuit, nec temere pugnam iniuit, ut infamiam expurgaret, sed cunctando rem Romanam propè collapsam restituit; quamuis à multis damnaretur, & malè audiret, quod bellum opera sua, & cunctatione in Italia duceretur. Cui ob id imperium æquatum fuit cum Minutio, qui erat magister equitum, hoc etiam magno animo æquoque tulit salutis patriæ studiosissimus, cui nunquam succensendum putauit, immo cum Minutius, à quo læsus in honore fuerat, cum Annibale pugnaret, & iamiam uenturus esset in hostiles manus, Fabius è suis castris magno impetu erumpens, eum liberauit. Si igitur Fabius uerè magnanimus inuidiam timuisset atque infamiā, quando pro dictatore cunctator ac segnis ab obtrectatoribus uocabatur, manusque conseruisset cum hoste tam fausti Martis, actum fuisset de Rom. imperio. Sic Camillus cum Ardeæ exularet, patriam captam à Gallis asseruit, & omnem ignominiam qua actus in exilium fuerat notatus magno animo pioq; patriæ condonauit suæ [Quanto melius]Fecit Fabius, quam Callicr. & Cleōbr duces Laced. [Vnus homo nobis] Hi sunt uersus Ennij, qui in hoc ij. bello Pun. militauit centurio in Sardinia sub Torquato, & suis annalib. bella Itala cecinit. Rudiæ urbs Calabriæ patria Ennij fuit, de quo Sil. Miserunt Calabri, Rudiæ genuere uetustæ, Nunc Rudiæ solo memorabile nomē alūno. Enni⁹ primū græcis litteris operā dedit, & Africanū maiorē mirificè dilexit, obseruauitq;, à quo mul tis

multis muneribus donatus est, & nominis æternitate, eiusque domum aliquando frequẽtauit. Cum Scipione Asiatico in Asiam profectus est, & cum Fuluio nobiliore in Aetoliam, qui poetas amauit. Primus Ennius apud latinos exametrum carmen fecit, quod longum appellare solebat, decessit post 70. annos, scripsit in omni pematũ genere Sed annales, magis probati fuere, quos per compita urbis. Q. Vargunteius pronunciare solebat, cuius meminit Lucr. lib. j. Ennius, ut noster cecinit, qui primus amœnam Detulit ex Helicone perẽni flore coronam. Et Apollo apud Sil. lib. xij. sic Enn. laudat: Sacer hic, & magna sororum Aonidum cura, & dignus Apolline uates. Hic canet illustri primus bella Itala uersu, Attolletq; duces, cœlo resonare docebit: Hic latis Helicona modis, nec cedet honori Ascræo fama ue seni. Fuit & paulo post alius Ennius Tarentinus, qui primus de literis, syllabis, & metris libellum edidit. Ouid. ita cecinit, Ennius emeruit Calabris in montibus ortus, Vicinus poni Scipio magne tibi. [Vnus homo] Solus Fabius. [Cunctando] Differendo pugnam, quam Annibal fortuna tunc aspirãte optabat. [Restituit rem] Imperium Rom. propè collapsum recuperauit. Nam attritæ erant opes Romanorum iam cladibus acceptis ad Ticinum, Threbiam, & Trasimenum, Lacum Perusinum, ubi Annibal Romanum exercitum profligauit, ceciditq; temeritate Flaminij consulis, qui etiam illic occubuit. Sed Fabius à populo, quod nunquàm ante eum diem factum fuerat, dictator creatus, Annibalem tot uictorijs elatum, & iuueniliter exultantem, cunctando fregit, & rem i. imperium Romanorum restituit. [Non. n.] ratio quare Fabius rem Romanam restituit. [Rumores] Obtrectationes eorum, qui Fabium appellabant segnem, & cunctatorem pro dictatore, & quod cũ Annibale sentiret non proponebat Fabius hos rumores saluti reip. immo talem infamiam non curabat pro cõi salute. sciebat. n. solam cunctationem reip. tunc nutanti conducere. poterat. n. commodius, & tutius Romanus bellũ producere, quam Annibal, qui in hostili solo properabat, ut uinceret, & cunctatio Fabij satis suis currentibus obstitit, & Fabius rediens ad urbem sacrorũ causa monuit Minutium ne manus cum hoste cõsereret dicens, ut est apud Sil. Interea crede experto, non fallimur, ægris Nil mouisse salus rebus. Videbat. n. unam esse salutem tunc cum hoste tam fausti Martis, non pugnare. Et Paulus Aemilius proficiscens in castra mouenti Fabio dixit: Nec me unica fallit Cunctandi ratio, qua re grassante senescens Annibal oppressum uidit considere bellũ. [Ante salutẽ] Reip. R. immo salus communis erat illi carior, & antiquior sua fama, & rumores falsos de se non curabat. Rumor est sermo dispersus in populo incerto auctore de aliqua recenti re siue bona, siue mala, cui, ut inquit Fab. malignitas dedit initium, credulitas autem incrementum. Fama est consensus ciuitatis uelut publicũ testimonium [Ergo] Iccirco, inquit, cum non posuerit rumores ante salute patriæ, & illos non curauerit, & talẽ infamiam neglexerit, vt uerè magnanimum decebat, qui infamiam iniuria illatã non curat. Ergo post res ipsas à Fabio gestas [Gloria uiri] Fabij [Magis claret] splendidior est quã si pugnasset, & rumores posuisset ante salutem, qm̃ cunctando rem Rom. restituit. Sil. in vij. sic canit de Fabio Ac ni sacra seni uis impressumq; fuisset Sistere cunctando fortunam aduersa so uentem, Vltima Dardanij transisset nominis ætas. [Quod genus peccandi] quod. s. supra tetigimus, eorum qui sibi sequentes, & timentes inuidiã, ea cõmittunt, quæ patriæ detrimentũ afferunt, quod etiam in rebus urbanis. [Vitandum est] Non. n. bono uiro, & ciui patriæ studioso timenda sunt odia, & inimicitiæ aliorum pro salute patriæ, immo liberè consulendũ est, & id quod optimum est iudicandum, aliter magnanimitas nõ seruatur, quæ nihil timet præter turpitudinem. Vnde boni ciuis, & magni est nihil tacere, aut dissimulare ob timorem, qđ patriæ conducit. Ideo laudatur Cic. qui in M. Antoniũ summæ tunc potentiæ uirum in senatu acerrimè inuectus est, & etiam in Catilinam, nullum odium timens, modo reip. consuleret. [In rebus urbanis] in his, quæ in vrbe aguntur, ut in sena dandisq; suffragijs.] Optimum ipsi reip. & communi utilitati. [Metu inui.] odij, ne aliquem lædant, si id dixerint, quod patriæ optimum est, & magnanimus talem inuidiam non timet, nec curat, si ob id, quod dixerit, perdit partem gratiæ, quoniam salutem patriæ omnibus alijs rebus præponit, & dũmodo commune cõmodum augeatur, iacturam gratiæ suę apud alios, quos uerum dicendo lædit, non curat.

Periculosa, & callida consilia &c.] Videndum dicit etiam ne rem inconsultè faciamus cum multi sint, qui sic periculosa, & subito mentis impulsu oblata consilia quietis præferant, ut res bellicas urbanis anteponant, cũ consulendum tarde fuerit, ut ait Arist. agendum uerò celeriter. nihil n. maturè fit, nisi qđ diu multumq; ante faciendum constitueris. Calida autem intellige inconsulta à caleo non calleo, ut Marc. exponit Terent. in Eun. vide ne hoc sit nimis calidum. [Nunquã omnino &c.] Docet quo pacto circa pericula tum adeunda tum tolerãda se uir fortis habere debeat. Et neque facilè ac temere offerre se illis, neq; effugere debet. Timere pericula, quæ timere nõ oportet, pusillanimi est, offerre se ultro periculis omnibus, stulti. [Sed fugiendum &c.] Quoniam non facilè se periculis uerè fortis exponat, ratio est, quia nunquam periculum adit nisi magnifica, & terribilia iudicet, ut salus patriæ, religionis defensio, iustitiæ conseruatio, sed cum hæc accidunt, & periculo se uir fortis exposuerit, perseuerare eum conuenit, & ne propriæ quidẽ saluti parcere, malitque mori, quàm à proposito discedere. [Quapropter in adeundis &c.] similitudinibus ostendis, quid circa pericula adeunda seruãdum sit, & imitandos medicos dicit, qui leg[i]bus morbis leues, grauibus periculosas curationes adhibentur. Idem & uir fortis facere debet, ut quæ terribilia uideantur, & sint, ea magno, & præsenti animo aggrediatur, quæ leuia, & non necessaria ea non attingat, & cõtenat, ne se propter modica utilitate maximis periculis obijciat, quod qui faciunt non fortes, & magnanimi, sed stulti habẽtur. [Periculosa] Quæ periculum uitæ afferant. [Ancipites] quæ ita occidere possint naturali uirtute nimium perturbata, & debilitata, ut cõseruare. [Grauioribus] In quib modica salutis spes sit, sæpe accidit. ut quem medicus secundis curare non possit, cum contrarijs curet, quod Celsus scr. eodem modo maximè periculoso tpe periculis obijcere nos debemus pro utilitate cõi: ut Horat. Cocles fecit, vt eodẽ tpe Mutius, & Sceuola, ut Curtius iuuenis, qui se in illam patentem uoraginem con[i]ecit, ut Decij, qui se deuouerunt [Quare in tranquillo, &c.] Alia similitudo, ut tranquillo mari optare tempestatem, ita cũ ingens necessitas non cõpellit periculo se exponere dementis est, rursus ut resistere tempestati cum incubuerit sapienti est, sic occurrere periculo cum necesse est, pro parente aut patria, uiri magnanimi iudicatur. [Periculosæ autem rerum actiones] Dixit nõ esse magnanimo adeunda pericula sine causa, hanc autem, ut Ethici scribunt, magnam esse oportet, minimeq; uulgarẽ, ut dignè eam suscepisse laudemur, sed aut ad ipsum magnanimum, aut ad remp. periculum ex actione aliqua deuenturum est. si ad ipsum, nihil pro gloria recusandum est illi, qui uult uitam pro laude pacisci & uita bene credat emi quo tendat honorẽ. magisq; dignitatis sine utilitate, quàm utilitatis sine dignitate, rõ est habenda honor. n. ut ait Ari. maximũ est externorũ annorum. Circa honores, ac infamiã magnanimus uersat, ut oportet, qđ si reipu. periculũ imminet cautior circa illud esse debet, nã minus dãnũ unius est, quàm totius reip. si quid aduersi accidat. quosdã reprehendit Cic. qui magis propriã laudẽ, quã remp. cõseruare noluerunt [De uita] Propria. [Ad communia] Ex quibus plus damni, quã ex proprijs euenire potest, minor iactura est unius, quã multorũ, aut reip. [Quã de ceteris cõmodis] Vt de diuitiis, immo potius dignitate sine utilitate, quam utilitate sine dignitate rõ habenda est ut diximus, omnia deniq; cõmoda quæcunq; sint, dignitati sunt postponẽda. [Inuẽti aũt multi &c.] Eos nunc reprehẽdit, qui gloriam, & honorem propriũ saluti, & utilitati patriæ auferre uoluerunt, cum tamẽ pro ea, dẽ non solum pecuniã, sed etiã uitã profundere parati essent. Patriæ caritati non uita solũ sed quę uita cariora sunt, honor & gloria posthabenda sunt. [Rep.] Postulante, sponte eos facere conueniebat, sed ne postulante, quidem rep. qui fecerunt, ex quo maiore reprehensione digni sunt. [Vt Callicratides] Hic Lacedæmoniorũ dux bello Peloponnesiaco contra Atheniẽses multa, & præclara gessit, tandẽ cum ad Arginusas insulas se receptsset, & Alcibiades Atheniẽsiũ dux ad eũ obsidendũ classem suã tenderet, immineretq; amittendæ classis periculũ, ut prope inde discederet, Lacedæmonij scripserunt, sed perire maluit unà cum classe, quã effugere, cũ posset, dicens Lacædemonios amissa classe reparare aliam posse, se uero amissam famã recuparare nõ posse. Plut. aliter ac Cic. rẽ tradit quippe, qui ait Hermone gubernatore suadẽte bonũ esse retronauigare, quia multo plures Atheniẽsiũ triremes essent, Callicratidẽ dixisse, quia hoc fugere

FRAN. MAT.

Horat. Cocles. Mutius Scæuola,

Callicratides.

fugere turpe est,& damnosum Spartæ,sed si mãsero , aut moriar,aut uincam,quod pulcherrimũ est.[Nõ paruit corũ]Hermoneũ gubernatorẽ classis fuisse tradit Plut [Egregiè]Laudatur ab eodem auct. q̃ animũ pro Spartana dignitate gereret , & esset summa æquitate,fortitudine,& magnanimitate.[Vertit]Commutauit,cum multa :multa prius strenuè, fortiter, & cũ summa laude egisset . De hoc Callicratide multa Plut. multis in locis,& Thucydides. [Bello Peloponnesiaco] Cuius initia,& causas Thucydides scribit. [Ab Arginusis remouendam] Ab Arginusarum portu.Arginusæ insulæ sunt tres,nõ sanè magnæ,continenti proximæ,& Canis Phrygiæ promontorio adiacentes, à Mitylene distãt 120.stadijs,auct.Str. [Mediocris fuit] Classem.n.repararunt neque omnino succubuerunt . [Plaga] Vulnus,damnum.[Illa pestifera] Aliud exemplum Cleõbroti, qui & ipse pluris propriã fecit gloriã quam patriæ utilitatem, eam aũt longè grauiore dãno,quã Callicratides affecit. [Cleõbrotus , inuidiã timens] Pausaniæ filius, hic cũ Epaminundas Thebanus dux auxiliantibus Atheniẽsibus Lacedæmonijs bellum intulisset,& iam Lysandrũ superasset,multisq; cladibus illos affecisset,tametsi uiribus inferiorem se uidebat, tamẽ quia fore intelligebat,vt ciuium in se odia exercitarentur , & ignominia notaretur,si pugnã cũ Epaminonda detrectaret , temeritate,& infeliciter pugnauit,fugientem usq; ad urbis mœnia persecutus est Epaminondas, parumq; abfuit quin eam caperet.Cleõbrotus tres vulneratus occidit,& exercitus deletus est. Ad Leuctra Bœotiæ oppidum res contigit. Plut. Actum autem de re Lacedæmoniorũ fuisset, nisi ab Aegypto Agesilaus, qui magnas res illic gerebat,reuocatus fuisset.auctor Thucydides. [Temere cum Epaminõda conflixisset] Paruis copijs aduersus ingẽtẽ exercitũ , & loco inferiore ac mala malè instructa acie. Sed necessitate cõpulsus est . aut.n. fugere illũ oportebat, aut sic manũ cõserere [Corruerunt] Vix.n.post illud tempus resurgere potuerunt. [Quanto Q.Max.]Hic quia bonus,& uerè magnanimus erat,ideo commoda reip.propriæ gloriæ anteposuit.non.n.popularis auræ,& vulgi opinionis captator erat. De hoc multa Liu.de ij bel. Pun. Nouam Fabius de Annibale uictoriam commentus est non pugnare, hinc ei cognomẽ bono,& reip.salutare cunctator, primo ab æmulis in dedecus impositum,deinde in gloriã uersum . Per Samnium totum , per Falernos Gauranosq; saltus sic macerauit Annibalem , vt qui frangi uirtute non poterat,mora cõminueretur. [Rumores] Famam , & uulgi opinionẽ ipse Paulo Aemilio apud Liuium contemnendo,inquit, potius quàm appetẽdo gloriæ se modũ excessisse. [Quod genus peccandi] Idem dicit in rebus , qđ in re militari uitandũ ne inuidiæ metu minus liberè loquamur. [Inuidiæ metu]Odij,id quod præcedit pro eo ponitur , quod sequitur,inuidiam odium sequitur [Sunt.n.&c.]Conqueritur sæpe Cic in epist.suis nullum esse ciuem qui rectum sensum in rep. deponere audeat . Et Iuuen.ait , Nec ciuis erat qui libera posset uerba animi proferre, & uitam impendere uero . Cato senex,& item Cato iunior,magna semper libertati usi tradun tur.Nec cuiusquam ueriti inimicitias,modo reip.utilitatẽ tuerentur. De iuniore, inquit, Iustitiæ cultor rigidi seruator honesti, In commune bonus.

Arginusæ.

Cleombrotus. Epaminondas.

Thucydides de Epaminõda.

Q. Fab. Max.

A SC.

Sontes à uictore puniẽdi, insontes humaniter tractandi sunt.

Enim,pro quia,vt.i.veluti sunt,quemadmodum dixi supra, qui anteponunt rebus urbanis .i. in urbibus gerendis bellicas sup. res.s. reperies multos,quibus periculosa consilia,& callida .i.in perniciẽ aliorum data uideantur,& splendidiora,& maiora.i. maioris utilitatis,& præstãtiæ cogitationibus.i.inuẽtionibus,& procurationibus quietis.i.pacis, & trãquillitatis , & hoc si sit genitiuus à nominatiuo quies,uel potius quietis.i.pacificis,& trãquillis.Nũquã autẽ cõmittendum.i. sustinendũ est fuga.i. propter fugã periculi,ut nos uideamur imbelles,& timidi,ne.s improbis,& inimicis nostris,in nos aĩum auxerim⁹, sed illud etiã fugiendũ est, ne offeramus.i. ultro , & nõ prouocati obijciamus nõ periculis sine causa, quo sup. facto nihil põt esse stultius.Qua propter cõsuetudo medicorũ est imitãda in periculis adeũdis.i.aggrediẽdis,qui.s.medici curãt leuiter.i. facili medicamine,ægrotãtes.leuiter.i. facili modo , sed coguntur adhibere morbis grauioribus i. difficilius curabilibus curationes periculosas,& ancipites.i. dubias an profuturæ sint,an nocituræ. Quare.i. quamobrẽ est demẽtis .i. pertinet ad demẽtẽ tempestatẽ aduersam.i.cõtrariã in trãquillo supp.mari. Autẽ, pro sed,est sapientis.i.pertinet ad sapientẽ subuenire quauis.i. quacũque ratione tẽpestati obortæ.s. quæ pro,eo .i. pro tanto est magis sup.sapiẽtis subuenire tẽpestati,si tu adipiscare.i.adipiscaris,& cõsequaris plus boni.i.cõmodi,re.i. mercede tua explicari.i.eiecta pro certa salute,quã adipiscaris mali.i. incõmodi re addubitatæ.i. manere dubia in naui, hoc est si uerisimile est,quod ex iactura per quã certa sit salus cõsequaris plus commodi,quam ex retentione cum dubio , tunc potius emẽda est merces tua . Eodẽ modo, quoniã ex pace certa plus commodi est quam in bello ancipiti. Tunc potius seruãda est pax , sed si longe plus boni consequaris,& bello licet dubio,quam habeas in pace certa,amore illius posset bellum iustũ moueri,sicut negociator,quia spectat lõge plus lucri ex nauigatione periculosa,quam ex quieta, tute nauigat. Textus quidã habent in finẽ mali , sed non cadit in animũ quomodo sententia stet. non .n. quis uelit adipisci malum ex re dubia,nec sensus est tũc occurrendum est periculo per iacturam quãdo plus boni consequaris per iacturam,quã mali per conseruationem sup.tuorũ.i.rerum tuarũ &c. non tamẽ deposui . Periculosæ &c. Docet quæ actiones sint periculosæ,& quid in illis agendũ. Ordo est:Autẽ pro sed,actiones periculosæ,quæ cum periculo fiunt,sunt partim i. pro parte his qui suscipiunt .i. operãtur eas,& partim .i. pro parte reip.Item eorũ qui subeunt pericula, alij uocãtur in discrimen.i. in periculum de uita, alij de gloria,& beneuolẽtia ciuium.Igitur cum pericula .s.sunt subeunda,nos debemus esse prõptiores.i. paratiores, & expeditiores ad nostra.i. propria pericula,quam ad communia,& dimicare paratius .i. citius, & expeditius de honore,& gloria,quam de ceteris cõmodis . Autem , pro sed, multi sunt inuenti qui parati essent profundere .i. prodige exponere,non mõ.i non solum pecuniam,sed etiã uitam pro patria.i.pro incolumitate,& salute patriæ,& iidem qui uellent uitam pro patria exponere,ne, pro etiam non , nõ uellent facere etiam minimam quidẽ iacturam.i. amissionem gloriæ,ne quidem, hoc est non etiã rep. postulante. Vt callicatrides, qui cum fuisset dux Lacedæmoniorũ in bello Peloponnesiaco,& fecisset multa egregiè,uertit.i. puertit, & destruxit, ac amisit omnia vsq; ad extremum , cum non paruit consilio eorum, qui putabant classem remouendam esse ab Arginusis illis tribus paruis insulis,nec putabant dimicandum cum Athenjensibus, quibus sic putantibus,ille.s.Callicra.respondit Lacedæmonios posse illa classe amissa parare aliam, & se non posse fugere sine suo dedecore.i.uituperio . Atque hæc quidem fuit mediocris plaga Lacedæmonijs,quàm susceperant .s. ex superbia illius. Illa quæ sequitur fuit pestifera,qua cũ Cleombr.dux Laced.timens inuidiã conflixisset temere.i inconsultè cũ Epami. imperatore Theb.opes.i.facultates, & diuitiæ Lacedæmoniorum corruerunt. quanto melius sup.fecit Q.Maximus, de quo Enn sup. ait:Vnus homo restituit nobis rem .s. publicam saluam,cunctando.i.moram trahendo.Enim pro quia, nõ ponebat rumores.i.susurros populi ante salutem,ergo gloria uiri.s.Q.Maximi claret nunc,& post magis . Quod genus peccãdi iam s.dictum est, uitandum etiam in rebus urbanis .i. in urbibus gerendis . Sunt .n. qui non audent dicere metu .i. propter metum inuidiæ.i.ne inuidiam incurrant,id quod sentiunt,etiã si sit optimum.i.præstantissimum.

OMnino,qui reip. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant; vnum , vtilitatẽ ciuium sic tueantur , vt, qui agunt ad eã referant, obliti commodorum suorum: alterum, vt totum corpus reip. curent; ne, dum partem aliquam tueãtur, reliquas deserant. ut enim tutela,sic procuratio reip.ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa,gerenda est,qui autem parti ciuium consulunt,partem negligunt,rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt; seditionem,atque discordiam . Ex quo euenit , vt alii populares, alii studiosi optimi cuiusq; uideãtur, pauci uniuersorum. hinc apud Atheniẽses magnæ discordiæ,ortę,in nostra rep.non solũ seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia:quę grauis,& fortis ciuis,in rep. dignus principatu , fugiet , atque oderit , tradetque se totum reip. neque opes , aut potentiam consectabitur

bitur

bitur totamque eam sic tuebitur, vt omnibus consu-
let. nec uero criminibus falsis in odium, aut inuidiá
quẽquam vocabit. omninoq́; ita iustitiæ, honestatiq́;
adhæreſcet, vt, dum eam cõſeruet, quãmuis grauiter
offendat, mortemq́; appetat potius, quàm deserat il-
la, quæ dixi.

PETR. MARS.

Omnino qui reip.] Affert duo Platonis præcepta po-
sita ab eo in lib. de rep. quæ tenere debent & in pri-
mis obseruare hi, qui reip. præfuturi sunt, ut omnia
.s. referãtur ad communem utilitatem, & omnes ita
tractentur, vt pauperes, & ignobiles non deserantur. aliter.n.
seditio in rep. oritur, & bellum ciuile. & per hoc notat quorũ-
dam Romanorum mores, qui aut defensores optimatum, ut
Sylla, & Pompeius, aut populares esse voluerunt, vt Gracchi,
Marius, Cæsar, & sic de alijs. Vnde ea prudentia caruerũt, quã
debet habere bonus ciuis, & uerè politicus, ciuitati consulere
possit, & id quod magis è rep. est dispicere, & iudicare, cum fa-
ctiones in rep. oriuntur, stare non potest. oriũtur autem si vna
pars curatur, altera negligitur. Vnde in rep. Roma. exorta sunt
bella ciuilia, seditiones intestinæ, & imperij tandem euersio. un
de cauendum est ipsis politicis, nec committendum, ut seditio
possit oriri, sed omnes ita tractandi sunt; vt ciuilis prudentia
dictat, & vult. quoniam prudentia (vt inquit Arist. in 3 de rep.)
est propria principis, & illius qui reip. gubernacula tenet. [Te-
neant] Obseruent, sciant. [Vnũ] Hoc est primũ præceptũ. [Sic]
Eo pacto, & animo [Tueantur] Conseruent ad vtilitatẽ totius
reip. [Ad eam referant] Illius cõitatis causa omnia faciant. ad
vnum omnia dicuntur referri, cum omnia illius gratia fiunt,
quoniam ob id officiosi esse volumus, vt felicitatem cõsequa-
mur. [Obliti] Non curantes proprias vtilitates, & nullam ha-
bentes rationem priuati commodi, quoniam magistratus est
ad alium, non ad se, & satis debet esse honor, is autem cui nõ
sufficit, tyrãnus dicitur. Plato præcipit hoc Cic dicit in 1 de rep.
dicens: Nullius princeps ea ratione qua est princeps imperat,
quod sibi utile sit, sed quod ei qui paret, conducat, & quæcun-
que egerit aut dixerit, illius vtilitatem, & honorẽ respiciet, cui
imperat, & ad illius commodum non ad suum omnia refert.
quemadmodum nullus medicus ea ratione qua medicus est,
quærit quod vtile sit medico, sed quod ipsi ægrotãti expediat.
Hoc autem non fit à nostris principibus, qui omnia ad suas vti
litates, nihil ad cõe cõmodum referunt, rapiendo, extorquẽdo
per fas, & nefas, iustitiæ obliti, & præceptorum, quæ diuini illi
homines, & boni viri posteris tenenda reliquerunt. unde tyrã-
ni iure appellantur, qui omnia ad suũ commodũ referunt [Al
terum, [Hoc est alterum Plat. præceptum. [Totũ corpus] Oẽs
qui in rep. sunt cuiuscunque ordinis, & conditionis loquitur ꝑ
translationem medicorũ, qui debent eo modo curare corpus,
vt nullum membrum deseratur, sic princeps omniũ cuiuscũq;
conditionis sit, rationem habere debet, ut nemo quæri possit,
committendũ non est, ut impotentes à potentioribus oppri-
mantur. [Curent] Vt faciunt medici, quorum propria est cu-
ratio. [Aliquam partem] Aut optimates, aut plebem. [Vt n.
tutela] Probat id, quod dixit comparatione tutelæ, quæ nõ est
ad utilitatem tutoris, sed pupillorũ, sic administratio reip. non
est ad suum commodum, sed commune. Tutela, vt, inquit Iust.
est ius ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui pro-
pter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa.
Tutores autem sunt, qui eam uim ac potestatem habent.
Quibus testamento tutor non est datus, his ex lege 12. tabula-
rum agnati sunt tutores, qui uocantur legitimi. agnati sunt
per uirilis sexu coniunctionem coniuncti. [Procuratio] Admi-
nistratio. [Eorum] Pupillorum, qui commissi sunt tutelæ ali-
cuius. [Qui autem] Nunc à contrario sensu præcepti superio-
ris, ostendit quod malum oriatur, si pars ciuium fouetur, pars
negligitur [Consulunt] Fauent quibusdam, & eorum cõmo-
dis inseruiunt. [Perniciosissimum] Afferẽtem maximam perni
ciem. nã pernicies est maximum malum. [Seditionem] Sedi-
tio dicitur à seorsum eundo, & tunc est cum populo secum di-
scordante res ad manum uocatur. Discordia dicitur quasi cor-
dium dissensio, & dissimilitudo, Plat. li. v. de reip. dicit seditionẽ
esse contentionẽ inter finitimos, bellũ uero inter externos [Ex
quo] propter hoc, quia parti ciuium consulitur, parti autẽ nõ,
ob id oritur seditio, atq; discordia. [Populares] Populi amato-
res, ut fuerunt Gracchi, Marius, Cæsar. [Optimi cuiusq;] Opti-
matũ non studentes. populo [Studiosi] Amatores, & optimi cu
iusq; commodis seruientes. [Vniuersorum] Vt curent optima
tes, & plebem, ut fieret in optima rep. plebs, & populus diffe-
runt, quo genus à specie. Nam populi appellatione uniuersi
ciues significantur, connumeratis etiam patricijs, & senatori-
bus, plebis autem appellatione sine patricijs, & senatoribus ce-
teri ciues significantur. [Hinc] Ex hoc quia erant aliqui popu
lares, aliqui optimatũ studiosi, & pauci uniuersorũ apud Athe
nienses. Nam Pericles popularis fuit, vt sibi potentiã cõtra Cy
monem Miltiadis filium, qui optimatibus studebat, compara-
ret. unde cum plebi habenas relaxasset, illius fauore remp. ad
notum administrabat, quotidie aliquod celebre spectaculum
exhibens, & epulum, & sic discordiæ erant inter optimates, &
plebem, ipsosq; populares, & sic alij nonnulli fecerunt. [In no-
stra] Romana rep. etiam non modo, seditiones, discordiæ, sed
etiam ad arma uentum est à ciuibus. Nam bellum ciuile dr,
cum ciues inter se discordes arma sumunt, quo nihil potest es-
se dementius. Ideo Luc. damnãs bella ciuilia, & plus quam ciui
lia exclamat. Quis furor, ò ciues, quæ tanta licentia ferri, Gen-
tibus inuisis latium præbere cruorem? [Pestifera] Perniciosa
reip. quoniã tandem libertatem amisit. [Bella ciuilia] Quæ fue
runt inter Syllam, & Marium, Cæsarem & Pompeium. Cæsar
fuit Marianus propter affinitatem. Nam Iulia Cæsaris amita,
uxor fuerat Marij, unde cum Sylla Cæsarem adolescentẽ per-
dere decreuisset, ab amicis tandẽ exoratus proclamauit, Habea
tis uobis Cæs. & sciatis eum futurũ aliquãdo exitium optima-
tibus, quos mecũ defendistis contra Marianos, & Cæsari mul-
tos Marios inesse dixit [Quæ bella ciuilia] Ille fugiet? qui gra
uis, & fortis haberi vult. [Grauis] In uirtute perseuerans [Prin
cipatu] Vt sit princeps in ciuitate, uitabit, & odio habebit tan-
quã rem cõi vtilitati, & rep pestiferam. [Tradet se totum] Ni-
hil aliud cogitabit, nisi cõem utilitatem. [Neque consectabit]
Non sequetur aut optimates aut multitudinẽ, ut habeat sum
mam in ciuitate potentiam, sed uniuersam rẽp. curabit, ut bo-
num uirũ decet, & principatu dignũ, qm̃ nullum detrimentũ,
ut inquit Socrates apud Plat. lib. j. de rep. maius ciuitati acce-
dere põt, quàm à pessimo regi uiro, cum ipse principatum re-
cuset bonus q. necessitatẽ reip. expectare nõ debet, sed ad illũ
gerendũ prõpto animo accedere ne ruat, & ne uirtus depresse
iaceat. qm̃ vt inquit idem Plat. lib. 8. de rep. Honoratis in urbe
diuitiis atq; diuitibus, boni atq; uirtus in primis negligũtur,
exerceturq; quod in honore est, iacent ea, quæ apud quosque
improbantur. [Totã remp.] Eo modo sic defendit, ut omnium
ratio habeatur, nec trahet aliquem calumnijs in odiũ, aut op-
timatũ, aut multitudinis. [Nec uocabit] Non adducet in odiũ
alicuius partis. [Inuidiam] Non debemus, inquit, aliquem ca-
lumniis incessere, & illi odium, & inuidiã facere, qm̃ est cõtra
iustitiam Iniustitia.n. causa est seditionis, odij, pugnæ. Socr.
apud Plat. in j. de rep. sic ait: Seditiones nãq; ò Trasimache iniu
stitia, inimicitias cõtentionesq; pariũt, iustitia vero concordiã
atq; amicitiam. [Omnino] Certè, inquit, in ipsis actionibus iu-
stitiæ adhærendũ est. [Eam iustitiam] Quæ iubet dari cuique
quod suum est. [Quãuis grauiter offendat] quamuis patiatur
iacturã, aut in amicis lædendis pro iustitia, aut minuenda gra-
tia, aut in rebus domesticis, non debemus talem iacturã cura-
re pro iustitia, & potius mortem oppetere debemus, quã à iu-
stitia honestateq; discedere. Ostendere in hac significatione est
incurrere in aliquid, atq; incidere [Illa quæ dixi] vt totum cor-
pus reip. curet, ut oĩbus consulat, ne oriantur seditiones, & di
scordiæ, & ne quenquam in odium falsis criminibus adducat,
& illa omnia, quæ dicta sunt.

FRAN. MAT.

Omnino &c.] Quid in bello seruari à magnanimo cõueniat
admonuit, nũc quid in rep. ab eodẽ fieri debeat, ostendit. [Duo
Platonis &c.] In libris de rep. Arist. quoq; hoc idẽ præcipere ui-
detur. Vult.n. magnanimum promptiorẽ esse ad benefaciẽdũ
quã recipiendum. Nam ut magni animi est dare, ita nõ magni
recipere. oĩbus itaq; benefacere studet, qui magnanimus est.
[Ciuiũ] Singulorũ [Obliti ꝓpriorũ cõmodorũ] Qđ est ꝓpriũ
magnanimi à ꝓprijs auocari cõmodis, ut alijs prosit. [Sic tueã
tur] Defendãt nihil oĩno ueriti, quod Cato faciebat. [Totũ cor
pus] Ne nobilitatis studiosi cõmoda plebis negligãt, aut cõtra
ut Gracchi fecerunt. Qui utiles plebi perniciosas nobilitate le-
ges tulerũt, vt Sylla q. nobiliũ, Marius q. plebeiorũ utilitati fa-
uebat.

uebat. [Vt.n. tutela] Similitudine ostendit quemadmodũ se magnanimus habere debeat: Sicut .n. tutor pupillorum utilitatis causa dari solet non sua, sic magistratus reip. præfici, ut non sibi, sed reip. prosit. Omnium ergo sibi commissorũ gerere magnanimus parem curam debet. Tutela autem, ut Seru. iurisconsultus diffinit, ius est ac potestas in capite libero ad tuendũ eum, qui propter ætatem se defendere nequit iure ciuili data ac permissa. Tutores autem sunt qui eam uim ac potestatem habent, ex qua re ipsi nomen acceperunt. Itaq; appellantur tutores quasi tutiores ac defensores. Sicuti æditui dicuntur qui ædes tuentur. [Qui autem] Mala ostendit quæ sequũtur cum quispiam, qui curam habet reip. huic parti fauet, illã uero negliget. Nam neglecta plerunq; factionem excitat. ex quo efficitur ut alij sint populares, sicut Marani fuerunt, alij optimatũ studiosi, sicuti Sillani [Optimi cuiusq; Optimatum, & senatorum] Pauci uniuersorum] Vt Cato fuit, ambo Scipiones, Fabij Max. alijq; permulti. [Apud Athenienses] Cum alij populares essent, alij optimatum partibus fauerent, ut Alcibiades, qui popularis erat, ut Cymon, & Milciades odio aduersariorũ. Quinquaginta talentis mulctatur, Cum soluere non posset, in uincula coniectus est. Et Themist. testatur suffragijs è ciuitate eiectus Argos habitatum uenit. Aristides quoq; cognomento iustus, à Themistocle collabefactus, exilio decẽ annorum damnatus est. [In nostra rep.] Romæ ab huiusmodi causa bella ciuilia primo inter Marium, & Syllam, deinde inter Cæs. & Põpeiũ orta sunt. [Quæ grauis &c.] Hortensius gloriari solebat, quod bello ciuili nunquam interfuisset. [Nec uero criminibus &c.] Duo precepit non esse quenquam in odiũ multitudinis, & inuidiam à forti uiro uocandum, & ita iustitiæ honestatiq; inseruiendum, ut pro his conseruandis neminem offendere uereatur, potiusq; mori uelit, quam earum defensionem deserere. [Falsis criminib.] Vt Q. Cepionem veterem M. Scauri inimicũ. Cum Q. Vario trib. pl. egisse diximus, ut Italici belli concitati crimine M. Scaurũ adesse sibi iubere, ut Furius Camillus à L. Apuleio trib. pl. accusatus est, quòd prædam Veientanã male diuisisset. ut P. Scipioni Afr. superiori, dies dicta est à Petilio Acteio trib. pl. uel ut alij malũt, Neuio, quòd præda de Antiocho capta ærarium fraudasset. [Criminib.] Accusationib. [Odium] Latentes inimicitias [Inuidiam] Apertã. [Ea] iustitiã, & honestatem. [Offendat] Quicunq; ille sit, qui offendit, non uereatur eius inimicitias subire, modo iusta, & honesta reip. utilia operetur.

Magnanimi dotes.

ASC. *Duo præcepta publico administratori obseruãda. Mala pp fauorem subsecuta.*

Omnino qui remp. &c.] Docet officium eorum qui remp. gerunt. Ordo est. Hi sup. qui præfuturi sunt.i. præesse uolunt reip. teneant omnino duo præcepta oportet, unum ut tueant id est protegant, & defendant sic utilitatem ciuium, ut referãt .i. dirigant, & ordinent quidquid agunt ad eam .s. utilitatem reip. existentes obliti suorum.i. totam communitatem, ne.i. ut non, dum.i. quando tuentur i. defendunt aliquam partem, non deserant reliquas sup. partes. Enim, pro quia, ut .i. quẽmadmodum tutela.s. orphanorum, & pupillorum est gerẽda .i. debet geri ad utilitatem eorũ, qui sunt cõmissi.s. pupillorũ, & non ad utilitatem eorũ, quibus .s. tutela commissa est, hoc est tutorum, sic procuratio reip. gerenda est ad utilitatẽ eorũ qui commissi sunt uidelicet omnium ciuium, & totius populi, & omnia ad utilitatem eorum quibus sup. procuratio cõmissa est, hoc est procuratorum, & gubernatorum reip. Autẽ, pro sed, qui consulunt.i. præsunt prouidendo, consulendo, & fauẽdo parti ciuium, & sup. negligunt partem, inducunt in ciuitatem perniciosissimam rem, uidelicet seditionẽ atq; discordiã. Ex quo.i. ex qua re, euenit ut alij.i. aliqui ex gubernatoribus reip. uideantur populares .i. populo, & uulgo fauentes, & eius partes tuentes, ali, uideanĩ studiosi.i. fautores. Optimi cuiusq; sup. uiri i. omnium bonorum, & præstantium uirorũ, & pauci sup. uideãtur studiosi uniuersorum. Hinc.i. ex hac rei partialitate, magnę discordiæ sunt ortæ apud Athenienses, & in nostris.s. Romana rep. non solum seditiones sup. ortæ sunt, sed etiã pestifera bella ciuilia. Quæ.s. bella ciuilia ciuis grauis, & fortis, & dignus principatu in rep. fugiet.i. uitabit, atq; oderit, & tradet reip. totum se, neque cõsectabitur.i. ex principatu suo impetrare conabitur opes aut potentiam, & tuebitur.i. proteget eam.s. remp. sic ut consulat.i. prosit, & utilis sit omnibus. Vero, pro sed, nec pro, & non, uocabit quenquam in odium aut in inuidiam criminis.i. criminationibus falsis.i. iniquis. & falso illatis, itaque ipse adhærescet.i. adhærebit omnino iustitiæ, & honestati, ut dum.i. dũmodo conseruet ea .s. semp. quamuis offendat grauiter.i. offensos, & iratos sibi multũ constituat, tamẽ sup. oppetat.i. obeat, & sustineat potius, mortẽ, quã deserat illa quæ dixi s. iustitiam, & honestatem.

ARGVMENTVM.

De honoribus uehementer contendere, contra officium esse magnanimi.

MIserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio: de qua præclarè apud eundem est Platonem: similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius remp. administraret, ut, si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. idemque præcipit, vt eos aduersarios existimemus, qui arma contra ferant, nõ eos, qui suo iudicio tueri remp. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio.

PETR. MARS.

MIserrima est omnino [Hactenus satis monuit, docuitq; quid agendũ sit remp. capessentibus, & magnanimi esse illam administrare, & quærere honores dignitati suæ conuenientes, & ut oportet. Nũc ponit ambitionem, quæ est in uitio, & qui eã habet miser est, quoniam seruit affectibus. honores.n. bonis uiris sponte offeruntur, illos autem ambitu aucupari, & consectari turpissimũ est, & qui id facit, nõ est sui iuris. Duæ mediocritates sunt, quæ uersantur circa pecunias, liberalitas, & magnificentia: sic duæ sunt circa honores magnaminitas, & mediocris appetitio honoris, & ut se habet liberalitas ad magnificentiam, sic mediocris appetitio honoris ad magnanimitatem. is qui in honorũ appetitione exuperat, ambitiosus uocatur: nam appetit plusquam oporteat. ille autẽ deficit, qui iustos honores spernit, & dicitur uacans honoris appetitione. uituperatur autem quoniam honor præmium uirtutis appetendus est, ut illi simus intenti, quæ est res præclarissima, & solum bonum. ideo monet Plato in 5. de rep. bonos uiros honoribus afficiendos, ut ex honore ad uirtutem excitentur, uituperatur, ut dixi, uir talis, non cum refertur ad uulgus, se ad ipsam rectam rationem, cui parendum est. Ambitio est nimia honoris cupiditas, ambitus est ipse actus ambiendi. [Omnino] Certe, & penitus [Miserrima] Quæ affert miserias, & seruitutem, quoniam seruitur affectu, & ambitiosus est miser, & patriæ affert calamitates, dum nimios honores ambiendo aucupatur. Phil. in lib. de prouidẽtia Dei scr. Qui mentem suam plurimorum dominatui ac pessimorum subiecit, cupidinis, timoris, doloris, stultitiæ, iniustitiæ, ambitionis, felix, atque beatus esse nullo modo poterit, et si uulgo beatus appellatur. [Contentio] Contendere de honore assequendo hæc contentio misera est, & à uiro magnanimo penitus aliena, quoniã honores non ambitu quærit, & oblatos interdum spernit pro decoro seruando, & ambitiosus est in cõtinuis laboribus, & sub persona Sisyphi detrudentis saxũ ad montis cacumen. quod statim ad ima reuoluitur. Lucr. uult ambitiosos intelligi, qui honores, & repulsi ad ima relabũtur, & iterum ad cacumen nituntur.i. ad honoris ambitionẽ contẽtionemque assiduis laboribus torquentur, & miseria. Ideo misera est honoris ambitio. Hoc est (inquit Lucr.) aduerso nixãtẽ trudere mõte Saxũ qđ tñ è summo iã uertice rursum Voluitur, & plani raptim petit æquora cãpi. Qui gloriæ adeo cupidus est (inquit Phil.) ut uel à malis laudari cupiat, hũc improbum esse necesse est, quippe unumquodque suo simile gaudet [De qua] Ambitione, & cõtentione honoris. [Præclare] Egregiè, & bene. [Apud eundẽ est Platonẽ:] In 6. de rep. dicit hæc Plato. [Similiter facere] Eodẽ modo. [Vter potius] Quis eorum in primis. potius dicitur de duobus, potissimũ de pluribus, & sic uter de duobus, & quis de pluribus, uide elegantiam à Cic. seruatã. [Vt si] Veluti si nautę certarent de gubernanda naui. Idẽ Plato præcipit, & monuit, qui sint habendi hostes. Ex sententia igitur Plat. docet, qui nam hostes æstimandi sint, præcipitque etiam inimicis non esse grauiter irascendum. Dicit pręterea nihil esse laudabilius placabilitate, atque clementia, & exercendam esse facilitatem. Alex. Maced. Affirmabat regium esse,

esse,ut à quibus male audias, in eos magis esse munificum. [Aestimemus]Iudicemus. in Cat. ait, callidi rerum æstimatores,& in Legib. Sisenna omnes,adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt,de quibus æstimare non possumus, facilè superauit [Suo iudicio]Vt ipsis uidetur,& putant esse melius quam sit nostrum iudicium in aliqua re agenda in rep.non debemus arbitrari eos esse nobis inimicos, qui aliter sentiunt, quoniam esse potest illorum sententia melior. [Qualis dissensio.]Quoniam diuersa sentiebant in rep. Scipio, & Metellus in senatu uarias sententias dicentes, citra tamen odium Q. Metellus à deuicta Macedonia Macedonicus cognominatus est, de cuius felicitate Plin. sic scr. Quatuor filijs in rogum est illatus,uno prætore, & tribus consularibus,& ex his duobus triũphalibus,& uno censorio,& quamuis uiuus cum Africano dissenserit, tamen mortuum ita laudauit, ut maior illi laus tribui minimè potuerit:dixit n.filijs suis, ut irent, & funus Africani ornarent,dicens,nunquam uidebitis funus maioris ciuis. unde. Val. in exemplis loquens de moderatione animi, & de duobus Metellis Macedonico,& Numidico sic scr. Acerrimè cũ Scipione Afr. Macedonicus dissenserat. eorumq; ab æmulatione uirtutis profecta cõtentio, ad graues testatasq; inimicitias progressa fuerat. Sed tamen cum interemptum Scipionẽ conclamari audiuisset, in publicum se proripuit, męstoq; uultu, & uoce confusa, concurrite,inquit,ciues, mœnia nostræ urbis euersa sunt.Scipioni .n. Africano intra sua mœnia quiescenti nefaria uis illata est. ò remp. pariter Africani morte miseram, & Macedonici tam humana tamq; ciuili moderatione felicẽ. eodem.n.tempore, & quantum amisisset principem, & qualẽ haberet recognouit. idem filios suos monuit, ut funebri eius lecto humeros subijcerent, atque huic exequiarum illum honorem uocis addiderit, non fore ut postea id officium ab illis maiori uiro præstari posset,ubi illa tot in curia iurgia?ubi maximorum ciuium,& ducum togata prœlia? omnia nimirũ ista præcipua ueneratione prosequenda deleuit moderatio Plin.inter infelicitates.Metelli etiam hanc recenset,quod amicus Africano non fuerit. Equidem,inquit,& Africani Aemilij inimicũ fuisse Q.Metellum inter calamitates eius dixerim.Lælius apud eundem Cicer. dicit, ab amicitia Quin. Pompeij meo nomine se remouerat Scipio, propter defensionem autem, quæ erat in rep.alienatus est à collega nostro Metello,utrunque tamẽ egit grauiter auctoritate,& offensione animi non acerba. [Acerbitate] Asperitate,& ira.

FRAN. MAT.

Magnanimus circa honores qualis.

Miserrima est omnino &c.]Hic præcipit qualem circa honores in rep.se magnanimus habere debeat, & neque ambiẽdos, & neque pro illis contendendum,& certandum dicit. Et reuera magnanimi est honores delatos si mereatur accipere, si nõ mereatur respuere,nõ tamen humiliter ambiendo petere. Cũ eiusdem sit etiam ut ait:Arist. neminem precari,aut certe uix, obsequi uero prompte.Decet ergo magnanimum talẽ se gerere,ut honores mereatur,etiã meliores quã pręstari possint.Qđ si pessimo multitudinis iudicio sæpe auferantur, & dignioribus tribuãtur, certare propterea non debet, sed conscia uirtutis suę contentus esse debet.Quidquid autem est quod animo beneuolo retribuitur,etiam si lõge minus sit, quam debeatur eo contentus esse debet.sicut Trasibulus Atheniensis, expulsis 30.Tyrannis,& recuperata libertate,corona honoris,facta duabus uirgulis oleaginis data à populo cõtentus fuit. Eã.n.amore ciuium non uis expressit,nullamq; habuit inuidiam, & magnæ fuit gloriæ. Miserrimam itaque Cic. uocat ambitionẽ,

Ambitionem miserrimã esse.

Nam qui honores nimium affectat, non potest nisi miser esse. Quippe qui graui subiacet perturbationi, cum trãquillo, atq; securo animo esse magnanimum conueniat, ut cum grauitate,& constantia uiuat, quod superius præcepit. Concupiscẽtiæ subest ambitio,qua peccat, qui præter modum cupit, aut honores,aut laudem. Est autem in animo sicut in actu ambitus. Cum quispiam suam dilargitur pecuniam, aut populo muneribus ludisq; blanditur, aut ceteris artibus, quæ legitimæ non sunt ad publicos honores tẽdit. Te quo Lucan. Lætalisq; ambitus urbi Annua uenali referens certamina campo. Mediocritas circa honores, ut ait Aristo. sine nomine est extrema .i. excessus, & defectus sunt ambitio,& remissio. Vituperamus .n.ambitiosum,quod plusquàm oportet, aut unde non oportet honorem appetit,uituperamus,& remissum, qui ne honeste quidem honores quæret, & interdum ambitiosum ac quasi gloriæ cupidum, cum.s. honores quærit quos meretur, & remissum quasi, humanum,& modestum laudamus,cũ respuit, quoniam maiores sunt,quam ipse mereatur, laudamus. Affectandi ergo sunt honores, ut oportet, & magisquàm uulgus affectet,& nõ magis quam oporteat.Cumque medium ipsum careat nomine,extrema magis.s. & minus affectare inter se certat, ex quo facilè intelligitur qualis circa honores magnanimus esse debeat. [Contentio] Vt pro adipiscendis honoribus inter se contendant, quòd Romæ quotannis penè accidebat die comitiali. [Similiter facere] Non differre dicebat Plato in libris de rep.eos,qui de administranda rep.contendunt, & eos qui de naui gubernanda,cum tempestas est, aut imminet, hac contentione sæpe efficiunt, ut resp. in periculum adducatur, sicuti nautarum discordia nauis aliquando periclitatur. Nihil .n. illic recte geri potest ubi præesse omnes uolunt,& nullus alteri cedere dignatur.[Idemq; præcepit.] In libris de rep. Cum tamen singuli eius studiosi sint,& ad honestum finem rectũq; consilia sua dirigãt, prodesseq; omnino uelint. Qui huiusmodi sunt aduersarij habendi non sunt. Nam duplex est dissensio animorum opinionum. Qui aĩs dissentiunt hostes sunt,& plerunq; arma contra arma ferunt.Qui uero opinionibus certãt, aduersarij minimè iudicandi sunt.Cic in epi. ad Cœl.nõ animi contentione,sed opinionum dissensione ab Appio Pul. discrepare se dicit, illiq; amicum esse. Cato senior, & Scipio Nasica opinionib. dissentiebant, cum alter delendam Carthaginem, alter non delendam suaderet, uterq; consilii sui rationes afferebat, & rep. iudicio suo tueri uolebat. [Qualis fuit &c.] exẽplo duorum potẽtissimorum,& præstantissimorum ciuiũ Plato sentẽtiam comprobat Scipionis Aemiliani,& Q.Metelli Maced. qui semper in senatu opinionibus dissentiebant reip. causa. Quam uterque melius tueri conabatur. Non erant itaque inimici, cum sine acerbitate,& armis disceptarent. Hoc, ipso teste Macedonico declaratum est, qui mortuo Scipione, ite, inquit,filij celebrate exequias, funebri lectulo humeros subijciet,nũquam ciuis maioris funus uidebitis.Is est Metellus,qui inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores amplissimos,cognomenq; Macedoniæ à quatuor filijs illatus est rogo,uno prætore, tribus cõsularibus, duobus triumphalibus,uno censorio. Quæ singula quoque paucis cõtigere.Auct. Val.Max. & Plin.

Comitiales dies.

A SC.

Miserrima &c.] Reprehendit summopere ambitionem .i. additionem magistratuum per largitiones,aut preces ab his,qui cupidi honorum non reip. sed sibi prodesse quærunt. dicitur autem ambitio ab ambio, quod est circumeo:stabant.n.populi in comitiis dum magistratus innouabantur ferè in circuitu ad quos qui magistratum petebant in ueste alba, ut candorẽ, & puritatem animi sui significarent,accedebant supplicantes, ut suffragia sibi darentur. Circunferebantur autem tabulæ,in quibus singulorum qui petebant nomina erant inscripta, ad quæ qui uota sua dabant punctũ faciebant, unde in arte poet. Flacc.pũctum,pro suffragio ponit. Ordo est ambitio .i. iniqua cupiditas,& petitio,& dignitatum,& magistratuum:q; pro &, contentio.i. concertatio honorum .i. de impetrandis honoribus, est omnino miserrima .i. uilissima. De qua scilicet ambitione est præclarè sup. scriptum apud eundem Platonem.Scriptum autẽ est. Similiter facere qui contenderent inter se uter .i. quis ipsorum duorum administraret potius remp ut si nautæ certarent quis eorum gubernaret potissimum, quæ pro &, idem sup. Plato præcepit ut æstimemus.i. iudicemus,uel æstimemus.i. appreciemus,reputemus eos aduersarios.s. reip qui ferent arma contra supp.eam, non eos qui uelint tueri remp. suo iudicio .i. iuxta sententiã,& opinionẽ suam, qualis dissensio.i.contentio fuit sine acerbitate inter P. Africanũ,& Q.Met.

ARGVMENTVM.

Iram moderari,proprium fortitudinis.

NEC vero audiendi sunt, qui grauiter irascendum inimicis putant, idq; magnanimi,& fortis viri esse censent. nihil .n. laudabilius,nihil magno,& præclaro uiro dignius placabilitate,atq; clementia.In liberis uero populis, & iuris æquabilitate, exercenda etiam est faci-

litas,

litas,& altitudo animi quæ dicitur: ne, si irascamur aut intempestiuè accedentibus,aut imprudenter rogantibus,in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. & tamen ita probanda est mansuetudo, atq; clemētia, ut adhibeatur reip. causa,seueritas,sine qua administrari ciuitas non potest.

PETR. MARS.

NEC uero] Vituperat illos, qui dicunt grauiter irascendum esse inimicis. [Non sunt audiendi] Non est tenendum id,quod ipsi dicunt.[Id esse]Pertinere ad fortem uirum [Nihil.n.]Probat à natura ipsius magnanimi illos non esse audiendos,qui censent, quoniā hæc à natura magnanimi omnino aliena sunt, qui iniuriç nō meminit,& pronus est ad ignoscendum. Sunt tamē aliqui,qui iram ad fortitudinem referunt,ut Hom. qui dicit, Vires iniecit, ira,& animum ira concitauit.& Plato in 2. de rep. dicit,iracundiam inexpugnabilem omnino esse,& inuictam, qua præsente animus ad omnia inuictus,atq; intrepidus moueri solet, sed fortis ob iram non laudatur, quoniam affectu ducitur, de his paulo post dicetur. [Præclaro] Amplissimo, & summa laude digno. [Placabilitate]Vacuitate iræ,& quod sit placidus,& clemēs. [Clementia] Est temperantia animi in potestate ulciscendi,uel leuitas superioris aduersus inferiorem in constituēdis pœnis, & crudelitas est atrocitas animi in exigenda pœna, uel inclinatio animi ad asperiora.[Iuris æqualitate] Vbi equo iure uiuitur,& non est aliquis tyrannus,qui iuris æquabilitatē uiolet,ut solus dn̄etur.[Facilitas]Comitas, & lenitas. Etiā ultra placabilitatem,& clementia debemus etiam exercere facilitatem,& animi magnitudinem, quæ non perturbatur, quoniam magnus animus non curat iniurias, & libenter ignoscit: Ignoscere.n. est,quæ uides punienda non punire. Vnde Cęsare magnanimo,quāuis magnanimitas laudem Cic.illi adimat nihil erat clementius.[Altitudo animi] Magnanimitas, quæ aduersitate non frangitur,nec irascatur nisi ut oportet. [Intēpestiuè]Tempore non apto, & inconsideratè [In mo.] .i.difficultatem morum, & asperitatem. morositas est difficultas in moribus. Morosus dicitur a more,& significat eum,qui nimis exactè nimisq; ad unguem fieri omnia postulat, ut aliquādo ob id indignetur, & leuissima re offendatur. Vnde Trāquillus dicit,Cæsarem fuisse morosum circa curam corporis [Et odiosam] Quoniam morositas odio hr̄, & ideo talis difficultas in moribus uitanda est,ne odio habeantur [Inutilem] Quæ nullam affert utilitatem, sed potius odium, & inuidiam; odiosa est morositas, quoniā stomachū alijs facit. [Et tamē ita pro.] .i. ita laudanda si coniuncta fuerit seueritati, sine qua ciuitas non potest regi. Tenendum igitur est medium, & ut tēpus ac ratio poscit mites,& seueri esse debemus cum decoro.[Ita]Eo peccato,& lege atq; conditione, ut etiam retineatur seueritas pro dignitate reip. Nam seueritas est iustitia, & castigatio uitiorum,& magistra ordinis atque constantiæ. [Mansuetudo] Est mediocritas circa iram. Defecto est uacuitas iræ,& qui nūquam irascitur reprehendendus est. Exuperatio dicitur iracūdia,& sic iracundus reprehēditur,quoniam nimium irascitur. Is qui pro quibus oportet,& cū, & quandiu oportet irascitur, laudatur,diciturq; mansuetus qui debet perturbatione uacare,nec affectu duci, sed pro his,& tanto in tempore irasci, ut ratio iubet, & non est uindex, sed potius clemens, & ad ueniā quam ad iram propensior, irascitur tamen cum mediocritate, & non ducitur ita, quæ est affectus uiolentus, sed spectat rationem,& ut ratio præscribit, irascitur. Is autem qui nunquā irascitur, non uitio est, quia non mouetur ad affectum, cū oportet, ut pater uerberaretur, & ipse nō curaret, & sic haberetur stolidus,& insanus. Nam neque sentire aliquid, nec dolore tāgi videtur. Perferre autem contumelias, & suos negligere, inquit Arist. seruile est. Et qui non irascitur, non videtur aptus ad propulsandam iniuriam, & ulciscendum. Iracundus uero intolerabilis est, & fit per omnia ipsa exuperatio, multa quippe sunt, quæ ipsam efficiunt. Et non facile inuenitur iracundus, qui omnia hæc mala in se habeat, & iracundi sunt illi, qui illico ad iram prosiliunt, & magis quam oportet, tamen non per euerant,quod est in illis optimum. Aliter haberent in se maximum malum, si iram retinerent, & tales hominęs habēt summam bilem, desistunt etiam sine ultione. Amari autē cū difficultate placantur,& uolunt ulcisci, à quibus ualde cauendum est. Infensi dicuntur illi qui nullo modo dimittunt iram, etiam in morte,nisi ulti fuerint illos, à quibus se læsos putāt, aut sciunt. [Non po.cō.] Quousque,& quomodo quis debeat irasci, sed prudentiæ omnia subiicienda sunt, ut ponat modū affectibus. Prudentia.n.subit rationem architectura. debemus igitur irasci,ut oportet,& ut ipsa prudētia præscribit, quæ omnium uirtutum regina est ac moderatrix. Hæc sunt ex sententia Peripateticorum. Stoici autem quos Cic.in his officijs imitatur, uolunt mansuetum uacare ira, & ab ipso sapiente affectus mouent. uult.n Arist. ut dixi mansuetum esse illū, qui irascitur ut oportet,& quandiu oportet.

FRAN. MAT.

NEC uero aud &c.] Merito hoc admonet Cic. decet.n. magnanimum non ualde iniuriarū recordari, paruiq; eas facere, non uero ea est quòd existimant dignitatem suam non posse cuiusquam improbitate imminui. Nouit præterea nihil magno, & præclaro homine dignius quam clementem esse, & in remittenda iniuria leuissima. Et Sen. inquit Iniuriarū remedium obliuionem esse. Idem magnarum uirium dixit esse lædentē negligere. Sed quæritur an omnino irascendum sit forti uiro. Et uulgus ut Arist. quidem ait, iram in fortitudinem refert,cum fortes uideantur qui per iram ceu bestiæ in percussores feruntur. Quoniam,& fortes iracundi sunt,& ad pericula capessenda animi concitatio impetuosissima res est. Sed respondetur quòd fortes honoris tamē gratia operantur, & qđ in eos adiuuat. Sed quòd non est tunc uera fortitudo, cum dolore, aut ira concitati in periculum feruntur, nihil prouidētes eorū, quę aggrediuntur. Sicut nec mœchi fortes hn̄i sunt, quāuis multa audeant propter libidinem. Non ergo sunt illi fortes dicendi qui per dolorem aut iram pericula adeunt, neque qui quocunque modo per iram faciunt. Sed cum per electionē rationemq; ante susceperunt proximè ad eā quæ maximè secundum naturam eam accedere uidetur fortitudo, quæ per iram fit,& homines sanè irascendo dolent, ulciscendo lætātur. Sed qui per hæc agunt pugnatores quidem sunt, non fortes. Non.n. cū decore, neq; ratione, sed perturbationis animi id agunt. Et in hoc aliquid habent simile fortib. Est autem circa iram mediocritas, mansuetudo, excessus uero iracundia. Quæ iram faciunt multa sunt, at uaria. Qui igitur pro quibus oportet,& quando,& quanto tēpore oportet, laudatur. Et hic utique mansuetus est,qui, & quietus dēt esse, & à perturbatione nō ferri, sed rationi inseruire, magisq; in defectu peccare, quā in excessu,& nō uindex esse, sed magis clemens. defectus, segnities potest uocari, & reprehenditur. Qui uero non irascuntur in quibus oportet, stupidi sunt, cum neque sentire dolore, neque resistere uideantur. Et cum perferre contumelias, & suos negligere seruile sit: & magis ad defectum quam ad excessum declinandum, quia, ut ait Cic. nihil magno,& præclaro homine dignius placabilitate,& clementia. Et Sen. ait: Flumen est ubi cum potestate habitat, iracūdia, & iracundiam qui uincit, hostem superat maximum. [In liberis uero populis] In quacunq; dignitate,& statu constituto, homine magno, & pręclaro, pacabilitas, clementia,& facilitas laudantur. Sed in ijs præcipue exercendæ sunt, qui in liberis populis uiuūt, in quib. nō est inter ciues principatus, cum omnes æqualiter uiuant, ijsdē legibus subiecti. Significat autem Democratiam .i. populi dominatum, ubi communis omnibus libertas est. Cū in monarchia unius, in Oligarchia paucorum: In Aristocratia optimatum, tamen nutu,& uoluntate omnia gerantur. [Iuris æquabilitate] quoniam eodem iure omnes uiuunt. Nec plus diuiti quam pauperi permittitur. [Facilitas] Materia,& quædā morum dexteritas. [Altitudo animi] Magnitudo n. animi maximè in remittendis iniurijs, & lenienda pœna, & etiam exaggerenda cognoscitur,& qui placabiles sunt, eos alto animo esse uulgus dicit. Altus.n. animus semper humilia contēnit, scitq; nihil minus crudelitate se dignum esse, ideoq; dum timet ne crudelis habeatur, plerunq; ad effectum declinat, clemensq; & plusquam oportet, efficitur. [Sed in liberis populis] Præcipuè facilem cum in admittendo, tum in audiendo,& decernēdo esse conuenit. [Ne, si irascamur &c.] Rō cur in liberis populis facilitate utendum sit. [Intempestiuè accedentibus] in hoc maximè morositas cognoscitur, quæ facilitati opponitur, cum aut irascimur præter tempus accedentibus, aut stultè rogantibus. Morosus is dicitur qui nimis exactè, nimisq; ad unguem fieri omnia postulat, ut aliquādo ob id indignetur, atq; irascatur.

Iniuriarū remediū, esse obliuionem.

Placabilitas, & clementia laudabiles.

Morosus quis sit.

irascatur. Cic. de Sen. At sunt morosi, anxij, & iracundi, & difficiles senes, cui vocabulo Cic. impatientiam atque iracundiam adiungit. [Inutilem] Nobis. s. quoniam in odium per illam incidimus. [Et tamen &c.] diximus laudari. qui & quando, & vbi, & in quib. oportet, irascitur. Idem nunc dicit Cic. ita utendum clementia esse, vt in rebus pub. seueritas aliquando adhibeatur, quæ opponitur lenitati, ne si nimium clementes in eos qui peccāt fuerimus, impunitate audaciores, & improbiores reddantur, imminuenda ergo pœna est præcantibus, sed non pœnitus remittenda, & ita leniter agendum ne noceat lenitas. duab. n. rebus ciuitas constat, præmio, & pęna, quibus sublatis, esse ciuitas nullo modo poterit, & certè sine seueritate regi ciuitas non potuit: aut. n. amore virtutis à peccato abstinēt homines, & ij probi sunt, aut timore pœnæ. Vnde ait Horat. Oderunt peccare boni virtutis amore. Et unius pœna documentū est alterius. Impunitas autem, ut Sen. inquit, parit ausum, ausus excessum.

Ciuitas regi non pōt sine ueritate.

ASC.

NEC uerò sunt audiendi. i. approbandi, sup. ij, qui putabūt irascendum esse grauiter inimicis, & censebunt. i. iudicabūt id. s. grauiter irasci esse magnanimi, & fortis uiri. Enim, pro quia, nihil sup. est laudabilius, & nihil est dignius magno, & præclaro uiro i. quod magis deceat præclarum uirum placabilitate. i. facilitate placandi, hoc est quàm cito iram deponi, & clementia. i. mansuetudine animi uti. Quod ex uerbis Saluatoris nostri comprobare possum, qui ad singularem imitationem sui, nos inuitans dixit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis cor de. Vero, pro sed, facilitas. s. exorabilitas, & lenitas, ac mititas est etiam exercenda in populis liberis, & æqualitate iuris. s. qui æquali iure ęqualiter gaudent, & altitudo. i. profunda tranquillitas animi, quæ dicitur. i. uulgo sic appellat, est exercenda &c. ne si irascamur. i. succenseamus accedentibus. i. ijs, qui accedant intempestiuè. i. non suo tempore, aut rogantib. imprudenter, nos incidamus in morositatem. i. difficultatem morum, inutilem, & odiosam. i. molestam omnibus. Et tamen mansuetudo, & clementia est probanda. i. approbāda, ita ut seueritas pro causa. i. legitima adhibenda reip. sine qua. s. seueritate, ciuitas non potest administrari. i. gubernari.

ARGVMENTVM.

In animaduertendo maximè ab ira temperandum.

OMnis autem & animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet, neque ad eius, qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad reip. utilitatem referri. Cauēdum est etiam, ne maior pœna, quàm culpa sit; &, ne ijsdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Prohibenda autem maximè est ira in puniendo, nūquam. n. iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium, & parum: quæ placet Peripateticis: & rectè placet, modo ne laudarent iracundiam, & dicerent, utiliter à natura datam. illa verò omnibus in rebus repudianda est: optandumq;, vt ij, qui præsunt reip. legum similes sint: quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

PETR. MARS.

OMnis autem animaduersio] Præcipit nunc quid agendum sit, cum quis punitur. non. n. debemus in aliquem animaduertere eo studio, & animo, ut illum contumelia afficiamus, sed vt vult iustitia, & pro vtilitate reip. non ad nostram uoluptatem, & cum aliquem obiurgamus castigamus ue, non id agendum est causa contumelię, sed studio corrigendi, & reducendi ad bonos mores, & officium, si ab eo discesserit. animaduersio est punitio, vt lex præscribit, & est cū quis punitur in pecunia, vel in persona, sed plerunque in persona, & dicimus animaduerto in te. i. punio, iure & legib. ita uolentibus. [Castigatio] Fit uerbis tantum. Obiurgatio est inter amicos, & propinquos, & plus est castigare, quàm obiurgare. [Contumelia] Iniuria, ut habetur lib. 9. ff. eo. dicta est, quod non iure fiat. omne. n. quod non iure fit, iniuria fieri dicitur, specialiter autem iniuria dicitur contumelia dicta à contemnendo, ut est etiam apud Sen. Est igitur contumelia species iniuriæ, quæ fit cum quis punitur quodam iudicis affectu, & magis studio notandi infamiā, quam iuris exequendi, quoniam iuris executio nō habet iniuriam. Si quis de honoribus decernendis alicui passus nō sit decerni, ut puta imaginem, vel quid tale an iniuriarū teneatur, quærit Vlp. & ait Labeo non teneri, quamuis hoc contumeliæ causa faciat. Et sic patet contumeliam esse ad notam infamiæ. Ergo puniendus est aliquis non ad contumeliam, sed ut iura uolunt citra animi affectum, & hoc ad iudices pertinet, & illos qui in alios animaduertendi ius habent. Si. n. quis truncari meretur, non debet suspendi ad contumeliam [Castigatio] Quæ fit verbis, non debet esse contumeliosa. [Qui punitur] pro punit. Non. Marc. agens de contrarijs generibus uerborum dicit: Punitur aliquando pro punit, vt Tullius j. Off. hæc ille. Punitio igitur pertinet ad animaduersionem, & sic optimè docet monetq; qualiter nos gerere debemus in castigandis erroribus, quoniam non debemus aliquem punire, aut uerbis castigare ad explendam animi nostri libidinem, sed pro utilitate cōmuni. Plat. in 8. de Leg. agens de iudiciis sic ait: Quos insanabiles legislator esse senserit, vltimo supplicio afficiet, non ignoras melius fore his, qui sunt insanabiles, mori, quam uiuere. [Cauendum est etiam] Aliud præceptū quo monet puniri debere nocentem, & si pœna mediocri dignus est, non debet magna, & econtra. Et cum sunt plures conscij, omnes debent pari modo puniri, ne miseri, & inopes plectantur, potentes autem, & pecuniosi euadant impune, quod utinam non ubique fieret. Latrunculi. n. suspenduntur raptores publici, latrones potentes, & quadruplatores censentur, & gaudent. [Plectantur] Puniantur. [Ne appellentur] Citentur. i. non modo non puniantur, sed ne uocentur quidem in ius. Appellare significat debitū reposcere, unde dicimus appello te de tali nomine. i. repeto tale, vel tale debitum. [Prohibēda autem] Aliud præceptum. Neminem iratum debere ad pœnam multamq; irrogandam accedere, quoniam mediocritatem retinere non poterit. Ita enim est affectus uehementissimus, & breuis quidam furor. Vnde sermo irati non potest continuare unum sensum in loquēdo, & ideo ipsius oratio debet breuibus sententijs, & crebris figurarum mutationibus ueluti inter æstus iracundiæ fluctuare, & sic stylus Satyricus. Satyrus. n. motus ad affectum discurrit, & mores notat. Vnde opus est, ut eius oratio fluctuet, quia est iratus, & mordet allatratq; uitia. [Nūquam enim] Ratio est. Ex quo inquit in 4. dis. Tusc. Illud laudatur Architæ, qui cum villico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem. Sen. etiam dicit: Nihil minus quam irasci puniētem decet [Ad pœnam] Ad aliquem puniendum. [Inter nimium, & parum] Inter duo extrema de quib. dictum est. Mediocritas autem est mansuetudo, & mansuetus debet irasci, ut oportet, aliter aut exuperabit, aut deficiet, quod non fit sine uitio, sed potius debet se flectere ad parum, quàm ad nimiū. [Peripateticis] Arist. & alijs quorum ille princeps fuit. & uoluit iram cadere in sapientem, ut dictat ipsa prudentia, & oēs uirtutes esse mediocritates inter nimium, & parum, quod in ij. Moral. probat Arist. per inductionem, & inde finit uirtutē esse habitum electiuum in mediocritate consistentem. [Modo ne laudarent iracundiam] Pace Cic. dixerim Arist. Peripateticorum princeps non laudat iracundiam, sed probat iram cum mediocritate, ut non nimium recedat à naturæ circunstantias, & dicit tuperat iracundiam, quæ fit per omnes circunstantias, & dicit esse in exuperatione, & per pauculos iracundos inueniri, quoniam est quasi impossibile aliquem esse, qui tot malè habeat. Multis. n. modis fit iracundia, & latissimè patet. Vnde id quod est maius malum, magis opponitur mediocritati. Vnde concluditur Arist. nunquàm laudasse iracundiam. In iij. tamē Moral. disputans de fortitudine dicit: Atqui iram etiam ad fortitudinem referunt. Fortes. n. & hi uidētur, qui ira feruntur, perinde ac feræ in eos, qui ipsas uulnerarunt, quia & fortes concitantur ira. est enim ira res impetuosissima ad aggredienda pericula, qua propter & Hom. dixit: Vires iniecit ira, & animum ira concitauit, & acuta per nares uis, & efferbuit sanguis. Hæc n. uniuersa iræ concitationem impetumue, significare uidentur. Arist. illic loquitur secundum opi. vulgarium, & imperitorum. ipse. n. sentit, & tenet nō debere aliquem dici fortem, qui du ctus

ductus ira magnū aliquid aggreditur, quoniam, inquit, fortes agunt ob honestatem, sed irati minimè, quoniā si ob irā aliqui essent fortes, bruta etiam fortitudinē habere dicerentur, quod est absurdissimum. illa.n. aliquem impetunt uulnere, aut dolore perculsa, & irritata, fortes aūt honestate ducti, non affectu. Ipsa ira subministrat bilem fortitudini. Qui autē propter hæc agunt, inquit Arist. pugnaces quidem sunt, at nō fortes. non.n ob honestatem agunt, aut ut ratio præscribit, sed ob ipsum affectum.i.irā, aliqua tamē ex parte sunt similes fortibus. Non igitur feræ sunt fortes, propterea quòd dolore commotæ, ac ira ruunt in pericula, nihil prouidentes malorum. nam & hoc modo ipsi asini cum esuriunt, fortes essent. non.n.à pabulo uerberibus amouentur. Et sic liquido apparet Arist. non modo non laudare iracundiam, sed ne iram quidem, nisi ut ipsa recta ratio præscribit. ita.n. dicit in 3.Eth. Maximè autem ea fortitudo naturalis esse videtur, quæ est ob irā electione sumpta, sine qua, & ipsi etiam homines cum irascuntur dolent, cū ulciscuntur capiunt uoluptatem. Quo distet iracundia, inquit Sen. apparet, quo ebrius ab ebrioso. Iratus potest non esse iracundus. Iracundus non potest aliquādo iratus non esse. In 4. Tusc. ubi est totus Stoicus Cic. Peripateticos uehementer reprehendit dicens: An ne uero uir fortis nisi stomachari cœperit, non potest uir fortis esse, gladiatorū id quidem, quāquam in eis ipsis uidemus sæpe constantiam, colloquuntur, congrediuntur, queruntur, aliquid postulāt, ut magis placati quā irati esse uideantur. & paulopost dicit, Vbi sunt ergo isti, qui dicunt iracundiam esse utilem, potest utilis esse insania, aut naturale quidquam esse, aut secundum naturam, quod fit repugnante ratione. Sed hoc non est mirum in Cic. qui uni disciplinæ addictus non erat, nec unum dogma sectabatur, sed more Academicorum aut probabat opiniones, aut improbabat suffragante ad omnia ubertate ingenij, & eloquentia. Et in hoc opere Stoicos potissimum sequitur, qui uoluerunt sapientem ira uacare, sed mihi uidentur truncum quendam, aut statuam marmoream non hominem animatum, & uarios affectus habentem constituere. Sen. etiam Stoicæ professionis dānat Peripateticorum sententiam dicens, Ira non acuit animū ad res bellicas. nunquam.n. uirtus uitio adiuuanda est se contenta. Arist. dicit, Ira necessaria est, nec quidquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, & spiritum accendet. Vtendum autem est illa non ut duce, sed ut milite. & ira, inquit, est cupiditas doloris reponendi. Aristo. in 2. Eth. probans omnem uirtutem morū circa uoluptates doloresq; uersari dicit. Quapropter, & sunt qui diffinientes uirtutes affectum inquiunt ipsas esse mediocritates tranquillitates ue quasdam, sed non recte, quia simpliciter dicunt, & non addunt, ut oportet, & cetera quæ adduntur. [Illa] Iracundia [Repudianda] Reijcienda tanquam res noxia, & minimè placens, tractum ab uxore, quę à uiro repudiatur, quando si diuortium. Sed est dria nam diuortium est inter uirum, & uxorem postquam coniuncti sunt, ab eo dictum quod in diuersas partes eunt, qui discedunt. Repudium uero spōsæ remittitur, antequam coniungatur uiro inde dicimus repudiare, spernere, & reiicere. [Sint similes legibus] Quoniam leges pro æquitate puniunt, non pro iracūdia pūit.n. lex sine perturbatione, & uir bonus, & æquus interdum legem emēdat, & iudex est uiua uox legis, & sic pretor qui reddit iura, dicitur uiua uox iuris ciuilis. Is igitur qui iustitiā administrat, debet imitari leges, nec affectu duci, sed legibus niti, & omnia in æquiorem partē interpretari, ut bonū prætorem decet, vñ arbiter honorarius dicitur is, qui omnia in ęquiorē partem interpretatur.

ADDI. AD eius] Qui punitur aliquem. Non. Marcellus agens de contrarijs generibus uerborū dicit, Punitur aliquando pro punit, ut Tullius 1.off.

FRAN. MAT. Omnis autem &c.] Docet qualis seueritas esse debeat, & admonet ut contumelia careat. Significat autē contumelia asperitatē sermonis, quæ ex animi insolentia nascitur. Et cōtumeliosum hominem dicimus, qui acerbè nimium, & superbè respondet. Terent. Quid est, si hæc contumelia non est? [Animaduersio] Punitio hæc pecuniariam, & personalem pœnam spectat. [Castigatio] in uerbis est, Virg. Castigatque, auditq; dolos [Contumelia] Nimia asperitate, & acerbitate. [Neque ad eius &c.] Rectè hoc ait: Nam si propriam respiceret utilitatē is qui punit, minus seuerus esset, quam oporteret. timeret n. ne quenquam offenderet: & aut inimicitias, aut laborem uitaret. Est autem (ut ait Cic. in epist. ad Q.fr.) nō modo eius, qui socijs, & ciuibus, sed etiā eius, qui seruis qui mutis pecudibus præsit, eorū quibus præsit commodis utilitatiq; seruire. [Cauendum est etiam &c.] Alia cautio, quæ seruanda est in magistratu, qui in libera ciuitate geritur, ne maior pctō pœna sit, ne si mereatur quispiam repetundarum pœna damnari, peculatus damnetur. aut si pecuniaria pena, damnetur personali. In rebus.n. seruanda mediocritas est, neq; ad extrema (ut superius sæpe dictum est) declinandum, & neq; minus, neque plus quam oportet, puniendus quisquam aut castigandus est. [Et ne iisdem de causis &c.] Vt si multi deprehendantur in furto, aut alio quouis scelere. Ex quibus qui potentiores sunt, aut ditiores ne citentur quidem in iudiciū, minus potentes, & pauperiores puniantur. Et illud propterea Lucani usurpari merito à quopiam possit. Et tamē miseris irasci numina possunt. Aequa omnibus qui similiter peccarūt pœna inferri debet. Cōtra tamen, ut uidemus plerunque fit corruptis hominum moribus, nec puniuntur nisi qui minus possunt, nec pecunijs abundant quibus magistratus, & iudices corrumpant. Quod qui faciunt tamen abest, ut puniantur, ut ne citetur quidem, & ad dicendam causam uenire iubeantur. de eorum.n. peccato tacetur. Sepe.n. iubet sicut ira, & odio excedit in puniēdo, ita gratia mouetur in remittendo. hinc ait Cic. ad Q.F. Sit summa in iure dicendo seueritas, dummodo ea ne uarietur gratia, sed conseruetur æquabilis. [Plectantur] Puniantur [Prohibenda autem maximè est ira in puniendo] Ira ita animum sæpe obcæcat, ut nihil rectum sinat intueri. Quare cum in omni quidem re & negocia abesse ab ira conueniat, ut rectè geratur, id præcipuè in puniendo cauendum est, ne opprimi nos ea sinamus. fertur Atenodorus Octauij Aug. præceptor monuisse illum, ut quoties ad irā cuiuspiam improbitate prouocaretur, priusquam quidquam faceret, aut diceret, alphabetum recenseret. Iræ impetum cito euanescere signans. Ergo cum ab ira occuparetur animus, quam præuidere ratio possit, ne occupetur ante cōparare nos debemus quotidie meditari resistēdum esse iracundiæ, cum ea maximè animum moueat, tū diligentissimè linguam continendā. Quæ uirtus Cic. non minor uidetur, quam omnino non irasci. Nam illud non est solū grauitatis, sed non. quam latitudinis. Moderari uero animo cū sis iratus, aut etiam tacere, & tenere in tua ptāte motum animi, & dolorem, & si non est perfecti, tamen est non mediocris ingenii, ut ait Cic. in epist. ad Q.F. [Mediocritatem] Virtutem. Etenim uirtus, ut diffinit Arist. habitus electiuus in mediocritate consistens, quo ad nos ratione terminatā, & ut sapiēs terminaret. Mediocritas autem duorum uitiorum alterius secūdum excessum, alterius secundum defectum. nimium, & parū uocat Cic. Circa iram mediocritas est (ut supra diximus) mansuetudo, defectus ad quem declinat sine nota est. Excessus iracundia dici potest. [Quæ] Mediocritas. [Placet Peripateticis] Vt Arist. qui in libris Eth. laudandā in omnibus dicit esse mediocritatem, & medium habitum amplectendum, & quo pacto in singulis affectibus, & actibus inueniri mediocritas possit, ostendit Horat. eandem auream appellat, & iure laudat. [Rectè] Cum in ea uirtus consistat. Et Terent. ait id esse in uita apprimè utile, ut ne quid nimis. Modo ne laudarent iracundiam. Quæ excessus cum sit ira, laudari non potest. uitiū.n. est, nemo autem laudat uitium. Arist. lib. 4. Ethic. disputans de iræ dispositionibus, Qui parum, inquit, in iracundia transgreditur, non uituperatur siue in magis, siue in minus. Interdum .n. deficientes laudamus, & mansuetos uocamus. & irascentes uiriles quasi ad dominādum aptos. Sed quantum & qualiter excedens uituperandus sit, idem ait non facilè esse uerbis ostēdere, & in singulis atq; in sensu huius rei iudicium esse. Sed illud manifestum medium habitum laudabilem esse per quem irascimur, quibus oportet, & pro quibus oportet, & ut oportet. Cum aūt dicat Arist. Mansuetudinis excessum esse iracundiam, uult tamen etiam in ipso excessu mediocritatem esse circa quam magis, & minus irascimur, quam oportet, excessum quidem esse acuitatem, atque acutos, in quibus summa inest bilis, & qui sunt ad omnia, & in omni re iracundi. Amaros uero difficile placari, & longum irasci tempus, quia iram occultant, eosdem esse plurimum molestos, & sibi amicissimos. Eos autem acerbos dici, qui pro quibus non oportet, & magis quā oportet, & longius tempus infensi sunt, nec placantur sine supplicio, uel pœna. Taurus quoque Peripateticus philosophus, ut

Lucā. de fortuna.

Virtus Mediocritas

Medium in omni re seruandum.

Acuti. Amari. Acerbi.

Taurus Peripateticus.

vt refert A. Gel. huius motus animi, qui vlciscendi causa sæuior ira dicitur, non priuationem esse vtilem censuit, quam στέρησιν græci dicunt, sed mediocritatē, quā græci τετρηότητα appellant. [Vtiliter à natura datam] Tanquam rem utilem, & penè necessariam, vt irascamur quando, & vbi, & quantū oportet. immo iracundiam dicebant esse ingenitam homini ac persistere, & iracundum, hominem u[...]cari, qui semper irā secum gerit iratum, qui pro parte excandescit. Vnde iracundia à græcis μηνησία à permanendo appellatur. Stoici iram cotem fortitudinis dicebant esse, non tamen iracundiam laudabant. Cicero in omnibus repudiandam dicit esse tanquam irrationalem ac præter naturam, animi motum. Idem in epistola ad Q. fratrem. Omnes.n. qui istuc ueniunt, ita de tua uirtute, integritate commemorantur, vt in tuis summis laudibus excipiāt unā iracundiā; quod uitium cum in hac priuata quotidianaq; uita leuis esse animi, atque infirmi uideatur; tum uero nihil est tam deforme, quàm ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. [Legum similes] Quæ non ab iratis latæ sunt, sed à nobis, & prudentibus uiris, honestatis, & cōmunis vtilitatis gratia, & totæ in æquitate fundatæ sunt, neq; errāt unquam, nec perperam aut malignè aliquid statuunt, & eadem in omnis, semper sunt, quas imitat̄ uir bonus, & sapiēs. Quidquid .n. facit semper ab omni perturbatione procul esse studet. Cumq; duplex ira sit, altera quę est repentinus, & irrationalis animi motus ulciscendi causa, in sapientem non cadit, altera quæ est per accidēs, cum peccanti irascimur, quòd in peccatū inciderit, & pro ipsius utilitate, ut fiat melior, ipsum punimus, atq; ut alijs, exemplū statuamus, ne peccent, bona est, quā etiam in deum cadere Lact. ostendit, in lib. quem edidit de ira Dei. Plut. seruo suo nequam homini, & contumaci, sed lib. disputationibusq; Philosophiæ res imbutas habēti, tunicam detrahi ob delictum, cædiq; loro iussit. Cumq; ille inter uapulandum conquereretur, diceretque turpe esse philosopho irasci, neq, præcepta sua seruare, q̄ librū περὶ ἀοργησίας scripsisset. Tum Plut. lente, & leuiter: Quid autem, inquit, uerbero? nunc tibi irasci uideor, ex uultu ne meo, an ex uoce, an ex colore, an etiam ex uerbis ira correptū intelligis? Mihi quidem neq; oculi opinor truces sunt, nec os turbidum, neq; immaniter clamo, neque in spumā ruborē ue efferuesco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neque omnino trepido ira, & gestio. hæc enim omnia si ignoras, signa esse irati solent, & simul ad eum qui cædebat conuersus: Interim, inquit, dum ego atq; hic disputamus, hoc age tu. Ex quibus uerbis quales in puniēdo uir sapiens esse debeat, intelligitur.

Iracūdia μηνησία dicitur à Græcis. — Ira duplex. — Plutarchi dictū contra eius seruum cū esset iratus. — ASC.

Omnis autem &c.] Docet officium eorum qui habent animaduersionem i. ius puniendi in corpus alterius. Ordo est. Autem, pro sed, omnis animaduersio. i. punitio in corpore, & castigatio. i. uerborum, debent uacare contumelia i. fieri sine cōtumelia. i. contemptu opprobrioso. Neq; sup. debet referri ad utilitatem eius, qui punit aliquem, aut castigat uerbis, sed ad utilitatem reip. Cauendū est, & ne pęna sit maior quam culpa, & ne de iisdem causis, alij plectant. i. luāt in corpore, & alij ne quidem. i. non etiam appellentur .i. citentur ab officio iudicis, sed derelinquātur omnino impuniti, cū alij grauiter puniant. Autem, pro sed, ira est maximè prohibenda .i. procul habenda in punièdo. Enim, pro quia, is qui existens iratus accedit ad pœnam. i. ad punitionem, nunquam non unquā. i. nō tenebit un quam illam mediocritatem, quæ est inter nimium, & parum. quæ. s. mediocritas placet Peripateticis, & placet rectè. i. debite, modo. i. dūmodo ne laudarent. i. si ita esse, quod non laudarēt iracundiā, dicerent supp. eam datam esse, vtiliter cū vtilitate nostra à natura. uero pro sed, illa. s. iracundia est repudianda in omnibus rebus. que, pro &. optandum est, ut ij, qui præsunt reip. sint similes legum, quæ leges ducuntur i. inducuntur ad puniendum, non iracundiam, sed æquitate.

ARGVMENTVM.

Magnanimi est neque secundis rebus insolescere, neque deiici aduersis.

Atque etiam in rebus prosperis, & ad uolūtatem nostram fluentibus, superbiā magnopere, fastidium, arrogantiamq; fugiamus. nam vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni uita, & idem semper vultus, eademque frons: vt, de Socrate, itemque de Caio quoque Lælio accipimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus gestis, & gloria superatum à filio, facilitate uero, & humanitate uideo superiorem fuisse. itaq; alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit. vt rectè præcipere uideantur, qui monent, ut, quanto superiores simus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorem Africanum, & familiarem suum solitum ait dicere: vt equos, propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possint uti; sic homines, secundis rebus effrænatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq; fortunæ. Atque etiam in secundissimis rebus maximè est utendum consilio amicorum: hisque etiam maior, quàm ante tribuenda est auctoritas. ijsdemq; temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. in quo falli facile est. tales.n. nos esse putamus, vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata; cum homines, inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis uersantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus.

PETR. MARS.

Atque etiam] Aliud præceptum. Neminem. s. debere efferri, & superbire secunda fortuna, quod leuitatem quandam significat à natura magnanimi penitus alienā, qui omnem fortunam fert moderatè. [Ad nostram uoluntatem] Vt nos optamus. [Fastidiū] .i. nauseam, subsannationem, & odium aliorum hominum, ac morositatem. [Arrogantiam] Nimiam insolentiam. [Nam ut] Ratio quare supradicta ipsi magnanimo fugienda sunt, quoniā sunt contra suam naturā, quæ debet esse grauis, sedata efferri autem aura fortunæ, & cum reflauerit deprimi, leuitatis est, & inconstantiæ, atq; hominis ignari, quid fortuna possit. Vnde idem Cic. in oratione pro Sex. in laudem Cat. dicit. Atque etiā eo negocio. M. Catonis splendorē maculare uoluerunt, ignari q̄d grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetq; per sese semper, neque alienis unquā sordibus obsolescit. [Leuitatis] Inconstantiæ, quæ grauitati inimica est & Magnanimus debet esse grauis, & moderatè ferre fortunam, & totus ex se pendere, nec fluctuare inter æstus affectuum, ut leues faciunt. [Præclara] Summa laude digna. [Aequabilitas] .i. constans, & perpetuus uitæ tenor utriq; fortunæ idoneus, & decorus, ut quis nec efferat̄, nec deprimatur, sed teneat æquabilitatem in omni uita. [Idem uultus] Quoniā mutatio uultus indicat animum non esse sedatum, & voluntatem ad diuersa rapi, à qua uultus fingitur, qui est animi indicium. [Eadem hilaritas faciei, non ut nunc obducatur propter iram, nunc sit læta. hæc omnia significant animi affectus. [De Socrate] Dictum est. [Caio quoq; Lelio] Qui habitus est sapiens [Philippum quidem] Affert exemplum Philippi regis Macedonum, & Alexandri filii. dicitq; Alex. superasse patrem præstantia bellica, & magnitudine rerum gestarum, sed superatum fuisse à patre facilitate atque humanitate. de quorum uita, & moribus sic scr. Trogus lib. 6. Alexander filius Phil. successit, & uirtute, & uitiis patre superior. Itaque uincendi ratio utrique diuersa. Hic aperte bella tractabat, deceptis ille gaudere hostib. hic palam fusis, prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare plerunq;, & uincere, hic ut exarsisset, nec dilatio ultionis nec modus erat. uini uterq; nimis auidus, sed ebrietatis diuersa uitia, patri mos erat de conuiuio in hostes procurrere, periculis temere se offerre: Alex. nō in hostem, sed in suos sæuiebat, quamobrem sæpe Philippum uulneratum prælia remisere, hic de amicorum interfectorum cōuiuio frequenter

quenter excessit. Regnare ille cum amicis uolebat, hic in amicos regna exercebat: amari pater malebat, hic metui. Literarũ cultus utriq; similis, solertiæ pater maioris, patri parcendi uictis perniciosior animus, filio promptior, & honestior. frugalitatis pater, luxuriæ filius magis deditus erat, quib. artibus orbis imperij fundamenta pater iecit, operis totius gloriã filius consummauit. [Facilitate] Mansuetudine. quoniã facilis erat amicis sine aliqua morositate. Humanitate, benignitate sine aliqua arrogantia. Humanitas.n. uetat superbum esse aduersus socios, Humanitas auct. Plat. triplex est. Vna fit per salutationem, ut cum nobis obuios salutamus, & manum porrigimus. Altera, cum quis opem affert calamitate laborãti. Tertia cum homines inter se cõuiuia celebrant, & consuetudine gaudent. [Itaq; aliter Philippus. [Semper magnus] Magna laude dignus propter felicitatem, & humanitatem. [Magnus] Generosus, humanus, laudabilis, & inclyti spiritus. [Alter sæpe turpissimus] Alexander super infamia summa notatus propter insolẽtiam, & crudelitatem in suos, cũ mero incaluisset. Interea, inquit. Totus Alexander non regio more, sed hostili odio in suos cœpit sæuire, maximè indignabatur carpi se suorum sermonibus, seque mores Philippi patris patriæ subuertisse, propter quæ crimina Parmenio quoq; dignitate regi proximus, cum Philota filio de utroque prius habitis quæstionibus interficitur. Et in conuiuio post Alexandriam conditam, & radicem Caucasi montis. s. qui perpetuo iugo Asiam diuidit, orta inter ebrios rerum gestarum à Philippo mentio esset, & nonnulli eũ laudibus ferrent, ipse cœpit se patri præferre, & magnitudinẽ rerum suarum extollere Itaq; cum unus è conuiuis Clytus nomine iam senex fiducia regiæ amicitiæ memoriam Philippi defenderet, laudaretq; eius res gestas adeo Alexãdrum offendit, ut telo à quodam satellite rapto Clytum in conuiuio trucidauerit, qua cęde exultãs mortuo patrocinium Philippi laudẽq; paternæ obiectabat. Inde pęnitentia ductus, mortem sibi afferre uoluit. Nam quatriduo inediam sustinuit, donec à toto excercitu exoratus est, ne ita unius morte doleret, ut uniuersos perderet, quos in mediam barbariam adduxerat. Itaq; Alexan. sæpe fuit crudelissimus etiam in suos propter potum aliquãdo, quo nihil potest esse turpius, & maximè in eo qui alios regit. Vnde dicit Plat. in 3. de rep. urbis custodib. ebrietas, mollities, atq; ignauia quam maximè habentur indecora. illis, inquit, qui remp. gubernant, ab ebrietate temperandum erit, nulli quippe minus conuenit quam custodi ebrio, nescire quo terrarum degat. Ridiculũ profecto est custodẽ esse, & custode indigere. Carthaginiensem, inquit, legem magisquam Lacedæmoniorum laudo, ut nunquam in castris quisquam uinum gustare audeat, sed toto militiæ tempore aquæ usum comprobari. In ciuitare autem seruis nunquam uini usus cõcedendus est. Nec magistratus tẽpore quo remp. gubernant, uino utantur, nec gubernatores, nec iudices, nec qui deliberaturus in cõciliũ uocatus est, nec ullo modo in die nisi ualetudinis gratia. facilis igitur debet esse is, qui rempu. gerit pro ratione temporis, & personarum. Vnde bene illi præcipiunt, qui dicunt homines tãto debere esse submissiores, quãto sunt superiores. Tũc .n. magnitudo animi ostenditur. Plut. scribit Alexãdrum adscripsisse hæc scelera furori Bacchico. pęnitebat.n. ipsum quod talia commisisset aliquando, eum quoque, inquit. Thebanorum sæpenumero calamitatis afflixisse dicitur. Clyti uero cædem inter uina factam, itemque repudiatos in India Macedones, ut qui imperfectam adhuc militiam detrectarent, ipsiusq; gloriam abijcerẽt, ad liberi patris iras omnino referre solebat. Polydamas, ut auct. est Curtius lib. 5. missus est ad occidendũ Parmenionem proditionis insimulatum, cuius latus primus Cleander hausit, inde iugulum, ceteri quoque exanimum confoderũt. Androcydes auct. Plin. lib. 14. sapiẽtia clarus ad Alex. Magnum scripsit intemperantiam illius cohibens. Vinum potaturus Rex memento te bibere sanguinem terræ. Sicuti uenenum est homini cicuta, ita cicutæ uinum. Quibus præceptis si ille obtemperasset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Asclepiades super mensam dixit prima cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatẽ, quarta ad insaniam. [Sæpe turpissimus] Infamis. nam turpitudo in moribus dicitur. [Rectè] Bene, ut sunt ipsi Stoici, qui nihil admirantur præter uirtutem. [Submissius] Humanius, humilius. [Superiores] In meliori fortuna, quoniam uir magnanimus æquabiliter fert fortunam in utranq; partem. [Panætius præceptor fuit Africani minoris, Rhodius genere qui scripsit de officijs, in quib. hæc de auditore suo Africano Aemiliano disseruit. [Familiarem] Amicum, & auditorem. dicebat Africanus, hominem prospera fortuna exultantes debere regi cõsilio prudentũ, ut qui effræni ab insessore. [Contentionis] Decertationes, & prælia strepitusq; tubarum, quibus affecti sunt ferociores. [Facilioribus] Magis obtemperantibus insessorib. [Effrenatos] Superbientes, & elatos secunda fortuna. [Pręsidẽtes] Nimium Fidentes sibi ipsis. [Tanquam in gyrum] Perstat in trãslatione equorum, qui fræno uoluuntur in gyrũ, ut sint faciliores. Et ideo dicit tãquam in gyrum, ut. s. intelligant fortunam esse mutabilem, & illius temeritati non esse fidendum, sed parendum rationi, & consilijs prudentum, qui longa experientia edocti optimè cõsulere possunt. [Rationis] Intellectus. Vt. s. pareant rationi, & ab illa non discedant ducti appetitu, ut faciunt equi, qui uoluũtur ab insessore in gyrum, ne nimiũ sint feroces. [Imbecillitatem] Debilitatem, & mutationẽ. Vnde oportet in secundis rebus uti prudentia In omni uita sic uiuendum est, ut constantiam, & magnanimitatem retineamus & mediocritatem, quod ut facilius assequamur, debemus amicorum consilio uti, & prudentum, cum sumus in prosperitate rerum, ut illorum consilio ad id, quod rectum est dirigamur, aliter appetitus uoluptate corruptus, & factus insolentior, minimè parens rationi in uetitum ruet. Hecuba apud Euripidem iam serua ex regina deplorans fortunæ mutationem dicit, hæc omnia quæ in mundo habentur bona nihil sunt, frustraq; rationum humanarum consilia, & linguæ iactantia, ille est felicissimus cui per tempus ætatis nihil mali contingit. [Secundis] Prosperis. quoniam homines in prospera fortuna nõ sunt compotes sui, sed in manu fortunæ. Et ideo in secundis rebus debemus esse moderati, dicebat Periander, & uti consilio amicorum. Isocrates Demonicum sic admonet. Fortuna indigni sunt qui illa abutuntur. & Nicoclem sic instituit: Da libertem bene sentientibus, ut habeas auctores, & comprobatores eorum, de quibus ambiges, considera illos qui arte assentãtur & adulantur, nec non illos qui bona mente obsequuntur. ne mali plus habeant, quam boni. Idem sic hortatur Demonicũ. odio tibi sint adulatores tanquam deceptores. Ambo.n. iniuria illos afficiunt, qui faciles aures patefaciunt. [Auctoritas] Dignitas, libertas monendi, & illorum auctoritati credendũ & monitis. [Iisdem temporibus] Cum sumus in prospera fortuna [Ne assentatoribus] Pellẽda est adulatio, & assentio, quę est uitiorũ adiutrix, & non modo amico, sed ne libero quidem digna est. omnes n. adulatores sunt seruiles. Solon dicebat, Cautè singulos obserua, ne fortè odium in corde tegant, dũ blanda, & arridenti facie te alloquuntur, duplaq; illis lingua atra ex mẽte sonat. Et Cæs. Aug. pellendas esse indecoras adulationes dicebat. Assentatio, inquit Cic. alibi nemini nocere potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur Itaq; fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maximè, qui ipse delectet. Multi gnathonũ similes sunt, cum sint loco, fortuna, famaq; superiores. horum est assentio molesta, cum ad uanitatem accessit auctoritas. Cato docebat multa melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces uidẽtur illud uerum sæpe dicere, hos nunquam. Adulator est is, qui affert ea quæ facta sunt. Et adulator semper loquitur emolumenti sui causa, & ideo deterior est. Assentator.n. placere studet, adulator autem lucrari, ut scr. Aris. lib. 4. Moral. Et qui gerit morẽ consensus. Qui magis quam debet gerit morem, adulator est. Amico igitur credendum est, qui rectè monet, ab aliis autem cauendum. Vnde dicit Sen. Nihil tam æquè delectauerit animum, quam amicitia fidelis. [Adulari] Passiuè dixit more antiquo. nam adulo, as; quondam dicebatur, nunc adulor est uerbum deponens. Val. Max. lib. 2. exemplorum: Etiam trib. mil. adulandus erat, & Lucr. Gannitu uocis adulant, in 2. Tusc. Pennata cauda nostrum adulat sanguinem. Plaut in 5. de leg. sic a.t. Veritas profecto tum dijs, tum hominibus dux omniũ est bonorum, cuius qui felix beatusq; futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in ueritate plurimum temporis uitam agat, fidus hic certè est, infidus autem qui sponte mentitur. [Adulatori] Quod adulemur ab alijs. [In quo] In qua re, idest adulationibus facilè decipimur, quoniam inquit, nobis nimium placemus, & arbitramur esse tales quales dicimur ab adulatoribus, ut de Domit. scr. Iuuen. Quid aptius? & tamen illi Surgebãt cristæ. nihil est quod credere de se.

Non possit, cum laudatur diis æquâ potestas. Si continens es, inquit Sen. adulationes euita, sitq; tibi tã tristæ laudari à turpibus, quam si lauderis ob turpia. lætior esto quoties displices malis, & malorum de te æstimationes malas, ueram laudationem tui scribe. [Ex quo] Ob hoc, quia putamus nõ esse tales, vt iure laudemur, euenit in homines vt irrideãtur, cũ se iactãt, & nimium sibi placent propter talem de se persuasionem. [Inflati] elati tali persuasione. [Erroribus] .i. uanis de se opinionibus, quoniam ea non habent quæ habere se credunt. [Illud autem] Postquã Cic. de fortis viri, & magnanimi officio, & eorum qui remp. gerunt disseruit, afferens quasi per conclusionẽ superioris disputationis repetit ea, quæ dixit, & properãs ad alia præcepta diuidit officia, quæ homines in uita exercẽt, do cetq; qui sint hi, à quibus res maximæ geruntur. Inde ponit secundos, postea tertios. Et tandem præcipit quomodo res domestica forti viro augenda sit. Dixit. n. supra fortem uersari circa res arduas, & ea quæ pertinent ad uitam degendã. Hanc ergo partem propositionis nunc tractabit, concludens si hæc præcepta seruauerimus magnificè, grauiter, & amicabiliter uitæ humanæ nos posse uiuere.

FRAN. MAT.

Atq; etiam in rebus prosperis] Dictum est, quomodo circa honores gerere se debeat magnanimus. Sed quia non semper magistratus idem gerit, suntque alia bona quibus uirtus frui solet, quomodo in his habere se debeat ostendit. Et admonet ne secũdis nimium extollatur. Sed faciat, quod ait Horat. Sperat infestis metuit secundis. Alteram sortem bene præparatũ pectus. Quia sic leuitati ascribitur ei, qui secundis rebus nimiũ inflatur, vt ei qui aduersis frangitur. Neutrum magnanimus facere debet, ut officium suum tueatur: Et nulla omnino perturbatione se occupari sinat, constansq; in omni negocio sit, & grauis. Superbia, & arrogantia modestiæ opponuntur, & superbia quidem alios contemnimus superioresq; alijs esse volumus, etiam cum mereamus. Arrogantia nimium nobis tribuimus, & id arrogamus, quod minimè adest. Superbia autem & arrogantia nihil intolerabilius Quis. n. illum ferat, qui nihil se satis dignum putat, qui omnibus anteire vult, qui in nullũ bonus est, & urbanus? [In omni] Siue in magistratu siue priuati simus, siue aduersæ res fluant, siue prosperæ. [Fastidiũ] Quoniam omnes fastidiunt, & contemnunt. [Et idem uultus] Tam in prosperis, quàm in aduersis rebus, ut neque doleamus aduersis, neque lætis gestiamus. Vultus est animi habitus, & à uoluendo dicitur, quo uocabulo carent Græci, si Cic. credimus li. de Leg [Frons] Quæ, ut Cic. ait, est animi ianua. Vultus autẽ, & frons significant qualiter sumus affecti. Sapiens autem nec vultum mutat unquam, neque modo exporrigit frontem, modo corrugat, sed in eodem habitu semper est. [Vt de Socrate, item de Caio quoque Lælio] Socr. durissimus, ut Cic. ait, fuit pedibus, & sæpe immotus ab ortu Solis, vsq; ad occasum in eodem uestigio permanebat. quem uxor Xantippe eodem quo egressus erat uultu redeuntem domum semper uidisse dicebat. C. Lælius amicissimus fuit Scip. superioris, is est; qui apud Cic. in lib. de Amic. introducitur. Multum in Senatu potuit, fuitq; illa tempestate constantissimus, & sapientissimus. [Philippum] Quid inter patrem, & filium interfuerit ex his Iust in epit. Trogi cognoscitur uerbis. huic Alex. successit, & virtute, & uitijs patre maior. Itaque uiuendi ratio utrique diuersa, hic aperta ui, ille artibus bella tractabat. deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis, prudentior ille consilio, hic animo magnificentior: Iram pater dissimulare plerunq;, & uincere, hic ubi exarsisset, nec dilatio vltionis, nec modus erat, vini nimis uterq; auidus, sed ebrietatis diuersa uitia, patris mos erat decõ uiuio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre. Alexander non in hostem, sed in suos sæuiebat. ex quibus rebus uerum esse cognoscitur, quod Cic ser. facilitate, & humanitate patrem superiorem, & alterum semper magnũ .s. Philippum. [Alterum] s. Alexandrum sæpe turpissimum, in conuiuio Parmenionem philotam: Amyntam consobrinũ, nouercam fratresq; interfici iussit, aliosq; permultos [Vt rectè] Laudas philosophos, qui sic nos admonet Sunt qui in Socratẽ referãt. [Submissus] Humanius, & remissius. [Panætius &c.] Rhodius hic fuit quem in hoc opere Cic. imitatur, eo præceptore Scipio Afr. superior vsus est. [Vt equos] Equi uictoriam sentiunt & eam sæpe adepti insolẽtes fiunt, necesseq; est, vt domitoribus iterũ tradantur, quo illis uti possimus. Idem in hominibus contingit. Quoniam, ut Sen. ait, Fortuna nimiũ quẽ fouet facit stultum. Et propterea rectè monebat Scipio in gyrum rationis deducendos illos, qui fortuna nimium secunda uterentur. Quo rerum humanarum prospicerent imbecillitate [In gyrum rationis] Vocabulum est comparationis. Nam in gyrum equi flectuntur, hic pro exercitatione accipias. [Rationis, & do.] Ratione, & doctrina, quæ est in exemplis, & dictis sapientum posita, vt si quis admoneat quempiam non esse fidendum secundis rebus, quæ mutari facile à fortuna possint, & Sen. ad hoc illa utatur auctoritate. Nemo confidat nimium secundis. Nemo desperet meliora lapsis. Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho stare fortunã rotat omne fatum. Nemo tam diuos habuit fauentes Crastinum, ut possit sibi polliceri. Res deus nostras celeri citatas Turbine uersat. [Atque etiã in secũdissimis &c.] Magnanimum dixit in omni fortuna modũ seruare debere. Nunc in qua ratione fieri conueniat, ostẽdit, hoc est si amicos bene suadẽtes audit non secundis tantum rebus, sed secundissimis, & assentatores non admittit. Qui placendi studio laudent omnia, & nihil aduersantur existimantes minimè se molestos quidquàm esse, ut ait Arist. & propterea uitij causa sunt. Qui. n. ab eis laudantur cum reprehensione digni sunt rectè laudari se putant, perseuerantq; in uitio, quod quia in eo laudantur uirtutem esse opinantur. [Maximè est utendum] Tunc. n. eo præcipuè indigẽt homines ne insolentes fiãt, & accedente nimium fortuna sic confidant, ut illius mutabilitatis immemores penitus insolẽtes sint, & nihil existimẽt esse, quod nocere ipsis possit. [Maior quã ante] Omni tempore tribuenda est amicis auctoritas, sed illo præsertim in quo res prosperæ sunt, & ad nostram uoluntatem fluunt: intumescimus. n. sic plerunque, ut nihil omnino cum ratione faciamus. Quare credendum est amicis, & illis tribuenda auctoritas. Nã si boni sunt, & ueri errare nos non sinunt, & in gyrum rationis deducere student [Adulari] Passiuè dixit. Quæ nunc deponentia sunt uerba omnia apud uetustiores communia fuerunt. Adulari compositum est ex accedendo, & alludendo, ut Põpe. placet Max. Tribunus, inquit, adulandus erit.

Superbia

Arrogantia.

Vultus Frons.

Philip. & Alex. in quo differunt.

A SC.

Arrogantia fugiẽda.

Atque, pro &, fugiamus in rebus, etiam prosperis, & fluentibus .i. peruenientibus per se ad nostram uoluptatem, fugiamus dico summopere .i. toto conatu, superbiam, fastidium .i. cõtẽptum ex fastu. & superbia, & arrogantiam .i. attributionem indebiti honoris. Nam ut .i. sicut leuitatis est .i. ad leuitatem, & inconstantiam, ac infirmitatem animi pertinet ferre .i. ut dicũt portare immoderatè .i. sine moderatione res aduersas, sic supp. est leuitatis ferre immoderatè res supp. secundas .i. prosperas, & æquabilitas .i. moderatio æqua animi est præclara in omni uita .i. genere uitæ. Et idem semper uultus sup. est præclarus, At eadem frons .i. iudicium animi, seu hilaris, seu tristis, quod frons indicat supp. est præclara, ut nos accepimus .i. intelleximus de Socrate philosopho Atheniensi, & quoque .i. etiam de Caio quoque Lælio optimo, & prudentissimo uiro R. quidem .i. certè ego ideo Philippum regem Macedonum superatum .i. uictum à filio .s. Alex. Magno rebus gestis, & gloria sup. eũ fuisse superiorem sup. filio suo facilitate, & humanitate. Itaq; alter .s. Philip. pater semper fuit, sup. magnus, propter humanitatem; alter .s. Alexander eius filius fuit, sup. sæpe turpissimus cũ .s. per ebrietatem sæuitiam suam, etiam in amicos exerceret. Ita sup. ut ij uideantur rectè præcipere, qui monent, ut quanto nos sumus superiores, tanto submissius .i. modestius, & ut dicunt, humilius geramus nos. Panætius philosophus ille quẽ Cic. potissimum imitatur quidem .i. certè ait Africanũ .s. Scip. suum auditorem, & familiarem solitum dicere, ut .i. quemadmodum equites sup. Rom. soleãt tradere domitoribus equos exultantes ferocitate propter crebras .i. frequentes contentiones præliorum. ut possint uti his .s. equis iam domitis facilioribus .i. minus ferocibus, & rebellibus, sic oportet homines effrænatos .i. indomitos, & quasi sine fræno ferocientes, & præsidentes .i. omnino fidentes, sibi .i. in se rebus secundis .i. prosperis, & hoc est propter res prosperas duci tanquam in gyrum .i. circuitum sicuti equi qui domantur, rationis & doctrinæ, ut perspicerent .i. perfectè inspicerent imbecillitatem .i. fragilitatem rerum humanarum, & uarietatem fortunæ. At utendum est etiã maximè in rebus secundissimis .i. prosperrimis, consilio amicorum, & maior auctoritas est tribuenda his .s. amicis consultantibus in rebus lætis, quam ante. Et cauendum est ijsdem temporibus .s. prosperis, ne patefaciamus .i. aperiamus aures assentatoribus .i. adulatoribus, nec sinamus nos adulari .i. adulationibus

nibus

nibus circunueniri. In quo .i. in qua re est facilè falli. Nos enim putamus nos esse tales, ut laudemur iure .i. merito. ex quo .i. ex qua credulitate innumerabilia peccata nascuntur; cum homines inflati opinionibus .i. falsis æstimationibus de se irridentur turpiter, à quibus se laudari putant. & uersantur in maximis erroribus. Sed hęc quidem supp. dicta sunt hactenus .i. hucusq;.

ARGVMENTVM.

Officia magnanimi in ocio honesto.

ILlud autem sic est iudicandum, maximas geri res, & maximi animi ab ijs, qui rēp. regant; quod eorum administratio latissimè pateat ad plurimosq́; pertineat: esse autem magni animi, & fuisse multos, etiam in uita ociosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, suarum rerum finibus continerent; aut interiecti inter philosophos, & eos qui rēp. administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab eius usu suos, potiusq́; & amicis impertientes, & reip. si quando usus esset. quæ primum bene parta sit, nulloq́ue turpi quæstu, neque odioso: tum quamplurimus, modo dignis, se utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligētia, parsimonia: nec libidini potius, luxuriæq́;, quàm liberalitati, & beneficentiæ, pateat. hæc præscripta seruantem licèt magnifice, grauiter, animoseq́ue uiuere, atque etiam simpliciter, fideliter, uitæq́ue hominum amicè.

PETR. MARS. ILlud] De quo supra disputatum est. Nam dixit de tribus hominum generibus, de his qui remp. gerūt, quorum uitam dixit esse fructuosiorem hominum generi, de his qui in ocio delectantur re sua familiari, & de philosophis qui in rerum contemplatione uersantur, & an res urbanæ sint maiores bellicis. Affert igitur Cic. suā sententiam, & conclusionem superioris disputationis, & dicit illos esse locandos in primo gradu magnanimitatis, qui remp. gerunt, & illorum res maximas esse, quoniam latissimè patent officia quippe eorum qui reip. consulunt, non ad propriū commodum; sed commune spectant, ideo maximam laudem merentur. [Latissimè pateat] Ad communem utilitatem se extendat, quoniam omnibus prodest bona reip. administratio [Esse autem] Hi sunt secundi, qui se ad philosophandum contulerunt, & doctrina contenti finibus rerum suarum, sed quia hoc non omnibus prodest, sed sibi, & paucis, ideo in secundo loco ponuntur, magnanimi tamen sunt, quoniam spernunt ea, quę ceteri admirantur, & res contemnūt humanas, & circa magna, cognitioneq́ue dignissima uersantur, ut sunt res naturales, & diuinæ. Esse autem magni animi, etiam iudicandum est fuisse multos magni animi, & esse in uita ociosa, præter eos qui uersati sunt in rep. [Inuestigarent] Inquirerent ingenio, & inuenirent [Magna quædam] Notitiā magnarum rerum, & causas earum [Finibus rerum suarum] vt nil quærerent, nilq; appeterent præter res suas: philosophi .n. imponentes modum cupiditatibus, & animum diuitem non arcam habere cupientes, intra fines rerum suarum se continebant, bona fortunæ minima ducentes. [Aut int.] hi sunt tertij, qui delectantur re sua familiari non capessentes rēp. nec philosophantes, sed uiuentes in agris, cum non possent ferre principum mores. [Interiecti] Medij inter philosophos, & remp. gerētes. [Exaggerantes] Non accumulantes rem domesticam per fas, & nefas. [Omni ratione] Quocunque modo, sed unde oportet .i. è suis prædiis pecuniarijs, & uillatica pastione. Nam liberale est habere diuitias, unde oportet, ut liberalitate uti possit, & magnificentia. nec debemus excludere nostros ab usu rerum nostrarum, quoniam amicorum omnia debent esse communia, & si amicorū, multo magis propinquorum, & gentilium, & pro rep. si opus est debemus effundere pecunias sine aliqua parsimonia, hæc præcepta pertinent ad domesticam disciplinam. Quærēdę sunt diuitiæ ratione honesta, ut ex agris, nostris animalibus, citra tamen iniuriam aliorum, & ex effusionibus metallorum .i. omnium, quæ sub terra inueniuntur. [Neque excludentes] Non remouētes ab usu rei nostræ domesticæ. Vnde laudatur à Plutar. Nicias Atheniensis clarissimus Imperator, qui cum argenti fodinam in agro suo haberet, & multos circa se petitores, neminem uacuum dimisit. Nō minus .n. inquit Plut. his à quibus mala quispiam timeret, quam his qui benemeriti sunt tribuere conuenit. Itaq; plurimis hominibus Niciæ facultates utilitatem afferebant. [Si quādo usus] .i. si necessitas exigeret. [Primum] ante omnia sit comparata, unde oportet, nō rapina furto ue aut usuris cæterisq; modis illicitis. Plato monet non esse cumulandas pecunias illi, qui cupit esse diues, sed minuendas censet cupiditates, quare, inquit, ab inopia nunquā liber erit is, qui nullum constituens cupiditati modū semper diuitiarū exagitetur ardore. Et Cato Censorius dicebat. Nobis natura datam esse, ut erga homines iustitia vtamur, in eos autem quibus aut gratia, aut beneficio deuincti sumus etiam si rationis usu priuati sint, mansuetudo, velut ex abundanti quodā fonte plerunque defluat, propter quod satis monet ab usu diuitiarum nostros minimè excludendos. [Nullo] Neque turpi quæstu. Quidam undiq;, & quoduis capientes exuperat, ut sunt hi qui actiones illiberales exercent. Lenones, fœneratores, & qui magno precio parua uendunt, quorum quæstus odiosus est. Omnibus his est turpis comparatio lucri cuius gratia, & quidem exigui interdum probra sustinent. Aleatores, fures, latrones, illiberales sunt. turpi .n. uersantur in quæstu. Aleatores autem interdum etiam cum amicis lucrantur, quibus iure humanæ societatis dare deberent. Quæstus significat lucrum numarium ad differentiā lucri, nam lucrum uocamus etiam in alijs rebus. [Turpi] Cum turpitudine, à qua est abhorrendum. [Odioso] Vt est usura siue fœnus, dictum à fœtura quadam pecunię parientis, atque in crescētis, & ideo usura est odiosa, quoniam est cōtra naturam. pecunia enim non debet parere pecuniam. natura enim non patitur, ut res talis pariat; & pecunia videtur parere cum lucratur, & facit fœnus, à quo fœnerator dictus est. Vnde dicit Seneca: Quid enim est fœnus, & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina? Temporibus nostris (pro nefas) omnes pecuniæ patiūt, & à Christianis iam Iudæi superantur, & adeo iam fœcundus est numus, ut innumeras arcas, & loculos amplos fœneratorum expleat. Naturæ parenti in omnia portenta ruentes uiolentiam facimus, ex re qualibet lucrum placet, nulla honestatis habetur ratio. Olida, & marcida scorta censentur propter nummos. Agricolæ & sancta rusticitas irridentur, boni uiri paupertas. Sardanapalum uiuentibus ludibrio est, quæ non debet esse indecora, nisi quibus inuitis accedit. Iusti uiri ab iniquis, & optimi à pessimis calcantur, & mali præter leges fasq; dominantur. legant igitur perditissimi homines præcepta gentilium, postquā Christi leges non curant, & illis legendis se iam ab omni humanitate alienos cognoscent audientque, modo cupiditatis, & auaritiæ sordibus aures non obducant, diuinæ iustitiæ, & humanæ uocem contra ipsorum rabiem, & æstus cupiditatum inclamātis. [Modo dignis] Aliter esset contra iustitiam, & liberalitatē, quæ dare debet quibus oportet. Nunc autem cuique perditissimo, & immeritissimo tribuitur. boni autem viri, vt viuant indigni iudicantur, meretrices auro gēmisq; fulgent. [Ratione] .i. recto consilio, & arte honesta, ut excogitetur cum ratione, quo pacto augenda sit. Inde adhibeatur diligentia, ut quod ratio suaserit fiat. [Parsimonia] Frugalitate, quæ est maximum uectigal. Parsimonia dicitur ab eo, quod est parum, inde parcus homo. Parsimonia, ut auct. est Gell. apud ueteres R. & uictus cānarum tenuitas, non domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legumq; complurium sanctionibus custodita est. [Nec pateat] Non potius seruiat libidini, & intemperantiæ. [Et luxuria] .i. superfluitati; seu potius liberalitati, pro qua exercenda diuitia comparari debent, ut benefici esse possimus in optimos quosque. [Hæc præscripta, & seruantem] Concludit Cic. de fortitudine, & magnanimitate, & alijs, quæ dicta sunt, pertinentia ad humanam uitā degendam. [Licet] Inquit hominem seruantem hæc præcepta uiuere, ut decet magnificum, grauem, animosum, fortem, & sine fraude. [Simpliciter] Sine fraude. [Fideliter] Sine timore insidiarum, cum propter iustitiam omnes habeat amicos.

eos. [Et amice]Amicabiliter ui. humanè, & gratiosè propter bonitatem, & liberalitatem. aliter. n. ab homini humanitate alieni uidebimur, nam, ut sępe inculcaui, homo ab homine nō debet esse alienus.

FRAN. MAT.

Illud autem] Postquam Cic. de fortis uiri, & magnanimi officijs, & eorum qui remp. gerunt disseruit, adhærens, quasi conclusionem superioris disputationis, repetit ea quæ dixit, & properans ad alia præcepta diuidit officia, quæ homines in uita exercent, docetq; qui sint hi à quibus res maximè geruntur. In de ponit secundos, postea tertios. Et tādem præcipit quomodo res domestica forti uiro augenda sit. Dixit. n. supra, fortē uersari circa res arduas, & ea quæ pertinent ad uitam degendam. Hanc ergo partem propositionis nunc tractabat, concludens si hæc præcepta seruauerimus magnificè grauiter, & amicabiliter uitæ humanæ nos posse uiuere. [Illud] De quo supra disputatum est. Nam dixit de tribus hominū generibus, de his qui remp. gerunt, quorum uitam dixit esse fructuosiorem hominum generi, de his qui in ocio delectantur re sua familiari, & de philosophis qui in rerum contemplatione uersantur, & an res urbanæ sint maiores bellicis. Affert igitur Cic. suam sapiētiam, & conclusionem superioris disputationis, & dicit illos esse locandos in primo gradu magnanimitatis, qui remp. gerūt, & illorum res maximas esse, quoniam latissimè patent officia, quippe eorum, qui reip. consulunt, non ad proprium commodum, sed ad commune spectant, ideo maximam laudem merētur. [Latissimè pateat] Ad communem utilitatem se extēdat, quoniam omnibus prodest bona reip. administratio. [Esse autem] hi sunt secundi, qui se ad philosophandum contulerunt, & doctrinam, contenti finibus rerum suarum, sed quia hoc nō omnibus prodest, sed sibi, & paucis, ideo in secundo loco ponuntur, magnanimi tamē sunt, quoniam spernunt ea, quæ ceteri admirantur, & res contemnunt humanas, & circa magna cognitioneq; dignissima uersantur. ut sunt res naturales, & diuinæ. [Esse autem magni animi] Etiam iudicandum est fuisse multo magni animi, & esse in uita ociosa, præter eos qui uersati sunt in rep.. [Inuestigarent] Inquirerent ingenio, & inuenirent [Magna quædam[Notitia magnarum rerum, & causas earum. [Finibus rerum suarum] Vt nil quærerent, nilq; appeterent præter res suas. philosophi. n. imponētes modum cupiditatibus, & animum diuitem non arcam habere cupientes intra fines rerum suarum se continebant, bona fortunæ minima ducētes. [Aut interiecti] Hi sunt tertij, qui delectātur re sua familiari non capessentes remp. Nec philosophantes, sed uiuentes in agris, cum non possent ferre principum mores. [Interiecti] Medij inter philosophos, & rempu. gerentes. [Exaggerantes] Non accumulantes rem domesticam per fas, & nefas. [Omni ratione] Quocunque modo, sed vnde oportet. i. è suis prædijs pecuniarijs, & uillatica pactione. Nam liberalis est habere diuitias, vnde oportet ut liberalitate uti possit, & magnificentia, nec debemus excludere nostros ab usu rerum nostrarū, quoniā amicorū omnia debēt esse cōmunia, & amicorum multos magis propinquorū, & gentiliū, & pro rep. si opus est debemus effundere pecunias sine aliqua parsimonia. hęc præcepta pertinent ad modestā disciplinā. Quærendę sunt diuitiæ ratione honesta, vt ex agris nostris animalibus, citra tamē iniuriā aliorū, & ex effusionib. metallorū. i. omniū quę sub terra inueniūtur. [Neque exclud.] Nō remouētes ab usu rei nostræ domesticæ. Vnde laudatur à Plut. Nicias Atheniēsis clarissimus Imperator, qui cū argēti fodinā in agro suo haberet, & multos circa se petitores, neminē uacuū dimisit. Non minus. n. inquit Plut. his à quibus male quispiā timeret, quā his, qui bene meriti sunt tribuere cōuenit. Itaque plurimis hominibus Nicię facultates utilitatē afferebāt. [In quo falli sui est] Cū uera esse credimus, quæ de nobis simulatè loquitur assentatur. [Ex quo nas- &c.] Accipit. n. quod Ter. ait, Ex stultis fiūt insani. [Turpiter irr.] Fiuntq; in eos quæ scr. Pers. O Iane à tergo quē nulla Ciconia pinsit. Nec manus auriculas imitata est mobilis artis. Nec linguæ tantū sitas canis Appula quantū. [In max. er.] Nā etiā irrideri se uidentes. inuidia id fieri existimant. Et sic plerūquę pertinacius uitio hærent. [Illud quidem &c.] Quæ in rep. magnanimi officia sint hactenus locutus est. Nunc de officijs præcipit œconomicè, & monasticè, quales, & in re familiari, & in solicitudine esse debeamus. Vtraque aut uita à magnanimo aliena penitus non est dummodo non soli sibi, sed cōmuni etiā utilitati seruiat. [Illud q. dem] conclusio est superius dictorū de fortitudine. Illos autē fortissimos appellandos dicit, qui remp. gubernant. bonum. n. tanto melius quāto latius patet. [Esse autem &c.] Ostendit etiā illos magnanimos esse, & fuisse, qui in solitudine positi, ea scribunt, & faciūt, quæ ad cōmunem omnium vtilitatē spectāt, ut philosophi, & qui interiecti sunt inter philosophus, & remp. gubernātes. Multos philosophos, qui solitudine delectantur. [Inuestigarent] Inquirerēt [Aut conarētur] Hoc est ea tentarent, quæ etiā supra uires essent. Horat. Neq; grandia conamur tenues.] Suarum rerū finibus] Contenti suis rebus quas haberent, in ueri inuestigatione uersarentur, neq; omnino perturbarentur, neq; aliena appeterent. [Aut interiecti inter] Philosophos hos patres familias esse intelligimus, qui re familiari sua delectātur, in qua amplificanda fortem animum habeāt necesse est. si modo. n. magnanimorū numero esse uolūt, & nō quauis rōne, sed honestè tātū, & rectè substantiam augeāt. Bene autem dixit inter philosophos interiectos, & remp. administrantes. quoniam propria commoda non penitus philosophi negligunt, neq; rē omnino deserunt. licet. n. vt ceteri qui in ea uersantur non attingant. Nam ei si quando usus est, operam suam impartiuntur. [Omni ratione] Etiam per scelus, & nefas [Suos propinquos] Amicos. [Si quando vsus] si quando opus est reip. eorum re familiari. [Nullo turpi quæstu] Vt sordida aliqua mercatura. nō enim honesta est mercatura, si sordida est, vt, fœneratione, furto delationibus falso, vnde lex de falsis, quæ etiam testamentaria uocatur, hæc pœnam irrogat ei, qui testamētum, uel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, qui ue signū adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo. [Odioso] vt delationibus, aut falso. [Tum quamplurimis &c.] Vt dignis largiatur, non autem indignis. [Rationes citra alterius damnum, & honestè, neq; supra modum vult, & honestè acquiri, & honestè augeri. Multis autem modis honestè res familiaris augetur, & qui eam honestè augent laudari solent, ad quod consilio opus est. [Diligentia] Cura, diligentia autem, vt in prouerbio est, comparat diuitias. [Parsimonia] Vt quæsitis parce utamur, ut non effundamus parce uiuere laudis est. Vnde parsimonia frugalitas, & modestia in uictu. Parco autem conseruo est, parcus ab eo dictus est, quod ei qui parcus est parum quid satis est, nō ab eo, qnod parsit arcę, ut Bassus inquit, aut potius, quod pecunia cōsumi, atq; impendi arceat, aut quod parum arceat sibi, idest includat. Sed parsimooia dicitur etiam temporis cum eo non abutimur, nec effluere incassum sinimus. Plin. iunior in epist. magnam auunculo suo temporis parsimoniam fuisse scribit. [Nec libidini &c.] Vt uoluptati satisfacias, & vbi opus non est effundas, nam libido hæc pro Venereo appetitu, luxuria pro omni accipitur immoderato apparatu. [Hæc præcepta] Omnes hac clausula fortitudinis partes complectitur, & magnanimitatis. [Magnificè] Magnanimi est magnas res aggredi. [Grauiter] Fortis est patienter ferre labores, & in illis perseuerare. [Animosè] Fidendo, nā fidentia fortitudinis pars est, per quā magnis, & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cū certa spe collocauit. [Simpliciter] Ne quid simulati habeat, & quæ promisit ea præstet, & huius in uerbis. [Fideliter] In factis. [Amice] Ne cui noceat.

Parsimonia, Parco, Parcus.

ASC.

Autem, pro sed, illud quod sequitur est iudicandum sic, scilicet res maximas, & maximi animi, idest pertinentes ad maximum animum geri, idest publicè fieri ab his qui gerunt rēpu. quod, idest quandoquidem, vel ad quod administratio eorum pateat latissimè, & pertineat ad plurimos. Autem, pro sed, sup. iudicandum est multos esse, & fuisse magni animi, etiam in vita ociosa, qui aut inuestigarent, idest inquirerent, aut conarentur, idest molirentur quædam magna, & qui continerent se finibus, idest intra limites suarum rerum. aut qui existentes interiecti inter philosophos, & eos qui administrare rempub. delectarentur sua re familiari, non exaggerantes, idest accumulantes, quidem, idest certè, eam, scilicet rem suam omni ratione, idest omni uia, & modo, neque excludentes suos, scilicet familiares propinquos, & necessarios ac amicos, ab vsu sup. rerum suarum, impertientes, idest partem dantes potius, scilicet quam soli habeant, & amicis, & reip. si quando, idest aliquando esset usus, idest utilitas, & opportunitas, quæ, scilicet res sit bene parta, idest acquisita primum, & nullo quæstu, neque odioso, tum, idest insuper ipsa res sic acquisita præbeat se utilem quā

plurimis, idest valde multis, modo, idest dummodo dignis. deinde ipsa res, augeatur ratione, diligentia, parsimonia. nec pareat, idest obtemperet, & inseruiat potius libidini, & luxuriæ, quàm liberalitati, & beneficentiæ, licèt, idest licitum est seruantem, idest eum qui seruet hæc præscripta, idest has regulas uiuendi, viuere magnificè. grauiter, & animosè, atque etiam simpliciter, fideliter, & amicè, idest conuenienter, & fauorabiliter uitæ hominum.

ARGVMENTVM.

Quartus officiorum fons, temperantia, quam Aristoteles moderationem esse putat cupiditatem, earum duntaxat, quæ circa gulæ, & sanguinis uoluptates uersantur. Temperans, inquit, ea cupit, quæ oportet, & ut oportet, & quando oportet. Huius est caput, ut cupiditas rationi pareat sicut puer pædagogo. Indidem oritur illud decorum quod quemadmodum à natura ac ceteris circunstantiis ducatur, omneq; uitæ officium cohonestet, diuinitus tradit Cicero.

TEMPERANTIA.

SEquitur, ut de illa reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua uerecundia, & quasi quidam ornatus uitæ, temperātia, & modestia, omnisq; sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. hoc loco continetur, id, quod dici Latinè decorum potest: Græcè enim πρέπον dicitur. huius uis est ea, ut ab honesto non queat separari. nā, & quod decet honestum est: & quod honestum est, decet. Qualis autem differētia sit honesti, & decori, facilius intelligi, quam explanari potest. Quicquid enim est, quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas.

PETR. MARS. SEquitur, vt de illa reliqua parte honestatis] Absolutis tribus partibus, transit ad quartam, & vltimam, de qua disputabit vsque ad calcem uoluminis. Et adiungit Temperantiæ, Verecundiam, Modestiam, Ordinem, Constantiam, & Ornatum. Intemperantiam dicebant Stoici esse matrem omnium perturbationum, temperantiam uero omnium officiorum. in fine faciet comparationem de duobus honestis, vt proposuit. Verecundia est timor dedecoris, & ad illos pertinet qui cum perturbatione viuūt, ut sunt adolescentes. non est autem virtus, sed quoddam bonum ex suppositione, ut ita dicam, quia ob uerecundiam adolescentes non errant. nam qui uerecundiam habet à scelere reprimitur. quippe adolescēs cupiditates habet infinitas, à quibus propter pudorē abstinet, & probatur pudor in ipso adolescente, quoniam est iudicium bonitatis, & tūc apparet bona indoles. Ideo dicit Terent. Erubuit, salua res est. Plato in Charmide de temperantia sic scr. Tunc genæ Charmidis rubore suffusæ gratiorem formam ostenderunt. nam pudor eam ætatem decet. Aristo. sic ait: Non ad quamuis ætatem, sed ad iuuenilem pertinet verecundia. censemus enim eos, qui eius ætatis sunt uerecundos esse oportere, eosq; laudamus adolescentes, qui uerecūdi sunt. Pudentes, inquit Cyrus apud Xenophontem, quæ turpia sunt in propatulo fugiunt: Temperantes uero ac pudici, etiā in obscuro. Verecundia, inquit Sen. bonum in adolescente signum. Ad senes autem non pertinet uerecundia, quia illos nō decet peccare, sed esse expertes omnis perturbationis, cum nō sit in ipsis feruor caloris naturalis, & senem non laudamus ob pudorem, quia non decet ipsum id propter quod pudore afficiatur, & non cadit in uirum probum, quia pro re turpi oritur pudor, & ipse uir probus ab omni turpitudine alienus est, unde uerecūdia ad illum pertinet, qui est pronus ad delinquēdū, & uersatur inter æstus perturbationum, ergo uerecundia est probitas ex suppositione, non per se necesse est enim, vt vitium præsupponatur, ut ita dicam, postea inducatur pudor, qui illud reprimat. Virtus autem est quoddam bonum simpliciter, & absolutè & omni ætati conuenit. Erit igitur pudor quidam affectus, & fit in facie rubor, qui nascitur ex animi pudore. qm natura, ut uolunt physici, cum quid ei occurrit honesto pudore dignum, imum petendo penetrat sanguinem, quo commoto atq; diffuso cutis tingitur, & inde nascitur rubor, & natura pudore tacta ita sanguinem pro uelamēto tendit, ut uidemus quenq; erubescentem manum sibi ante faciem frequenter opponere, & rubor in facie nil aliud est. n. si color sanguinis, & pudor nil aliud, quàm timor iustæ reprehensionis, exuperatio dicitur expauescentia, & qui eam habet, in omnibus pudore afficitur, etiam in quibus non oportet. Defectio autē dicitur impudentia, & qui eā habet nullo pudore afficitur, & dicitur impudens, quo nihil est turpius. [Temperantia] Est mediocritas citra voluptates atq; dolores, & propriè circa eas uoluptates, quæ gustu percipiuntur, & tactu, ut in cibo potuque, & rebus Venereis, circa quæ uersatur intemperantia, quæ est exuperatio. Vnde Philoxenus auct. Arist. collum gruis optabat, ut maiorem uoluptatem in epulis sentiret, quæ maximè sensum tactus, & gustus moueret, vnde magis uituperanda est, cum sit nobis communis cum belluis, quæ tactu delectantur, & gustatu, odore autem non per se, sed per accidens. unde id quod est causa odoris assequuntur, non curant illum amplius, ut canes qui feras odore inuestigant, & aues. Sensus tactus, & gustatus sunt magis materiales quam ceteri, & tactus est communis, & primus omnium sensuum, quia omnia animalia habēt tactū, & circa uoluptates animi non uersatur temperantia, aut intēperantia, & his quæ uisu percipiuntur, non dicimur temperantes aut intemperantes, nec his quæ auditu. nam eos qui cantu delectantur, non dicimus intemperantes, nec his quæ percipiuntur olfactu. Interdum et capiuntur uoluptates ex odore florum. nō tamen dicitur intemperantia. Relinquitur ergo tēperantiam, & intemperantiā uersari circa ea, quæ gustatu tactuq; percipiuntur. Defectio nomine caret, potest tamen dici insensibilitas, & qui eam habet, insensatus, cum nō moueatur sensu alicuius uoluptatis, sed hoc in paucissimos cadit, & ideo talis dispositio non habet nomen. pauci. n. sunt, qui deficiāt in capiendis uoluptatibus, quæ nobis ingenitæ sunt, & quibus nō facilè obsisti potest. Est. n. appetitus voluptatibus insatiabilis, cui bellum indicendum est. Hierocles Stoicus uir grauis dixit. Voluptatis finis meretricis decretum est. Et Plato uoluptatem escam malorum appellauit, quam dicebat primam calamitatē animo nostro accedere, cum corpori coniungitur, deprauationem autē, & dissolutionem assequi, cum cogitationes eum à corporis cupiditatibus separantur. Idem in Charmide sic ait: Temperantē esse illū dico, qui singula ut decet, agit, & quiete per viā incedit, loquiturq;, atq; ut in summa dicam tranquille facit omnia, & ut breui complectar, quod quæris, quies quædā esse uidetur, & sedatio. hæc ille. Temperantia est tēperatrix omnium commotionum, & à libidine auocat, ingentiq; alacritate gestire non sinit, & ut honestè uiuamus, & à nulla uoluptate subigamur, sua nobis lege præscribit. Est etiam prudentiæ conseruatrix, & à prudentia deriuatur. nam φρόνησις Græcè, Latinè dicitur prudentia σωφροσύνη dicitur temperantia, quasi quæ conseruatrix mentis, & prudentiæ. Intemperantia uerò corrumpit prudentiam, & bonam æstimationem atq; iudiciū. vnde potest rectè dici omnem uirtutem esse temperantiam atque modestiā, à cuius fine. i. honestate ipsum decorū separari nō potest, nisi libera cogitatione. Temperantia dupliciter accipitur, uno modo communiter circa uoluptates percipiendas sensu, alio modo propriè, cū. s. est mediocritas circa uoluptates gustatus, & tactus, & temperantiæ plures sunt species, cum plura eius obiecta sint, ut potus, cibus, Venus. Temperantia cibi dicitur abstinentia, potus sobrietas, Veneris castitas, osculi pudicitia. Cōtinentia est affectio inuiolabilis rectæ rationis, siue habitus voluptatibus insuperabilis. Modestia interdum cōuertitur cū temperantia, interdum ponitur pro tota uirtute. quoniam in omni uirtute modus requiritur, sed maximè in ipsa temperantia, quæ aduersatur uoluptati, qua corrupti res honestas negligimus. Moderatio est quasi actus ipsius modestiæ, & decorū accōmodatur ad oēs uirtutes. Græcè dr̄ πρέπον. i. decens. [Quasi quidam ornatus uitæ.] Nam ut dictū est, temperātia atq; modestia sunt quidā ornatus actuosæ uitæ, iccirco talē uirtutem κοσμιότητα vocāt Græci, & q̄a tēperantia est cōseruatrix prudētiæ, sine qua nō pōt esse aliqua uirtus, iō dicit ipsam una cum modestia esse quendam ornatū uitæ. Plat. in iiij. de rep. sic ait. ornatus quidā est temperātia, & voluptatibus cupiditatibusq; quibusdam, ut perhibēt, abstinentia. [Sedatio] perturbationū]

quoniam

quoniam temperantia,& modus mitigant animi perturbatio-
nes,& mẽtem ſanant. Temperans.n.dicitur ille,qui eſt integræ
mentis. Integra autẽ mens non perturbatur, nec æſtu fluctuat
affectuũ,ſed in omnibus ſe rationi ſubijcit,quæ vult,vt in om-
ni re modus ſeruetur. Stoici,quos Cic imitatur uolebant om-
nium officiorum cauſam eſſe temperantiam,ſcelerum vero in
temperantiam, & profecto ſic eſt. Nam vir temperans ab offi-
cio nunquã diſcedit intemperãtia in omnibus nos delinquere
cogit. Apud Græcos intemperans ἀκόλαςος dicitur.i.incaſtiga
tus. Vnde pueri dicuntur intemperantes.i.incaſtigati. Ideo
datur ipſis pædagogus, ut ſit tãquam recta ratio,qua pueri ua
cant ob ętatem,& cupiditates dicuntur ſubiici rationi,quoniã
per operationes cupiditatis aſſequimur intemperantiã, quo
uitio nullum poteſt eſſe maius.quoniam ratio ab appetitu ui
cta eſt penitus, & ruit intemperans ad uoluptates ſine aliqua
repugnantia intellectus. Vnde magis vituperatur,quam incõ-
tinens,quoniã in ipſa continentia fit aliqua pugna inter ratio-
nem,& appetitum, uincit tandem appetitus, ſuccumbitq; ra-
tio. Temperans uero magis laudatur,quam continens,quoniã
nullam habet perturbationem,& appetitus paret rationi ſine
aliqua repugnantia. In ipſo autem continente non eſt ſedata
perturbatio,ſed fit pugna inter appetitum, & rationem. Vin-
citur tandem appetitus à ratione. Ergo temperãtia maior eſt,
quam ſit continentia, & intemperantia eſt maius malum quã
ſit incontinentia.[Et rerum modus]Menſura quædam,& mo-
deratio in omnibus rebus. Igitur temperantia ſanat animos,
& moderatio imponit modum,& decorum rebus agẽdis.[Cer-
nitur] Spectatur,& laudatur.[Hoc loco]Hac parte honeſtatis,
in qua omnia fiunt, omniaq; dicuntur ordine,& modo. [De-
corum]Dicitur id quod conuenit,& decet, de quo plura dicẽ-
tur loco ſuo.[Huius]Decori eſt ea potentia, & natura,ut non
poſſit ab honeſto ſeparari.[Facilius intelligi].i. poſſumus libe-
ra cogitatione intelligere differentiã,quæ inter decorũ & ho-
neſtum, explanari autem non poteſt, nam tunc dicitur deco-
rum, cum eſt honeſtum, & honeſtum decorum. [Explanari]
Demonſtrari re ipſa,& actu. [Quidquid .n.] ratio eſt [Id tum
apparet] Eſſe decorum .ſ.cum præceſſit honeſtas, & uirtus.di-
citur enim aliquid decens cum eſt cum virtute.

FRAN. MAT.

Sequitur.] Trium honeſti partium quæ officia ſint oſtẽdit.
de tertiæ partis officijs nunc præcipere incipit. hoc eſt de tem-
perantia. Quæ vt ait Ariſt. circa uoluptates corporis, & dolo-
res mediocritas eſt, non tamen circa omnes uoluptates. Nam
qui uiſu,auditu,olfactu,guſtu delectantur, neque temperan-
tes,neq; intemperantes eſſe poſſunt. Quanquam fieri poteſt,
ut,& ij,quantum dicunt,& plus,& minus delectẽtur. Circa uo-
luptates animę,ut in auiditate honoris,& in auiditate diſcipli
næ,non exiſtit temperantia,aut intemperantia. Cum uero cu-
piditatum aliæ communes ſint,aliæ propriæ, atque appoſitæ.
In naturalibus cupiditatibus, quæ communes ſunt omnibus,
pauci delinquunt,vt in potu,& cibo. In proprijs multipliciter,
& delinquitur, cum autem gaudemus quibus non debemus,
aut magis quam debemus,aut non debemus. Sed de his expli-
catius inferius. Dicit autem Cic. quandam uerecundiam, &
quaſi omnium huic parti ineſſe. Sed uerecundia ,ut ait Ariſt.
magis affectui,quam habitui, hoc eſt uirtuti,ſimilis eſt, quæ
diffinitur timor quidam eſſe dedecoris,propè fit perinde ac ti-
mor ille,qui accidit in rebus grauibus. Erubeſcunt .n. verecun-
dantes,mortem uero timentes palleſcunt. Vtrunque circa cor-
pus accidit. Et magis affectus eſt quam habitus. Non autem
omni ætati cõuenit uerecũdia, ſed iuuenili. Verecundos enim
iuuenes putãt eſſe oportere,propterea quod cupiditatibus ob
noxij, uerecundia prohibentur in multis delinquere, & ex iu
uenibus uerecundos laudamus. Seniorem nemo laudat,quod
uerecundus ſit. Non .n. probi eſt uerecundia. Si quidem pro-
uenit ex improbis rebus, quæ agendæ non ſunt. Eadem uere-
cundia licet habitus non ſit, ut dictum eſt,mediocritas tamen
eſt. Cuius extrema parum & nimis,ſine nomine ſunt. Plaut.in
Epidico ea circunlocutus eſt dicens. Plerique homines ſunt,
quos ubi nihil uſu eſt pudet. Vbi uero pudendum eſt,eos deſe-
rit pudor. Cum ergo uerecũdia timor ſit dedecoris,& reprehẽ-
ſionis, rectè eam temperantiæ ineſſe dicit Cic. quæ ut dictum
eſt, circa corporis immoderatas, & inhoneſtas uoluptates exi-
ſtit. [Verecundia] Quæ cum ſit timor dedecoris efficit, ut à
turpitudine abſtineamus, & nihil ineptè, nihil ſcurriliter, aut
diſſolutè dicamus, aut faciamus, & modum in actione no-

Verecũdia.

ſtra ſeruemus. [Quaſi quidam,&c.] Ornatus ex ordine profi-
ciſcitur, omnibus rebus adhibitis. Verecundus uero in primis
ordinem ſeruat,timore enim iuſtæ reprehenſionis, nequid in-
eptè agat,ſemper uidet. [Temperantia]Quæ,ut Cic.diffiniuit
eſt rationis in libidinem atque in alios nõ rectos impetus ani-
mi firma, & moderata dominatio. Eius partes ſunt continen-
tia per quam cupiditas conſilij ratione regitur. Clementia per
quam temere animi in odium alicuius inuentionis concitati
comitate retinentur. Modeſtia per quam pudor honeſtus cla
ram, & ſtabilem comparat auctoritatem. Temperantia circa
voluptates corporis, & dolores, vt neque gaudeamus quibus
non debemus, neque doleamus magis, quàm oportet niſi uo
luptate potiamur. Nam cum dolore cupiditas, ut ait Ariſt.cõ
iuncta eſt. [Perturbationum animi] Vt gaudij, doloris, quod
temperantia facit rerum modus, quod modeſtia efficit. [Hoc
loco &c.] πρέπει Græcè ſignificat decet τὸ πρέπον decorũ hoc
ita cum honeſto natura coniunctum eſt, vt ſeparari ab eo nõ
poſſit niſi cogitatione. ſicuti à frigiditate niuis albedo, à flauo
colore mellis dulcedo diuidi non poteſt ſeparatim, tamen de
vtraque qualitate diſputatur. Et ut melius aptiusq; intelliga-
tur, Decorum cum honeſto, ut naturalis illis res coniunctum
eſt. Quidquid autem naturale eſt ſeparari ab eo nõ poteſt cui
naturale eſt. Sicuti riſibilitas ita naturalis eſt homini,ut ſeiũ-
gi ab eo nequeat. Duplex uero naturale eſt, & hoc ineſt homi-
ni à natura, ut auiditas diſcendi, illud ſecundum naturæ cur-
ſum, ut uis hominem procreandi, utrunq; abeſſe ab homine
non poteſt. Et ſi de vtroque ſeorſum ab homine diſſeritur, ta-
le decorum eſt honeſto natura ipſa copulatum, ex quo effici-
tur,ut melius cogitatione vtriuſque percipi poſſit differentia,
quam uerbis explicari,ut Cic. ait.[Huius uis &c.] Itáque, in-
quit,inhæret honeſto ut ab eo ſeparari nequeat. Exempli cau-
ſa,ignis urit,& lucet, uſtio ac lux ab igne ſeparari non poteſt.
Qualiter autem utrunque inſit igni, concipi animo poteſt. Et
ſic de vtroque ſeorſum dici. Item niui frigiditas ineſt, & albe-
do. Frigiditas tactu cognoſcitur, Albedo oculis cernitur. Se-
parari hæc non poſſunt inuicem,nec nix eſt quin ſit frigida, &
alba,nec ignis quin luceat,& urat. eodem modo nihil hone-
ſtum eſt quin deceat, & ubi honeſtum eſt illic decorum ſit ne-
ceſſe eſt. Semper autem honeſtas antecedit decorum. Cum
enim honeſtè factum aliquid uidemus,ſtatim idem pulchrum
eſſe iudicamus. Et tale videtur eſſe, ut careat omni turpitu-
dine. Hinc eſt, quod pulchrum pro honeſto, & honeſtum
pro pulchro accipitur, & apud Græcos τὸ καλὸν vtrunq; ſi-
gnificat. Nam, & quod decet] Exempli cauſa euenienti in cu-
riam ſeni iunior aſſurgit, hoc decorum videtur, idem, & ho-
neſtum eſt. Conuenit.n. nos venerari ſenectutem. [Et, quod
honeſtum &c.] Quidam iniuriam ab eo cui infertur repellit,
aut ſe pro patriæ ſalute periculo obijcit. hoc honeſtum eſt idẽ
& decorũ videtur, quoniã omnes laudant. cõuertũtur autem
hæc rectè inter ſe honeſtum.ſ.& decorum ſic probatur,quod à
conuertibili ad ſuũ conuertibile valet argumentũ. Conuerti-
bile duplex eſt eſſentiale,& proprium. Eſſentiale eſt diffinitio-
nis diffinitio,& deſcriptionis deſcriptio, & de hoc conuertibili
hic ſermo nõ eſt. Sed de eo quod eſt conuertibile cum ſuo ſu-
biecto,ſecundũ quod proprietas,& ſubiectũ ſequuntur ſe mu-
tuo in bono argumẽto. Decorum proprietas eſt ad honeſtum,
hoc vero illi ſubiectũ, quoniã honeſtũ ad homines virtutis ge-
nus eſt,& in omni virtutis parte incluſum, quod ꝓprietas ſe-
quiť,q̃ eſt cõuertibilis cũ eo,& ſicut genus cuiq; parti ineſt,ita
& ꝓprietas.[Qualis dĩa] Põt de utroq; ſecũdũ duplicẽ quali-
tatẽ honeſtatis,& pulchritudinis ſeparati dici,diuidi tñ inuicẽ
niſi ſola cogitatio,ut dctm̃ eſt,nõ pñt. [Antegreſſa]Non tpe,
ſed cogitatione. Nã ſimul atq; cogitare animus honeſte aliq d
eſſe,ſtatim idẽ decorũ eſſe intelligimus, quoniã ſcimus non
poſſe eẽ honeſtũ quin idem decorum ſit. Sicut non poſſumus
cogitare ignem quin cum eo lucem, & vrendi vim cogitemus.

Sequitur &c.] Incipit determinare de quarta virtute prin-
cipali,ſcilicet de temperantia. Eſt autem ordo. Sequitur.i. cõ-
ſequens eſt,ut dicendum ſit de una reliqua parte honeſtatis,
in qua eſt uerecundia,& quaſi quidam ornatus uitæ.i. tempe-
rãtia,& modeſtia. Et omnis ſedatio perturbationum animi,&
modus rerũ cernitur .i. decerniť, & deſpicitur hoc loco conti-
netur.i. ad hunc locũ ſpectat id, quod poteſt Latinè dici deco-
rũ.dicitur.n.Græcè πρέπον. Vis.i.virtus,& potẽtia huius.ſ.virtu
tis,hoc eſt decori eſt ea.i. talis,vt nõ queat ſeparari ab honeſto.

Continẽtia. Clementia. Modeſtia.

Honeſtũ

Decorũ.

Naturale dupl.

Exẽplũ de igne.

Eſſentiale,& proprium.

Nam

Nam illud sup. quod decet est honestum, & quod honestū est decet. Potest autem facilius intelligi. i. animo concipi, quā explanari. i. verbis exprimi qualis differentia sit honesti, & decori. i. inter honestum, & decorum. Quicquid. n. est, quòd deceat id apparet, tum. i. tunc sup. decere, cu m. i. quando honestas est antegressa. i. præcessit in eo.

ARGVMENTVM.

Duplex decorum generale quod in omni officio situm est, & speciale, quod temperantiam propriè consequitur. Diuus Ambrosius generale decorum accepit, quod ex harmonia, & consensu omnium inter se uirtutum exiſtit, quale relucet in concordia uniuersitatis. speciale, quod in una quapiam parte relucat potisſimum tamen temperantia.

Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiā in tribus superioribus, quid deceat, apparet. Nam & ratione vti, atque oratione prudenter; & agere, quod agas, considerate; omniq; in re, quid sit veri, videre, & tueri decet: contraq; falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, & mente captum esse. Et iusta omnia decora sunt; iniusta omnia contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. quod enim viriliter, animoq; magno fit, id dignum uiro, & decorum uidetur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. quare pertinet quidem ad omnem honestatem, hoc quod dicit, decorum, & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddā, idque intelligitur in omni uirtute, quod deceat: quod cogitatione magis à uirtute potest, quam re separari. vt enim venustas, & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum quidem illud est cum uirtute confusum, sed mente, & cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex, nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate uersatur, & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic ferè definiri solet: decorum id esse, quod consentaneū sit hominis excellentiæ, in eo quo natura eius à reliquis animantibus differat. Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiūt, ut id decorum esse uelint, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum specie quadam liberali. hæc ita intelligi à philosophis, possumus existimare ex eo decoro, quod Poetæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent: sed tum seruare illud poetas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaque persona dignum est, & fit, & dicitur: ut si aut Aeacus, aut Minos diceret,

Oderint, dum metuant; aut,

Natis sepulchrum ipse est parens;

indecorum uideretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At, Atreo dicente, plausus excitantur. est n. digna persona oratio. sed Poetæ, quid quenque deceat, ex persona iudicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstantiaq; animantium reliquorum. quocirca poetæ in magna varietate personarum, etiam uitiosis quid cōueniat, & quid deceat, uidebunt. nobis autem cum à natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, uerecundiæ partes datæ sint; cumque eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos aduersus homines geramus: efficitur, ut & illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit, appareat, & hoc, quod spectatur in uno quoque genere uirtutis. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione mēbrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbationem eorum, quibus cum uiuitur, ordine, & constantia, moderatione dictorum omnium, atque factorum. adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines, & optimi cuiusque, & reliquorum. nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat in omni ratione habēda inter iustitiam, & uerecundiā. iustitiæ partes sunt, non uiolare homines: uerecundiæ, non offendere: in quo maximè perspicitur uis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto.

PETR. MARS.

Itaque] Cum hoc ita sit, inquit, ut decorum tūc appareat, cum præcessit honestas & honestas cuiusq; virtutis finis sit, sequitur omnibus virtutibus inesse hoc decorum, non solum in ipsa temperantia. [Hoc loco] In hac quarta parte honesti. [In tribus] Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & probat hoc incipiens ab ipsa prudētia. [Nam & ratione vti] Intellectu, & Prudentia, quę est in homine recta ratio, & vti ratione in omnibus rebus, prudentis est, & hominem decet, aliter uideretur natura frustra ipsam dedisse. [Oratione] Sermone cum prudentia. [Considerate] Non temere. [Quid sit veri uidere] Quoniam ut dictum est, prudentiæ obijcitur ueritas, & rectitudo in rebus agendis, & prudentē decet uerum uidere, nec decipi. [Et tueri] Defendere, quoniā ueritas defendenda est, & si prudens mendacium tueretur, faceret contra suam naturam, & sic efficeretur imprudens. Decet enim prudentem uerū inuenire, dicere, tueri, & contra facere dedecet. [Contra] Ex alia parte ponit ea in quibus decorū prudentis non seruatur. Falli, decipi falsis opinionibus, & rebus, & non uidere uerum. [Labi] Errare quadā negligentia, nam illi dicuntur labi, qui sine diligentia incedunt, & sic labuntur illi, qui non inuestigata veritate imprudenter errant. [Errare] Falsum pro uero sequi. [Decipi] Verbis. [Tam dedecet] Tā est indecorum, quam insanire. [Mente capti] Dicūtur insani, quemadmodum capti oculis, cæci. [Delirare] Est exorbitare à proposito, uiaq; rationis discedere, & ea dicere quæ nullum habent pondus, & ab omnibus irridentur. Inde dicuntur deliri senes, q. ridicula dicūt, & deducitur à uerbo liro, & lira est eminentior pars sulci obliqui. Et qui in obliquum sulcos ducit, ut sata melius proueniant, & aqua corriuetur, lirare dr. Et sic delirus dr is qui à ratione aberrat, & fertur obliquus. Pli. lib. 18. ducit. A ratione per transuersum iterata occatio sequitur, vbi res poscit crate, uel rastro, & iacto semine iteratio, hoc quoq; vbi consuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod lirare uocant, unde primum appellata deliratio est. Ideo dicit Non. delirare est de recto recedere. Lira autē est fossa, quæ ad agros tuendos ducitur, in quam uligo terræ decurrat. Cū arāt, inquit Varro, iacto semine boues, lirare dicuntur. Liras, inquit Col. rustici uocant porcas, cū sic aratū est, ut inter duos latius distātes sulcos, medius cumulus siccā sedem frumētis præbeat. [Et omnia iusta] Nunc ostēdit decorū ipsum in esse iustitiæ, nā oīa iusta decorū habēt, iniusta aūt quēadmodū turpia sunt, sic pter decorū. [Turpia] Remota à virtute. [Similis rō] Nūc d' decoro, qđ est in ipsa fortitudine. [Aīo magno] Cōtineri res humanas, & picula, qm̄ ut uolūt Stoici, magnanimitas ē scīa, q̄ habitū facit celsiorē oībus, q̄ cōtigere pn̄t, equabiliter bonorū, & malorū. [Qđ cōtra] Qđ nō fit utiliter, & magno aīo, turpe est, & indecorū. [Quare] Cōcludit p ea, q̄ iā dicta sunt, ad oēs virtutes ptinere decorū. & ita ptinere, ut ab ipsis separari nō possit.

[Hoc]

[Hoc]Decorum,de quo tractant philosophi ; in officijs de decoro posito in personis dicet postea.Recondita]occulta,& subtili indagatione inuestigetur,quoniã apparet omnibus,& spõte sese offert.[Est.n.quiddam]Vnum nescio quid quod mente intelligitur,quod deceat in omni uirtute. [Quam re] Actu, & probat hoc per similitudinem pulchritudinis,quæ non potest actu separari ab ipsa valetudine corporis, possumus tamẽ libera cogitatione intelligere aliud esse pulchritudinẽ, aut valetudinẽ,sed actu separari nequeunt,quoniam remota honestate, remouetur etiã decorũ,& remoto decoro,remouet̃ honestas . possumus tamen cogitare aliud esse honestatem , aliud decorũ,quod est quasi ornamentũ ipsius honestatis,vt pulchritudo bonæ valetudinis . De uenustate , & pulchritudine paulo post dicetur. Nam venustas propriè mulierum est,& illa gratia quã præ se ferunt in vultu,& dicitur à Venere . Inde homines dicũtur inuenusti,qui gratia carent. Vnde apud Terentium queritur Pamphilus se esse inuenustum,& infelicem,& quorundam scripta dicuntur habere uenustatem. i.gratiã,ut omnibus placeant. Et Isocr. apud Græcos sectatus est omnes dicendi veneres.i.omnia lenocinia, quæ scriptis gratiam cõparare possunt. Inde dicitur attica uenus , quoniam atticorum scripta habebant gratiam,sunt nonnulli eruditi tamen qui non habent uenerem,quod etiam in ipsis formis accidit.[Secerni]Separari actu,& re.[Sic]Eodem modo.[Confusum]Mistum ex omni parte,sed mistum dicitur ex parte,confusum ita immistũ , vt nullo modo reipsa possit separari.[Distinguitur]Separatur libera cogitatione.[Est autem]Diuidit ipsum decorum, postea diffinit.[Descriptio]Diuisio,designatio, delineatio, quoniam duplex est ipsum decorũ generale,& particulare,quod priori subijcitur,ut cum dicimus,decet honesta facere,virtutemq; exercere.inde dicimus, decet iustum esse, fortẽ, magnanimum , & sic de singulis partibus honestatis. [Atque illud superius]idest generale illud decorum,& affert diffinitionẽ eius, quod in toto quasi corpore virtutis apparet.[Consentaneum]Cõueniẽs. vnde hi homines,qui aliquid contra naturam committunt,decorũ humanũ non seruant,& sic sunt belluæ.[Excellentiæ]Præstantiæ,qua differt à ceteris animantibus. Igitur nihil agẽdum est,quod hominis præstantiam dedeceat. [In eo] Ratione.s. & oratione,q̃bus homo differt à ceteris animalibus , ergo in sua præstantia homo debet seruare decorum,& nihil agere , quod homini conueniens non sit , & est hoc decorũ tanquam locus cõis.Nam in oratione locus cõis dicitur ea pars,quæ nõ de aliquo noĩatim disputat, aut agit, sed de uniuersa re,habet acrẽ incusationẽ uitiorũ cum amplificatione.Nonnunquam locus cõis continet ancipites disputationes in quibus de vniuerso genere disputamus, vt de virtute. Ideo dixit in Paradoxis , ludẽs conieci in cões locos , qm̃ probans illas opiniones admirabiles esse ueras,incusat uitia generaliter,& non nominat aliquẽ,sed vtitur loco cõmuni. [Quæ aũt pars]Illud decorũ particulare, quod est species illius primi decori. [Generi]Illi decoro,quod est generale.[Consentaneum]Ita conueniat naturæ humanę. [Moderatio]Modus quidam in omnibus dictis factisq;,nã debet adhiberi semper moderatio actionum , & sic erit decorum per singulas partes honestatis. [Cum spe.]Apparẽtia liberi hominis non scurrilis. Serui omnes dicuntur , qui affectibus seruiũt,vt homo igitur ingenuus in omni re,ut seruet decorum, nihil seruile facere debet, sed omnia debent sapere quandã ingenuitatem.[Liberali]Digna libero homine, & ingenuo. philosophi accipiunt personam humanam,ea ratione qua persona humana est,& non ficta more poetico,& dicunt decorũ ab ea seruari,si ab eius excellentia non degenerat,& id agat quod virtuti conueniat,& honestati,ad quam nati sumus;poetæ autem personas ad libidinem sibi fingunt,quibus accõmodãt decorum.Et sic ostendit hoc esse propriè decorũ,quod uirtuti cõgruit. Inde sumitur à poetis largo modo , ut tunc decorũ dicatur seruari, cum oratio qualitati personæ introductæ accõmodatur. vnde dicit Fabius poetas habere decorum in personas,& sic ponitur à Cic. differentia inter decorum philosophicũ,& poeticũ,quoniam philosophi bonis viris tantum tribuũt decorũ.poetæ autem tam bonis,quam malis,ut tyrannus si tyrannicè,& crudeliter loquitur , dicatur seruare decorũ,qm̃ talis oratio personæ conuenit. Philosophus autem dicit nihil esse decens,nisi quod honestati coniungitur. est enim decorum confusum cum tota uirtute, & sic differt inter utrunque decorum.[Hæc ita]Vt finitum est ex sententia philosophorum,qui dicunt id esse decorum , quod naturæ congruit,& habet temperantiam,& modo cum specie liberali.[Ex eo decoro].i argumento poetico decori.Sensus est . Decorũ poeticum in personis positum demonstrat hæc intelligi à philosophis.de decoro poetæ fingunt personam , philosophus autem uitæ magister personam hominis diuini animalis considerat, cui conuenientem accommodat actionem.[Ex]Significat causam,unde dicimus ex hoc illud intelligitur. Alibi dicit . Magna intelligemus sæpe ex paruis. [De quo]Decoro seruãdo apud poetas in personis.[Alio loco]In rhetoricis,& præceptis dicendi.Cic primus apud Latinos dixit decorum : ita n.ait in oratione, Vt in uita sic in oratione nihil est difficilius , quam quid deceat uidere. πρέπον appellant hoc Græci,nos dicamus sanã decorũ, de quo præclara,& multa præcipiuntur, & res est cognitione dignissima,huius ignorantia,non modo in uita, sed sæpissimè in poematis,& in oratione peccatur,semperq; in omni parte orationis,ut uitæ,quid deceat considerandum est , quid in re de qua agitur positum est,& in personis,& eorũ qui dicunt, & eorum qui audiunt. itaq; , hunc locum longè lateq; patentẽ philosophi solent in officijs tractare.decere est quasi aptũ esse, & consentaneum tempori,& personæ.quod cum in factis sæpissimè, tum in dictis valet,in uultu deniq;,& gestu, cõtraq; dedecere. [Sed tum seruare illud poetas dicimus]Nunc ponit decorum, quod poetæ seruant. Nam apud ipsos in personis decorũ petitur,illud genus narrationis,quod in personis positũ est habere debet festiuitatem confectam ex rerum varietate , animorum dissimilitudine,grauitate, lenitate, spe, metu,suspicione,desiderio,dissimulatione,minima rerum uarietate, fortunæ commutatione,insperato incõmodo,subita lætitia,iucundo exitu rerũ,tunc poetæ seruare decorũ in personis dicũtur ,cũ quæq; persona introducta ab ipsis id loquitur,& facit,quod suæ personæ conuenit.si pius piè loquitur,seruat decorum , si impius impiè , si tyrannus crudeliter , si matrona pudicè,si scortũ impudicè loquitur decet . Et sic intelligitur decorum in poetis , cum id dicitur,quod personæ loquenti consentaneum est, sed philosophi aliter considerant decorum,coniunctum.s.cum virtute.[Quaq;]Quacunq; persona introducta [Fit] Quoniã uir grauis nõ debet introduci, ut faciat ea quæ leuissimi hominis sunt,& econtra.[Et dicitur]Et sic in uerbis quisq; secundũ suã dignitatem,& habitum quẽ habet, siue bonum, siue malum , debet induci ad loquendum à poetis,ut seruetur decorum,qđ in uerbis,& rebus consistit atq; personis,& affert exẽplũ Cic.ex Tragædia Accii , quæ inscribitur Thyestes, in qua personæ loquuntur, ut cõuenit. Iuppiter ex Aegina filia Aesopi rapta ex Phliũte urbe Pelopõnesi ad Nemeam siluã genuit Aeacũ , ex Europa filia Agenoris, Minoem,& Rhadamãtum,qui adeo iustè uixerunt,ut apud inferos iudices fingantur à poetis.Minos tulit leges Cretensibus,qui cum fuerint iusti,& pij,si inducerẽtur à Tragicis poetis, ut dicerent ea quæ Atreus,non seruarẽt decorum personæ.[Oderint dum metuant] Hæc erant uerba Atrei apud Accium in Tragœdia,quæ tyrannidem sapiunt.tyranni.n.uolunt timeri,& non curant si odio habentur. Atreus uolens ulcisci iniuriam illatam à fratre Thyeste, cognoscebat se iturum in odium,unde dicebant oderint dum metuant. sic etiam introducuntur alij tyranni,nã hæc uerba ad omnes pertinent.idem Cic.in j. Phil dicit.Carum esse ciuem de rep.mereri,laudari,coli,diligi,gloriosum est,metui uerò,& in odio esse inuidiosum,detestabile,imbecillum,caducũ . quia uidemus ẽt in fabulis ipsis,illis,qui oderint ,dum metuant,dixerunt,perniciosum fuisse. Qualis,inquit Sene. illa dira uox,& abominata, oderint dum metuant,Syllæ scias seculo scriptam, & C. Cæsar hanc uocem usurpabat.[Aut,natis sepulchrum ipse est patẽs] Hæc erant uerba Atrei,qui Thyesti fratri filios comedẽdos apposuit.Atreus,qui Thyestis filii Pelopis , & Hippodamiæ fuerunt,Tantaliq; nepotes, regnauerunt Mycenis in Peloponneso.Thyestes cum uxore fratris Aerope concubuit,& filios procreauit.quos ei Atre' postea decoctos apposuit.Vnde uẽter patris erat sepulchrum ipsis filijs. Ita igitur insultans fratri inducitur Atreus in Tragœdijs,si aliter diceret,non seruaretur decorum personæ , nec etiam si uir bonus , & pius ita loqueretur . Aerope fuit Cretensis, ut scribit in Oreste Euripides his uerbis . Atrei filij Agamennon , & Menelaus è cressa matre Aerope. [Parens] Thyestes pater. [Est sepulchrum natis] Ipse pater est sepulchrum filiorum , quos comedit. [Excitantur plausus] In ipso theatro à spectatoribus plauditus

ditur in laudem poetę, qui sic loquentem Atreum inducit, quĩ illa verba cõueniunt Atreo crudeli, & impio. [Est.n. ratio] Qua re plausus excitantur, quoniam verba sunt accommodata personæ. [Persona] Ipso Atreo, qui loquitur, quia fuit crudelissimus, & poetæ crudelem crudeliter loquentem fingunt, & contra aliter non daretur plausus in theatro, cum tragœdiæ recitantur, nec seruaretur poeticum decorũ. [Sed poetæ] Inquit Cic. ipsi poetæ iudicabunt, quid quenq; deceat, ex qualitate psonarũ quas fingunt, & illis verba attribuent, ut decet siue bonis, siue malis, concedatur poetis, vt in tanta varietate persona rũ, etiã quid malis viris cõueniat, decorũq; sit, uideant, sed nobis philosophis, qui virtutem amplectimur, & in ea summum bonum ponimus, natura imposuit personam cum maxima excellentia, vt in ipsa decorũ cum honestate coniunctũ seruandũ sit. [Quid deceat] Quid conueniat cuiq;. [Ex persona] Qualitate personæ inductæ. [Nobis autem] Qui non fingimus, sed ea ratione qua sumus homines, & habemus personam impositam à natura non fictã more poetico. [Imposuit personam] dedit rationem, & semina virtutum, personamq; cõem omnibus hominibus. [Magna excellentia] Quoniam homines rõne ceteris animalibus antecellunt, & præstant. [Quocirca] Ideo poetæ iudicent, quid conueniat personis, quas fingunt. [Varietate] Quoniã variȩ sunt qualitates personarum. [Etiã uitiosis] Quia inducunt etiam bonos loquẽtes, non modo uitiosos. at nobis, inquit, natura dedit igniculos omnium uirtutum, præscripsit tribuens ipsam rationem, nos debere modũ seruare in omni vita, quod cum ita sit, apparet illud generale decorum esse confusum cum omnibus virtutibus, & particulare cognosci in singulis officijs. [Constantiæ] .i. roboris, & firmitatis contra uoluptates, & dolores, harum virtutum principia dedit nobis natura, ut simus constantes, temperati, uerecũdi, modesti. [Non negligere] Sed considerare quemadmodũ uiuamus, & quales nos geramus in uita humana ne à uirtute degeneremus, & principijs naturalibus, ut nihil in uita discrepet à ratione, & humana præstantia, & sic apparebit utrunq; decorũ, cum officijs delectabimur, quæ à natura principium habent, quæ uirtutum semina dedit, à quibus officia manant, & conflatur honestum. [Vt illud] Generale decorũ. [Quam latè fusum] Sparsum per omnes uirtutes. [Et hoc] Decorũ particulare, quod in singulis partibus honestatis cernitur. [Vt enim] Pulchritudo, comparatione pulchritudinis in aliquo corpore ostendit, quo ipsum decorũ mouet homines, ut laudent ea, quæ in omni uita fiunt cum ordine, constantia, & moderatione dictorũ facto rumq; sic pulchritudo corporis delectat, quia omnes partes inter se bene quadrant, & proportionem habent. [Hoc ipso] Propter hoc mouet oculos eorum, qui uident corpus ita bene cõpositum, ut nihil discrepet. [Lepore] Quadam gratia, lepos est dictorũ, & factorũ gratia, & est quædam lenitas, & uenustas in aliquo corpore, & etiam in oratione, partes igitur corporis cõsentiunt cum lepore, cum habent gratiam qua respiciẽtes mouentur [Consentiunt] Conueniunt, quadrant, quoniam bene compositæ sunt, & habent gratiam, & uim mouendi. [Sic hoc decorum] Adaptat nunc similitudinem. Ambr. ait. Si quis igitur æquabilitatem uniuersæ uitæ, & singularum actionũ modos seruat ordinemq;, & constantiam dictorum atq; operum, moderationemq; custodiat, in eius uita decorum illud excellit, & quasi in quodam speculo elucet. [In uita] Rebus quas agimus. [Approbationem] Laudationem, & commodationem eorum, cum quibus uiuitur prius debemus consulere inde deliberare, postea cum electione electa perficere, & in omnibus actionibus ordinem seruare atque constantiam, ut homo non perturbetur, sed semper in optimo mentis proposito maneat, & moderationem adhibere in omnibus dictis, & factis decet, cum talem hominem cernimus, mouemur ut eum laudemus, decorum seruantem suum, & sic econtra. [Igitur] Cum ita uiuendum sit, ut nihil displiceat in nobis, his qui nobiscũ uersantur. [Reuerentia] .i. ingenuus timor. cauere debemus ne aliquid turpiter, & contumeliosè dicamus, uel cũ aliqua ignominia, quod qui negligunt, non seruant decorũ, & famam perdunt, quo nihil põt esse turpius. est.n. ut inquit in Lælio, fama non mediocriter telum ad res gerendas. [Reuerentia] Quidam pudor, ut cum quadã reuerentia cum alijs uersemur, ut nihil agamus, quod dedeceat coram aliis cuiuscunque conditionis sint, ita semper est agendum, ut omnes uideamur reuereri, & nihil committere, quod notari possit. [Aduersus] Erga homines cuiusq; ordinis. [Optimi, & cuiusq;, & reliquorum] .i. debemus adhibere pudorem officij, & religionem erga optimos, & alios. [Et reliquorum] Qui non sunt optimi, sed uulgares. Ideo dicit Iuu. Maxima debetur puero reuerentia, & peccaturo obsistat tibi filius infans. debemus, inquit Cic. cauere ab omni re, quæ possit reprehendi, etiam cum simus cũ malis. Nam negligere aliorum æstimationem de se, hominis est profecto dissoluti, sed ita uiuendũ est, ut omnes uereamur, & sic à turpitudine abhorrebimus. Nec despiciat, inquit Ambr. quid de se vnusquisq;, & maximè uir optimus sentiat. hoc.n. modo scit bonis deferre reuerentiã, nã negligere bonorũ iudicia, uel arrogantiæ, uel dissolutionis est, quorum alterũ superbiæ ascribitur, alterum negligentiæ. [Quid sentiat] Quam opinionem quisq; habeat si negligit officium, & aliorum reprehensionem non timet. [Arrogantis] superbi, & qui falsa quadã opinione elatus aliorũ de se opinionẽ negligit. Isocrates Philippũ sic monuit: Multitudinem spernere non oportet, nec paruifacere ab omnibus approbari. [Dissoluti] qui hominum opinionem de se nõ curat, nec aliquo uinculo officij ac pudoris tenetur, & licentia utitur ad omnia, quæ agere uult tanquàm ille qui frõtẽ perfricuit, & solutis rugis tanquã impudẽs aliorũ de se iudicium negligit. Plat. in xij. de legib. sic ait, Nõ oportet unquã paruifacere utrum probus an improbus alijs uidearis. multi enim quãuis uirtutis expertes sint, qui tamẽ probi sint, quiue improbi, iudicant, nam prauis quoq; hominibus diuina quædã coniectandi uis est, per quam multi, uel pessimi rectè tum opinione, tum uerbis à melioribus deteriores distinguant, quo circa utiliter ciuitatibus præcipitur, ut bonam apud multos existimationem non paruipendant. [Est autẽ quod differat] Ponit differentiã, quæ est inter uerecundiam, & iustitiam, ut aliud sit officium iusti, aliud uerecundi, & sic discurrendo per alias uirtutes. Vnde illud decorum generale diuiditur in partes, & quẽadmodũ in toto corpore uirtutis decorum est, sic & in singulis. In omni ratione habendi in omni respectu, & cõsideratione officiorum utriusq;, nã alia est rõ iustitiæ alia uerecundiæ, & sic perspicitur melius uis decori cũ per partes inuestigatur. [Non uiolare] Est per uim alicui afferre iniuriã, quod est cõtra iustitiam, & iusti hominis decorũ, qui nec ui, nec fraude iniurius esse debet. [Nõ offendere] Offendere in hoc loco est facto, aut dicto turpi oculos, aut aures eorũ, quibus cum uersaris, lædere atq; displicere, à qua offensione nos reprimit uerecũdia, quæ ut dixi est timor dedecoris, & iustæ reprehensionis. Vnde dicit Sen. uerecundia malis conatibus obstat. non est igitur aliquid cõmittendũ, quod alios offendat, sed adhibendus pudor ne turpitudine aliqua, & errore aliorum oculos offendamus, offenduntur aũt boni uiri turpitudine ac impudentia quorũdã, qui uerecundiæ nullam habẽt rõnem. In quo non uiolare, aiia. i. tũc maximè seruatur decorũ, cum neminẽ uiolamus, neminẽ offendimus. [Vis] Natura, & potentia Plat. in dialogo de uoto sic ait, Perspicuũ est, & apud Deũ, & apud hoĩes sanę mentis iustitiã, & prudẽtiã præcipuè honorari, prudẽtes aũt iustiq; sunt, qui sciũt, quæ erga deũ, & hoĩes agere atq; dicere deceat. prudẽtia dr̃ scientia eius, quod optimũ hr̃, & est, sine qua innumerabiles in vita cõmittunt̃ errores. [His igr̃ exp.] Cõcludit de ipso decoro, puto, inquit, ob ea, quæ iã dicta sunt, intellectum esse ab omnibus quid sit id quod dicitur decorum, & consentaneum cuique.

ADDI.

HAEC ita intelligit à philosophis] Sensus est decorũ poeticum in personis positum. arguit, & probat hæc, ut à me diuisa, & finita sunt intelligi à philosophis. uerum hoc est discrimen, quo nam poetæ personas fingũt ad libidinem, philosophus autem uitæ magister personam hominis excellentissimi animalis considerat, cui conuenientem accommodat actionem. [Ex] Significat causam. unde dicimus ex hoc illud intelligitur. Alibi dicit Cic. Magna intelligemus sæpe ex paruis.

FRAN. MAT.

ITAQVE non solum] Quoniam dixit decorũ apparere cũ antegressa honesta sint, iõ hoc infert nõ in tẽperantia solũ, sed in aliis tribus honesti partibus, de quibus præcepit decorũ esse. Nã q̃dquid sapiẽter, iustè, fortiter, liberaliter, magnificè fit, idẽ cũ decoro fit. Nihil.n. honestũ, quod non etiam decorũ. Dupliciter.n. cõsideratur, & ut g̃nale atq; omnibus honesti partibus infusum, & ut particulare tẽperantiæ adiunctũ in qua præcipuè lucet. [Nã & rõne uti] Prudentiam tãgit, nã qui rõne, & oratione prudenter utitur sapiẽs est, cũ oĩa, & agit, & dicit prudenter,

denter, ratio ad agendum, oratio ad dicendum spectat. [Quod agas] hoc ad consilium pertinet. [Quid sit] Verum proprium prudentiæ est ueri inuestigatio. [Contra] Econtrario, tangit imprudentiam. [Falli] ab alio. [Errare] Parte. [Labi] Ignorantia. [Decipi] Verisimilitudine. [Delirare] A recto deerrare, & insanire. quod declarat subdens mente esse captum. Nam is est mente captus, cuius mentem furor occupat, & insania, sicuti pedibus captũ dicimus, qui morbo pedum laborat, & oculis captum cęcum uocamus. [Et iusta omnia] dixit prudentię inesse decorum, nunc iustitiæ quæ est secũda pars honesti inesse dicit. Nam si iustum decorum, sic iniustum indecorum. mutuo .n. ut dixi, sequuntur honestum, & uirtuti uniuersaliter, & singulis eius partibus, est infusum, & quod toti honestum, idem, & parti illud sua proprietas sequitur, tum in toto, tum in eis singulis partibus. [Similis ratio fortitudinis &c.] Nam quidquid fortiter fit, id cum decoro fieri dicitur. Et ut ait Arist. fortis decorum est finis. Nam eius gratia agi fortitudinis opera, honestũ est, pro patriæ salute cõtra hostẽ pugnari, etiã si moriẽdũ sit, id cũ agit fortis honestè agit, simul, & laudatur: ex quo apparet quidquid fortiter agitur, idem decore agi dignum uiro. non dicitur uir nisi qui uerè fortis est. à uirtute.n. uiri trahimur. [Quare &c.] Nunc concludit postquam ostendit in singulis honesti partibus decorum esse. [Vt non recondita &c.] Vt facile ita esse percipi possit. in promptu.n. est, quod per similitudinem ostendit, ut inquit, uenustas, & pulchritudo, ita ualetudini corporis coniunctæ sunt, ut secerni ab eo non possint. non.n. potest uenustus, & pulcher esse qui ægrotus est. Nã ægritudo pallidos, & deformes facit. sic decorum honesto est adiunctum, ut seiungi ab illo non ualeat, nec potest esse honestum quippiam, quin idem decorum quoque sit. Cogitatione quidem separari potest. ut exemplis superius ignis, & niuis demonstrauimus, re non potest. ubi .n. subiectum est proprietatis, illic ipsa proprietas sit necesse est. [Confusum] Proprio usus est uocabulo. Confusio.n. & commistio differunt, ut iureconsultis placet. est.n. confusio cum ex iisdem rebus uel diuersis una sola fit species, ueluti cum uina confunduntur aut massæ argenti, & auri conflãtur, si fortè ex uino, & melle mulsum, aut ex auro, & argento electrum fiat. Commistio est, uti si frumentum Titij frumẽto Caij admisceatur, quia non vna fit species singula corpora, hoc est grana in sua substantia durant. [Est autem eius descriptio &c.] Decorum ita cum honesto cõiunctum esse ostendit, ut aliud quidem esse cogitatione percipi possit, separari uero non possit. Nunc dupliciter decorum diffinit, generaliter, ut toti honesto infusum est, & particulariter, ut singulis inest partibus. Generale decorũ est ut ipsa uniuersi mundi pulchritudo omnia in se continens, ut solem lunã reliquos planetas stellas omnia elementa. Speciale uero, ut solis, ut lunæ. eodem modo in homine generale decorum sunt omnes simul partes corporis aptę, copulatæ, & cõiunctæ, particulare uero singulorũ partium, & capitis, thoracis, uentris, pedũ. Ex his autẽ Ciceronis uerbis de decoro cũ bimẽbris diuisio fiat, trimembrem tamen intelligimus. Est.n. decorũ quoddam quasi genus ad subiectas partes, & hoc est quod communitate sua ab ipsis secluditur subiectis, ad quæ sic se habet, ut sensibilitas ad omnes operationes sensibiliũ, decorũ autẽ, vt pars subiecta est, ueluti subalternũ genus. Et ita se habet ad omne decorũ, quod sub genere continetur, ut sensibilitas ipsorũ sensibilium perfectorũ ad sensibile. Decorũ uero, quod partis generis est, & in esse hic tẽperantię à Cic. dicitur, ad superiora se habet, ut species specialissima, quemadmodũ sensibilitas ad sensibile rationale tãtũ. Est ergo decorũ diffinitione carẽs, quo nihil in genere suo cõius, & quod dici potest subalternũ. Quoniã, & diffinitionẽ recipit, & ipsum alijs includit ac diffinire potest. Tertia species ueluti specialissima ipsam rẽ sine medio manifestare habet, ut hominis ratio ad hominẽ cõparatur, ita ut nihil præterquã soli ei cõgruat. [Descriptio] Rectè sic ait. potius .n. descriptio quã diffinitio est. Nã diffinitio substãtialis est, & rẽ breuiter quid sit diffinit per genus, & dfiam, ut homo est animal rationale mortale. Descriptio uero est quæ adhibita circuitione dictorũ factorũq;, quid res quæq; sit, descriptione declarat, ut si luxuriosi natura sic describat. Luxuriosus est uictus nõ necessarij, sed sumptuosi, & onerosi appetẽs, in delicijs affluẽs, in libidinẽ prõptus. [In omni honestate] In toto honesto, ꝗ omnẽ uirtutẽ cõplectitur. [Huic subiectũ] Nã ita se habet ad illud decorum quod est in omni honesto, ut species ad genus. [Singulas partes] Quod est in singulis uirtutibus, ut in prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, ut ostensum supra est. [Hominis ex.] Hominis excellentia est ratio, & oratio. in hoc .n. naturaliter differt homo à brutis. [In eo] In ratione, & oratione. [Quæ autẽ &c.] Decorum particulare quod est, ut diximus ueluti species specialissima. Nam ipsam rem sine medio manifestat, & ei soli cõgruit, ut decorum, quod hęc diffinitur soli prudentiæ, sed si ex hac descriptione partem detrahas, quæ temperantiæ conuenit. & dicas.i. decorũ quod ita consentaneum est naturæ hominis, ut in eo sit fortitudo, & magnanimitas, cum appetitione periculorum, & rerum humilium despicientis. iã decori quod fortitudine est uera erit descriptio, id de iniustitia & prudentia fiet. [Cum specie quadam liberali] Hoc est libero, & ingenuo homine digna, ut neq; Cynicis similes omnia palã etiam quæ cernere homines, & audire abhorreant dicamus, & faciamus. Neque nihil omnino commoueamur, ut Stoici, neque uoluptate gestiamus, & dolore cõfundamur ut Epicurei, sed in omni re mediocritatem seruemus, quod liberi homines, & ingenui facere solent, & debent. [Nec ita intelligi &c.] Vtrũque, inquit, decorum generale, & speciale quale sit ex eo decoro dicit intelligi posse quod est poetarum. Tum iure, tum in personis positum. Cum aliquis sic loqui, & facere introducitur, ut eius conuenit moribus, & personæ. De quo loquitur. Horat. in Arte Poet. Aetatis cuiusq; notandi sunt tibi mores, Mobilibusq; decor naturis dãdus, & annis. Reddere qui uoces iam scit puer, & pede certo, Signat humum, gestit paribus colludere, & irã colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas. Imberbis iuuenis tandem custode remoto. Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi Cereus in uitium flecti monitoribus asper. Vtilium tardus prouisor, prodigus æris, Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix. Conuersis studijs, ætas animusq; uirilis, Quærit opes, & amicitias inseruit honori. Cõmisisse cauet quæ mox mutare laboret. Multa senem circũueniunt incõmoda, uel quòd Quærit, & inuitis miser abstinet, ac timet uti, Vel quod res omnes timidæ gelidæq; ministrat, Dilator spe longus iners auidusq; futuri, Difficilis, querulus, laudator temporis acti, Se puero castigator, censorq; malorũ. Is quoque qui de generibus scribit narrationũ in Rhet. ad Heren. duplex tãgit decorũ, quod poetarũ est. Et Alterũ in negocijs alterũ in ꝑsonis positũ esse dicit. illud quod in negotiorũ expositione positũ est tres partes habet, fabulã, historiã, argumẽtũ. Quod vero in personis, sermonis festiuitatẽ, animorũ dissimilitudinem, grauitatẽ, sæuitatem, spẽ, metum, suspicionẽ, desiderium, dissimulationẽ, misericordiã, rerũ uarietates, fortunæ cõmutationem, insperatũ incõmodum, subitã lætitiam, iucundũ exitum rerum, [Alio loco] Et in Rhet. libris, ubi agitur de poeticis narrationibus, sicut apud Aphtoniũ. Cuius præexercitamẽta transtulit Prisc. [Illud quod quaq; persona dignum est] .i. quod cuiusq; personæ moribus conueniat siue boni siue mali. [Et fit, & dicitur] In re, & in uerbis, ut de Achille Horat. impiger, iracundus, inexorabilis, atrox, Iure neget sibi nata nihil non arroget armis. Idem de alijs, Medea ferox inuictaq; flebilis Ino, Perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes. [Vt Aeacus &c.] Aeacus, & Minos Iouis filij, Ille ex Aegina, hic ex Europa, ambo iustissimi fuisse dicuntur. Et propterea etiam apud inferos iudices constituti, quod poetæ scribunt, ij si hæc uerba usurpare inducerentur [dum metuant oderint] contra decorum fieret. amari .n. uolebant potiusquam odio haberi. Indecorũ præterea esset siquis de illis diceret. Natis sepulchrũ ipse est parens suis. [Oderint dum metuant. Tyranni sæuissimi uerba sunt. & Luc. de Cæsare, inquit: Gaudet tamẽ esse timori tã magno populis, quòd, se nõ mallet amari. Sunt autẽ hæc verba ex Accij poetæ ueteris tragœdia, ĩ qua suadet Atreo, ut amari uelit à subditis potius quã odio haberi. Suadenti ille sic respõdet, oderint dũ metuãt. [Aut natis &c.] Atreus Thyesti fratri filium epulandũ apposuit, & ipse pr factus est sepulcrũ filij, de qua re ẽt Sen. Tragœdiã cõposuit, [At Atreo &c.] Si uera hæc Atreus ipse ꝓnũciaret decorũ seruaretur, Et qui in Theatro Spectarẽt, omnes plauderet. Plausus autẽ signũ erat approbationis, oẽs. inq t, approbassent, qm̃ ꝑsona digna esset oratio, ꝑsonę aũt est quã histrio assumit, ꝗ. personã agit alienã, ut regis, serui, Matronæ. Non omnes personas idem decet. Nã Hora. in Arte Poet. ait. Intererit multum Diuus ne loquatur an Heros, Maturusue senex, an adhuc florente iuuenta Feruidus, an matrona potens, an sedula nutrix Mercator ne uagus,

Errare. Falli. Labi. Delirare.

Cõfusio.

Commistio.

Decorũ.

Diffinitio.

Descriptio.

Aeacus, Minos.

gus, cultor ne uirētis agelli, Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis, Aut famā sequere, aut sibi cōuenientia finge Scriptor honoratum. si quando reponis Achille, Impiger, iracundus, inexorabilis atrox. Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis. Sit Medea ferox inuictaq; , flebilis Ino. Perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes. [Sed poetæ &c.] Poetæ quid quenq; deceat personam illud sequuntur, & decorum uocant siue rectū, & honestum. siue contra fit. Sed nos inquit, personam substinemus, non histrionis aut mimi, sed à natura nobis tributum: qua cetera animalia superamus, ut nihil in nobis sit nisi uenustum, atque honestum. [Nobis autem &c.] Probat ab ipsa natura decorum hominibus tributum esse, ostendimum autem superius ita toti honesto, & seorsum partibus infusum esse decorum, ut separari ab eo non possit: & esse honestum decori subiectum, nec posse usquàm subiectum esse, quin illud proprietas eius sequatur. Sicuti non potest esse animal sine sensibilitate, neque homo sine ratione. Si autem uirtus omnis à natura est, vt supra ostensum est. Nam à natura est ratio, & ratione uirtutis omnis manat, & decorum, quod uirtutibus est connexū, à natura sit necesse est, quod ita esse Cic. argumentatur. Cum itaque à natura sit, vt & ipsum honestum generale est, & latissimè patet, in omnibus esse debet, qui participes rationis sunt. Sed aliter in hoc, aliter in illo apparet. Aliter enim priuato uiuēdum, aliter magistratui, & principi, aliter iuueni, aliter seni. Quantum autem attinet ad omnes homines, quia sunt rationis participes, cum honestè uiuitur, decorum seruatur generale. Quantum uerò ad unumquenque cum ex dignitate sua honestè viuit, speciale decorum cernitur. [Constantiæ] Quæ uirtus pars est fortitudinis, & leuitati opponitur. [Moderationis] In omni re. [Temperantiæ] Præcipuè contra libidines. [Verecundiæ] Hæc affectus est, non est habitus, nam circa corpus contingit, ut timor, quod demonstratum supra est. Cuius sedes malæ sunt. In quibus maximè cognoscitur pudor, ut Plin. ait. Natura enim instituti sumus, ut timore dedecoris erubescamus. [Cumq; natura doceat] Vt ita inquit, natura instituti sumus, ut quemadmodum aduersus alios nos geramus negligere non debeamus, hoc est, ut rationem habeamus morū, quibus utamur, & gestus, & operam demus, ut placeamus. sequitur & generale decorum, quod omni honesto infusum est, & speciale quod singulis partibus inest, latissimè patere, hoc est ad omnes pertinere, ut studeant illud diligētissimè seruare. [In uno quoque genere uirtutis] Et prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, & earum partibus, quæ plurimæ sunt. [Vt enim pulchritudo &c.] Similitudine quanta sit honesti uis ostendit, & quātopere illud delectet, & ut (inquit) pulchritudine corporis delectamur quando aptè compositum cernitur, & omnes partes uenustate quadam inter se congruunt, illumq; qui huiusmodi est laudamus, si decoro delectamur, cum quispiā illum tum in dictis, tum in factis seruat, & eum in quo est approbamus. [Compositione] Vt omnia membra pulchra sint, & aptè connexa. [Mouet oculos] Ad intuendum semel atque iterum. [Lepore] Continuitate, conuenientia. [Elucet] Apparet, & uel uti lux quędam refulget. [Approbationem] Vt approbemus, & laudemus. [Ordine] Vt nihil fiat temere, & præferantur posterioribus, ut non prius agamus, quàm consulamus. Nam antequàm facias consulto, & ubi consulueris maturè facto opus est, inquit Sal. [Constātia] Vt nobis ipsis semper cōsentiamus, & in eodem proposito rei honestæ perseueremus. multi enim sunt qui sibi non constant, & leues ac uani merito uocantur. [Et moderatione] Vt tum in dictis tum in factis omnibus mediocritatem seruemus, quæ uirtutis sedes est. [Adhibenda est igitur reuerentia] Cum illos laudare soleamus, in quibus decorum est, dare operam debemus, ut nos quoq; tales simus, qui probari mereamur, quod facilè assequemur, si eos cum quibus uiuimus reuerebimur, tum in dictis, tum in factis, & cauebimus ne quem omnino offendamus. Nec optimum quenq; tantum, sed quemlibet uereri cōuenit, tanto autem magis hūc quam illum, quāto plus bonitatis, & auctoritatis habet. [Quid quisque sentiat] Omnes homines dare operam debent, ut de ipsis, quàm optimè homines sentiant. [Arrogantis] Qui nimiū sibi assumit, & aliorum contemnit iudicia, quod plerunq; stultitiæ est. [Omnino dissoluti] Intemperanter, & immoderatè uiuentis. Qui .n. huiusmodi est, quid de se homines sentiāt, haud magnopere curat. & Iuuen. ait, famam contempserat olim cuius apud moles minima est iactura cathedras. nihil contra uirtutem, & decorum faciendum est ne fama amittatur. Quæ ut Cic. ait alio loco, est telum non mediocre ad res gerendas. [Est autem &c.] Occurrit obiectioni. diceret .n. quispiam, reuerētiā aduersus vnumquenq; hominem adhibendam censes, & non negligendum quid quisq; de nobis sentiat, ergo iustitiæ decorum est, quæ nemini docet faciēdam iniuriam. Differt, inquit, inter iustitiam, & uerecundiam. Quoniam illius est nemini nocere, huius nemini displicere. Illa iniuriam facere cauet, hæc studet ne deformitate offendat. [In omni ratione habēda &c.] In omni re, quæ cum ratione suscipienda à nobis est. [Non uiolare] Manus afferendo, aut rapiendo. [Non offendere] Scurrilitate turpi gestu. huiusmodi .n. rebus propriè dicimur offendi, ut uitio orationis, uitio pronūciationis, obscœnitate, & turpitudine cuiuspiam, quam sub nostris oculis edere audeat, ex quo non iustitiæ, sed uerecundiæ, quæ modestiæ subijcitur, decorum esse intelligitur, in quo ne quenquam offendamus.

Quanta sit uis decori ex hoc patet.

ITAQVE] .i. & ita quid deceat, appareat non solum in hac parte honestatis, de qua disserendum .i. disputandum, & disquirendum est hoc loco, sed etiam in tribus sup. partibus honestatis superioribus, .i. de quibus supra determinatum est. Nam .i. & simul uti prudenter ratione atq; oratione, & .i. simul agere, qđ agas cōsiderate, & uidere, & tueri in omni re quid sit ueri .i. ueritatis, decet .i. decens, & decorum, quæ pro, &, contra .i. contrario falli, errare, labi & decipi: dedecet .i. dedecens, & indecorum est, tam .i. tantum, quam .i. in quantum delirare .i. insanire, & esse captum mente .i. furere, & rationæ priuari. Et omnia iusta sunt decora, & contra .i. contrario omnia iniusta, ut .i. quemadmodum sup. sunt turpia. si sup. sunt indecora. ratio fortitudinis .i. quæ est de fortitudine ad decorum est similis. Enim pro quia, id sup. quod fit uiriliter, & magno animo, id uidetur dignum uiro, & decorum sup. esse, id quod cōtra .i. cōtrario sup. fit, ut .i. quemadmodum supp. uidetur turpe, sic indecorū, quare .i. quapropter, hoc quod dico decorum, pertinet quidem .i. certè ad omnem honestatem, & pertinet, ita .i. taliter, ut nō cernatur quadam ratione re condita .i. abstrusa, & occulta, sed sit in promptu .i. manifestum. Est enim quiddam .i. quædam res. & id intelligitur supp. esse in omni re, quod deceat, quod .i. quæ res potest separari à uirtute, magis ratione .i. quodā respectu, quam re .i. reali differentia. Enim pro quia, ut .i. quemadmodū, uenustas, idest formositas, & pulchritudo, idest pulchra membrorum commensuratio non potest secerni à ualetudine, quia non est sine bona ualetudine, sic hoc illud totū de quo loquimur confusum sup. est quidem .i. certè cum uirtute, quia est in omni uirtute, sed distinguitur à uirtute, mente & cogitatione, idest respectiuè, & sub quadam consideratione diuersa. Est autem &c. Describit ac diuidit ipsum decorum. Ordo est: Autem pro sed, eius .s. decori descriptio est duplex. Nam nos intelligimus, & idest etiam quoddam generale decorum, quod uersatur, idest consistit in omni honestate, & aliud sup. decorū subiectum tanquam inferius, & minus commune huic .s. decoro generaliter dicto, quod decorum speciale .s. pertinet ad singulas partes honestatis, atque pro &, illud sup. decorum superius .i. generale solet ferre, idest quasi semper, & ab omnibus diffiniri, sic scilicet decorum esse id quod fit consentaneum, idest cōforme excellentiæ hominis. In eo, quod, idest per quod, uel in quo eius, scilicet hominis natura differat à reliquis animantibus. Autem pro sed, supp. philosophi diffiniunt eam sup partē, quę pars est subiecta generi, idest generalitati, sic ut uelint id esse decorum, quod sit naturæ sup. hominis consentaneum, idest concors, & congruum sic, vt moderatio, & temperantia appareat in eo cum quadam specie liberali. Nec possumus existimare, idest iudicare ita intelligi à philosophis ex eo decoro, qđ poetæ sequuntur, de quo solent dici plura alio loco, sed nos dicimus poetas seruare, tum, idest tunc illud, quod deceat, cum idest, quando id, quod dignum est quaque, idest qualibet persona. Et idest simul fit, & dicitur apud poetas .s. vt si Aeacus, aut Minos quorum uterque dicitur nunc iudex apud inferos, propter iustitiam, quam exercuit apud Cretenses, diceret sicut Accius in Thyeste, oderint, idest concedo, uel permitto, ut subditi me oderint, dum, idest dummodo metuant. Aut parens ipse, idest pater .s. Thyestes est natis, idest filijs ex se genitis sepulchro, idest in sepulchrum, quia comederat eos. uenustius autē dicitur sum tibi uoluptati, quam uoluptas, domus est tibi hospitio, quam hospitium, terra consecrata est mihi sepulchro, quam sepulchrum. uideretur indecorū, idest contra decorum personarum,

personarũ,eo quod accepimus.i. audiuimus eos fuisse iustos, tyrannorum aũt est metui velle cũ odio, aut natos epulandos dare. At.i.sed plausus.i.acclamationes laudis plenæ excitatur. Atreo dicente.i.dum Atreus ea in Thyestem fratrem dicit,qui inter se sæuissimi fuisse noscuntur. est.n.oratio digna persona .s.Atrei.Sed poetæ iudicabunt ex persona.i.ex qualitate personæ introductæ, quid deceat quenq;.i.vnumquenq;,hoc est tũc bona dicitur sententia,qñ personam loquentẽ decet,licèt non simpliciter saltem secundum,quod est affecta.Autem pro sed, ipsa natura,q.d.non poetæ,aut fictio aliqua,sed ipsa natura rerum parens imposuit nobis personam.i.effigiem naturalem,& ueram non fictitiam cum magna excellentia, & præstantia reliquorum animantium,q.d. natura dedit omnibus unam effigiem, quæ præ se fert excellentiam, & præstantiam inter omnia animantia, ita quod ex sola facie iudicemur mites, mansueti,iusti,temperati,moderati,fortes, prudentesq; esse debere,ea autem persona non variatur ad libitum poetarum. in actibus.n.scenicis vni uariæ personæ imponuntur, secũdũ quod varias partes obtinet, est autẽ persona effigies ficta,gallicè vng faulx visaige,repræsentans,& similitudinẽ, & vocem eius, quẽ agit.à personando.n.dictã volunt, quod per mediũ eius sonet uox varia. Non licèt ergo dicere.Non nobis autem, quia contrarius esset sensus vult.n.dicere auctor, quod unam effigiem uirtutis significatiuam dedit nobis hominibus natura,& ita si decorum humanum præcipere uolumus iuxta personam à natura datã,solum quod decens,& honestũ est præcipiemus, sed poetæ varias personas imponunt. Vnde subdit:Quocirca.i.quapropter poetæ uidebunt in magna uarietate personarũ, quia singulis tã bonis,quàm malis personas attribuunt,quid cõueniat etiã uitiosis,& quid deceat. vñ hoc loco deceat cũ datiuo construi,sicut etiã apud Terẽt.Nec purgaueris si dixeris, quod datiuus regitur à conueniat,quia raro copulantur,quæ diuersos casus regunt,nisi exprimãtur casus ipsi. Autem pro sed, cũ partes.i.officia, & munera,constantiæ,moderationis,temperãtiæ,& uerecundiæ sint data.i concessa,& assignata à natura cuique.i.cum supp. ita sit,ꝙ natura doceat nos nõ negligere, quẽadmodũ geramus .i. poterimus nos aduersus.i. erga homines efficitur.i.fit ut appareat,quã.i.quantum facere.i.pariter,illud decorum,quod pertinet ad omnẽ honestatẽ.i. decorum generale,&.i.pariter hoc sup.decorum speciale, quod spectatur in vnoquoque gñe uirtutis,sit fusum.i.diffusum,& sparsum. Etẽ pro quia,ut.i.quemadmodũ pulchritudo corporis, mouet.i. afficit,& delectat oculos, apta compositione mẽbrorum, hoc ipso.i.per hoc ipsum, quod omnes partes consentiunt.i. quadrant inter se cum quodã sapore.i. cũ quadã uenustate,sic hoc decorum quod elucet.i.resplendet in uita,mouet i.excitat approbationẽ[actiuam,scilicet quam approbant] Eorũ quibuscunq;, idest cum quibus uiuitur ordine,constantia,& moderatione omniũ dictorum,atq; factorum Igitur quædã reuerẽtia est adhibenda aduersus.i.erga homines, reuerentiã dico, &.i. simul optimi cuiusq;,&.i.simul reliquorum. Nam negligere.i. non animaduertere, nec curare quid de se quisq; sentiat,non est solũ arrogantis.i.gloriosi putãtis de se non posse aliud quã bonum dici,sed etiam omnino dissoluti.i. ad omnem uoluptatem expositi,& nihil de honestate curantis. Autem pro sed,est .s.reperitur aliquid quod differat in omni ratione, consideratione officiorũ habenda inter iustitiam,& uerecundiam. Nam sup.partes iustitiæ.i.officia iniustitiæ sunt,non uiolare.i.uiolẽter inuadere homines, uerecundiæ sup.partes sunt, non offendere sup.homines.i.ne leuiter quidem lędere,& offensos nobis cõstituere.Igitur his ex positis.i. postquam hæc exposita sunt, ego puto intellectum supple esse quale id,quod decet, fit.

ARGVMENTVM.

Decorum secundum naturam esse, & cum in omnibus partibus, tum in temperantia plurimum ualere.

Officium autem,quod ab eo ducitur, hanc primum habet uiam, quæ deducit ad cõuenientiam conseruationemque naturę: quam si sequemur ducem,nunquam aberrabimus;sequemurq; & id,quod acutum,& perspicax natura est,& id, quod ad hominum consociationem accommodatum; & id, quod uehemens, atque forte.Sed maxima vis decori in hac inest parte,de quã disputamus. neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt.

PETR. MARS. Officium autem] Ostendit Cic.quam uitam habeat. Officiũ quod oritur à decoro,& ad quid nos deducat,ad conseruationis.s.humanæ naturæ, quæ uult nos omnia facere,vt decet, & eam ducem sequi debemus,quæ si non deprauaretur, uarijs erroribus à teneris vnguiculis ad perfectionem nos duceret.dedit enim uirtutũ omnium principia.Facere igitur id quod dedecet contra naturam est,ergo seruare decorum est conseruare naturam,utile igitur tali officio fungi.[Officiũ]Actio quæ manat à decoro uniuersali,& postea particulari,nam generale decorũ est illud, quod decet.[Ad cõuenientiam]Vt omnia faciamus,quæ naturæ humanæ conueniant.ea uero relinquamus, quæ sunt contra naturam.Ideo dixit supra generale decorum id esse,quod consentaneum sit hominis excellẽtiæ.[Quam]naturam si sequemur, nunquàm à uia rationis,& formula decori aberrabimus.natura.n.per se ab omni turpitudine abhorret, ergo conuenienter naturæ uiuendum est,& sic officio non discedetur,& uia decori.Sequemur].i.si ducem naturam sequi uolerimus,sequemur etiam prudentiam,iustitiam,& fortitudinem,& sic apparet ab ipsa natura institui ad uirtutes. [Id quod acutum[.i. prudentiam,quæ perspicit veritatem in rebus agendis,& est acuta, & perspieax, hoc est decorum prudẽtis,ut acutus sit,&'perspicax, & uerum in omni re uideat.[Natura]Naturaliter.[Et id quod ad hominum consociationem].i. iustitiã ipsam, quæ est ad societatem hominum tuendam,ut dictum est,& in hoc iusti uiri decorum elucet, si cuiq; tribuit quod suũ est, & humanã consociationem tuetur,& colit. Et sic erit hoc decorũ particulare. [Et id,quod uehemens].i.sequemur magnanimitatem,& fortitudinẽ.[Vehemens] Arduum,& plenũ difficultatis,quod pertinet ad magnanimũ. officium igitur quod à decoro manat, uiam habet ad omnes uirtutes duce natura.[Sed in hac parte] temperantia,& modo. [Maxima summa] Quia in hoc magis requiritur modus,& decorum cũ sit in factis,& dictis, actioneque decenti. [Disputamus] Agimus,& subtiliter inquirimus. [Neq; enim] Ratio quare maxima uis decori est in hac parte, quoniã,inquit, non solũ gestus,& decẽtes esse debent, sed etiã motus animi,qui ad naturam accõmodetur, quod efficit ipsa tẽperãtia, quæ sedat omnes perturbationes, & conseruat prudentiã.[Corporis motus]Qui debent esse cũ decoro, ne naturã odisse uideamur, si aliter corpus moueretur,quam debeat moueri ex naturę pręscripto lib .v. de Fin. ait, Quemadmodũ quis ambulet,sedeat,qui ductus oris, qui vultus in quoq; sit, nihil ne est his rebus, quod dignum esse dicamus,non ne odio dignos multos putamus, qui quodã motu aut statu videntur naturæ modum,& legem cõtempsisse?[Sed multo magis]Quã motus corporis naturę cõgruentes,quoniã animus præstãtior corpore. [Animi motus] vt amor,pietas, misericordia, dolor, ita,& similia lib .ij. de Fin. ait, Atq; ut membra nobis ita data sunt ut ad quandã rationẽ uiuẽdi data esse appareãt, sic appetitio animi,quæ ὁρμὴ Grecè uocatur,nõ ad quoduis genus uitæ,sed quandã formam uiuendi,ut data. [Motus animorum] Appetitiones,quæ debent parere rationi ne fiat intemperãtia. [Itẽ] similiter apti ad naturam, quoniam motus animi uehementiores sunt contra naturam,& rectam rationem.

FRAN. MAT. OFFICIVM autem &c.] Ostendit quid sit decorum. Nunc docet quo pacto educi ab eo officium possit.Et primam esse decori uiam dicit,quæ ad conuenientiam naturæ ducit,& conuersationem,quod ut intelligatur animaduertendum est, Temperantiam ut supradiximus medium quoddam inter uoluptatem atq; dolorẽ esse, ut nec nimium delectemur, nec nimium tristemur,omnis autem delectatio,& tristitia,aut rerũ præsentium sunt, aut futurarum, præsentium uero quædam corporeæ,quædam animi:& animi quidem honor,scientia:his .n. delectamur cum adepti sumus, & contra non adepti tristamur.

Delectatio. Tristitia.

mur. sed circa ,hæc ut Arist. ait, Temperant a aut intemperantia non apparet. non n. intemperãs est qui parto honore modice lætatur,& qui eo carens modice tristatur. At uero corporis delectatio,& tristitia in sensibus sunt, ut uisu, auditu, olfactu, gustu, tactu, in quibus temperantes, aut intemperantes dicimur, si quantum debemus his delectamur, & modum non excedimus gustu præsertim,& tactu, ut Philoxenus quidã helluo, qui ciconiæ guttur sibi dari optabat, ut cum epularum,& potus gustu delectaretur. hoc.n. est belluarum non hominũ. Nec circa prudentiam peccat qui odoribus delectatur, nisi quędam appetat, ut sint irritamenta libidinis, ut preciosa, & exotica unguenta, quod nostro tempore multi faciunt. diximus de præsentibus rebus quæ delactationis [si adsunt:] tristitiæ [si absunt] causa esse solent. Circa futura concupiscentia est quã appetitum uocat Cic. Hæc duplex est, communis rationẽ sequitur generis uel speciei, propria uero est sequitur naturam indiuidui ad inuentionem eius. Et communis quidem est cibi,& potus, hæc enim omnia animalia cupiunt quanto indigẽtia adest ad speciei substentationem. Et propterea dixit Cic. officiũ decori hanc primum habere uiam, quæ deducit ad conueniẽtiam conseruationemq; naturæ, ut quando sumimus quomodo,& quantũ oportet, hoc est quantũ naturali conuenit indigẽtię, naturamq; conseruat, quæ sine nutrimẽto durare non posset. In hac communi concupiscentia raro peccatur, quo generis sui naturã sequitur, edere,& bibere naturale est cuiq; quã tum natura exigit, peccatur autem edendo, & bibendo plusquã natura requirit, & supra modum γαστριμαργία à Græcis hoc uitium dicitur. Quamuis non de particulari decoro quod intemperantia, sed de generali, quod in omnibus uirtutibus seruatur, loquitur Cic. nam naturã ducẽ sequamur, quidquid acturi aut dicturi sumus. Nam quod supra diximus Stoici hominis finem esse uoluerunt consentanea secundũ naturam uiuere Id autẽ secundũ uirtutẽ uiuere, quod ad eam natura nos ducit, rursus secundum uirtutem uiuere idem est, quod secundũ peritiam eorũ, quæ secundũ naturam accidunt uiuere. Partes.n. uniuersæ naturæ nostræ sunt, ergo secundum naturam uiuere, est secundum suam omniumq; naturam, nihil eorum faciendo quæ à communi lege prohibetur, quæ est recta ratio omnes permeans, quod vt exemplo pateat, decorũ seruat uir fortis, cum pericula aggreditur cum ratione Item liberalis ũ dat pro facultatibus,& respicit, ut sibi ipsi non desit, quod si,& fortis temere se morti obiiciat,& liberalis sibiipsi nõ relinquat, neuter naturam sequitur, neuter eam conseruat, à natura autem tributum est omnibus animantibus, ut se uitam corpusque tueantur, homini ratio data est, à quo omnis uirtus manat, ex quo intelligitur naturam sequendam in omni actione uirtutis, quo si fit decorum seruatur. sed intemperantia ad cõuenientiã naturæ nos decorũ ducit, cũ edẽdo,& bibẽdo non excedemus, sed tamẽ sumimus quantũ natura postulat, ut cõseruetur. Idemq; reliquis sensibus intelligendum est. Et ut ad id reuertamur quod dicere de concupiscentia institueramus, propria concupiscentia, quæ sequitur naturã indiuidui, uel ad inuentionẽ nostram, multis modis peccat, quia alius alia re delectatur,& multæ sunt artes à conditoribus ciborũ inuentæ,& vt varij sunt sapores, ita gulæ uitia sunt diuersa,& iccirco multipliciter in hoc peccatur à multis his breuiter diuersis facilius intelligentur, quæ de temperantia à Cic. præcipiuntur. [Conuenientiam] Vt tamẽ appetamus quantũ naturæ conueniat, quod faciẽtes naturã cõseruabimus. bibere, & edere quãtũ satis est cõuenit naturæ, & id cum fit natura ipsa seruatur, quã ueluti ducẽ honestũ decorumq; sequũtur in omni uirtute, & in omni honesta actione. [Sequemurq; & id.] hoc est prudentes erimus. Nã prudentiam ineunt cum dixit, id quod acutũ, & perspicax naturæ est. Nam natura ratione utitur,& cõsilio, ex quo nihil temere facit. [Et id quod ad hominũ iustitiã tangit] Nã si naturæ parebimus, nemini iniuriã faciemus. Natura.n. docet ut alijs nõ faciamus quod nobis fieri uolumus. [Et id quod uehemens] Fortitudinem significat, quæ si est considerata periculorum aggressio, & consideratio rationis est. Ratio autem à natura manat, non potest uir fortis aliquid considerare aggredi quin naturam ducem sequatur. [Sed maximè uir &c.] Ostendit in omnibus honesti partibus decorum esse: nunc præcipuè intemperantia dicit esse:& rectè. Nã temperantia mediocritas est, vt ostendimus circa uoluptates, & dolores. Ea corporis simul, & animi motus omnes regit: latissimè autem cum pateat temperantia, latissimè pateat decorum quod ei est annexum necesse est in dictis, in factis, in edendo, bibendo, stando, sedendo, ambulando. Quanto autem magis officia temperantiæ cernuntur, quam aliarum uirtutum, tãto magis in ea quam in ceteris decorum apparet. Iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, non tam crebro officia cernuntur. [Neque enim &c.] Causam reddit quare maxima decori uis in temperantia consistat, quoniam non corporis tamẽ, sed etiam animi motus componat, quos cum naturæ obediẽtes cernimus præcipuè laudamus [Ad naturã apti sunt.] Hoc est naturã sequuntur, moderatus incessus, sermo rebus, & tẽpori, ac personis accomodatus. gestus non ineptus, & omnis corporis motus, qui sensibus est, ut uisu, auditu, gustu, olfactu, tactu [Animi motus &c.] Ne nimium speremus aut metuamus, nimium lætemur, aut doleamus ne importunè irascamur, sed ratio sensibus semper imperet,& concupiscentiæ.

Philoxenus.

Cõcupiscẽtia duplex.

Gulositas immensa.

Naturale cuicũque aĩan tium datum.

Fortitudo.

OFFICIVM autem Ostendit quæ sit uia officij, quod de decoro manat,& quæ utilitas. Ordo est. Autem pro sed, officium, quod ducitur ab eo s. decoro, habeat primum hanc uiã, quæ deducit ad conuenientiam,& conseruationem naturæ .i. ad faciendum omnia, quæ conueniunt naturæ, & conseruant eam, quam sup. naturam si sequemur .i. imitabimur ducem .i. ducentem nos, nunquam aberrabimus, & nos sequemur imitando .s. naturam. Et .i. simul, id quod acutum, & perspicax est natura .i. naturaliter, uel per naturam .i. prudentiam,& .i. simul id quod accommodatum est ad cõsociationem hominũ .i. iustitiam,& .i. simul id quod sup. est uehemens, & forte .i. fortitudinem. Sed maxima uis .i. potestas, & copia decori inest in hac parte de qua disputamus .s. in temperantia, & moderatione Neque enim .i. quia non solum motus corporis, qui sunt apti ad naturam, sunt probãdi, sed etiam,& multo magis motus animi Qui item .i. consimiliter sunt accommodati ad naturam sunt probandi, ne .s. fiat intemperantia.

ASC.

ARGVMENTVM.

Fontem omnis esse modestia, ut appetitus pareat rationi. At hunc ipsum putat Ambrosius omnium officiorum primarium esse fontem.

DVplex est enim vis animorum, atque naturæ. Vna pars in appetitu posita est; est ὁρμὴ Græce; quæ hominem huc,& illuc rapit; altera in ratione; quæ docet,& explanat, quid faciendum fugiendũque sit. ita fit, ut ratio præsit, appetitus uero obtemperet. Omnis autem actio uacare debet temeritate, & negligentia; nec uero agere quidquam, cuius non possit caussam probabilem reddere. hæc est enim ferè descriptio officij. Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant, eamq; neque præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignauiam deserant; sintq; trãquilli, atq; omni perturbatione animi careãt. ex quo elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio. nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo, siue fugiendo non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem, & modum transeunt. relinquũt enim, & abijciunt obedientiam, nec rationi parẽt, cui sunt subiecti lege naturæ. à quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut uoluptate nimia gestiunt: quorũ omnium vultus, uoces, motus, statusq; mutantur. Ex quibus illud intelligitur, (vt ad officii formam reuertamur) appetitus omnes contrahendos, sedandosq;, excitandãq; esse animaduersionem, & diligentiam, vt ne quid temere ac fortuito, inconsideratè, negligenterq; agamus. neq;.n. ita generati à natura sumus, ut ad ludum, & iocum

facti

facti esse uideamur, sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora, atq; maiora. Ludo autem, & ioco uti illis quidem licèt, sed, sicut somno, & quietibus ceteris, tum cum grauibus, serijsq; rebus satis fecerimus, ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum, & facetum esse debet. vt enim pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat.

PETR. MARS. DVPLEX est enim. probat diuidendo motus animorum, & tum quare probandi sunt hi motus, qui ad naturam accommodātur, duæ sunt partes animæ: una est expers rationis, & dicitur appetitus, paret tamen rationi. i. intellectui, nam ratio in homine ipse intellectus. Hęc duo non sunt in brutis, quoniam non habent rationem, nec parent rationi, quippe appetitus in homine debet obtemperare rationi, ut patri filius. prima ergo ratio est intellectus, & mēs, altera appetitus qui nō est ex ipsa ratione, sed est non sine ratione per obedientiam, unde dicit Arist. lib. iiij. Mora. cupiditates non debere esse magnas, qui rationem eijciunt. quamobrem, inquit, mediocres sint ipsæ, perpaucæ, & rationi non aduersentur, oportet, atque id tale quod est obediens, temperatum castigatumq; uocamus. Et ut uiuere puerum pædagogi præceptis oportet, sic, & cupiendi uis cupere debet, ut ratio iubet. Vnde temperantiam cupiendi, concordem esse cū ratione oportet, quoniā utriusque propositū est honestas, atq; uir temperās omnia cupit, ut oportet, & quādo oportet hoc modo, & ipsa ratio dictat, hæc omnia Cic. erudire prosequitur. [ὁρμη] Græcè Latinè dicitur appetitio animi siue appetitus sensilis, & ineptus ad aliquid agēdū. [Rapit] Vi trahit. appetitus. n. ad diuersa nos rapit, sed debet ratione comprimi. unde uult Arist. ut in principio dictum est, actuosas uirtutes consistere in appetitu, & maximè fortitudinem, & tēperātiam. nā cum appetitus fertur ad res uenereas, & ratio eū disponit, fit continētia, & si fugimus labores aut dolores propter ignauiam, ratio comprimit appetitum, & ipsum dirigit ad ea, quę præstare debet cum decoro, fit fortitudo. Sunt motus, inquit, Ambr. in quibus est appetitus ille, qui quasi quodam proru̅pit impetu. [Huc, & illuc] Ad uaria quæ appetuntur in ratione quam Pla. posuit in cerebro tāquam in arce, & appetitū subter præcordia, quoniā ratio moderatur appetitus, aliter raperet præceps. [Omnis autem ratio] Pręscribit qualis debeat, esse ratio, quo appetitum regere dēt, nam si ratio est temperantia, & negligens, nec se, nec appetitum regere poterit, nunc philosophus dicit in vj. Eth. prudētiam esse habitum agendi circa humana bona uera cum ratione. [Temeritate] .i. cæco impetu ne temere aliquid faciat, sed consideratè, & diligēter. [Hæc. n.] Ferè descriptio est officij, nam in principio ex Stoicorum sapiē tia ita finiuit, officium medium id esse, quod cur factū sit rō probabilis reddi possit, ut sunt hæc officia, de quibus in hoc opere disputatur. [Ferè] Quasi dixit, quoniam hæc rationi adduntur, ut temeritate uacet, & negligentia, sed si rectè uolumus cōsiderare officium ipsum, temeritate ac negligētia ualere debet, aliter non dicetur officium. adderent ferè, quoniam non omne officium ita describitur, sed medium officiū tamen siue commune, de quo nunc agitur, perfectum autem officium dicitur rectum, & omnes numeros habet, ut necesse non sit de ipso cur factum sit, rationem reddere. Ergo non omnis officij eadem est descriptio. sunt enim quædam officia, quæ à circunstantia ducuntur. [Neque præcurrant] Et sic fit exuperatio. [Neque deserant] Et sic est detectio, & parum, illud autē nimium. Igitur medium tenendum est, ut nequid nimis aut parum fiat. aliqui appetitus præcurrunt rationem, & immoderata appetunt, aliqui deserunt, quoniam ea fugiunt, quæ pro decoro seruando appetere deberent, ut sunt timidi. Ideo dicit propter pigritiā, & ignauiam, & pigritia refertur ad corpus, ignauia uero ad animum. audaces rationem præcurrūt, & sic de alijs quæ nimia sunt, & modum rationis excedunt. Plato. in 7. de rep. sic ait. Seditionem quandoq; horum triū appellare decet, curiosamque, & uariam alieni operis usurpationem, & insolentem partis cuiusdam præuaricationē, aduersus totam animam rebellantis insurgentisq; ad imperandum rationi, cui seruire eam natura iubet. [Tranquilli] Sedati, & moderati, ut ratio iubet. Omni perturbatione] Perturbatio tollit constantiam, inquit Ambr. Destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiam. perturbata. n. mente latius se ac longius fundit appetitus, & tanquam effrænato impetu frænos rationis non suscipit, nec ulla sentit aurigæ moderamina, quibus possit reflecti. Vnde plerunque non solum animus exagitatur, & amittur ratio, sed etiam inflammatur uultus. Ex quo modo. [.i. ex qua tranquillitate, & uacuitate perturbationis. [Elucebit] Apparebit, quoniam in perturbatione animi non possumus retinere cōstantiam, & modum. ideo cohibendus est appetitus, & ita afficiendus, ut rationi pareat, & sic tranquillus [Nā qui] Probat à contrario. [Euagantur] Longius afferuntur, & nullo moderationis retinaculo continentur, quoniam illi non pārent. [Siue cupiendo] Et sic erit nimium] Siue fugiendo] Et sic erit parum, & non poterunt appetitus à ratione dirigi ad mediocritatem, ut fiat moralis uirtus, quæ in ipsa mediocritatē consistit. [Relinquunt n.] Ratio quare transeunt modum in omni re atq; terminum quē ponit ipsa recta ratio. [Lege naturæ] Quoniam natura uult, ut appetitus rationi pareat, quā in cerebro quasi in arce posuit, ut præesset. Cupiditates autē siue appetitiones subter præcordia, ut rationi parerent, iram in pectore collocauit. hæc fuit Platonis opinio, quem Virg. in principio suæ Aeneidos imitans finxit Aeolum, qui est ipsa ratio, sedere in celsa arce tenentem sceptrum, & comprimentē uentos, qui subsunt. i. cupiditate, quæ latius uagantur. Et uenti si latius uagarentur, omnia confunderent, ideo Aeolus eos comprimit. philosophus in 3. Eth. agens de Temperantia sic ait. castigandum est, & temperandum id omne, quod turpia concupiscit, & incrementum suscipit magnum, atq; luxuriat. tale autem est ipsa cupiditas maximè, atq; puer, nam, & pueri cupiditates habent earum rerum, quæ uoluptatem efficiunt. [A quibus] Appetitionibus, quæ latius uagantur, nec parēt rationi. sed etiam corpora, quoniam cum animus perturbatus est, in uultu ostenditur, ideo uidemus iratorum uultus inflāmatos, timidorum pallidos, & alacres, cum uoluptate aliqua gestit animus, hæc omnia significant non adesse constantiam, sed animum esse commotum. Vnde Socrates, ut dictum est. Vir grauis, & constans semper eodē uultu uisus est. Ita se profert, inquit Seneca, & in faciem exit, quantoq; maior hæc est, efferuescit manifestius. Nullum est animal tam horrendum tamq; perniciosum natura, ut non appareat in illo, si eam inuasit nouæ feritatis accessio. [Ora] Vultus eorum qui ita concitantur, quoniam apparet illa perturbatio. [Libidine] Vehementi appetitu alicuius rei. [Aut metu] Quoniam pallent. Natura cum quid de extrinsecus contingentibus metuit in altū tota demergitur, & descendens trahit secum sanguinem, quo uelut curru semper uehitur, hoc demerso humor dilutior cutir remanet, & ipse pallescit. Ideo timentes tremunt, quia uirtus animæ introrsum fugiens neruos relinquit, quibus fortitudo menbrorum tenebatur. [Gestiunt] Exultant, & præter decorum de aliqua uoluptate lætitiam ostendunt. [Quorum] Hominum ita perturbatorum mutantur uultus, uoces, status, & motus, in quibus decorum seruandum est, ne in motu, aut statu corporis propter irā aliasq; perturbationes modum excedamus. [Ex quibus] Ex his quæ dicta sunt, & hominum perturbatorum deformitati apparet comprimendos esse appetitus, ne talis in uultu, uoce, motu statuq; corporis deformitas animo perturbatio sequatur. [Vt ad officij formam reuertamur] Parēthesis est. Dixit supra, nec agere quicquam, cuius nō possit causam probabilem reddere. hæc. n. ferè descriptio est officij, postea fecit digressionem, nunc reuertitur ad formā .i. proprietatem, regulam, atq; conuenientiam. [Contrahēdos] Reprimendos, à ratione sedandos: ad compositionem trāquillitatemq; reducendo. [Excitandum. Quasi dormientem, nam cum ratio uidetur sopita excitanda est, ut appetitui imperet, & disponat mediocritates affectuum. [Animaduersionem] Iudicium, & animaduertamus, ne quid temere, aut fortuito agatur. [Temere] Inconsultè, & sine rationis præscripto. [Fortuito] fortè fortuna nullo adhibito iudicio, hęc omnia sunt cōtra animaduersionem .i. iudicium ipsius rationis, & diligentiam. Cū. n. diligenter animaduertimus, nihil fit temere aut fortuito. [Neque. n.] Ratio quare nihil est agendum temere, & negligenter, quoniam, inquit, ad maiora nati sumus qua impetum

ctum uulgus arbitretur. non.n. produxit nos parēs natura ad ludum,sed ad seueritatem atq; prudentiam. Vnde hi qui uoluptatibus tamen indulgent,& ludis iocisq; ,finem humanum non consequuntur, & sic frustra nati sunt, quo ab homine ratione prædito,& ad summum bonum nato, omnemq; perfectionem,nihil debet esse alienius. [Ad ludum] ludus est in factis,iocus in uerbis.Fabius ait iocum accipimus serio contrarium. [Grauiora] maioris ponderis, & digniora graui homine,qui in uirtute perseuerat. [Maiora]Quā sit ipse ludus, qui potius ad leues hoīs pertinet, quā ad graues. [Ludo autem,& ioco[Monet quando ludendum iocandumq; sit.[Vti illis qui dem licet] Possumus uti circa reprehensionem,& notā læuitatis animi relaxatione in uerbis,& factis,tunc cum rebus grauibus satisfecerimus,quoniam id, quod caret alterna requie,durabile non est,ut canit Oui.[Sicut somno] Eo modo debemus uti ludis,& iocis,quo utimur somno. Nā tunc debemus somnum capere, cum natura defessa est, & alijs rebus satisfecerimus. Vnde bonus paterfamilias, ut præcipit. Aris. in eo libello, qui de re familiari tuenda inscribitur, ultimus debet inire quietem,& mane primus surgere,& seruos ad illorum munus excitare. Et ipse Arist. cum se ad quietem componeret, pilam æneam in manu habebat, cui suberat uas æneum, ut si pila ex manu excidisset,sonitu ad sua studia,& contemplationes excitaretur.non.n. dormiens poterat exercere operationes studiosas,in quibus ipse summum bonū ponebat Homines uero deditι uoluptatibus,uentri somnoq;,cum dormire non possunt, uarijs illecebris somnū eliciunt, ignorantes se tunc esse mortuos, & nihil agere posse quod homine dignum sit. Vnde patis,ideo uiuentes pro mortuis habētur.Alexander Magnus dicebat se duabus potissimum rebus mortalitatem,& imbecillitatem humanā intelligere,somno.s.& coitu, quas sola naturæ infirmitas pareretur.Homines igitur somno dediti,& gulæ,ex pergiscantur aliquando,vt se per tot annos saltem per aliquot horas uixisse testari possint, nec illam rem tanto studio consectentur,& ament,qua uel maximè mortalitatis, & fragilitatis humanæ admonemur. Excitentur inquam,si è natura uiuere uolunt splendore nominis, & gloriæ, ad quam bene à natura institutus aspirare tota mente, omni officio, & contentione debet. [Grauibus]Grauitate,& uirtute dignis.[Serijs] Carentibus ioco. nam serium est ioco contrarium.[Non prof.] non dissolutum.[Ingenuum] ingenuo homine dignum,ut nō habeat apertā obscænitatem. [Facetum] gratia monendi risum cum decoro,uel elegans dicendi genus. Nam facetia est elegās eruditio. Inde facetus qui habet excultam quandam elegātiā. Fab. ait lib. 6. facetum quoq; non tam circa ridicula opinor consistere,hanc magis excultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto. iocum id accipimus,quod est contrarium serio, & effugere, & terrere, & promittere iocus est. Dicacitas sine dubio à dicendo,quod est omni genere commune ducta,propriè tamen significat sermonem cum risu aliquos incessentē, ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt,dicacem negant. Venustum est,quod cum gratia quadam,& Venere dicitur. Salsum in consuetudine pro ridiculo tamen accipimus,natura nō utique hoc est,quanquam & ridicula esse oportet salsa. Nam, & Cic.omne quod salem sumpsit,ait esse Atticorum. quia sunt maximè ad risum compositi. Et Catullus cum dicit, Nulla est in corpore mica salis, hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit,quod nō erit insulsum,uelut quoddam simplex orationis cōdimentum,quod latente iudicio uelut palato excitat, & à tædio defendit orationem. Vrbanitas dicitur sermo præ se ferens in uerbis,& arte, & usu, proprium quendam gestum urbis, & sumptam conuersatione doctorū tacita eruditionem,deniq; cui contraria sit rusticitas: & urbanitas est uirtus quædam in breue dictū,coacta,& apta ad delectandos mouendosq; homines in omnem affectum, maximè idonea ad resistēdum,uel ad lacessendum,prout queq; res aut persona desiderat,cui si breuitatis exceptionē detraxeris, omnes uirtutes orationis complexa est. Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaq; erunt,& quod in sermonibus, circulis,conuiuijsq; item in concionibus,omni deniq; loco ridicule commodeq; dicet, risus erunt, Meo quidem iudicio, inquit,illa est urbanitas, in qua nihil absonum,nihil agreste, nihil inconditum,nihil peregrinum,neq; sensu,neq; verbis,neq; ore,gestuq; possit reprehendi,ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi. Ridiculum omne est, quod aperte fingit. Cic.facetus fuit,& urbanus,de cuius facetiis Tiro eius libertus siue Furius Bibaculus tres libros composuit, quos priscorum incuria desideramus. [Vt.n. pueris] probat à simili,quia iocus non debet esse nisi ingenuus. [Licentia] Libertas in loquendo est,cum quis non timidè, quod seruile est, sed ingenuè ac liberè,hoc est ut liberum hominē,& ingenuum decet,loquitur. Licentia est in malum, quoniam hac libertate abutitur usque ad temeritatem,& procacitatem.significat autem licentia quandā impunitatem agēdi quidquid uelis. Ideo dicit Teren. Omnes deteriores sumus licentia.[Lumē] quoddam,& signum,& specimen probi boniq; ingenij. Ludens igitur quandā ingenuitatem pre se ferre debet,& modestiam libero homine dignam [Eluceat]appareat.

DVPLEX est.n. &c.]Et quia dixerat probari motus animorum ad naturam accommodatus, iccirco duplicē esse uim animorum dicit,& alteram in rōne, alteram in appetitu positam esse. Stoici animam diuidebant in partes octo, quinque sensus,uocalem, particulam,& cogitabilem,que est ipsa mens, & uim generandi,ex falsis uero asserebant mētis accedere peruersionem.Et ex ea complures pululare perturbationes,atq; constantiæ causas.Est autem secundum Zenonem ipsa perturbatio irrationabilis, ac præter naturam animi motus sine appetito abundans, qua ὁρμὴν græci uocat. ὁρμάω n. est impetū facio. [Huc atque illuc] Temperantia ea tantūmodo appetit, quæ indigentiæ sufficiunt,appetitus impetu quodā ad aliquid rapitur, & ultra modum cupit,hominē q; statu suo dimouet, & modo huc modo illuc impellit,ut ira, aut affrænata libido. [Quid faciendo &c.] Hoc est ipsam ostendit uirtutem,que facienda, & non facienda prescribit, & honesta quidem faciēda, turpia uero fugienda. [Vt ratio præsit]Quæ nobis ab ipsa natura insita est. Cum appetitus ut dictum est,accedat ex falsis. [Ita sit]Per animi motū rationalem.[Omnis autem actio.]Cū ratio præesset debeat danda opera est, ut omnis nostra actio, in quacunque uirtute, à ratione proficiscatur, & consulte suscipiatur. prudentia omni uirtuti inest, ut supra diximus,sed præcipuè modestiæ, quæ appetitum ratione coercet. Nam ratio,& consilium prudentiæ sunt. [Temeritate] Ne temere aliquid suscipiamus. [Negligentia] Vt curam studiumq; adhibeamus ne tardi in deliberando simus,aut deforme aliquid, & inuenustum faciamus.[Nec uero &c.] Proprium sapiētis, hoc est nihil agere, quod cur agat rationem reddere, si non ueram saltem probabilem possit. [Hęc.n. est &c.] Medium officium Stoici id esse dicebant,quod cur factū sit ratio probabilis reddi potest. Efficiendum autem est &c.] Cupiditatū, ut superius dictum est,siue concupiscentias appellare malis, alia communis est, quæ naturam sequitur generis,uel speciei,ut animalis, & hominis, alia propria quæ natura sequitur indiuidui etiam ad inuentionem nostram. Siue igitur communis sit cupiditas, & modum excedat, siue propria, & turpi rationi subijcienda est,nequid stultè, & deformiter facere nos compellat. [Appetitus]Qui multiplices sunt, & communes quidem cibi, & potus. Idem principatus. Nam hominis excellentiæ tributū est, ut nemini parere uelit animus bene informatus, nisi utilitatis causa imperanti. [Præcurrant] Nimium concupiscendo præueniant,ut non prius faciamus aliquid quam deliberemus. Cauere.n. debemus,ne appetitus ad se nos rapiat. [Nec propter &c.]Nimis metuendo,& diffidēdo,sensus rationis ministri debent esse,qui cum ab ea reguntur peccare nō possunt,hoc pręcipit ne pigritia quæ corporis est, aut ignauia,quæ est animi, aliquid ad quod ratio faciendum impellit timore, uel negligentia amittamus.exempli gratia potest uir fortis adipisci magistratum bonis artibus,dat operam vt adipiscatur,rectè facit, & laudandus est,quod si quis malis artibus, ut largitione assequi tentaret perperam faceret, & uituperatione dignus esset. Qui uero uirtute præditus est, & bonis artibus magistratum nancisci posset,petere tamen non auderet,aut delatum nō susciperet,hic pigritia,aut ignauia rationem deseret, sicut illam præcurreret qui indignus cū esset,petere tamen auderet.[Trāquilli] Non sublati nimio gaudio aut spe, uel metu sollicit. Tranquillitas animi æqualitas quædam est in omni fortuna moderatis cum nihil metuit,aut si sperat aliquid,& id pro desiderio non accidat, non tamē magnopere doleat.[Ex quo elucebit &c.]Si trāquilli erunt animi, & omni carebunt perturbatione,constantes erunt,& moderati.per constantiam autē nec metuent,

FRAN. MAT.

An. ma diuisio.

Zeno.

Ratio & consilia.

Appetitus multiplex.

Trāquillitas animi.

metuent, nec sperabunt plusquam oportet, per moderationē uero neq; lætabuntur supra modum, neq; dolebunt [Euagātur] Respicit ad id quod dixit præcurrunt. [Cupiendo] Hoc ad spem refert. [Fugiendo] Ad metum. quæ.n. metuimus ea fugimus. [Non satis &c.] Ratio.n. dominari appetitibus non potest, cum eam, aut præcurrunt nimis, aut deserunt, ideoq; trāquilli debent esse animi, ut parere rationi possint. [Finē, & modum &c.] Finem dixit præcedendo quia præcurrunt, modum dixit recedendo quia deserunt metu rationem. [Abiiciuntur] Obedientiam faciunt. quod Vir. ait de equis quos à feruenti cursu retinere auriga non potest. Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ. Addunt se in spacia, & frustra retinacula tendens. Fertur equis auriga nec audit currus habenas. [Cui sunt subiecti lege naturæ] Quæ est recta ratio imperādi in oēs permeans, eademq; in Ioue principe generationis omnium. Stoici dicebāt lex naturæ uult, ut appetitus rationi pareat, & tantū appetatur quantum natura postulat. Ea autem paucis minimisq; contenta est. [A quibus non solum animi perturbātur] Hic quæstio exoritur, hæc omnia lætari nimium aut tristari, metuere, aut sperare, à uiro forti, & magnanimo fugiēda sint, Vt in officijs fortitudinis dictum est. Cur nunc in officijs modestiæ ponantur respondetur. Ad omnem honestam modestiam extendit, in qua præcipuè decorū spectatur, quod cum omnibus honesti partibus insitum sit, in nulla potest reperiri in qua & modestia non sit, ex quo sequitur eadem uitia uitāda in modestia, quæ in fortitudine, q̄ in iustitia. Omnis n. uirtus est habitus animi in mediocritate consistens, omnis appetitus, qui non paret rationi est contrarius uirtuti, siue deficiat, siue excedat. Quidam non contentus suis appetit aliena. Quidam propriè utilitatis gratia pericula aggreditur, uterq; eadē perturbatione peccat, quæ est concupiscentia, non tamen utriusque uitium unius uirtutis officijs euitari docetur. Sed illud prius iustitiæ, hoc posterius fortitudinis. Potest, & aliter responderi sperari, metuere, lætari, dolere diuersæ ratione considerari solere. Constantiæ, uel inconstantiæ, & uenustatis, uel deformitatis. Si secundum constantiam animi, uel inconstantiam consideramus, ad officia pertinebit fortitudinis, quam uolunt, ut & in adeundis, & in tolerandis periculis constantes sumus, si secūdū uenustatē, vel deformitatem, ne uel gestiamus lętitia, uel irascamur, ut corpus contremiscat, oculi faciesq; intumescāt, ad officia spectabat modestiæ, in qua præcipuè ratio decori habetur, & gestus motusq; non solum animi, sed etiam corporis spectatur. Rectè ergo in officijs modestiæ de perturbationibus præcipitur. [Licet.n. corpora ipsa &c] Quæ intumescunt, & deformia redduntur. Vnde Ouid. de arte amādi puellas sic admonet: Pertinet ad faciem rabidos compescere mores Candida pax homines, trux decet ira feras Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ. Lumina gorgoneo sæuius igne micant. I procul hinc dixit, non est mihi tibia tanti. Vt uidit uultus Pallas in amne suos. Vos quoque si media speculum spectetis in ira. Cognoscet faciem uix satis ulla suam [Libidine aliqua, omnis immoderatus, & inhonestus appetitus libido uocatur, ut dominandi, & uenerea exercendi, de quo inquit Horat. Nam simul, ac ueras inflarit terra libido. [Aut metu] Quo pallescunt, & tremunt homines, ut de Cato ait Virg. Tum primum nostri Cacum uidere trementem, turbatumq; oculis. Et Ouid. de Philomena. Atq; pallentem trepidam, & cuncta timentē. [Voluptate nimia gestiunt] Vt de Thereo scr. Ouid. uicinus exclamat mecū mea uota feruntur. Exultatque uię animo sua gaudia differt Barbarus, & nunquam lumen, detorquet ab illa. Gestiunt autem qui aut consecuti aliquid iā sunt, aut paulo post consecuturi sunt. [Vultus]. Modo.n. læti sunt, modo tristes, modo pallidi, modo torui. [Voces iratorum sunt, intensiores, timentium remissiores. [Motus] Iratorum citiores timentiū tardiores, & cū fugiunt, & pedibus timor addidit alas: ut Virg. ait. Dolentium. & languētium sunt, cū eiulatu plerunq;. [Status. Vt stare non possint sicuti irati, contra dolentes moueri loco nequeunt. [Ex quibus &c] Concludit dicens cum ex perturbationibus non animi solum uitia, sed corporis, quoque nascatur deformitas, quæ in iratis, & libidine aliqua exagitatis timentibusq; apparet. Vultus n. uox motus, statusq; corporis mutantur, omnes appetitus sedandi nobis sunt, ut decorū seruemus, cui omnis deformitas contraria est. [Contrahendos] Ne sinamus eos euagari, & præcurrere, sed ratione sedemus, & consilio, quod est proprium prudentiæ, quæ uirtus omnes dirigit uirtutes Sed temperātiam præcipuè, quæ est circa sensus, qui ratione indigent ne peccent. [Ad officii formam] Ad conuenientiam, & proprietatem officij, quod omnis agit rectè, & citra reprehensionem, & ut moderatè fiant omnia postulat. Contrahendos per prudentiam, quæ omnes uirtutes dirigit, ut dignum est, & præcipuè temperantiam, quæ circa sensibilia uersatus. Sensus autem ratione gubernantur, contrahuntur, si euagari uoluerint, & sedantur concitati aliqua perturbatione cum sint. [Animaduersionem] Considerationem, & consultationem, ut consilio, & ratione prospiciamus quidquid sit quod facturi sumus. [Diligentiam] ut studium, & industriā adhibeamus. [Temere] sine animaduersione, [Fortuitu] absq; diligentia. [Inconsideratè] negligenterq; utrunque refertur. [Neque enim &c.] aptè ad ioci, & ludi præcepta transit Cic. Dixerat omnia cum ratione; & diligentia agenda esse, rationem subiecit. quoniam natura non ad iocum, & ludum nos genuit, sed ad seueritatem, & studia grauiora, & tamen licèt ioco, & ludo uti. Sed ita ut modum decorumq; custodiamus Iocus, & ludus differunt, ille est in uerbis, hic in facto, & iocum quidem pro eo accipit dicit. Quin quod est contrarium, serio. Ludus à lusu, siue lusione sic distinguitur, quod ludus tum periculum tum spem sibi propositam habet, ludus arborum. At uero lusus nihil præter merā uoluptatem, qui pila, qui trocho, qui tesseris ludunt, lusum potius quam ludum exercent. Constat autem auct Arist. circa iocum excessum esse, & defectum medij. qui.n. magis, quam oportet risum mouent Scurræ uidentur, & molesti sunt. nam risum secuti, magis cogitant quomodo illum mouere possint, quam, ut honestè loquantur, ne quenquam offendant. Qui nec debet ipsi aliquid iucundum, nec dicere alios patiuntur, rudes & agrestes dicuntur. Qui uero cum moderatione iocatur comis appellatur. Et inter scurrilitatem, atque rusticitatem urbanitas media est. Conuenit itaq; urbano talia dicere, atque audire, qualia modesto, & ingenuo congruunt. Sunt. n. quædam quæ dicere, & audire huiusmodi decet homines, & ingenui iocus differt ab eo, qui est seruilis. & docti ab eo, qui est indocti, & quia non semper rectè iocatur, qui dicet, quæ decet ingenuum, quoniam ostendere potest audientem cum alius alium oderit ametque. Vrbanus ita se habebit, quasi ipsa lex in ipso sit, & abstinebit à quibus oportebit, & q̄n, & quantum, & apud quos oportebit. [Ludo autem, & ioco] Ostendit ludo, & ioco quando, & quatenus utendum sit. Somno utimur modico, & propterea tantum, ut naturæ satisfiat, nam, qui somno nimium indulget, sic ab Ouid. reprehēditur. Infelix tota quicunq; quiescere nocte Sustinet, & somnos præmia magna uocat. Stulte, quid est somnus gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescendi tempora fata dabunt. Eodem modo ioco, & ludo ad necessitatem non uoluptatem vtēdum est, ut rebus seruis fatigati corpus animumq; recreare possimus, & hilares integrique ad laborem reuerti. Ideoq; ait Ouidius: Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ. Si nunquā cessas flectere, mollis erit. Arist. quoque, inquit, cessatio, & iocus ne cessarii uidentur in uita Item lib. Eth. vlt. studere, & laborare ioci causa, stultum nimis, puerileq; uidetur. Iocari uero, vt studeas secundum Anacharsis sententiam rectè se habet. Nam cessatio quædam iocus uidetur, cumq; fieri nequeat, ut quis continuo laboret, cessatione opus est [Non profusum] Ne sit scurrilitas. [Nec modestum] Vt deficiamus per nimiam rusticitatē. [Ingenuum] Qualis ingenuo conuenit. [Vt enim pueris] Vt inquit, non concedimus pueris, ut omni ludo utantur sic iocum uolumus esse honestum, in quo non scurrilitas aliqua, sed probi ingenij uis cognoscatur. [Omnem licentiam.] Non enim omnis ludus liberalis est, & ingenuus, sicut alearum, tesserarū, à quibus abstinere pueros uolumus. [Sed eam quæ &c.] Vt pilę. [Probi] Boni ingenij signū est, cū q uisquā facetè respondet, qua in re plurimum ipse ualuit Cic.

DVPLEX &c.] Ostendit quare huiusmodi motus sunt probandi, docens appetitum debere rationi parere. Ordo est, dependens à superiore, ac si dicat dicit, quod motus tam animi, quam corporis sunt probandi. Enim pro quia, duplex est uis animorum atque naturæ, una pars posita est in appetitu, ὁρμὴ sup. dicitur græcè, profertur autem græcè ὁρμή, quæ. s uis appetitus, rapit. i. uiolenter trahit hominem huc, & illuc i. in uarias partes. Altera supp. pars posita est in ratione, quæ docet, & explanat quid faciendum, ue pro uel, fugiendum sit, ita ut ratio præsit. i. dominetur. Vero pro sed, appetitus obtemperet.

Virg. in Georg.

Cōstantia. Inconstātia. Venustas. Deformitas.

Libido.

Gestio.

Iocus. Ludus.

Lusus.

Scurræ.

Rudis. Agrestis. Comis.

Sōnus. Ludus. Iocus.

Omnia ludus.

ASC.

peret.i. obediat, & annihiletur. Autem pro, sed, omnis ratio debet uacare.i. uacua esse temeritate in contemnendis periculis, & prouisis, negligentia in non prouidendis. Nec uero debet supra agere quicquã cuius non possit reddere.i. assignare causam probabilem. Hęc.i. huiusmodi .n. est ferè descriptio officij. Autem pro sed, efficiendũ.i. ut oportet facere, ut appetitus obediat rationi, neq;.i. non pręcurrant eam .s. rationem, nec deserantur.i. derelinquant eam propter pigritiam aut ignauiã.i. inertiam, & carentiam industria, & ut ipsi appetitus sint tranquilli, & careant omni perturbatione animi. Ex quo omnis cõstantia, & omnis moderatio .i. temperantia elucebit.i. apparebit. nam hi appetitus qui euagãtur lõgius, & tanquam exultãtes .i. extra solum proprię tranquillitatis euntes, siue cupiẽdo .s. quam deceat, & ita peccent per abundantiam, siue fugiẽdo, quod fugiendum non est, & ita per defectum peccent, non retinentur satis ratione, transeunt .i. transgrediuntur, sine dubio finẽ, & modũ, de quibus Horat.j serm. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines, Quos ultra citraq; nequit, consistere rectum. Enim pro quia, ipsi sup. relinquũt, & abiiciunt obediẽtiam, nec parent.i. non obediunt rationi cui sup. ipsi appetitus, sunt subiecti lege naturæ. A quibus .s. obedientibus appetitibus, non solum animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet.i. datur, & permittitur cernere .i. aspicere ipsa ora iratorũ, aut eorum, qui commoti sunt, aut aliqua libidine, aut metu, aut qui gestiunt.i. gestum pecudis offerant, nimia à uoluptate.i. propter nimiam uoluptatem, quorum omnium sic affectorum uultus, uoces, motus, & status .i. dispositiones mutantur. Ex quibus, ut reuertamur ad formam .i. ad narrationem de forma officij illud, quod sequitur intelligitur, uidelicet omnes appetitus esse cõtrahendos, & sedandos. Et animaduersionem .i. accurationem, & diligentiam esse excitandã, ut agamus quid.i. aliquid temere ac fortuitu, in cõsiderate, & negligenter. Neq;.n. sumus generati ita à natura, ut uideamur esse facti ad ludum, & ad iocum, sed potius ad seueritatem, & ad quædam studia.i. exercitia grauiora atq; maiora. Autem pro sed, licet quidem uti illis .s. ludo, & ioco. sed sicut somno, & ceteris quietibus, tum.i. quando nos satis fecerimus rebus grauibus, & ipsumq; genus iucundi non debet esse profusum .i. dissolutum, & immodicum, nec immodestum, sed ingenuum.i. ingenuo homine, hoc est non seruili dignum, & facetum .i. urbanum, & iucundum. Enim pro quia, ut.i. quemadmodum non damus.i. concedimus, & facimus pueris omnem licentiam ludendi, sed eam quæ non sit aliena ab actionibus honestatis, sic aliquod lumen probi ingenii eluceat .i. appareat in ipso ioco .s. nostro.

ARGVMENTVM.

De scurrilitate, & facetia.

DVplex omnino est iocandi genus: Vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscænum: alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum. quo genere non modo Plautus noster, & Atticorũ antiqua comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multęq; multorum facete dicta; vt ea, quæ à sene Catone sunt collecta, quæ uocauit ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis ioci. alter est, si tempore fit, ac remisso animo, homine dignus: alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscęnitas.

PETR. MARS.

DVplex omnino est] Diuidit genus iocandi in duas partes, vt appareat à quo debeat ingenuus cauere: Philosophus in iiij. Eth. sic ait. Cum autem sit, & requies in uita, atq; in hac ipsa ioco sese recreet homines, uidetur & hic esse quædam æquabilis congressio, & dicendo, & audiendo ea quæ oportet, & ut oportet. differt autem dicendo inter tales, aut audiendo tales, atque patet, & in his nimium, & parum. [Illiberale] Non libero homine dignũ, sed seruili, & scurrili. [Petulans] Lasciuum, & scurrile, & quod ab honestate discedit. [Flagitiosum] Sceleratum, & sine aliqua consideratione, & ingenio. [Obscœnum] Turpe, obscœnum est in uerbis. [Alterum] Genus iocandi, quod probatur si fiat moderatè, & cum decoro. [Elegans] Ornatum quadam elegantia, & modo dignum homine libero, & eleganti, & elegans opponitur illiberali. [Vrbanum] Vrbanitas auctore Arist. est quedã mediocritas in iocis, & facetijs, cum .s. homines mutuis salibus se recreant, & facetiis, in quibus non oportet, neq; decet quæcunq; audire, & dicere, sed tenere medium, ut decorum seruetur. Qui tenet medium, dicitur Vrbanus. Exuperant scurræ, importuni, inepti, qui omnino negligunt, decorum, magis parati ad risum mouendum, quam quod honestè loquãtur. Qui uero neque dicerent quidquã ridiculi, nec alios dicere paterentur, rustici duriq; appellantur, & in ipsis congressionibus deficiunt. Rusticus, inquit Arist. ad tales cõuersationes inutilis est, quippe cum ipse ne quidquã afferat salis, & cum afferunt alii, ægre molesteq; fert. Requies autem, & iocus in uita necessarij esse uidentur. Licet hoc inquit, uidere tam in antiquis, quàm in nouis comœdiis. Quibusdam .n. uerborum obscœnitas, quibusdam etiam subintellectio ridiculum erat. Et cum omnes facetiæ sint de numero conuiciorum, latores legum apud antiquos plura conuicia uetuere, & facetias. Vnde ipse urbanus sese habere debet in ipsis iocis, ut regula quædam, & lex sibi ipsi, vt est ipsa prudentia, quæ statuit omnem mediocritatem, & formulã, & sic non dicet ea, quæ dicenda non sunt, & respiciet ad personas, quarũ habenda ratio est], quod scurræ negligũt, & multum interest, inter illum qui audit facetias, & qui dicit, & magna honestas requiritur in dicendo, & hæc omnia suscipiunt gradus secundum qualitatem personarum, & dignitatũ. Cato.n aut Catoni similis audiret aliquãdo aliquod ridiculũ, at nunquam ipse diceret. Cyrus apud Xenophõtem dicit, Qui risum conuiuis moliuntur neq; propter ipsorum lucrum, neque propter audientium detrimentum, neque ut noceant cuiquam prorsus vrbani, & faceti iure nominãtur. [Ingeniosum] Nobili, & præstanti ingenio dignum, quod opponitur flagitioso. [Facetum] Habens excultam quandam elegantiam nulli displicens, amœnum & plenum urbanitatis, quod opponitur obscœno. [Quo genere] Honesto iocandi, & facetiarum [Plautus noster] Italus poeta comicus cuius comœdiæ iocosæ sunt, & facetæ. Vnde ab alijs discernebantur ob id, si quando ambigeretur an aliqua comœdia, Plautina esset. [Antiqua com.] Liberi hominis iocus differt à ioco seruili, vt apparet in ipsis comœdijs, in quibus inueniuntur aliqui ioci sine deformitate, aliqui cum turpitudine, & profecto dicenda sunt ridicula, quæ aliena sint, non modo à turpitudine, sed etiam à suspicione turpitudinis. [Antiqua co.] Atticorum plena erat iocis, & facetijs. Vnde etiam Attici Sales dicuntur, & attica Venus, & quidquid salem recipiebat Atticorum erat. Præcipui poetę comici apud Græcos fuerunt Eupolis, Cratinus, & Aristophanes [Socraticorum] Eorum qui Socratem imitati sunt, ut fuerunt Plato, & Xenophon Socratis discipuli, & eloquii suauitate, & elegantia propè similes. [A Catone sene.] Qui dictus est Censorinus, & dicta nonnullorum collegit, & literis mandauit. Hoc idem fecit postea Plut. cuius apophtegmata adhuc extant, quæ dicuntur dicta acutiorem sensum aliquem facetioremq; continentia. [Ingenui] Digni homine ingenuo. [Illiberalis] Seruilis, qui est contra ingenuum. [Alter] Ingenuus iocus. [Si tempore] Cũ tempus exposcit [Remisso] Relaxato à curis, & læto.i. in relaxatione animi postquam rebus grauibus satisfactum est. [Homine] Qui habet humanitatem. Nam humanitas significat dexteritatem quandam beneuolentiamq; apud omnes homines. Ergo qui non uult inhumanus uideri, aliquando ad animi relaxationem iocari debet. Humanitas etiam dicitur eruditio institutioq; in bonas artes, quas qui finxere cupiunt, appetũtq; (inquit Gellius) hi sunt, vel maximè humanissimi. huius enim cura, & disciplina, & uniuersis animãtibus vni homini data est, & iccirco humanitas appellata. [Alter] Illiberalis iocus non est dignus libero homine, si rei turpi, de qua sermo habetur, obscœnitas etiam uerborum adiungitur.

FRAN. MAT.

Duplex est iocandi &c.] Ostendit quem iocum sequi, quem vitare debemus. [Illiberale seruile] Quo qui utuntur Scurræ videtur, de quibus super us est dictum. [Petulans] Is est petulãs, qui nimium lasciuus est, libidinosus, & ad fastidium audientiũ indignationemq; loquax, qui nec mordacibus verbis, nec turpibus

pibus parcit. Cic. in Salust. desine bonos petulantissima insectari lingua. [Flagitiosum] Pœna dignum, & animaduersione. Nam, [quod Don. placet] Flagitium more militari dicitur res flagitione hoc est increpatione digna. Terent. in Eun. ob flagitium facinus. [Obscœnum] Impudens in uerbis ab oscis dictū. Quib. frequentissimus usus fuit spurcarum libidinum. Vnde, & impudentiam verba appellantur obscœna. Osce, & Volsce fabulantur. Nam latinè nesciunt, auctor Pompeius Festus. [Alterum elegans] Flagitioso opponitur. est .n. elegans, quod reprehensione, & uitio caret. [Vrbanum] Opponitur obscœno. Nam nihil habet turpitudinis, & ab urbe dicitur. Ciuium .n. liberales sunt loci, & ingenui magis quam rusticorū. Vnde Iuuen. ait. Salibus intra pomeria natus. [Ingeniosum] Contrarium est illiberali. [Facetum] Petulanti. Nam facetus cauet sempèr ne sit ineptus, & temporis, & loci personarum rationē habet, & facetus quidem dici putantur, quoniam facit uerbis quod uult. Teren. in Eun. Facere, laute, lepide, & dicta, & prouerbia adagionesque, quod rem agant vocatæ facetis hominibus ascribuntur. [Quo in genere urbano] Eleganti faceto. Ideo autem Plautum, & ueteres comicos ac Socraticos commemorat philosophus, ut exempla colligere possimus eiusmodi probatæ vrbanitatis. [Plautus noster] latinus poeta. De quo Macr. etiam primo animaduerto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit. Comicum Plautum, & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad Iocorum uenustatem ceteris præstitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem eius comœdiæ quæ incertæ ferebantur: Plautinæ tamen de iocorum copia nascerentur. Horat. At nostri proaui plautinos, & numeros, & laudauere sales. [Atticorum antiqua comœdia] Qua pro Satira vsi sunt græci: Nam choros introducentes malos mores reprehendebant, bonos extollebant, eā scripserunt, Eupolis, Cratinus, Aristophanes, & alij nonnulli. De quibus Horat. in ser. Expolis atq; Cratinus Aristophaesque poteæ. Atq. alij quorū comœdia prisca uirorū est, siquis erat dignus describi, & malus, & fur, q.d mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui famosus multa cū libertate uocabāt. Sed antiqua dicit comœdia ad differētiam nouæ, quā sublata mordacitate, & eiectis choris, Apollodorus, Menander, Epicharmus alijq; permulti scriptitauerunt. Sed etiam [philosophorum] Qui à Socrate fluxerunt Xenophō Grilli filius, Aeschines, Aristippus, Plat. Socr. ipse nihil omnino scripsisse traditur. In Platonis, & Xenophontis libris multa inueniuntur urbane, & facete dicta [A sene Catone.] Hic ex facete dictis, quæ colligit librum composuit, & ἀποφθέγματα græco nomine appellaui est autē ἀπόφθεγμα sentētia breuis. ἀποφθέγμαι vero paucis multa complector. Propriè autem reprehēsiones significantia potiore, & acutiore iocandi parte. Nam, & quod Cic. ait in lib de orat. longè melius dixisse creditur, qui respondet, quàm is qui prior incepit. potuit .n. premeditate uenire ad dicendum, respondenti uero nullū fuit cogitandi spatium, & ut Cic. ait in epist. ad Corneliū, omnia qui facete acriter, & breuiter locuti essent, ea proprio nomine dicta appellari uoluerunt. Næuius autem, & complures alij dicteria uocauerint. Plut. apud græcos librum edidit ἀποφθεγμάτων qui est in manibus latinus iam factus. [Distinctio] Discretio differētia. [Ingenui] Qui ingenuos decet, & cum moderatione est. [Illiberalis] In quo scurrilitas est, [Alter] Qui neminem offendit, & seruilis non est. [Tempore] Opportunè. nam cū opera reip. danda est, eiq; consulendum, aut cum bellum gerendum est, tunc iocandum nullo pacto est, exigit item nuptiarum tempus iocos, quib. si incuria utamur quando de rebus publicis disceptatur, merito inepti habeamur. [Remisso animo] Quieto & perturbationibus vacuo. [Alter] .s. scurrilis. Ne libero quidē .s. homine dignus est. nam seruilis est, si & res turpis est, obscœnus, ac turpibus affertur uerbis. potest .n. rex maximè turpis sic uerbis inuolui, ut turpis adeo non appareat. Turpe esset meretricē dicere hoc qui te gerere vellet fœminā nominare, quæ quotidianis nuptijs delectatur.

Flagitiū.
Obscœnum.
Osce. Volsce.
Vrbanū.
Facetū.
Comœdia.
Apophthegma breuis sentētia.

ASC. Duplex omnino &c.] Ponit duplex iocandi genus, declaratq; vtrūq;. Ordo est. Omnino est duplex genus iocandi, unū illiberale .i. non decens liberos, & petulās .i. lasciuum, flagitiosum, & obscœnum. Alterum sup. genus est elegās .i. uenustum, & exquisitum, vrbanum, ingeniosum, & facetum. Quo genere non modo .i. non solum Plautus noster .i. latinus sup. refertus est, & antiqua comœdia Atticorum sup. referta est, sed etiam libri philosophorum Socraticorum .i. Socratis doctrinā sectantum referti .i. repleti sunt. Et multa sunt multorum dicta facere, ut ea, quæ sunt collecta à Catone sene .i. prior ex liberis aliorum, quæ dicta uocātur sup. grecè Apophtegmata i. dicteria salsa. Igitur facilius est distinctio loci ingenui .i. ingenuos decētis, & illiberalis quo illiberales utuntur. Alter, sup. iocus .s. prior hoc est ingenuus si sit tempore .i. tempestiue ac animo remisso .i. relaxato à curis, uel non nimis circa ipsum attēto est dignus homine .i. congruit dignitati hominis. Aliter .s. illiberalis si obscœnitas uerborum adhibetur turpitudini rerum, ne libero quidem sup. homine dignus est.

DOC. interpr, APOPHTHEGMA] Breue dictū, Latini scitum dixere.

ARGVMENTVM.

Et honesti lusu modum esse quendam.

LVdendi etiam est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique uoluptate in aliquàm turpitudinem dilabamur. suppeditant autem, & campus noster, & studia uenandi honesta exempla ludendi.

PETR. MARS. LVdendi etiam] Postquam dixit de ioco, qui est in uerbis, docet quomodo ludendum sit, quoniā ludus in factis est, cum .s. aliquid facimus exercitationis gratia, & relaxationis animorum. Plat. in 4. de rep sic ait, pueri statim à primis annis in honestis ludis assuefaciendi sunt. Nam si minus decentibus assuescant, nunquam probi uiri euadere poterunt. [Modus] Mensura quædam, & mediocritas, non solum in iocis, sed etiam in ludis. [Profundamus] Imprudenter emittamus, & excedamus modum adhibita nimia ludendi profusione. [Elati] Gestientes, & exultantes nimia ludendi alacritate. [Dilabamur] propter imprudentiā, & negligentiam incidamus non considerantes decorum. [Suppeditant autem] Dicit Cic. campum Martium præbuisse iuuenibus Roma. honesta ludendi exempla, & ipsa studia uenandi hoc idem præstitisse, quoniam in campo Martio celebrabant equitia .i. ludi ex cursibus equorum in honorē Martis, & exercitationes bellicæ ab ipsis pueris, & adolescentibus. Vnde Marius in senectute auct. Plut. ut adhuc bello Parthico idoneus videretur, cum ipsis iuuenibus in armis campestrib. se exercebat prēter decorum, & irridebatur. arma autem campestria dicebā tur hi ludi, qui fiebant in campo Martio, in quib. equi agebātur in gyrum, & sibi inuicem occurrendo ludentes ibant, & in his ludis pueri armorum præludia facientes, ad uerum certamen se præparabant. Plin. ait, Non ut in pauimentis puerorum ue ludicris campestribus uidemus breui lacinia milia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris forib. inditis ad fallendo occursus, redeundumq; in errores eosdem. Exercitationum campestrium meminit etiam Suet. atq; Hora. dicens: Ludere qui nescit campestribus, abstinet armis. Maxima partem ornamentorum urbis, inquit Strab. habet campus Marti præter locorū natiuam amœnitatem artis, & solertiæ exornationes admittens. campi .n. admirabilis magnitudo, & currules pariter cursus, & alia equestra certamina expedita suppeditat, nec minus tam multis, pila circulum, palæstram exercitatione tractantibus. Dicit igitur Cicero esse honestum pueros sese exercere in his ludis campestribus, & iuuenes etiam in venatione, quoniam turpitudine uacant per se, si modus adhibeatur, ut ne quid nimis. [Suppeditant] Subministrat, præbent. [Studia uenandi] Ipse uenationes, quibus aliquando Plin iunior delectabatur, afferens semper stylum, & pugillares, & ut si manus uacuas, saltem plenas cera reportaret. semper .n. aliud meditabatur, & adnotabat experiebaturq;, ut ipse scripsit, non minus Mineruam, quam Dianam errare in montibus. Plat. in 7. de Leg. agens de ludis puerorum sic præcipit: Pueri post sextū ætatis annum ad scientiam se conuertāt, & ad magistros equorum, arcuum, telorum, & fundæ deducantur. Gymnasiorum, doctrinarumque, publica ædificia in media urbe ponantur, loca insuper ampla, vbi iuuētus ad arcum, & telorum iactum instituatur exerceaturq;. & post paulo āgēs de uenatione sic ait, Sola ergo quadrupedum uenatio illa restat omnium optima, quæ

quæ equis, canibus, corporisq; viribus agitur, tam quibuscunque diuina curæ est fortitudo, hi quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisq; manu propria uenãdo uincere debent. Venatio quæ meliores animos iuuenum facit laudatur, quæ autẽ contra, uituperatur inprimis, hæc Plat. Achilles apud Papiniũ ꝑludia armorum, & venatus recensens sic ait, Quid nunc tibi prælia dicã Syluarũ, & sæuo vacuos iam murmure saltus? Nunquàm ille imbelles Ossæa per auia lynces Sectari, aut timidos passus me cuspide damas Sternere, sed tristes turba recubilib⁹ ursas, Fulmineos que suos, & sicubi maxima tigris, Aut seducta iugis fœtæ spelunca leænæ. & de gymnasiis sic ait. iam procul Oebalios in nubila condere discos. Et liquidam nudare palen, & spargere cestus. Ludus erat requiesq; mihi, nec maior in istis sudor Apollineo, quam fila sonantia plectro, Cum quaterem, priscosq; uirum mirarer honores.

FRAN. MAT. Ludendi etiam &c.] Quoniam ut dictum est, iocari in uerbis est, ludere in factis, de iocandi genere, & modo dictum est, nunc de ludo præcipitur in quo hoc seruandum est non modo seruiles, & gladiatorios ludos vitemus, sed ut liberales, & honestos comprimamus, ne si in illis nimium detineamur, ad irã fortasse, quod solet frequenter accidere, & aliquod turpe certamen descendamus. [Suppeditant &c.] ludos ostendit liberales, in quib. versari honestè poterant. [Campus noster] Martius in quo diuerso certandi genere tirones exercebantur, & milites. Auctores Liuius, Tranquillus. Horat. Imberbis iuuenis, & adhuc custode remoto: Gaudet equis, canibus, & aprici gramine campi. [Studia uenandi] quib. mirificè delectati sunt veteres. Honesta .n. sunt, & veluti quoddam ad veram pugnam, & hostilem præludium. Persarum filij vt scr. Xenophon in Cyripædia ad uenationem educebãtur, & hoc erat illorum primũ, & præcipuum studium. Apud Græcos de venationibus ab Aristide scripti sunt libri.

Campus Marti⁹

A SC. Ludendi, &c.] Ostendit quõ ludendum est, & est ordo. Est ẽt quidam modus ludendi retinendus i. quædã moderatio in ludendo seruanda, vt. i. ver. gra. ne profundamus. i. dilapidemus, & prodigamus omnia, & ne nos elati voluptate dilabamur in aliquam turpitudinem. Autem pro sed, & campus noster. i. Martius & studia uenandi suppeditant. i. abunde subministrant honesta exempla ludendi.

ARGVMENTVM.

Animi delectatio ab honestis studiis petenda corporis uoluptas, quia pecorina sit, aut planè reiicienda, aut quàm parcissime adhibenda.

Sed pertinet ad omnem officij quæstionẽ, & semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisq; bestijs antecedat. illæ enim nihil sentiunt, nisi uoluptatem, ad eamque feruntur omni impetu: hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; & audiendi delectatione ducitur. quinetiam, si quis est paulo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paulo erectior, quamuis voluptate capiatur, occultat, & dissimulat appetitũ uoluptatis, propter uerecũdiam. ex quo intelligitur, corporis uoluptatem non satis esse dignam hominis præstantia, eamque contemni, & reijci oportere, sin sit quispiam, qui aliquid tribuat uoluptati, diligenter ei tenendum esse modum eius fruendæ. itaque uictus, cultusque corporis ad ualetudinem referantur, & ad uires, non ad uoluptatem. Atque etiam, si considerare uolemus, quæ sit in natura excellentia, & dignitas; intelligemus, quàm sit turpe diffluere luxuria & delicate, ac molliter uiuere, quamq; honestum, parce, continenter, seuere, sobrieque.

PETR. MAR. Sed pertinet ad omnem officii quæstionem] Postquã de ludis Cic. disseruit, dat præceptum, quod seruandum est, si in his rebus, quæ ad decorum pertinet officium inuenire uolumus. [Semper] .s. ante oculos habere quantum natura hominis bestijs antecellat, & sic ut ipsa præstantia requirit seruare decorum, & cauere à uoluptate, ne belluis efficiamur similes, quæ rationem non habent, sed uoluptate ducuntur. & sic dat cautiones, quas obseruare debemus circa uoluptates, ne ipsis capiamur. [Ad omnem quæstionem] Cum quoquo modo quærimus, officium. [In promptu] In mente, & ante oculos. [Quantum antecellat] Præstãtior sit. [Voluptatem] Iucũditatem quandam in cibo, & coitu, ad quã trahuntur ab appetitu, quoniam non habent rationẽ, quæ appetitum comprimat. [Toto impetu] Omni conatu, nulla rõne obstante, quam non habent, sed homines ratione præditi non debent ferri ad uoluptatem toto impetu, sed parere rationi, & in tanta humanæ naturæ præstantia excellentiaque seruare decorum. Alibi dicit in paradoxis, illud arctè tenent, accurateq; defendunt, uoluptatem esse summum bonum, quæ quidem uox pecudum uidetur esse, non hominum. [Hominis autem mens] Posita belluarum natura, affert naturam hominis, & ea quibus humana mens pascitur. [Discendo] quoniam quã to magis discit, tanto magis se perficit, & nunquàm satiatur, nisi omnium rerum, quæ ab intellectu humano sciri possunt habeat notitiam, nam cupiditas sciendi omnib. innata est, alit lectio ingenium, inquit Sen. & studio fatigatum non sine studio reficit. in mentibus nostris, inquit in j. Tusc. disputatione in ea insatiabilis cupiditas ueri inueniendi. Hæc. n. pulchritudo in terris patriam illam, ut ait Theophrastus, & auitam philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit. Magnus Alexander quamuis bellica gloria teneretur, & bellicæ laudis, & imperii per totum orbem ardore flagraret: tamen legendi cupidus erat, & Iliada Homeri, quam rei familiaris uiaticum appellabat, Arist. interprete perdidicit, & eam semper cum pugione sub puluino, ut scripsit Mnesicrates, tenere solitus erat, & ad Arist. ex Asia inter ipsos armorum strepitus in hæc verba scripsit. Alexander Aristoteli felicitatem. Haud abs te rectè factum est, ꝙ speculatiuas disciplinas edidisti: qua. n. in re iã nos ipsi ceteris præcellemus, si ea quibus eruditi sumus studia cœperint esse omnib. communia? mallem. n. singulari disciplina, quàm potentia pr̃estare. [Alitur] Nutritur ipsa scientia. [Inquirit] Inuestigat, contemplatur, & aliquid agit. [Ducitur] Tenetur cupiditate audiendi aliquid, & uidendi, ut sciat. [Quinetiã] Inquit Cic. tantum abest, ut uoluptas digna sit hominis præstantia, ut etiam illi, qui sunt ad uoluptatem propensi, modo ne in ipsis ratio prostrata penitus sit erubescant dicere se uoluptate teneri. ob quod intelligitur uoluptatem non conuenire homini ingenuo, sed repudiandam esse, cum rationi, humanæq; naturæ inimica sit, quoniã de ipsa non potest aliquis gloriari, immo propter turpitudinem se esse uoluptati addictum dissimulat, nec dẽt uoluptatem profiteri ob dedecus. Quidquã ne bonum est, inquit in paradoxis, quod non eum qui possidet meliorem facit? Vt. n. est quisquis maximè boni particeps, ita & laudabilis maximè. Neque est ullum bonum de quo non is, qui id habeat non possit gloriari. quid autem est horum in uoluptate? meliorem ne efficit aut laudabiliorem uirum? an quisquã in potiundis uoluptatibus gloriando se, & prædicatio ne effert? [Paulo propensior] Magis inclinatus, quam uelit natura hominis non penitus corrupta. [Modo ne sit ex pecudum genere] Solum ne omnino sit re ipsa brutum animal, abiecta omnino ratione, & nomine tantum homo, ut sunt illi qui ad uoluptates ruunt more pecudum, quibus nihil potest esse turpius. Vnde Epictetus philosophus dicere solebat, duo esse uitia multo omnium grauissima ac teterrima, intolerantiam, & incontinentiam, cum aut iniurias, quæ sunt ferendæ non toleramus, neque ferimus, aut à quibus uoluptatibus nos tenere debemus, non tenemus. Nomine pecoris uenit omne animal, pecudes autem sunt animalia minutiora, ut capræ, oues, porci, & cetera id genus, sed hæc uocabula confundũtur apud scriptores [Sunt enim] Probat id, quod dixit de genere pecudum. [Non re,] Non factis, & ratione, sed nomine tantum, quoniam in omnibus actionibus pecudes uiuunt. [Sed si quis est paulo erectior,] Non ita propensus demersusq; in uoluptatem, quẽ admodum sunt pecudes, quas pronas in uentrem natura finxit ad corporis uoluptatem. sed si quis est paulo erectior, idest habens

habens aliquem pudorem,& non est omnino corruptus à uoluptate,sed utitur aliquantulum ratione,hic inquam,non audebit propter pudorem profiteri se uoluptatem amare, & illa capi,duciq́: . [Quamuis capiatur,] Delectetur. [Dissimulat] Celat, & negat se habere uoluptatis appetitum propter dedecus,quoniam timet reprehendi,si laudaret uoluptatem bestijs concedendam. Plato in eo dialogo , qui Philebus de bono hominis inscribitur , sic ait . Si quem uoluptates maximas persequentem aduertimus , vel quòd ridiculæ , uel quod obscœnæ sunt ipsi quidem erubescimus,atq; celamus noctis tenebris, talia concedentes quasi sint diuini luminis indigna conspectu , primum locum uoluptati boues darent , & equi , bruta denique uniuersa ex eo , quod eius illecebris irretita sunt , quibus cõplurimi fidem adhibentes non aliter, quàm augures auibus uoluptates ad bene uiuendum aptissimas arbitrantur, ferarũque amores locupletiores testes afferunt, quàm amores eorũ qui in philosophica musa ratione uaticinantur.[Ex quo]Cum ita sit,& propter hoc,quia nemo habẽs aliquem pudorem, audet palam uoluptatis partes tueri. [Corporis] Dicit quoniam animi uoluptates in percipiendis disciplinis laudãtur,& contẽplatio maximas habet animi uoluptates. [Sin sic quispiam] Si est,inquit,aliquis,qui uelit qua ex parte probare uoluptatem, & non penitus reijcere, quod melius esset , teneat modum,idest mensuram eius uoluptatis fruendæ, ne ad uetitum dilabatur. [Qui aliquid tribuat] Dicat aliqua ex parte uoluptatem amandam,& in aliquo numero habendam. [Modum]Adhibẽdam esse moderationem , cum ipsa uoluptate frui uoluerint . [Fruẽdæ] Vti est gratia alterius rei,frui nullius. Vnde utimur aliqua re ob aliud,non per se, fruimur autem propter se , non ob aliud,qui utitur aliqua re, ad id tendit,ut fruatur idest , ut uoluptatem inde capiat . Vnde utimur domo , libris , studio, industria, ut postea sequatur aliquod emolumentum, quo tãquam fine fruamur.fruimur autem bonis,gloria, & sic frui est quiescere , & non tendere vlterius, ac si peruenisset ad metam. Et ideo Maharbal,ut est apud Liuium , reprehendit Annibalẽ, quod sciat uincere , sed uictoria uti nesciat , quia non ulterius ire perrexit post pugnam Cannensem, sed ea uictoria frui uoluit,ac si iam peruenisset ad finem,cuius gratia ipsas alpes trãscenderat. fungor est officium munusve ago , ut fungor prætura. inde dicimus fungor vita,& defunctus morte.[Itaq;]Pręcipit,quid circa uoluptatem agendum sit. [Victus] Cibus , & potus.[Cultus] Ornatus, & vestitus. [Referantur ad valetudinem]Gratia bonæ ualetudinis adhibeantur non uoluptatis,& ornamenta ideo debent adhiberi , ut ualeamus , non ut uoluptate afficiamur. Vnde Plato improbat hominem bis in die saturum fieri,& nunquam noctu solum iacere. Et cum in Siciliã nauigasset,mensas Syrac[illegible]s voluptati comparatas damnauit, & suis scripsit se uidisse portentũ in Sicilia , homines bis in die comedentes tanta erat temperantię cura apud antiquos.In iij. de rep. dicit:Syracusanam mensam multiplicemq; ferculorũ apparatum non laudabis , neque Corinthiam puellam amicã esse uiris,qui corpore egregie ualituri sint. Et Diogenes Cynicus clamat sæpius , hominum uitam facilè à deo dari , uerum occultari illam quærentibus mulsum,unguenta,& his similia. Et Enacharsis Scytha dicebat,uitem tres uuas ferre,primã uoluptatis, secundam ebrietatis,tertiam mœroris . Apud Priscos Rom. mulieres uinum non bibebant. Et Romulus , ut scripsit Piso in Annalibus,vocatus ad cœnam non multum bibit,quia postridie negocium haberet . Dixerunt alij . Si istuc Romule omnes homines faciant , vinum uilius erit. Respondit , immo carum,si quantum quisq; uolebat,bibat. nãque ego bibi quãtum uolui. Panem,& aquam,inquit Sen. natura desiderat,nemo ad hæc pauper est.Intra quæ quisq; desiderium suum claudit,cum ipso Ioue de felicitate cõtendit,& magnę diuitiæ sunt lege naturæ composita paupertas,& parabile est, quod natura desiderat,& nihil est tam mortiferũ ingenijs quã luxuria. Plat. in iij. de rep. sic ait , malæ ac turpis disciplinæ ciuitatis nullam maiorem potes coniecturam capere, quam iudicibus ac medicis indigere,non modo abiectos homines,uerum,& eos qui liberali disciplina educatos se esse gloriantur homines medicis plurimum indigent ad distillationes,& spiritus interioris intumescentis impetum ob mollitiem, atq; desidiam , & quem in uictu supra dãnauimus luxum.& in vij. de leg.sic præcipit.Omni ratione conandum est,ne pueritia in cantibus, & saltationibus,noua nunquam audeat imitari,ne ve ullus ad nouitatem pueros uoluptatum blãdimentis illiceat, Deliciæ difficiles morosos, iracundos leui ex causa excitabiles iuuenum mores efficiunt,contra vero nimia seruitus abiectos, illiberales,& humana perosos reddit.& in Epist. ad Dion. sic scribit: Sæpius detrimentum,& dolorem affert uoluptas, hebetudinem in animo, & obliuionem, insipientiam , & petulantiam pariens. [Atque etiam]inquit Cic. si uolumus considerare quanta sit hominis excellentia, intelligemus,quam sit turpe,& à suæ naturæ præstãtia alienum luxuria diffluere, & ad uoluptatem incumbere circa decorum. [Excellentia]præstantia . quoniam homo propter rationem,& orationem lõgo quasi interuallo bestijs antecellit. [Dignitas] Quam natura hominibus tribuit, ut omnibus animantibus præstet , quæ sensu tantum mouentur, & ad uoluptatem feruntur toto impetu. [Turpe] Deforme , & inconueniens. [Diffluere] Labi , & se non continere fræno rationis . diffluere est in diuersas partes fluere. [Luxuria]Nimia superfluitate in omni re,& potissimum uenerea.[Delicatè]Nimio apparatu , & delicioso . Ideo dicebat Horat. Persicos odi puer apparatus. Plato,ut dicebam, mensas nimis delicatas improbauit,& ad Dionis propinquos in hanc sententiam scripsit. Quo cum uenissem illa beata uita , quæ ferebatur plena Italicarum Syracusiarumq; mensarum nullo modo mihi placuit , bis in die futurum fieri,& cetera quæ comitantur hanc uitam, in qua sapiens nemo efficietur vnquam , moderans uero multo minus . Quæ .n. natura tam mutabiliter temperari potest? quomodo igitur iucunda uita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio [Molliter] Effœminatè. [Parce] Frugaliter,& cum parsimonia.& hoc contra luxuriam.[Continentur] Adhibita continentia,& moderatione,& est cõtra delicias.[Seuerè] Grauiter,& seueritate adhibita , quod est contra uitam mollem.[Sobriè]Sine luxu,& ebrietate.

FRAN. MAT.

SED pertinet] Hactenus Cic. præcepta dedit ad appetitus corporis,& animi coercẽdos,idq; promiscuè fecit. Nunc de officijs disputat, quæ ad corpoream duntaxat uoluptatem coercendam pertinent,sed eam potissimum,quæ in tactu , & gestu est. Qui sensus cũ brutis animalibus nobis maximè cõmunes sunt,nam si nimis illis indulgemus similes belluis sumus, quæ nihil sentiunt nisi uoluptatem , Arist. Seruiles bestialesq; tactũ gustũq; appellat.caueamus itaq; ne Philoxeno similes habeamur,qui cũ gustu gauderet lõgius sibi,quã ciconiæ guttur fieri optauit , quod philosophus scr.Cũq; homines à belluarũ natura ratione segregẽtur,cuius, vt alibi ait Cic. prima est homini cũ deo societas,in omni officio spectare debemus, quod nos deceat,quid hominis,quid belluarũ propriũ.[Quæstionẽ] disputationẽ.[Antecedat]superior sit,excellat, [Illæ,nihil sentiũt &c.]Bestię ratione carẽt,quibus sensus dominatur.ideoq; præcipites ad voluptatẽ ferũtur,quã coercere non possunt.Nã uirtus omnis animi propria est.Cuius partes duæ sunt rationalis,& irrationalis;hæc in uegetatiuam,& sensitiuam diuiditur. Vegetatiua omnino expers rationis est . Sensitiua omniũ quidem affectuum appetens est,sed tamen rationi paret. Nam, & errans regitur,& iacens erigitur.At uero rationalis pars in prudentiam scinditur. Scientiã,Intelligentiam , Sapientiam.Prudentia, est de his rebus,quæ aliter esse possunt,in quibus cõsilium, & electio locum habent. electio in hominibus tantũ est, nõ in deo,quoniã omnia scit,& nulla ambiguitate impedĩt.In belluis,quia rõne carẽt.Est autẽ electio cũ multis propositis cõmodis maximũ eligitur,& ex malis multis minus malũ.In omni actione dominatur prudẽtia,& ad actiuã uitã spectat.Quidquid enim,vel priuata,vel publica in re agimus excellẽter,& cũ omni laude id omne à prudẽtia, & alijs uirtutibus quæ illi copulatæ sunt descẽdit , differt à sciẽtia , intelligẽtia , & sapiẽtia quæ de his sunt quæ aliter esse nõ possunt. Sciẽtia de principijs nõ tractat.Sed his cogitatis discurrit, vt si cognitio iã esset summũ bonũ.Quid sit aut ubi sit inquiratur.Intelligẽtia principiorũ est circa quæ uersantur,ut si quæratur an sit summũ bonũ. Sapientia utrunq; cõplectitur,& de principijs , ac de his quæ à principijs manãt iudicat ac discurrit , & hæ tres ad cõtẽplatiuã pertinẽt uitam.Hæc omnia Cic. paucis attingit hoc loco . Hominis autẽ &c.] Tangit scientiã , qua mẽs hominis perficitur. [Cogitando]Innuitur intelligentia, quæ circa principia uersatur.[Agit]Per prudentiã,vt cũ quærit quispiã an sit aliquid,primũ cogitat an sit,postquã cognouit esse,inquirit quid sit;post quã,& esse,& quid sit cognouit, aliquid secundum illud addit, quod cogitatur.[Videndi] Per se. [Audiendi] Ab alio. [Quinetiam

Tactus, Gustus.

Irrationalis. Vegetatiua. Sẽsitiua. Rõnalis. Prudentia.

Scientia

Intelligẽtia. Sapientia.

etiam &c. Non solum, inquit, probi, & benè à natura instituti, in omni actione quantum natura hominis à belluis distat spectare debent, sed omnes etiam, qui uoluptati dediti sunt, cauere conuenit, ne ita illis sint dediti, ut ex genere censeantur brutorum. quæ natura prona ac ueluti obedientia finxit, ut Sal. ait. Ex quo præscribere uidetur uoluptuosis hominibus, ne in uoluptatem penitus sint effusi, ut nihil aliud agant, & cogitent Nam ut, inquit Iuuen. Voluptates cōmendat rarior usus. [Paulo] Supra modum, & supra quam homo esse soleat. [Modo] Tantummodo. [Sunt enim &c.] Dixerat caueat modo ne sit in genere pecudum, hoc est brutorum. Et quia occurrere potuisset quispiam. Si homo est, quomodo in genere pecudū potest esse? ideo subiungit esse quosdam homines non moribus, sed nomine. habent. n. hominis nomē, & figuram. Vita autem, & operationibus parum distant à belluis, quales legimus fuisse multos gulæ, desidiæ, & rebus uenereis penitus deditos, vt Sardanapalum, de quo Probus ait, uir muliere corruptior. [Sed si quis] Vehemens probatio est hominem à pecudibus distare. Nā quāuis homo aliquis sobrius non sit, sobrietatem tamen diligit. Quamuis impudicus, continentiā tamen laudat. Quisquis denique uitio cuipiam est deditus, illi uitio contrariam uirtutem probat. In quo uim suā natura patefacit, cum cogat ea homini laudare, quæ ipse non sequitur. [Paulo erectior [Vt non omnino sit uoluptatibus deditus, ad id autem respicit, quod dixerat ex pecudum genere, quæ pronæ sunt, & in terra aspiciunt. Cum homo sublimi sit ore, ut cœlestia non terrena cogitet, atq; intueatur, vnde & ἄνθρωπος à Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ ἀναθρεῖν. Et Ouid. ait: Sanctius his animal mentisq; capacius altæ, Natus homo est. Idem: Pronaq; ue cum spectent animalia cetera terram: Os homini sublime dedit, cœlūq; uidere Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus [Occultat &c.] Quamuis continens non sit, dat tamen operā, vt continens credatur esse, idq; facit timore ignominiæ. [Propter uerecūdiā] Quam αἰσχύνην Græci uocant. & φοβόνειαν diffiniunt δικαίας ἐπιπλήξεως. [Ex quo intelligitur &c.] Concludit ostendens uoluptatem corporis dignam libero homine non esse, quam tamen uehemētissimè lib. de fin. & in Catone maiore insectatur. [Sin sit quispiam &c.] Quia dixerat si quis est qui sit ad uoluptatem propensior, caueat modo ne sit ex pecudum genere, ideo præcepti illius asperitatem nunc lenit, & si quis, inquit, aliquid tribuit uoluptati, quam non omnino reijciendam esset, is tamen in ea modum teneat, & qui tenēdus modus sit statim subiicit. Temperans, ut etiam philosophi concedunt uoluptate frui potest. Sed triplici conditione seruata; primum ne ualetudini obsit, quod accidit per γαστριμαργίαν. Deinde contra honestatem uoluptas sit, & communem utilitatem, tertio ne facultatem excedat, ut cum luxuriosè nimiū uiuimus. Caueat ergo qui uoluptatem penitus non respuit, primum ne sit gulosus: Secundo ne impudicus, tertio ne delicatus nimium, & mollis. [Tenendum]. s. sciat. [Modum] Mensuram ve supra modum uoluptatis, sit, [Victus] Quantum ad potum, & cibum ne sit γαστριμάργος. [Cultus] Ne nimis eleganter, & sumptuosè uestiat, ne scito nimis utatur ornatu [Ad ualetudinem] ad uictum respicit. Qui nisi moderatus fuerit uarios morbos generat. Et ut Cornelius scribit, prodest sano homini nullum cibi genus fugere, quo populus utatur. Semperq; cauendum ne in secunda ualetudine aduersè presidia consumantur. [Ad uires] hoc ad cultū refertur ne sit supra facultatem. [Atq; etiam si considerare uolumus &c.] Nihil in natura est turpitudinis, nihil quod non maximè dignum sit, hoc qui spectat, turpe esse intelligit, & præter uirtutem ad quam natura nos ducit, defluere, hoc est dissolui eneruariq; luxuria. [Parce] singula singulis opponunt, Parce ad delicate refert. [Continēter] ad molliter, [Seuerè] ne excedamus in voluptate. [Sobriè] ne deficiam⁹.

Homo à Græcis quo dicatur.

Verecundia.

Modus in natura.

ASC.

SED pertinet &c.] Ostendit quomodo officium, quod à decoro manat inuenitur. Ordo autem est. Sed pertinet ad omnē quæstionem .i. inquisitionem officij, habere semper in promptu quantum natura hominis antecedat pecudibus, & reliquis bestiis. Enim pro quia, illæ. s. pecudes, & reliquæ bestiæ nihil sentiunt nisi uoluptatem, & feruntur. i. impelluntur ad eam. s. uoluptatem toto impetu. Autem pro sed, mens hominis aliter discendo. Aut inquirit semper, aut aliquid cogitando, & ducitur delectatione uidendi, & audiendi. Quinetiam. i. insuper siquis est propensior. i. procliuior, & pronior siue inclinatior paulo. i. modico sup. quam decet ad uoluptates, caueat modo, ne sit ex genere pecudum. i. ne fiat similis pecudis, se totum uoluptatibus dedendo. Quidam. n. sunt homines non re, quia nō utuntur ratione, sed nomine. Sed si quis est erectior. i. elatior, & magnificentior paulo. i. modico quam alijs, quamuis talis capiatur. i. irrideatur, & illaqueatur, uoluptate tamen sup. occultat, & dissimulat appetitum uoluptatis propter verecūdiā. Ex quo .i. ex qua naturali uerecundia intelligitur uoluptatem corporis non esse satis dignam præstantia hominis, & eam oportere contēni, & reijci. Sin. i. sed si sit aliquis qui tribuat uoluptati aliquid, talis sup. sciat, modum. i. moderationem, & mensuram eius. s. uoluptatis fruendæ esse tenendam ei diligenter. Itaq;. i. & ita uictus, & cultus. i. uestitus corporis referantur. i. ordinētur ad ualetudinem sup. bonam. i. sanitatem, & ad uires nō ad uoluptatem. Atq; etiā si nos uolumus considerare, quæ excellentia, & dignitas sit in natura hominis, nos intelligemus, quā turpe sit diffluere luxuria, & uiuere delicate ac molliter, que pro &, sup. intelligemus quam. i. quantum honestum supple sit uiuere parcè, continenter, seuerè, & sobriè.

ARGVMENTVM.

Animaduerte lector ordinem, primum ostendit quid decorum, secūdum naturam cum pecoribus communem: deinde quid secundum hominis præstantiam: deinceps quid deceat uniuscuiusque personam, uel à natura tributam, uel casu impositam, uel iudicio assumptam.

INtelligēdum est etiam, duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum una est cōmunis, ex eo quod omnes participes sumus rationis, præstantiæq; eius, qua antecellimus bestijs, à qua omne honestum, decorumque trahitur, & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur: Altera autem, quæ propriè singulis est attributa. ut enim in corporibus magnę dissimilitudinis sunt. (alios enim uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere; itemque in formis, aliis dignitatem inesse, aliis uenustatem) sic, & in animis existunt etiam maiores varietates. Erat in L. Crasso, & in L. Philippo multus lepos, maior etiam, magisq; de industria in C. Cæsare L. filio. at ijsdem tēporibus in M. Scauro, & in Marco Druso adolescente singularis seueritas, in C. Lælio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, uita tristior. De Græcis autem, dulcem, & facetum, festiuique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quē εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. contra, Pythagoram, & Periclem summam auctoritatem cōsecutos sine vlla hilaritate. callidum Annibalem ex Pœnorum, ex nostris ducibus Qu. Maximum accepimus facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. In quo genere Græci Themistoclē Atheniensem, & Pheræum Iasonem ceteris anteponunt. In primisque uersutum, & callidum factum Solonis, qui quo, & tutior uita eius esset, & plus aliquāto reip. prodesset, furere se simulauit. Sūt his alii multum dispares, simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, ueritatis cultores, fraudis inimici: itemq; alii, qui quiduis perpetiātur, cuiuis deseruiant. dum quod uelint, consequantur: ut Syllam, & M. Crassum uidebamus. quo in genere uersutissimum, & patientissimum Lacedęmoniū Lysandrū accepimus; contraq; Callicratidā, qui pfectus classis proximus post Lysandrū fuit. Itēq; in sermonibus aliū quādē uidemus, quāuis præpotēs sit, efficere ut unus de multis esse uideatur. quod in Catulo, & in patre, & in filio, itemq;, & in Q Mutio Mācino vidimus. audiui

&

& ex maioribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica; contraq; patrem eius illum, qui Tib. Gracchi conatus perditos uindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis; necnon Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum, ob eáq, rem ipsum magnum, clarumq; fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morumq;, minimè tamen uituperandorum. Admodum autem tuenda sunt sua cuique non uitiosa, sed tamen propria, quò facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur. sic n. est faciendum, ut contra naturam uniuersam nihil contẽdamus; ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur; vt etiam si sint alia grauiora, atq; meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. neque enim attinet naturæ repugnare, nec quicquã sequi, quod assequi nequeas. ex quo magis emergit, quale sit decorum illud: ideo quia nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua. i. aduersante; & repugnante natura. omnino si quidquàm est decorum, nihil est profecto magis, quàm æquabilitas uniuersæ uitæ, tum singularum actionum: quam conseruare non possis, si aliorum naturam imiteris, omittas tuã. ut. n. sermone eo debemus uti, qui notus est nobis, ne, ut quidam, græca uerba inculcantes iure optimo irrideamur: sic in actiones, omnemq; uitam nullam discrepantiam cõferre debemus. atque hæc differentia naturarum tantam habet uim, ut nonnunquàm mortẽ sibi ipsi alius consciscere debeat, alius in eadem causa non debeat. num enim alia in causa M. Cato fuit, alia cæteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt. Atqui cæteris forsitã uitio datum esset, si se interemissent, propterea ꝙ eorum uita lenior, & mores fuerãt faciliores: Catoni autem, cum incredibilem tribuisset natura grauitatem; eamq; ipse perpetua constantia roborasset; semperq; in proposito susceptoq; consilio permansisset; moriẽdum potius, quàm tyranni uultus aspiciendus fuit. quàm mi Ita passus est Vlysses in illo errore diuturno, cum & mulieribus (si Circe, & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse uellet: domi uero, & iam contumelias seruorum, ancillarumq; pertulit. ut ad id aliquãdo quod cupiebat, perueniret. at Aiax, quo animo traditur, millies oppetere mortem, quam illa perpeti, maluisset, quæ contemplantes expendere oportebit. quid quisque habeat sui; eaq; moderari, nec uelle experiri, quàm se aliena deceant. id. n. maximè quẽq; decet, ꝙ est cuiusq; suum maximè. suum igitur quisq; noscat ingenium, acremque se, & uitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus, quàm nos, uideantur habere prudentiæ. illi. n. nõ optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. qui uoce freti sunt, Epigonos, Medeamq;, qui gestu, Menalippã, uel Clytemnestrã: semper Rutilius, quẽ ego memini, Antiopã, non sæpe Aesopus Aiacem. ergo histrio hoc uidebit in scena, ꝙ nõ uidebit sapiẽs in uita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in ijs potissimũ elaborabimus. sin aliquãdo necessitas non ad ea detruserit, quæ nostri ingenij nõ erũt: omnis adhibẽda erit cura, meditatio, diligẽtia, ut ea si nõ decore, at quã minimè idecore facere possimus, nec tã ẽ enitẽdũ, ut bona, q̃ nobis data sunt, sequamur, q̃ vt uitia fugiamus.

PETR. MARS.

Intelligendũ est] Vt magis cernatur, & eluceat uis decori, ponit duas qualitates, & cõditiones siue dispositiones, quibus à natura p̃diti sumus, ut ostẽdat in utrãq; seruãdũ ẽẽ decorum; prima persona cõis est omnibus hominibus. qua. s. omnes sumus homines ratione, & oratione ornati. In hac persona illud generale decorum seruari debet, nihilq; agendum, quod huic personæ non conueniat, idest hominis præstantiæ, & excellentiæ. Altera est particularis, quoniam quisque suas habet dispositiones, & proprias qualitates in quibus particulare decorum seruandum est, nihilque à statu suæ naturæ, & qualitate, conditione ue discedendum [Etiam] Præterea, quæ dicta sunt, scire etiam debemus nos habere quasi duas personas [Quasi] dixit quoniam non dicitur in hoc propriè persona, sed qualitas, & dispositio. [Personis] Qualitatibus, & dispositionibus. Persona est qualitas, quæ hominem ab homine distinguit. dicitur persona à personando, à qua personati denominantur, qui tali indumento tegunt faciem. Natura igitur induit nos quasi quibusdam personis. i. dissimilitudinibus, & diuersis qualitatibus, cũ in ipsis hominibus magna est dissimilitudo qualitatum, & morum. [Indutos] Adopertos. capitis etiam velamen indumentũ dicitur. Vnde Bassus ait. Illud indumẽtum oris. i. persona qua caput, & os tegitur, & induitur. Et quia hoc est per translationem, ideo dicit quasi indutos. natura. n. quibusdam quasi personis nos inducit, cum diuersas qualitates impónit [Quarum] Personarum, & conditionum [Communis est] Omnibus. s. hominibus. [Ex eo] Propter id, quia omnes habemus rationem, & illa omnes participamus. [Qua præstantia belluis antecellimus] Ratione. s. & oratione. [A qua] Præstantia. [Trahitur decorum] Ducitur id, quod deceat, quoniam nihil est agendum, quod hominis præstantiam dedeceat, & à qua exquiritur ratio officij, quoniam omnia officia huic præstantiæ accommodari debent, vt generale illud decorum seruetur. [Ratio] Via, & modus, quoniã inquirimus, quid hominis excellentiam deceat, & id facimus, quod illi conuenit, & hoc est officium atque decorum. [Altera] persona particularis, & singulis attributa, quoniã diuersæ sunt hominum qualitates. [Vt. n.] Probat à dissimilitudine corporum, & formarum, animorum varietates. [Dignitatem] Pulchritudinem uirilem. [Venustatem] Pulchritudinem muliebrem, & habentem gratiam. [Maiores] Quam sint ipsorũ corporum [Erat in L. Crasso] Affert exempla ipsarum varietatum, in quibus si quisque decorum suum seruat, laudẽ meretur. seruabit autem, si id faciet, ad quod natura aptus est, cõtra cuius institutionem non debemus niti. quoniam decorum seruari non potest. erat summa grauitas, inquit in Bruto, in L. Crasso erat cum grauitate iunctus facetiarum, & vrbanitatis oratorius non scurrilis lepos, Latinè loquendi accurata, & sine molestia diligens elegantia in L. Philippo summa libertas, in oratione multæ facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententijs. [Lepos] Iucunditas, & suauitas in oratione cum gratia. [Magis de industria] Dedita opera affectatus. [In C. Cæsare] hic est Cæsar orator, de quo alibi. C. Cæsar Lucij filius, & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè quidem uehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suauitate conditior. [At] Sed. [Iisdem temporibus] quibus supradicti claruerũt. [In M. Scauro] Ecce dissimilitudines animorum, & morum. erat inquit alibi, in Scauri oratione sapientis hominis recti grauitas summa, & naturalis quædam inerat auctoritas, non ut causas, sed ut testimonium dicere putares. De seueritate Scauri sic scribit Valerius M. Scaurus lumen ac decus patriæ, cum apud Athesim fluuiũ impetu Cimbrorum Romani equites pulsi, deserto consule Catulo pauidi urbem repeterent filio suo illius consternationis, & fugæ participi misit, qui dicerent, se libentius in acie eius interfecti ossib. occursurum, quam ipsum tã deformis fugæ reum, uisurum. itaque monebat, vt si quid uerecundiæ haberet, conspectum Patris à quo degenerauerat, vitaret. quo nũcio accepto iuuenis dolore percitus mortem sibi cõsciuit. [Singularis] præcipua grauitas, & seueritas. M. Drusus, inquit, alibi. C. filius, quã in Tribunatu. C. Gracchũ collegã iterũ tribunum interfecit, uir & oratione grauis, & auctoritate, eique proximè adiũctus, C. Drusus frater fuit [In C. Lælio] Alia morũ dissimilitudo; hilaritas est q̃dã signatio lętitiæ, cõtraria seueritati atq; tristitiæ [Scipione] Aemiliano, q fuit Lælij amicus. [Ambitio] honoris cupiditas. [Tristior] Sine hilaritate, vt videt seuerus, & plenus auctoritatis in honoribus petẽdis, & uitijs coercẽdis.

fuit.n.optimus senator.[De græcis autem] Postquã de Romanis exempla posuit,transit ad Græcos, & affert Socra. qui fuit dulcis,& facetus,& in omni oratione simulator.[Dulcem]Suauem in oratione [Facetum] habentem facetias, & excultam quandam urbanitatem,& elegantiam in loquendo [Festiui] Iucundi, & urbani. quem εἴρωνα i.dissimulatorem appellabãt. Fictio est vti genus,& diuiditur in duas species,simulationem, & dissimulationem. Veritas est quædam mediocritas pertinẽs ad eum, qui de se vera loquitur,& qui eã habet dicitur uerus homo,seu ueridicus,seu grauis,qui ea sibi inesse dicit,quæ insunt,& neque maiora,neque minora, & potius se flectere dẽt ad dissimulationem,si est à ueritate discedendum, quam ab ostentationem, quæ exuperationes molestissimæ sunt, & maximè apud multitudinem. Arrogans siue ostentator ea, quæ non insunt sibi fingit,aut maiora quam insint, & sic statim est mendax,& mendacium est res perniciosissima. Et Cic. dicit nihil esse turpius uanitate. Ostentator, inquit Cyrus apud Xenophontem,nomen mihi videtur esse propter eos positũ, qui simulant se esse ditiores,quam sint,& fortiores,& qui pollicentur ea se facturos,quæ nequeunt, præsertim cum manifestum sit ab his fieri accipiendi aliquid ac lucrandi gratia. Mentitur ille qui scit se dicere mendacium,& dicit,ut noceat.Mendacium dicimus, cum decipimus, & alios, & nos ipsos putantes dicere uerum, vt si diceremus mare desiccatum esse, credentes fortè ex relatu alicuius ita esse. & ideo prudentis est non dicere mendacium, boni autem viri est non mentiri, & mendaciũ dicimus aliquando ad utilitatem alterius, vt faciunt medici curantes ægrotos.adhibẽtes.n.potiones insuaues,sed salubres, vt ægrotus hauriat,suaues esse dicunt,& haustu faciles. Vnde dicit Plato in iij.de rep. Mendacium concedendum esse medicis,alijs uero minimè. Vanus ille est,qui mendacium dicit,siue mentitur delectationis gratia,non ut noceat,inquit Arist. Gel. dicit, Vani dicuntur mendaces,infidi,& leuia inaniaq; pro grauibus,& ueris astutissimè componentes. Dissimulator est arroganti,siue ostentatori contrarius,quia aut negat, quæ sibi insunt,aut minora facit.Arrogans si gloriæ causa aliquid sibi arrogat, non multum uituperandus est, sed gratia lucri, qui rẽ vile appetit, & dissimulator rei manifestæ ac paruæ, uilis est & malitiosus. Dissimulator rei præclaræ ipso malitioso laudabilior est. At dissimulatores,inquit Arist.dissimulantes sua, elegantiores esse videntur.non enim lucri causa id agunt, sed ut fugiant timiditatem,& iactantiam, maximè autem hi negant ea,quæ sunt præclara,ut Socr.faciebat. Socrates.n. sectabatur opinionem de ideis,ut opinatus fuerat Pythagoras;quam opinionem Plato postea dilatauit,& Arist.labefactare conatus est, & ipse Soc.erat fons philosophiæ,quam primus inter homines collocauit de bonis malisq; disputans,tamen dicebat se vnum duntaxat scire, ꝙ nihil sciret,& sese opposuit sophistis,qui omnia se scire profitebantur,& sua dissimulatione alios eludebat, & εἰρωνεία qua utebatur nil aliud erat,nisi illusio. Fab ait lib. 9. Soc.dictus est εἴρων i. agens imperitum, & admirator aliorum tanquam sapientem. Socr. apud Plat.in Theęt. sic ait Nullam ex istis beatis,& pulchris disciplinis profiteor.uelim tamen mihi alias adesse, uerum semper nihil scire me dico,præter exiguã quandam amandi disciplinã. Trasymachus apud eundem in j. de Rep sic respondet Socr. Hæc illa solita est εἰρωνεία, verũ hæc ego cognoui atque prædixi, quod tu respondere quidem nolles,sed εἰρωνεία potius uteris, & deniq; omnia faceres potius, quàm interroganti cuiquàm responderes. cui Socrates, quomodo respondere is possit,qui neque sciat, neque scire se prædicet?[Contra]Ex alia[Periclem]Pericles Xantippi filius, inq.t Cic.alibi,primus adhibuit doctrinam,quæ quanquam tũc nulla erat,tamen ab Anaxagora physico eruditus exercitationem mentis à reconditis abstrusisq; rebus ad causas forenses, popularesque facilè traduxerat,huius suauitate in primis exhilaratæ sunt Athenæ.huius ubertatem,& copiam admiratæ,eiusdem uim dicendi terroremque timuerunt.de quo Eupolis scripsit, cum delectatione aculeos etiam relinquebat in animis eorũ, à quibus esset auditus. de quo alter comicus ait, Tonabat, fulgurabat, perturbabat omnia denique. Comici,inquit Plut. dixerunt Periclem cũ concionaretur, corruscationes effundere,ciere tonitrua,horrendum in lingua fulmen gerere.Agarissa mater Periclis Pisistrati filios,& tyrãnidem generoso animo expulit, leges etiam tulit, optimeque rẽp temperauit. uisa est per quietem parere leonem, & paucis post diebus Periclem peperit, specie quidem corporis haud indecora, capite uero oblongo, nec ceteris partibus respondenti, ex quo omnes ferè eius statuæ uelabantur casside. [Callidum Annib.]Tunc de imperatoribus exercituum varia ponit exempla.Annibal callidissimus fuit, & solertissimus in re militari, crudelis & perfidus. [Ex nostris] Roma. [Qu.Fabius Max.] Hic est Qu. Fabius Maximus,de quo supra,qui Annibalem cunctando fregit, & eius dolos magna prudentia dissoluit. Vnde uidens Annibal astus suos à Fabio deprehendi, dixit, & Romani suum Annib habent. [Facilè celare] Hæ sunt partes calliditatis. callidi dicuntur astuti, & quorum mens usu concalluit. Cyrus d. apud Xenophontem;exercitus imperatorem oportet esse insidiatorem, dissimulatorem, dolosum, deceptorem,furem, raptorem, & omni in re hostibus præualere. [Dissimulare]Non ostendere quid agere uellent. [Præripere consilia] Prouidere quid hostes consulant, facturique sint, & sic eorum consilijs obuiam ire, & non permittere, ut id exequãtur, quod cogitant.Fabius cum esset dictator,præripiebat consilia Annibalis, & ipsum impediebat.[In quo genere] Calliditatis,scilicet Themist. Atheniensis qui Neocli filius fuit, callidè Persas vicit ad Salaminem, ut dictum est. celeriter, inquit Prob Aemilius, quæ opus erant, reperiebat. [Themist.] Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat, & de instantibus, ut ait Thucyd. uerissimè iudicabat, & de futuris clarissimè coniiciebat, quo factum est, ut breui tempore illustraretur. Et Xerses inter angustias Salaminij freti uicus est, magis consilio Themistoclis, quam armis græciæ. quoniã naues barbarorum propter multitudinem non poterant explicari. Pheræ oppidum Thessaliæ possessum à tyrannis, quorum è numero fuit hic Iason uir callidissimus, cuius filia fuit Thebe uxor Alex. Pherei, ut auctor est Plut in Pelopida. Strabo agens de Thessalia dicit,Pheras in sublimi quamquàm fastigio collocatas tyranni funditus extinxerunt. [Versutum]callidum, & astutum, nam uersuti dicuntur ill, quorum mens celeriter uertitur. [Factum Solonis] Laertius in uita Solonis ita scribit. Est ipsius Solonis factum celeberrimum, cum de Salamine inter Athenienses, & Megarenses capitaliter dimicaretur, multisque cladibus acceptis capitale apud Athenienses esse cœpisset siquis legem de uindicãda insula ferre auderet,solicitus Solon ne, uel tacendo parum reip. consuleret,uel consulendo sibi noceret.subitam dementiam simulat,cuius uenia non dicturus modo prohibita,sed facturus erat,deformis habitu, more uecordi in publicum euolat, factoque concursu hominũ, quo magis consilium dissimularet,insolitis sibi uersibus per præconem suadere populo cępit, quod uerebatur, omniumque ita animos cępit, ut aduersus Megarenses bellum exemplo decernerent,insulaque Atheniẽsium deuictis hostibus fieret.[Quo] Vt.[Tutior]securior. quoniam capitale erat de bello gerendo verbum facere cum Megarensibus pro insula Salamine. [Prodesset] reip. Atheniensium, quam ipse legibus formauerat,& prospiciebat Athenienses fore huius belli uictores. [Furere] Insanire,vt suadere posset bellum Atheniensibus sine capitis discrimine, quod callido usus consilio effecit. ἐπικήδειον Solonis tale fuit, Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu. [Sunt his] Supradictis qui celebrant consilia,dissimulabant,insidiabantur, & affert dissimilitudines eorum,qui simplices, & aperti fuerint sine aliqua dissimulatione[Dispares]Dissimiles[Simplices]Sine fraude,& dissimulatione.Cultores,]Amatores. [Itemque alij] Aliàs affert dissimilitudines eorum, qui omnia patiebantur, omnibus inseruiebant, omnes prensabant, & affectabant præter decorum, ut id quod cupiebant assequerentur, ut fuerunt Sylla, & Crassus ex nostris, & Lysander Lacedæmonius ex græcis Plut.de natura,& moribus. Syllæ sic scribit. Syllam in exercendis salibus natura studiosum fuisse dicunt, ut ab ineunte ætate plurima cum ignominia sodalitia cum mimis atque ridiculis petulanter habuerit, postea uero quàm in rerum omnium dominatu constitutus est, è scena spectaculisque impudentissimos cogens inter potandum quotidianis dicacitatibus certabat. [Et M. Crassum. Accusatus fuit Crassus, auct. Plutar. quod cum Licinia Vestali incestum commisisset, quæ facilè iudicio liberata est. Erat huic mulieri suburbanum egregiè ornatum, quod cum exiguo precio ad se trahere Crassus optaret, humilius colere mulierẽ, eiq; quoad poterat, gratificare cœpit, qui nõ antea cęptũ erga Liciniã cultũ omisit, quam re concu-

concupita potius esset. [Lysandrum] Lysander, Callicratidi comparatus, inquit Plut. uersutus iudicabatur, & callidus, qui res bellicas variis tractans modis ipsam quoque iustitiam vtilitate amplificabat, alioqui cōmodis, vt honestate vtes, & uera mendacis non natura præstantiora existimans, vtriusq; precium atque honorem necessitate definiebat, quique Herculis progeniem sine fallacijs bellum gerere iudicabant, irrideri iubebat. quo .n. leonis pellis non attingeret, insuendam esse vulpinam dicebat. [Contraque Calliceratidem] Callicratides pfectus classis Lacedæmoniorum post Lysandrum, cum pecuniam non haberet, ut fecerat prius Lysander, ire ad Cyrū Persarum regem coactus est, ad quod ipse ineptissimus erat, quæ generoso animo præditus omnem ex græcis cladem honestiorem existimabat, quam barbaris adulari, & eorum fores adire, qui præter magnā uim auri nullum bonum habebant Lysander prius in conuiuio apud Cyrum adulationibus pecuniā impetrauerat, quam ad bellum nauale optabat, sed Callicrat. pro Spartana dignitate animos gerebat. Vnde auditus à rege semel, cum iterum rogasset admitti, & repulsam habuisset, discessit mallens seruata dignitate Spartana carere pecuniis, quā præter decorum animi sui inuicti, & excelsi barbaro regi adulari. [Itemq; in sermonibus] Afferre nunc dissimilitudines, quæ sunt in hominum sermonibus quibus quotidie vtimur. [Præpotens] Valde potens, & princeps ciuitatis. [Vnus de multis] ex plebe, ut fuerunt Catuli pater, & filius, qui sic in cōgressionibus, & sermonibus uersabantur, ut plebeij uiderētur, quā uis potuissent uti fastu, vti vt suis Q. Mutius Numantinus, & Scipio Nasica, cuius pater adeo seuerus fuerat, ut nullam comitatem sermonis habuerit, & sic apparet dissimilitudo maxima inter patrem, & filium Catulus pater, vt scribit in oratore, summa quadam uitæ comitate, & facili natura, & incorrepta quadam integritate præditus latini sermonis fuit, filius etiam comitatem sermonis habuit, sed inter oratores minimè adnumeratus. Catul. inquit enucleatè, & politè dixit. [Hoc idem] Hanc sermonis comitatem. [Contra patrem eius] Scipio. Nasicam. s. quo auctore Tyberius Gracchus interfectus est, cum cōsul Mutius Scæu. cessare uideretur. censebant. P. C. conuocati in ædem Fidei, ut consul rēp. armis tueretur prope oppressam à Graccho trib. pl. tam profusiis largitionibus, & spe proposita populo corrupto, ut palam dictaret, interempto sena tu omnia per plebem agi oportere. Scæ. consul negauit se quicquā ui acturum. Tunc Scipio Nasica, quoniam, inquit, consul dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legib. Ro. Imperiū corruat, egomet priuatus uoluntati uestræ me offero ducem, & sic oppressus est Grac. ob quod Nasica magna populi inuidiam in se concitauit, & odium, quod vt declinaret, in Asiam à senatu obligatus est, & ibi uita functus. huius seueri hominis, & rigidi filius comis fuit in sermonibus, & uita facili. [Vindicauit] Vltus est. [Conatus perditos] audaciam detestabilem, & perditione dignam; quoniam aura populi euectus remp. cogitabat opprimere. Nullam eo affabilitatem adeo seuerus erat & grauis. [Nec non Xenocratem] Xenocrates Agathonis filius, & Plato. auditor fuit, cui in Siciliam nauiganti comitē se præbuit, crassioris fuit ingenii, & hebetioris, quem cum Plato Aristo. conferret, calcaribus egere dicebat, Ari freno, propter ingenii celeritatem grauitate summa fuit enocr. ab ipso natura pditus. semper .n. vultu seuero, & habitu serio perdurabat. Xenocratem adolescentem Chalcedonium, inquit Plut. adhuc sup. Plato. philosophiæ instituta capessentem, cum reliqua uita nimis austerum tum tristem semper in vultu grauitatem præ se ferentem sæpe Plato monere solebat, ut gratiis sacrificaret, illud significans, quantum naturæ defectus, & acerbitas demeret, tantum industria, diligentia, & gratia, comitatis elegantia conciliare. Cum Xenoc. rigidus, & seuerus quidam amœnum protulisset, ridentibus condiscipulis, & mirantibus Plato dixit, quid miramini? nonne inter carduos, & urticas lilia plerunq; & rosas nasci cernitis? cum Dionys. tyrannus diceret Platoni, caput tibi aliquis auferet, Xenocr. suum ostendens, nullus, inquit id priusquam istud abscindere poterit. paratus enim erat ad mortē pro suo præceptore. gloriæ, & fastus contēptor fuit. [Ob eam rem] grauitatem, & seueritatem. [Magnum] Magnæ auctoritatis semel cum Laide meretrice dormiuit, à qua nullis illecebris potuit corrumpi. unde illa dixit, se non cum homine, sed marmorea statua iacuisse. [Clarum] Alti nominis, & famæ. [Minimè uituperandorum] Quoniam ita est ipsorum natura, quam sequi debemus. [Admodum autem] Inquit Cic. ut magis decorum seruetur quisq; debet amplecti suam natura; modo ne uitiosa sit. tunc enim emendanda esset. [Admodum] Valde. [Tuenda] defendenda. [Sua propria] .i. proprij mores, & id ad quod natura propensa, modo uacet uitio. Nam si à natura inclinationem habemus ad furta, rapinas, homicidia, non debemus in hoc sequi naturā, sed prauitatem ratione corrigere. [Sed tantum] Solum propria, & non imitari naturam aliorum sine decoro. [Quo] vt [Naturam uniuersam] Communem omnibus, qua. s. habemus rationem, & orationem, & hæc est communis natura, est etiam, & propria, ut de personis dictum est. [Nihil contendamus] nil conemur efficere, quod ab hominis præstantia sit alienum. [Ex natura] uniuersa, & cōmuni. [Propria] Vt. s. id agamus, idque profiteamur, ad quod propria natura uos inclinat, quamuis alia maiora sint, & præstantiora, ad quæ fortè non sumus apti repugnante natura, ut si quis vellet philosophari, & à tali professione natura eius esset aliena, debet se in his potius ad quæ aptus est exercere, quā philosophia, in qua decorum seruare non poterit suum repugnāte natura. [Grauiora.] Maiora dignitatis, & ponderis. [Meliora] Melioris fructus, & virtutis. [Metiamur] Consideremus, & prudenter iudicemus, ad quid propria natura nos impellat, & sic contineamus nos intra fines, quos propria natura præscribit. [Studia] Inclinationes, uoluntates, ac dispositiones. [Neq; enim] Naturæ in j Tuscul. disputationum dicit. Bene .n. illo Græcorum prouerbio præcipitur. Quam quisque norit artē, in hac se exerceat. Et alibi dicit: Nil aliud est more gigantum pugnare cum diis, nisi repugnare naturæ. Vnde Horat. præcipit: Tu nihil inuita, dices facies ue Minerua. & Sen. dicit: Malè respondent coacta ingenia, reluctante natura irritus est labor. Plat. in iij. de rep. sic ait: Quenque ciuem ad unum id opus dūtaxat ad quod natura est aptus ducere decet & in vij. Nulla uero animæ uiolenta stabilis est disciplina, pueros non tanquam coactos sequi, sed quasi ludentes in disciplinis enutrias, ut magis ad quod quisque natura sit aptus possis agnoscere. [Neque atti] Neque conuenit. [Neque quidquam] idest, aliquid sequi quod non potes consequi repugnante natura. [Ex quo] Ob hoc quod dictum est, ut nihil fiat reluctāte natura. [Emergit] Apparet quod sit illud decorum, de quo loquimur. [Nihil dec.] Nihil potest fieri cum decoro, & laude. [Et aiunt] Vt est in prouerbio, ut nihil tentetur contra naturam. Adagium est de acri iudicio Mineruæ suffragium, & illi oppositum successit, & decreuit. [Omnino si quidquam est decori.] Certè, inquit, si aliud hominem decet, nihil est qđ cū eo magis deceat, quam uacuitas perturbationum, quod præstat ipsa temperantia, de qua nunc agitur. conseruat enim prudentiam, & mentem, ut dictum est. [Aequabilitas] Consentientes, & minimè inter se discrepantes actiones. æquabilitas est idem, quod æqualitas, & sic æqualis, & æquabilis. Aequabilitas uitæ dicitur, in qua nulla est perturbationum uarietas, & discrepantia in tota uita, sed etiam in singulis actionibus seruanda est, ut nihil in ipsis discrepet, sed omnia fiant docente ratione si uolumus alienam imitari naturam, non poterimus æquabilitatem tenere, quoniam actiones inter se non bene conueniēt. Quam æquabilitatem non poterit seruare, inquit si uolueris à tuo ingenio, & natura discedere, & imitari naturam aliorū, & mores. & probat hoc à simili. [Vt quidam] scilicet, faciunt in sermone quotidiano, qui uolunt Græca uerba inculcare, & male pronunciant, dimittentes proprium sermonem, quo possumus uti omnes cum decoro, & ita loqui, ut non irrideamur. hoc idem notauit postea Iuuen dicens, Cum sit turpe magis nostris nescire Latinè, & omnia Græcè, & concumbunt Græcè, & hoc sermone pauent, hoc iram effundunt, hoc gaudia. [In actiones] Singulas. s. [Omnemque uitam.] Vniuersam uitam, nihil debemus facere, quod discrepet. Et inquit Cic. hāc dissimilitudinem naturam tantam habere uim, vt aliquando quis mortem sibi afferre debeat, ne aliquid alienum à natura sua patiatur, & affert exemplum M. Cato. qui se apud Vticam interemit, ne tyrannidem Cæsaris pateretur, & illius nullus aspiceret. Cic. secutus dogma Stoicorum laudat mortem Catonis seueri, grauis, atque perfecti Stoici. Nam Stoici rigida disciplina formati mortē paratam habebant, & ea tanquam telo expeditissimo aduersus hostes utebantur. Sed ex sntia Peripateticorum uituperādus est, timidusq; potius appellandus quā fortis, cū sibi mortē consciuerit, ut aliquid incōmodū uitaret, attulit

attulit.n.dãnum patriæ in terficiendo ciuem optimum,qui patriæ euxilio esse potuisset & illam tyranno seruiente asserere. Arist.ait mortem sibi afferre ob fugiendam paupertatem, aut amorem,aut aliquid molesti, nõ fortis est hominis, sed potius timidi.est.n.hominis mollis, & ignaui laboriosa fugere,atque non quia res est honesta appetit mortẽ,sed quia malum fugit. Vnde Mart.etiam dicit amico suo: Quod magni Thraseæ consummatique Catonis Dogmata sic sequeris, saluus vt esse velis, Pectore nec nudo strictos incurris in enses,Quod fecisse velim te Deciane, facis. Nolo uirum facili redimit qui sanguine famam,Hũc uolo laudari,qui sine morte potest.Et D.August. hanc mortem uituperat,& Lucretiam. [Tantam habet uim] Tantum potest ad decorum præstandum.[Nonnunquam]Aliquando, urgente aliquo casu,sed hoc, ut dixit, non laudatur. Cato.n.fecit iniuriam patriæ,& fuit iniustus,quia uirum optimũ interemit. [Non.n.]Alia in causa, non plus peccauerat M. Cato permanens in Afri.quam ceteri Romani, sed omnes erãt in eadẽ causa,& Cæsaris hostes.Cato post uictoriam Cæsaris in Thessalia,& fugam Pompeij, in Africam,cum Scipione Pompeij socero nauigauit,vt vires attritas, repararet, sed cum post mortem Pompeij,Cæsarem in Africa uictorem cognouit,ne in illius potestatem ueniret,aut ne illius uultum aspiceret, apud Vticam xlviij. suæ ætatis anno constanti pectore,ut perfectum Stoicum decebat, mortem sibi consciuit. qua audita Cæsar uicem suam,& illius doluit,quod tantum uirum amisisset. Voluisset.n. Cæsar pro sua clemẽtia Romæ seruare Catonem.Vnde dixit, Inuideo morti Catonis, quoniam ipse gloriæ inuidit meæ. [Atqui] Certè fuissent iure reprehensi alii Romani, qui illi cerant,si se interfecissent,quoniam non seruassent decorũ, cum uita eorum esset facilior seueritate Catonis,& grauitate. [Ceteris]Qui non habebant tantam grauitatem. Vnde poterant cum decoro tradere se Cæsari. M.Cato non poterat,ut cõcedamus hoc Cic.propensio in laudem Catonis magni,in primis,& præclari ciuis,& in Stoicorũ disciplina perfectissimi. Seneca etiam Stoicæ professionis,& ipse laudat mortem Catonis dicens.Catoni suam felicitatem contigisse, consensus hominũ fatebitur. Et alibi,Ille vir magnus est,qui mortem sibi non tãtum imperauit,sed inuenit.[Lenior]Non ita grauis,vt erat vita Catonis,& mores non erant ita seueri;sed faciliores, & contra decorum fecissent,si se interemissent.Lenis.n.natura,& facilis id non patitur,nec cũ decoro præstare potest. Catoni, qui dictus est postea Vticensis,& hic est Cato iunior ad differentiã Catonis senioris,qui scripsit origines, & utriusq; uitam literis mandauit Plutarchus. Cato senior Tusculanus fuit. Romani auctore Plutarcho cum in quo multarum rerum vsus ac experientia esset,Catonem nominabant.Cato senior moriens hoc disticho notatus est. Porcius hic mordax, glaucis subrufus ocellis, Interiens herebo sedes non comperit ullas.Ab hoc Catone Iunior Cato, de quo hic agitur, originem habebat, cuius seriem litteris mandauit Gell.in noctibus Atticis.Cato enim senior,auct. Plut. Salonium reliquit nepotem suum ex filio Catone defuncto. Salonius cum esset imperator mortem obiuit, cius filius Marcus consularem dignitatem administrauit,& Catonis Vticensis auus fuit.[Constantia]Perseuerãtia in ipsa virtute.In oratione pro L.Muræna sic Catonem alloquitur. Finxit etiam te ipsa natura ad honestatem,grauitatem,temperantiam,magnitudinem animi,iustitiam,ad omneis denique virtutes magnum hominẽ,& excelsum. [Quàm multa passus est Vlysses] Affert exemplum de externis, in quib.fuit summa morum dissimilitudo. Nam Vlysses dissimulando multa passus est, ut id quod cogitabat, perficeret, quod nõ fecisset Aiax Telamonius vir animi concitati, & magni sine aliqua simulatione,aut dissimulatione. [Quam multa] Plurimas calamitates pertulit forti animo [Diuturno errore] Quoniam errauit per x.ann.post euersum Ilium, & mulieribus aliquando seruiuit.]Si Circe,& Calypso] q. d. sunt potius appellandæ deæ quã mulieres,quoniam filiæ numinis dicebantur.Circe fuit filia Solis,Calypso Atlantis,quæ insulam Ogygiam tenuit, ad quã diuertit Vlysses. Sed has personas Homerus finxit in laudẽ Vlyssis, quem pro sapienti uiro accepit,qui quamuis incidat in uoluptatem,tamen sapientia sæpius euadit,ut de Aenea,& Didone finxit Virg. Voluit Homerus ostendere quid prẽstare posset vir sapientissimus,qualem ipse appellat Vlyssem,quem naufragium in alga maris demersum fouet Nausicas filia Alcinoi regis Phæacum. quoniam sapientia in ipsis calamitatibus unicum est præsidium,& non patitur sapientiã perire. Vnde Arist. dicebat, Eruditionem inter prospera esse ornamentum, inter aduersa refugium. Et Bias filio in Aegyptum proficiscenti, rogantiq; patrem,quidnam agendo maximè sibi gratũ faceret, si uiaticum, inquit, ad senectutem compares; uirtutem nimirum intelligens. [Domi uero]Postquam reuersus est domum dissimulato habitu. non.n.agnoscebatur, cum esset in habitu medici. Vnde passus est contumelias ab ancillis,& seruis, cum non agnoscentibus,quod non fecisset Aiax.[Vt ad id quod cupiebat] interficere procos Penelopes vxoris suæ pudicissimæ. Venerunt [ut canit Homerus in Odyssea]Ithacam Samii, Zacynthij,[Dulichij nobiles uiri petentes uxorem Penelopen; dicentes mortuum esse iam Vlyssem. inter quos erant nonnulli Ithacenses.procorum nomina fuerunt,Demoptolemus, Antinous,Amphinomus,Agelaus,Elatus,Euriades,Pisandrus,Dexippus,Polybus, Damastorides, Thenorides, Eurymachus filius Polybi,Amphimedus,Eurydanias. Vlysses domum reuersus omnes procos perdidit,auxilio Teremachi, & Eumæi subulci,& alios sagittis,alios ense confecit.[Quo animo] Quã forti,& excelso sine aliqua dissimulatione. ita.n. istius ferebat natura. [Millies oppetere] Millies uoluisset mori,quam illa pati, quæ passus est Vlysses. [Quæ] Diuersas natura,& dissimilia ingenia considerantes. [Expendere] Animo ponderare,& intueri diligentius.Iuuen.Expende Annibalẽ.[Quid habet sui]Quæ sit sua natura, & ad quid aptus sit, ut in eo seruet decorum. [Eaq; moderari]Cum modo mensuraq; tractare ne modũ excedentes perdamus decorum. Vnde non modo illa quæ naturæ nostræ apta non sunt,moderatione adhibita tractare debemus, sed etiam quæ nostra sunt, ut ne quid nimis. Vt si quis esset optimus musicus,& ad id natura aptissimus, tamen esset nimius,& profusus in cantu,modumq; excederet,profectò decorum non seruaret. [Aliena] Accommodata naturis aliorũ. [Id enim decet]id potest cum decoro præstare, quod naturæ suæ conuenit. [Quod est suum] Proprium.i. tunc quisque seruat decorum cum ea facit,ad quæ natura est aptus.[Suum igitur] Cum hoc ita sit, ut id maximè deceat, quod est cuiusque suum proprium], quisque ingenium cognoscat suum, & naturam, qua duce postea operetur, si uult seruare decorum. Vnde delphicum illud epigramma monebat,ut se quisque cognosceret. Socrates apud Plato.in eo dialogo, qui primus Alcibiades de uita hominis inscribitur, sic ait, seipsum cognoscere prudentiam esse concedimus, si autem nec nos ipsi cognosceremus, nec prudentes essemus, possimus ne nostra, siue bona, siue mala cognoscere? & si nostra ignorauimus,nec ea quæ nostrorum sunt intelligemus. [Acrem]Subtilem,acutum, atque diligentem. [Bonorum] Quæ natura sibi tributa sunt, & cognoscat etiam sua uitia, & bonis quæ insunt utatur, reijciatque contraria. [Ne scenici] Histriones, & mimi, qui uersantur in scena, & agunt fabulas subeuntes aliorum personas in decoro, qui tamen sunt utilissimi homines. Plato in vij. de leg. loquens de histrionibus sic præcipit: illius gratia cognoscenda sunt, ne propter ignorantiam ridiculum aliquod agatur, aut dicatur, cum minimè oporteat. Serui igitur, & peregrini precio conducti talia imitentur, studium uero nullum adhibeatur, nec adeo liber sit ciuis, seu uir, seu mulier, qui discere ipsa cernatur, sed noua semper de his appareat imitatio, atque ad risum spectantes ludi, qui comœdiæ uocabulo appellantur, ratione ac lege dispositi sint, & de tragœdiis sic ait: Nolite credere facile, à nobis admitti, ut scenas in foro constituatis, & clamosos conducatis histriones, qui altius, quam nos exclament, atque ita ad liberos nostros, ad vxores, ad turbam omnem, de eisdem rebus, eademque nos, sed contraria sæpe concione mimi. insaniremus enim, & nos omnino, & ciuitas omnis, si antequam magistratus uiderint, quæ composuistis, & dicenda ad populum iudicauerunt admitteremini. Nunc igitur ò uiri mollium musarum alumni, istos cantus uestros, cum nostris apud principes comparabimus, si quæ dicuntur, eadem aut meliora nostris uidebũtur, chorum uobis dabimus. [Illi enim] Ratio quare scenici sunt prudentes, ut seruent decorum. quoniam eligunt fabulas non optimas, sed accommodatas ad ipsorum naturam. [Epigonos] Tragœdiam.Epigoni.n.tragœdia est Euripidis de Thebarũ expugnatione direptioneq;,& expulsione ciuium,in qua re solet eẽ tumultus,& clamor,ita inscripta p.p epigonos populus,q. ut Strabo testat̃, eiecerũt Thebanos in Tilphossam,quæ est

est in ora Bœotiæ coegerũt fugere,& Thebæ captæ,ac direptæ sunt. Talis igitur tragœdia bona latera,& magnam uocem requirebat,ut clamores hostium Thebanorumque, & trepidatio in ipsa urbis captiuitate, & direptione repræsentarentur. Tragœdiam etiã de Medea scripsit Euripides. [Qui gestu]Freti sunt. quoniam in Menalippa,& Clytemnestra tragœdis requirebantur gestus, ut utraque mulier bene referri posset. Menalippa.n.prægnans ad Metabum deportata est,& in uinculis peperit Bœotum filium. Vnde opus erat hoc gestu effingere. Accius poeta Menalippam tragœdiam scripsit,cuius est hic uersiculus. Bœotum speciosa Menalippa in Dij regia peperit. Nam aliqui putant delatam fuisse ad Diũ. Euripides scripsit de Clytemnestra tragœdiam uxorem Agamennonis.quam interfecit Orestes filius in ultionem patris, & ipsa Clytemnestra arrepta securi,Agamẽnonem inter epulas interfecit, quod gestu decoro effingẽdum erat,& id præstat is solum qui gestu ualet [Rutilius] Scenicus fuit ætate Cic.& Aesopus.[Antiopam]Tragœdiam de Antiopa filia Nyctei, & uxore Lyci regis Thebanorũ, à quo repudiata in maximis fuit calamitatibus Vnde Persius, Sunt quos uerrucosa moretur Antiopa,ærumnis cor luctificabile fulta. Inde cum erraret per syluas, à Ioue in satyrum uerso, compressa est, & peperit Zetum, & Amphionem,qui cum adoleuissent, Lycum in matris ultionem interfecerunt,& Dircen tauro indomito distrahendam alligarunt, Vnde demutata est in fontem sui nominis. Dirce enim fons est in agro Thebano. Papinius in Thebaide: cum fluxit in subitos regina lacus. [Aiacem]Tragœdiam de Aiace furente. nam superatus in iudicio, & in petitione armorum ab Vlysse,in furorẽ uersus est, & acceptis loris,discurrebat per siluas,minabaturq; iudicibus, qui arma Achillis, Vlyssi adiudicassent,& uerberant arbores, & animalia iudices uerberare arbitrabatur, & semper horrenda uoce clamabat. Sed cum resciisset ea, quæ per insaniam fecerat, pudore affectus gladio incubuit. opus erat igitur magno clamore,ut furentis Aiacis clamores referri possent,quod cum Aesopus tragicus histrio,cuius luxuriosam patinam,& filij epotas Margaritas uoratasq; dãnauit antiquitas, non multum uoce lateribusq; ualens præstare nõ poterat, & non sæpe Aiacem egit. [Hoc]Eligere id ad quod est aptus. [Histrio]Qui est homo uilissimus,nititur tamen seruare decorum, quanto magis debet uir sapiens in tota uita cum Rom. ludos scenicos primum celebrare uellent,auct.Liuio.ludiones ex Etruria euocauerunt, & quia hister tusco uerbo ludio uocabatur, nomen histrionibus inditum est.Pompeius ait histriones dictos, quoniam primum ex histria uenerint. [Non uidebit] q.d. multo magis uidere debet, ut id eligat, ad quod est adeptus,& nil agat,quod non deceat.[Potissimum maximè, quoniam possumus etiam elaborare in aliis. [Elaborabimus] diligenter labores nostros cõferemus in his rebus exercendis, ad quas erimus aptissimi,sed si aliquando necessitas nos ad ea impulerit, quæ nõ sunt nobis apta,curandum erit,quoad eius fieri poterit,ut qui minimè indecore fiant [Detruserit] Vt compulerit ad ea, ad quæ non erimus apti. [Bona] Quæ sunt nobis natura,idest bonas dispositiones,& aptitudines ad res aliquas agendas.[Vitia]Quæ etiam inerunt naturaliter, maleq.s.inclinationes,quas uitare debemus,& contra ipsas niti duce ratione, quæ omnia emendat cum sana est. Philosophus in ij.Eth.sic ait,Considerare oportet,& ad quæ nos sumus propensiores.Nam alij ad alia sumus natura faciles, & procliues, atque nosipsos ad contraria oportet retrahere. longè nanque delinquendo secedentes, ad ipsum tandem medium accedemus.

FRAN. MAT. INTELLIGENDVM &c.] De officiis præcepit huc vsque prudentiæ, quæ communia omnibus sunt, in quibus generale inest decorum: nũc de officiis præcipit, quæ sua sunt cuiusque persona propria, in quibus speciale decorum suũ esse intelligimus, ad quod pertinet in omni actione, & sermone deligere, quod suæ cuiusque naturæ conueniat, ut tamen hominis,& proprietate seruata, hoc est ne à ratione discedat. nõ debet enim à sua specie indiuiduum dissentire. Et proprium hominis est cum ratione agere, & hoc generaliter omnes decet. Sed agere rursus cum ratione secundum cuiusque naturã particulariter singulos decet.Cum ergo consideramus q.d homini conueniat,generale est, cum quid huic homini, speciale est. Ideoq; ait duabus nos personis indutos esse, quoniam cõsiderari in homine debet persona speciei, hoc est quid oẽs homines generaliter deceat,& persona indiuidui,hoc est quid singulis secũdum eorum naturam cõueniat. Nec quidquàm obstat,quod superius cum decorum diffiniret sic ait. Eius descriptio duplex est. Nam & generale quoddam intelligimus,quod in omni honestate uersatur, & alteram huic generi subiectũ. tunc enim locutus est de decoro, ut inest honesto uniuersali, & partibus eius singulis,nunc de eodem loquitur, vt inest generaliter homini,& particulariter singulis hominibus. [Duabus personis]Duabus conditionibus,& proprietatibus, altera omnibus conuenit hominibus,ut ratio.omnes enim sunt participes rationis, & hac re excellunt bestijs,quæ sunt rationis expertes. Altera propria est singulorum,ut facilitas morum, aut asperitas,urbanitas,uel rusticitas,seueritas,uel lenitas.[Præstãtia]Qua præstamus belluis. Virtutem autem significat, quæ omnis à ratione manat.[Ex qua ratio inueniendi &c.] Ex ratione hominis naturaliter ingenita ratio nascitur. Qua exquirimus quid honestum sit in unaquaq; re,aut quid deceat Primum per intelligentiam, quæ principia inquirit rerum; quid sit honestum,& quid sit officium,quod vbi intellectum est esse quid sit, & vbi sit per sciam intelligit, & sapientiã.q scientia est omnium diuinarum, humanarumq; rerum.Prudentia quoq; à naturali ratione manat,cui insunt electio,& cõsilium,& hoc totum ad generalem personam spectat, quæ in omnibus considerant hominibus habita ratione generalis honesti, & decori. [Vt enim &c.]Ostendit per similitudinem,quæ nam sit persona specialis. Et quemadmodum,inquit, uariæ sunt corporũ differentiæ. pauci enim per omnia reperiuntur imagine similes,ita uariæ sunt animòrum dissimilitudines.Vnde ait Ouid. Pectoribus mores tot sunt,quot in orbe figuræ.Et Terẽt.Quot capita tot sententiæ. Ex quo apparet communem illam naturam quasi genus esse, particularem uero cuiusque naturam, quasi speciem. [Velocitate] Ad cursum, ut Ladam,qui ita super canum puluerem cursitauit,ut in arenis pendentibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. [Ad luctandum]Vt Milonem Crotoniatem [Dignitatem] Quæ est virilis pulchritudo magisq; ad grauitatem inclinat, quam ab ea declinet. quales Romanorum multos legimus fuisse [Venustatẽ]Quæ est pulchritudo, & elegantia oris, & corporis magis fœminis, quam uiris conueniens. [Erat in L. Crasso] Hic est qui unà cum filio Mariana clade trucidatus est orator insignis, qui in libris de oratore introducitur [L. Philippo] Hic causam senatus suscepit contra M. Liuium Drusum. Cum is perniciosa spe largitionis plebem concitasset, & proxima ciuitate socios in urbem conuocasset, vt illis adiuuantibus agrarias frumentariasque leges ferret, die vero promulgandi, Philippum consulem, qui ausus est contraire, apprehendit faucibus. Liuius, nec dimisit priusquàm sanguis in ora, & oculos redundaret. [C. Cæs.] Hic est C. Cæs. iunior ad quem directæ fuerunt Cice. epistolæ. nunc enim non extant, fuit filius L.Cæsaris, qui bello sociali feliciter contra Sannites pugnauit, ob cuius uictoriam Romæ saga posita sunt. Periit clade Mariana, In penetralibus domus suæ trucidatus. [M.Scauro, & M.Druso] De utroque superius, ut dictum est. D. Drusus auunculus fuit Catonis,cuius domi educatus est.[C. Lælio] Is amicus fuit Scipionis superioris, & libro de amicitia introducitur.[Hilaritas] Hanc libro de optimo genere dicendi Cic. tristitiæ opponit his uerbis: Nam ut imago est animi uultus, sic indices oculi, quorum hilaritas, & uicissim tristitiæ modum res ipsæ de quibus agetur temperabunt. [Ambitio] Honoris cupiditas, & appetitus. [Vita tristior] Seuerior, & grauior, & ad laudem hic sumetur tristis, non ad amaritudinem. Cice. alibi iudex tristis in tegerque.Terent. in And. Tristis seueritas in uultu, atque in uerbis fides est, & tristis, qui dolet. Scipionem autem superiorem Africanum intelligit. [De Græcis Socrates] Nihil scripsit,sed in omnibus Platonis dialogis fermè introducitur facetissimus.Et quoniam qui iocantur ad aliud alludũt, quam dicere uideantur, quod est ironiæ proprium,ideo εἴρωνα eum Græci uocauerunt. εἰρωνεία enim dissimilitudo est,& cauillatoria deceptio. [Contra &c.] Pythagoras Samius fuit philosophus, floruit Olympiade 60.admodum seuerus: Pericles Anaxagoræ auditor fuit, philosophia, & eloquentia insignis, dux item Atheniensium,quorum remp. annos 40.administrauit. [Callidum Annibalem] Cuius uirtutes ingentia uitia æquasse dicit Liuius. Nam in eo perfidia plusquam Punica,nullum iusiurandum,nulla religio,nullus Dei metus erat. [Q. Maximũ] De quo supra dictum est [Themistoclem] Hic Athe-

Facilitas. Vrbanitas. Lenitas.

Prudentiæ origo.

Dignitas. Venustas.

Hilaritas.

Tristitis.

Atheniensis, & Neocli filius fuit, Iasonem Phæreum. Pheræ ciuitas Thessaliæ emporium habuerũt Pegasas, eas in sublimi quondã fastigio collocatas tyranni funditus extinxerunt, quorum hic fuit Iason, quem optimum subitarum rerũ cognitorem, & rerum futurarum coniectorem fuisse scribit. Thucid. [In primisq; uersutum, & callidum &c.] Cum de proprietate Salaminæ Solonis patriæ, inter Athenienses, & Megarenses ferme usq; ad interitum carnis dimicatum esset, multisq; cladibus acceptis, capitale apud Athenienses esse cœpisset, si quis legem de uindicanda insula ferre auderet, dementiam simulauit & deformis habitu uecordium more in publicum euolauit, & insolitis sibi uersibus suadere populus cœpit, quod uerebatur, omniumq; animos, ita cœpit, ut bellum aduersus Megarenses extemplo decerneretur, insulaq; deuictis hostib. Atheniensiũ fieret. [Quo tutior uita eius esset] Furiosi.n. pœnæ subiecti nõ videntur. Quoniam, ut iureconsulti dicunt, satis suo furore uexantur. [Sunt alii] Dixit quosdam esse uersutos, & callidos, nunc de ijs loquitur, qui contrarijs sunt moribus. Quoniã sunt simplices, & aperti. [Simplices] Versuto opponitur, simplex, apertus callido. [Nihil ex occulto] Vt faciunt uersuti. [Nihil ex insidijs] Vt callidi. [Veritatis cultores] Qui simplices sunt, & aperti, iidem ueri. [Fraudis] Quæ est contraria ueritati. [Item alij] Aliquos esse, inquit, qui omnia equè pati possunt, & cuius etiam indigno se subijcere non faciant, quod uolunt, ut Silla, qui cum esset nobilissimus, & Roma. quæstor tamen Marij Arpinatis, & noui hominis fieri sustinuit. Idem cum præturam petisset, & repulsam passus esset, non dubitauit populo se subijcere, & largitione uti, donec sequenti die habitis rursus comitijs consecutus est, quod optauit. Idem occiso Pomp. filio atque ipsius genere in eo tumultum quem P. Sulp. concitauerat, supplex se subiecit exercitui, ut commiseratione commotum contra Marium concitaret. Fuit autem inæqualis, & sibijpsi dissentiens, ut Plut. scr. M. quoque Crassus omnia perpetiebatur, omnib. inseruiebat, ut faceret, quod uellet. Cæs. se. subiecit, ut Cic. vlcisceretur inimicum, à quo se nominatum inter coniurationes credebat. [Quo in genere] Eiusmodi Lisander fuit, hic magnas agebat cũ Agesilao inimicitias, quas diu ita dissimulauit, ut odisse quidem illum uideretur, post vero id egit, ut concitatis in Agesilaum Lacedæmonijs in exilium ille mitteretur. [Contra] Quoniam simplex erat, & minimè callidus. [Itemq; in sermonibus] Non solum ceteris in rebus, ut Sylla, sed inuenti sunt multi, qui quamuis in dicendo nimium possent, ad humilem tamen, & nimis remissum sermonẽ descẽderent, & ueluti in ordinem se cogerent, ut Catuli ambo, pater & filius. [Patre] Qui collega Marij bello Cimbrico fuit, & clade Mariane ignis haustu ludibrio hostium se exemit. [Filio] Qui Lepido occurrit exercitum ad vrbem ducenti Sylla defuncto, & fugere in Sardiniam cõpulit. [Vnus de multis] Vnus ex plebe. de utroque multa Cic. lib. de Cl. Or. [Q. Mutio Mancino] De hoc Cic. lib. de Cl. Or. Sed Q. Mutius enucleatè ille quidem, & politè, ut solebat, nequaquàm autem ea ui, atque copia quam genus illud iudicij, & magnitudo causæ postulabat. Numantinus à rebus feliciter apud Numantiã gestis cognominatus est. [Hoc idem] Vt quamuis in dicendo præpotens esset, tamen efficeret, vt unus ex multis esse uideretur. [P. Scipione] Illius filio, qui Serapion est cognominatus, & optimus à senatu iudicatus de quo superius dictum est. [Comitatem] Suauitatem, & leuitatem. [Xenocratem] Fuit Agathenoris filius Chalcedonius Plat. auditor. adeo seuero ac serio habitu, & ore semper erat, ut sæpe illi diceret Plat. Xenocr. gratiis sacra fac. Tantam illius uerbis fides habebatur, ut cum iniuriati nullius admitteretur testimonium, huic soli Athenienses remiserint iusiurandum. hic à Phirne nobili scorto flecti cum illa iacens non potuit, & percunctantibus dixisse mulierem ferunt, se non à uiro, sed à statua exire. [Admodum &c.] In omni actione, & sermone diligendum est, quod suæ cuiusque naturæ conueniat vi hominis, & proprietate orationis seruata, proprium autem hominis est cum ratione agere, & viuere, hoc est, vt à ratione non discedat, per quam à ceteris animalibus separatur. est .n. hominis excellentia, secundum quam generaliter omnes hominis uiuere decet. Sed decet etiam singulos secundum naturam propriam cum ratione viuere, siue seuerus, siue urbanus, siue hilaris, siue tristis sit. cum ratione dixi, quoniam non potest, nec debet indiuiduum à sua specie dissentire. Non .n. si seuerus agere aliquid vrbanè vellet, decorum seruaret. Nam cõtra naturam propriam facere, à qua qui discedit ineptus est, & hoc est, quod hic præcipit tenenda esse, quæ propria sunt cuique, ut decorum seruetur, ita tamen ne contra uniuersam naturam fiat, hoc est illata in communem personam de qua supra dixit, quæ est ratio, & præstantia humanæ naturæ, ut cum ratione omnis humana actio sit. [Grauiora] Seueritas grauior est, quàm urbanitas, & tamen si urbana esset natura nostra, nõ debemus sequi omnibus in rebus seueritatẽ, & seuera studia, ut philosophiæ, sed magis poetarum, aut oratorum. [Meliora studia] Siquis natura est hilaris, & poeticis studiis deditus, non debet philosophorum, aut iuris ciuilis studijs hærere, quæ tetrica sunt, & aspera [Regula metiamur &c.] Sumpta est à Fabro translatio. Nam fabri regula utuntur in faciendo opere, quæ, & amussis vocatur. [Naturæ repugnare &c.] Metiri naturam nostram debemus, & quamuis utiliora sint studia multa ea tamen amplecti quibus idonei sumus. Vnde ait Horat. in Art. Poet. Sumite materiã uestris, qui scribitis æquam Viribus, & uersate diu, quid ferre recusent, Quid ualeant humeri. [Inuita (vt aiunt) Minerua. i. aduersante, & repugnãte natura] Pro natura Minerua accipitur. Horat. Tu nihil inuita dices facies ue Minerua. Qui natura grauis erit æquabilitatẽ, hoc est constantiam seruabit, si ita perget uiuere, ut cœpit, & à grauitate nõ discedet. Quod si idem uictus cupiditate, res sequatur amatorias sibiipsi inæquabilis erit ac dissentiens. [Omnino, si quidquam est decorum &c.] Constantiam quandam in omni uita seruandam præcipit, ut quemadmodum semel secundum naturam nostram uiuere cœperimus, ita uiuamus. Ille autem æqualitatem seruat, qui institutam semel cum ratione uitam seruat. Verbi causa, Qui vrbanus, & comis fuerit urbanitatem, atq; comitatem semper seruet, qui seuerus seueritatem. [Aequabilitas &c.] Tenor uitæ, & constantia in omni uita, atq; actione, ut instituerimus. Qui grauis esse cœperit, & multis in rebus grauem se præstiterit, non debet esse in aliqua re peragẽda leuis. [Aliorum naturam imiteris &c.] Vt si seuerus natura sis, morem imiteris urbani. [Vt tantum sermone eo debemus vti qui notus est nobis, ne, ut &c.] Per similitudinem ostẽdit seruandam in omni uita æquabilitatem, & proprijs moribus utẽdum, ita, inquit, natura propria, & moribus, ut sermone nobis noto uti debemus non peregrino, quod multi faciunt, qui græca verba, quæ non rectè tenent, inculcant. [Inculcantes iure optimo &c.] Male pronunciantes. Iuuen. Omnia græcè, cum sit turpe magis nostris nescire latinè. [In actiones] Tria sunt actionum genera, ciuile, domesticum, priuatum. [In omni vita] Siue actiua, siue contemplatiua, operam dare debemus. ne ab ante acta uita discrepemus, in qua si graues fuimus, ad extremum usque uitæ grauitatem seruare debemus. [Atque hæc differentia &c.] Quantam uim habeat morum differentia, illic comprehendi posse dicit, ꝙ nonnullis mortẽ sibi potius cõsciscere debent, quàm à natura sua dissentiant, idq; exemplo probat Catonis, qui cum in omni vita acerrimus fuisset libertatis defensor, & tyrannos maximè exosus esset, leuis habitus fuisset, si amissa libertate, & occupata à Cæsare repu. superesse uoluisset, ut rectissimè fecisse iudicetur, ꝙ se occiderit, ne ab instituto suo discederet. & quoniam occurri poterat, Nonne, & alij fuere, qui libertatem contra Cæs. defendere uoluerunt? & pari causa arma sumpserunt? fuerunt inquit, sed longè moribus faciliores Catone, quibus, si se interemissent, uitio datum fuisset. Catoni laudi tributum est, propter maximam ab ineunte ætate seruatã seueritatem. [Ceteri, qui se in Africa, &c.] Reliquę Pompeianæ ducibus Catone, & Scip. ad Iubam confugerunt. Victæ deinde sese Cæsari dederunt. Cato bello non interfuit, persuasit filio, & omnibus, qui secum erant Vticæ, ut se Cæsari dederent, ipse seipsum interfecit [Incredibilem grauitate] quam semper in omni uita ad exitum usq; seruauit. Vnde ait Lucan. de eo. Nullosq; Catonis in accusatiuus irrepsit, partẽq; tulit sibi nata uoluptas [Tyrãni] Cæs. Quam multa passus est Vlysses &c.] Cato potius mori uoluit, & debuit, quã tyrãni vultus aspicere, ut à moribus suis non dissentiret. Contra Vlysses cum dolis præstaret, & nulla seueritate vteretur, & dum erraret, & postquàm sub mendici habitu domum redijt, omnia pati sustinuit, vt quod optabat assequeretur, hoc est, ut iniurias procorum ulcisceretur, qui bona eius omnia dissipauerãt, pudicitiam uxori auferre tentauerant, & filium Telemachũ occidere uoluerant. Domi cum esset, & à nullo cognosceretur, varias procorum, & ancillarum cõtumelias pertulit, donec ultus est

Numantino.

Hominis excellentia.

est omnes,quod scr-Hom.in Od.[Diuturno] Decem annorũ. tot.n.errauit.[Si Circe,& Calypso mulieres appellandæ] Quoniam deæ fuerunt. Altera Solis filia,& Persidis,altera Atlantis, & vnius ex Nereidibus,vel quoniam potius monstra erant,quã mulieres,cum essent veneficæ,& incantatrices,vt non ad laudẽ hoc addiderit,sed ad uituperationem.[Affabilem] Vnde,& facundus dicitur à poetis. Ouid. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses[Seruorum,ancillarumq;] qui cũ procis sentiebant,& vna cum illis Vlyssem irridebant. [Id aliquando qđ cupiebat] Vt procos ulcisceretur [Aiax] Hic Telamonis fuit filius longè dissimili natura,qui mortem potius millies subire noluisset, quàm ea perpeti,quæ Vlysses est perpessus. [Quæ contemplantes &c.]Hanc naturarum varietatem contemplari oportere dicit.&ita unumquenque,quod habeat à natura,ꝓprium considerare, vt ad illud accommodare, & sic decorũ seruet,quod minimè seruaretur siquis aliena sequi vellet, & sua relinquere[Expendere]Examinare.[Quid quisque habeat sui] .i.quid cuique naturale sit[Ea]quæ secundum cuiusque naturam fuerint.[Nec uelle experiri] quod qui facit ineptus apparet.[Suum]Hoc est naturæ suæ proprium. [Bonorum, & malorum] Bonorum ut ea sequatur, malorum ut ea fugiat. Cũ .n.naturæ suæ bona, & uitia cognoscet, illa sectabitur hæc fugiet. [Nec scenici plusquàm nos]Argumẽtum est à minori ad maius.Si,inquit,mimi,& histriones eas suscipiunt comœdias, & tragœdias recitandas quibus ipsi idonei sunt, quanto magis nos in rõne uiuendi ea sumere debemus studia, & eas res quas sustinere possimus? quod faciemus si nostra ingenia diligẽter expendemus,& uires nostras examinabimus, vt mimi faciũt. [Qui uoce freti sunt &c.]qui magna sunt uoce ex bonis lateribus. [Epigonos]Tragœdia Euripidis,in Epigonis in qua Thebarum expugnatio,& direptio continetur. & quoniam expulsio describitur ciuium,& occisio,in qua re clamor,& tumultus esse solet,icci rco ait eam fabulã ab ijs eligi,qui uoce freti sunt. Epigoni vero,vt Strabo auct.est populi fuere q̃ uictos Thebanos in Tilphossam,quæ est in ora Bœotiæ, coegerunt fugere, Thebis captis,& direptis.recitãda ergo erat magna uoce,& bonis lateribus, ut hostilis clamor,& uictorum Thebanorum lamentatio,representaretur.[Medeam] Et hæc Euripidis fabula fuit,quæ extat.[Menalippam]In hac, & Clytẽnestra opus erat gestu, vt vtraq; mulier aptè posset representari.Menalippa Antiopes Amazonum reginæ soror grauida ad Metabum deportata est,& Beotum in vinculis peperit.Accius poeta,Menalippã tragœdiam scripsit.eius fuit hic uersus,Menalippa in Dij regia peperit,ad hunc Dium fuisse delatam alij tradidere. [Clytemnestram]Rutilius Histrio temporibus Cic. Clytemnestrã agebat,quæ virum Agamennonem occidit, quare ipsa postea à filio occisa est.de Clytemnestra tragœdiam scripsit Euripides, Aesopus. Duos legimus insignes Histriones, quibus Cic. (ut scr.Macr.) tam familiariter est vsus, vt res, rationesque eorũ eloquẽtia sua tueretur, Rosciũ, & Aesopum. Roscius quidem L.Syllæ dictatori adeo carus fuit, vt ab illo annulo aureo donaretur. Idem tanta gratia extitit, ut mercedem diuinam ex publico mille denarios furaretur.Aesopus vero ex pari arte du centies sextertium filio reliquit.[Antiopam]quam in taurum conuersus Iuppiter compressit. Quo circa uir Lycus eam repudiauit,& Dircem superinduxit.nota fabula est[Aiacem]qui furens ob Achillis arma Vlyssi concessa seipsum occidit,qua de re,Soph. Tragœdiam scripsit, quã appellauit αἴαντα μαστιγοφόρον. Nam furens armentum cædebat,existimans se exercitum, & milites Agamemnonis cædere. Suem quoque ingentem suspendit, Vlyssem esse credens.Cum deinde intellexisset, quæ ꝑ furorem egerat,gladio incubuit. [Sin aliquando necessitas] Si casus,inquit,tulerit,ut ea interdum suscipiamus,quæ ingenii nostri non sunt,diligentiam adhibere debemus, vt si non decore faciamus saltẽ non penitus indecore fecisse uideamur.[Nostri ingenii]Verbi gratia est ineptus ad saltãdum quispiam,cogit necessitas eum, ut salter die celebri, ut in conuiuio,operã dare debeat, ut si minus decore id faciat,non tam è nomine in decore fecisse uideatur.Et si apparere artificium non possit,nõ magna tamen ineptitudo appareat.[Nec tamen &c.] Non tamen,inquit,conandũ est,ut bona sequamur, quibus caremus. [Quam ut uitia fugiamus]quæ in nobis sunt.

Intelligendum &c.]Declarat uarietatem animorum, & qualitates eorum. Ordo est.Intelligendum est etiam,idest oportet intelligere nos indutos esse à natura quasi duabus personis, quarum.i.personarum una est communis ex eo .i. propterea, quod nos omnes sumus participes rationis,& eius præstantię, qua nos antecellimus bestiis. A qua.f. ratione omne honestũ, & decorum trahitur,& ex qua ratio officij inueniendi exquiritur. Altera autem personis Enim.i.quia,ut.i.quemadmodum magnę dissimilitudines sunt in corporibus. Videmus.n.alios.i. aliquos ualere ad cursum velocitate.i.per velocitatem, & agilitatem suam:alios valere ad luctandum viribus.i.per uires suas. Item.i.consimiliter in formis uidemus dignitatem.i pulchritudinem uirilem inesse alijs.i.aliquibus, & uenustatem.i.formositatem muliebrem inesse alijs,& sic uarietates existunt in animis etiam maiores. Lepos multus.i.uenustas,& suauitas dicẽdi erit in L.Crasso,& in L.Philippo maior, sup. lepos, & etiam magis de industria erat sup. in C. Cæsare oratore, Lucij filio. At.i. sed singularis seueritas erat sup. iisdem temporibus qui bus superiores uixerunt in M. Scauro,& in M. Druso adolescẽte. Multa hilaritas erat in C. Lælio, & ambitio .i. cupiditas bonorũ,& uita tristior.i.seruior erat in Scipione familiari eiꝰ. Habentur.n. inter paria amicorum, apud R. Autem, pro sed, nos accepimus de græcis Socratem fuisse sup. dulcem, & facetum,que pro,& festiui.i.culti,& lepidi sermonis,& simulatorẽ, quem græci nominarunt εἴρωνα (scribitur autem εἴρωνα).i. simulatorem in omni oratione. Contra .i. ecõtrario accepimus sup. Pythagoram, & Periclem philosophos illos consecutus .i. obtinuisse summam auctoritatem sine ulla hilaritate. Nos accepimus Annibalem callidum .i. uafrum, & astutum ex gente pœnorum.i. Carthaginiensium. Et Q.M ex nostris.i. Rom. du cibus facilè celare,tacere,dissimulare, insidiari, præripere consilia hostium,in quo genere calliditatis. f. græci anteponũt ceteris Themistoclem Atheniensem,& Iasonem Pherẹum.i.Thessalum,& principem Argonautarum, que pro &, factum Solonis. est sup in primis uersutum,& callidum,qui.f.Solon,quo.i. ideo,ut uita eius esset tutior, & prodesset aliquanto plus reip. simulauit se furere. alij sunt multum dispares .i. dissimiles his .f callidis iam dictis existentes simplices, & aperti.i. non palliati nec tecti,& inimici.i. aduersarij,& persecutores fraudis Iteq; sup .sunt alij,qui seruant,cuius.i. cuicunque, quidquid perpetiantur.i. ad extremum usq, patiantur,dum.i dummodo consequantur.i. obtineant id,quod uelint, ut .i. quales uideamus Syllã,& M. Craſ. Romanos, qui ciuilia bella gesserunt.In quo genere nos accepimus.i. intelleximus, Lysan.Lacedæmonium fuisse sup.uersutissimum.i. astutissimum, & patientissimum, que pro &, nos accepimus, Callicratidem imperatorem illum exercitus Lacedæmoniorum, qui fuit prefectus classis, proximus post Lysandrum,fuisse sup. contra.i. contrarium in moribus. Itemq; &c. ponit diuersitatem in sermonibus. Ordo est, que pro &,nos sup.uidemus alium .i. quamuis unum efficere quidem in sermonibus, quamuis sit præpotens, ut uideatur esse unus de multis, idest plebeius, quia vt plebeius loquitur. Quod.i.quam communitatem, & affabilitatem sermonis nos uidimus in Cat. & .i. pariter in patre, & filio, que pro &, idem sup. uidimus,&.i. etiã in Q. M. Num. Audiui,&.i. etiam ex maioribus natu.i. senioribus hoc idem fuisse in P. Sc. Nas. que pro &,contra.i.econtrario patrem eius uidelicet nobilem, & præstantem uirum, qui uindicauit.i. ultus est prædictos conatus T.Grac.nullam.i.non ullam.i. non habuisse ullam comitatem.i. affabilitatem,& suauitatem sermonis. Nec non.i.etiã audiui sup. Xenocratem,quidem.i. certè seuerissimum philosophornm,nullam sup. habuisse comitatem sermonis,& ob eã ipsam rem,fuisse magnum,& clarũ.Innumerabiles aliæ dissimilitudines naturæ sunt, & morum, minimè tamen uituperãdorum. Autem,pro sed, cuique sunt sua .i.propria instituta, seu genera morum tuenda.i. protegẽda admodum .i. ualde si sunt non uitiosa,sed tantum propria,quo.i. ideo,ut illud decorum quod quærimus retineatur facilius. Faciendum.n.est sic,ut nõ contendamus contra naturam uniuersam, & tamen cõsequamur.i. obtineamus propriam naturam,ea.f.natura uniuersali seruata,ita sup. ut etiam si .i. quamuis sint alia studia grauiora,atq; meliora, tamen nos metiamur .i. consideremus studia nostræ naturæ. neque.n. attinet sup. ad decorum, repugnare naturæ,nec sequi quidquam.i. aliquid,quod nequeas assequi, ex quo .i. ex qua emergit .i. apparet magis, quale illud decorũ sit. Ideo quia,ut aiunt, nihil decet.i decens est inuita Minerua,quæ Dea naturalis prudentiæ est,obstante.i. natura aduersante,& repugnãte.Omnino si quidquã est decorũ, ꝑfecto nihil

hil est magis sup. decorum, quam æquabilitas .i. uniformita; uniuersæ vitæ, tum.i. pariter singularum actionum quam sup. æquabilitatem tu non possis seruare, si imiteris naturam aliorum, & omittas tuā. Enim, pro quia, ut.i. quemadmodum nos debemus vti eo sermone, qui est notus nobis, ne nos inculcātes .i. inepte inserentes, ut quidam sup. faciunt uerba græca irrideantur optimè iure, sic. i. consimiliter nullam .i. non debemus conferre ullam discrepantiam in actiones, & omnem uitā nostram. Atque, pro &, hæc differentia naturarum habet tantam uim, vt aliquid debeat, (pro .s. naturæ suæ conformitate seruanda, secūdum Cic. quidem, sed fides catholica nos melius docuit. ipse.i. propria manu, consciret.i. procuraret sibi nonnūquam mortem. enim, pro quia M. Cato Vticensis. s. non fuit in alia causa, & ceteri qui tradiderunt se in Africa Cæsari fuerunt sup. in alia causa, sed in eadem, atq;.i. sed certè esset forsitā datum uitio ceteris. s. Rom. si interemisset se, propterea, quod uita eorum fuerat sup. leuior quam Catonis, & mores eorū fuerant faciliores. Autem, pro sed, cum natura tribuisset Catoni grauitatē incredibilem, & ipse Cato roborasset.i. stabiliuisset, & confirmasset eam. s. grauitatem perpetuam.i. nō interrupta constantia, & permansisset semper in proposito, & consilio suscepto, moriundum fuit sup. ei potius, quam vultus tyranni .s. Cæs. aspiciendus, quàm.i. quantum multa, q.d. plurima passus est Vlysses in illo diuturno, quia decennali errore quo per maria, ac terras destructionem Troiæ errabat, cum inseruiret.i. morem gereret, & etiam mulierib. (si Circe, & Calypso, quę definguntur, sunt appellādæ mulieres) & vellet se esset affabilem omnibus in omni sermone. Vero, pro sed, pertulit .i. ad finem vsq; sustinuit domi, &.i. etiam contumelias seruorum, & ancillarum, ut peruenire aliquando ad id, quod cupiebat. s. interficere procos Penelopes coniugis suæ.i. eius matrimonij, & stupri petitores, at .i. sed quali, q.d. fortissimo animo tradit Aiax maluisse.i. magis uoluisse millies oppetere mortem quàm perpeti illa quæ Vlysses passus est ab alio, siue.i. quas res contemplantes oportebit expendere.i. animo ponderare, quid quisq; habeat sui .i. suæ naturæ inclinationis propriæ, & moderari .i. cum moderatione conseruare ea .i. propria, & naturalia, nec velle experiri, quàm.i. quantum aliena dedeceant se. Enim, pro quia, id decet quenq; maximè, quod est cuiusq; suum .i. proprium maximè. Igitur quisq; noscat suum ingenium, & probeat se acrem.i. solertem iudicem, &.i. simul uitiorum, & bonorū suorum. s. uirtutum suarum, ne scenici.i. qui in scenis agūt comędias, aut tragędias, uideantur habere plus prudentię quā uos. Enim, pro quia s. scenici eligunt sibi non optimas fabulas sed commodissimas sibi.i. gestibus suis, aut facundiæ naturali. Enim, pro quia, ij sup. qui freti.i. præditi sunt uoce.i. suauitate uocis, & volubilitate linguæ eligunt sup. sibi Epigonos tragœdiam illam Euripidis ab Epigonis populis dictam. & Medeam eiusdem poetæ fabulam clamationibus plenā. Qui supple prædicti aut freti sunt gestu, eligunt supple Menalippam Tragœdiam ab Accio compositam, & Clytemnestram Euripidis Tragœdiam. Rutilius actor ille fabularum, quem ego memini, semper supp. egit aut elegit sibi Antiopam .i. fabulam de Antiopa, & Aesopus alius fabularū actor, seu, ut dicunt, lusor, non sæpe sup. egit Aiacem .i. fabulam de Aiace. Ergo histrio .i. actor, & lusor, & gesticulator videbit hoc, quod .s. sibi cōuenit in scena, quod.i. quam rem sapiens nō videbit in uita. quasi dicat hoc indignum est. Igitur elaborabimus potissimum, in his sup. rebus ad quas res erimus aptissimi. Sin .i. sed si necessitas detruserit.i. impulerit nos aliquando ad ea, quæ non erunt nostri ingenij, omnis cura, meditatio, & diligentia erit adhibenda, ut possimus ea facere si non decore, at .i. saltem minimè.i. nullatenus in decore. Neq; est enitendum .i. conandum tam .i. tantum, vt sequamur bona, quæ data sunt nobis, quam, vt fugiamus uitia.

ARGVMENTVM.

Decorum ab iis, quæ fortuna attribuit, quæ ue nobis iudicio ipsi adsciuimus.

AC duabus ijs personis, quas supra dixi, tertia adiungitur; quam casus aliquis, vel tempus imponit: quarta etiam, quam uobismetipsis iudicio nostro accommodamus. nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eaque, quæ sunt his contraria, in casu sita temporibus gubernantur: ipsi autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluntate proficiscitur. itaque se alij ad philosophiam, alii ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant: ipsarūq; uirtutum in alia alius mauult excellere. quorum uero patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere; vt Q. Mutius P. filius in iure ciuili, Pauli filius Africanus in re militari, quidā autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus, Cononis filius; qui, cum belli laude nō inferior fuisset, quàm pater, ad eā laudem doctrinæ, & ingenij gloriam adiecit. Fit autem interdum, ut nonnulli, omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequantur, maximeque in eo plerunque elaborant ij, qui magna sibi proponunt obscuris orti parentibus. Hæc igitur omnia, cum quærimus quæ deceat, complecti animo, & cogitatione debemus.

AC duabus ijs personis] Enarratis duabus personis, communi s. & singulis attributa, adiungit tertiam, quam nobis aliquando casus imponit, & quartam, quæ iudicio nostro sumitur ad id. s. agendum, & tractandum ad quod natura inclinamur, & quot erunt scientiæ, tot erunt personæ. [Casus aliquis] Vt illi qui adipiscuntur magistratus, imperia, honores, diuitias, opes, & ea omnia, quæ sunt in manu fortunæ, quæ decent gubernari secundum temporis conditionē. aliter enim uiuendum est in magistratu, quā in uita priuata. Vnde dicit in prouerb. Honores mutant mores. Cice. accipit hic casum, & fortunā indifferenter, sed si propriè loqui uolumus, casus, & fortuna maximè differunt. Fortuna enim, ut, inquit Arist. ij. Phys. est causa per accidens in his, quæ per electionem alicuius gratia fiunt casus est ex opposito distinctus ab ipsa fortuna, & est uti genus, & diuiditur in casum, & fortunam. Casus est causa per accidens in his consistēs, quæ fiunt sine electione, & casus est in natura, fortuna uero in arte. Natura subit rationem casus, & mens rationem fortunæ, quando agit aliquid præter suam mentem, & propositum. Vnde fortuna comitatur mentem, quæ est ars, & principium rerū efficiendarum, & casus comitatur naturam, & quanto magis ars in aliquo deficit, tāto magis fortuna eam comitatur. nam cum ars est perfectissima, ut nihil ei desit, non habet comitem fortunā. Vnde dicit Sen. non est ars, Quæ ad effectum casu uenit, sed Cic. largè accipit casum. Lac. dicit, fortuna est accidentium rerum subitus atque inopinatus euentus. [Tempus] Tēporis conditio. [Nostro iudicio] Aliqui .n. uolunt inuigilare legibus, aliqui philosophiæ, & sic de alijs disciplinis, & artibus, quas quisque sequitur, & amat. [Nam regna] Hoc refertur ad illam tertiam personam, quam nobis casus imponit, aut tempus, & declarat se Cic. ostendens quid intelligat per personam quam nobis casus imponit aut tempus. [Imperia] In exercitu. [Nobilitas] In genere, & natalibus. Nobilitas, ut vult Plato, habet quatuor species. Qui claris iustisq; maioribus orti sunt, hi profecto nobiles habentur. Quorum item parentes fuerunt principes ac potentes, hi nobiles sunt. Tertio loco dicuntur nobiles, quorum maiores fama celebres sunt, & opinione, quā ex rebus gestis, & uictorijs reportarunt. Quartum est mobilitatis genus, idq; præstantissimum, cum quis per se animi integritate, & magnitudine excellit. hic profecto, inquit Plato, uere appellatur nobilis, cui non aliena, sed sua uirtus ad nobilitatem opitulatur. Verum nostra, ac tempestate quintum, quod multo potius habetur genus, accessit, cum quis uel sordidissimus magnas sibi pessimis artibus diuitias cōparauit. Is .n. breui Codro nobilior censebitur, maximæq; erit (proh corrupti seculi huius pudor) apud omnes existimationis, aliosq; nobilissimos

PETR. MARS.

lissimos non adeo locupletes præ se contemnet atq; despiciet. Felicitas etiam, vt vult Plato, habet quinq; partes. Prima est bene consulere, Secunda frui bona ualetudine, Tertia rebus gerendis fortunatum esse, Quarta apud homines gloria clarere, Quinta ad omnis usus humanitatis affluere. Primum ex eruditione multarumq; rerum peritia, experimento contingit: Secundum ex membris corporis bene ualentibus atque sensibus: Tertium si ita gerit, quod intendit, vt decet sapientem, & strenuum uirum. Quartum ex opinione bonitatis: Quintum ex affluentia rerum, vt liberales esse possimus. Cui hæc adsunt felix beatusq; habetur [Honores] Magistratus in ipsa rep [Diuitiæ] ad necessitatẽ. [Opes] Ad potentiam, & clientelā sub nomine opem subsidia fortunæ intelliguntur, & facultates. [Et ea quæ sunt his contraria] Vt amissio regni, imperij, honoris, diuitiarum, opum. aliter. n. decet uiuere regẽ, cum regno potitur, quam, illud amisit, & aliter cū quis fungitur publicis muneribus, quam cum uiuit priuatus, & aliter cum est diues, & opulētus, quam cum temeritate fortunæ deiectus est. quoniā si ea aggrederetur, quæ prius faciebat, non seruaret decorum. Ergo talia debent gubernari temporibus .i. secundum temporis conditiones [Sita in casu] Posita in manu fortunæ, quoniā posſunt amitti, & bona fortunæ sunt, vt dictum est, omnia quę habentur extra animum, & corpus. Vnde decorum seruādum est quomodocunq; sese fortuna habuerit. [Ipsi autem] Hoc refertur ad quartam personam, quam nobis iudicio nostro imponimus. [Quamq; personam] quam qualitatem, & cuius professionis esse uelim us [Itaq; se alij] Ponit nunc exempla [Mauult] Magis vult, ad id quisque fertur, quod maximè adamauit, & id cum decoro exercet. unde dicit Plat. lib. iij de repub. Curat id quisque diligentius, quod maximè adamauit Et plerique student maiores imitari suos, vt fuit in familia Mutiorum, quę ius ciuile quasi hæreditarium habebat. [Maiores] Vt auus, abauus, tritauus. [Præstiterint] Excelluerint in aliquo genere laudis, & gloriæ [Plerique] Maior pars, quoniam non omnes id agunt. [Student] Dant operam, curant, nituntur alijs præst re in eo genere laudis, quo maiores claruerunt [Q. Mutius] De iurisconsultis, & Q. Mut dictum est supra. [Pauli filius Africanus] Scipio Aemilianus Africanus minor clarissimus uir, & Imperator, atque filius Pauli Aemilij bellica laude abundantis. Vicit enim Persen Macedonum regem, filiusque fuit illius Pauli Aemilij incliti Imperatoris, & magnanimi, qui pro patria suæ animæ prodigus in pugna Cannensi fortissime pugnans occubuit. hunc Scipionem Pauli filium maioris Africani filius, & ualetudinarius adoptauit, & in bellica gloria patrem Paulum imitatus est, & auos. [Quidam autem] Aliqui, inquit, non contenti laude maiorum suorum, alias adijciunt. [Vt hic idem Africanus] Qui bellicam gloriam à patre susceptam eloquentia decorauit, & ferè semper in manibus habuit Cyri pædiam. [Idem quod fecit Timotheus] Nam Timotheus, vt scribit Aemilius Probus, Cononis filius Atheniensis, à patre acceptam gloriam multis auxit uirtutibus. fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, nec minus ciuitatis regendæ. multa huius sunt præclarè gesta, sed hæc maximè illustria, Olynthios, & Byzātios bello subegit, Samū cœpit, in cuius oppugnatione superiori bello Athenienses 1200. talenta consumpserant, ille sine publica impensa populo restituit. aduersus Cotum bella gessit, ab eoque 1200. talenta prædæ nomine in publicum retulit. Cyzicum obsidione liberauit, Corcyram sub Atheniensium ditionem redegit, sociosque adiunxit Epirotas, Chaones, omnesque Epirotici maris accolas. quo facto. Lacedæmonij diutinam cōtentionem omiserunt, & maris Imperium sponte concesserunt Atheniensibus. qua uictoria tantum fuit Atticis populis lætitiæ, ut tum primum ære paci sint publicè erectę, eique deę puluinar institutum, cuius laudis memoria Timotheo publicè statua in foro posita est, quā pater etiam ante eum habuerat, sic iuxta eam posita recens filij veterem patris memoriam renouauit. Conon Imperator clarissimus fuit, & patriæ studiosus, quo duce Athenienses Lacedęmonios vicerunt, & libertatem amissam recuperarunt, & initiū resumendæ potentiæ accepere. Lacedæmonij autem finem potentiæ imposuerunt. bello enim Peloponnesiaco ad remp. accessit, & prætor pedestribus militibus præfuit, & præfectus classis maris res magnas gessit, sed postea occupatis Athenis à Lisādro Lacedæmonio in Asiam profectus est, & classe ingenti studio comparata rediens, ut patriæ seruienti adesset, illamq; asssereret nauali prælio apud Cnidum Lacedæmonios uicit, qua uictoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia quę sub Lacedæmoniorum Imperio fuerat, liberata est. Conon cum parte nauium in patriā uenit, muros dirutos à Lysandro vtrosque, & Piræi, & Athenarum reficiendos curauit, quinquaginta talenta, quæ à Pharnebazo acceperat, ciuibus suis donauit. quidam alius Timotheus musicus fuit, qui in conuiuio Alexādrum ad arma excitauit Phrygio cantu, & iterum mutata modulatione ad epulas reduxit. & Sen. dicit Alexandrum mouisse manum ad arma Xenophanto canente. [Doctrinæ] Quando doctus atque disertus In iij de orat sic scribit. Isocrates instituit bonis artibus clarissimum uirum Timotheum Cononis præstantissimi Imperatoris filium summum ipsum Imperatorem hominemque doctissimum. [Fit autem interdum] Affert illos, qui sunt maiores, non imitatur. Institutum propositum, & modum uiuendi omissa imitatione maiorum. [In eo] Nouo vitæ instituto. [Obscuris carentibus] Ignobilibus. i. illi, qui non habent claros natales, & humili loco nati sunt, nec habent domestica exempla, quæ imitentur. [Magna] Aliquam rem magnam, & uitæ institutum graue, vt locum aliquem honestum consequantur. [Hæc igitur omnia] Concludit Cic. dicens, omnia supradicta cōsiderare, & cōplecti animo debemus, vt iudicare possimus, quid deceat,

FRAN. MAT.

Ac duabus &c.] Duas in homine personas dixit esse, vnam communem, alteram propriam, & communem quidem, vt hominis est cum ratione viuere. Propriam uerò, vt unusquisque cum ratione viuit. Sed secundum propriam, & suam naturam. Nunc his duabus personis duas alias addit, & alteram quidem casu imponi, alteram à nobis industria nostra assumi dicit. Tria sunt bonorum genera, naturæ, industriæ, fortunæ, quæ circa hominem considerantur. Si igitur decorum in vita seruare volumus, danda opera est, vt cum ratione uiuamus, & in his bonis administrandis, & dirigendis ratione utamur. duo superiores personæ ad bona animi spectant, hæ duæ posteriores ad bona industriæ, & fortunæ referūtur. [Duabus ijs personis] Communi, & propriæ. [Casus aliquis] Hoc est, quæ ad casum temporis se accommodat, & ut tempus est, ita à nobis excitatur. [Iudicio nostro] Prout agendum iudicauerimus. [Nam regna &c.] Hæc omnia externa bona dicūtur, quæ in fortuna posita sunt, quoniam nihil certum, ac stabile habent, sed pro arbitrio fortunæ uariantur. Eadē natura uocātur à Stoicis, quoniam neq; prosunt neq; obsunt. [Cōtraria] Vt priuata vita, obscuri natales, paupertas. [Ipsi autem] Bona externa fortuna gubernantur. Sed in his bonis, quæ animi sunt alij se aliter habent. Nam diuersi diuersa studia sequuntur, Sed tripliciter. quidam. n. maiorum imitatione contenti sunt. Quidam maiorum imitationi aliquid de suo addunt. Nōnulli maiorum imitatione omissa nouam quandam uiuendi rationem ineunt. Singuli autem ad propriam naturam officia sua referre debent. [Quam personam] quæ sequi studia uelimus. [Ipsarum uirtutum] Quæ sunt, quatuor, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Tēperantia. Alius enim prudens, alius iustus, alius temperans apparere nititur]. [Q. Mutius] De hoc in præfatione digestorum fit mētio, ubi agitur de origine iuris. Fuit Publij filius Pont. Max. Et ius ciuile primus constituit generatim in lib 18. redigendo, cuius auditores fuerunt complures, sed præcipuę auctoritatis, e qui bus Gallus, Balbus, Lutius, Sextus, Papirius. C. Vibennius. hic est, de quo ait Cic. Q. Mut. Augur Scæuola in Lelio, quoniam pater eius iurisconsultissimus fuerat, & ipse iuri ciuili operam dare voluit. [Timotheus] Conon Athen. Peloponnesiaco bello prætor pedestribus exercitibus præfuit præfectus classis res magnas mari gessit, insulis omnibus præfuit, in qua potestate Phæras cœpit coloniam Lacedęmoniorum. Multa pręterea pręclara gessit, quæ Thucidides scr. Timotheus eius filius, & ipse habetur illustris. Sed, vt Probus scr. à patre acceptam gloriam multis auxit uirtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militari peritus, neque minus ciuitatis regendæ, Olynthios, & Byzantios bello subegit, & item alia multa gloriosè gessit [Fit autem &c.] Tertium genus eorum qui omissa maiorum imitatione suum, quodam instituto secuti sunt. Quorum exemplis siquis uelit, abundare poterit. [Fit] Contingit nonnulli, vt Demosthenes, cuius pater fuit Machæropios, Cic. & alij multi. [Obscuris orti maioribus] vt Cato Porcius genere Tusculanus, vt Horat. qui libertino patre natus monet librum suum exiturum, vt loquatur se maiores pennas nido extulisse,

Tria bonorū gener.

ut

ut Euripides, cuius mater olera vendebat. [Hæc igitur omnia &c.] Cum instituere nostram uitam velimus, prius inquirere diligenter debemus, cui studio apti simus, philosophiæ, vel legum, vel alterius cuiusuis rei, deinde an maiorum imitatione contenti simus. an eorum omissa imitatione nouam uiuendi rationem diligere uelimus. Sed semper istud custodire debemus, ut quę naturæ nostræ cōueniunt, suscipiamus. [Animo, & cogitatione] Hoc est animi cogitatione, & est endiadys.

ASC. Ac duabus iis &c.] Ostendit qualiter geramus alias personas, quas aut casus iudicium nostrum imponit nobis. Ordo est. Ac.i.sed, tertia sup. persona adiungitur his duabus personis quas supra dixi, quam, sup. personam casus aliquis ante tēpus .i. conditio temporis imponit. Quarta sup. persona adiungitur sup. etiam quam nos accommodabimus nobismetipsis nostro iudicio. Nam, pro quia, regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes .i. facultates, & potentiæ. que, pro, & ea quæ sunt contraria his existentia, sita .i. posita, & constituta in casu .i. fortuna, gubernantur temporibus .i. secundum tempora. Autē, pro sed, proficiscitur .i. oritur à nostra uoluntate, quam personam, ipsi .i. nos uelimus gerere, publicam, seu priuatam, & ita de aliis. Itaque .i. & ita, alii applicant se ad philosophiam, alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiam, & alius mauult .i. magis vult excellere in alia .i. aliqua una ipsarum uirtutum quàm in alia. Vero pro sed, plerique quorum patres, aut maiores pręstiterunt .i. præstantes fuerunt in gloria student excellere .i. hoc genere laudis eorum, ut Q. Mutius filius Publii in iure ciuili. Africanus .s. Scipio filius Pauli .s. Aemilii iure militari .s. studuit excellere. Autem, pro sed, quidam addunt ad laudes quas acceperunt à patribus aliquam suam .i. propriam sup. laudem, ut idem Africanus cumulauit .i. auxit bellicam gloriam eloquētia. Quod idem .i. quam eandem rem facit Timotheus filius Cononis, qui cum fuisset in laude belli non inferior, quā pater, adiecit ad eam .s. gloriam bellicam, laudem doctrinæ, & gloriam ingenii. Autem, pro sed, fit .i. contingit interdum, ut nonnulli .i. aliqui consequantur, quoddam suum .i. proprium institutum .i. proprios mores, & hoc imitatione maiorum omissa, quod hi qui existentes orti obscuris parentibus proponunt .i. constituunt sibi magna .i. magnas res, ut laudem, honorem, & gloriam, & laborant plerunque .i. ut plurimum maximè .i. studiosissimè in eo .i. in ea re, vt nō consequantur institutū. Igitur cū .i. quādo nos quærimus quid deceat, nos debemus cōplecti animo .i. considerare omnia, quæ iam dicta sunt.

ARGVMENTVM.

Constituendum genus uitæ, & institutum.

IN primis autem constituendum est, quos nos, & quales esse uelimus, & in quo genere uitæ, quæ deliberatio est omnium difficillima. ineunte .n. adolescētia, cum inest maxima imbecillitas consilii, tunc id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maximè adamauit. itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursuque uiuendi, quàm potuit, quod optimum esset, iudicare. Nam, quòd Herculem Prodicus dicit (ut est apud Xenophontem) cum primum pubesceret, quod tempus à natura ad deligendum, quam quisq; uiam uiuendi sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem, atq; ibi sedentem diu secum, multumq; dubitasse, cum duas cerneret uias unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius esset: hoc Herculi, Iouis satu edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuiq; uisum est, atq; ad eorum studia, institutaq; impellimur. plerunq; autem, parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, moremq; deducimur. alii multitudinis iudicio feruntur, quæq, maiori parti pulcherrima uidentur, ea maximè exoptant. nonulli tamen, siue felicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina, rectam uitæ secuti sunt uiam. Illud autem maximè rarum genus, eorum, qui aut excellente ingenii magnitudine, aut præclara eruditione, atq; doctrina, aut utraq; re ornati, spatium deliberandi habuerunt, quem potissimum uitæ cursum sequi uellēt. in qua deliberatione, ad suam cuiusq, naturam consilium est omne reuocandum. nam in omnibus, quæ aguntur, ex eo modo, quo quisq; natus est, ut supra dictum est, quid deceat exquirimus: tamen tota uita constituenda multo est eius rei cura maior adhibenda; ut cōstare in vitę perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in nullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem, quoniam maximam uim natura habet, fortuna proximam; utriusq; omnino ratio habenda est in deligendo genere uitæ, sed naturę magis. multo.n. & firmior est, & constantior: ut fortuna nōnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare uideatur. qui igitur ad naturæ suæ non uitiosæ genus consilium uitæ omne contulerit, is constantiam teneat. id enim maximè decet. nisi fortè se errasse intellexerit in deligendo genere uitæ. quod si acciderit; potest autem accidere, facienda morum, institutorūq; mutatio est. eam mutationem, si tempora adiuuabūt facilius, commodiusque faciemus: sin minus sensim erit, pedetentimq; facienda: ut amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur: magis decere, censent sapientes, sensim dissuere, quàm repēte præcidere. commutato autem genere uitæ, omni ratione curandum est, ut id bono cōsilio fecisse uideamur. Sed quoniam paulo ante dictum est, imitandos esse maiores: primum illud exceptum sit, ne uitia sint imitāda: deinde, si natura nō fert, ut quædam imitari possint; ut superioris Africani filius, qui hunc Paulo natum adoptauit, propter infirmitatem ualetudinis, nō tam potuit patri similis esse, quàm ille fuerat sui: igitur nō poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere; illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam; quod minus ab eo id, quod desit, requiratur. optima autē hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria uirtutis, rerumq; gestarum: cui dedecori esse nefas, & uitium iudicandum est. Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaque sunt iuuenum, alia seniorū: aliquid etiam de hac distinctione dicendum est.

PETR. MARS. IN primis autem] Ante omnia constituere, & certo consilio deliberare oportet, cuius professionis esse uelimus, & ponere nobis aliquem finem, ut ad illū omnes actiones nostræ dirigantur. Alibi dicit, qui uero esse populares uolunt. Sed difficilimum est adolescentibus optimum genus uitæ, & finem sibi ponere, quoniam illa ætas prudentiæ uacat, quæ finem bonum constituit, & nō possunt de rebus iudicare, & constituere, quid potissimum agendum sit, unde oportet ipsos pueros, & adolescentes subiici rationi .i. parere illis, qui prudentiam habent, & ab illis ad honestum uitæ institutum, dirigi, qui rerum habent experientiam, [Et in quo genere uitæ] Actiua an contemplatiua, priuata, an publica, aut quid potissimum exercere uelimus duce natura. [Quæ deliberatio &c.].i. deliberare, eligere, quos, & quales uelimus esse, & in quo genere uitæ difficilimum est. [Ineunte .n.] Ratio, quare hæc deliberatio plurimum habet difficultatis, di-

cimus

cimus propriè in eo rationem, fœdus, societatem, bellū, uiam, & similia, & initia dicūtur principia rei maioris. Vnde dicimus ineunte uere, ineunte ætate, in rebus minoribus dicimus incipiēte, ut incipiēte die, cōuiuio, nocte, hora, inimus gratiā, cōciliamus autē amorē, laudem, famam, honorē [Ineunte] In primis annis adolescentiæ, quæ incipit 14. anno, & tunc pueri nobiles apud R. deponentes prætextam sumebant uirilem togam, & in forū deducebantur. Ideo dicit Trāq. in Aug. ut suo quęq; tirocinio deduceret in forum. Et Senec. dicit. Teneas memoria quod gaudium senseris, cum prætexta posita sumpsisti uirilem togam, & in forum deductus es. [Maxima imbecillitas consilij] Quoniam non habet prudentiam, nec potest sibi ipsi consulere, quod optimum sit, & tunc implicatur in aliquo genere uitæ quod placet, & postea uigente in ipso ratione damnatur, opus est consilio prudentum. uoluptas. n. quam propter calorem in iuuenibus uiget maximè, non sinit eos, quod optimum est iudicare, sed affectu trahuntur. unde difficile est modum seruare. Consilium, ut inquit Fab. est ratio quædā alte petita, plerūque plura perpēdens, & ponderans, habens in se, & inuentionē & iudicationem. Ingenium est habitus celer inuentor officij. [Imbecillitas] Debilitas, quoniam ratio nō est perfecta, & adolescentium ætas prona est ad peccandum, ac nisi maiorū exemplis auctoritateq; contineantur, facilè semper in deteriora prolabitur, nam adolescentia libidinibus æstuat, ætas media iactatur ambitione, senectus cupiditate auaritiaq; consumitur. [Degenda] Viuendæ, & tenendæ. [Maximè] Ante omnia. [Itaque] Hoc sequitur ex supradictis. [Nam, quòd Herculem Prodicus dicit] Occurrit tacitæ obiectioni. potuisset. n. obijci, dictum est à te Cic. superiorem deliberationem omnium difficillimā propter imbecillitatem cōsilij. at Hercules cum primum pubesceret, exiuit in solitudine, & cum uiam uirtutis, & uoluptatis cerneret, quamuis in illa ętate esset imbecilitas consilij, tamen elegit uiam uirtutis, sic possunt & alij facere. Dicit Cic. hoc potuisse Herculi contingere nato ex Ioue, nobis autem nō sic accidit. Vnde dicit Virg. Pauci, quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, Dijs geniti potuere. Nam certè Prodicus, inquit Suid. fuit ex Cea insula, & urbe Iulide physicus philosophus, & sophista, coætaneus Democriti Abderitæ, Protagoręq; discipulus. Athenis, ut iuuenum corruptor, cicutæ succo uitam finiuit. lib. viij. Sed formas quoq; Fabius ait fingimus sæpe, ut famam Virg. tu uoluptatem, & uirtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus, ut mortē ac uitam, quas contendentes in Satyra tradit Enn. Basilius ait, hæc eadem ferè à Prodico sophista quodam in loco suorum librorum de uirtute ac uitio sapientissimè scripta sunt. sic. n. ait, ut narrat Socrates apud Xenophontem in comment. lib. ij disputans cum Aristipppo, Herculem adolescentem diu secum multumq; dubitasse, utram uiam caperet, cum duas cerneret unam uoluptatis, alteram uirtutis. Inter ambigendū duas accessisse matronas, uirtutem, & uoluptatem. quarum altera .i. uoluptas, accuratissimè ornata erat, & omnes delicias post se trahebat, respectans aliquando cum fastu, quæ omnia ostentans, & multo etiam plura pollicens, secum trahere Herculem tentauit. Altera aspera, & dura, seuereq; intuens econtra hæc uerba dixit. Non polliceor aliquam uoluptatem, nec quietē, sed laborem, pericula, sudores infinitos terra mariq; tolerandos, horum præmium erit te deum fieri, hanc demum Hercules secutus. Hesio. dixit illum esse optimum, qui per se ipsum quæ agenda sunt, certa ratione uidet, & constituit. Secūdo autem gradu, qui aliorum consilia sequeretur. Qui uero ad neutrum horum aptus esset, cum penitus inutilem esse. Idem dixit, aspera primo, & penè in uiam, & sudoris continui, & laborum plenam esse uiam, quæ ad uirtutem ducit. idemq; monuit, ne laboribus uicti ante finem desisteremus. Quamobrem nec cuius est illam propter difficultatem capessere, nec capessenti facile ad cacumen euadere, sed vbi superaueris, ex eius fastigio uidere licet, ut uia illa amœna sit, & pulchra, vtq; expedita, & facilis, & longè iucundior, quam altera, quæ ad uitia ducit. altum quiddam est uirtus, inquit Sen. excelsum, & regale, inuictum, in fatigabile. Voluptas humile, seruile, imbecillum, caducum, cuius statio, & domicilium fornices, & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenes, in foro, in curia, pro muris stātē, puluerulentam, callosas habentem manus. Voluptatem latentem sæpius ac tenebras captantem circa balnea, ac sudatoria, ac loca, ædilem metuentia, mollem, & eneruē per extremas

profecto difficultates, inquit Plato, generosa solet in altū emergere, & magis profusa rerum copia, qua summa inopia bonis ingenijs nocere consueuit. Felix quippe est necessitas, quæ cogit ad bonum. Pittacus dicebat, arduum esse bonum existere. & Aris. studiorum liberalium amaras esse radices, fructus autē dulces. [Vt est apud Xenophontem] Xenophon Socratis discipulus fuit adeo eloquens, ut musa Attica diceretur, finxit Prodicus uoluptatem, & uirtutē apparuisse Herculi, qui spreta uoluptate uirtutem secutus est, quæ in ardua tendit, & hominem laboribus atq; angustijs exponit, magna proposita mercede, gloria. s. & humana felicitate. hui⁹ fictionis meminit Xenophō in eo opere, quod latinè cōmentaria possumus appellare, siue de dictis, & factis Socr. memoratu, & dignis inducit Socr. narrātem hæc de Hercule, quod legerat apud Prodicum, qui hæc dicit Herculem exisse in solitudinem, ut est apud Xenophōtem. non legerat Cic. opus Prodici, sed apud Xenophontem ea, quę ille finxerat. Verba Socr. apud Xenophontem hæc sunt. Nonne sapiens Prodicus in illo, quod de Hercule composuit opere, similiter disputat de uirtute, quam dicit fuisse ornatam, corpus mundicia, oculos uerecundia, effigiem autem totam castitate, alba ueste indutam Prodici sophistæ meminit. Plato in Hipp. & in Proth. [Cum primum pubesceret] Cum peruenisset ad pubertatem, id est cum cœpisset emittere primam lanuginem faciei. pubertas in masculis post 14. annum completum illico initium accipit, ex Iust. instit. fœminæ post 12. annum completum uiri potentes sunt. Mares incipiunt pubescere, inquit Philosophus in hist. animalium peracto anno bisseptimo. fœminis etiam per id tempus exurguntubera, & quæ menstrua uocantur erumpunt, & ad usum rei venereæ maximè incitantur. [Quod tempus] In prima pubertate. [Datum] Concessum est, ut quisq; uiam eligat quam ingrediatur. i. uitæ institutum. [Diu] Quantum ad tempus [Multū] Ad considerationem, hoc idem de Scipione fingit Sil. ad quem sedentem domi sub lauro, & animo bella meditantem dicit accessisse uirtutem, & uoluptatem, & tandem uirtutem persuasisse Scipioni, uoluptatem esse spernendam. [Hoc] Diu, & multum cogitare utram uiam melius esset ingredi, potuit contingere Herculi Iouis filio, nobis autem minimè [Potuit fortasse] Quoniam hoc est fabulosum, & ideo dicit fortasse. Sed esto quod fuerit, tamen alijs hoc non est facile in illa ætate, quæ nō tantum roboris, ingenij, consilij habet, ut deliberet, & eligat certa ratione. Illa. n. ætas libidinibus, & affectibus obnoxia est. Hoc uero potuit concedi à numine, cuius filius habebatur. potuit etiam contingere illi cum esset ratione subnixus, & ad magna quædam, & ardua natus, quod alijs assequi non est facile. uoluptate. n. quæ est malorum esca facilè corrumpimur. [Iouis satu edito] nato ex semine Iouis, quoniam filius fuit Iouis & Alcmenæ. Vnde, inquit, Diuina quædam causa fuit, ut Hercules id uitæ institutū eligeret, nō beneficiorū natura. [Quos cuiq; uisum est] sine discursu rationis, ut eligatur quis potissimum imitandus sit, quoniam in ea ętate id, quod maximè placet, sequimur, at ille debebat imitari Iouem supremum. [Impellimur] Deducimur appetitu. [Ad eorum studia] uoluntates, & exercitationes. [Instituta] Mores, & uitam, quam sibi instituerunt. [Plerunq; autem] ponit uaria studia, & imitationes. [Plerunq;] Sæpius. [Imbuti] Instructi. imbuere propriè est dare primum saporem. Horat. Quo semel est imbuta recēs seruabit odorem Testa diu. filij imbuuntur à parentibus, & bonis, & malis moribus, discant, inquit Plat. in 3. de rep. imitari, quæ conuenientia illis fuerint. Viriles. s. temperatos, pios, liberos, & huiusmodi, reliquos quæ natura liberis indigna sunt, omittant, nec quidquàm indecorum assuescant imitari, ne ex hac imitatione persimiles illis aliquando fiant, Nam huiusmodi imitationes, si à pueritia serperent, longius ad mores naturamq; transferrentur. Non igitur concedimus, inquit, eos qui nobis curę sunt, & uiros bonos esse cupimus, mulierem imitari siue iuuenem, siue senem, aut conuitia in uirum ingerentem, aut deum criminantem, iactabundum plurimum, ac se felicem prædicantem aut infelicitatibus, gemitibus, eiulatibus depressamm, ultoq; minus ægrotantem, parturientem, amantem ue. [Multitudinis] Populi, & id sequuntur, quod imperita multitudo iudicat. [Maiori parte] quoniam pauci sunt, qui uirtutis splendorem agnoscant, & ea pleriq; iudicant pulcherrima, quæ non sunt. Vnde philosophia paucis iudicibus contēta est. [Nonnullij tamen] quamuis, inquit, difficile sit in ea ætate honestum

nestum uitæ institutum eligere, & nonnulli ferantur iudicio imperitæ multitudinis, tamen nõnulli secuti sunt rectam uiã uiuendi, aut bonitate naturæ, aut disciplina tradita à parẽtib. Ad hoc agendum multum ualet natura, consuetudo etiam, & doctrina. Optima.n. dispositio naturæ multum confert, & uere fortunatus ille est, qui à natura ad omnes bonas artes instituitur: parua .n. dispositio non facilè amittit doctrinam qua animus excolitur. Vnde dicebat Arist. aspectum à continenti aere lumen accipere, animum vero à disciplinis liberalib. Consuetudo requirit bonam educationem, quoniam multum interest sic, uel non sic à teneris consuescere, & uirtus morum posita est in consuetudine. Certè non parum habet utilitatis cõsuetudo quædam, & familiaritas uirtutum mentib. iuuenum uisq; infusa, cum maximè soleant inherere, & pænè indelebilia esse, quæ in tenera ætate discuntur, propter animorum mollitiem profundè insitã: vnde Leonidas pædagogus quibusdam uitijs imbuit Alexandrum, quæ semel affixa semper inhæserũt. Opus est igitũ bona dispositione naturæ optima educatione, & doctrina; quæ sine morib. nihil ualet, imò est gladius in manu furiosi. [Illud autem] dicit Cic. Rarum esse genus eorũ hominum, qui præditi magnitudine animi, & ingenio atq; eruditione habuerunt spatium deliberandi. [Illud est rarum] Pauci admodum possunt reperiri. [Præclara] optima, & laudabilia. [Aut utraq; re] Ingenio & doctrina. [Spatium deliberandi] qui potuerunt deliberare & eligere genus uitæ, quod sequerẽtur. [Potissimum] Maximè, & in primis. [Qui cursum uitæ] quod genus uitæ degendæ, & constituere finem ad quem tendẽtes quiescerent, sed raro hoc accidit, ut idem præditus sit magnitudine ingenij, aut ornatus doctrina, & habeat spatium deliberandi, quoniam solet tempus ante præterire, quam id contingat, aliquib. tamen datum est. [In qua deliberatione] Præcepit quid agendum sit in ipsa deliberatione, ut s. quisq; accommodet cõsilium ad suam naturam, & genus uiuẽdi deligat, quod ipsum natura non respuit. [Omne consilium] Omnis deliberationis ratio. [Reuocandum] Accommodandum, id deliberandũ est, quod natura uidetur appetere, quisque.n. id genus uitæ debet eligere, ad quod est aptus natus natura. [Nam cum [Ratio qua ... e consilium reuocãdum est ad ipsam naturã, Quoniam in omnibus quæ agũtur ab ipsa natura decorum quæritur, & eo modo, quo quis natus est. [Ex eo, quo modo quisq; natus est] secundum suam propriam naturam. [Quid de.] quid conueniat ... suisq; naturæ, & morib. natura insitis. [Quæ aguntur] In singulis actionib. [Tũ in tota uita] si inquit, in singulis actionib. ... mur, ut seruetur decorum, multo magis in constituendo genere uitæ debemus naturã sequi, ut uitæ institutum naturæ conueniat. [Multo maior cura] Diligentius cõsiderandum est, cum uolumus instituere uitam, quã in singulis actionibus. [Vt uita const.] Cum uolumus constituere, quod genus uitæ sequamur, nam si in singulis actionib. quæritur, quid deceat, multo magis debemus quærere & cõsiderare, quid natura uelit, & ad quod apta sit. [Constare] Constantiam seruare, & perseuerare in instituta uita, & nunquam à nob. ipsis in actionibus discrepare. Si autem non eligitur genus uitæ accommodatum ipsi naturæ, opus est ad alia diuertere, & mutare propositũ, & institutum uitæ, sic constantia non seruabitur, sed claudicare oportet in ipsis actionibus cum natura repugnet. [In ui tæ perpetuitate] In tota uita. [Claudicare] Errare, sensus est, illud genus uitæ debemus eligere. i. quo duce natura seruemus decorum. [Ad hanc autem rationem] Deliberationem, inquit Cicer. in deligendo genere uitæ debemus habere rationem naturæ, & fortunæ; sed potissimum naturæ, quæ stabilis est, fortuna uero mutabilis, & amica temeritati, ut si quis aptus ad musicen sit, & ad illam duce natura inclinetur, tamen fortè accidet, ut philosophum habeat contubernalem, à quo uidetur posse philosophiã commode percipere, quamuis ad ipsam nõ sit aptus, sed oblata fortuna uelit philosophari, debet potius musicam amplecti, ut seruet decorum, quoniam poterit mutari fortuna, & amitti philosophus, natura uero mutari non potest, & sic de similibus. Si hæc duo concurrunt fortuna, & natura, optabile est, & summo studio enitendum, ut utriusque muneribus fruamur. [Ad hanc rationem] Genus uitæ instituendũ. [Fortuna] quæ aliqñ uocat nos ad aliquod uitæ institutũ, & ut honoribus inseruiamus. Vnde dicit Sen. Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. [Habenda est ratio] Consideratio, & respectus cũ uolumus eligere genus uitæ, quod sequamur constanter vsq; ad finem. [Naturę magis] . s. habenda est ratio, quoniam potius eam uitam eligere debemus, ad quam sumus apti natura, quam illam, quæ à fortuna offertur, & proponitur. [Firmior] Stabilior, quoniam natura non mutatur, potest tamen aliqua ex parte detorqueri, sed repetũt proprios quæq; recursus, & ad ingenium unumquodq; redit suum. Vita uero secundũ naturam instituta stabilior est. [Constantior] Magis perseuerans vsq; ad finem. [Fortuna mortalis] Quæ mutabilis est, & tanquam res quedam mortalis, quoniam non durat. Ideo dixit Sil. Breuis est magni fortuna fauoris, & ipsa natura immortalis est, quippe non mutatur. [Qui igitur] Cõcludit q̃d agendum sit illi, qui omne consilium ad propriam naturam accommodauit, & id genus uitæ eligit, ad quod natura ferebatur. [Non uitiosæ] Bene dispositæ, quoniam si natura uitiosa est, eniti debemus, vt illam emendemus ratione. nec uita illa eligenda est, quam ipsa natura uitiosa appetit. esset.n. cõtra prudentiam, sed corrigenda, ut de Socr. legitur. Nam cum Zopirus turpia quædam de Soc. per physionomiam dixisset, & ob id à multis qui Socr. integritatem cognoscebant, derideretur: Nõ errat Zopyrus, dixit Socr. huiusmodi.n. natura essem, nisi naturam Philosophia superassem. [Is teneat constantiam] Perseueret in instituto uitæ, & sit constans vsq; ad finem. Constantia.n. uirtus est, quæ perseuerat, quæ ad bonũ est id, quod sequitur. Si autem quodcũq; fuerit siue bonum, siue malum imitabitur, pertinacia dicetur. quoniam pertendit in eo, quod uitio dandum est. non debemus igitur esse pertinaces, sed constantes in instituto uitæ, ut eatenus progrediamur, quatenus bonum erit in instituto permanere. Si aliter euenerit mutatio prudenter facienda. [Id enim] Maximè decet, ut seruet constantiam, si uitæ institutum accommodatum est ad naturã non uitiosam. Et quia in deligendo genere uitæ aliquando erratur, corrigit id quod conclusit dicens, Seruet constantiam nisi senserit se errasse in ipsa electione, quod cum accidit, pertinacia vti non debet, sed institutum mutare, ut si nos ad ius ciuile contulimus, & in eo proficere non possumus aduersante natura, debemus ad alia diuertere in quibus possit seruari, quod deceat. [Si acciderit s.] Vt intelligat se errasse in uita eligenda. [Morum, institutorumq; mutatio est] Mutandi sunt mores, & institutum, uitæ iam cœptum, & sic præscribit modum seruandæ constantiæ in uita degenda. [Si tempora] conditiones temporum ad hoc institutum uitæ mutandum adiuuabunt: potest.n. accidere, ut temporis conditio, & casus aliquis faueat nobis ad mores mutandos, exempli gratia; philosopharis, sed ineptè, dubitas ne uidearis leuis mutare institutum uitæ, accidet patriam calamitatibus urgeri, & ab hostibus vexari, sumenda sunt arma, & uitæ institutum mutandum est, ad quod agẽdum temporis conditio adiuuat. Das operam liberalibus disciplinis alicubi, natura id respuit, moriuntur domi parentes, & propinqui, repetenda est patria, & res domestica curanda, mutandaq; uitæ institutio, tempus & casus id suadent. Vteris aliquo valde familiariter, putans bonum uirum esse si arma contra patriam sumpserit, ab instituto uitæ discedas, tempus quippe id uult. [Facilius] quantum ad laborem. [Commodius] Ad nostrum commodum, & usum: sed si temporis conditio non adiuuabit. [Sensim] Paulatim quantum ad animum. [Pedetẽtimque.] ad actionem. Pedetentim dicitur quasi suspẽso pede, & tento incedere, quasi paulatim, ut faciunt cæci, qui ne offendãt, pedetentim ambulant. Proficiscitur quis Athenas, ut det operam Mathematicis, quibus postquam auspicium dederit, cognoscet se ineptum, non debet ex abrupto illam disciplinam omittere, ne uideatur leuis atq; imprudens, sed pedetẽtim ad alias disciplinas se conferre, si tamen conditio temporis suffragaretur, ut s. aliqua necessitate urgente in patriam redire cogatur, facilius & commodius uitæ institutum poterit mutare, & probat à simili. [Censent sapientes] Iudicant docti uiri. in Lelio ait, Erumpunt sæpe uitia amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia. tales igitur amicitiæ sunt remissiore vsu leuandæ, & ut Catonem dicere audiui, Dissuendæ sunt, nisi quædam intolerabilis admodum iniuria exarserit, ut neque rectum, neque honestum sit, neq; fieri possit, vt non statim alienatio disiunctioq; facienda sit. [Magis decere,] Conuenire uirtuti, & viro graui atque constanti. [Commutatio autem] Docet, quid agendum sit post commutationem uitæ. [Generis] Qualitate uitæ, & instituto, in quo nõ poteramus decorũ seruare. [Bono consilio]

Ne

Ne postea iterum relinquamus locum pœnitentiæ. Aliquis ad munera reip. obeunda se contulit. si ad ea non est aptus pedetentim se retrahere debet, & non statim auolare, quod est hominis imprudētis, & quasi furiosi. Ideo cum modo agēda sunt omnia, & eo consilio, vt non videamur leues [Sed quoniā paullo ante] Corrigit præceptum illud de parentum imitatione, dicitq; non esse imitandos parentes in vitijs, sed in bonis moribus, & etiam non esse imitandos in eo à quo nostra natura abhorret, quoniam seruari non poterit decorum. [Exceptum] Hoc in primis excipiamus. [Deinde] Hæc est altera exceptio [Si natura non feret,] non patietur, & aliena penitus erit à tali imitatione, & affert exemplum filij Afric. maioris, qui propter malam valetudinem non potuit in rebus bellicis patrem imitari, quibus maior Afric. vel maximè claruit. Hic cum esset valetudinarius, Scip filium Pauli Aemilij sibi adoptauit, qui cognominatus est Afri. minor, cuius auus per adoptionem maior dictus est. vnde Cato apud eūdem loquens de Carthagine, sic Scip. Aemilianum alloquitur, Quam palmam immortales dij tibi reseruent, vt aui tui reliquias consequare i. Afric. maioris, qui Carthaginem tributariā fecit, quam postea eius nepos per adoptionem filius euertit, & cineres in Capitolium retulit. & alibi dicit idem, quam fuit imbecillis P. Afri. filius, is qui te adoptauit, qua tenui aut nulla potius valetudine, quod nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciuitatis. Et in Br. dicit Cic. ipsum Scip. accepimus non fuisse infantem, filius quidem eius is, qui minorem hunc Scip. à Paulo adoptauit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. [Hūc Paulo natum] Scip. filium, Pauli Aemilij Macedonici [Patri] Afric. maiori clarissimo Imperatori [Fuerat sui:] sub. Scip. patris sui, qui cōsul Annibali descendenti ex alpib. occurrit, & ad Ticinum pugnauit, quem vulneratum filius Scipio tunc adolescēs, qui postea maior Afri appellatus est, humeris in castra retulit. Hic Scipio, vt dictum est, vna cū fratre Cneo in Hispania occubuit, & duo fulmina belli sunt appellati. huius P. Scip. filius fuit Afric. maior, Cnei autem filius fuit Scip. Nasica. Afri. igitur potuit imitari patrem suum in laude bellica, Scip. uero filius valetudinarius imitari non potuit. ergo cum natura non patitur, elaborādum non est, quoniam frustra fit, & citra decorum. [Si igitur] Prædicit Cic. an illi agendum sit, qui propter imbecillitatē corporis obire non potest munera grauiora, & agere causas forenses, quæ bona latera, & beatam uocem requirūt. Debet, inquit, habere alias virtutes, & in ipsis adeo clarere, vt id quod præstare non potest propter valetudinem, non multum ab eo requiramus. [Defensitate,] In iudicio alios sæpe defendere, & tractare genus iudiciale, quod maximam vim requirit. [Populum cōcionibus tenere] Versari in genere deliberatiuo, & suasorijs orationibus vti, & mouere populum ad quoscunque affectus pro salute communi, & sua eloquentia persuadere ea, quæ sint utilia reip. quod est officium vehementis oratoris, & sic duo genera difficiliora accepit, iudiciale, & deliberatiuum. [Id, quod desit,] Quod non potest præstare. [Optima autem] Dicit quid sit optimum, quod relinquitur filijs imitandum à parētibus. Gloria, inquit, est rerum gestarum, & virtutis, quam filii bene instituti sustinere, & illustrare debent. Vnde illi maximè uituperandi sunt, qui uoluptatibus immersi à maioribus suis degenerant. Interrogatus Plat, quæ nam filiis comparanda, & relinquenda essent, Respondit, ea quæ non grandinē, non uim, non ipsum denique Iouem extimescerent. Et suis discipulis dicere solebat, Ocio labores anteponite, ni rubiginem splendori præstare putatis. Idem in epitaphio sic ait, ut dictum est, Gloria parentum est natis clarus magnificusq; thesaurus. & in 5. de Leg. sic scr. Nemo liberorum gratia cumulādis pecunijs incumbat, ut ditissimos eos relinquat. neque. n. ipsis, neq; ciuitati id conducit, filijs non auri, sed pudoris multum oportet relinque e. diuites autem valde simulq; probos esse impossibile est, dico autem diuites, vt multi existimant, asserentes eos esse diuites, qui pauci è multis pecunias plurimas possident, quas etiā posset malus quisq; possidere. fieri non potest, ut diuitijs aliquis simul præstet, & probitate. Cetera omnia dicebat Hesiod. nō magis possidentium sunt, quam cuiusque, vt in talario ludo huc, & illuc transeuntia. sola uirtus, & uiuēti, & mortuo stabilis est, & firma possessio. Theognis dicebat, Non permutabimus cum virtute diuitias, quoniam uirtus firma, diuitiæ uerò aliàs alius possidet. Isocr. Nicoclem sic admonet. Stude pulchram gloriam potius quam magnas diuitias relinquere filijs, hæ quippe mortales sunt, illa vero immortalis, gloria pecunijs non emitur, sed ab excellentibus possidetur ingenijs. [Cui] Gloriæ, & splendori nominis paterni afferre dedecus. [Et quoniam officia] Facit transitionem, & cuique ætati proprium munus assignat. [Disparibus] Diuersis. [Aliquid etiam] Vt de alijs reb. disputatum est. [Distinctione] diuisione, & diuersitate ætatū.

Quos] Philosophi, uel iure consulti. [Quales] An maiorum imitatione contēti, an nos genus nouum uitæ sequi velimus. [Ineunte. n. &c.] Ratio est cur sit difficillima deliberatio uitæ deligendæ. Quoniam ætas in qua genus uitæ deligendum est, uidelicet adolescentia inops consilij est, & rationis adhuc non satis capax. est. n. ad voluptates prona. Vnde ait Arist. lib. j. Eth. Ex quo fit, ut iuuenis nequaquàm idoneus auditor sit ciuilis disciplinæ. Rudis. n. est earum rerum, quæ in uita uersantur. Sermo autem ex illis, vel de illis est. Sequax uero adhuc effectibus existens, inaniter audit cum finis sit non cognitio, sed actio. [Ineunte] Incipiente. [Nam, quòd Herculem &c.] Si quis, inqt, de Hercule mihi obiecerit, quod potuit ipse in tenera ætate meliorem uiuendi rationem deligere, respondeo ei hoc contigisse, quod Ioue natus erat. Xenophon hanc historiam scripsit auctoritate vsus Prodici philosophi, qui de Hercole præclarū opus edidit. Imperiti prodigium legunt, cum à Prodico prodicium legere conueniat, [Pubesceret] Primam languinem emitteret. [In solitudinem] In deserta loca [Duas uias] Aliter dicit Xenophon. quem in hac re sequitur Cic scrib. n. duas mulieres sedenti in solitudine Herculi obseruatas esse, quarum altera formosa, sed lasciua, & mollis erat. Altera anus horrida, & seuera. Illa quidem voluptates, hic vero labores spopondit, sed post labores, & pericula gloriam immortalem, & hanc quidem Hercules secutus est. [Plerunque autem] ut plurimum, inquit, sequimur, & per omne uitæ tēpus seruamus, [Multitudinis iud.] Ij ambitiosi sunt, & id tantummodo facere curant in uita, quod placiturum multitudini sit, vel quod uulgus maximè sequitur, & laudat. Maiori parti videlicet, quæ à maiore parte probantur, ea faciunt, sicuti Perusiæ multi iuri ciuili, & pontificio operam dant, quoniam eas artes vulgus probat, & ad comparandas diuitias aptissimas putat, id etiam parentum faciunt imitatione, qui & ipsi legū studijs incubuere [Felicitate] Vt temporum, quibus artes liberales, & uiguerunt sæpe, & ad nihilum redactæ fuerunt, sed eloquentia inprimis, quæ multos iacuit annos, & temporibus nostris excitata aliquantulum est benignitate principum, & sæculi. Vnde ait Virg. Nati melioribus annis. [Bonitate natu.] ingenij, vt Hom Demosthenes Plato Aristo. & apud nos Virg. Cic alijq; permulti, qui bonitate naturæ moti studijs suis operam dederunt, & illustres euaserunt, rari autem sunt qui bonitate naturæ ducantur ad artem aliquam liberalem Nam ut Cic. ait, quartus est gradus altissimus eorum qui natura boni insipientesque gignuntur. quibus à principio inest dicta ratio constantiæ, quę supra hominem putanda deoq; tribuenda est. [Parentum disciplina] non est eius, quod supra dixit repetitio, nam de illis locutus est, qui parentes post mortem imitatur, nunc de ijs dicit, qui disciplina parentum uiam aliquam, & rationem uitæ aggrediuntur eorum. s. qui disciplinam, hoc est rationem uitæ à parentibus propositam suscipiuat, ut Ascanius apud Virg. ab Aenea patre instituitur sic. Disce puer virtutem ex me, verunque laborem. [Illud rarissimum] Illud genus rarissimum esse dicit eorum, qui ineunte adolescentia, adeo excellenti ingenio, & doctrina fuerūt, ut iam tunc mature deligere potuerint, quod uitæ genus sequi uellent. [Spatium] Nam cū excellenti essent ingenio, & doctrina diu multumq; in tenera ætate considerare potuerunt, quod institutum sequerentur. [In qua deli &c.] Hæc præceptum generale est, ut quorumcūq; uiuendi rationem hominis deligūt id semper respiciant. Quid potissimum naturæ suæ cōueniat, qui aliter fecerit, is nunquā decorum seruabit. [Nam cum in omnibus &c.] Argumētatur à minori ad maius, si inquit in singulis rebus gerendis unusquisque naturam suam sequitur, quanto magis in uniuerso genere uitæ deligendo hoc facere debet? q. d. multo magis ac diligentius. [Quo quisque na. est] ita. n. decorum seruatur. Si quid facimus, aut dicimus ad naturam accommodamus semper. [Supradictum est] Id. s. maximè quenq; decet, quod est cuiusque suum maximè. Tum, multo magis. [In to. ui.] Non in quibusdam actionibus tantum. [Constare, conuenire, consentire. [Claudicare] Errare. Qui sequitur naturam optimā ducē, is

FRAN. MAT.

Parentū disciplina.

is errare nunquam potest.[Ad hanc &c.] dixit quid quisq; pro arbitrio suo facere soleat. Nunc de fortuna loquitur, hoc est de eo, quod non sponte nostra facimus, & hoc per comparationẽ ad naturam. Vtriusque naturæ, & fortunæ uim magnam dicit esse, sed naturæ maiorem. Quamuis fortuna illi se obijciat plerunque, instabilior est, & mutatur facilè. Ex quo fit, ut uiuendi ratio ad naturam potius referenda sit, & quidquid secundum eam delegerimus, in eo persistamus. Nisi fortè diligendo errauerimus. Tunc enim mutanda sententia est. neque enim naturæ nostræ obsequendum est, vbi uitiosa fuerit. Quinetiam uires naturæ metiri nos conuenire ait, vt si eos adæquare nõ possumus quos imitamur, id certè efficiamus, quod possumus. In primis autem cauendum præcipit ne à parentum uirtute, & gloria degeneremus. Qua nulla hæreditas potest esse præclarior. Adolescentum quoque, & senum sicut diuersa est natura, ita & officia dicit esse diuersa. Postremo de officijs disserit, quæ fortunam respiciunt, sicut ab initio proposuit. Nam fortuna quoque ad naturam redigenda est, quatenus fieri potest, cum naturæ repugnet. quod si natura superior extiterit, ei obsequendum, & in eo, quod semel elegeris persistendum. Si uero natura fortunæ succubuerit, cedẽdum est fortunæ, nec plus suscipiendũ quã naturæ fortuna ꝑmittat. Hęc sunt q̃ nũc Cic. præcipere intendit, [Ad hanc rationẽ] deligendæ uitæ. [Multo .n. firmior est &c.] Vtriusque ratio habenda est, sed naturæ magis. Quia constantior est. fortuna .n. facilè mutatur. Hoc uerum est, & latè patet. uidemus .n. nullo impetu fortunæ, nullo aduerso casu posse quosdam ab ea arte amoueri ad quam eos amplectendam natura deduxit, ut mercator qui sæpe naufragium fecit, ad mercaturam tamen exercendam redit, & iterum se mari committit. Miles sæpè uictus, & vulneratus discedere à militia vllo pacto nequit. Et sic natura mortalis, cum illud relinquere nequeat, quod semel suscepit, ultra immortalis, & cum fortuna pugnat. Quã immortalem, & deam finxerunt homines. Cũ tamen potius mortalis putanda sit, quoniam à natura uincitur. [Ipsa mort.] fortuna, quæ cum sit immortalis, naturam suam mutat, & mortalis efficitur, quoniã à natura superatur mortali. [Immortali na.] qui hoc ipso immortalis uidetur, quoniam cum fortuna nonnunquàm pugnat, & uincit, cum à naturali proposito aliquem dimouere fortuna non potest. Alij sic legunt. Nonnunquam tamen ipsa immortalis. s. fortuna, de qua Iuu. ait. Nullum numẽ abest si sit prudentia, sed te, Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus. Cum mortali natura pugnare uidetur. [Qui igitur &c.] Quando, inquit, ostẽdimus naturæ uim maiorem esse quasi fortunæ, si fortuna superior non fuerit, & quispiam uitæ genus naturæ suæ accommodatũ delegerit, in eo perseueret, & constans sit, nisi fortè in deligẽdo errauerit. [Id enim constantiam tenere.] Nisi fortè se errasse intellexerit in deligendo genere uitæ. Nam licèt ad naturam nostram referre omnia debeamus in deligendo uitæ genere si vitiosa ea fuerit, non ei parendum est. Exempli gratia si quis rẽ militarem amplectatur, idq; uitio naturæ, quæ cupida est, inductus faciat. Cum postea intelligit cur fecerit, debet relicta militia alijs studijs hærere, quæ uitium animi tollant potius, quam augeant. [Potest autem accidere] Tempus .n. ineuntis adolescentiæ non est aptum deliberationi, cum ætas in uoluptates prona maximè sit, & perspicere, quæ optima sunt, nequeat. [Facienda, morum institutorumq; mutatio est] Quantum ad modum uiuendi, & quantum ad propositum. [Eam igitur mutationem si tempora adiuuabunt facilius commodiusque faciemus] Commodius fiet mutatio instituti generis, vitæ. [Si eam tempora adiuuabant] Vt si ad studia litterarum se conferunt. Cum incipiunt in præcio literæ esse magis ac magis, si rem militarem sequantur bellorum tempore. Quibus, & gloriam comparare possent, & utilitatem, ac minimè leuitatis reprehendi, quoniam bellorum tempore institutum uitæ mutant, quod autem mutari soleant mores, & fortuna, licèt apud Val. Max. discere, apud quem titulus est de mutatione morũ, & fortunę. [Sensim erit pedetentimque facienda] Paulatim ne leuitate moti uideamur, si id de repẽte, & quasi vno impetu faciamus. [Vt amicitias, quæ minus delectent] Exemplo ostendit quomodo hæc mutatio facienda sit. Nam ipse in Lælio pręcipit amicitias, quæ non placent, dissuendas esse, non frangendas, ne si cito ab amico discedamus, errasse in deligendo uideamur. [Sensim dissuere] Quam repente præcidere, paulatim, ut uix sentiatur. [Pedetentim] Gradatim. [Bono consilio fecisse uideamur] Non leuitate ducti. [Sed quoniam paulo ante dictum est, imitandos esse maiores: primum illud exceptum sit, ne uitia sint imitanda.] dixit sequendam esse naturã, quæ uim habet stabiliorem, si ea fortunam superauerit. Nũc dicit quid facere nos conueniat, si fortuna superauerit naturam. Et primum minimè imitandos maiores dicit, si fuerint uitiosi. Deinde cedendum esse fortunæ, si ea non fert, ut maiores nostros imitemur. [Vt superioris filius Africani] Qui hunc Paulo natum adoptauit propter infirmitatem ualetudinis non tam potuit patri similis esse, quam ille fuerat sui. Is filium genuit ualetudinarium, & adeo imbecillo corpore, ut utilis esse gerendæ, & administrandæ reip. non posset. Non tentauit igitur, q̃d assequi non poterat. Sed Pauli Aem. filium adoptauit, qui eã deleuit urbem, quam tributariam auus P. R. fecerat [Patri] Scipioni superiori. [Sui] Cnei Scip. [Si igitur &c.] Si hæc facere propter imbecillitatem non poterit, faciet saltem quæ poterit. [In ipsius potestate,] Quæ nulla uis fortunæ adimere possit. Nam bona animi auferre homini fortuna nõ potest, quæ sunt hæc, iustitia, fortitudo, temperãtia, modestia. [Quominus &c.] Qui enim facit, quod potest, non impellitur ad ea, quæ nõ potest. nemo .n. agit, quę supra eius uires sunt. [Optima autẽ &c.] præcipit ne à virtute parentũ nostrorum degeneremus, quia nulla hæreditas hæc est præstantior, ex quo sequitur, ut eam amplecti, & imitari debeamus. [Optima hæreditas] Imitandi ergo sunt parentes si quam uirtutem habuerint, quoniam est optima hæreditas. [Cui dedecori esse] Illi parentum gloriæ dedecori sunt, qui ab ea degenerantur. [Est quoniam &c.] Nunc de officijs ætatum præcipit singularum [Disiunctione] Diuersitate, differentia. Vt enim diuersæ sunt ætates, ita earum diuersa officia.

In primis &c.] Pulchrè monet constituendum esse vnicuiq; genus vitæ suæ, ad quod. s. peruenisse uelit, quod sanè difficile iudicat. Ordo est. Autem, pro sed, constituendum est, idest oportet nos constituere in primis. i. ante omnia, quos & quales velimus nos esse, & in quo genere uitæ. quę deliberatio est difficillima omnium. Enim, pro quia, adolescentia ineunte. i. incipiente, hoc est, dum homo ingreditur ex pueritia adolescẽtiã, cui. s. adolescentiæ maxima imbecillitas consilij inest, tũc quisque constituit sibi id genus ætatis degendæ. i. peragendæ, quod adamauit maximè, itaq; .i. & ita amplificatur aliquo certo genere, & usu uiuendi, antequam potuit iudicare, quod esset optimum. Nanq;, pro quia, Prodicus rhetor optimus, & Euripidis pręceptor dicit (vt .i. sicut est apud Xenophontem, Socr. discipulum, qui propter eloquentiã musa Attica dictus est) Herculem cum .i. quando pubesceret primum. i. inciperet se habere puberem. Quod tempus .i. primæ pubertatis datum est à natura, ad deligendum. i. disquirendum, quomodo uiam uiuendi quisq; ingressurus, exisse in solitudinem. i. locum desertum à populo. Atq; sup. dicit ipsum sedentem ibi. i. in solitudine, & dubitasse secum diu, & multum, cum .i. quandoquidem cerneret .i. aspiceret duas uias, vnam uoluptatis, alteram uirtutis. Vtram. i. sic dicam, quam illarum duarum melius esset ingredi, hoc. i. sic secum disquirere, potuit fortasse contingere Herculi edito .i. exorto, & in lucem producto satu. i. ex semine Iouis. Non idem sup. potest contingere nobis, qui imitamur sup. eos, quos cuique sup. nostrum uisum est, sup. bonum esse imitari, & impellimur ad studia, & instituta, idest mores. Autem pro sed, nos imbuti plerunque pręceptis parẽtum, deducimur ad consuetudinem, & mortem eorum. Alij feruntur. i. trahuntur iudicio multitudinis. i. ad id quod multis placere uidetur, que pro &, exoptant ea maximè, quæ uidentur maiori parti pulcherrima. nonnulli. i. aliqui tamẽ siue quadam felicitate, siue quadam bonitate naturæ, siue disciplina. i. eruditione parẽtum secuti sunt rectam uiam uitæ. Autem pro sed, illud genus eorum, qui ornatu aut magnitudine ingenii excellẽti, aut præclara eruditione, atq; doctrina, aut utraque re. s. & ingenio, & doctrina habuerunt spatium deliberandi, quem cursum uitæ uellent potissimum sequi, & maximè rerum, in qua deliberatione omne consilium est reuocandum ad naturam cuiusque suam. i. propriam. Nam cum sup. ita sit, quòd in omnibus, quę agunt, nos exquirimus quid deceat (vt dictum est) ex eo modo quo quisque est natus. Tum. i. tunc euidentius multo maior cura rei est adhibenda in tota uita constituenda. i. in constitutione totius uitæ, ut possimus constare. i. constantes, & conformes esse nobismetipsis in perpetuitate. i. continuatione uitæ, nec

Adolescentia.

ASC.

nec sup. possimus claudicare ab ipso. Autem pro sed, quoniam natura habet maximam uim ad hanc rationem, & fortunam proximam in magnitudine.s.ratio.i. consideratio utriusq;.s.& naturæ, & fortunæ est habenda omnino in genere uitæ deligẽdo .i. cum delectu constituendo, sed magis naturæ sup. quam fortunæ. Enim pro quia, sup.natura est multo firmior, & constantior quam fortuna, ita sup. ut fortuna ipsa uideatur nonnunquam i.aliquando mortalis.i.tanquam mortalis, pugnare cum natura immortali. Igitur qui contulerit omne consilium vitę ad genus naturæ suæ nonuitiosæ, is teneat constantiam.i. perseueret in eo. Enim pro quia, id decet maximè nisi intellexerit fortè se errasse in genere uitæ deligendo .i. disquirendo, quod.s. errasse si acciderit (potest autẽ accidere) tunc sup.mutatio morum, & institutorum est faciẽda. Igitur nos faciemus eam commutationem facilius, & commodius, si tempora.i. opportunitates temporum adiuuabunt, sin minus .i. sed si non ipsa commutatio erit faciẽda sensim.i. paulatim, ita quod sentiri potest, & pedetentim.i.quasi per singulos passus pedem tenendo. Vt.i. quemadmodum sapientes censent.i. iudicant decere magis disluere .i. dissoluere sensim .i. paulatim, quasi singula fila disiungendo, quam præcidere repente amicitias, quæ magis delectent, & minus probentur .i. approbentur. Autem pro sed, genere uitæ commutato.i. postquam genus uitæ commutatum est, curandum est omni ratione, ut uideamur fecisse id bono consilio. Sed, quoniam dictum est paulo ante maiores esse imitãdos, illud sit primum exceptum ab illa generalitate; ne uitia.s. parentum sint imitanda. Deinde si natura non feret .i. patietur, ut quædam possint imitari, ut.i. quemadmodum filius superioris.i. maioris, & prioris Africani, qui.s. maior Africanus adoptauit.i. iure adoptionis sibi filium constituit, hunc .s. Africanum minorem natum.i.procreatum Paulo, scilicet Aemilio, tam.i.tantum non potuit esse similis patri propter infirmitatem ualetudinis, quia raro sanus erat, quam .i. quantum ille.s. Africanus, maior esset similis sui sup. patris. Si igitur nõ poterit, ut patet, sup. siue defensitare.i. assidue in iudicio defendere causas, siue tenere populum concionibus.i.per conciones, siue gerere bella: debebit tamen præstare illa, quæ erunt in potestate ipsius scilicet, iustitiam, fidem, liberalitatem, modestiã, temperantiam, quominus.i. ne id, quod desit, requiratur ab eo. Autem, pro sed, optima hæreditas, traditur liberis à patribus, & præstantior omni patrimonio.s.gloria uirtutis, & rerum gestarum, cui.s. gloriæ esse dedecori .i. vituperio iudicandum est nefas, & uitium. Et quoniam non eadem, idest disparia officia tribuuntur ætatibus disparibus, que pro &, alia supple officia sunt iuuenum, alia seniorum, dicendũ est etiam aliquid de hac distinctione.

ARGVMENTVM.

Adolescentiam, quæ propriè deceant.

Est igitur adolescentis, maiores natu uereri, ex hisque deligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, atque auctoritate nitatur. ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda, & regenda prudentia est. maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore, patientiaque & animi, & corporis, ut eorum, & in bellicis, & ciuilibus officiis uigeat industria. atq; etiam cum relaxare animos, & dare se iucunditati uolent, caueant intemperantiam, meminerint uerecundiæ: quod erit facilius, si eiusmodi quoque rebus maiores natu interesse uelint.

PETR. MARS. Est igitur adolescentis] Describit nunc adolescentis officia. [Vereri] Timere cum pudore ac reuerentia. Arist. lib. ij. de re familiari tuẽda sic præcipit. Duplex est timoris species, una quidem est cum pudore ac verecundia, qua vtuntur ad parentes sobrij filij, & compositi ciues ad benignos rectores. Altera uero est cũ inimicitia, & odio, ut serui ad dominos, & ciuium ad tyrannos. Plat. in j. de Leg. sic ait: Metuimus sæpenumero existimationem, cum formidamus, ne dicendo, aut faciendo aliquid minus honestum mali videamur, quem timorem nos immo omnes, vt arbitror, pudorem appellamus. Igitur, & legislator, & quiuis alius qui prodesse hominibus quoquomodo possit, hunc timorem maximo honore colat, uocetq; pudorem, confidentiam uero huius contrariã, nominet impudentiã, & maximum priuatim, & publicè malum hominibus arbitretur. [Maiores natu] seniores, hoc in primis obseruauerunt Lacedæmonij ex Lycurgi institutis, & legibus. Vnde scribit in Cat maiore, Lysandrum Laced. dicere solitum, Lacedæmonem esse honestissimum domicilium senectutis. nusquàm enim tantum tribuitur ætati, nusquàm est senectus honoratior. Et apud Rom. in præcio erat senectus, & multum erat præcedere 4. annis, ut Satyrus scr. Plat. in viij. de Leg. sic præcipit, Decet autem iuuenem uerberatum à seniore, id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. sic itaque sanciamus. Quilibet seniorem, & re, & verbo colat, ac si 20. annis maior est, quasi patrem, si uir fuerit, aut matrem, si mulier reuereatur, atque adeo omnibus semper abstineat, quæ in ea ætate sunt, qua procreare, pareréq; ipsum potuerit, natales deos ueritus. [Optimos] Quantum in seipsos .i. uirtute præditos. [Probatissimos] ad famam, & sic auctoritates plenos. [Consilio] hoc refertur ad optimos, quoniam optimi viri bene consulunt, cum sint iustissimi [Auctoritate] Hoc refertur ad probatissimos. quoniam apud omnes iam habent magnam auctoritatem, qui rebus gestis, & iustitia clari sunt, & probati. [Nitatur] Firmet se. quoniam adolescentia lubrica est, & plena affectuum, ideo facilè labitur. Vnde firmanda est consilio senũ, in quibus ipsi affectus sedati sunt, & compositi, & inest recta ratio. Nulla res, inquit Sen. magis animos honestate induit, dubiosq; & in prauum procliues reuocat ad rectum, quam bonorum uirorum conuersatio. [Ineuntis] Incipientis. [Inscitia] Imprudentia. prudentiam quippe habere non potest, cum non habeat experientiam rerum, doctrinam habere poterit, quæ in ingenio consistit, sed prudentia vsum rerum requirit. & ideo adolescens non potest esse prudens, doctus autem esse potest. [Constituenda] Disponenda, & formanda ad uirtutem. [Maximè autem] dat aliud præceptum. Iuuen. etiam dicit, Maxima debetur puero reuerentia. [Hæc ætas] Adolescentia, quæ libidinibus æstuat. Et Diog. videns adolescentem effœminari, non pudet dixit, deterius quam naturam ipsam de te ipso statuere. illa.n. te virum fecit, tu te cogis mulierẽ fieri. Fit ẽt, inquit Aris. j lib. de hist. animal. loquens de pubertate, ut per id tẽpus puellæ custodiri præcipuè debeant. maximè.n. ad usum rei Venereæ incitantur, cum hæc incipiunt, & quemadmodum puellæ siue altera par te, siue utraq; minus cauerint, propensiores eodem efficiũtur. meatus.n. laxantur, reduntq; ad id corpus lubricum, & dispositum, & simul uoluptatis præteritæ memores, desiderio mouentur præteritæ contrectationis. Post annum ter. 7. est mulierum procreatio, ante cõcipiunt quidem, sed imperfecta, & exigua pariunt. Plato in 7. de repu. sic ait. Iuuenibus conueniunt multi maximiq; labores. Xenophon in ij. comment. sic ait, studium, & patiẽtia bonarum, & honestarũ rerum causa sunt. Epicharmus dixit, Dij omnia nobis uendunt laboribus Nihil eorum quæ bona, & honesta sunt dij hominibus sine labore ac studio præstant. Si uelis corpore etiam fortis esse, subijciendũ est animo corpus, & exercendum in laboribus atq; sudoribus. [In labore] quod faciebant in primis Lacedæmonij, vt labor obduceret callum dolori. [In bellicis] quantum ad labores corporis. [Ciuilibus] officijs ad labores animi. [Industria] Studiosus labor. [Atq; etiam] Dat præceptum, quod ipsis adolescentibus faciundum sit, cum laboribus desatigati animum relaxare uoluerint, & iocari, siue ludere. [Verecundiæ] Pudoris, qui malis conatibus obstat. Cum Diog. vidisset adolescentulũ rubore perfusum propter pudorem dixit. Confide fili, huiusmodi est uirtutis color. [Caueant intemperantiam] Quæ omniũ malorum causa est, & corrumpit prudentiam, sine qua non potest intelligi ulla uirtus. [Eiusmodi quoque] quemadmodum in rebus seriis. [Eiusmodi rebus] Iocis ad animi relaxationem comparatis. Omnino, inquit Plat. in Leg inducendi sunt senio res, ut sese aliquando uino exhilarent, quoniam exhilarati sine molestia intererunt ludis iuuenum, & præsentia sua coercebunt eorum lasciuiam. Magna pars peccatorũ tollitur, inquit Senec. si peccatori testis assistit, & omnia mala nobis solitudo persuadet.

FRAN. MAT.

EST igitur &c.] Adoleſcentes vereri ſeniores conuenit. ueremur quos amamus.[Optimos]Dignitate.[Probatos] Vita, & virtute.[Conſilio,& auctoritate]Prudentia.n.præſtant, quæ eſt de ſingularibus,vt ait Ariſt.quæ per experimẽtum nobis innoteſcunt.Iuuenis autem non eſt expertus,ſed ſen ex. longitudo enim temporis experientiam facit.Et Ouid.ait: Seris uenit vſus ab annis [Incũtis enim ætatis]Ratio cur ſecum conſilio, & auctoritate iuuenis uti debeat.[Inſcitia]Idem ait in Cat. maiore,Temeritas eſt florentis ætatis,prudẽtia ſenectutis uirtus. Idem:Nihil autem prudentia dulcius, quàm ut cetera auferat certè ſenectus.& lib. de Sen.Manent ingenia ſenibus. Et Ariſto. ait iuuenem non eſſe idoneum auditorem philoſophiæ moralis,quoniam affectus ſequitur,& incontinens eſt Senis itaque conſilio,auctoritate regendus eſt,ſed optimi, & probatiſſimi: Nihil enim differt ætate quis iuuenis ſit an moribus.Non.n.in tempore eſt defectus,ſed in uiuendo,& perſequendo ſingula ſecundum animi perturbationem.à bono itaque petendum conſilium eſt, quoniam ut ait Ariſt.non eſt poſſibile prudentẽ eſſe quenquam niſi ſit bonus. [Maximè autem &c.] A libidinibus prohibendos maximè adoleſcentes dicit, in quas proni plurimum ſunt feruore ætatis, auerti autẽ ab illis poſſe laboribus, & eorum tolerantia.quod ueteres Rom. & Lacedæmonij fecerunt. qui in agris filios ſuos detinebant,& exercebant, quo robuſtiores eſſent,& integriores.Nam vt Hor.ait,Ignauia corpus hebetat labor firmat,illa maturam ſenectutem,hic longã adoleſcentiam reddit.[Animi]Vt omnia toleret quæcunque in eã etiam difficillima ſtatuũtur æquo animo,[Bellicis ciuilibusq;] Domi foriſq;.[Atque etiam cum &c.]Et quoniam illud occurrebat,nunquid intenti ſemper eſſe debent labori,debent,inq.t, ceſſatione uti,ita tamen,vt non ſit omnino intemperans, hoc eſt ne ſit effuſa uoluptas,ſed remiſſa,& cum modo. [Meminerint uerecundiæ,]Hoc eſt ne ludum aut iocum exerceant illiberalem.[Verecundia]Modeſtia quædam quaſi cuſtos eſt, & propterea comes ſemper debet adoleſcenti eſſe.Cumq; erubeſcit adoleſcens bonum,ſignum habetur,ideo ait Ter.Erubuit, ſalua res eſt [Quod erit facilius &c.] Vt ab intemperantia abſtineant,& uerecũdiæ meminerint.Facilè erit,ſi ſenum præſentiam adeſſe patiantur.non.n.audebunt quidquam turpe, aut dicere aut facere. Nam ut Ouid. Verba quis auderet coram ſene digna rubore Dicere?cenſuram longa ſenecta dabat.

ASC.

EST igitur adoleſcentis &c.] Deſcribit officia adoleſcentis. Et eſt ordo. Igitur, quia ſcilicet diſparium ætatũ officia deſcribere conſtitui. Eſt adoleſcentis,ideſt pertinet ad adoleſcentem, vereri,ideſt cum ueneratione timere maiores natu, ideſt ſeniores,& eligere ex his, ſcilicet maioribus optimos, & probatiſſimos,quorum conſilio,atque auctoritate nitatur, ideſt fulciatur,& firmet ſe. Enim,pro quia,inſcitia,ideſt imperitia, ætatis ineuntis,ideſt primæ,eſt conſtituenda,ideſt diſponenda,& formanda,& regenda.i gubernanda prudentia ſenum,autem pro ſed, hæc,ideſt adoleſcentis ætas eſt arcenda maximè à libidine, ad quam,ſcilicet procliuior eſt,& exercenda eſt in labores,& patientia, ideſt ſufferentia,& animi,& corporis,ut induſtria eorũ vigeat,& in bellicis,& in ciuilibus officijs. Atque etiam cum ipſi adoleſcentes uolent relaxare animos, & dare ſe iucunditati, caueant intemperantiam,meminerint, ideſt ſint memores uerecundiæ.quod,ideſt quam rem facere erit ipſis adoleſcentibus facilius,ſi maiores natu uolent intereſſe,quam.i. etiam huiuſmodi,ſcilicet iucundis rebus,& recreatiuis.

ARGVMENTVM.

Senectutem quæ deceant maximè.

SEnibus autem labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur: danda uero opera, ut amicos, & iuuentutem, & maximè, rempu. conſilio, & prudentia quàm plurimum adiuuent.nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne lãguori, deſidiæq; ſe dedat.luxuria uero, cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt. ſin autem,& libidinum intemperantia acceſſerit,duplex malum eſt,quòd ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam.

PETR. MARS.

SEnibus autem] Exequitur alteram partem propoſitionis. & ponit officia ſenum, qui debent abſtinere laboribus corporis,& exercere animum,in medium conſulere, & prudentia regere alios. arma enim ſenectutis ſunt artes, exercitationesque uirtutum. debent ſenes conſilio,& auctoritate rempu. gerere, & iuuenes ad uirtutem formare, & illorum affectibus modum imponere legibus, & inſtitutis, inquit Cato apud eundem Cice. Vacat ætas noſtra muneribus his, quæ poſſunt ſine uiribus ſuſtineri. Itaque non modo, quod non poſſumus, ſed nec quantum poſſumus quidem cogimur. Conſilijs profecto iuuenum, & gubernatione, reſp. labefactatur, ſenum eſt hoc munus, operæ precium erat quondam ſenatores uidere Romanos, tantæ auctoritatis, ut Cineas Pyrrhi legatus, cum Romam ueniſſet de pace acturus, & illi ſenatus datus eſſet, rediẽs ad Pyrrhum dixit ſenatum Roma. multorum regum conſeſſum ſibi uiſum eſſe. Is etiam reipu. prodeſt, inquit Sen. qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia uirtute inſtruat animos, qui ad pecuniam luxuriamque curſu ruentes prenſat ac retrahit. [Danda opera] Curandum eſt ipſis ſenibus. [Languori] Quantum ad animum, & cogitationem. Languor eſt torpor, & inertia. [Deſidiæque] Pigritiæ, cum diceretur Diogeni, Senex es, iam à labore ceſſa. Quid enim reſpondit, ſi in ſtadio currerem ad finem oportere curſum remittere, & non magis intendere? [Luxuria] quædam ſuperfluitas in omnibus rebus, & maxime ueneteis. [Si autem] Ponit malum, quod ſequitur ex ſenum luxuria, & libidinum intemperantia. [Acceſſerit]Adiuncta fuerit. [Concipit dedecus] quoniam ſenex luxurioſus,& libidinoſus eſt infamis, & alijs præbet malum exẽplum. [Impudentiorem] ideſt facit, ut ipſum adoleſcentem minus pudeat peccare, cum uideat exempla ſenum. Ergo tales homines duplici pœna digni ſunt Plato in v. de leg. ſic ait, Sapiens legumlator ſenioribus præcipiet, ut ſint coram iunioribus uerecundi, ac ſummopere caueant ne quis iuuenum eos aut uideat, aut audiat agentes turpe aliquid, uel loquentes, nam ubi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt ibi iuuenes impudentiſſimos eſſe.

FRAN. MAT.

Senibus autem labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. [Danda autem eſt opera, ut & amicos, & iuuentutem, & maximè rempu.] De officijs ſenum nunc loquitur, & præcipit ita labores corporis ſenibus minuendos, ſicuti adoleſcentibus intendendi ſunt. [Conſilio, & prudentia quamplurimum adiuuent] quæ ſenum ſunt. Nam creſcunt ingenia ſenibus, ut uires corporis minuuntur. Exercitationes animi etiam augendæ uidentur. Quod niſi fecerit ſenex cum obliuioſus ſit, omnia elabentur, & erit penitus inutilis. [Iuuentutem &c.] quæ ad virtutem, & bene uiuendum ſenum monitis perducitur, [Languori] Corporis, vt nihil omnino exerceatur. [Deſidiæque ſe dedat] quæ eſt animi. Si nihil faciunt ſenes, cum ſenectus per ſe imbecillis ſit, languore & deſidia multo imbecillior redditur. Luxuria uero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Nihil turpius eſſe poteſt ſene luxurioſo. Hoc idem etiam in Lælio dicit Cicero. [Sin autem &c.] Ratio cur luxuria ſit ſeni fœdiſſima. quoniam duplex malum ſit. quia non ſolum ſibiipſi dedecori eſt, uerumetiam malum præbet exemplum adoleſcentibus, & proniores ad libidinem reddit, exiſtimant enim licere ſibi quæ ſenex facit. Quidquid autem exemplo fit, id iure fieri putant, & aliquid ſemper atque adeo multa addunt atque afferunt de ſuo, ut Cicero ait.

Senibus autem labores]Deſcribit officium ſenum. Ordo aũt verborum eſt. Autẽ,pro ſed,labores corporis ſunt minuendi ſenibus,exercitationes animi vident̃ etiam augẽdę,vero pro ſed, opera eſt danda.i.valde multum conſilio,& prudentia, &.i.pariter amicos, & iuuentutem .i.ipſos iuuenes,& maximè, ideſt potiſſimum remp. Autem, pro ſed, nihil eſt magis cauendum ſenectuti,ideſt ætate ſenili, quàm ne dedat ſe languori .i. ignauiæ, & torpori,& deſidiæ.vero,pro ſed,cum ſup.ita ſit,quod luxuria ſit turpis,omni ætati,tum,i.tũc multo uerius eſt fœdiſſima ſenectuti. autem pro ſed,ſi intemperãtia libidinum,& ideſt

etiam

etiam accesserit ad luxuriam, scilicet quæ est nimis abundans
uestium, aut uictus, aut pomparum usus, tunc sup. est duplex
malum, quod, idest quia ipsa senectus concipit dedecus, & facit
intemperantiam adolescentium impudentiorem, idest magis
impudentem.

ARGVMENTVM.

Magistratus personam, quæ deceant.

AC ne illud quidem alienum est de magistratuum, de priuatorum, de ciuium, de peregrinorum officijs dicere. Est igitur propriũ munus magistratus, intelligere, se gerere personam ciuitatis, deberéq; eius dignitatem, & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & ea fidei suæ cõmissa meminisse. Priuatum autem oportet æquo, & pari cum ciuibus iure uiuere, neque submissum, & abiectum, nec se efferentem, tum in rep. ea uelle, quæ tranquilla, & honesta sint. Talem enim, & sentire, bonum ciuem dicere solemus. Peregrini autem, & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alio inquirere, miniméq; in aliena esse rep. curiosum. Ita ferè officia reperientur, cum quæretur, quid deceat, & quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. nihil est autem, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, consilioque capiendo seruare constantiam.

PETR. MARS.

AC ne illud quidem] Nunc pręcipit quid agẽdum his sit, qui sunt in aliquo magistratu, quid priuatis, quid ciuibus, quid peregrinis. [Magistratuum] Eorum, qui sunt in magistratu [Priuatorũ] Sine magistratu. Magistrare, inquit Pomp. est moderari. vnde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, & equitũ dicuntur. quia omnes hi magis ceteris possunt. vnde, & magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam priuati, quæ uox duabus significationibus notatur. Nam aut personã ipsam demõstrat, vt cũ dicimus, Magistratus iussit, aut honorem, ut cũ dicitur, Titio magistratus datus est. [Est igitur] Incipit assignare officia his, qui sunt in magistratu. [Magistratus] Illius, qui publico munere fungitur, & refert personam totius ciuitatis. Vnde opus est seruare decorũ, & ita uiuere, ut ciuitatis dignitas retineatur, nihilq; facere quod illã imminuat. [Intelligere] Animaduertere se esse personam publicam. [Eius ciuitatis dignitatem, & decus sustinere] Conseruare, & tueri, nec mouere leges, sed illas seruare, & iura si qua sunt ciuitati necessaria describere, & habere ante oculos hæc esse commissa eius integritati fideiq;: quoniam magistratus est custos legum ac iustitiæ. Ad alium est, inquit Arist. in v. Eth. & in societate iã ipse magistratus consistit. Plato in v. de Leg. agens de electione magistratuum sic præcipit, Oportet eos, qui rectè magistratum accepturi sunt, ab adolescẽtia probatos fuisse, tam ipsos; quam suos usq; ad ipsam electionem. Custos autem legum is eligatur, qui non pauciores quam 50 annos natus sit. Sacerdos autem ille est comprobãdus, qui integer sit atq; legitimus, deinde à domo quam maximè munda, expers quoq; cædis omniumq; huiusmodi, quę aduersus rem diuinam committuntur, cuius, & pater materq; similiter uixerit. Quæ ad sacerdotum creationem attinent deo commitenda sunt, ut quemadmodum illi placet, ita diuina fortuna cui triburum id fortes ferant. [Priuatum autem] Nunc de officio priuati hominis. [Aequo] Iusto. [Pari] Aequali nõ debet se alijs præferre, nec aliquid assumere præter æquitatem. [Neq; submissum] Debet ita se gerere inter ciues, inquit, ut eius dignitas poscit, tenereq; medium, nec se nimium efferre, ne uideatur insolẽs, nec se submittere, ut uideatur cõtẽnẽdus, nec aliquos in rep. tumultus excitare, sed uelle omnia trãquilla, ut decet bonum ciuẽ. [Abiectũ] Negligentem suã dignitatẽ. [Talem .n.] Qui ita cum suis ciuibus uiuit, & in rep. bonus ciuis appellatur [Peregrini autem] Nũc de officio peregrini, qui in sua ciuitate nõ est. Hospes dicitur amicus externus, & qui est in aliena ciuitate. Incola dicitur, qui in alterius regione habitat, & in aliena ciuitate atq; rep. Accola dicitur, qui ad locũ habitat: vt, accola Fucini, accola Padi. Inquilinus dicit̃, qui in aliena domo cõducta habitat. [Minimè curiosum] .i. vitiosè diligẽtẽ, & negociosum. Curiosus dicit̃, qui ea inquirit, & curat, quæ ad se nõ pertinẽt. Officiosus dicit̃ is, qui est plenus officio. Vnde vinosus, mulierosus, morosus significãt copiam quandam in modicam rei super qua dicitur. Omnia enim nomina sic declinata nimiũ ac pręter modũ significant, ut uinosus, famosus, & similia. sed ingeniosus, officiosus, speciosus laudãtur, quoniã declinãtur ab illis in quibus nõ est ille modus adhibẽdus. quippe ingeniũ officiũ, disciplina, consiliũ, uictoria, facũdia, & similia, sicut ipsę uirtutum amplitudines nullis finibus cohibẽtur, sed quãto maiores, tanto laudabiliores sunt, sic illa amplitudine sua magis laudãtur. Illa uero sunt in vitio. quæ ab illis formantur, in quibus oportet cõstituere mediũ, quod si transgreditur quis, uitiũ est, ut uinosus .i. nimiũ uino deditus, quod est contra temperantiam, & de similibus. auct. est Gel. [Ita] Modis supradictis. [Ferè] Dixit, ut uitaret arrogantiam .i. cum quid conueniat personis, & quid unũquenq; deceat, tunc reperitur officium, quod est actio cum uirtute, debemus igitur quærere quid cuiq; cõnsentaneum sit, & sic officium poterit assignari. Curiosus, inquit Plaut. nemo est, qui non sit maleuolus. [Tẽporis] quoniam non cuiq; tempori omnia conueniunt, & hæc temporis circunstantia consideranda est, & etiam aliæ quæ ad officium inueniendum maximè conducunt. sunt .n. vt dictũ est, quædam officia à circunstantiis. Vnde opus est cõsiderare personas, & ætates, si uolumus inuenire officium. [Nihil est autem] Dat generale præceptũ de ipso decoro. Nihil est, inquit, quod magis hominẽ deceat, quam in omni uita seruare cõstãtiam .i. animi stabilitatem. hanc constantiam habere non possunt hi, qui affectibus seruiunt. [Cõstantiã] Non mutare propositum uitæ, & institutum, & non agere dissimilia, quæ incõstantiam indicant.

FRAN. MAT.

AC ne illud, quidem &c.] In his omnibus de quibus dicturus est, fortuna consideratur. Nam priuatum esse, & magistratum conditiones sunt, quæ spectãt ad fortunam, præcipit autẽ prius qualis esse magistratus debeat. [Personam ciuitatis] Nã magistratus publica est persona, & rep. representat cuius ipse princeps est. Et, qui magistratũ lædit, reus est læsæ maiestatis. [Leges] non sinere eas tolli, aut uiolari. [Iura describere] Legem aliquam tenere pro utilitate reip. si opus fuerit, & necessitas postularit. [Priuatum autem &c.] Ad priuati trãsit officia. Is autem est priuatus, qui nullum gerit magistratũ. [Aequo] ne plus commodi accipiat quàm ceteri ciues, nec plus incõmodi. [Pari] Vt nec excedat ceteros, nec illis concedat. [Submissum animo] habitu, ut ad omnia uilia repellatur. [Peregrini] De officio præcipit peregrini, qui in alienam commeat ciuitatem sui negotij gratia [Incolæ] Qui aliunde uenit ad habitandũ, & incolẽdã ciuitatẽ [Suũ] Propriũ. [Ita ferè &c.] Cõcludit Cic. dicẽs, si q̃s hoc mõ officia seruabit, q̃d sit decorũ intelliget. Et quid cuiq; personæ, tẽpori, & ætati conueniat. [Personis] Priuatis, peregrinis, ciuib. [T̃pibus] Pacis, belli, noctis, diei, ludorũ, conuiuij. [Aetatibus] Senibus, adolescẽtibus. [Nihil est autem &c.] Verè inquit officia reperientur, quia nihil est, q̃d tam deceat quã seruare in omni re constãtiam, hoc est, quã nõ discedere ab eo, q̃d fieri dẽt secundũ decorũ personæ, ætatũ, temporis. Nã cõstantiã hic accipit pro stabilitate quadã, & obseruatione in reb. cũ eas sic agimus, ut agi eas cõuenit, & nõ discedimus ab officio nr̃o, sed illud tuemur, p̃ p̃sona quã sustinem9.

Quid deceat potissimũ.

ASC.

AC ne illud quidẽ] Describit diuersarũ p̃sonarũ .i. qualitatũ, cõditionũq; officia, magistratuũ s. & priuatorũ ciuiũ, & peregrinorũ. Ordo est. Ac, pro &, ne illud quidem, q̃d dicturus sum, est alienũ .i. impertinens ad p̃sens opus. s. dicere de officijs magistratuũ .i. magistratum gerẽtiũ, quos vulgo officiarios vocãt, de officijs ciuiũ priuatorũ, de officiis peregrinorũ .i. externorũ. Igitur primũ munus .i. officiũ, seu opus faciendũ, magistratus .i. eius qui magistratũ gerit, intelligere se gerere personã ciuitatis, & se dẽre sustinere .i. cõseruare dignitatẽ, & decus eius. s. ciuitatis, seruare .i. cõseruare leges, describere iura, & meminisse .i. memorẽ esse, & cõsiderare ea. s. leges, iura & cetera iã dicta, esse cõmissa suæ fidei. Autẽ, pro sed, oportet priuatũ sup. ciuem .i. sine magistratu uiuentẽ uiuere æquo .i. æquali, & pari iure, cũ ciuibus .i. cõciuibus suis, existẽtẽ, neq; submissum .i. suppeditatum, & abiectũ, nec efferentẽ .i. extollentem sese, tum .i. insuper

velle eam in rep. quæ ſint tranquilla,& honeſta. Enim pro q a, nos ſolemus ſentire,& dicere talem eſſe bonum ciuem. Autẽ, pro ſed, officium peregrini .i.inquilini,& incolæ.i. inhabitantis ciuitatem non ſuam eſt nihil agere præter ſuum negotium, & nihil inquirere de alieno ſup.negocio, & eſſe minimè curioſum in aliena rep. Itaque.i.& ita officia reperientur uere, cum .i.quando quæretur quid deceat,& quid aptum ſit perſonis,tẽporibus,& ætatibus. Autem pro ſed,nihil eſt,quod tam.i. tantum deceat,quam.i.quantum ſeruare conſtantiam,in omni re gerenda,& in omni conſilio capiendo.

A R G V M E N T V M.

Decorum à cultu motuq; corporis.

SEd quoniam decorum illud in omnibus factis,& dictis in corporis denique motu, & ſtatu cernitur,idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate,ordine,ornatu ad actionẽ apto (difficilius ad eloquendum, ſed ſatis erit intelligi) in his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur ab alijs, cũ quibus & apud quos uiuamus: his quoque de rebus pauca dicantur.

PETR. MARS. SEd quoniam decorum illud] Dixit hactenus de decoro,quod in factis poſitum eſt, iam dicet de decoro, quod in dictis motuq; corporis conſiſtit. [Idq;] Decorum. [Formoſitate] Pulchritudine de qua p̃cipiet, & etiam ordine. [Ornatu ad actionem apto;]Quoniam non omnes actiones eundem ornatum requirunt, quippe in concionibus eo ornatu debemus uti,quem locus poſcit, aliter cum in cubiculo ſtudemus, cum ſacris operamur. Igitur ipſe ornatus debet accommodari ad actionem, & quia quodãmodo impoſſibile eſt p̃ſcribere quo ornatu in ſingulis actionibus vti debeamus,cum hoc ſit prudentiæ relinquendum, quæ in quaque re,& quid deceat cognoſci: ideo dicit difficilius ad eloquendum,ſed ſatis erit intelligi.omnia.n.agenda ſunt ſecundũ temporis conditionem [Difficilius ad eloquendum].i.præbentibus difficultatem exprimendi ſingula, quæ his tribus continentur,& finem non habent, pariq; aptantur loc ꝯ,& perſonis. difficile eſt,inquit hoc decorum poſitum in his tribus rebus explicare oratione,& diiudicare quando eſt,& præſcribere, quale in ſingulis rebus eſſe debeat,ſed ſatis erit,quod intelligatur in his tribus poſitum eſſe,de quibus præcepta dabit. Ariſto. in ij. Eth ſic ait:Actiones, & ea quæ proſunt nullam habent ſtabilitatem, quemadmodum neque ſalubria ipſa. atq; cum talis ſiț ſermo uniuerſalis,multo minus is ſermo certitudinis habet, q̃ de ſingulis eſt, nam neque ſub artem, neque ſub præceptionẽ ullam cadunt,ſed oportet ipſos agentes ea ſemper conſiderare,quæ ad tempus accommodantur [In his tribus]Formoſitate,ordine,ornatu.[Vt probemur] Laudemur, quoniam nihil eſt agendum,quod eos offendat,quibus cum uiuimus,ut oſtẽdere pudenda,& eas partes quas natura occultauit, & ſic Cice. deſcribit compoſitionem corporis humani,ut oſtendat hominem debere eſſe uerecundum uolente natura, quæ partes corporis ita diſpoſuit.[His quoque[Quemadmodum dictum eſt, & dicenda erunt de quibuſdam, dicamus inquit etiam aliqua de his,quæ pertinent ad uerecundiam,& quibus homines mouentur,ut aliquem laudent,aut uituperent,& his abſolutis de pulchritudine diſputabit.

FRAN. MAT. Sed quoniam decorum &c.] Dixit de decoro generali, & particulari,ſecundum naturam,& animum. Nunc de corporis decoro præcipuè incipit,& in tribus rebus poſitum eſſe dicit, formoſitate,ordine,ornatu. [Decorum illud &c]Quod generale eſt,& latiſſimè patet [Motu]Geſtu inceſſu in quibus non minima pars decori conſiſtit,ſi geſtus,& inceſſus omnis motus corporis fuerint moderati.[Statu cernitur] Stare eſt non moueri corpore,ſiue ſedeas.ſiue rectus conſiſtas. Differt autẽ quo modo ſedeas,aut ſtes. Semper autem cauendum eſt ne ineptè quippiam à nobis fiat [Idque poſitum eſt &c.] Motus.ſ. ſtatus corporis [Formoſitate]Pulchritudinem,quam in omni actione ſeruemus.[Ordine]Vt quidquid faciamus,ordine utamur. [Ornatu ad actionem apto; difficilius ad eloquendum, ſed ſatis erit intelligi]Ad actionem, quia ſuus cuiuſq; actionis ordo eſt & ornatus. Nam alium ordinem,atque ornatum,conuiuiũ exigit,alium curia,alium forum,alium priuata actio. Secundũ actionem igitur,vel lætam,uel triſtem,uel publicam,uel priuatam adhiberi à nobis ordo,& ornatus debet. Quæ ſiquis exprimi vellet,qualia omnino eſſe debeant,non facilè eſſet, intelligere autem haud facilè per ſe quiſque poterit.[In his aũt &c.] Cum alia uti debemus diligentia,in his tribus, tum præcipuè hac, vt nos laudent ij,cum quibus,& apud quos uiuimus, aliter domi,aliter in rep. aliter foris,& militiæ uiuendum eſt,aliter cum amicis, aliter cum alienis.[Cum quibus].i. aſſiduè uiuimus, ut cum domeſticis,ac familiaribus. [Apud quos] ut apud ciues,collegas,principem.cum quibus nobis quidem uſus eſt,non tamen aſſiduus.Aliud autem aliis placet.

ASC. Sed quoniam]Deſcribit decorum, quod conſiſtit in dictis,& motu corporis. Ordo eſt.Sed quoniam illud decorum cernitur .i.conſpicitur in omnibus factis,& dictis, denique in omni, & ſtatu corporis.que pro &,quoniam id poſitum eſt in tribus rebus, in formoſitate,ordine,& ornatu apto ad actionem,ipſum ſup.decorum erit difficilius ad eloquendum.i.vt eloquẽter exprimatur,ſed erit ſatis facilè intelligi.i.vt intelligatur.Aũt pro ſed,cura etiã illa,vt probemur ab his, cũ quibus, & apud quos uiuamus, continetur in his tribus,pauca dicantur, quoque.i. etiam de his rebus.

A R G V M E N T V M.

Quaſdam corporis partes indecore oſtendi;res item quaſdam inhoneſtè,uel fieri palam,uel apertè nominari

PRincipio,corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem: quæ formam noſtram, reliquamq́ue figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in prõptu. quæ autem partes corporis, ad naturæ neceſſitatem datæ, aſpectum eſſent deformem habituræ, atque turpem, eas contexit, atque abdidit. hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum uerecundia.quæ enim natura occultauit,eadem omnes,qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis, ipſiq́ue neceſſitati dant operam, ut quam occultiſſimè pateant. quarumq; partium corporis vſus ſunt neceſſarij, eas neque partes, neque earum uſus ſuis nominibus appellant:quodq́ue facere non turpe eſt, modo occultè, id dicere obſcœnum eſt. itaque nec actio rerum illarum aperta, petulantia uacat,nec oratio obſcœnitate. Nec uero audiendi ſunt Cynici, aut ſi qui fuerunt Stoici penè Cynici,qui reprehendunt, & irrident, quòd ea, quæ turpia re non ſunt,uerbis flagitioſa dicamus. illa autem,quæ turpia ſunt, nominibus appellemus ſuis. latrocinari,fraudare,adulterari,re turpe eſt, ſed dicitur nõ obſcœne:liberis dare operam,re honeſtũ eſt, nomine obſcœnum: pluraq́ue in eam ſententiam ab eiſdem cõtra uerecundiam diſputantur. nos autem naturam ſequamur, & ab omni,quod abhorret ab ipſa oculorum,auriumq́ue comprobatione,fugiamus. ſtatus,inceſſus, ſeſſio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Quibus rebus duo ſunt maximè fugienda, ne quid effœminatum,aut molle;aut ne quid durum, aut ruſticũ ſit. nec uero hiſtrionibus,oratoribusq́ue concedendum eſt, ut iis hæc apta ſint,nobis diſſoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet uetere diſciplina uerecundiam, ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. uerentur.n. ne,ſi quo caſu euenerint, ut corporis partes quædam aperiantur,aſpiciantur non decore. noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris quidem generi non lauantur.retinenda eſt igitur huius generis verecundia,præſertim natura ipſa magiſtra,& duce.

Principio]

PETR MARS.

PRincipio] Ponit humani corporis compositionem, vt ostendat habendam esse curam pudoris duce natura, & omnem actionem naturæ accommodari oportere. aliter.n decorum nō seruatur. [Principio] Primum omnium habuisse rationem, considerationem, & respectum compositionis fabricæq; normam, quæ pudori cōsuleret. quoniam ars omnis naturam ipsam quoad potest imitatur. formam, inquit. Non. integritatem speciei esse uoluit. Cic. figuram .i. qualitatem ipsius formæ, quæ significat cuiusq; rei faciem [In promptu] In aperto, ut ab omnibus cernerentur. [Honesta] sine turpitudine aliqua, quæ posset spectari ad necessitatem. quoniam partes illas obscęnas mentulam, anū, vuluā, opus est seruire necessitatibus naturalibus. [Abdidit] Occultauit, abdere est in intimis occultare. [Deformem] Turpē, & inhonestum [Hanc fabricam] Diligentem compositionem, quoniam ipsa natura subit rationem architecturæ. [Verecundia] Pudor, ut vitet, & tegat, quod turpe est duce natura. [Quæ .n.] probat qūo verecundia imitata est fabricam naturæ. [Qui sana mente] qui non sunt furiosi. sanitas animi dicit cum eius iudicia, opinionesq; concordāt, atq; animi virtus est, quā temperantiā dicunt esse, alij obtemperantem temperantiæ præceptis. Insania dicitur morbus animi. Sapientia uero est sanitas mentis. Eos, inquit alibi, sanos intelligi necesse est, quorū mēs motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui cōtra affecti sunt, insanos appellari necesse est [Remouent ab oculis] Nō patiuntur ab alijs cerni, cum habeant turpem aspectū [Datq; operā] Vt pareant. Student parere necessitati ipsius naturæ occultè, vt meiere, onus egerere uentris non pro palam, sed occultè propter uerecūdiā. Plin. agens de urina, dicit. Hesio. iuxta obstātia reddi suadet, ne deū aliquē nudatio offendat [Quarumq; partiū .i. illi, qui sunt sanæ mentis, non appellant proprijs nominibus illas partes, quarum vsus naturæ sunt necessarij. [Neque vsus] qm̄ pudor est dicere, futui, & similia. [Suis nominibus] Apertis sine aliquo pudore, quod nō fit ab illis, qui è natura uiuūt. prætextatis, inquit Pomp. nefas erat obsceno uerbo uti, ideoq; ptextatū appellabāt sermonē, qui nihil obscœnitatis haberet. [Obscęnū] Turpe, & cōtra hominis dignitatem, & pudorē [Id] quod cum occultè fit, non est turpe. necessitas, n. naturæ hoc requirit. sed si in aperto fieret, turpissimū esset. [Itaq;] concludit hanc partem dicēs apertā actionē dignā esse reprehensione, & ēt uerborū obscęnitatē petulans dicitur inuerecūdus, lasciuus, libidinosus, & qui licētiosè omnia facit. Vnde Paris apud Ouid. Quoq; magis possem uerbis petulantibus vti, Non semel ebrietas est simulata mihi. petulantia, inquit. Non. dicta est à petendo. Cic. 4 de rep. Itaq; à petendo petulantia, à præcando, vel poscendo procacitas nominata est. [Obscœnitas] turpitudo, si aliquis profiteatur, & prædicet se turpia commisisse. vnde virtus apud Xenoph. sic voluptatem taxat: Cum immortalis sis, à dijs quidem proiecta es, à bonis vero hominib. ignominia affecta. Nunquàm quod auditu dulcissimū est, tuam audisti laudem, nec quod suauissimū uisu, tuū opus uidisti. Plat. in 4 de rep. sic ait, Apparet itaq; o Adimāte quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initiū, talia fore ēt q̄ sequitur. [Nec uero] reprobat opinionē Cynicorū, & sentētiā, quæ omnino uerecundiæ inimica est. Cynica secta dicta est auct. Laertio ī vita Antisthenis à gymnasio quod Cynosarges appellabatur. Diogenes sinopēsis fuit princeps Cynicorum, sed Antisthenes videtur fuisse princeps Stoicæ virilis sectæ. Cynicus dicitur caninus, quoniam Cynici erant mordaces, vt canes, & allatratores uitiorum. Diogenes Cynicus dicebat uxores communes esse oportere, nil esse iniquū ducens exēplo quippiam accipere, aut aliquod gustare animal, ne iniustum quidem esse humanis uesci carnibus, idq; ex aliarum gentium consuetudinibus liquere, atque hæc recta rōne in omnibus, & per omnia esse dicens, & rogatus quidnā faciens canis uocaretur, respondit, Quia dantibus aliquid blandior, in eos vero qui non dant adlatro, malos autem mordeo. Prandenti Diogeni in platea circunstantes dicebant, Canis canis. At ille, Vos, inquit, canes estis qui prandentē circūstetistis. Lact lib. iij. sic scr. Nam quid loquar de Cynicis, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? quid mirum si à canibus, quorum naturam imitabantur, uocabulum nomenq; traxerunt? [Stoici penè Cynici] quoniā erant rigidi cōtenētes omnia ueteres Stoici, & à Cynicis nihil ferè differebant. [Reprehendūt] Alios philosophos, qui habēt curā honestatis in ipsis actionibus. [Flagitiosa] Obscœna, & turpia, quādo dicunt cū quadā obscœnitate verborū. [Latrocinari] Obsidere vias, & obsidētes opprimere. [Fraudare] Fraude decipere, ac cōmittere adulteriū. Adulteriū, ait Pap. 48. digestorū, in nuptā cōmittitur, propter partū ex altero cōceptū nomine cōposito Stuprū uero in virginē, atq; viduā [Dr̄ nō obscęne] Nemo rephēdit hæc verba tāquā turpia, dicebāt Cynici, cū rē turpem detestabilēq; significēt. [Liberis dare operā] Inire uxorem liberorū procreādorū causa. [Re ipsa] Actu. [Nomine] Cū dicit. [Nos autē] Dat optimū præceptū ostēdēs quid circa falsa sit agendū, ut. s. omnia fugiamus, quæ cū uidētur, ab alijs nō laudātur, & cū audiūtur, turpitudinē habet i. cauere debemus ne turpia facere uideamur, nec, ea loqui debemus, quæ aures aliorū offendāt. [Nos] Qui spernimus sectā Cynicā, & Stoicos ueteres penè Cynicos [Natura] Quę nobis imposuit uerecūdiā, & corpus ita disposuit, vt summā honestatis rationē uideatur habuisse. [Oculorū [Quātū ad factū ipsum, quod videtur. [Auriū] Ad verba obscœna .i. vitare debemus ea, quæ aut uisu, aut auditu possunt uituperari, ut dum stamus, sedemus, ingredimur, accubamus, seruetur decorū. sunt. n. motus corporis naturæ congruentes, sunt etiam contra naturam, à quibus cauendum est, ne munus naturæ odisse uideamur. [Teneant illud decorum] Ne. s. aliquid faciāt, quod oculos aliorum offendat. Temporibus nostris hoc solum perdidit homines, & impuri ex Cynicorū dogmate, imitātur, ut nullam habeant uerecundiæ rationem, & pudenda ostendunt, & in malis gloriantur. Vnum superest, ut palā scortentur, & ritu ferarum quo uiuunt, in foro turpiter cōmisceātur, quod profecto erit, ut uidere uideor adeo impudentiæ habenas monstruosi concubitus artifices remiserunt. Vir, inquit, philosophus, uxorem actu uenereo cognoscat plurima cum modestia, & pudore. Quibus in rebus ponit ea, q̄ uitāda sunt, in his rebus quas dixit [Effœminatum] Muliebre. [Aut molle] Parum uirile, mollis cum refertur ad animum uituperatur, cum uero ad res inanimatas, laudatur, ut molle opus .i. elegās, & bene elaboratū cū summa laude opificis Virg. in ij. Excudēt alij spirantia mollius æra .i. perfectius, & elegantius. Mollis homo dicitur parum uirilis. Effœminatum igitur erit quantum ad actionem, molle ad animum [Durum] Asperum, ineptum. [Rusticum] Parum elegans, & minimè expolitum. [Nec uero histrionibus] Inquit Cic. etiam histrionibus, & oratoribus non conceduntur gestus indecori. quod cum ita sit, multo minus conceduntur alijs, ut hæc quæ pertinent ad motum corporis. [Sint apta] Accommodentur, & illis conueniant. hoc inquit Cic. concedendum non est, quoniam quemadmodum nobis gestus indecori non conueniunt, & impudentes, sic etiam ipsis histrionibus, & oratoribus. [Nobis] qui non sumus actores & scenici. [Dissoluta] Lasciua, inepta, minimeq ue conuenientia. [Scenicorum quidem mos] Probat quare impudentia, & gestus indecori etiam scenici non conceduntur, ut nobis multo minus concedi ostendat: affert ergo morem prodeundi in scenam apud antiquos, quo maxima uerecundiæ cura ostēditur. [Scenicorum] eorum qui uersantur in scenis, & theatris, ut pugiles, & histriones, mimi, palæstritæ, athletæ. [Subligaculo] Subligaculum erat indumentum ab umbilico usq; ad genua, quo pudenda tegebantur, dicitur etiam subligar. Iuuen. Et subligar Acc. ab Olympicis laudis originem habuit, auct. Thuc. quoniā athletæ, & pugiles illic certantes primum subligaculo usi sunt. [Veteris disciplinæ] Antiquæ institutionis, & prisci ritus. [Non decore] Cum turpitudine, ut offendant oculos spectatorum, & sic explodantur. [Nostro more [Rom. quoniam nudare corpora Rom. à Gręcis acceperunt, qui in gymnasijs pueros exercebāt, vt essent ad bellicos labores, & tumultus prōptiores. [Gymnasia] Vt Auct. est Plat. lib. v. de rep. in quibus nudi exercerētur, principio à Cretēsibus, deinde à Lacedæmonijs cœpta sunt fieri. Thucid. li. j. sic scr. Primi Lacedæmonij corpora nudauerunt certaturi propalam se exuentes, oleoq; unxerunt, cum olim ēt in Olympico certamine athletæ subligacula circū uerenda habētes pugnarēt. Romani autē instituerunt, ut filij nō lauarent in pubertate cū parentibus, nec gn̄i cū soceris. Enn. dicebat, flagitij principiū esse nudare inter ciues corpora, qui ut sint sicut fieri posse uideo, pudici, soliciti tn̄, & anxij sunt, & eo magis, q̄d se ipsi continēt, & coercēt. Plut. in vita Cat. senioris dicit: Genesros cum soceris balneū ingredi uitio dabāt, qm̄ mēbrorum nudationē inspectātibus illis cū decoro fieri nō posse iudicarent. Postea cū à græcis Rom. nudare corpora didicissēt, ipsi græcos, ut id cū uxoribus usurparēt in balneis docuerūt. Apud Laced. maximam

maximam pudoris curam habebant viri,& vxores.non.n.cōmi
scebantur nisi noctu amoto lumine, ut auct.est Plut. In hac no
stra temporum confusione(proh pudor)nō solum teste lucer-
na,sed etiam admotis arbitris miscentur,& filij qui nascuntur,
nil aliud sapiunt quam impudentiam. Cato senior præsente fi-
lio non aliter verborum turpitudine abstinuit, quam si virgo
Vestalis affuisset,& cum eo nunquam lauit, & ideo optimus
adoleuit tam sancta disciplina institutus, ante patrē mortuus
est,cuius mortem deplorat apud Cic.quo inq̄t, nemo melior
natus est,gener fuit Pauli Aemilij, filiā quippe illius nomine
Tertiam,duxit uxorem. Plat. in 6.de Leg.dicit corpora esse nu
danda quatenus honestus patitur pudor, duo,inquit,idem in
j.de Leg. victoriam, parant, aduersus hostes quidē animositas,
aduersus autem amicos turpis infamiæ timor, quapropter in-
quit,& maximè debemus confidere,& maximè timere. Pli. vol.
36,sic ait: Pudor Rom.nominis sæpe res perditas seruauit in p̄-
lijs. Filij puberes post xiiij.annum,impuberes ante lauabātur,
quoniam non cognoscebant quid esset turpitudo. debemus
igitur retinere verecundiam in his rebus,nec imitandi sunt Cy
nici uerecundiæ inimici,maximè cum ipsa natura ita uelit,cui
omnia officia coniuncta esse debent.nihil n.decet, qđ est cōtra
naturam. Vnde dicit Sen. Virtus secūdū naturā est. Vitia inimi
ca,& infesta sunt.puberes igitur.i adulti, & malitiæ iā capaces.

FRAN. MAT.

Principio corporis nostri &c.] De decoro præcepturus in tri
bus partibus,seruando quas proposuit,naturæ exemplum ad-
ducit,& quemadmodū,inquit,natura ipsa, sic corpora nostra
formauit, ut ordinem haberent,atque ordinatum. Ita nos in
dictis,& factis,atque omni actione nostra in motu,& statu cor
poris conari debemus,vt formositatem,ordinem, & ornatum
seruemus [Principio] Ab initio dum humanum corpus natu-
ra condidit.[Formam nostram]Oris,oculorum,narium,auriū
in quibus quinque sunt sensus rerū interpretes,ac nuncij in ar
ce mirificè facti,& locati,ut alibi ait Cic.[In promptu]In aper-
to.[Quæ partes]Videlicet pudendæ. [Ad necessitatem]Ad ei-
cienda superflua.[Aspectus]A quibus,homines aspiciendis ab-
horrerent.[Hanc naturæ &c.]quod natura admonet id secuti
homines sunt. Quæ obscœna sunt,natura occultauit eadem, &
qui sana mēte sunt occultant, & si nominare oportet,propriis
nominibus abstinent,& circū loquuntur.[Fabricā]Opificium,
idem lib.ij.de Nat.Deor. Illa potius explicetur, inquit, incredi-
bilis fabrica naturæ.[Qui sana sunt mente] Insani.n. ut uere-
cundia carent, sic quæ natura occultauit facilè aperiunt. [Ip-
siq; necessitati]vt ineundi,& egerēdi, quod ut fiat necesse est.
[Quarumq; partium &c.]Adeo uerecundi sunt,qui sanæ men-
tis sunt,vt partes corporis,quarum necessarij vsus sunt,ne suis
appellent nominibus.[Nec uero &c.]Contra Cynicos, & Stoi-
cos penè Cynicos inuehitur. Antisthenes Athen. prior Stoicā
sectam inchoauit. Dicti autem sunt Cynici, uel à Gymnasio,
quod Cynosarges appellabatur, ubi Antisthenes disserebat,vel
ἀπὸ τοῦ κύνος,hoc est à cane,seu quia mordaces erant Cynici,
seu quia omnia in propatulo faciebant. Nam Diogenes Cyni-
cus,qui Antisthenem secutus est,omnia ante omnium oculos
facere solebat,edebat,coibat,excernebat in aperto, atque hu-
iusmodi se tuebatur cōclusiunculis. Si prandere nihil mali est,
neq; in foro prandere malum est. Non est autē malum prande
re Nec in foro quidem prandere malum est. Cumq; ante ora
omniū iugiter operaretur,vt liceret,aiebat perfricato ventre à
fame cōquiescere.[Stoici penè Cynici] Vt Aristippus qui fuit
assertor uoluptatis,& Zeno omnesq; penè Stoici, quibus pla-
cuit suo quamq; rem nomine appellare. Sic.n.disserebāt,nihil
esse obscœnum nihil turpe dictum. Nam si quod est in obscœ-
nitate flagitium,id aut in re esse aut in uerbo,nihil esse tertiū.
In re non esse,multo minus in uerbis. Si n.quod uerbo signifi-
catur,id turpe non est,uerbum quod significat turpe esse non
potest,auct. Cic.lib.Ep.ix.epi.ad Pætum, vbi hæc apertius in-
telligūtur à Stoicis,disputata.[Re]operatione,ut egerere,me-
iere,rem habere cum uxore.re.n.turpia non sunt.[Illa autem,
quæ sunt turpia re]Vt latrocinari &c,quæ sequuntur Turpia
.n.factu sunt.[Liberis dare operam]Exemplū est eorum, quæ
re turpia non sunt,& nomine obscæna putantur, ut futuere,
quod nomen,quoniam obscœnum iudicamus nō vsurpamus,
sed pro eo liberis operā dare dicimus.i.gignere filios.[Abhor-
ret.]Abominatur.[Auriū]Audiendo.[Oculorum] Videndo.
[Status &c.] De statu,& motu corporis, & p̄cipit,& omni eius
habitu,& quid in his seruandū sit,uidelicet ne q̄d effęminatū,

Natura occultauit, quæ obscœna sunt.

Nihil eē obscœnū ita,vt turpe dictum secundū Stoicos.

aut molle,rursus ne quid durum,aut rusticū,siue in statu, siue
in motu faciamus,hæ autem partes omnes sunt,vel status, uel
motus.[Status]cum stamus pedibus innixi. [Incessus] modo
velox cum opus non sit uti.[Sessio]qui ita sedent,ut mento ge
nua contingant,aut nimiū apertis,& diuaricatis cruribus, de-
formiter sedēt.[Accubatio]Cum mensæ accubamus. maxima
autem rō habēda est ne deformiter accubemus,ne cubito,aut
utraque manu mēsæ inhereamus, quod rustici faciunt.[Vul-
tus]Tempori accommodatus,ne simus vultu tristi in lætitia,
& contra læto in mœrore,aut ne os torqueamus,aut frontem
corrugemus,aut contractis simus superciliis. [Oculi] Mouere
oculos nimia celeritate inconstantiā significat. [Manuum mo
tus]Quas importunè quidā iactāt in eum cū quo loquuntur,
reducūt ad faciē suam in quo leuitas cognoscitur. [Effœmina
tum]Vt incedendo fœminis similes non simus. Quæ(ut Plaut.
ait) gradu ambulant testudineo.[Molle] Quantū ad cultū cor
poris.[Durū]Ne passu longiore incedant.[Nec uero histrioni-
bus,oratoribusq; concl. est] argumentum est à minori ad ma
ius,si in motu corporis, ut se exerceant minus, & oratoribus
conceditur,idē facere qui honestè uolunt uiuere,& debēt,pro
hiberi non debent.histriones aūt,& oratores maximè quidem
circa gestū corporis se exercent,ne inepti sint in agendo,& ora
tores quidē multa de actione corporis præcipiunt, ut Cice. &
Quint. Hæc quæ pertinent ad motū,& statū corporis.[Dissolu
ta]Nullo adhibito modo,nulla honesta ratione seruata.[Sce-
nicorū quidem]rursus arguit à minori ad maius, Scenici, in-
quit,actores tantā habent rōnem honestatis,ut sine subligacu
lo in scenā non prodeant,nedum se iactant huc atq; illuc pudē
da fortè uideantur. Subligaculum,ut Marc.ait est quo pudēdę
partes corporis teguntur,dictū quod subtus ligent. Idē vocat,
& subligar. Iuuen.& subligar. Acci.[Nostro quidē more] Rom.
dicit morē fuisse,ut in thermis pubescētes filij cū patribus, &
generi cū soceris,nō lauarent,ne partes pudēdas aperirent perso-
næ,quas inter se præcipuè habere rationē honestatis cōuenit. ASC.

Vultus tēporis commodatur.

Subligaculum. Subligar.

Principio &c.]Describit ergo officium,& formositate, vnde
verecundia nascitur. Est ordo. Principio.i.ante omnia ipsa natu
ra uidetur habuisse magnam rationem, & considerationē no-
stri corporis.i.de nostro corpore formando, quæ.s.natura po-
suit in promptu.i.aperto,propatulo,& perspicuo, eā nostram
formam.i.effigiem,& reliquam figuram,in qua esset species in
spectio,aut imago quædā honesta,hoc est mēbra honesta ocu-
lis intuentiū operta,obiecit. Aūt,pro sed,ipsa natura contexit,
& abdidit eas,sup.partes corporis,quæ partes corporis existen-
tes,datæ ad necessitatē naturæ, ut sunt mēbra pudēda, essent
habituræ aspectū, atq; formā.i.formationē,deformē.i. obscę-
nā,uerecundia hominū imitata est hāc fabricā.i. fabricationē
naturę tam diligentē. Enim,pro quia,oēs qui sunt sana mente
remouēt ab oculis ea,quæ natura occultauit,& dant operam,
ut.s.ea quæ natura occultauit,pareant.i.obediant ipsi,necessi-
tate naturæ,vt coire,& excrementa eijcere,quàm occultissimè
.i.valde occultè,que,pro &,neq; appellant suis.i.propriis nomi
nib.eas partes corporis,neq; eorū usus. Quarū partiū vsus sunt
necessarij,que,pro &.i.obscęnū dicere,qđ non est turpe facere,
modo.i.dummodo occultè sup.fiat,itaq;.i.& ita nec actio illa-
rū rerū aperta.i.si fiat apertè,vacat.i.vacua,&immunis est petu
lātia. Nec obscœnitas orationis taliū rerū,vacat peculātia. Ve-
ro pro sed,nec Cynici sup.philosophi dicti Cynici.i. canini tur-
pitudine uitæ,& mordaci oblatratione,aut si qui.i.aliqui Stoi
ci fuerunt penè.i.quasi Cynici sunt audiēdi.i.approbandi, qui
reprehendunt,& irrident,quod nos dicamus ea flagitiosa uer-
bis,quę nō sunt turpia re. Aut,pro sed,q̄a sup.nos appellamus
suis.i.proprijs nominibus illa,quæ sunt turpia sup.re. Latroci-
nari,fraudare,adulterari est turpe,sed dr̄ nō obscœne. Dare o-
perā liberis.s.gn̄andis,est honestū re,obscęnū noīe,que, pro, &
plura disputant ab eisdē.s.Cynicis in eam sentētiā contra uere-
cundiam,qua.s.cōtēdunt,qđ turpe nō est palā,& fieri,& noīari
posse. Nec vero cōcedendū est ab histrionibus.i.actoribus fabu
larū,& mimis,que,p̄ &,oratoribus,vt hæc.i.hmōi motus,& ge
stus corporis sit apta.i.cōposita his.s.histrionibus,& oratorib9
& dissoluta nobis,quidē i certè,mos scenicorū.i.agētiū fabulas
hēt tātā uerecūdiā ueteris disciplinæ,ut nemo p̄deat.i. p̄gre-
giat in scena,sine subligaculo.i.femorali, quo pudēda ligabāt.
.n.pro q̄a,ipsi scenici verent.i.reformidāt ne si euenerit,ut q̄dā
partes corporis pudendę sint apiant.i.nudēt,quo.i.aliquo casu
ipsę aspiciāt nō decore,q̄ dē.i.certè(ponit sū q̄ dē sæpe quasi ad

ornatum

ornatum sine significationis necessitate) filij puberes non lauã tur nostro more,i. iuxta morem Rom. cum parentibus in balneis.s. quidem i. certè,generi i. mariti filiarum non lauantur cum soceris suis.i. cum patribus uxorum suarum.Igitur uerecundia huius.s. huiusmodi generis est retinenda.i.obseruanda præsertim ipsa natura sup. existente magistra,& duce.

ARGVMENTVM.

Quæ forma uirum,quæ fœminam deceat, & quatenus utraque colenda,quis item gestus,qui motus decorus.

CVm autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero uenustas sit, in altero dignitas: uenustatem muliebrem ducere debemus,dignitatem uirilem. Ergo & à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus, & huic simile uitium in gestu, motuq; caueatur. nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores:& histrionum nonnulli gestus ineptiis non uacant: & in utroque genere, quæ sunt recta, & simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est,color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem,& inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus:in quo, sicut in plerisque rebus,mediocritas optima est. Cauendum est autem, ne aut tarditatibus utamur ingressu mollioribus,ut ferculis similes põparum esse uideamur:aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur,ora torquentur: ex quibus magna significatio fit,non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant: quod assequemur,si cauebimus,ne in perturbationes,atque exanimationes incidamus, & si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt,alteri cogitationis,alteri appetitus. Cogitatio in uero exquirendo maximè uersatur: Appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur,ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus.

PETR. MARS.

CVm autem pulchritudinis] Tria proposuit, ex quibus decorum illud constat, formositatem,ordinem & ornatum.Postquam de verecundia disseruit,resumit primam partem, & de ipsa præcipit faciens duo genera pulchritudinis. [Venustas] vt dixi est ille decor,& gratia in mulieribus,quæ inducit homines ad amandum.[Dignitas] est pulchritudo hominis.uenustas accipitur in homine tãquam condimentum dignitatis,& decorum uiri est honestas, & dicitur etiam decora dignitas.i.honoris decor,atq; maiestas uirilis formæ. [Ducere] existimare. dignitas est hominis pulchritudo,& id,ob quod inducimur,ut eum reuereamur.Venustas est forma muliebris cum gratia. [Omnis ornatus]Omnis expolitio cutis,& fucus,quo mulieres utuntur,& calamistro,vt sint venustiores, hæc omnia debent esse aliena à uiro. Vnde dicit Ouid. Sint procul à nobis iuuenes,uti fœmina compti.Finè coli modico forma uirilis amat.[Non dignus viro]qui viro nõ cõuenit,sed mulieri.quoniam,ut ait Fabius,mollis ornatus, & expolitio cutis virum non ornat,sed eius mentem indicat. unde Thales philosophus dicebat,non componere faciem,sed bonarum artium studijs animum excolere præclarum est.Et Iuu. probro dedit Othoni,quod curaret cutem. Sen. dicit. Non est ornamentum uirile concinnitas.[Et huic non di.] .s. ornatu.i. non solum debemus effugere mollem ornatum,sed etiam gestum,& motum corporis indecorum,& parum virilem. [Nam & palæstrici motus]probat ex gestibus,& motibus indecoris histrionum, quàm sit turpe hominem molliter, & parum viriliter vti gestu,& motu. [Palæstrici] quibus vtuntur palæstritæ i. luctatores,qui nudi,& oleo quodam perfusi luctabantur,vnde Papinius appellauit unctam palem .i. palæstrã oleo perfusam. cum.n in v.Theb.loquitur de varijs exercitationib.Tydei dicit, Sed corde labores. Ante alios erat uncta pales.gestus est actio quædam,& quasi pronunciatio corporis, gestio est administratio,& actio,sed parum est in usu. [Odiosiores] mouentes tędium,& fastidium spectatoribus,cum sint nimium molles, & affectati,histriones dicuntur ludiones,& hi qui recitant comędias,& tragœdias,& personas aliorum referunt.[Non uacant ineptijs]Non probantur à spectatoribus tanquàm molles, & inepti.i.non conuenientes personis,quas sustinent. [In utroq; genere]In palæstricis motibus,& gestu histrionũ [Recta]cum decoro.[Simplicia] Pura , vt decet sine aliqua admistione affectatæ mollicici . [Formæ autem] dignitas præcipit quomodo conseruanda sit formæ dignitas.[Tuenda]seruanda.[Coloris] Natiui,s.non fucati,& medicaminibus comparati. [Præterea] Vltra hæc quæ dicta sunt.[Munditia]Ornatus quidã decorus. [Non odiosa] Quæ non facit alijs fastidium.Mundus est ornatus muliebris,apud antiquos etiam neutro genere proferebatur.Vnde Lucilius : Legauit quidam uxori mundũ omne penumq;.[Neq; exquisita]nimis affectata,& accurata [Tãtum] Solummodo efficiat ne videatur agrestis,& negligẽs.[Agrestẽ] Rusticam.[Inhumanam]Ab homine alienã , quoniam sua negligentia turpem esse, & squalidam,reprehenditur. [Eadẽ rõ] Nunc præcipit de uestitu.i.eadem consideratio,quæ.s.habetur ad tuendã dignitatem,colorẽ in vestitu, mediocritatemq; seruare debemus,quæ in omnibus rebus laudatur. [Plerisq;] Maiori parte rerum est laudabilis. [Cauendũ est autẽ] Nunc dat præcepta,& cautiones de ipso incessu.[Mollioribus]Effœminatis,& parum virilibus.Qualis debeat esse incessus magnanimi viri,dictum est supra ex sententia Arist.[Pomparũ ferculis]Põpa dicitur à πέμπω verbo Græco, quod est mitto Latinè ferculũ est illud,quod cõtinet id quod mittitur, & dicitur à ferẽdo. vnde fercula dñr illa,quæ in triumphis præferũtur,& solẽnitatibus sacrorũ,in quibus vasa circunferuntur molliter,& quadã segnitie.non.n.in illis properatur . Signum Herculis ante triũphantẽ uehebatur , & in pompa ludorum Circensium exuuiæ numinũ,ac simulacra ferebantur ac puluinar. Põpa est spectaculũ in rebus prosperis,& etiam aduersis,vt in triumpho, & funere, quasi quidam solennis apparatus, & ostentatio. Spectaculum est illud,quod spectatur,& ipsa etiam spectatio. [Similes ferculis]His quæ molliter,& segniter circunferuntur in põpis,nõ debemus uti nimia tarditate, & molli, nec nimia celeritate,sed tenere mediũ,ne aut molles,aut inconstantes,& anheli,anxijq; uideamur. [Quæ]celeritates. nam homo grauis dẽt habere tardum incessum, ut uideatur cõstans.non.n. properat ille,inquit Aris cui nil magnũ uidetur.[Sed multo etiã magis] Quoniã cum mouetur animus , mouetur & vultus qui animũ indicat.Motus animi duplices sunt.Natura duce bonũ appetimus,fugimusq; contrariũ,cũ appetimus constanter, & prudẽter uoluntatẽ habemus,quæ in solo sapiente natura cadit : Libido quæ incitata est uehementius in stultis inuenitur . Et natura duce mala declinamus,quæ declinatio si cum ratione fit, cautio appellatur,quæ autem sine ratione,& cum examinatione humili atq; fracta,nominatur metus,qui est à ratione auersa cautio.[Quod assequemur] Vt animi motus non recedat à natura exanimatio est metus subsequens, & quasi comes pauoris [Ad decori conseruationem] Quoniam non decet hominẽ perturbari,sed ratione uti,& putare omnia humana esse inferiora,& nihil dicere , quod sit contra naturam.[Motus autem animorum] Diuidit motus animorũ in duas partes, appetitũ, & cogitationẽ.Cogitare igitur honesta debemus , & appetere, ut decorum seruetur. [Ad res opt.] Coniunctas virtuti atque cogitatione dignas, ut appetitus obediat rationi .i. vt id appetat,quod est secundũ naturã.Plato in 4.de rep.sic ait.Temperatẽ aliquẽ appellamus,cum in eo id,quod præsidet, & ad id, qđ subest in sententiam eandem conueniunt rõne.s. imperare decere,neq; ab illa desciscendũ est.fortem illum uocamus in quo iracundiæ uigor ita institutus est,ut in medijs uoluptatibus,& doloribus in sententia sua persistat,non aliter esse de terribili, & non terribili iudicandum,quam ratio ipsa dictauerit.

Pulchritudo.

FRAN. MAT.

CVM autẽ pulchritudinis duo gña sint, quorũ &c.]Fortuna tos à natura,institutosq; dixit eẽ nos ad decº,ut nec dicere,nec facere turpia,debeamus. Nũc per diuisionẽ quid sit pulchritu-

do diffinit. Dicit.n. eius duo esse genera, alterum dignitatem, alterum uenustatem uocari, & illam quidem uirorum, hãc fœminarũ esse. [Ergo, & à forma &c.] Vt uir ornatũ muliebrẽ non accipiat, & contra. Vnde Ouid. ait. Sint procul à nobis iuuenes, ut fœmina compti, Fine coli modico forma virilis amat. Et Iuuen. i. homines sui temporis effœminatus inuehitur dicens Accipient te paulatim qui longa domi redimicula sumunt Frontibus, & trito posuere monilia collo. Atq; bonam teneræ placant abdomine portæ. [Huic uitio] Ornatus. [In gestu motuq́; caueatur] Vt virilis gestus sit non muliebris. [Nam, & palestrici &c.] Athletarum qui se in lucta exercebant. Sunt autem cõcitatiores. Palestra ipsa est luctatio, quam Athenienses adinuenerunt. Iuuenes uncti oleo luctabantur. Vnde ait Virg. Exercent patrias oleo labente palæstras. [Et histrionum, gestus &c.] Qui, & ipsi modum non seruant. aut. n. sunt concitatiores, ut in adolescentibus, & seruis, aut morosiores, aut in matronis. [Rectè] Vt res postulat. [Simplicia] Non affectata, sed naturã ducem sequentia. [Formæ autem dignitas] Præcipit quomodo seruari formæ dignitas possit, & dandam esse operã dicit, ut bonus color sit, bonum autẽ colorẽ fieri exercitationibus corporis, quæ si moderatè sunt bonum nobis comparant colorẽ, ut ait Arist. in Eth. Moderata exercitatio parit bonam digestionem, digestio bonum colorem, ex ocio sequitur pallor. Corn. Celsus primam corporis curationem exercitationem dicit esse, quæ semper antecedere cibum debet in eo, qui minus laborauit, & bene concessit amplior, in eo qui fatigatus est, & minus concessit, remissior. Commode uero, ut idem ait exercẽt. Clara lectio, arma, pila, cursus, ambitio, exercitationis plerunq; finis debet esset sudor, ut certè lassitudo, quæ citra fatigationẽ sit, idq; ipsum modo minus, modo magis faciendum est. [Non odiosa] Qualis est in fœminis, quæ dum se cõmuni annus præteriti, ut ait Terent. [Exquisita] Elegans. [Agrestem] Vt non sit sordidus, & incultus semper impexis capillis, quales rusticos ũ uidemus. [Eadem ratio est habenda uestitus,] Ne sit nimium exquisitus, aut nimium neglectus. [Cauendum autem &c.] de formositate nunc præcipit, quæ incessu seruanda est, in quo illud tuendum est, ne aut tardi nimium incedendo simus, aut nimium festinemus. [Ingressu] In ambulatione. [Pomparum ferculis] ferculum est, quo in supplicationibus, & sacrorum põpa simulacra deorum, & ipsa feruntur sacra. Cæs. dictator ampliora, ut ait Tranq. humano fastigio decerni sibi passus est sedem auream in curia, & pro ttibunali. Thensam, & Ferculum Circensi Pompa. Romulus (vt scr. Liu.) spolia ducis hostium cęsi suspensa fabricato ad id apte ferculo, gerens in Capitolium ascẽdit. Falluntur qui fercula pro cibarijs accipiunt, & cum Iuuen. ait. Quis fercula septem secreto cœnauit auus? intellexit tantum apparata escarum quantum septem imponitur ferculis. Nam, pro instrumento quodam capitur ferculum in quo positi decocti cibi portantur ad mensam. Idem lautem dixit. Aspice quam lato distendat pectore Lancem quæ fertur duo squilla, & quibus undiq; secta asparagis conuiuia cauda: Quæ uenit excesi manibus sublata ministri. Qui fercula huiusmodi gerunt, tum in pompa sacrorum, tũ in conuiuijs, tarde nimiũ, & libratis incedunt gressibus. [Aut in festinationibus] ideo cauendum est ne nimiũ festinemus, quia nimia celeritate deformitas in nobis excitatur. [Anhelitus] Ex quo facies mutatur, quod subdit. [Non adesse constantiam] Ex anhelitus, & vultus mutatione leuitatis cuiusdam signa percipiuntur. [Sed multo etiam magis &c.] si in motu corporis seruare dignitatẽ debemus, quanto magis in motu animi, certè multo magis, quoniam si corporis motus deformis fuerit intuentium oculos, tãtum offendet. At uero animi motus incõstãs, ad multa impellet, & uaria peccata. Cum .n. omnes in uita procliues sint nisi animi motus ratione gubernantur, sæpissimè peccabũt. [A natura] à lege naturali, quæ est certa ratio, ille à natura recedit, qui aliquid sine rõne facit, qui appetitum sequitur. [Perturbationes] metus, lætitiæ, gaudij, tristitiæ. [Exanimationes] Nimias perturbationes, quæ exanimant, & penè enecant hominẽ [Ad decoris conseruationem] Vt animi nostri à decoro nũquã discedant, quod omnibus in rebus seruandum est. [Motus autẽ &c.] Superius duplicẽ dixit esse uim animorũ, atq; naturę, & alterã quidẽ in appetitu positã, alterã in ratione. nõ idẽ repetit nũc, sed de motu, & affectu loquitur duplici, quẽuis illa animi habere videt. aut. n. animi nostri mouent cogitatione, aut agere volũt. siue ergo cogitamus, siue appetimus aliquid, semper operã dare debem⁹, vt animus noster rationi pareat. Quod si fecerimus nunquã aberrabimus. Nã ubi rationi animus non paruerit, in multa declinabimus peccata. [Cogitatio &c.] Vt uerũ semper quæramus, qđ cũ inuenerimus ad id impelli debemus. In sacris literis uera theologia, discimus uires animæ, & partes esse intellectũ uoluntatẽ memoriã. Primo. n. apprehẽdimus. deinde apprehẽsa reminiscimur, ea deinde uolumus, & appetimus. Cũ. n. intelligimus aliquid, uel uiuere bonũ, vel apparẽs, illud cõtinuo uolumus. Omnes aũt natura bonũ appetũt, siue illud bonũ, siue apparẽs bonũ sit. Deus ad appetitũ boni hominẽ creauit, sed in hoc labor est, ut uera bona semper cogitemus, & nõ, etiã apparẽtia. [Curandũ &c.] Danda opera, inquit est, vt ad res quam optimas intellectum, & cogitationem nostram dirigamus. [Appetitus &c.] Cum optimè cogitauerimus appetitus rationi subijcere debemus, ut ea quasi dux, & auriga quidam sit ad ea bona.

Palæstra.

Exercitatio corporis.

Ferculũ vide Liu. de Romulo.

Natura.

Ex theologia diuina ... duntur.

ASC.

CVM autem &c.] Distinguit duo genera pulchritudinis uirilis. s. & muliebrius, vt vtriusq; decorum explicet. Ordo est. Autem, pro sed, cum duo genera pulchritudinis sint, in quorũ altero uenustas sit, in altero dignitas, nos debemus ducere. i. reputare uenustatem muliebrem sup. esse dignitatem uirilẽ. Ergo omnis ornatus non dignus uiro remoueatur à forma uiri, & uitium simile huic, quod. s. est in ornatu uitioso, caueatur in gestu, & motu sup. ui. Nam, & motus palæstrici. i. palæstritarum, & hoc est eorum qui in palæstris currendo, luctando, & saltando se exercent, sunt interdum odiosiores. i. aliquantulũ molesti, & tędiũ mouentes. Et nonnulli. i. quidã gestus histrionum non uacant ineptijs, attamen ea quæ sunt recta, & simplicia sine nimia curiositate decenter facta laudantur utroq; genere, tam palæstrico, quam histrionico. Autem, pro sed, dignitas idest maiestas, & reuerentia, ac honestas formæ est tuenda, idest protegenda, & conseruanda bonitate coloris, idest per bonũ colorem color sup. tuẽdus, & cõseruandus est exercitationibus corporis. Præterea. i. insuper mundicia, non odiosa. i. fastidium patiens neque nimis exquisita. Quæ pro &, quæ sup fugiat agrestem. i. rusticanam, & inhumanam. i. ferinam, negligentia est adhibenda sup. ad formam. Eadem ratio. i. consideratio uestitus est habẽda. in quo. s. vestitu mediocritas est optima sicut in plerisque rebus. Autem pro sed, cauendum est, ne utamur tarditatibus. i. lentitudinibus mollioribus. i. aliquãtulum mollibus, & lasciuis ingressu. i. dum ingredimur, ut nos uideamur similes esse ferculis pomparũ. i. donis comestibilibus, quæ feruntur lento incessu, & moroso gestu in pompis nuptiarum magnarum, & in epulo funebri interdum. Aut sup. cauendum est, ne suscipiamus nimias celeritates in festinationibus. i. dum festinamus. Quæ. s. celeres festinationes, cum. i. qñ fiunt, tunc sup. anhelitus mouentur. i. crebro excitantur, vultus. i. dispositiones faciei mutantur, ora torquentur. i. rictum, & obliquitatẽ contrahunt, ex quibus. s. corporis dispositionibus magna significatio fit constantiam non adesse. i. quod constantia non adest, cui talia insunt. Sed elaborandum est etiam multo magis, ne motus. i. affectiones animi recedant à natura. i. naturali tranquillitate. Quod. i. quam rem, nos assequemur. i. obtinebimus, si cauebimus ne incidamus in perturbationes atque exanimationes. i. vehementes cõmotiones ex metu subsequente, qui pauorem concomitatur, & sic tenebimus animos attẽtos ad conseruationem decori i. honestatis decentis. Autẽ pro sed, motus animorum sunt duplices, alteri sup. cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio uersatur. i. consistit, & exercitatur maximè in exquirendo uero. i. in exquisitione veri seu ueritatis appetitus impellit ad agendum. Igitur curandum est, sup. nobis, vt vtamur cogitatione ad optimas res, & sup. vt præbeamus appetitum parentem. i. obedientem rationi.

ARGVMENTVM.

Duplex orationis genus, & rhetoricum, & quotidianum.

ET quoniam magna vis orationis est, eademq́; duplex, altera contentionis, altera sermonis. Contentio disceptationibũs tribuatur iudiciorum, concionum, senatus, sermo in circulis, disputationibus, cõgressionibus familiarium

miliarium uersetur, persequatur autem conuiuia. Cōtentionis præcepta rhetorum sunt multa nulla sermonis, quamquàm haud scio, an possint hæc quoque esse. sed discentium studijs inueniũtur magistri, huic autem qui studeant, sunt nulli. rhetorum turba referta omnia. quamquàm quæ uerborum, sententiarũq; præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. sed cum orationis indicem uocem habeamus; in uoce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suauis: utrunque omnino à natura petendum est; uerum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentiũ, & leniter, quod fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum: quamquàm erant literati: sed & alij, hi autem optimè uti lingua latina putabantur. sonus erat dulcis: literæ neque expressæ, neque oppressæ; ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Sine contētione uox, nec languẽs, nec canora. uberior oratio L. Crassi, ne minus faceta: sed bene loquẽdi de Catulis opinio nō minor. Sale uero conditus, & facetijs Cæsar, Catuli patris frater uicit omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone uinceret. In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni re, quid deceat, exquirimus.

PETR. MARS.

ET quoniam magna uis] Nunc præcepit de oratione, & sermone, quo uti debemus, ut decet. [Vis] natura, & potentia [Eademq;] Vis .s. diuidit orationem in duas partes, contentionem, & sermonẽ, ut ostendat aliquando utendum esse contentione, aliquãdo sermone. Nam in concionibus in senatu, in iudicijs, uocis cõtentione vti debemus. i. voce sonora, alta, & ad mouendos auditores accōmodata, de qua rhetores præcipiunt. nam secundum subiectã materiam debemus intendere uocem remittere. Cōtentio est oratio acris ad confirmandum, aut confutandum apta tunc enim debemus uti contentione uocis, & uires eloquij effundere, ut id probemus, quod intendimus. Vnde dicit in orat. pro Q. Lig. & qua maxima potero uoce contendam sic, audiat P. R. Amplificatio est ea pars orationis, quæ mouet auditores ad effectus, qua qui scit uti, uehemens est orator. Contentio igitur permittenda est oratoribus in genere iudiciali, deliberatiuo, & demonstratiuo. [Disceptationibus] Contentionibus, & controuersijs oratorum. [Iudiciorum] Causarum in genere iudiciali. Concionum in genere demonstratiuo ad populum, cũ quis laudatur, aut uituperatur. [Senatus] Causarum, quas tractauit in senatu in genere deliberatiuo. [Sermo] qui est demissus, & serpit humi. est enim oratio quotidianæ locutioni accommodata, quæ debet adhiberi in congressionibus .i. confabulationibus amicorum, & conuiuijs. Rhetores præcipiunt de contentione, & qua actione utendum sit, quomodo autem debemus uti sermone non præcipiunt. potuissent tamen, & de sermone præcipere, ut eo. s. secundum temporis conditionem utamur, & ut decet cum illis loquamur, quibus cum cõgredimur. [In circulis] Corona hominum confabulantium de aliqua re honesta. [Congressionibus] Collocutionibus amicorum inter se. [Contentionis præcepta] Præcipiunt rhetores quomodo, & quando debeamus uti contentione, sed non præcipiunt quomodo vtamur sermone. Hæc quoque præcepta sermonis quẽadmodum contentionis. Dicunt rhetores quot sint partes orationis, quibus vtimur in causis forensibus suasorijs, & demonstratiuis. Sunt enim tres partes, magnitudo, mollitudo, & firmitudo. & dicunt, quod debemus contentione uti, de sermone quotidiano nihil dicunt. [Discentium] Eorum qui discendi artem percipere cupiunt. [Huic] Sermoni, quoniam esset res quasi infinita persequi præcepta de sermone quotidiano, sed hoc ipsi prudentiæ, quæ uidet id quod decet, & modum omnibus rebus imponit, relinquendum est, ut. s. quisque utatur eo sermone, qui conueniat rei, de qua sermo habetur, personis audientibus tempori, & loquenti, ceterisq; circũstantijs. hoc ideo inquit Cic. accidit, quoniam fuerunt, & sunt, qui præcepta eloquentiæ percipere voluerunt à magistris, sed non inuenti sunt, qui vellent discere quomodo sermone quotidiano uti debeãt. ita. n. præcepta sermonis humanæ uitæ plurimum conducerẽt ad bonos uiros formandos. Multa. n. dicuntur. quæ alijs nocẽt, & sunt contra naturam boni uiri. Vnde dicebat Cleobolus, linguam habere laudabilem proprium esse virtutis. Et Anacharsis Scytha interrogatus, quid nã esset in hominibus bonum ac malum respondit, lingua. lingua. n. bene, & male utimur. Vnde considerandum est antequàm loquamur, quoniam verbum emissum reuocari non potest, & necat, ut gladius. Ergo igitur sermone vtamur, qui nemini noceat, & aptus sit tempori, rei & personæ. Zeno dicebat. philosopho dignum minimè esse id verbum, quod non fuisset prius mente, & cogitatione intinctum. [Verborum, sententiarumq;] Hæc præcipiunt rhetores, quomodo. s. oratio dẽat ornari, & distingui uerbis, & sentẽtijs. hæc possunt etiam pertinere ad sermonem. in quo non debent verba rustica, & sententias habere debet tempori, & personæ aptas. Ergo ex præceptis rhetorum in arte dicendi possumus elicere sermonis rationem, & ita loqui, ut decet, & circunstantiæ requirunt [Sed cum orationis] Præcipit nunc qualis debet esse uox. [Clara sit, vt suauis:] Et ideo Enn. laudans Cethegum dixit eum esse ore suaui loquentem. nam qui uocem habet rigidam potius latrare, quam loqui uidetur. [Indicem] Nunciam. quoniam uoce sensus exprimimus, & motus animi. [Vtrunq;] Vt clara sit, & suauis. natura. n. ad hoc plurimum confert, postea industria. [Alterum] Vt clara sit, assequemur si nos exercebimus in loquendo, legendo, pronunciando. hoc modo fit uox clara, & sonora. antiqui habebant Phonascos, idest uocis magistros, & vtebantur cibis voci accommodatis. Et Demosth. adhibita exercitatione uocis defectum emendauit demissis in os aliquando lapillis. [Exercitatio] Potissimũ in declamationibus. & Fab. monet exercẽdam esse uocem quotidiana declamatione. [Alterum] Vt sit suauis assequemur, si illos imitabimur, qui presse. i. submisse loquuntur, leniter, & conuenienter quotidiano sermoni. pressum. inquit. Non. subtile. Cic. in Hort. quis te aut est, aut fuit vnquàm in partiendis rebus diffiniendis, & explicãdis pressior? Nil aliud, nisi suauitas vocis, & claritas. hoc autem erant adepti exercitatione, & imitatione. [In Catulis] Patre, & filio, de quibus dictum est. [Exquisito, accurato & optimo iudicio de lingua Lat. Videbantur, inquit, optimè iudicare de literis, cum ita loquerentur, & commendabantur suauitate vocis, cum non essent admodum eruditi. [Quanquàm erant literati]. i. callebant grammaticam, & scientiam rectè loquendi. In rhet. ser. idem Cic. studium est animi assidua, & uehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophiæ, poeticæ, geometriæ, literarum. [Sed & alij. s. literati, tamen non putabantur vti exquisito iudicio literarum, cum non haberent illam suauitatem. Literati dicũtur literarum scientia instructi. Suet. agens de grammaticis dicit. Appellatio grammaticorum Græca cōsuetudine inualuit, sed initio literati vocabantur. Corn. nepos literatos appellari uulgo eos ait, qui aliquid scienter possint aut dicere, aut facere. Sunt qui literatum à literatore distinguant, ut Græci grammaticum à grammatista, & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existimãt. est enim literator non perfectus grammaticus, sed literis imbutus [Hi autem] Catuli pater, & filius. [Optimè, ut lingua latina] Latinè loqui, & elegantiam linguæ optimè tenere. [Neque expr.] quia non adeo exprimebant literas, ut asperum sonum redderent, neque opprimebant infra labia, ut difficile esset intelligere, & sic turpis redderetur oratio. tenebant igitur medium [Ne aut obscurum] si literas oppressissent, aut putidum, non gratum, sed mouens fastidium si literas nimium expressissent. [Sine contentione] Conatu, & uehementi concitatione. [Nec languens] Remissa, & debilis, nec nimis canora. [Vberior oratio] oratio, inquit L. Crassi erat copiosior oratione Catulorum, sed non minor opinio erat de Catul. quod bene loquerentur, quam de Crasso, qui suo temporis summus orator fuit. Hic est ille L. Cras. qui in oratoris lib. disputãs de arte dicendi, perfectum oratorem instituit. M. uero Antonius mediocrem. [Bene loquendi] quod bene uteretur lingua latina. [Sale] Facetijs, & ioco. Plin. ait lib. 31 animi summoq; solatia sales appellantur, omnisque uitæ lepos, & summa hilaritas, laborumq; requies non alio magis uocabulo cōstat honoribus etiam, militiæq; interponitur salarijs, inde dictus. [Conditus] Ornatus, & sapidus. Cæsar] Qui disputat in or. lib. de quo supra Cæsar L. filius, [In ipso illo] Genere iudiciali,

ciali,& causis quæ in foro agebantur.[Sermone]Oratione sua sine contentione,quæ multũ salis,& laporis habebat,eratq; tã quam sermo quotidianus,hæc adeo placebat populo,ut ipsius Cæsatis sermo superaret.[Cõtentiones alij].i. orationes acres, & ad confirmandũ & confutand um comparans.non.n. utebatur Cæsar in causis forensibus contentione, sed sermone.quoniam uidebatur consabulari non orare causas,quæ dicendi cõtentionem requirunt,[In omnibus igitur]Concludit hanc partem de uoce docens quid sit agendum, si uolumus seruare decorum.[Si] Postquã in omni re quęrimus ipsum decorum.[In omnibus]Elaborandum est.

ASC. ET quoniam &c.]De formositate nunc præcepta dat quæ in uictis continetur. Dixit n. superius in dictis,& factis decorũ seruare solere. Duplicem autem ostendit uim orationis esse, & alteram contentionem alteram sermonem uocari.contẽtio in Rhet. ad Heren. sic diffinitur, Contentio est oratio acris ad confirmandum,& ad confutandum accommodata.Sermo uero sic, Sermo est oratio remissa, & finitima quotidianæ locutioni. [Magna uis orationis] Quanta uis sit orationis ostẽdit Cic. lib. de nat. Deor. Quam rerum dominam Academici uocabãt,sine oratione esse nihil posse nulla præcepta bene uiuẽdi traderentur. [Disceptationibus]Certaminibus,litibus.[Iudiciorum]In foro.[Contentionum]In campo Martio apud populum. [Senatus] In curia, & duo tangit genera causarũ,iudiciale,quod fori est,& deliberatiuũ,quod est senatus. [In circulis] in corona,& cœtu amicorum, ubi contentione opus nõ est.[Disputationibus]Quæ solẽt esse remissiores. [Congressionibus]quando amicus cum amico congreditur. ost.n. congredi familiariter aggredi,& colloqui [Persequebatur etiam cõuiuia] qnoniam in conuiuijs sermone utimur. [Rhetorum] Qui de arte Rhe. pręcepta dant,ut Cic. & Quint. qui de cõtentione præcipiunt.[Quanquam haud &c.] Quanquam,inquit, dubito possint ne sermonis etiam esse,quæ præcepta de cõtentione traduntur,vt eadem ad sermonem quoq; accommodentur. [Sed discentium studijs inueniuntur &c.] q. d. in omni re non modo in sermonis præceptis inueniuntur magistri,si quis ei studere uellet. [Rhetorum &c.]Qui præcepta tradunt de cõtentione,cum sermonis nullus tradat,quoniam nemo est, qui uelit in sermone institui. omnes.n. fermè sibi persuadent se bene sermone uti. [Quanquam &c.] Dixi nullos studere sermoni,& propterea de eo præcepta nulla separatim dari,quamuis,inquit, quæ præcepta dantur uerborum, & sententiarum Rhetoribus,eadem ad sermonem pertinent.præcipiunt.n.quibus uerbis utendum sit in figuris uerborum,& sententiarum, & arte attenuata figura est,quæ demissa est usq; ad usitatissimam pueri sermonis consuetudinem, ut ait Cic. [Sed cũ orationis &c.] quoniam sermo sine uoce esse non potest, ideo de uoce præcipit qualis esse debeat,indicem orationis cũ ait quasi uocem descripsit,quæ index est orationis,& earũ quæ in animo sunt passionũ notę,ut ait Arist. de figura uocis multa Rhetores præcipiunt, ut is,qui sicut apud Herennium, & ea quidẽ in tres diuiditur partes,magnitudinem, firmitudinem,mollitudinem. [Clara] non rauca,quod consequemur,si sedata, & depressa utemur.Si interualla faciemus,rauca autem efficitur cum uno spiritu continenter multa dicuntur. [Suauis] Cum non concedimus,sed suauiter,& urbane pronunciamus [Vtrũque &c.] Vtrunq;,inquit, & ut clara, & ut suauis uox sit à natura petendum est. ea.n. claritatem, & suauitatem uocis prætet. Sed augeri possunt,& claritas quidem exercitatione,suauitas imitatione.quomodo hoc comparari possit, Cic. & Quint. ostendunt. [Presse loquentium] Hoc est,qui ita exprimũt syllabas,& dictiones,ut nulla lingue perplexione obscurẽtur. [Et leniter]Sedata,& pressa uoce,non autem continuata,& acri nimium,Quod tamen nonnunquam faciendum est.Inest oratio ni lepos, & suauitas quædam,cum leniter, hoc est non festiuè nimium,& acriter uerba proferuntur. [Quod fuit in Catulis] Hanc suauitatem pronunciationis in Catulis fuisse dicit, eosdem aũt exquisito nimis literarum iudicio usus non esse. Cic. inquit lib. de Cl. Orat. ad Brutum. Fuit igitur in Catulo sermo latinus,quę laus dicendi nõ mediocris ab oratorib.plerisq; neglecta est. Nam de sono uocis, & suauitate appellandarum literarum.Quoniam filium cognouisti,noli expectare,quid dicam.[Catulis] Patre, & filio. Verũ filius nõ fuit in oratorũ numero. Sed non deerat ei tamen in sententia dicenda prudens, tum elegans quoddam orationis genus. Sed, & alij .s. erant literati.[Vti lingua Latina &c.]Optimè.n.pronunciabãt,& suauissimè.[Sonus]Claritas ipsa uocis [Expresse]sunt nonnulli, quod notat etiam Quint.qui dum cauent ne literas inculcent, nimis literas ipsas exprimunt,tardioresq; sunt,& ea pronũciatio putidum quiddam habet.[Oppresse]semiplenè,vt non plenè intelligantur;quod pueri faciũt,& balbi.[Obscurum]si oppresse pronunciaret [Putidum]si literæ nimis exprimerentur. [Sine contentione]sine acri clamore, & intensione, qua utendum est in litigationibus. [Languens] Remissa nimium.[Canora]Nimium intensa. [Vberior oratio L.Crassi &c.] Hic lib. de Cl.or. introducitur. de quo libro ad Brutum sic scribitur. Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius,erat summa grauitar,erat cum grauitate iunctus facetiarum, & urbanitas orationis non scurrilis lepos. [Bene loquendi]Latinè, & propriè. Nam proprietas latinæ linguæ magis in Catulis, quã in Crasso probabantur [Sale uero conditus, & facetijs Cæs.] Non Iulium intelligas,sed Cæsarem cognomẽto iuniorem,de quo supra diximus. Quint. lib. de Orat. de facetijs disputabat. De hoc Cic.lib.de Cl.Orat.C.Iulius,L.filius, & superioribus,& æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè ille quidem uehemens,sed nemo unquam urbanitate,nemo lepore,nemo suauitate conditior.Sunt eius aliquot orationes,ex quibus,sicut ex eiusdẽ tragœdijs, lenitas eius sine neruis perspici potest. [Catuli patris] quia fuit,& Catul. filia,ut diximus.[In ipso illo &c.] Adeo facetijs excelluit, ut aliorum contentiones, hoc est graues,& uehemẽtes orationes sermone, hoc est leni,& remissa oratione uicerit. [In omnibus igitur his]Concludit,& omnia cognoscenda dicit,quæ superius dixit,de orationis dissimilitudine,ut decorum quid sit percipiamus.

ASC. ET quoniam &c. [Descripturus decorum sermonis ostendit duplicem esse orationis uim,& in quibus utraq; fuerit.Ordo est.Et quoniam magna uis est orationis,que pro &,ea .s.vis orationis est duplex, altera sup. est contentionis.i. controuersiæ,& litis,altera sermonis.i.familiaris collocutionis. Contentio, tribuatur disceptationibus concionum .i. orarionum ad multitudinem aliquam diligenter attentam, & senatus.i.orationum ad senatum.Sermo.i.familiaris, & humilis collocutio uersetur in circulis i. coronis, in circuitu stantium, dum confabulantur,in disputationibus, in congressionibus familiariũ .i. in familiarium collocutionibus in congressu, & persequatur.s.sermo etiam conuiuia.i.utantur etiam in conuiuijs familiari sermone. Multa sunt præcepta Rhetorum .i. oratoriam artem docentiam contentionis.i. de contentione, & nulla sup. sunt apud eos præcepta sermonis.quanquam haud.i.non scio, an hæc quoque.i.etiam præcepta de sermone faciẽdo possunt esse. Sed magistri inueniuntur studiis.i.ad studium discentium .i. eorum qui discendi artem percipere uolunt. Alii legunt dicẽtium.i.dicendi,hoc est ornatè loqui uolentium. Autem pro sed, nulli sunt,qui studeant.i. diligentiam,& operam impendere uelint huic.s.familiari sermoni. Omnia .s. loca referta.i. repleta sunt Rhetorum, i. artem dicendi, & contentionis docentium,quamquam eadem præcepta, quæ sunt uerborum,& sententiarum pertinebunt ad sermonem. Sed cum nos habeamus uocem indicem.i. nunciam,& significatricem orationis.i. rationis dicendi.Autem pro sed, cum sup. sequamur duo in uoce.s. ut sit clara.i.sonora,& non impedita,& sup.ut sit suauis,vtrunque est petendum à natura.i. debet habere principium à natura. Verum.i.sed exercitatio augebit alterum.s. claritudinem, & imitatio lo quentium presse, & leniter sup. augebit alterum.i. suauitatem uocis. Nihil aliud .s. quam imitatio bene loquentium fuit in Catulis,patre.s. & filio,qui suauiter locuti sunt,ut .i.propter quod putares eos vti exquisito iudicio literarum .i. scientiarum Rhetoricarum,quamquàm.i. tametsi erant literati,ut illi, sed non tam suaues,quia non sunt leniter,& presse loquentes iudicati,ut Catuli.Autem pro sed,hi.s.Catuli putabãtur optimè uti lingua latina,sonus sup.eorum erat dulcis,literæ.i.pronunciationes singularum literarum, neque erant sup. expressæ.i. nimis sonoræ,quasi cum stridore emissæ,neque oppresse.i.quasi suffocatæ,ut non rectè perciperentur,ne.s.genus discendi esset obscurum per oppressionem,aut putidum .i. fastidiosum nimis quasi putẽs,sic ut res fœtida dum exprimitur, & mouetur,magis putet quam oppressa (nescio an dixerit auctor putidum nimis i.hiatum excitans,quod si alibi lectum esset facilè dixerim) vt vox sup.eorum erat,nec laguens.i. oppresse,& trepidè prolata, nec canora est, siue stridula,sine contentione

tione.i. conatu uehementi. Oratio L. Crassi, erat sup. uberior .i. abundantior, nec minus faceta, quam sup. Catulorum, sed opinio.i.æstimatio bene loquendi non minor erat de Catulis. Vero pro sed, Cæs. orator.s. pater Catuli fratris existens conditus sale.i. vrbanitate, & facetus, vicit.i. superauit omnes, ita sup. ut uinceret sermone.s. quotidiano, & familiari contentiones i. conatus aliorum.s. oratorum dicendi .i. orandi in illo ipso genere forensi, in quo edocti, & eruditi erant. Igitur elaborãdum est in omnibus his, si exquirimus in omnibus, quod deceat.

ARGVMENTVM.

Sermo familiaris quemadmodum moderandus.

SIt igitur hic sermo, in qua Socratici maximè excellunt, lenis, minimeq; pertinax: insit in eo lepos: nec uero, tanquam in possessionẽ suam uenerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus tum in sermone communi, uicissitudini nõ nunquam utendum putet. ac uideat in primis, quibus de rebus loquatur. si serijs seueritatem adhibeat, si iocosis, leporem. in primis prouideat, ne sermo uitium aliquod indicet inesse moribus; quod maximè tum solet euenire, cum studiosè de absentibus, detrahendi causa, aut perridiculè, aut seuerè, aut maledicè, contumeliosèque dicitur. Habentur autem plerunque sermones, aut de domesticis negocijs, ant de repu. aut de artium studijs, & doctrina. danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio: sed utcunque aderunt res. neque enim omnes ijsdem de rebus, nec in omni tempore: nec similiter delectamur. Animaduertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, &, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit definiendi modus. Sed quoniam in omni uita rectissimè præcipitur, ut perturbationes fugiamus, idest motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet uacare; ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut quid tale appareat. Maximeque curandum est, ut eos, quibus cum sermonem conferemus, & uereri, & diligere uideamur. Obiurgationes etiam nonnunquàm incidunt necessariæ: in quibus utendum est fortasse, & uocis contentione maiore, & uerborum grauitate acriore id agendum etiam est, ut ne ea facere uideamur irati, sed, ut ad urendum, & secãdum medici, sic nos ad hoc genus castigandi ratio inuitique ueniamus, nec unquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina: sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerati potest. magna autem parte clementi castigatione licèt uti, grauitate tamen adiuncta, ut & seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est. ipsius caussa, qui obiurgetur, susceptum esse. Rectum est autem etiam, in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere. quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec iis, qui adsunt, approbari. Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium: imitari militem gloriosum.

PETR. MARS. SIT igitur] Præcipit nunc de sermone, quo utimur quotidie, & sic partem omissam à rhetoribus de sermone atq; philosophis Cic. exquirit, vt bonum uirũ cumulatè possit effingere. [Socratici] Academici ueteres, qui à Socr. originẽ habuerunt, in disputationibus maxima uerecundia utebantur. Sermo ipsorum non erat pertinax, & ipse Socr. in disputationibus imperitum agebat, eratq; suauis in sermone, & facetus. Socr. apud Plat. sic Gorgiam alloquitur. Si ergo tu ex eorum numero es, ex quorum ego sum, libenter abs te quærerem: sin minus dimitterem, quod si queras quorum ego ex numero sim, respondebo ex his, qui libenter redargui patiuntur, si quid non uere dicant, libenter etiam redargunt si quid ab alio non uerè dicant, & quibus non minus gratum est reprehẽdi, quam reprehendere. [Lenis] Suauis. [Minimèq; pertinax] Concedat alijs id, qod est concedendum. [Lepos] Quædam suauitas, & festiuitas cum gratia. [Nec uero] Nõ debemus, inquit, solum nos loqui cum sumus in congressionibus amicorum, sed uicissim, ne alios excludere uideamur, uicissitudinem .i. alternationem, non iniqua .i. iusta esse iudicet, cõcedendaq; [Si serijs] De rebus grauibus, & ioco contrarijs. Si loquimur de re io osa, debemus adhibere leporem .i. quandã suauitatem, & festiuitatem sermoni: si de re seria, grauitas adhibenda est, aliter non seruatur decorum. [Indicet] Ostendat, & patefaciat. Indicare dicuntur illi propriè, qui conscios alicuius sceleris accusant, & dicuntur indices postea. indicare largo modo sũmitur ad multa, quæ tamen occulta sunt. [Vitium inesse morib.] Nam illi, qui nimis auidè loquuntur de libidine, ostendũt se esse libidinosos, qui absentibus detrahunt, ostẽdunt liuorem, & malum animum. Vnde dicit Herod. libro vij. detractionem esse rem importunissimam, in qua duo sunt, q̃ iniuriã faciũt, & cui iniuria fit. Qui.n. detrahit iniurius est, ꝙ nõ pͣsentẽ accusat. Itẽ, q̃ huic credit, iniurius est, q̃ prius credit, quã rem cõpertã habeat. Et illi cui absenti detrahitur, ob id iniuria fit, quod ab altero insimulatur, ut malus, ab altero talis putatur. Ita igitur loqui debemus, ut prouerbia cognosci nõ possint nobis inesse aliquid uitij [Studiosè] Magno studio, & cura. [Aut perridiculum[Per iocum, & derisiuè. Ridiculum dicitur dictum, quod risum mouet. Ridiculus dicitur irrisione dignus, & qui in turpibus rebus ridet, auct. Pompeio. [Seuerè] Grauitate adhibita, quoniam magnanimi est, aut odisse palã, & non detrahere absentibus [Habentur autem] Ponit res diuersas, de quibus sermo habetur, præcipitq; orationem reuocandam esse ad ea de quibus loqui cœperamus, si facta fuerit aliqua digressio. quoniam ad propositum redire decet [De domesticis negocijs] De re familiari aut de rep. aut de bonarum artium studijs, & doctrina. [Aberrare] Digredi ad alias res. [Ad hæc] De quibus erat institutus sermo. [Sed utcunque aderunt res] idest, quomodocunque, & qualescunque res erant de quibus loquimur curandum est, ne modum excedamus, quia tunc sermo erit odiosus, iccirco ne id accidat cauendum est. [Quatenus] Quosque, quatinus uero significat quia. Iuuen. Quatinus æra domi non sunt. [Habeat delectationem] Placeat audientibus, nam si est odiosus, idest si mouet fastidium, finẽ imponere debemus. catenus igitur debet sermo progredi, quatenus delectat. [Ratio fuerit] .i. quemadmodum considerandum antequam incipiamus loqui, ne aures aliorum offendamus, & ut opportunè fiat initium, sic in definiendo fieri debet, ne modum transeamus. tenendum igitur est medium, & tempori seruiendum, quod maximè decet. [Ratio] Consideratio, modus, mensura quædam opportuna. [Sed, quoniam in omni uita] Nunc dicit sermonem debere uacuum esse perturbationis, & ipse declarat quid sit pͭurbatio. In sermone igitur nullã perturbationem iudicemus. [In omni uita] In omni statu uitæ, ut tranquillè uiuatur. [Motibus] Perturbationibus animi sermo debet esse uacuus. [Ne existat] Appareat, quoniam excandescere in sermone uitio uertitur. Ita, inquit Arist. est cupiditas doloris reponendi, & concitatio animi, ut finit Seneca, ad ultionem iudicio uoluntatis pergentis. idem Cicero in Tusc. disputationibus ex Stoicorum sapientia dicit, iram esse libidinem puniendi eius, qui uideatur læsisse iniuria, & excandescentiam esse iram nascentem: quoniã se illico ostendit. [Cupiditas] Voluntas contra rationem. nam cupiditas est effrenata appetentia. Pigritia propriè est metus consequentis laboris. [Ignauia[Opponitur fortitudini. [Aut tale quod] Aliqua similis perturbatio. [Vereri] Habere in honorem, & eos diligere, ne uideamur aut adulatores, aut maledici. [Obiurgationes etiam] Nunc præcipit qua moderatione amici obiurgandi sint. Et sic ostendit, quomodo ad amicum castigãdum uenire debeamus. [Vocis contentionem] Clamore, ut irati uideamur. [Acriore] Acerbiore atq; uehementiore. & sic ponit modum

in

In his rebus,quem probat comparatione chirurgorum,qui uulnera ſecant,& adurunt inuiti,non eſt aliud remedium [Sed,ut ad urendum] Quemadmodum chirurgi inuiti quodammodo ſecant,& vrunt vulnus,vt qui patitur,ſanetur, non ſtudio ſecādi aut urendi, ſic amicum caſtigare debemus,non ſtudio caſtigandi,ſed corrigendi,reducendiq; ad officium.[Nulla medicina]Nullum aliud remedium. Perſtat in trāslatione medicorū, qui tandem cum nullum aliud remediū poteſt adhiberi,urunt & ſecant ulcera. Ita debemus contentione uocis caſtigare amicos,ſi alius modus non ſupereſt. [Sed tamen]Quamuis neceſſario ad caſtigationes ueniamus,tamen nulla ſit ira,quæ quia eſt breuis furor,nihil rectè poterit facere,quoniam cōtraria eſt rationi,quæ modum ſeruat in omni re. [Conſiderare] quoniā iratus inconſiderate agit cum ducatur affectu. [Clementi] Indulgenti,miti,cum aliqua grauitate ſine contumelia.[Adiuncta grauitate]Ne clemēs,& lenis caſtigatis contemptui ſit,grauitas adhibēda eſt. [Illud ipſum]Id, quod uidetur acerbum ei, qui obiurgatur,debemus oſtendere ſuſceptum eſſe à nobis ipſis, qui obiurgatur cauſa non ſtudio obiurgandi.[Rectum eſt autem] Præcipit nunc quomodo ſit cum inimicis contendendum.[Rectum eſt]Decet [Inimiciſſimis]Qui nos capitali odio proſequuntur. [Nobis indigna] Quamuis in nos cōtumelioſi fuerint,& conuicia indigna effuderint,tamen debemus retinere grauitatem, & non moueri ad iracundiam, & excandeſcentiam. Vnde Antiſthenes cum audiuiſſet aliquando Platonem ſibi male dicere, dixit: Regium eſt male audire,cum benefeceris Si magnanimus fueris, inquit Sen. nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi,ſed animum nocendi habuit, & cum illum in poteſtate tua uideris, uindictam putabis, uindicare potuiſſe, quod eſt magnum uindictæ genus. [Grauitatem] Conſtantiam, ut non moueamur ad affectum.[Deforme etiam]Turpe,& plenum ludibrij. [Prædicare]Palam dicere,& iactare ſeſe in ipſo quotidiano ſermone. [Militem glorioſum] Thraſonem Terentianum, qui iactat ſe Gnathonibus irridetur, ſic etiam Miles apud Plautum.

TRAN. MAT.

IN quo Socratici] Socrates Ironia utebatur, quem ſecuti ſunt,qui ab eo fluxerunt.Ironia uero maxima facetiarū pars eſt cum aliud dicimus aliud ſignificamus. [Pertinax] Vt cedat cōtradicentibus,& ita cedat,vt eos ſenſim ad id adducat, quod nititur approbare, pertinacia uitium eſt non mediocre.[Nec uero tanquam]Nec ſemper,inquit,loqui uelit,& nunquā alias loquendi concedat locum,quod multi faciunt quos merito irridere ſolemus.[In poſſeſſionem ſuam.] Vnde extrudi nō poſſit. [Viciſſitudine] Vt dicat ipſe, & alios uiciſſim dicere permittat.[At uideat &c.]De materia ſermonis nunc loquitur duplicem eſſe dicit ſeria,& iocos,& aliter de ſerijs,aliter de iocoſis rebus dicendum. ad quæ etiam geſtus, & uox confirmanda eſt, unde ait Horat. Triſtia mœſtum uultum uerba decēt iratum plena minarum ludentem laſciua ſeuerum ſeria dictu. [Si ſerijs]Qualis materia eſt talia eſſe uerba conuenit. In primis prodeat &c.]Cauendum eſt ne ſermo noſter uitiū aliquod noſtrū indicet.Nam qualis uita eſt,& conſuetudo,talis oratio eſſe plerunq; ſolet.& Plut.ait. actionis umbram orationem eſſe. Cic. ipſe Saluſt.ſic taxat. Neq;.n. qui tam illato ſermone utitur uita honeſtior eſt.[Quod maximè] Vitium animi,& improbitatem tum præcipuè manifeſtari dicit, cum abſentibus à nobis detrahitur [Studioſe]Non caſu quodam, ſed de induſtria.Nā non quærimus tantum occaſionem detrahēdi cuipiam abſenti,ſed ipſi ultro aſſumimus. [Aut perridiculè] Cauſa deridendi,non etiam detrahendi.[Seuerè]Acerbè. [Maledicè]Maleuolè.[Cōtumelioſè[Cum iniuria.[Habentur autem pleriq; &c.] Proſequitur oſtendere, quid ſit illud in quo ſermo uerratur. [Domeſticis negotijs]Hoc eſt re familiari,ſeruis, ſupellectile, & ceteris eiuſmodi, & hoc ad œconomicam ſpectat, quæ rem familiarem gubernare docet. [De rep.] Hoc in politica uerſatur,quæ remp. adminiſtrare oſtendit.[De artium ſtudijs] Monoſticè officium tangit,quæ ſolitudine delectatur, & ad philoſophum ſpectat, & ſic paucis uerbis tres philoſophiæ moralis partes complectitur. [Danda opera eſt &c.] Quandoquidem ſermo de his rebus haberi ſolet, ſi quando aberrauerit per digreſſionem ad eas tamen ſtatim reuocandus eſt. Accidit autē ut ſæpe fiat digreſſio, quæ eſt, ut diffinit Quintil alicuius rei extra cauſam,uel ad cauſam tamen pertinentis facta narratio, & delectationis,aut ſimilitudinis cauſa fit. nonnunquā etiam amplificationis,ſed hoc oratorū magis eſt.[Sed,utcunq; &c.] In quacūque re de qua loquimur obſeruare illud debemus, ut quouſq; delectet ſermo noſter progrediamur, & ut non ſine ratione incipimus,ita cū ratione finiamus,modumq; adhibeamus. [Quatenus quouſque] Nam cognoſcere poſſumus quouſq; ſermo noſter delectabit,neque id erit difficile,tum ex uultu,tum ex geſtu auditorum, ſed quomodo &c. Quemadmodum, inquit, in motu animi tranquillitas ſeruanda eſt, ita in ſermone.nunquam .n.ita loqui debemus,ut aliquam in ſermone perturbationem incidamus, quod qui facit à decoro diſcedit.[Ita exiſtat]Quæ eſt ulciſcendi cupiditas,& animū quaſi obcæcat,cognoſcitur autem aſperitate, & atrocitate uerborum. [Cupiditas] Bonorum,laudis,gloriæ, quæ præcipuè ſermone cognoſcitur. [Pigritia] Quæ ad metum pertinet. nam metu laboris,aut alterius cuiuſuis rei pigri reddimur, & eſt corporis pigritia ignauia animi. [Maximè &c.] Hoc etiam oratori ſeruandum dicit Quint. ut talis ſit ſermo,ut auditores uereri uideamur,nam cum licentior fuerit nullam auditorum rationē habere uidemur [Vereri]Vt de re turpi apud parentes, & præceptores loqui non audeamus. [Diligere]Si affectu careat ſermo,ut ira.[Obiurgationes &c.]Quoniā illud occurrebat ſi ſermo motibus uacare debet,ergo nunquam iraſci conuenit. cōuenit, quidem, inquit. Sed cum neceſſario obiurgandus à nobis quiſpiam eſt ut,filius,ſeruus.tunc.n. & uocis acrimonia, & grauiore ac ſeueriore oratione utendum eſt. Triplex.Eſt amicitia,bonitatis,utilitatis,iucūditatis.aut.n. eſt inter bonos amicitia, & hæc eſt præcipua,in qua cum ſint amici pares, pares affectus,paria obſequia,nullæ interueniunt accuſationes, nulla diſceſſio exoritur,aliter .n. ſi amicus à uirtute diſcedat, & officium deſereat.tunc.n. iuſtam cauſam dabit amico expoſtulandi aut amicitia eſt bonitatis, & utilitatis ſimul,& rationem habet excellentiæ,quia inter impares quos oportet ſecundum rationem excellentijs concedere, & in hac fiunt obiurgationes quoties filij parentibus illa non tribuūt quæ oportet, minor ſeniori non aſſurgit,uiro uxor non obſequitur,ſubditus magiſtratui non paret. Deſiderat .n. amicitia quandam proportionem retributionis,ſicuti,& iuſtitia commutatiua. Quod ſi hoc ſeruatur nullæ interueniunt accuſationes.frequentes uero accidunt in amicitia,quæ eſt utilitatis cauſa ſuſcepta, & delectationis,cum aut dare deſinit amicus,aut delectare.quibus de rebus multa ſcrib. Ariſt. lib. vj. Eth. ex quo intelligitur neceſſario,ut etiam Cic. ait, obiugationes incidere. eſt autem obiurgatio familiaris reprehenſio, & iuſta cauſa ſuſcepta ſicut pater obiurgat filium, præceptor diſcipulum [Ne ea facere uideamur irati. [Sed illorū quos obiurgamus cauſa.Duplex ira eſt, & qua cupiditate uindictæ accendimur, & qua cuipiam caſtigandi gratia,& corrigēdi ſuccenſemus,& hæc poſterior ira utilis eſt, atq; etiam in deum cadit, ut docet Lact. lib. de ira dei. [Sed, ut ad urendum, medici] Pulcherrima ſimilitudo,ſic inquit, traſcimur cum obiurgamus utilitatis eorum, quos obiurgamus cauſa, ſicut medici ulcera, uomicas, & apoſtemata inuiti adurunt, & ſiccant ignito ferro, non crudelitate ducti, ſed ægrotantium utilitate.[Vrendum]Ignito ferro.[Siccādū] cum reciduat. [Raro] Tunc tantum cum amici utilitas maximè impellit. [Alia medicina]Medicus cum uulnus immedicabile eſt,tunc demum illud recidit ferro,vt ait Ouid.Sed immedicabile uulnus eſſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. [Magna autem par &c.]Ita obiurgandum dicit eſſe,& ut ueritas ſeruetur,& eius,qui obiurgatur deterior animus nō reddatur, ſi aſperior fuerit obiurgatio. Debet itaq; lenis eſſe, & clemens,ut amicus,qui accuſatur non inimicus uideatur, ut ſi incontinentem obiurges, cuius parentes laudem continentiæ adepti ſint. Tuorum dices probitas,& integritas,quos admiratus olim ſummè mouet,ut te cum loqui audeam liberius,& te in bonam partem accepturum confido, cum natura præditus ſis humaniſſima,& ſic paulatim ad reprehenſionem deſcendis. [Magna parte]Ideo dixit,quia opus eſt nonnunquam contentione.[Grauitate adiuncta]ne uidearis penitus ira carere,nam minus obiurgans proficies.[Seueritas]Quantum ad ueritatē, quæ reticenda obiurganti non eſt.[Contumelia]Quæ eſt aſpera nimium, & odioſa reprehenſio à clementia penitus diſcedens.[Atque illud ipſum] Dicemus .n. non poſſum non indignari uehementer,dolere,tibiq; ſuccenſere, cum in hac,uel in illa re peccare animaduerto.[Rectum eſt etiam]Dixit quē modum in obiurgatione ſeruare deberemus,qua in amicos,& beneuolos

Materia ſermonis.

Pigritia Ignauia.

Vereri.

Amicitia triplex.

Seueritas Contumelia.

neuolos uteremur, nunc præcipit qualis contra inimicos sermo noster esse debeat. [Nobis indigna] Audiamus quæ ipsi in nos dicunt inimicissimi. [Grauitatem] Ne iræ uideamur respõdere, & temere commoueri, sicut ipsi in nos commoti uidentur. [Quæ.n. &c.] Ratio est, Quia perturbati rectè aliquid facere, aut dicere nõ possumus, & ab iis qui præsentes essent, reprehenderemur, cum semper dãda opera sit ne cui displiceamus. [Deforme est etiam] Inhonestum, inquit, est de ipso predicare, hoc est se, & sua nimiũ laudare. Nam sordescit laus in proprio ore, ut Sen. inquit. Quod si uera de se prædicare uitium est, quã to maius uitium illorum putare debet, qui falsa prædicãt. Veritas uirtus est, cuius excessus iactantia est. Cuius tria sunt genera. Vnum illorum, qui uel natura, uel uitio naturæ, uel consuetudine mẽdaces sunt, & mendacio delectantur. Alterum eorum, qui καινοδοξίας hoc est inanis gloriæ cupidi sæpe mentiũtur. Tertium eorum, qui gratia quæstus hoc faciunt, ut mercatores. Qui in primo genere sunt, uani dicuntur. Qui in secundo, gloriosi. Qui uero in tertio, assentatores. licet tamen seipsum laudare tribus temporibus apud eos quibus noti non sumus, ut Aeneas apud Virg. sumptus Aeneas. apud ingratum; nam, ut Ouid. inquit, est aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas. apud eos, quibus bonam spem de nobis polliceri uolumus, cum in periculo positi sunt. Quemadmodum medici in ægrotos faciunt, quibus experientiam artis præcipuã habere se affirmant. Hic illi admonẽtur, qui gloriosi sunt, & uani, quoniã nimiũ se laudant, uel falsa de se prædicant. [Militẽ gloriosum] Thrasonem, qui apud Terentium introducitur in Eunucho, ei autẽ ridiculus nimium sermo tribuitur. Nam multa, & uana de ipso prædicant.

Quid sit deforme homini.

Vana gloriosi. Assentatores.

ASC.

SIT igitur &c.] Docet qualis sit sermo, & quomodo sit utendum. Ordo est. Igitur quia .s. in omnibus decorum seruãdum est hic .i. huiusmodi sermo familiaris. [In quo Socratici .i. Socratis imitatores maximè uigent] sit lenis .i. non asper, & minimè pertinax .i. inflexibilis ab opinione, ut nihil aliis cõcedat, uel nimis pertinaci, & continuato spiritu prolatus, lepos .i. uenustas, & urbanitas quædam dicendi insit in eo. Vero pro sed, nec sup. sermo noster excludat alios .i. priuet alios facultate loquendi, tanquam uenerit in possessionem suam. Vnde excludere .s. quemlibet possimus, sed putet sup. qui loquetur utendum esse, nonnunquam .i. interdum uicissitudine cum .s. ita sit, quod in reliquis rebus, tum .i. maximè in sermone communi loquenti .s. & respondenti. natura in concionibus, & prædicationibus medius sermo est. quia unus tantum loquitur. At .i. sed uideat .i. consideret in primis .i. primũ olim de quibus reb. loquatur, si sup de seriis .i. serioris adhibeat sup sermoni suo se ueritatem, si sup. de iocosis loquitur adhibeat .i. leporem .i. facetias, & sales, & prouideat .i. prospiciat in primis. ne sermo indicet .i. denotet aliquod uitium inesse moribus. Quod .s. iudicare uitium esse in moribus solet euenire maximè tum .i. tũc, cum .i. quando dicitur studiosè .i. diligenter de absentibus causa detrahendi, autem perridiculum, aut seuerè, aut maledicè, aut contumeliosè .i. uituperosè .i. quouis modo defamando. Autem pro sed, sermones habentur plerunque, aut de negocijs domesticis, aut de rep. aut de studijs ex doctrina artium. igitur opera danda est .i. diligẽtia adhibenda, ut si oratio .i. sermo ineptus inceperit aberrare ad alia supp. negocia, ut ad delectationes, detractiones aut lasciuiam reuocetur ad hæc .s. iam dicta. Sed animaduertendum est etiam quatenus .i. usq; ad quã mensuram sermo habeat .i. habere debeat delectationem, & vt modus desinendi .i. finiendi sit ita .i. qualis, ut .i. qualis ratio incipiendi fuerit, utcunque .i. qualitercunque res aderunt quas dicit. Enim pro quia, neque delectamur semper de iisdem rebus, nec similiter nec in omni tempore. sed quoniam rectissimè præcipit, ut fugiamus in omni uita perturbationes .i. nimios motus animi non obtemperantes rationi, sic sermo debet uacare eiusmodi motibus, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut quid .i. aliquid tale appareat. Que pro, &, curandum est maximè, ut uideamur uereri .i. reuereri, & diligere eos, quibuscum .i. cum quibus conferemus sermonem .i. colloquemur, obiurgationem .i. correptiones incidunt nonnunquam .i. aliquando etiam necessariæ. in quibus .s. obiurgationibus, & increpationibus utendum est fortasse maiore cõtentione uocis, & acriore grauitate uerborum. Id .s. officium obiurgandi est etiam agendum ita sup. ut ne .i. non uideamur irati agere ea .s. uerba. Sed ut .i. quemadmodum nos sup. uenimus raro, & inuiti ad urendum, & secandum .s. membra insana, & contagiosa, aut homines incorrigibiles, & perniciosos, ita ue niemus inuiti raroque ad hoc genus castigandi, nec unquam supp. ueniemus ad hoc, nisi necessario sit .s. nulla alia medicina .i. emendatio uitæ reperietur. Sed tamen ira sup. uehemens, & quæ rationem perturbet, absit procul ab obiurgatione .s. cum qua .s. ita nihil potest fieri rectè, & nihil consideratè. autem pro sed, licèt .i. licitum est uti pro magna parte .i. ut in pluribus, castigatione clementi .i. miti, tamen grauitate adiuncta .i. sic ut grauitas sit adiuncta, ut .s. seueritas adhibeatur, & contumelia .i. opprobriosa uituperatio repellatur. Atque pro sed, illud ipsum acerbitatis, quod castigatio habet supp. annexam significandum est .i. signis notificandum est susceptum esse causa .i. pro utilitate, & commodo ipsius qui obiurgetur. Rectum .i. decorum, & honestum est etiam in illis contentionibus, quæ fiũt cum inimicissimis etiam si .i. audiamus indigna nobis .i. uituperia turpissima, tamen retinere grauitatem, & repellere iracundiam. Enim pro quia, ea quæ fiunt cum aliqua perturbatione, neque possunt fieri cõstãter, nec approbari ab his, qui adsunt, deforme est etiam prædicare de se præsertim falsa .i. per arrogã tiam, & uanam iactantiam attribuere sibi immeritas laudes, & imitari militem gloriosum apud Plautum, & Terentium, qui se maniter laudat cum irrisione audientium.

In seriis, seueritas, in iocis lepos seruandus.

De obiurgationibus necessariis.

ARGVMENTVM.

In ædificiis extruendis qui modus.

ET quoniam omnia persequimur (volumus quidem certè) dicendum est, etiam qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. cuius finis est usus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio; & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisque diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ cum uulgo uiseretur, suffragata domino nouo homini, ad Consulatum putabatur, hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. itaque ille in suam domum Consulatum primus attulit: hic summi, & clarissimi uiri filius, in domũ multiplicatam non repulsam solum attulit, sed ignominiam etiam, & calamitatem. ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda; nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et, ut in ceteris est habenda ratio non sui solum, sed etiam aliorum, sic in domo clari hominis, in quam, & hospites multi recipiendi. & admittenda hominum cuiusque generis multitudo: adhibenda est cura laxitatis: aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo: & maximè, si aliquando alio domino solita est frequẽtari. Odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur; O domus antiqua, heu quàm dispari domino dominaris. quod idẽ his temporibus in multis licèt dicere. Cauendum est ẽt, præsertim si ipse ædifices, ne extra modũ sumptu, & magnificentia prodeas, quo in genere multum mali etiam in exemplo est. studiosè enim plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur: vt L. Luculli, summi uiri uirtutem, Cuius quàm multi uillarum magnificentiã imitati sunt, quarum quidem certè est adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocandus: eademq; mediocritas ad communem usum, cultumq; uitæ referenda est, Sed hæc hactenus.

PETR. MAR.

ET quoniã omnia persequimur] Nunc de domo magnifici uiri determinat. Arist. loquens de magnifico ait, Ad magnificum autem pertinet, & domum à se extructam, ut diuites decet,

Decet, habere.est.n.quoddam,& hæc ornamentum. Volumus certè]Omnia persequi,& de omnibus dicere,quæ ad virum instituendum ornandumq; pertinent.[Qualem]Cuiusmodi, cuius laxitatis; cuius impēsæ. [Honorati]Qui fungitur siue functus est honoribus publicis. Principis]Primi inter ciues.Cuius] scilicet domus finis est usus, quoniam ideo fit domus, vt ea utamur.Ergo laxitas domus accommodāda est dignitati ipsius domini, vt ea vti possit cum decoro,& habitare magnificè.[Ad quem]Vsum.[Descriptio]Designatio domus ædificādæ, vt vsui sufficiat, cuius causa ædificatur, & pro ratione dignitatis ædificandum est.quoniam decet principem uirum,& magnificum habere domum magnificam,& plenam dignitatis.[Commoditatis]Vt commodè habitemus, & cū dignitate . debet.n. domus esse vtilis,& pulchra.[Cn.Octauio]Affert exēplū Octauij cui domus plena dignitatis suffragata est. Suet. ait in uita Aug. Primus ex familia Octauiorum magistratum populi suffragio cœpit C.Rufus. Is quæstorius,Cn.& C.procreauit. à quibus duplex Octauiorum defluxit familia conditione diuersa. Si quidem Cneus, & deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis. At Caius eiusq; posteri, seu fortuna, seu voluntate in equestri ordine constiterunt usque ad Augusti patrē.In ix.Phil.dicit Cn.Octauii clari,& magni uiri, qui primus in eam familiam,quæ postea uiris fortissimis floruit attulit cōsulatum.statuam uidemus in rostris nemo enim nouitati inuidebat,nemo uirtutem non honorabat. Hic missus ad nepotem regis Antiochi,quo cum Romani bellū gesserant, ut classem habere,& elephantos alere prohiberet, Laodiceæ gymnasio à quodam Leptine interfectus est. reddita fuit ei statua pro uita,quæ multos per annos familiam eius honestaret.Plin.ait: Non prætéribo Cn.Octauium ob unum uerbum, quo Regem Antiochum dilaturum se resonsum dicentem, Virga quā tenebat solum circunscripsit, & priusquam egrederetur circulo illo,responsum dare coegit. In qua legatione interfecto senatus statuam poni iussit quam honoratissimo loco in rostris. [Ex illa familia]Octauiorum. [Fuisse honori] Attulisse honorem dignitatemq; Octauio, quoniam in eā familiam primus consulatum attulit,quia ædificauerat claram domū, & dignitatis plenam,ut uideretur dominus mereri honores summos, & ampliorem fortunam.[Suffragata]Fuisse auxilio, & tulisse suffragia ad consulatum consequendum. [Nouo homini]Noui homines dicuntur,quorū maiores non fuerunt in magistratu. Plut. ait in uita Cat. senioris, Romani eos,qui generis gloria carentes à seipsis initium caperent, nominis sui nouos homines appellabant. [Hanc Scaurus demolitus] Ponit exemplum M.Scauri,qui domum amplam,& nimiæ laxitudinis ędificauit, odiosam alijs, & sibi ad dignitatem tuendam minimè suffragantem. [Hanc]Domum Cn. Octauii. [Demolitus] Cū solo æquasset ædes ampliauit suas.[Aedibus]Suis s. quoniam diruta domo quæ fuerat Cn. Octauij suam multiplicauit, cuius nimia laxitate populus offensus est. hanc igitur domū solo æquatam adiecit ædibus suis,in quas retulit, & repulsam, & ignominiam M.Scaurus M.Scauri principis senatus,& Stoici filius uitricum habuit Syllam,quoniā Metella mater post mortem Scauri patris, Syllæ nupsit, ædilitatem summa magnificētia gessit, adeo,ut suas opes penè consumpserit, magnumque æs alienum conflauerit. In prætura prouinciam Sardiniā obtinuit,in qua non satis abstinenter se gessit. Romam ad petendum consulatum rediit.Sardis de eo quærentibus repetundarum postulatus est. patronos habuit. P. Clodium,M. Callidiū, Marcellum, M. Tullium Ciceronem, M. Messalam, Nigrum, & Q. Hortensiū. Ipse quoq;,ut auctor est Pædianus Asconius, pro se dixit cum magno squallore,& lacrymis. tandem absolutus est. postea Q. Seruilius Cepio ob legationis Asiaticæ inuitam,eum repetundarum fecit reum. Inde à Varo trib. pl. proditionis accusatus est, dicēte Scaurum vocasse socios ad arma, quippe bellum Italicum paulo ante exortum fuerat,quod sociale dictum est, quoniam socij à Romanis defecerant,cum ciuitas,ut Drusus trib.pl. promiserat, illis non daretur. Scaurus à uiatore accersitus,duos, & 70. annos natus innixus nobilissimis iuuenibus in forum processit,& accepto respondendi loco dixit,Q Varus Hispanus M. Scaurum principem senatorem,socios ad arma dicit conuocasse. M.Scaurus princeps senator negat testis nemo est.vtri uos credere conuenit? qua uoce ita omnium commutauit animos,vt ab ipso etiam tribuno dimitteretur. Hæc refert Pædianus Asconius. Valer. Max. aliter narrat Scaurus igitur retulit ignominiam in domum quam multiplicauerat. Et ait Cicē. dignitas hominis ornanda est domo magnifica. Sed hæc dignitas non tota ex domo quærenda est,sed à seipso,vt.s. habeat uirtutes,aliter ipsa domus magnifica,domino dedecori erit; & ipse dominus debet ornare domum. Si continentiæ studes,inquit Seneca,habita non amænè, sed salubriter,nec dominum esse velis notum à domo, sed domum à domino.[Itaque ille]Cn. Octauius.[Hic]Scaurus filij Scauri principis senatus, quoniam Scaurus ille adeo summus erat, ut ne sibi quidem comparari posset.[Multiplicatam] Quam multiplicauerat demolitus domum Octauii. [Non solū repulsam] Quoniam rediens ex Sardinia in petitione consulatus repulsam habuit,& infamia notatus est, repetundarumq; postulatus. Vnde in summa interdum calamitate fuit. Nam aduersa valetudine laborans processit in forum,& cum lacrymis respōdit obiectis criminibus. [Dignitas] hominis debet ornari domo magnifica,quæ est quoddam ornamentum. [Non tota] Quoniam alia esse debent, quæ dignitatem afferant. [Et,vt in ceteris]Sensus est,quēadmodum in omnibus alijs rébus, quid nobis agendum sit considerare debemus non solum propter nos,uerum etiam & alios,sic in ædificanda domo principis cōsiderandum est hospites in ipsam admittendos esse, & sic oportere amplam esse,non tantum,ut domino proprio seruiat,sed & alijs qui recipiendi sunt.[In ceteris] alijs rebus, quas non solum ad nostram, sed etiam ad aliorum utilitatem referimus. [Clari]Summi,& principis.[Hospites]amici externi.[Multitudo cuiusque generis]Vt tunc erant clientes,& varia hominum genera per domos principum ingrediuntur.[Laxitatis]Amplitudinis debet,inquit,tenere medium. nam si modum excesserit,& nimia laxitate luxurians diffundetur,domino afferet dedecus potiusquàm dignitatem. [Solitudo] .i. adeo ampla, ut non possit tota habitari, tunc illa solitudo dedecori domino erit.[Frequentari]coli familiæ frequentia,frequęns locus dicitur,in quo multi sunt,& frequentatur, & frequens senatus, in quo sunt multi senatores. [Odiosum est] Infame, & qđ affert odium,& fastidium,cum potest dici à prætereūtibus,ò domus quā disparem dominum habes, quod nunc Romæ passim dici potest. Videmus.n. in omnibus clarissimorum quōdam ciuiū, & illius amplissimæ ciuitatis facilè principum, monstra hominum habitare,& à meretricum scholis frequētari,quibus cum Romana disciplina uigebat, & mores nondum luxuria corrupti,& illi 48 magistri uicorum urbana uitia excuterent,uilissimus fornix dabatur, & uix dignæ censebantur, ut in submœnio habitarent,pannosæ,sordidæ,neglectę nunc autem serico, & auro undiquę pellucentes magnificè habitant. clientelā habent, & disciplinam, ut tanta ars non pereat. Vnde dolendum est,quod plus inguinibus olidi scorti,& edacis tribuatur, quā virtuti,& quod fœdissima lupa corporis ornatu non solum æquetur reginis,sed antecellat [His temporibus] In hac calamitate,& confusione nostrorum temporum,quibus domus proscriptorum à Sylla ab indignissimis,& immeritissimis hominibus habitantur, ut merito dici posset, ò domus antiquæ, quā dispari domino dominamini.[Cauendum est etiam] Aliud pręceptum,& cautio in ipsa domo ædificanda.[Ne prodeas]Exeas extra mensuram, debet is qui ædificat tenere medium, & pro modo diuitiarum impēdere,atq; ut oportet decetq;.[Sūptu] Impensis.[Quo in genere]Cum.s.quis nimio sumptu aliquod opus extruit,alios suo exemplo irritat ad talem ædificandū luxum.In hac parte]Aedificiis superbè, & luxuriosè ædificandis, & probat hoc exemplo Luculli, cuius uirtutum pauci imitati sunt,magnificentiam uero in ædificandis uillis permulti. [Facta principū] Ea quæ principes ciuitatis faciunt. Tubero Stoicus Lucullum togatum Xerxem appellabat propter uillam in sinu Baiano, & aquam marinam immissam effosso monte. & Var.in j.de re rust. lib. dicit.Nunc contra uillam urbanam,quā maximam ac politissimam habeant,dant operam,ac cum Metelli,& Luculli uillis pessimo publico ædificatis certant [Luculli uirtutem quis]scilicet imitatus est,q.d.perpauci.[At quam multi] .s.imitati sunt eum in ædificijs,& conuiuiis. Villa est domus una post aliam. Vicinia dicitur propinquitas vicinorum. [Quarum]Villarum ædificandarum mensura est adhibenda. Vnde apud antiquos erat lex censoria,ne villa fundum desideraret,& ne plus uerrerent, quam ararent, & ideo nimiam ædificandi luxuriam notauit Horat.in Carm. dicens: Iam pauca aratro iugera molles relinquent regiæ.quoniam omnes campi

ædificijs

ædificijs ad luxum, & delicias comparatis occupabantur.

FRAN. MAT.

ET quoniam &c.]De decoro superius dixit seruando in dictis, & in factis Nunc igitur à proposito non discedat. Nam cũ dixerit cuiusmodi decorum in dictis seruari conueniat, nunc quomodo in factis seruari debeat præcipit. ædificium .n. opus est, in quo cõsideratur dignitas personæ, facultas, & operis qualitas. dignas personæ, nam idem sumptus ciui magnus erit, principi uero paruus est. facultas, ut & operi conueniat, & domino. qualitas operis, quòd aliud ædificium priuati hominis, aliud principis esse debet. [Volumus] Quidem, quia, & si non omnia persequimur, uolumus tamẽ. [Vsus] Vt ea utamur, ergo talem domum ædificare debemus, quæ nobis, & usui nostro satis sit. [Et tamẽ &c.]Quoniam dixerat ad usum accõmodandam ædificationem. ideo ne quis credat semper eiusmodi esse debere, ut sufficiat familiæ. posset.n. fieri, ut princeps ciuitatis careret liberis, ideo addit etiam dignitatis rationem habendam esse. [Dignitatis]Vt si parua familia fuerit, & magna dignitas, magna pro dignitate nõ pro ratione usus ædificetur domus. [Cneo Octauio]exemplo Cnei Octauij noui hominis, hoc est cuius maiores magistratum nunquam gesserunt, ostẽdit ex dignitate personæ ædificandam domum, quoniam semper prodest. Cn. Octauius homo fuit nouus. cum autem domum in palatio ædificasset egregiam, delectatus ea populus, & simul ex tali opere magnanimum iudicans, Octauium in cõsulatus petitione suffragatus illi est. Eandem domum Scaurus emit, & ut ampliorem faceret demolitus est, & quoniam rem supra facultatem tentauit, non modo dignitatem, ut putabat assecutus non est, uerum etiam repulsam est passus, cũ postea consulatum peteret. [Accessionem]Incrementum, ut magnifica magis esset. [Consulatum primus]quoniam egregiam domum, sed tamen mediocritate seruata extruxit. [Summi uiri] M. Scauri, de quo supra dictum [Multiplicatam] Auctã. [Calamitatẽ] Hic Scaurus, seuerus uideri uolebat, sed illo prætextu ingẽtia uitia occultabat. Missus ad Iugurthã legatus (auct. Crispo) vt regnum inter illum, & Adherbalem diuideret, corruptus ab illo pecunia est, & propterea à senatu dãnatus, & pecunia mulctatus est. [Ornanda est.n. &c.] Egregia sapiẽtia, ut cum dignus sis, domo utaris te digna Indignus uero nõ debet ex magnifica domo totam dignitatem suam quærere. [Et, ut in ceteris]Vt, inquit, in ceteris rebus non nostram tantum utilitatem respicere debemus, sed etiam aliorum, ita etiam in ædificanda domo, rationem habere nos oportet eorum, quos recepturi sumus, ut liberaliter à nobis recipiantur. [Aliorũ] qui cari nobis sunt, & esse debent. [Cuiusq; modi]Tam nobilium, quam ignobilium, tam summorum, quam infimorum. [Cura laxitatis] quid.n. amplitudo domus prodesset, nisi multitudo adesset? solitudine deformaretur, si non frequentaretur. laxitatis legit Marcellus. hoc est, ut laxa amplaq; sit. [His temporibus] post bella ciuilia. Quo tempore multi nefarij, & scelerati principum, & optimorum uirorum ædes à Iulio cõcessas tenebant. [Ne extra modum &c.]Hoc ad facultatem spectat. tria .n. diximus consideranda, personæ dignitatem, facultatem, & operis qualitatem. [In exemplo]Est, quoniam etiam qui nimis possunt magnificè ædificare uolunt, & hac in re etiam principibus uiris æquari. [L. Luculli]Fuit is Romanus princeps magnificentissimus, & in eo, ut in homine Romano multæ literæ. fuit item imperator excellentissimus, & Mithridatis uires fregit, magnificentissimas ædes, & uillas extruxit, in amicis recipiendis splendidissimus, loca habuit constituta pro qualitate hominum, & sumptu, & magnificentia ciborum, cumq; apud eum Pompeius, & Cic. dixissent cœnare se uelle, imperauit architriclino, vt in Apolline cœnam pararet, quo cum eodem die accessissent, pro trecentis, paratam cœnam inuenerunt. habitabat ædes in quibus eodem tempore hiemem habebat, & æstatẽ, ita constituta erat, & ad frigus, & ad calorẽ, & cũ quidã dixisset Lucullo, hiemẽ domi habes, respondit se grues imitatũ esse, quæ pro temporis qualitate loca mutant.

ASC.

Et, quoniam &c.]Decet decorum domus, & familiæ. Ordo est, Et quoniam persequimur. [uolumus quidẽ certè sup. persequi, & fortè non persequimur] omnia, dicendum est etiam qualem placeat esse domum hominis honorati, & principis .i. œconomi boni, cuius.s. domus, finis sup. intentus, est usus, ad quam descriptio .i. ratio, & forma ædificandi, est accomodanda .i. commodè applicanda, Et tamen .i. præter commoditatẽ usus diligentia dignitatis, & commoditatis est adhibẽda. Nos accepimus fuisse Cn. [profertur Cneo Octauio, qui factus est primus consul in ea familia.s. Octauiorum, non ergo loquitur de Octauio Augusto.]Honori, id est ad honorem, & gloriam; quod ædificasset in palatio domum præclaram, & plenam dignitatis, quæ domus cum uisetetur, idest uisum iretur uulgo .i. à uulgo, putabatur esse suffragata .i. patrocinata, & auxiliata domino.s. Cneo Octauio nouo homini .i. cuius familia nemo adhuc ante eum magistratum gesserat ad consulatũ Scaurus.s. Marci Scauri principis senatus, demolitus, id est postquã diruit, & solo æquauit hanc.s. præclaram domum, adiunxit accessionem .i. incrementum in suam domum. Hic.s. Scaurus existens filius summi, & clarissimi uiri s. Marci Scauri retulit in domum, multiplicatam.s. titulis, & honoribus non solum repulsam .i. reiectionem, sed etiam ignominiam, & calamitatem, cuius differentiæ causam innuit Cic. fuisse constructionem, & destructionem præclaræ domus. Enim pro quia dignitas est ornanda domo .i. per domum, & non est tota quærenda ex domo, nec dominus est sup. honestandus domo .i. per domum suam, sed domus est honestanda domino Et ut .i. quemadmodum ratio non solum sua.s. rerum suarum, aut utilitatis suæ, sed etiam aliorum est habenda in ceteris sup. rebus, sic .i. consimiliter in domo clari .i. egregij hominis, in quam supple domũ & multi hospites .i. mutuo beneficio deuincti recipiendi sunt, supple non gratia pecuniæ, sed hospitalitatis, & in quam sup. multitudo cuiusque generis hominum admittenda, adhibenda est cura laxitatis .i. amplitudinis, & capacitatis Enim ꝑ quia domus ampla fit sæpe aliter .i. huiusmodi cura domino suo dedecori, ad dedecus, si.s. solitudo .i. uastitas est ea, & maximè si solita est frequentari aliquando alio domino. enim pro quia odiosum .i. molestum est, cum dicitur à prætereuntibus: O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris .i. gubernaris, & in dominio teneris, quod quidem licet his temporibus dicere in multis supp. domibus. Cauendum est etiam præsertim .i. præcipuè si ipse .i. tu ædifices, prodeas .i. progrediaris sumptu, & magnificentia extra modum in quo genere est multum mali .i. incommodi, etiam in exẽplo .i. imitatione exempli aliorũ. Etenim, pro quia plerīq; imitantur studiosè .i. diligenter præsertim in hac parte .i. ędificando facta principum. ut .i. verbi gratia quis sup. imitatus est uirtutem L. Luculli summi uiri? q.d. nullus aut rarissimus quisque, at quam .i. quantum multi imitati sunt magnificentiam uillarum.s. L. Luculli, q.d. plurimi, quarum.s. uillarum, hoc est domorum priuatarum ruri aut in agro, ad recipiendas fruges, & colonos earum constructarum, quidem .i. certè, modus est adhibendus .i. finis, & mensura constituenda, & reuocandus est s. modus ad mediocritatem, & eadem mediocritas est referenda ad omnem usum, & cultum uitæ. Sed hæc sup. dicta sint hactenus .i. hucusque.

ARGVMENTVM.

Tria omni in uita seruanda.

IN omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda. Primum, ut appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius. Deinde, ut animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere uelimus; neue minor, neue maior cura, & opera suscipiatur, quàm caussa postulet. Tertium est, ut caueamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem, moderata sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere. de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum autem trium præstantissimum est, appetitum rationi obtemperare.

PETR. MAR.

IN omni autem actione] Tria Cic. ponit quæ in omni uita seruanda sunt. primum est, ut appetitus pareat rationi, nam si appetitus euagabitur longius, officium seruari non poterit, quod semper ad bonũ tendit. Secundum est, ut consideretur, quod agendum sit, & ea cura adhibeatur, quam res ipsa efficienda requirit. Tertium est, ut omnia cum mensura fiant, etiam quæ laudabilia sunt,

ne

ac si modum excesserint, reprehendantur. [Pareat] Obediat, & id appetat, quod ratio suaserit, [Ad officia] Vt aliquid fiat cũ uirtutis laude. [Animaduertatur] Consideretur diligenter, ne aut nimis aut parum id curemus, quod agẽdum est, sed ut ipsa res postulat. [Opera] labor, causa, res ipsa quam agimus, & causa quam tractamus [Ad liberalem]. i. ea quæ laudanda sunt, & quandam apparentiam libero homine dignam præ se ferunt. [Moderata] Modo quodam, & mensura tractanda, multo magis igitur moderanda sunt, & uitanda, quæ nullam habent speciem .i. apparentiam libero homine dignam. Et ait Cic. optimus est modus in omni re atque mensura, ut seruetur decorũ, nam cum facimus id quod decet, tenemus modum. Horat. in j. uol. epist. sic canit: Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui, Vltra quam satis est uirtutem si petat ipsam, & in j. Serm. dicit. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines, Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. [Modus autem] Hoc refertur ad illud secundum præceptum, ut .s. consideretur quãta sit res, quã uolumus efficere. [Ipsum decus] Sequi id, quod decet, eatenus progredi in aliqua re, quatenus laudatur. [Longius] Quam deceat, & sic erit modus, hoc refertur ad tertium, ut .s. omnia moderanda sint, & ait, quatenus modus optimus sit, tamẽ horũ trium præstantissimũ est appetitũ parere rationi, quoniã nisi ratio dominabitur, nil quod deceat fieri poterit.

FRAN. MAT. IN omni act.] De ornatu nunc præcipit ad actionem omnẽ accommodata, uel retinenda dicit esse. [Quo nihil &c.] Sequitur enim ex hac continentia, & modestia. [Quãta illa &c.] Vel magna, uel parua, uel mediocris. [Vt neque &c.] Ratio est cur talis animaduersio haberi debeat [Tertium est &c.] Decorum hoc loco significat, quod ita consentaneum est naturæ, ut in eo modestia appareat, & temperantia cum specie quadam liberali, & id præcipuè in modo consistit. [Liberalem speciẽ] Hoc est decorum. [Moderata] Ne citra modũ resistat, aut ultra procedat. [Modus autem &c.] Docet, quis modus tenendus sit, ut .s. decorum seruetur, & generale, quod est consentaneum hominis excellentiæ, in quo natura hominis à reliquis differt animalibus, & speciale, quod ita consentaneum naturæ sit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum specie quadam liberali.

Vt seruetur decorum modus datur.

ASC. IN omni autem &c.] Ostendit tria in omni actione esse obseruanda. Ordo est. Autem pro sed, tria sunt tenenda in omni act. suscipienda. i. quam suscipere uelimus. primum sup. tenendum esse, ut appetitus pareat. i. obtemperet rationi, quo. i. qua re nihil est accommodatius. i. conducibilius ad conseruanda officia. deinde sup. tenendum est, ut animaduertatur .i. consideretur quãta sit illa res, quam uelimus efficere, neu. i. ne ue, hoc est, uel ne suscipiatur minor cura, & opera quam causa postulet. Tertium .s. tenendum est, ut sup. caueamus. i. cautè prospiciamus, ut. i. qualiter ea quæ pertinent ad speciem, & dignitatem liberalem: i. liberis hominibus dignam, sint moderanda. Autẽ pro sed, optimus modus. i. optima moderatio est tenere ipsum decus, de quo diximus ante, nec progredi longius. Autẽ pro sed, præstantissimum horum trium est, appetitum obtemperare rationi.

ARGVMENTVM.

Decorum à loco, ac tempore.

DEinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum est. hęc autem scientia continetur ea, quam Græci εὐταξίαν nominant, non hanc, quã interpretamur modestiam: quo in uerbo modus inest. sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio. itaque, ut eandẽ nos modestiam appellemus, sic definitur à Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum. Itaque uidetur eadem uis ordinis, & collocationis fore. nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis, & accommodatis locis: locum autem actionis, opportunitatem, temporis esse dicunt. tempus autem actionis opportunũ Græcè εὐκαιρία, latinè appellatur occasio. Sic fit, ut modestia hæc, quam interpretamur. ita, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed potest esse eadem Prudentiæ definitio: de qua principio diximus. Hoc autem loco de Moderatione, & Temperantia, & alijs similibus uirtutibus quærimus. itaque, quæ erant prudentiæ proprio loco suo dicta sunt: quæ autem harum uirtutum, de quibus iam dudum loquimur, quæ pertinẽt ad uerecundiam, & ad eorum approbationem quibus cum uiuimus, nunc dicenda sunt.

DEinceps de ordine rerum] Supra Cic. proposuit ipsum decorum tribus rebus contineri, formositate, ornatu, ordine. duabus partibus absolutis, ad ordinem transit, & temporum opportunitatem, ut nil quod ad decorum ipsum pertineat, explicandum relinquatur. Vtitur igitur transitione, & docilem facit auditorem, & attentum. [Hæc autem scientia cõtinet eam, quam Græce εὐταξία nominant] εὐταξία dicitur bona dispositio, & ordo. vult Cice. ordinis conseruationem, & modestiam idem esse. [Non hanc] .s. continet, quam nos appellamus modestiam à modo .i. mensura, quæ singulis rebus adhibenda est, [In quo uerbo] Modestiæ scilicet inest modus quidam seruandus in omni re, & sic modestia est quoddam ornamentum in ipsis actionibus. [Ordinis conseruatio] Vt sit bonus ordo in rebus agendis, nam εὐταξία dicitur bona ordinatio, sed, inquit Cic. ex ipsa diffinitione Stoicorum adducor, ut eandem εὐταξίαν Latinè appellẽ modestiam. [Loco suo] Tempore opportuno. [Eadem uis] Natura, & proprietas, ut idem sit ordo rerum collocatio, quod ex ipsa diffinitione probat. Nam ordo est compositio rerum aptis locis, & accommodatis, & locus significat temporis opportunitatem. [Actioni.] Operationis, hoc dixit ad differentiã loci, qui est sedes argumenti, & in quo illud latet, & ex quo ducitur, & locus est vltima superficies corporis ambientis locatũ, ut finit Arist. in physicis, hic accipitur locus pro agendi opportunitate. [Locum actionis] Aptum ad aliquid agendum. quoniam sunt, & alij loci sedes argumentorum. hos locos Boetius in topicis, Maximas propositiones appellat. & Fab. ait lib. v. locos appello sedes argumentorum. [Tempus actionis] Aptum ad agendum, & opportunum dicitur occasio, inde dicimus, nactus occasionem. i. tempus opportunum. in rhet. loquens de tẽpore sic ait, Occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. [Sic fit] Ex horum uerborum diffinitione hoc sequitur. [Quam interpretamur] quam Latinè dico appellandam esse modestiã, cũ Græcè dicatur εὐταξία [Idoneorum] Quæ idonea sint ad agẽdum, & sic uno uerbo modestiæ Cic. complectitur ordinem, locum, & tempus. [Eadem definitio] Quoniam prudentiæ est locum, ordinem, & tempus eligere, & habere delectum. [Itaque] Modestia, & moderatio est quædam ministra ipsius prudentiæ, & hæc officia in quibus modus requiritur, pertinẽt ad temperantiam, quæ est conseruatrix prudentiæ. moderatio igitur cõseruat prudentiam, & id facit in singulis actionibus, quod prudentia iubet, corrupta autem moderatione nihil valet. Itaque eadem ferè sunt officia prudentiæ, & modestiæ, quæ ipsam conseruant. [Et alijs similibus] Quæ ad hanc partem pertinẽt. quoniam temperantiam sequuntur ordinis constantia, & ornatus. [Quæ erant prudentiæ] Quæ pertinebant ad prudentiã, quam sequuntur consiliorum maturitas, & intelligentia. hæc pars moderationis, & ordinis ad temperantiam pertinet, licèt nulla virtus possit esse sine prudentia; & qui illam habet omnes habeat necesse est, sed singularum mediocritatum officia distincta sunt. [Iamdudum] Ab initio huius disputationis. [Quæ autem harum uirtutum]. i. ea quæ pertinent ad has virtutes, quę temperantiam sequuntur, [De quibus] Virtutibus paulo ante, cœpi disputare. [Approbationem] Laudationem, & commendationem eorum cũ quibus uiuimus, & nihil à nobis fiat, quod illos offendat.

FRAN. MAT. HAEC autem scientia &c.] Ornatus qui ad quamcunque pertinet actionem in duobus consistit, numero & loco. [εὐταξίαν] Hoc est rectum ordinem. εὐ significat bene τάσσω ordino. Sciendum est dupliciter modestiam intelligi. Nam quando in

dictis,

in dictis,& in factis modus seruat̃, modestia est, &itẽ q̃ñ unũquodq́; suo tẽpore faciamus,& loco,vt cũ iocamur in cõuiuio, in senatu grauiter loquimur vtranq; modestiã εὐταξίαν. Greci uocãt,vt generalẽ, & specialẽ. [Modus inest] Et hæc generalis modestia est ad oĩa generaliter pertinẽs.[In qua intelligit̃ &c.] Hæc particularis est. [Rerũ,loco suo collocandarũ] Si quis triplicẽ dicat esse pietatẽ,in deos, patriam, parẽtes,hic ordinẽ seruabit,& rerũ collocationẽ. Si q̃s vero primo parẽtes nominet, ordinẽ seruabit,collocationẽ minimẽ,& hoc ad numerum spectat. Eodẽ modo de loco dicimus, quoniã si magister conuiuij digniorẽ ĩ secũdo loco discũbere iuberet,nõ seruaret εὐταξίαν. Agesilaus interrogat⁹ cur postremo loco sederet ludos spectãs, ò adolescens,inquit, non mihi locus, sed ego loco dignitatem addo [Nam &c]Probat eundem esse ordinem, & collocationẽ hoc est accommodationẽ rerum aptis locis.[Aptis[Quantũ ad ordinẽ.[Accommodatis]Quantũ ad tẽpus.[Locũ autẽ &c.]Per quosdam definitionum gradus,& quasi de primo ad ultimum ostẽdit idem esse ordinẽ rerum collocandarum,& temporis opportunitatem quam εὐκαιρίαν Græci nominãt,quoniã ordo est accommodatio rerum in suis locis, Locus autem est opportunitas temporis. Tempus uero occasio, rei bene gerendæ. ex prædictis cõclusionibus verã elicit diffinitionẽ modestię,de qua loquitur. [Modestia hæc] Quæ cõstat εὐταξίᾳ καὶ εὐκαιρίᾳ Hoc est opportunitate loci,& tẽporis. [Sed põt eade]Quæ, inquit, diffinitio modestiæ secundũ εὐταξίαν καὶ εὐκαιρίαν Eadẽ potest,& prudentiæ esse.Nã prudentis est tẽporis,& loci habere rationẽ,quod,qui nescit imprudẽs habet̃,quoniã nescit.Qui vero nõ seruat,ineptus dicit̃,siue immoderatus. Apti n. hominis est cũ oĩbus cõiter uiuere, neminem in uiuendi consuetudine offendere,honestis studere potius quã iucundis;bonis magis placere quã vulgo.se oĩbus accõmodare notis,& ignotis,nobilib.& ignobilib⁹,& hæc uirtus est propriè quã εὐταξίαν καὶ εὐκαιρίαν vocãt Græci,& aut in ordine, & collocatione est, aut in tẽpore; qui tẽpora seruat opportunus dr̃,siue hęc ĩ dictis,siue in factis obseruet.Qui in dictis hanc scientiã seruabit, comis. Qui in factis,facilis.Qui causa q̃stus,cõtra cã dicet,aut faciet assentator dicitur.Qui causa delectationis ridiculus, q̃ aberrabit in factis: idq́; naturaliter faciat φιλαιτίος, hoc est litigiosus, q̃ uero non naturaliter,sed simulate δύσκολος.i.durus,& morosus. [Ad corũ &c]Hoc est apti hominis propriũ,cũ omnibus ita uiuere,ut quæ dicit, aut faciat non displiceant sed probentur.

Modestia. *Pietas.* *Tẽporis opportunitas.* *Litigiosus.*

ASC. DEINCEPS &c.] Postquam de formositate, & ornatu quæ decorum concernunt, determinauit,prosequitur de ordine rerum. Est autẽ ordo uerborum. Dicendum est deinceps.i. consequenter de ordine rerum, & opportunitate temporum. Autem pro sed,hæc scientiam continet eam quam Græci nominant εὐταξίαν.i.bonam dispositionem,& seriem. Nõ hanc quã interpretamur modestiam; in quo uerbo.i. in qua modestia inest modus,sed illa est εὐταξία in qua intelligitur conseruatio ordinis Itaque,vt nos appellamus eandem modestiam, quæ.s. diffinitur à Stoicis sic, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur collocandarum suo loco. Itaque. i. ita videtur fore eadem.i.natura,& proprietas ordinis.& collocationis. Nam diffiniũt,& i. etiam ordinem, & compositionem.i. quod si compositio rerum, & hic locis & aptis accõmodatis.legitur.n. compositione.ut sic diffiniat compositionẽ.i.per compositionem,sed præstat legere compositionem.Autem pro sed, ipsi Stoici s.dicunt locum esse opportunitatem,actionis,qua.s. quid agitur,ubi opportunum est, Autem pro sed, opportunũ tẽpus actionis appellat̃ Græce εὐκαιρία.latine sup.appellat̃ occasio.Sic.i.ex horũ uerborũ diffinitione fit.i.hæc modestia,quã interpretamur.i. quã latine diximus modestiã esse appellãdã, sit ita, vt dixi sciẽtia opportunitatis tẽporũ idoneorũ ad agendũ. Sed eadẽ definitio põt esse definitio prudẽtiæ de qua dix m⁹ in principio. Aũt pro sed,nos quærim⁹ hoc loco de moderatione, tẽperãtia,& de alijs similibus virtutibus.Itaq; ea quæ erãt propria prudẽtiæ,sunt dicta suo loco. Autem pro sed,ea sup. quæ.s. sunt harũ uirtutum,de quibus loquimur iamdudũ.i.iã,& paulo prius,vt pote quæ pertinent ad uerecundiã, & ad probationem eorum,quibus cum,i.cum quibus uiuimus,dicenda sunt.

ARGVMENTVM.

Qui quo loco, ac tempore dedeceat, deceatq́;

TAlis est igitur ordo actionum adhibendus,ut quem admodum in oratione constanti, sic in uita omnia sint apta,& inter se conuenientia. turpe est enim ualdeq́; vitiosum in re seuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles. cum haberet collegam in Prætura Sophoclem poetam, hique de communi officio conuenissent; & casu formosus puer præteriret; dixissetq́; Sophocles, ò puerum pulchrum, Pericle: At enim Pericles, Prætorem Sophocle decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. atque hoc idem Sophocles, si in athletarum, probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. tanta uis est, & loci,& temporis, ut, siquis, cum caussam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliquid attentius cogitet, non reprehendatur: at, hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus uideatur, inscitia temporis. Sed ea, quæ multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas, facilè apparent. nec magnopere admonitionem, & præcepta desiderant. quæ autem parua uidentur esse delicta: neque à multis intelligi possunt, ab ijs est diligentius etiam declinandũ ut in fidibus, aut in tibijs, quãuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet: sic uiuendum est in uita, ne fortè quid discrepet; uel multo etiam magis quo maior, & melior actionum, quam sonorum, concentus est. itaque, vt in fidibus musicorum aures, vel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes iudices esse volumus, animaduersoresque uitiorum, magna intelligimus sæpe ex paruis. & oculorum obtutu, superciliorum remissione, aut contractione, ex mestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis, ex submissione, ex ceteris similibus facilè iudicabimus, quid aptè eorum fiat quid ab officio, naturaque discrepet. quo in genere non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex alijs iudicare; vt si quid dedeceat in illis, uitemus, & ipsi. fit enim nescio quo modo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquit. itaque facillimè corriguntur in discendo quorum uitia imitantur emendandi caussa magistri. nec uero alienum est, ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, & quid his de uno quoque genere officij placeat, exquirere. maior enim pars eo ferè deferri solet, quò à natura ipsa deducit, in quibus uidendum est, non modo, quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat; atque etiam, qua de caussa quisque sentiat. ut n. pictores, & ij, qui signa fabricant: & ueri etiam poetæ suum quisque opus à uulgo cõsiderari uult; ut si quid reprehẽsum sit à pluribus id corrigatur; hiq́; & secũ,& cum alijs, quid in eo peccatum sit; exquirunt. sic aliorum iudicio permulta nobis,& facienda,& non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt: quæ uerò more aguntur, & institutis ciuilibus, de iis nihil est præcipiendum. illa enim ipsa præcepta sunt: nec quenquàm hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus contra morem, consuetudinemq́; ciuilem fecerint, locuti ue sint, idem sibi arbitretur licere. magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum uero ratio tota est eiicienda. est enim inimica uerecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem quorum uita perspecta in rebus honestis, atque magnis est, de rep. sentientes, ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore

honore, aut imperio affectos obseruare, & colere debemus; tribuere etiam multum senectuti. Cedere ijs, qui magistratum habebunt; habere delectum ciuis, & peregrini, in ipso quoque peregrino, priuatim ne, an publicè uenerit: ad summam (ne agam de singulis) communem totius generis hominum conciliationem, & cõsociationem colere, tueri, seruare debemus.

PETR. MARS. TAlis igitur ordo] Præcipit nunc qualem ordinem te
nere debeamus in singulis actionibus, de quo ita
disputat, ut locum, personam, aliasq; circunstãtias
includat, quæ in omni re, ut seruetur decorum, cõ-
siderandæ sunt. Obseruatio.n.circunstantiarum est illa, quæ cõ
stituit officium, quoniam potest reddi ratio quare factum sit.
[Constanti] Perseueranti in optimo ordine, & nihil ab arte di-
screpanti. hæc est laus oratoris, ut omnia in oratione bene con-
ueniant, & quadrent. sic laudatur ordo, cum omnes actiones
inter se conueniunt, & suo tempore fiunt. [In uita] In actioni-
bus uitæ. [Apta] ut apta sint, quoniam ordo est compositio re-
rum in aptis locis. apta igitur .i. accommodata, & conuenien-
tia. [Turpe est.n.] Probat ab affectu quare adhibendus ordo sit
quem dedeceat, si nõ habetur loci, temporis, & personæ sic à re
contraria sumens argumentum, ostendit id laudari, quod tem
pore apto fit. [Seuera] Graui. [Delicatum] Delicijs aptum, &
molle. [Bene Pericles] qui collegam suum reprehendit Sopho-
clem, quoniam ille non habuerat rationem loci, tẽporis, atq;
personæ. quam sustinebat. erat .n. prætor. Sophocles tragicus
poeta fuit. Tragœdiam. [Auct. Fabio] primus Aeschylus in lu-
cem protulit, sublimis, & grauis, & grandiloquus sæpe usq; ad
uitium. Sed longè clarius illustrauerunt hoc opus Sophocles,
atq; Euripides, quorum in dispari dicendi uia uter quidem sit
poeta melior inter plurimos quæritur [In prætura] quoniam
erant prętores, qui reddebãt iura. Collega dicitur socius in ma
gistratu. [De communi officio] i.pro, & gratia obeũdi commu
ne munus. [Conuenissent] Simul essent, ut cõmuni officio lo-
querentur, & iura redderent. Hoc narrat etiam Plut. in uita Pe
riclis. Et Val. dicit. Pericles cum in prætura Sophoclem collegã
haberet, ac is publico officio una districtus pueri ingenui pręte
reuntis formam impensior uerbis laudasset, intemperantiam
eius increpitans dixit, prætoris non solum manus à pecunię lu-
cro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse de-
bere. Locus ipse igitur datus prætori; & magistratus non serua-
bat decorum laudando formosum puerum. At hoc idem, ecce
quid facit locus, & persona, nam si alibi illud dixisset, iusta repre
hensione caruisset. [Athletarum] Eorum, qui in gymnasijs se
exercent ἀθλεῖν græce, latinè significat certo, & contendo. Inde
Athletæ dicuntur in genere certatores, in specie autẽ erunt pu-
giles, palæstritæ, cursores, & similes ἆθλον dicitur pręlium cer-
taminis. quo uerbo utitur Theocritus. [Approbatione] Vbi ap
probãtur Athletę pulchri, lacertosi, & habentes membra apta
ad certamen atq; uictoriã. [Tanta uis est loci] Tantum potest
locus, & aliæ circunstantiæ ad approbationem alicuius rei, ui-
tuperationemq; [Causam acturus] Oraturus causam alicuius
aut suam. [Meditet̃] Intra se cogitet. [Ad hoc idem] Meditari,
& attentius cogitare. [Inhumanus] Ab humanitate alienus
ac rusticus, quoniam ignorat quid postulet locus, & tempus.
[Sed ea quæ] Non opus, inquit Cic. de his præcipere, & mone-
re, quæ manifesta delicta sunt, & ab omnibus facile cognoscun-
tur, sed de his quæ parua uidentur, & cum ignosci ab omnibus
nequeant, facilè trahunt homines in errorem specie quadam
recti. unde diligenter singula consideranda sunt, & id uitãdum
quod in alijs turpe est ac indecorum, & doctos consulere debe-
mus, quorum consilio ad uirtutem ac decorum dirigamur. [Di
screpant] Aliena sunt. [Ab humanitate] Ab his morib. quos ho-
mo bene institutus habere debet ab humanitate. igitur à disci-
plina uiuendi, homini data est] Cantet in foro] Quod dedecet,
& ab eruditione, bonisq; morib. alienum est. [Magna peruersi-
tas] Prauitas ĩ moribus, quę sua magnitudine omnibus se ostẽ
dit. [Nec magnopere] Non multum est opus monere, quoniã
patet talia declinanda esse propter apertam turpitudinẽ. [Ne,
quæ à cũ in fidibus, & tibijs aliqua discrepantia est, non cogno-
scitur, nisi ab eo, qui musicen callet, sic actiones aliquid in se
prauitatis habentes, non cognoscuntur, nisi à prudẽtibus, quo
rum consilio uita adolescentiũ formanda est, & regenda. [Pau-

lulum discrepent] Discordent. nam discrepare propriè est diuer
so modo crepare. i. sonare, & crepitũ facere. inde ad multa trans
fertur. A sciente, perito in musicis. [Animaduerti] Obseruari,
cognosci, secerni, notari. in in 4. act. in C. Ver. dicit intellectum
est, animaduersum, quod enarrans Asconius Pædianus dicit. In
telligitur aliquid argumentis. Animaduertit sensibus, præser-
tim animo utẽtibus. ergo plus est animaduersum quam intel-
lectum. [Sic uiuendum] Itaq; inquit, uiuendum est, ut uita nõ
discrepet, sed omnia inuicem congruant, & ordo seruetur ac
modus, ut fiat ille actionum concentus, qui est maximè è na-
tura, & uita constans in officio perseueret. [Sic] Vt fit in nume-
ris musicis, & motibus inter se non discrepantibus. [Vel multo
magis] Quam in fidibus, & tibijs maior cura adhibenda est in
actionib. uitæ, quam in ipsis numeris. [Quo quanto maior est
contentus actionum. i. conuenientia, ut nullo modo à ratione
discrepent, sed loco, tempori, & personæ conueniant. [Maior]
Quantum ad se. [Melior] Ad nostrum commodum, & dedecus.
[Concentus.] Conuenientia, perstat in translatione sonorum,
melior, inquit, est, & præstantior conuenientia ipsarum actio-
num, quam sonorum, & ideo maior cura est adhibenda, ut nul
la in ipsis discrepantia sit. [Vel minima] Etiam minimas discre-
pantias, quoniã callẽt artem. Vel etiã minimos errores. [Acres]
Acuti, uehementes, attenti. [Vitiorum] Eorum quæ sint cũ ui-
tio, & præter decorum [Magna ex par.] Ex paruo signo magna
cognoscimus, uultus .n. obtutus oculorũ, & alia signa iudicãt
esse moribus nonnulla, quæ latent, & incognita sunt, in quibus
signis, & gestibus aliquid fit, quod dedecet. Vnde in singulis ca-
uendum est, & multo magis ne animus peccet, qui per signa ex
trinseca se aperit. Obtutu, aspectu in aliquem defixo. [Remis-
sione] Dilatatione, aut cum contrahũtur supercilia, aut depri-
muntur, aut attollũtur, & hoc est cõtrahere, & remittere. [Hila
ritate] Lætitia. [Contẽtione] Eleuatione. i. cum uocem attolli-
mus. Cum omnia, inquit, supradicta uiderimus, cognoscemus,
si experiẽtiam habebimus quid aptè fiat, & cũ decoro. [Quid à
natura] i. à ratione naturæ dissentiat. nam respicere, ridere &
similia eo modo facere oportet, ut à natura non recedat. Risus
non semper uituperatur. Risus, inquit Cic. alibi, sedem habet in
aliqua deformitate ac turpitudine, quæ cũ in alijs demõstrant̃,
urbanitas, cũ ipm dicẽtẽ recidũt, stultitia uocat̃. [Quo in gñe]
eorũ. i q̃ uituperant̃ cũ nõ aptè fiũt, à naturaq; recedũt. [Nõ ẽ
incõmodũ] Imo vtile est iudicare ĩ alijs quale sit vnũqđq; supra
dictorũ, ut nos cauere possim⁹, si aliq̃d p̃ter decorũ fieri cogno
scimus. Nã magis deprehẽdimus errores aliorũ, quã nr̃os. Vñ
magistri cũ discipulos rep̃hẽdere volũt, eos imitant̃, ut discipuli
uidẽdo cognoscãt, quã dedeceat id, in quo rep̃hẽdunt̃. Quapp̃
r̃ndit; si ebriosorũ mor⁹ sibi añ oculos ponat. Et Plato ebrijs, &
ĩ facis p̃cipere, cõsulereq; solebat, ut in speculo vult⁹ inspicerẽt;
suos, vt uisa deformitate, uitia fugerẽt. Et Lacedęmonij seruũ
ebriũ ĩ cõspectũ filiorũ adducebãt, vt ipsi turpitudinẽ ebrieta-
tis ĩspicerẽt, & ea abstinerẽt [In alijs] qm̃ vnusq̃sq; sibi placet, iõ
suos errores nõ facilè iudicat. Pauci.n. in seipsos descẽdũt, diligẽ
ti⁹ inspiciẽtes aliena peccata quã sua. Vñ dicit Sen. Aliena uitia
in oculis habem⁹, à tergo nr̃a sunt. [In discẽdo] Dũ discit̃. [Quo
rũ] i. discipuli quorũ uitia magr̃ representat cã emẽdandi, uisa
deformitate uitij, qđ illi imitant̃, ad irrisionẽ facillimè corrigũ
tur, cũ uitia planè discernãt, [Emẽdãdi cã] ut discipuli emẽdẽt.
[Nec uero alienũ est] Monet cõsulẽdos esse uiros usu p̃itos; ne
locus pęnitẽtiæ relinquat̃. Nã si cõsilio prudẽtũ uoluerim⁹ uti,
nũq̃ errabimus, & mediocritas ipsa retinebit̃, q̃ ipse prudẽs dif-
finit, & statuit, Philosoph⁹ in 4. Eth. sic ait, atq; cũ magnis de re
b⁹ deliberare uolum⁹, sumim⁹ alios ad cõsiliũ, diffidẽtes nobis-
ipsis tãq̃ nõ sufficiẽtib ad discernẽdũ. [Nõ est al.] Imo cõducit
ut singula, & minima errata cognoscãt̃. [Quæ afferũt dubitatio
nẽ] De q̃b. dubitat̃, an ĩ offõ sint. [Doctos] doctrina p̃stãtes. [Vel
usu. [Ex p̃iẽtia rerũ. [Exq̃rere] Diligẽter p̃cõtari q̃d illis uideat̃
agẽdũ, & q̃d fugiẽdũ tanq̃ turpe. [De unoquoq; gñe officij]
oib. actionib. q̃ officiosæ debẽt ẽẽ, & cũ uirtute ac mõ. Maior.n.
pars] rõ quare debem⁹ uti cõsilio prudẽtũ. qm̃ maior pars hoiũ
seq̃t̃ ĩclinationes naturales. Vñ opus est, vt prudẽtiores cõsula-
mus, ne sequẽtes, aliquid, ad qđ natura inclinamus, errem⁹. ali-
qui tñ sunt, q̃ naturæ inclinationes nõ sequunt̃. iõ dixit maior
pars. pauci.n. hñt talẽ prudẽtiã, & mẽtis robur, ut naturã emẽ-
dẽt. Vir prudẽs nõ defert̃ aliq̃n ad id, ad qđ à natura deducit̃, q̃
ĩterdũ vitiosa ẽ, & corrupta, q̃ si seq̃remur, discederem⁹ ab offõ,
quod

quod forte nō cognoscitur,cū ad id inclinationes naturales ha
beamus ; & nihil potest esse officium,quod à bona natura di-
screpat.Vnde Diogenes finem statuebat rationi rite obtempe-
rare in eis eligēdis,quæ secundū naturā sunt.Chrysippus intel-
ligit cōmunē , & propriā humanitatis naturam,cui cōgruere
oporteat.Cleātes cōmunē tātū naturā suscipit,quā sequi opor
teat,cū propria interdū uitiosa sit,& corrupta.Cōsulere igitur
debemus doctos uiros , & usu peritos,ne erremus. [In quib.]
Reb.dubijs de quib.doctos consulimus.[Quid sentiat]quid ha
beat in animo.multi.n.dicūtur aliquid esse agendū , tñ animo
nō ita sentiūt.Ideo considerandū est quid quisq; nō modo lo-
quatur,sed etiā sentiat,ne adulationib.& assentationib. ad pra-
uas actiones deducatur.[De qua cā]qm̄ si de astrologia vult tī
bi iurisperitus cōsulere,errabis cū eo, quippe astrologiā is non
callet,& sic de similib.Vnde oportet de aliqua re illos consule-
re,qui iudicare pñt,& sciunt,& probat cōparatione artificum
nos debere aliorū iudicio multa facere,& male facta emēdare.
Apud græcos dicebatur , Quam quisque norit artem in hac se
exerceat. Et ēt in illos prouerbiū erat,qui quod ignorarent,iu
dicabāt:Supra crepidam iudicare nolito.[Vt hi qui signa fabri-
cāt]vt sculptores statuarij. signa dñr opera expressa,& sculpta,
ut statuæ,vasa ἀνάγλυφα, & alia signa,quæ extant.tabulæ solū
pictæ sunt sine aliqua expressione formarū,à signo dicitur sigil
lū ꝑ deminutionē.Idē in iii.de or.ipsa necessitas fabricata est ,
& Nonius affert hunc Cic.locū,ut hi qui signa fabricant.[Veri
poetę.]Qui poeticam ipsam optimè callent.[A vulgo]Vt facie
bat Apelles, auctore Plin. qui tabulas pictas transeuntibus ꝓ-
ponebat , ipse post tabulas latens intelligebat , quæ uitia re-
prehenderentur à singulis, vt postea emendaret.Sutor accedēs
opus notauit,quod crepida pauciores ansas haberet . quod vi-
tium Apelles emendauit. Et Silius Italicus poeta insignis iudi-
cia auditorum sæpe numero recitationibus expertus est. [Se-
cum]Intra se,& loquendo cum alijs, sic in ipsis actionibus agē
dum est,vt aliorum iudicio uitia corrigantur. [Quæ uero mo-
re aguntur]De his non est præcipiendum , inquit Cice. quæ in
ipsis ciuitatibus instituta sunt. quoniam patet omnibus obser
uanda esse,nec aliquis contra publicum morem ciuitatis aude
re debet,& in hoc non debemus uiros claros imitari , qui diui-
na quadam scientia hoc consequebantur,ut contra morem ci-
uitatis loqui possent.Instituta.n.urbium obseruari debent.Vn
de dicit Sen.Non conturbabit sapiēs publicos mores,nec popu
lū in se nouitate uitæ conuertet.[More]cōsuetudine.Ciuilib.]
Alicuius ciuitatis.[Illa ipsa]Instituta,& mores sunt quædā præ
cepta,quæ ab omnibus obseruari debēt,ergo de his non opus
est præcipere.Accusauit Melitus Socratem Sophronisci filium,
quod iura uiolaret dicens , Quos ex maiorū instituto suscepit
ciuitas deos esse non existimās ,alia noua dæmonia inducēs,cō
tra ius itē,& fas iuuenes corrūpit.Dānatus igitur fuit Socr.qđ
nouā religionē induceret contra vetus ciuitatis Athenarum in
stitutū.Cato censorius,auct.Plut.Socratē loquacē, & uiolentū
hominē appellabat,qui cū in patria sua plus posse affectaret,q̄
leges paterentur,priscos mores,& ueteres consuetudines anti-
quare, ciuesq; suos ad cōtrarias priscis institutis opiniones tra
ducere molitus est.Sed crimina Socrati obiecta à duob. eius di
scipulis Plat.in apologia,& Xenophonte quatuor illis uolumi
nib.de dictis,& factis Socratis memoratu dignis penitus diluū
tur.Aristippus Socratis discipulus Cyrenaicus primus Socrati-
corū mercedem doctrinæ exegit,& quæstu philosophatus est ,
& uoluptati patronum se præstitit contra morem ueterē . po-
suit.n.summū bonū in voluptate,quæ maximè sensum moue-
ret,& à suo præceptore Socr.desciuit, qui in uirtute summum
bonū statuerat.Cū obijceret Aristippo , qđ Laidē meretricem
haberet,respondit hoc melius est,quā vt illa me habeat. [Con
tra morē]Consuetudinē,qm̄ Socrates nouā religionē introdu-
cebat cōtra mores,& instituta ciuitatis,& Aristippus uolupta-
ti omnia tribuebat,& quæstui philosophiā habere cepit,& eius
domū meretrices frequentabant.[Diuinis bonis]Sūma doctri
na,quæ est diuinū quoddā bonū.Interrogatus Aristippus quid
interesset inter doctum,& indoctū,respondit. Mitte utrunque
ad loca ignota,& cognosces [Cynicorū ratio] Refellit rationē
Cynicorū,& vitæ institutū,qui uolebāt,ut oīa fierent ad libidi
nem.i.secūdū appetitū,& nullā uerecundiæ habebat rōnē,qua
neglecta,& remota nil qđ hoīs præstantiā deceat fieri potest,
nec potest aliquid esse honestū , quod uacet pudore . Apollo-
dorus tamen in moralibus dicit,Cynicam sectā esse ualidam,&
celere ad uirtutem uiam,hanc sectā Stoici uolunt sapiētes am
plecti,à quib.Cic.dissentit,agens uerecūdiæ partes,sine qua ni-
hil cum laude uirtutis,& honestatis fieri poterit.Quid loquar,
inquit Lactantius,de Cynicis,quib.in propatulo coire cū cōiu
gib.mos fuit?quid mirū si à canib.quo cū uitam imitātur,etiā
vocabulū nomenq; traxerunt?[Eos autem]Supradicta,inquit
sine consultatione obseruare debemus, & illos colere,qui pro-
batissimi sunt,& sic præcipit quib. adhærere debeamus, ipsorū
consilio niti.[Perspecta]Cognita propter res gestas cū uirtute.
[Magnis]quas ipsi gesserunt,vt magnanimi. [Bene sentiētes]
Bonā habentes mentē erga rēp. non affectantes tyrānidem , &
seditiones,ab illis fugere debemus, qui nō student cōi liberta-
ti,& utilitati.Ac benemeritos,qui pro rep.multa fecerūt,impe
rium auxere,& benemeriti sunt. [Aut merentes] In præsentia
aliquid pro rep.facientes.[Aliquo hon.] Magistratu . Aut ali-
quo loco insigni.[Aut imperio] ut illi qui præsunt exercitui ,
militiæ & vrbibus. Obseruare est quadam admiratione aliquē
uirtute præditū uenerari, Colere est plusquā obseruare.hoc.n.
est tantū ad homines,colere etiā ad deos,ergo obseruamus,vt
hominem:colimus,vt deū siue diuū hominem, ut Lacones di-
cere cōsueuerunt cū aliquē summis laudib. celebrare uolebāt.
[Multum tribuere]magnā habere rōnem senectutis i.ipsos se-
nes valde obseruare debemus,& venerari.Habere delectū, face-
re differētiam inter ciuē,& peregrinū , & vnicuiq; quod illi de-
betur tribuere.[In ipso quoque per.]Debemus.f. habere dele-
ctū,priuatim ne causa sua an publica uenerit.[An pub.] an no
mine principū,& alicuius rei missus sit, ut sunt oratores , qui
publicam personam referūt. Vnde maior illis debetur honor ,
quàm his peregrinis,qui sua causa uenerunt,& in aliena ciuita
te peregrinantur.[Ad summam]concludit Cic. nos debere cō-
munem humani generis consociationem colere, & tueri,& sic
apparebit iustitia,quæ est ad conseruationem generis huma-
ni.[Ad summam]Deniq; tandem,ne de singulis disputē,qm̄ ni
mis produceretur oratio.[Ne agam]Ne disputē.[Consociatio
nem]Vt homines inter se ineant societates duce natura curan
dū est.qm̄ homo est animal sociabile,& societas in mutuis offi
cijs colenda est,vt vltro citroq; collatis beneficijs humana socie
tas conseruetur.[Colere]Amare.[Tueri.]Defendere, & conser
uare,si iusti esse uolumus, & de humana natura benemeriti .
TALIS est igitur &c.]Vt in oratione ordo seruatur,& id cu
stoditur ne simus posteri,ita fieri in uita debet, quidquid agi-
mus semper danda opera est,ut ordo seruetur.[Constāti]Quæ
non peruertit ordinem,sed ut proposuit ita exquiritur. [Tum.
pe.n.]exēplo ostendit , qūo contra hanc scientiam sæpe pecca-
tur. res autē per se patet.Pericles optimus fuit,& philosophus,
& orator,summus etiam Atheniensium dux,quorum rēp. an-
nos 30.gubernauit auct. Trogus . Sophocles poeta fuit Athe-
niensis diuinus,ut Cic.scribit lib.de Diuin.[In prætura]Prætor
res erant,& castra aduersus Lacedæmonios posuerant. [Athle-
tarum]Virorum certatorum ad quos spectandos cum certant
stadio multi adolescentes confluunt.athleta græcum est latinè
dici potest certator,pugil. [Tanta est uis loci] Erant.n.tunc in
castris,& bellum gerebant.[Vt siquis &c.]Qui ambulans cogi
tabundus secum loquitur solet reprehendi , sed causam actu-
rus non reprehenditur,idem si in cōuiuio quis facit , maxima
reprehensione non caret. [Sed ea,quæ multū] Alia inquit ui-
tia,& peccata,quæ contra ordinē,locū,& temporis opportuni-
tatē cōmittuntur,manifesta sunt,quorū exēplum subijcit,quā
uis nihil de ipsis præcipiendum censet.Manifesta.n. facilè uitari
possunt,obscura nō ita,& sæpe accidit,vt parua uideātur, quæ
magna sunt.[Ab humanitate]A rōne, q̄ propria est hominis ,
ut decorū seruetur in eo,qđ est cōsentaneū naturę nostræ.[Vt
siquis &c.]Hoc per se manifestū est,nō seruare decorū,eos qui
in foro cantant, aut mingūt,quod Cynici faciebāt.[Et præce-
pta &c.]quia nota per se sunt.[Diligētius]Quoniā parua sunt,
& non facilè multitudine discernuntur. [Vt.n.in fidibus &c.]
Quemadmodū in paruis delictis, quæ non facilè discernuntur
adhibenda diligentia sit.Similitudine ostendit,ut inquit Citha
rædus,cum carmen ceperit, si non nihil manus oberrauerit, fa-
cilè à peritis auribus uitium percipitur.Ita nēm uitium facilè à
doctis cōprehenditur,si à decoro aliquid discesserimus . [In fi-
dibus]Citharæ genus fides est, dicta q᷑ tm̄ inter se chordæ eius
quātū inter hoīes fides cōcordēt, cui⁹ diminutiuū fidicula est.
auctor Pōpeius.[Tibijs]Quarū[auct. Varrone] multæ fuerunt

Fides. Fidicula. Tibiæ.

apud veteres ſpecies,ſerranæ,Phrygiæ,pares,imparet.[Paulum diſcrepent[oberrent,& diſſonent.[A ſciente] A peritiſſimo artis,non autem à quouis.[Multo ẽt magis &c.]Argumẽtum eſt à minori ad maius,ſi in fidib.diligẽtem operam damus ne ,vel minimum erremus, multo id diligentius in uita facere debemus.[Quo] Quanto. [Itaque vt &c.]Similitudo eſt ab eodem ſumpta artificio,vt inquit,diligentes aures, vel minimos errores in fidibus comprehendunt,ſic nos,ſi diligenter animaduertere uoluerimus, & parua vitia cõprehendemus, & ex paruis magna colligemus.[Ex oculorum obtutu] Declarat quomodo vitia magna eſſe intelligemus, quæ tamen parua videntur.

Obtutu. [Obtutu]Eſt obtutus,cũ fixis,& immotis oculis aliquid ſpectamus.hoc paruũ uitium videtur.ſ.aliquid fixis nos oculis intueri,ſed tamen magnum intelligitur. Nam ex eo obtutu magnũ aliquid,& grande facinus cogitare intelligimur.Cogitabundi, & irati hoc facere ſolent.Nam Virg.ait,Diua ſolo fixos oculos aduerſa tenebat. Idem.Hæret.obtutu defixus in uno.[Superciliorum]Ira ſupercilia contrahũtur, lenitate, & animi quiete remittuntur.[Remiſſione]Cũ ſumus trãquilli. [Cõtractione] cum ſumus perturbati, & ex remiſſione ergo placabilitatẽ, & lenitatem,ex contractione iram colligimus,vel ſuperbiam. Supercilia infra frontem poſita ſunt,ſic dicta,ꝙ ſiat ſupercilium, quod eſt extremũ genæ ſuperioris,vt ſcribit Plin. lib.ij. his annuimus,& negamus. pro faſtu, & ſuperbia poſuit Iuuen.Si cũ magnis virtutibus affers grande ſupercilium.[Mœſtitia] Quæ nimij doloris ſignum eſt. nam à mœrore dicitur, qui eſt ægritudo ꝑmẽs.[Hilaritate] Quæ eſt ſignum nimij,& immoderati gaudij, cum geſtimus.[Ex riſu]qui eſt ſtultitiæ ſignum. Nã ut Catulus ait, Riſu ſoluto nihil ineptius.[Locutione] Loquacitate,quæ audacem nimium,& petulantem ſignificat.Et nimiũ quidẽ loqui ſtultitiæ aſcribitur,vt nimium reticere, timiditati aũt ruſticitati, ſemper ſeruanda eſt mediocritas. Qui ſunt, & futiles,& importuni locutores, quiq; nullo rerũ põdere mixti verbis humidis,& lapſantibus defluunt, eorum orationem bene exiſtimatum eſt,ut ait Gellius,in ore naſci, non in pectore, in quod vitium multis in locis inuectus eſt Cic. quod effugere qui uolet,Gellium legat,qui lib.j.Noct.Attic. in uanos hoĩes, & loquaces multa dicit.[Reticẽtia]Cic.in diſertam dicit,ſe malle prudentiã,quã ſtultam loquacitatẽ.Si alterutrum eligendũ ſit,reticentia aũt nimia timiditatẽ,vel imperitiã ſignificat.[Cõtentione]Quo iracũdia cõprehenditur. [Submiſſione] Ex qua lenitas manſuetudo,aut humilitas colligĩt. [Ex ceteris] Geſtibus.[A natura]Humana ratione.[Nõ eſt incõmodũ &c.] Hæc Cic.ait diligenter in alijs aduertenda eſſe, ut quæ in alijs nõ ꝓbamus,ea non faciamus,& contra,quoniam ita à natura comparatũ eſt,ut facilius,quæ in alijs vitia ſunt cernamus,quã quę in nobis.Vnde ait Perſius,vt nemo in ſeſe tentat deſcẽdere nemo.Sed præcedenti ſpectatur mãtica tergo.Et Cat Suus cuiq; attributus eſt error,ſed nõ uidemus mãticę, quæ in tergo eſt. Itaque &c.[Cum magiſter] uitium quod ex diſcipulo eſt, corrigere vult,illud in alio eſſe fingit,vt vitium ſuũ in alio uidens diſcipulus erubeſcat,& ab illo abſtineat. Lacedæmonij temulentos ſeruos in filiorũ conſpectu producebant,ut uidentes, q̃ per ebrietatem turpia fierẽt,eam euitarent. [Nec uero al.&c.] Nunc admonet,ſi quæ ſunt de quib. dubitemus ut doctos uiros uſu peritos interrogare debeamus,& quod illi ſuaſerint,facere, hoc ſi egerimus nunquã errabimus,exempli gratia, dubitamus nos deceat ne matronã ſaltare in conuiuio, & nuptijs, Sal.conſulimus,qui Sẽproniam dicit ſaltaſſe elegantius,quàm deceret,probam,ex quo intelligimus licere matronæ ſaltare in cõuiuio,& nuptijs,ſed non nimis eleganter,& artificioſè.[Doctos]per ſe qui ſciũt,& multarũ rerũ cognitionẽ habent,quam lectione ſunt aſſecuti,ẽt ſi nõ exercuerũt.Nã vſu periti nõ ſolũ ſciũt,ſed ẽt exercuerũt rẽ [Maior.n pars eorũ &c.]rõ eſt cur facere id debeamus,ut doctos,& uſu peritos conſulamus, quoties aliquid id accidit, de quo dubitemus, quoniam maior pars hominum eo deferri ſolet quo naturalis inſtinctus deducit, ergo periculum eſt ne in errorem incidamus, ſi noſtro appetitui ſatis fecerimus, & propterea conſulere doctos, & uſuperitos nos cõuenit.[A natura ipſa]Quã debemus ſequi, ſi uitioſa non ſit,ut ſupra eſt dictũ,nec accipiat naturã illã generalẽ,in qua generale decorũ ſpectaĩ,ſed particularẽ,in quã ſpeciale decorum cernitur.illa.n.priorem tanquã ducem ſequi ſemper debemus,quoniam ad virtutem ducit,hæc poſterior plerũque corrigẽda eſt,quoniã uitioſa eſt.[In quib.&c.]admonet ne ab ijs,quos cõſulimus,decipi nos ſinamus.multi.n.aliud loquũtur,aliud ſentiũt,& ſæpe ea dicũt,quę placitura arbitratur. exẽpli gratia.aliquis ita delectatur uenatione,vt rei familiaris obliuiſcatur,conſulit aliquẽ rectè ne faciat, ꝙ uenationẽ ſequaĩ, & nemini omnino faciat iniuriã, qui conſulit hoc,aut probat, aut improbat,qui conſiliũ petit nõ debet cõtentus eſſe,ſed cur hoc,vel illud ſentiat quærere. [Quid quiſque loquatur] multi .n. qđ uerũ nõ eſt,ſed qđ placiturũ putãt loquũtur,& ij pernicioſi aſſentatores ſunt.[Quid ſentiãt]In animo. [Vt.n. &c.]ſimilitudo eſt optima,qua oſtẽdit plurima nos nõ noſtro, ſed aliorum iudicio facere debere.[ij qui ſigna fabricantur] Pictores,culptores,ſtatuarij.[Veri poetæ]Nõ autem mali,& inepti. Qui dum iudicia omniũ formidãt,ponere poemata ſua penſitanda in propatulo nõ audẽt.[Iiq; pictores]ſculptores, poetæ. [Quæ uero more &c.& dixit de his quæ docti,& periti hominis ſunt agenda iudicio.Nunc de his dicit,quæ more ciuili,& inſtitutis agenda ſunt.quib nihil eſſe præcipiendũ dixit,qm̃ mores, & inſtituta ciuilia ipſa præcepta ſunt,de præceptis autẽ præcepta dare ſuperfluũ eſt.[Ne quẽquã]Occurrit obiectioni, diceret.n.quiſpiã.dicis agendũ,ut ciuilis mos,& inſtituta præcipiũt in his quæ ad ciuilitatẽ ſpectãt. Quid dices, ſi philoſophi aliqñ cõtra ſenſerint,& aliter egerint,ut Socrates,& Ariſtippus?alia inquit,ratio eſt philoſophorũ,qui ſunt ſummi uiri, alia ciuiũ. Socrates accuſatus eſt ab Anyto Lycone Aemelito,ꝙ deos non exiſtimaret, quos ex inſtituto ciuitas Atheniẽſis ſuſcepiſſet, & noua dæmonia induceret,cõtra ius,& fas iuuenes corrũperet, iura uiolaret. Ariſtippus auditor Socr. genere Cyrenarcus aſſertor uoluptatis fuit.[More,& inſtitutis] His duobus conſtat gubernatio reip. Vnde eſt ad Heren. Quæ res ad uſum ciuilem morib.& legibus cõſtitutæ ſunt [Magnis] Ratio eſt cur liceret Socrati,& Ariſtippo facere aliquando contra morẽ,& inſtitúta ciuilia,quoniã hoc eorũ eximiæ uirtuti tribuebatur. Socrates ſubiecta cruribus arundine cũ pueris aliquando ludebat.[Cynicorũ]Multis in reb philoſophorũ præcepta ſequi debemus. Sed Cynicorũ rõnes de quibus ſup.diximus, penitus reijcere. Sunt enim uerecũdiæ hoſtes cum oĩa aperte dicere,& facere in publico ſuaderent [Eos aũt] ad ordinẽ hoc ſpectat, ut primo quidem benemeritorũ,vel benemerẽtiũ, deinde ſenectutis, & magiſtratus,poſtremo ciuis,& magiſtratus rõnẽ habeamus,vt ſuũ cuiq; tribuamus. Sic aũt ſuperioribus cõnectitur. dixerat n. ſic agẽdũ,ut ab ijs probaremur,cũ q̃bus uiuimus. Viuimus aũt cũ benemerẽtibus de rep.ſenibus,magiſtratus,ciuilibus,peregrinis.[Peeſpecta]Cognita,& reprobata.]Benemeritos]q̃ iuuarũt rẽp.[Benemerentes] qui iuuãt.[Aliquo honore &c.]aliquo magiſtratu,aut exercitus ꝑfectura [Obſeruare]Venerari, colere,aut frequentare, aut amare. [Tribuere etiam &c.] hoc ueteres Rom. factitaſſe certum eſt. Nã qđ Val.Max.ſcrib.ſenectuti iuuẽtus ita cumulatũ,& circũſpectũ honorẽ reddebat,tãquã maiores natu adoleſcentũ cões partes eſſent Et ſenatus iuuenẽ aliquẽ ex patribus cõſcriptis,aut ꝓpinquũ, aut patrium amicũ ad curiã deducebãt,affixiq; ualuis expectabant, donec reducẽdi ẽt offõ fungerenĩ.[Habere delectũ &c.] Aliud.n.officiũ ciui aliud peregrinis tribuiĩ, & peregrino ciuis anteferẽdꝰ eſt.qđ aũt ad peregrinũ ꝑtinet, illud animaduertendũ eſt priuatim ne an publicè uenerit,quoniã ſi publicè venit,ẽt ciui eſt anteponendus.[Ad ſummã]Vt ſummatim,& bꝛ̃ dicam, & poſt ſpeciẽ genus ponit.[Conciliationẽ]Societatẽ, & concordiam. [Colere]amare.[Tueri]Defendere.[Seruare]Quos defenderis.

Similitudo.

Ad ſummam.

TALIS eſt igitur &c.]Deſcribit ordinẽ actionũ cũ decoro dicẽs.Igitur q̃ a.ſ.de ordine loquendum eſt,ordo actionũ adhibendus.i. qui adhiberi debet eſt talis.ut quẽadmodum omnia ſunt apta inter ſe,& cõueniẽtia in oratione conſtãti,ſic & in uita.Enim pro quia,turpe eſt,& valde vitioſum,inferre ſermonẽ dignũ cõuiuio,aut aliquẽ delicatũ ſermonẽ in re ſeuera. Pericles cum haberet Sophoclẽ collegã.i.cõſociũ in officio.ſ præturа,& hic.ſ.Sophocles. & Pericles conueniſſent, de cõi offõ ſup. tractando,& formoſus puer preteriret caſu.i à caſu, & Sophocles dixiſſet,Pericles[uocatiuus eſt]O puerum pulchrum bene ſup.dixit. At.n.Pericles ò Sophocle decet prætorem habere nõ ſolũ manus abſtinentes à rapina, ſed etiam oculos à concupiſcentia, videlicet, aitque ſi Sophocles dixiſſet hoc idem.ſ ò puerũ pulchrum in approbatione athletarum.i.iuuenum ſe exercitantium in lucta, ipſe caruiſſet iuſta reprehenſione, quia tunc uiſus eſſet commendaſſe pulchritudinem membrorum propter idoneitatem ad certamen, quam tunc propter libidinem

Superci-lia. Mœſti-tia. Mœro-se.

dinem approbasse putabatur. Tanta uis est,& loci,& temporis, vt si quis cum sit acturus causam, ipse meditetur secum in itinere, aut in ambulatione, aut si cogitet, quid.i. aliquid aliud, non reprehendatur, at.i. sed si faciat hoc idem .i.si meditetur secum aut cogitet attentius, ipse uideatur inhumanus .i. bestialis,& conueniendi, quod hominum est, nescius, inscitia.i. ꝓpter inscitiam temporis, sed ea quæ discrepant multum ab humanitate, vt si quis cantet in foro, aut si qua.i.aliqua magna peruersitas.s.officij est sup.in eo, apparent.i.eminent facilè, nec desiderant magnopere.i.multum necessario admonitiones, & præcepta. Autem pro sed ea, quæ uidentur esse parua delicta, neque.i.& quæ non possunt intelligi à multis, ab his.i.huiusmodi est declinandum. etiam diligentius.i. aliquantulum diligenter, ut.i.sicut in fidib.i.chordis musicis, aut in tibijs, quamuis discrepent paulum i.modicum, tamen id solet animaduerti i. reprehendi,& notari a sciente.i.perito artis, sic.i. eodem modo uiuendum est, ne fortè quid.i.aliquid discrepet in vita, vel etiã multo magis, tanto supple quo.i.quanto contentus.i. concordia,& conformitas actionum, est maior,& melior, quàm sonorum. Itaque vt.i.quemadmodum aures musicorum sentiunt.i. percipiunt fidibus i in fidibus hoc est chordis, vel.i.etiam minima.i.minimas discrepantias, sic nos si uolumus esse acres ac diligentes iudices,& animaduersores.i. punitores, & uindices uitiorum, intelligimus sæpe magna ex paruis, verbi gratia, nos indicamus facilè ex obtutu oculorum, ex remissione.i. extẽsione, aut contractione superciliorum, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contẽtione.i. eleuatione uocis, ex summissione.i.suppressione vocis.& ceteris similib. quid eorum fiat apertè,& quid discrepet ab officio,& natura. In quo genere eorum.s. quæ uituperantur non est incommodum iudicare ex alijs quale sit quidquã quodlibet eorum. vt si quid deceat in illos, ipsi.i.etiam nos uitemus. Enim pro quia, fit.i. contingit nescio quo modo nos cernamus melius in alijs quam nosmetipsis si quid delinquitur. Itaque hi sup. s. discipuli quorum uitia magistri .i. præceptores morum imitantur.s. simulat cã emendandi.i.ut emendent eos, corriguntur facillimè. Verbi gratia, si discipulus ineptè loquitur,& præceptor idem faciat, ad reprehensionem illius discipulus facilè corrigitur, quia quod in se non uidit dedecere, in præceptore uidet. nec uero est alienum .i.impertinens, & abhorrens ab officio adhibere homines doctos, uel etiam usu peritos ad eligenda, hoc est ad eligendum inter ea quæ afferunt dubitationem,& exquirere quid placeat his.s.doctis,& peritis de uno quoque genere officij. Enim pro quia, maior pars.s.hominum solet referri eo.i.ad quid faciẽdũ, quod.i.ad quod deducitur ab ipsa natura. In quibus sup. rebus uidendum est, non modo.i.non solum quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat. Enim pro quia, vt.i.quemadmodum pictores,& hi qui fabricant signa i effigies in ære, aut alio metallo,& etiam ueri poetæ uolunt suum opus considerari à vulgo.i. à multitudine, vt si quid sit reprehensum à pluribus, id corrigatur, que pro & hi.s.artifices, & poetæ exquirunt secum.i.inter se,& cum alijs quid in eo, quod.s. fecerunt sit peccatum.i.erratum, sic permulta.i.valde multa sunt facienda, & permulta sunt non facienda,& immutanda, & corrigenda nobis iudicio.i.ad iudicium aliorum. uero pro sed, nihil est præcipiendum de his, quæ aguntur: more.i consuetudine. Enim pro quia, illa ipsa quæ aguntur.s.more,& sunt præcepta: nec oportet quẽquam duci hoc errore, ut si Socr. aut Arippus fecerint quid, contra morem,& consuetudinem ciuilem, ue pro uel, locuti sint, arbitretur idem licere.i.licitum esse sibi, Illi.s.philosophi maximi consequebantur hanc licentiam.i. licentiõsam, & non regularem auctoritatem noua moliendi, magnis & diuinis, & bonis.s.doctrina,& eruditione plusquam humana. Vero pro sed, ratio Cynicorum, quæ est contra naturalem uerecundiam est tota ejicienda.i.explodenda. Enim pro quia ipsa est inimica uerecundiæ, sine qua nihil potest esse rectum, nihil honestum. Autẽ pro sed, nos debemus obseruare,& colere eos, quorum uita est perfecta.i.clarè cognita in rebus honestis, atq; magnis sentientes bene, aut bene meritos, aut merentes bene de rep.& affectos aliquo honore,& imperio. Nos debemus etiam tribuere multum senectuti,& credere.i.locum dare his. qui habebunt magistratum, habere delectum.i.discrimen,& discretionem ciuis, & peregrini.i.externi, & habere delectum quoque .i.etiam in ipso peregrino: ne, pro, an uenerit priuatim, an publicè.i.an propria auctoritate fretus, an honore fuit gens. Ad summam.i.summatim dicam, ne de singulis agam, nos debemus colere tueri,& seruare conciliationem,& consociationem hominum communem totius generis humani.

ARGVMENTVM.

Quæ artes, & qui quæstus sordidi, qui contra liberales

IAm, de artificiis,& quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint hæc ferè accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorũ,& fęneratorum. illiberales autem & sordidi quæ siue mercenariorum, omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. est.n. in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant. nihil.n. proficiunt, nisi admodum mentiantur. Nec uero quidquàm est turpius uanitate. opificesque omnes in sordida arte uersantur; nec uero quidquàm ingenuum potest habere officina; minimèque artes hæ probandæ, quæ ministræ sunt uoluptatum; cetarij, lanii, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius: adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hæ sunt iis, quorum ordini conueniunt, honestæ. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna, & copiosa, multa undiq; apportans, multis sine uanitate impatiens, non est admodum uituperanda: atque etiam, si satiata quæstu, uel contenta potius. ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros, possessionesq; contulerit. uidetur iure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius. de qua quoniam in Catone Maiore satis multa diximus, illhinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

IAm, de artificijs] Vtitur Cic. transitione,& captat attentionẽ proponens se dicturũ de artificijs, & quæstibus, qui sunt liberales, quiq; sordidi,& indigni homine libero. [Quæstibus] Lucris,& artificio lucrãdi. [Artificijs] i.rationibus,& qualitatibus artiũ. [Liberales] Digni libero homine,& ingenuo. [Sordidi] Illiberales, & auari. [Hoc accepimus] Intelleximus hoc esse dictũ à maioribus ferè, dicit, vt vtatur mediocritate, fortè plura acceperat, sed non erat opus omnia recensere. [Qui in odia incurrunt] Quoniã odio habetur vsura cum sit contra naturam, ut dictum est, quoniã numus numũ parit. Plat. in v. de leg. sic pcipit: Nemini liceat fęnerari,& si quis in fœnus acceperit, ne usurã, nec fortẽ reddat, Non oportet quenquã in nostra ciuitate illiberali quęstui incũbere, neq; mechanicum,& infame lucrum sectari, quod mores generosos inquinat, neq; existimare ullo pacto uillib. ex reb. & turpibus pecunia cumulãdas. [Vt portitorũ] Portitores dñr qui portus custodiunt, exiguntq; uectigal,& portoria. portus, vt est in libris digestorũ, appellatus est conclusus locus, quo importãtur merces,& inde exportantur, eaq; nihilominus statio est conclusa,& munita, inde agi portũ dicimus. [Illiberales] Indigni homine libero. [Sordidi quæstus] Dicuntur illi, in quibus cõparandis necesse est, vt manus sordeant, & hoc etiam refert ad animũ. sordidiq; dicuntur auari, qui parati sunt ad emẽtiẽdũ, ut aliquid lucrentur. Inde sordes dici dñt parua lucra, cum alteri⁹ iniuria quæsita,& extorta. Cic. in epist. Sordes tuas nouimus in prouincia.i. minima furta,& extorsiones factas, puincia libus p.p auaritiã. [Mercenariorũ oĩum] Plat. in ij. de rep. distinguẽs hoĩum gña dicit: Ministri in urbe q ingenio nõ ualent, nec utiles sunt ad cõsiliũ, & ualẽt uiribus corporis ad tolerandos labores, quas uires ad aliqđ opus peragẽdũ uẽdunt, quod pciũ mercedẽ appellat, mercenarij rite appellant̃. Institores ve-

ro dicuntur ministri emptionum, uenditionum in foro. Ciuitatem uero peragrãtes mercatores appellantur. Hæc Plat. Iust. autem dicit institores illos uocari, qui negotiationib. præponunt. Vlp. ait lib. 13. dig. de institoria actione. Institor appellatus ex eo, quod negocio gerẽdo instat, nec multum facit tabernæ, sit præpositus, aut cuilibet alij negociationi. quicunq; igitur negocio præpositus sit institor appellatur. Labeo ait, Eos, & institores dicendos placuit, quib. vestiarij, vel lintearij dant vestem circunferendã, & distrahendã, quos vulgo circinatores appellamus. sed muliones quis propriè institores appellet? Lydi auctore Herod. lib. 2. primi aureũ argenteumq; numũ percusserunt, & primi caupones institoresq; fuere. [Quorum] Mercenariorũ [Operæ] Labore corporis, cũ non ualeant ingenio, & consilio [Non artes] Ingenia, quoniam tales non valent ingenio, & consilio, ideo ipsorum labores emũtur. Ars est principium rerum efficiendarum, mercenarij operas suas uendunt, non artes [Est.n.] Ratio quia quæstus mercenariorum nõ conueniunt libero homini, quoniam sunt seruiles. mercede.n. conducuntur, ut aliquod opus faciant, & alicui in opera præstanda seruiant. nõ decet igitur liberum hominẽ esse mercenariũ, quoniam versatur in actu seruili [Ipsa merces] Precium, quod accipiunt pro sua opera, quam uendũt. [Auctoramentũ].i. obligatio quædam, & præmium seruitutis. auctorare est aliquem obligare, aut sacramento, aut præmio: & auctoratus dicitur aliquo modo obligatus, & obnoxius. Hora. in ser. Auctoratus eas, an turpi clausus in arca. inde exauctoratus dicitur obligatione solutus. Liu. vol. v. secundi bel. pun. Volonum exercitus, velut exauctoratus morte ducis à signis discessit. Fab. in milite Mariano: Exauctoratas armis manus agresti labori subegit: Auctorati propriè dicuntur conducti, & obligati non simpliciter, sed ad mortem quoq; si casus ferat. Plin. 14. ait: Vites in tãtum sublimes, vt vindemiator auctoratus rogũ ac tumultum excipiat. & idem 26. agens de Theatris Curionis dicit ipsum auctoratum populum R. circunferens. Merces igitur est quidam nexus seruitutis, quoniam ad operam præstandam mercenariũ obligat, & seruum facit ad tempus, serui autem in põtestate dominorũ sunt, quæ potestas iuris gentiũ est, nã apud omnes gentes dominos in seruos uitæ necisq; si causa fuerit, necãdi potestas est, & quicquid per seruũ acquirit, dño acquiritur. Serui ex eo appellati, inquit Iustinianus, ꝙ imperatores iubẽt captiuos uendere ac per hoc seruare, nec occidere soliti, quæ ẽt mancipia dicuntur eo, quod ab hostibus manu capiantur. Seruitia primi inuenere Lacedæmonij. Serui aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris. fiunt autem ex iure gẽtiũ .i. ex captiuitate. seruitus est constitutio iuris genitũ, qua quis dominio alieno cõtra naturã subijcitur. fiunt etiam serui de iure ciuili, cum homo liber maior xx. annos ad participandũ precium se venundari passus est. Philippus rex, inquit Seneca, hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat. Et alibi, Ad finem operis magno auctoramẽto labor peruenit. Et alibi, Nullum sine auctoramẽto malum est, auaritia pecuniam promittit. Et alibi. Auctoramenta sunt seruitutũ aurum, & argẽtum. Merces igitur in ipsis mercenarijs est auctoramentum seruitutis. qm̃ mercenarij ad tempus seruiunt, ut auctoramẽtum consequantur. i. mercedem seruitutis. præmium quæstus igitur mercenariorum, cũ sint seruiles homine libero indigni sunt. Chrysippus dicebat seruum esse perpetuum mercenariũ. [Sordidi] Ignominiosi [Qui mercantur.] Emunt, & hi sunt institores de quib. dictum est. [Nihil proficiunt] Nihil lucrantur, nisi mentiantur se magno precio emisse, & plus æquo laudẽt, id quod vendunt. Mali uiri est mentiri, imprudentis mendaciũ dicere. Vnde institores turpissimi sunt, quia mentiuntur. nihil est.n. turpius vanitate. i. mendacio. [Opifices] Qui faciunt aliqđ opus, vt fabri, sutores, & similes [Sordida] Ignominiosa, & indigna libero homine. [Ingenuũ] Ingenuo homine dignum, Ingenuitas, ut inquit Arist. est uirtus generis, non potest, inquit aliquid fieri in officina, quod deceat ingenuũ hominem, & liberũ. [Officina] est ubi opera fiunt. Taberna ubi res ipsæ uenduntur. [Quæ sunt ministræ uoluptatum] Quæ seruiunt uoluptati ipsius corporis, quæ uituperatur, & indigna est hominis præstantia. [Cetarijs] Sunt qui uendunt pisces. Cetarij dicit Nonius, genus est piscatorum, quod maiores pisces capit, dictum ab eo, ꝙ Cete in mari maiora sunt pisciũ genera, [Lanij] Qui uendunt carnes; à laniando, quoniã laniant animalia. [Fartores] Dicuntur illi, qui faciũt farcimina, ut sunt lucanicæ, & cetera; quæ sunt farta. i. repleta aliquibus condimentis, ut ouis, caseo, & similibus. [Vt ait Ter.] In comœdia, quæ inscribit̃ Eun. [Vnguentarios] Qui uendunt unguenta ad delicias, & luxum. Vnguentarij quondam à loco seplasiarij dicebantur. Pædianus dicit: Platea est Capuę, quę Sepalasia appellatur, in qua unguẽtarij negotiari sunt soliti. [Saltatores] Docent alios saltare. [Ludum tal.] Artem ludendi cum talis. philosophus in 4. Eth. sic ait, Aleatores, fures, & latrones illiberales sunt. turpi.n. uersantur in lucro. omnia nanq; causa quæstus agunt, & sustinent probra. fures, ut lucrentur periculis maximis se exponunt, aleatores ab amicis lucrantur, quibus aliquid oporteret dare. [Quibus autem artibus] Nunc de artibus honestis dat præcepta, quæ plus ingenij habent quam laboris. [Maior prudentia] Quam in supradictis, quoniam in illis requiritur plus laboris ipsius corporis, in his plus prudentiæ, & quibus inest maior utilitas. Seruiles admodum artes sunt, in quibus plurimum conteritur corpus, ut remigeratio. Admodum ignobiles in quibus minimum requiritur uirtutis, & ingenij, ut fossiones agrorum, uinearumque. Illæ autem artes in quib. plus est prudentiæ quam laboris, aut magna utilitas, citra tamen iniuriam aliorum honestæ sunt, sed tamen nõ omnibus cõueniunt. [Nõ mediocris] Magna. [Vt medicina] Quæ multũ ingenij, & contẽplationis requirit, & etiam exercitationis. [Architectura] Architectus is dicitur, qui præest ędificijs faciundis, & illa designat, ingeniumq; exercet, & prudẽtiã, q̃ inter uirtutes morũ, subit rõnẽ architecturæ: Plato in dialogo de regno sic ait: Nullus architectus manuum ministerio vtitur, sed, utentibus præsidet [Doctrina rerum honestarum] Quam possumus cum laude exercere, & alios in liberalibus disciplinis instituere. Non est igitur dedecus, ut quidam calamistris inusti, & unguentis obliti putent alios erudire, imo gloriosum, & hoc beneficium ita magnum est, ut malus conferri non possit, quorum ordini conueniunt, quia non decet principẽ in sua ciuitate mederi, aut esse arthitectum, aut publicè iuuenes erudire, sed quisque eas artes debet exercere, quæ suo ordini dignitatiq; conueniunt. quamuis.n. artes ipsæ honestæ sint, tamen non omnibus cõueniunt, & maximè ipsarum exercitationes. habitus.n. bonarum artium ornant animum habẽtis [Hę artes sunt illis honestæ] quorum ordini conueniunt, ordines sunt in rep. ut ordo senatorius, equestris, & ordo accipitur pro ipsis hominibus aliquãdo, q̃ sunt illius cõdõnis. Vñ in hoc ordine inquit alibi. i. in senatu, & gratiosus apud oẽs ordines. i. apud oĩum ordinũ hoĩes. Ordines hi erãt, Senatus, Eqtes, Tribuni ærarij, scribæ, ingenui, libertini, opifices, serui. [Honestè]. i. cũ laude pñt exerceri, qm̃ nõ sunt sordidæ, & illiberales, q̃ ppe in ipsis plus est prudẽtiæ, & ingenii, quam laboris, & uiriũ corporis. [Mercatura aũt] nũc determinat de ipsa mercatura, q̃ nõ admodũ vituperat̃, si magna ẽ, & copiosa sine mẽdacio, & dẽt tãdẽ canere receptui, & q̃stu satiata q̃escere, ne insatiabilis auaritia potius uideat̃ quã mercatura. & queãdmodũ ex mari se in portũ recipit, sic ex ipso portu dẽt se cõferre ad agros, & q̃escere. [Tenuis] Paucarũ merciũ. [Sordida] ignominiosa, & indigna hoĩe libero. [Magna] Copiosarũ merciũ, & rerũ. [Vndiq;] Ex oĩ loco, qm̃ mercatores negotiatoresq; vndiq; uagantur. [Impertiẽs] Cõicãs, tribuẽs multis, ipsas merces. i. uẽdẽs sine mẽdacio, ut nõ decipiant̃ emptores [Quæstu] Lucro, iã facto. [Satiata] Quãtũ ad appetitũ, nã cõtẽtus cũ rõne dr̃, ergo illa mercatura, q̃ aliquẽ finẽ cupiditatibus imponit, & q̃stui contẽta iã parto, nõ uituperat̃, qm̃ adhibet cupiditati rõnis moderationẽ. [Ex alto] mari. [In agros possessionesq;] sub possessione cadũt agri, cãpus est planities terrę ampla, & grãdis Inde spatiosę plateę cãpi nomẽ habẽt. Ager significat vrbi circũiectũ territoriũ, & locũ quẽ colimus siue arãdo, siue cõserẽdo. Ager qui serit̃, aruũ noĩat̃, & ager includit flumina, lacus, & cetera oĩa. [Cõtulerit] Iuerit ad agros emẽdos colẽdosq;, vt domesticos alere possit. [Oĩum aũt rerũ] Laudat Cic. agricolturã, q̃ apud antiquos in magno honore erat, & ille cẽsebat̃ maximus, q̃ bonus miles, bonusq; agricola dici poterat, & ĩde cognomina. Cicerones, Pisones, Lẽtuli, Fabij, & alia eiusdẽ gñis. [Vberius] copiosi⁹. [Dulcius] Iucũdius, & qđ magis libero hoĩ cõueniat. Est.n. sine fraude, & cõem parẽtẽ colere regiũ est. Nunc boni agricolæ ex quorũ sudore viuat̃, ab effeminatis hoĩnib, irridẽt̃, quorũ manus callosę optimis illis t̃pibus in honore erãt. & senatores arabãt. Vnde parẽs terra uomere laureato proscissa, & exculta exuberabat optimis filiis alimẽta præbens. Plinius agens de cultu terræ

terræ dicit:Tellus parens appellatur, coliq; dicitur, & ipsa honore hinc assumpto.[In Catone Maiore.]In libello de senectute,vbi inducit Catonem censorium de agricultura, & voluptate agricolarum loquentem.quoniam ipse Cato ortus in Tusc. municipio priusquam honorib.inseruire cœpisset,uersatus est in Sabinia,ubi prædium à patre relictum habebat. Venio, inquit, ad voluptates agricolarum,quibus ego incredibiliter delector, quæ nec ulla impediuntur senectute.& mihi ad sapientis uitam proximè uidentur accedere.Habent.n.rationē cū terra,quæ nūquā recusat imperium,nec unquā sine vsura reddit quod accepit,sed aliàs minore, plerunq; maiore cum fœnore. Quāquā non modo fructus quidem me,sed etiam ipsius terræ uis ac natura delectat.Plato sic pcipit in v.de Leg.Quapropter oportere dicimus non esse in ciuitate multum quæstum in mechanicis operibus,cauponationibusq;,& fœnore, nec ex pecuniarijs turpiter, sed ab his quæ agricultura offert,& præbet,atque hoc ita ut quæstus non cogat ea negligere,quorum causa parantur pecuniæ,hæc uero omnia,& corpus sunt,quæ absque gymnastica,& alia disciplina nullius , & precij unquàm erunt, quare pecuniarum cura, ut sæpius iam dictum est, ultimū honoris teneat locum , quippe cum tria sint in quibus homines studium ponunt,ultimum ac tertium est si rectè habeatur pecuniæ studium,medium corporis,animi primum.

FRAN. MAT.

IAM de artificijs &c.] De ordine hucusq; tractauit Cic. cuius duæ erant partes εὐταξία, & εὐκαιρία. & illa loci, hæc temporis,earum autē actiones,siue quid fiat,siue quid dicatur, ita se habent,ut quædā sint planè apta,ordine,& tēpore, quædam planè inepta,quedā obscurè apta,& quedā subobscurè inepta: hoc est quedā semper apta,quædā semper inepta , quædā partim apta,quædā partim inepta.Planè apta sunt, quæ suo loco & tpe aguntur.Planè inepta,quæ cōtra. Suboscura uero,q̄ non tā tōne loci,quā temporis apta sunt,vel inepta, uel q̄ non sunt per se tā inepta,quàm iudicio spectātiū . Nūc de his pcipit Cic. quæ semper inepta sunt quocūq; loco,& tēpore agantur. Distinguit aūt inter artificces , & artes, & quid sit nō honestū lucrū docet. [Improbantur]Ergo effici non pōt , vt aliquo loco, aut tpe apti sint. [Vt portitorum] qui traijciunt homines ab vna ripa ad aliā,de naui ad littus,vel de littore ad nauim.Virg. portitor ille Charon.Cic.loquens de his,quæ sub eadē rōne cadunt,in Rhetoricis,quæ dialectici correlatiua appellant: ut locare,& conducere:Si inquit,Atheniensibus non est turpe locare portoriū,nec Hermacreonti conducere.atqui turpe est locare Atheniensibus portoriū,igitur & Hermacreonti conducere turpe est. portitores portus conducunt.[Fœneratorum] Manifestum est quocunq; loco,& quocūq; tempore turpe esse fœnerari,& apud maiores nostros leges fœnebres fuerunt ad fœnus coercendum,& ut Cato ait,fur dupli condemnabatur,fœnerator quadrupli, ex quo existimare licèt quanto peiorē ciuē existimarēt fœneratorē,quā furē . Idē Cato interrogatus aliqñ à quodā de re familiari,respondit,bene pascere, primū:tū ille , quid secūdū?bene uestire.& qm̄ nō vt volebat respōdebat , ait ille: quid fœnerari?tū Cato , quid hominē occidere[Mercenariorū &c.]Omnes qui mercede conducuntur,& operā suā uendunt,mercenarij uocantur,græcè μίθοι dñr [Opera]Vt baiulorum,fossorū,& similiū.[Est n.&c.]Rō cur illiberales, & sordidi questus sint.[Mercenariorum omnium]Quia ipsa merces quā damus,eos nobis emit ad tēpus , & est auctoramentū , hoc est obligatio,quia auctoritate cōsuetudinis omnium sunt obligati operam suam exhibere,& cogi possunt.auctorati dñr milites qui tenentur dare operam imperatori, in cuius verba iurarūt. auctorare est obligare,& subijcere.Auctoratus obligatus est,& subiectus.Auctoramentū est obligatio,& nexus, & sic hoc loco accipitur . [Sordidi etiam &c.] Rectè hoc ait, nā uiliori precio emunt,quod mox vendāt cariori,& hoc facere , non tm̄ sordidi,sed etiā nefas est. In ijs uero,qui in longinquis emūt regionibus,quod in alijs locis uendunt carius , non reprehenditur. [Nihil.n.&c.] Rō qm̄ nihil lucrantur,nisi mentiantur, diceret in lōginqua regione emisse se,& caro precio, & iurant plerūq;. præterea iurāt singulis se ei uilius uēdere,quam ceteris,& nihil omnino cū ipsis lucrari,sed quanti constitit res , tanti uēdere. [Opificesq; &c.] Summatim dicit opifices oēs in sordida arte uersari. Sūt aūt opifices,qui opus aliquod manuale efficiunt . Officina locus in quo opifices artē suā exercent . Taberna uero vbi venales res suas habent.[Minimeq; &c.]Si opifices sunt improbandi.quoniam eorum quæstus sordidus, & ars illiberalis,

Porti-tor.

Fœnera-ti.

Catonis respon-sa.

Autora-re. Autora-tus. Autora-mētum.

Opifices. Officina. Taberna.

quanto magis artes improbandæ sunt , quæ instrumenta suggerunt uoluptatis?est à minori ad maius argumētū. [Cętarij] Qui maiores pisces capiunt cetarij vocantur,dicti q̄ cete in mari maiora sunt piscium genera. Virg. Immania cete. Varro aduertit cetarios cū uidere uolunt in mari turmas ascendere in malum alte,vt penitus per aquas aspiciant pisces,auct.Marcellus.Cetariæq; viuaria sunt maiorū pisciū , & loca uicina mari, vbi salsamenta fiunt,quod apud Pli.licèt cognoscere . [Lanij] Qui carnes uendunt à laniando sic dicti.quorū officina laniena uocatur.[Fartores]Qui faciunt,hoc est implent tenuissima intestina animalium,vt suis,ii sunt qui lucanicas uendunt . Quę sic dicta est,quod Romani milites id genus farciminis à Lucanis didicerunt.[Piscatores]Qui capiunt, & uendunt recentē pisces:siue maris,siue fluminis, cū cetarij tm̄ magnos,& salsos uēdant ex muria. [Vt ait Ter.] In Eun. Vnde hic locus sumptus est.[Vnguētarios]Qui unguēta uēdūt. quorū multa gña enumerat Pli.lib.nat.hist. xiij. Idem auctor materiā luxus maximè superuacui unguēta esse dicit,quia odorē qui gerit , ipse non sentit.P.Licinius Crassus,& C.Iulius Cæsar censores, edixerūt, ne quis uenderet unguēta exotica.[Saltatores]Qui docēt saltare,& motū pedū rhythmis accōmodare.[Ludū ta.]Hoc est oēs ludos in quib. talis utimur.[Quibus aūt artibus &c.] Quæ honestæ artes sint,& liberales, ostendit.[Medicina] quam ueteres auct.Pli.decorum putauerunt inuentū,prim.oq;, ut scrib.Celsus,medendi scientia sapientiæ pars habebatur, ut & morborū curatio,& rerū naturæ contemplatio,sub isdē auctoribus nata sit. [Architectura]quæ scientia pluribus disciplinis,& uariis eruditionibus ornata est , nasciturq; ex fabricata ratiocinatione.Architecti autē qui sine literis contenderūt , ut manibus essent exercitati, nō potuerunt efficere,ut haberēt pro laboribus auctoritatē, auctor Vitruuius.Architectura ars est , quæ docet ædificare. Architectus structuris præest ædificiorum,τεχνῶν faber est.[Quorum or.&c.]Non.n.omnibus conueniunt medicina,& architectura.habent.n.nescio quid liberale , & ideo neutra cōuenirent principi.[Mercatura &c.]De his nunc præcipit, quæ partim apta sunt,partim inepta, ut mercatura,quæ sordida est,si de reb.paruis est,qualē eorū videmus,q̄ metuūt, quod uēdāt eodē die carius.[Copiosa]Abundās rerū uenaliū multitudine.Vndiq; ex diuersis regionib.nō ut statim uendat [Sine ua.]absq; mēdacio.uanus.n.mēdacē significat. qui emunt , ut statim reuēdāt, crebro mentiantur necesse est,quod supra ait. Nō ad modū uit.]Sic ait,qm̄ & si merēt laudē nō tñ caret oīno reprehēsione,cū ad eā auaritiæ causa exercendā se cōferant , & cupiditate diuitiarū,satiari aūt mercator nunquā pōt, vnde & multis se obijcit periculis per mare pauperiē fugiēs, per saxa , per ignes.[Atq; etiā]Quasi admonet non semper in exercenda mercatura persistendū,sed ab ea discedēdū,cū lucri multū cōsecuti fuerimus,ut cōtēti esse possimus. tunc.n sicut ex alto mari in portū uenit,sic ex portu in agros,& prędia deueniēdū est, vt illic,qd̄ superest uitę traducat , & agriculturā exerceat mercator,qua nihil iucūdius,nihil utilius est omnibus rebus, quas exercemus,Colere rē rusticā sine dubitatione proximā,& quasi cōsanguineā sapientiæ,dicit esse,cuius laudes qui scire cupit,Plinius legat, Columellā, Varronē,& Catonē,& ipsum Cic.in Catone maiore. [Melius]Quantum ad utilitatem.[Vberius]Quantū ad copiā.[Dulcius]Quantū ad delectationē,quam quisq; ex ea capit.[Libero homine dignius]Quantum ad honestatem.

Cætarij. Cete.

Lanij.

Fartores

Lucani-ca.

Ludus talarius.

Archite-ctura.

Merca-tura.

Agricul-tura.

IAM de artificijs]Docet,quid decori seruandū de artificijs, ASC
& quæstibus. Ordo est.iā, cōtinuatiuū est,ut sit, ut iā de artificijs,& quæstibus loquamur , nos accepimus .i. intelleximus à maioribus nostris ferè hoc de artificijs,& quæstibus.i.modis acquirēdi,& lucrādi,qui.s.questus sunt habēdi, liberales .i. lib.digni,& qui sordidi.Primum hi quæstus improbanť,q̄ incurrant in odia hoīum,ut portitorū.i.eorū q̄ portoria recipiūt .i.trāsportādi,& trāsuchēdi mercedē,qui vulgo magistri portuū uocanť,ut fœneratorū.i.usurariorū.aūt pro sed, quæstus illiberales,& sordidi sup.sunt.quæstus omniū mercenariorū,quorū operæ.i.operationes,& labores emunť, & quorū artes nō emuntur.Enim pro quia;autoramētū.i.pmiū seruitutis.i.auctoritate quadā cōstitutū ipsis pro ipsa seruitute est ipsa merces in illis.i.illi ēt putanť sordidi,q̄ mercanť.i. emūt à mercatoribus .s. institores id,quod uēdāt statim.Enim pro quia tales nihil proficiūt nisi mētianť admodū.i.valde,uero ꝑ sed,nec quidq̄ ē turpius uanitate.i.mēdacitate praua.Sic.n uanū Virg.ij.accepisse vť,vbi dicit,Nec si miserū fortuna Sinonē Fixit, uanū ēt mēdacemq;

cem q; improba finget, que pro &, omnes opifices, qui aliquod opus faciūt versantur in arte sordida. nec vero officina .i. locus vbi opus mechanicon fit Galli operatorium, uocant, potest habere quidquàm ingenuum .i. ingenuo dignum, quæ pro & artes, quæ sunt ministræ uoluptatum, sunt minimè .i. nequaquā probandæ, quas sup. artes exercent Cetarij. i. qui pisces salsos vēdunt. Lanij, qui carnes laniant, & vendunt: Coqui, qui obsonia coquunt: Fartores qui farcimina condunt, piscatores, Vt Ter. ait in Eun. s. adde his si placet unguentarios. i. qui vnguenta vēdunt ad delicias corporis, saltatores omnes qui gestu corporis uictum aucupantur, & totum ludum talarium, hoc est qui talis aut taxillis fit .i. omnes, qui aut ludunt aut conueniunt eo ubi luditur talis aut aleis, aut eiusmodi, qui in solo casu consistunt. autem pro sed, hæ sup. artes quibus artibus aut inest maior. i. aliquantulum magna prudentia, aut vtilitas non mediocris. i. excellēs quæritur, vt. i. acquiritur, vt. i. cuiusmodi sup sunt medicina, practica. s. architectura, ut. i. qualis supp. etiam est doctrina rerum honestarum. i. exercitiū docendi res honestas. Hæ artes sunt honestæ, his quorum ordini. i. statui, & officio cōueniunt. autem pro sed, mercatura est putanda .i. iudicanda sordida, si est tenuis. i. paruarum, & vilium rerum, sin. i sed si sup ipsa est magna, & copiosa apportans. i. aduehens, & afferens undiq; .i. ex omni parte magna .i res magnas, & impartiens. s. communicans multis sup. merces sine uanitate. i. sine mēdacio, & fraude, nō est uituperanda admodum. i. valde. Atque pro, &, ipsa sup. videtur posse etiam. i insuper laudari optimo iure. s. iustissimæ si sit satiata quæstu. i. re acquisita, hoc est lucro, vel potius si sit contenta quæstu, ita quod mercator non ostendat se nimis ad lucra intentum, quasi insatiabilem non cessantem, ut. s. contulerit. i perduxerit, & receperit se sæpe in portum, ex alto .i. in profundo s. mari, quod in medio altius, & profundius est. idem enim sibi uolunt, & altum, & profundum, nam altum dicitur à fundo leuatum; & profundum procul à fundo. & sic superficies medij maris est alta, & profunda, sicut & cœlū. Quando aut altum per se, hoc est sine addito, ponitur pro mari profundo, accipitur sicut hic, & in principio j. Aen. Multum ille, & terris iactatus, & alto. vult ergo dicere, quod mercator nō maneat semper in mari alto, sed conferat se sæpe in portum, & ex ipso per agros, & possessiones. Autem pro sed, nihil omniū re. i. negociorum, & exercitiorum, ex quibus aliquid exquiritur. i. exigitur, aut petitur, est melius agricultura, nihil uberius. i. fructuosius, nihil dulcius. i. delectabilius, & sup. nil dignius homine libero i. quod. i. libero homine fiat, de qua. s. agricultura q a nos diximus satis multa in Cat. maiore. i. in lib. de Sen. tu sup. O fili assumes. i. accipies illinc. i. ex illo lib. sup. ea quæ pertinebunt. i. pertinere uidebuntur ad hunc. i. præsentem locum.

ARGVMENTVM.

De duobus honestis utrum honestius.

SED ab iis partibus, quę sunt honestatis, quēadmodum officia ducerentur, satis expositum vr̄. Eorum aūt ipsorum, quæ honesta sunt, pōt incidere sæpe contentio, & comparatio, de duobus honestis utrum honestius: qui locus à Panætio est prætermissus. nam cum oīs honestas manet à partibus quatuor, quarū una sit cognitionis, altera cōitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligendo officio sępe inter se comparentur, necesse est. placet igitur, aptiora esse naturæ ea officia quæ cōitate, q̄ ea, quæ ex cognitione ducantur: idq; hoc argū confirmari pōt, ꝙ, si contigerit ea uita sapienti ut oīum rerum affluentibus copiis ditetur, quāuis ea, quæ cognitione digna sunt summo ocio secum ipse consideret, & contempletur, tñ, si solitudo tanta, sit, ut hoīem uidere non possit, excedat è vita. princepsq; oīum uirtutum est illa sapiētia, quam σοφίαν Græci vocant. prudentiam. n. quam Græci φρόνησιν dñt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarumq; scīa: illa aūt sapientia, quam principem dixi, rerum est diuinarum, atque humanarum scientia: in qua continetur deorum, & hominū cōitas, & societas inter ipsos. ea si maxima est, ut est certe; necesse est, ꝙ à cōitate ducatur officium, id esse maximū. etenim cognitio, contemplatioq; naturæ māca quodam modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. ea uero actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. pertinet igitur ad societatem generis humani. ergo hæc cognitio anteponenda est, atq; id optimus quisque re ipsa ostendit, & iudicat. qui est. n. tam cupidus in perspicienda, cognoscendaq; rerum natura, vt, si ei tractanti, contemplantiq; res cognitione dignissimas subito sit illatum periculum, discrimenq; patriæ, cui subuenire, opitulariq; possit non illa omnia relinquat, atq; abiiciat, etiam, si dinumerare se stella, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? atque hoc idem in parentis, in amici re, aut periculo fecerit. Quibus reb. intelligitur, studiis officiisq; sciæ præponenda esse officia iustitiæ: quæ pertinet ad hominum utilitatem: qua nihil hoī debet esse antiquius. Atque illi, quorum studia, uitaq; oīs in rerum cognitione uersata est, tñ ab augendis hominum utilitatibus, & commodis non recesserunt. nam & erudierunt multos, quo meliores ciues, utilioresq; rebus suis publicis essent; vt Thebanum Epaminondam, Lysias Pythagoreus, Syracusium Dionem, Plato, multiq; multos: nosq; ipsi, quidquid ad remp. attulimus, (si modo aliquid attulimus) à doctoribus, atque doctrina instructi ad eam, & ornati accessimus. neq; solum uiui, atque præsentes studiosos discendi erudiunt, atque docēt, sed hoc idem post mortem monimentis litterarum assequuntur. nec. n. locus ullus prætermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reip. pertineret, ut ocium suum ad nostrum negocium cōtulisse uideantur. ita illi ipsi doctrinæ studiis, & sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam sapientiam, prudentiam, intelligentiamque potissimum conferunt. Ob eam etiam causam eloqui copiosè, modo prudenter, melius est, quàm uel acutissimè sine eloquentia cogitare: quòd cogitatio in se ipsa uertitur: eloquentia uero complectitur eos, quibus cum communitate iuncti sumus. atque, ut apum examina nō fingēdorū fauorū causa cōgregātur, sed, cū congregabilia natura sint, fingūt fauos; sic hoīes, ac multo ēt magis, natura cōgregati, adhibēt agēdi, cogitādiq; solertiam. itaq;, nisi ea uirtus, quæ cōstat ex hoībus tuēdis. i ex societate generis humani, attingat rerū cognitionē; soliuaga cognitio, & ieiuna uideatur: itemq; magnitudo animi, remota cōitate, cōiunctioneq; humana, feritas sit quędam, & immunitas, ita fit, ut uincat cognitionis studium consociatio hominum, atq; cōitas, nec uerū est, quod dicitur à quibusdā, propter necessitatē uitæ, ꝙ ea quæ natura desideraret, consequi sine alijs, atq; efficere non possemus, icirco istā esse cū hominibus cōitatē, & societatē: quod, si omnia nobis, quę ad uictum, cultumq; pertinēt, quasi uirgula diuina (ut aiunt) suppeditarentur, tum optimo quisq; ingenio, negocijs omnibus omissis, totum se in cognitione, & scientia collocaret, non est ita. nam & solitudinem fugeret, & socium studij quæreret: tum docere, tum discere uellet, tum audire, tum dicere, ergo omne officium, quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam ualet, anteponendum est illi officio, quod cognitione, & scientia continetur.

SEd ab ijs partibus] Hactenus de honeſto partibusq; eius,& officijs,inde manantibus ſufficienter diſputauit, ſupereſt, ut propoſuit de comparatione honeſtorum inter ſe diſſerere,vt duobus propoſitis honeſtis, vtru ſit honeſtius cognoſcatur, quod Panætius prætermiſit. Sed ille tanquam Stoicus non eſt carpendus, quoniam honeſta,& uitia apud Stoicos non ſuſcipiunt gradus. Stoici .n. vt dictum eſt, exiſtimabant peccata eſſe paria, ut ait Chryſippus in 4. nat. quæ. & Perſeus, & Zeno. Heraclides uero Tarſenſis Antipatris Tarſenſis neceſſarius, atq; Athenodorus imparia peccata dixerunt. Placebat Stoicis nullum medium eſſe inter uirtutem, & uitium. Peripateticis, & Academicis contra inter uirtutes,& uitia progreſſionem ad uirtutes ſtatuentibus. Vtitur Cic. tranſitione repetens ea, quæ dicta ſunt, & proponens quid dicturus ſit,attentionẽ captat.[Partibus honeſtatis]Quatuor uirtutibus principalibus, in quas honeſti natura diuiditur, à quibus uirtutibus officia ducuntur. [Satis expoſitum] Videor ſatis expoſuiſſe,inquit,quemadmodum officia ducantur à ſingulis partibus. [Comparatio] Vt comparentur inter ea quæ honeſta ſunt, ut utrum ſit honeſtius appareat. & vtrũ potius agendum ſit tanquam honeſtius, & laudabilius. Hunc locum Panætius prętermiſit,quoniã putauit ex diſciplina Stoicorum non oportere facere comparationem inter duo honeſta, utrum eſſet honeſtius.quoniam ipſi non dabant gradus in honeſto,& nolebant,vt uno honeſto aliquid honeſtius inueniretur. [Nam cum] Ratio quare poteſt incidere talis contẽtio, & comparatio.[Vna ſit cognitionis]Et hæc eſt prudentia,quæ in ueri cognitione uerſatur.[Altera cõmunitatis]Hæc eſt iuſtitia, quæ eſt ad communem ſocietatem tuendam. [Magnanimitatis]De qua habuimus uerba,& etiam fortitudinem. [Moderationis] Temperantiæ, de qua poſtremo loco diſputatum eſt. Hæ partes honeſtatis cum uolumus deligere officium, & utrum tanquam honeſtius agendũ ſit, neceſſe, ut actiones ſtudioſæ inuicem comparentur, ut uideatur quæ ſit potior, & honeſtior,alijsq; præponenda.[Placet er.]Facit comparationẽ inter prudentiam ſiue rerum occultarum contemplationem, & ipſam iuſtitiam, dicitq; utiliora eſſe humanæ ſocietati officia quæ manãt à iuſtitia,quam ea quæ à cognitione rerũ,quoniam illa ſunt magis communia, & bonum tanto eſt melius, quanto cõmunius. [Placet] Ita ſtatuo, & iudico iuſtitiã magis cõducere hominibus, quã rerum cognitionem, quod probat argumento ſumpto à natura,quæ nil ſolitarium amat. [A cõmunitate].i. iuſtitia quæ uirtus eſt ad alium,dans cuiq; quod illi debetur.[Aptiora]Magis conuenire, atq; utiliora eſſe.[Naturæ] Humanæ,cui omnia officia coniungi debent. [Id]Ita eſſe,ut dixi,poteſt probari hoc argumento, quod à natura ſumitur.[Argumento].i.ſigno quo naturæ humanæ uis arguitur.i. declaratur,& demonſtratur.Argumentum eſt ratio probationem præſtans,ut in hoc loco.Argumentum etiam dicitur omnis ad ſcribendum diſtincta materia.[Et uita] In eo genere uitæ ſapiens verſetur,vt dicetur omnib.reb. [Cognitione digna] Vt Deum glorioſum, & ſubſtantias à materia ſeparatas penitus,cœlum ipſum,& ea omnia quæ ſunt cognitione digniſſima pertinentib. ad ſcientiam naturalem, mathematicas diſciplinas,& ea quæ ad benè beatęq. uiuendum.[Excedet è uita]Morietur.quoniam homo eſt natura cõgregabilis princepsq. omnium uirtutum. philoſophia prima ſui diuiſione diuiditur in duas partes,actiuam, & cõtemplatiuam, actiua habet Ethicã, Oeconomicam,& Politicam: contemplatiua uero Phyſicã,ſciẽtias Mathematicas,Metaphyſicam.Quinq; ſunt habitus animi intellectiui, Ars quæ eſt principium rerum efficiendarum, Intellectus, qui eſt principiorum, Scientia,quæ eſt cõcluſionum, Sapientia,quæ eſt de ſubſtantijs à materia ſeparatis,& ſcientiã, & intellectum complectitur,Prudentia,quæ eſt principium rerum agendarum. nam habitus eſt agendi circa humana bona, uera rectaq. cum ratione. Triplex eſt mens. Vna principium rerum efficiendarum,in qua collocãtur omnes artes mechanicę. Alia eſt principium rerum agendarum,in qua collocatur prudentia cum tota ſuppellectili ſua,ut eſt bona conſultatio,ſagacitas, & ſapientia iudiciumque. Cui contraria eſt malitia cum ſuis communitatibus .i. calliditate, verſutia,uaframento, & ſimilibus. Alia eſt mens principium contemplandi,quæ eſt præſtabiliſſima,& habet iij. habitus, intellectum,ſcientiam, & ſapientiam,quæ dicitur prima philoſophia.Sapientia eſt primus & præſtabiliſſimus habitus. Secundus eſt prudentia, & qui rerum naturam contemplantur, & Deum, pręſtabiliſſimi quantum ad ſeipſos ſunt, & diuinam natura quodam modo attingentes diuini homines habendi ſunt.obiectum enim ſapiẽtiæ eſt ipſe deus. Sed iuſtitia qua communitas humani generis cõſeruatur,& hominibus utilior eſt.ergo officia q̃ à iuſtitia emanant ſunt anteponẽda officiis contemplationis, & cognitionis rerum naturalium diuinarumq; Nam bonum, ut dixi tanto eſt laudabilius,quanto communius,ut eſt ipſa iuſtitia. [Princeps]Præſtantiſſimũ omnium ratione obiecti,quod eſt nobiliſſimum. Deus.ſ glorioſus,ſapientia,quæ & theologia dicitur,à Græcis σοφία appellatur,& σοφοὶ ſapiẽtes. Vnde philoſophi ſtudioſi ſapientiæ, quod nomen Pythagoras inuenit. Nam interrogatus à Leonte, an eſſet ſophus, reſpondit ſe non ſophum, ſed philoſophum. Argumentum Cic. eſt à perfectione ſapientię, quæ manca eſſet, & inchoata ſi nihil ageret,cum ad agendum,& cõtemplandum,natus ſit homo,ut quaſi mortalis quidam Deus.[Prudentia.n.]Ponit differentiam quæ eſt inter ſapientiam,& prudentiam [Quæ eſt]habitus agendi circa humana bona recta cum ratione, & ſapientia uerſatur circa diuina & ſempiterna,prudentia uero circa humana, ut diſcernat quæ ſint agenda,ut utilia,& non agenda,ut contraria.[Expetendarum]Quæ bonæ ſunt, & expetibiles. Expetimus cum ratione, quod eſt munus prudentiæ,appetitus ſine ratione, & pertinet ad appetitum expertem rationis,cui tamen ſubijcitur,& parere debet lege naturæ.Appetere etiam eſt aduentare,ut iã æſtas appetebat.[Illa autem]Vult Cic.ſapientiam eſſe principẽ omnium uirtutum, & ad omnia ſeſe extendere. quoniam eſt ſciẽtia omnium rerum,& diuinarum, & humanarum, & communis eſt,& uniuerſalis,& qui eſt ſapiens eſt prudẽs, ut largo modo loquar,ſed non omnis prudens eſt ſapiens,quoniam prudẽtia uerſatur circa humana ſolum,ſapientia eſt noſſe diuina, & humana,& horum cauſas. Vnde cum ſit communis, neceſſe officium eſſe maximum, quod ab ipſa ducitur,quæ maxima eſt, & princeps omnium, & cum contemplatio rerum naturalium non ſit perfecta ſine aliqua rerum actione, quoniam homo ad res duas natus eſt,agendum .ſ. & contemplandum, & ſi cognitio naturæ vult eſſe perfecta,neceſſe eſt, ut aliquid agat. actio autem tunc maximè laudatur, cum eſt pro utilitate communi,& pro hominum ſocietate tuenda, non pro proprio cõmodo.quod cum ita ſit,actio talis cognitioni rerum anteponitur. quoniam uitę humanæ utilior eſt, & accommodatior. cognitio aũt rerum naturalium paucis prodeſt,quoniam nõ omnes poſſunt philoſophari. Ergo actio quæ eſt ad humanam ſocietatem tuendã atq. utilitatem anteponẽda eſt cognitioni,quæ imperfecta eſt cum non agit aliquid. Vult igitur Cic.ſapientiã omnia complecti,contemplationes.ſ.& actiones, & id eſſe maximum officium,quod facit ſapiens, cum agit, & exercet iuſtitiam,& liberalitatem pro utilitate communi. Loquitur tamen confuſè.quoniam aliud obijcitur ſapientię,aliud prudentię,ut copioſè ſcribit Ariſt.lib. vj. moralium. Cic.more potius oratorio,quam philoſophico ſapientiam accipit omnibus communem,cum poſſint aliqui eſſe ſapientes, ut fuerunt omnes philoſophi ante Socr. prudentes autem nõ:quoniam humana nõ curabãt,unde philoſophus.In vj.Eth.ſic ait.qua propter,& Anaxagoram,& Thaletem,& ſimiles ſapientes quidem,at non prudentes inquirunt eſſe,cum uident ipſos propria cõmoda ignorare,& ſuperflua, omittendo difficilia cognitu, diuinaq. ſcire ipſos,ſed inutilia dicunt,quia non quærũt bona humana,prudentia vero circa humana verſatur, & in quibus habet conſultatio locum. Socr. primus à cœlo in terram philoſophiam deuocauit, & de malis boniſq; diſputare cœpit. cœleſtia autem parum humanis commodis conferre dicebat. Vnde fons philoſophorum habitus eſt. qui etiam dicebat auct. Ariſt. omnes uirtutes eſſe cum prudentia. quod non probat ipſe Ariſt. ſed dicit omnes uirtutes eſſe cum prudentia,& ſic uoluit corrigere uerba Soc. Stoici.quos Cic. imitatur, ſapientem appellabant uirũ perfectum, qui cum aliquid agit circa res humanas, agit ut prudens, cum vero contemplatur, ut ſapiens. [Scientia diuinarum] Quoniam ſapientia cognoſcit cauſas rerum humanarum,& diuinarum.ergo utriuſq. cõmunis eſt. [In qua]Sciẽtia diuinarum humanarumq; rerum.[Deorũ,& hominum cõmunitas]Quæ communis rebus humanis, & diuinis, & ſic ſapiens cum ſit perfectus,intelligitur habere prudentiã,cui obijcitur rectitudo in rebus agendis. [Communitas].i. participatio rerum omnium, & ſocietatem hominum cum ipſis numinibus,

nibus, quibus humana pietas debetur,& honor.[Deorũ]Quoniam de diis tractatur more gentilium loquar, & de societate quæ est inter ipsos, cum re uera non sit nisi vnus Deus, qui est causa effectrix, & summum bonum, & homines sunt ipsi effectus;& inter effectum, & effectricem causam est aliqua cõmunitas,& homines debent.Deo pietatẽ tanquam rectori, & omnium opifici.contemplatur ipse naturalis philosophus,& diuinus naturam cuiusq. rei,& cognoscit res per causas suas. philosophus in vij. Eth.sic ait,Sapientia est intellectus,& vt caput habens scientiam rerum earũm, quæ summis afficiuntur honoribus. Plato in dialogo de philosophia dicit, philosophi officium esse,nosse diuina,& gubernare humana,hoc ad actiuam, illud ad contemplatiuam philosophiam pertinet, & in theage disputans de sapientia dicit,ipsam esse duplicem,absolutam.s. & conditionalem.illa est de his quæ sciri possunt, hæc autẽ excellentiam quãdam significat.Arist.idem dicit his verbis: in artib. sapientiam his tribuimus, qui in ipsis sunt exactissimi, & per sapientiam nihil aliud intelligimus, quam ipsius artis virtutem. At quosdam etiam esse sapientes omnino non aliqua ex parte,nec aliquid aliud, quam sapientes arbitramur. [Ea] Scientia diuinarum rerum,& humanarum.i.ipsa sapientia [Vt est[.s.maxima, quoniam de maximis rebus tractat.si maxima, inquit,ipsa sapientia, officium quod à iustitia ducetur,erit maximum,sed maxima est,ergo maximum erit officium.[A communi].i.iustitia tuente ac fouente communem utilitatem ciuilemq. concordiam.sapiens ex Stoicorum sententia est uir perfectus, & q̃ omnia intelligat,béne recteque agat omnia. [Etenim]Ratio quare officium tale maximè est,quod sapiens præstat pro utilitate communi. [Contemplatioq;] Ipsa sapientia cum solum contemplatur, & nihil agit,quod humanæ societati conducat, est quasi manca, & mutilata. quoniam deest illi unum membrum, actio.s. quoniam ad vtrunque nati sumus. ergo,vt sit perfecta debet aliquid agere,quod maximè utile sit. hoc autem est exercere iustitiam,& humanam societatem tueri. [Manca] Quasi careat membro aliquo. nam qui careat aliqua parte corporis,dicitur mancus,& potissimũ manu dextra. Vnde Iuuen. tanquam Mancus,& extinctæ corpus nõ utile dextræ.Mancus,inquit,iurisperitus, xx. digest.dicitur, qui imbecillitate dextræ validius vtitur sinistra. Mancus autem quasi manu carens,ac per hoc debilis,& imminutus. [Atque inch.] rum] si nihil agat in rebus humanis & uita actuosa, & solummodo contempletur,manca & imperfecta est [Ea actio]Quam præstare debet ipsa sapientia.i.id quod ipse sapiẽs agere debet, vt sit perfectum officium,quod in solo cadit sapiẽte. [Maximè cernitur]Cognoscitur,& laudatur actio conueniens ipsi sapientiæ. [Commodis tuendis] vtilitate hominum tuenda, vt propulsare iniurias, omnibus adesse. Hæc actio pertinet ad iustitiam,cui annexæ sunt æquitas,liberalitas,magnificẽtia,& gratitudo, & sic actio iustitiæ, quæ hominum commoda tuetur, humanæ societati vtilior est, quam contemplatio, quæ paucis prodest,actio vero multis tribuendo cuique,quod suum est,& de suo alijs impartiẽs.[Igitur]cum hominum commoda tueatur ad societatem humani generis pertinet, quod cum iã sit, vt probatum est,cognitioni anteponitur, tanquàm utilior, & uniuersalior.[Atq. id]Actionem.s. qua societas humana fouetur,cognitioni anteponendam esse. [Optimus quisq.] Bene à natura institutus, ostendit id esse verum, & ita iudicant cũ id faciat,quod natura iubet, ut.s. communem utilitatem cognitioni anteponat.[Qui est enim]Probat quomodo id optimus quisq. iudicat [Aut metui] Hoc est quantum ad scientias mathematicas,quæ ueræ dicuntur,quæ, & Geometriam corporũ magnitudines metitur. [Dinumerare] Hoc pertinet ad Arithmeticam,quæ circa numeros uersatur. Astrologia dicit de ratione siderum,hæ scientiæ sunt in primo gradu certitudinis,& Plato in lib. de rep.uult,ut discantur,quoniam sunt firmissimi gradus ad alia cognitu difficilia.quãuis, inquit Cic. hæ sciẽtiæ præstantissimæ sint. tamen nemo esset ita occupatus in ipsis, etiam si posset mensurare totum mundum, & numerare stellas,ut suam contemplationem non relinqueret,si acciperet patriam calamitatib. laborare, quoniam illius saluti studere debemus.[Atq. hoc idem] Vt.s. relinquat contemplationem, & adsit parenti aut amico.[Re]Negocio. [Quibus rebus] Affert conclusionem,quæ ex supradictis sequitur.[Rebus]Argumentis,antedictis exemplis. [Officia]Actiones quæ manant à iustitia.Qua hominum utilitate nihil debet homini, si uerè homo dici uoluerit. [Antiquius] .i. carius, & iucundius. [Atq; illi] Cic. sumens argumentum ab auctoritate præstantissimorum philosophorum,ostendit quomodo hi etiam, qui cognitioni, & contemplationi rerum naturalium operã dederunt,ab utilitate hominum, & commodis non recessere, docendo .s. alios, quo in rep. essent iustiores,& probat exemplo Platonis, & Lysiæ.[In cognitione rerum]In cõtemplatione rerum omnium. nam in ipsa uita contemplatiua utilitates hominum curauerunt,& sic ab actione quæ hominum commodis consulit, non recesserũt.[Quo]Vt.[Meliores]Iustiores.[Thebanum Epaminondã] de quo eiusq; doctrina dictum est, hoc addetur, quod scribit Aemilius Probus dicens, Eruditus est Epaminondas sic, ut nemo Thebanus magis. Nam, & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est à Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria,quã Damon, aut Lampus,quorum peruulgata sunt nomina Cãtare tibijs ab Olympiodoro,saltare à Calliphrone. At philosophiæ præceptorem habuit Lysiam Varẽtinum Pythagoreum, cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem ac seuerum senem omnib. æqualib. suis in familiaritate anteposuerit, nec prius eum à se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facilè intelligi posset, pari modo superaturũ omnes in ceteris artibus. [Pythagoreus] qui Pythagori causa dogma sectabatur. Nam Pythagoras fugiẽs patriam suã Samum à tyranno occupatam in Italiam nauigauit, & in illa ora Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur circa Heracleam,Crotonem,& Metapontum philosophatus est, à quo Italica philosophia principium habuit.[Syracusium Dionem] Diõ frater fuit Aristomaches uxoris Dionysij, à quo maximus honor Dioni exhibeatur. Dionysius eodem tempore duas habuit uxores, Dorida Locrensem, & Aristomachem Syracusiam. Plato in Siciliam nauigans suis doctrinis Dionem adiunxit, qui tum iuuenis omnes Platonis discipulos ingenio, & industria superans, ad obeũnda etiam virtutis præcepta solertissimus, & acutissimus fuit, pulsus à Dionysio Athenis in Academia uersatus est. Inde socijs comparatis in Siciliam nauigans in patriam suam Syracusas asseruit, qua liberata tandem insidijs Calippi socij sui, Proser pinalium die obtruncatus est domi, & soror, & uxor in carcerem coniectæ. Vxor illic peperit infantem cum Dion Corintho solueret, ut in Siciliam transmitteret,lunæ defectus fuit Dion bonum dixit esse ostentum,quoniam tenebræ uolentibus aliquid occultè facere opportunæ sunt,& sic animos aliorum consternatos erexit.has rationes à Platone didicerat. Dion dicitur eruditus à Platone, patriã liberauit, & bonus vir fuit. Epaminõdas etiã moriens patriam imperantem reliquit, quam Lacedæmonijs seruientem acceperat,& semel respondens Meneclidæ,qui Epaminondam insectabatur,dicebatq. illum imitari Agamẽnonẽ, dixit, quod autem me Agamennonem putas æmulari, falleris. Nanque ille cum vniuersa Græcia uix.x. annis vnã cepit urbẽ, ego contra vna urbe nostra totam Græciã Lacedæmonijs fugatis liberaui. Multi alij philosophi multos erudiuere claros uiros. Aristoteles erudiuit Alexandrum, Panætius Scipionem clarissimum imperatorem virumq. singularem. [Nosq. ipsi]Nũc de seipso loquitur Cic. [Quidquid fecimus, pro rep. quã è manibus coniuratorum eripuimus.] Si modo deuitat arrogantiã [A doctoribus] præceptoribus, & monimentis doctorum uirorum,qui in rerum cognitione uersati sunt, & alios erudiuere. quoniam monimenta reliquerunt, quibus alios semper erudient. Vnde scriptorib. multum debemus, qui, & uiuẽtes, & posteros erudiunt. In j. de nat.deor.ait,& cum minimè uidebamur, tunc maximè philosophamur. quod, & orationes declarant,refertæ philosophorum sententijs,& doctissimorũ hominum familiaritate, quibus semper domus nostra floruit. Et principes illi Diodorus, Philo, Antiochus, Posidonius, à quib. instituti sumus.[Doctrina instructi] in oratore ait, Ego autem & me sæpe noua uideri dicere intelligo, cum peruetera dicam, sed inaudita plerisque, & fateor me oratorẽ, si modo sum, aut quicunq; sum, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatijs extitisse. Illa .n.sunt curricula multiplicium uariorũq. sermonũ, in quibus Platonis primum impressa uestigia sunt. [Ad eam remp.] Gubernandam doctrina,inquit, summorum philosophorũ me instruxit ad has actiones pro rep. & ipse Cic. dum gubernacula reip. teneret, sex libros de rep. composuit, & Cyri Pædiam, quam totam triuerat in illo consulatu, exercuit.

cuit.[Instruct i].i.instrumētis philosophicis rōnib⁹ videlicet muniti,& armati instrumenta dicuntur cuilibet arti necessaria.Rationes ait Plato sunt instrumenta Philosophi . alibi dicetur de fundo instructo,& instrumento legato.[Monimentis]libris,& præceptis,quæ ad benè beateq. uiuendum scripta reliquere, vt posteritatem erudirent. [Nec enim]Probat quomodo etiam post mortem alios erudiunt. [Ab his philosophis] Qui in rerum cognitione versati sunt. [Ad leges] Quoniam scripserunt de legib. de moribus,de rep.& nihil prætermiserunt,quod humanæ uitæ profuturum esset.Scripserunt etiam de natura animalium,de uegetabilibus,& plantis , de arte dicendi. Vnde dicit in lib. de Fin Omnium ferè ciuitatum non Græciæ solum , sed etiam Barbariæ mores,instituta,disciplinas,ab Arist.cognoscimus.Scripsit Ari Mores 158 ciuitatū,de gubernatione reip. de Regia gubernatione lib.unū,de legib⁹ quatuor,de diuitijs, & opulētia unū,de pcatione, & uoto librū unū, ad leges Plat. libros tres,ad rēp. Plat.libros duos,& multa alia scripsit,q̄ lōgū esset recensere,quibus monimentis posteritas eruditur.sic potest de Plat.dici.nam hi duo in primis claruerunt,quorum memoriæ multum debemus,quoniam in medium laborarūt.[Ad disciplinā]ad optimum modum,& gubernationem reip. [Vt ocium suum] contemplationem cognitionem rerum in ocio. quoniam in uita ociosa uersabantur , remoti à negocijs publicis.] Ad nostrum negocium] Vt in ocio eorum uiuentes nos agere,ac negocia publica regere docerent. quoniam ipsi ociosi alios erudiunt ad agendum . præcipiunt .n tam in domesticis, quam publicis negocijs,quod agendum sit ex officio.[Ita] hoc modo in ocio uiuentes,& scribentes.[Ad hominum utilitatē] Vt omnibus prosint ea,quæ in ocio scripserunt.[Ob eā ēt causam] affert aliam sententiā, ut ostendat communem utilitatē præponēdam esse, & præponit eloquentiam philosophiæ.quoniam pluribus prodest modo sit coniuncta prudentiæ. [Ob eā causam]quia maior utilitas præponenda est.[Eloqui copiosè] habere copiosam, & uberem eloquentiam, qua alios defendamus. [Modo prudenter]aliter loquacitas inepta uideretur , & cum uitio.[Melius]Præstabilius,& utilius,quam acutissimè cōtemplari sine eloquentia quia contemplatio perspicax philosophorum [In se ipsa uertit] .i. illi prodest , qui cogitatione aliquid contemplatur,& comminiscitur , sed nō se extendit ad alios.eloquentia autem pluribus prodest.& illi,qui nobis familiaritate coniuncti sunt.audiunt.n eloquentem,& ipsi eloquētes fiunt.[Communitate] .i.naturali conciliatione ac ciuilitate,quoniam homo homini coniunctus est natura,& commendatus. [Atq. ut apum examina] Probat comparatione apum homines natura sociabiles debere esse solertes ad humanā congregationem , & hominem ab homine non debere alienū esse.Apes non congregantur ob hoc,ut fingant fauos, & componāt,sed cum sint congregabiles duce natura fingunt fauos, quorum compositio non est causa,ut congregentur,sed natura , sic est in hominibus [Congregabilia]apta ad congregationem suapte natura.[Fingunt]componunt, & formant [Ac multo etiam magis] Quam sint apes. hæc est sapientia Arist. qui in j. de rep.dicit.Ex quo patet hominem esse animal sociabile,& quidem magis quam apes,& omne animal gregarium . Vnde concludet omnem ciuitatem natura constare, cum homo natura ciuile animal sit. Ibi etiam dicit hominem solitarium,aut deum esse,aut bestiam.hoc dixit,ut se Platoni opponeret,qui in ij. de rep. ciuit.non natura, sed necessitate constare dixerat. Socrates.n. ab eo inductus,inquit, Necessitas ciuitatem condidit , nam alter alteri auxiliatur , cum singuli nequaquam sibiipsis sufficiant.Ex quo fit,inquit , ut multorum indigentes,socios auxiliatoresq. complurimos in vnum deducentes , huic ipsi vnitati nomen imponant ciuitatis Sed maximam indigentiam dicit futuram propter uiuendi facultatem , & cibi comportationem,secundam habitationis, tertiam uestitus,& similium. Arist. dicit.Ille, qui est inciuilis propter naturā quam habet malam,& non propter fortunam,quod.s.è ciuitate pulsus sit,aut prauus est,aut melior quā homo.i.Deus.[Natura congregabilia]Cum sint consociati,& coniuncti duce natura,debent adhibere diligentiam,ut societatem congregationemq; humanam tueantur, & ament. & sic ostendit humanæ congregationis naturam esse causam,non aliam remp. natura .n. produxit hominem, ut esset animal sociabile. Vnde humanam societatem fugiētes odio hominum,vt de Timone Atheniensi dicitur,feram naturā habere uidētur,& ab omni humanitate penitus alienam.[Agendi]aliquid inter ipsos postquam duce natura congregati sunt. [Solertiam] Diligentiam,ut cōgregatio seruetur mutuis officijs. [Itaque nisi ea uirtus]Concludit dicens. nisi iustitia cum rerum contemplatione coniuncta sit, non multum prodest ipsa cognitio. [Ea uirtus]Iustitia quæ est ad hominum societatem tuendam. [Cognitionem rerum]Contemplationem,& illius officia, qui in ueri inuestigatione uersatur.[Nisi attingant]Nisi illi coniūgantur [Soliuaga]Solitaria.[Et ieiuna]Parum utilis generi humano.[Itemq; magnitudo animi]Dicit nunc pari modo fortitudinem, & magnanimitatem remota iustitia,esse quandam feritatem, & immanitatem non uirtutem,ut ostendat iustitiam omnibus præferendam esse. Et Aristides , qui ob summā æquitatem iustus cognominatus est,dixit,eum quidem beatum existimant, qui eam uitam uiuat,quæ cunctis sæculis eadem ac immortalis futura sit , propter summam uero potentiam non possunt non timere.at iustitia causa est cur ament homines, honorent , colant.[Communitate]Iustitia.i.nisi fortitudo pugnet pro æquitate,& utilitate communi, erit quædam feritas, quæ est inhumana crudelitas, & impetus ferarū . & sic immanitas aliena ab omni humanitate .[Ita fit] Affert conclusionem,quæ sequitur ex prædictis, quoniā nulla uirtus laudatur, nisi exerceatur pro æquitate,& communi societate tuenda. [Ita fit] Concluditur. [Consociatio] Virtus quæ pertinet ad hominum consociationem tuēdam,& commodum,quod facit ipsa iustitia [Vincat] superet.præstabiliorq. sit. [Nec uerum est] Dissentit in hoc à suo Platone Cic qui dixit in ij.de rep. necessitatem esse causam humanæ congregationis,& ciuitatis & sequitur Arist. qui huius congregationis causam ducit esse naturam. [A quibusdā] Et maximè à Plat.[Sine alijs]Aliorum ope [Desiderare]Requirere ad uitam degendam . [Iccirco]Ob id , & hac de causa. [Si omnia nobis] Facit argumentum , quo Plat. opinionem aliorūq refellit. sumitur hæc ratio à natura,quæ solitudinē fugit, & optat cœtū,cōcilia , ciuitatem , quæ essent sine humano suppeditata labore quasi diuinitus è cœlo demissa Quærit igr Cic. an homo daret se totum cognitioni,& cōtemplationi , si nihil ei deesset, quod ad uitam degēdam pertineret.dicit, quod nō, imo fugeret solitudinem,& socium studij sui quæreret. Ita .n. uult natura,quæ,ut dixi,nihil solitarium amat. [Ad uictum] cibum,sed uictus verbo , vt est in libris digestorum continētur esus potus, cultusq; corporis, & ea quæ ad uiuendum homini necessaria sunt. Vestem quoq; uictus habere uicem Labeo ait. [Cultūq;] Ornatum, & uestitū Cultus est, quidquid adhiberi potest ad curam corporis præter cibū. [Suppeditarentur]Subministrarentur è cœlo sine aliquo nostro labore. [Quasi &c.] Munere dei,hoc erat ,puerbiū apud antiquos,ut uirgula diuinadari dicerentur, quę non expetebant,sed uidebantur uenire è cœlo,ut quondam maioribus nostris manna dabatur à deo, & eius erat saporis,quem quisque optabat,ut si nunc illud haberemus,non esset opus, ut gulosi , & manducones conditum emerent,nec plus gula sæuiens quam reliqua omnia constaret, sed deliciosi , & abdomini seruientes opibus , per fas , & nefas comparatis,hanc uirgulam diuinam sibi fecerunt, sed utinam in tanto luxu,& rerum affluētia aliquam honestatis curam haberent,nec uoluptatem elegissent, quam toto animo fouerēt, amarent, & illius patrocinium susciperent , quæ uix digna est, ut à uilissimo Lenone mucida panis frusta accipiat . [Vt aiunt] Prouerbialis est sapientia de fatali uirga , & ui occulta ipsius caducei atq. sceptri.[Non ita est] Respondet Cic. ad id , quod ipse per interrogationem proposuit.non collocaret se , inquit, in sola contemplatione, sed fugeret solitudinem,& socium quæreret.[Socium] Participem studii sui , & quo cū suas contemplationes communicare posset. [Ergo]Concludit officia iustitiæ anteponenda esse officijs contemplationis,& scientiæ.[Continetur]Constat ex contemplatione naturæ.

FRAN. MAT.

SED ab ijs partibus. [In operis diuisione consilij capiendi triplicem rationem esse dixit Cic. uidelicet cum quæritur, honestum ne aliquid an turpe,vtile an inutile,& cum utilitas pugnare uidetur cum honesto,deinde cū quærimus duobus propositis honestis utrum sit honestius , duobus utilibus utrum utilius , nam cum accidit forte tempus,ut duo sint minus honesta,quod minus turpe est,eligendū est, sicut ex duobus malis quod est minus malum eligere debemus. hactenus de officijs honesti præcepit , nunc de comparatione disserit duorum hone-

honestorum,ut cum duo honesta proposita fuerint,utrum ho
nestius sit consideremus,& id deligamus, ad quod probãdum
exemplis utitur. primum autem quatuor honesti partes com-
parat inter se,anteponendum dicens,quod communius est , &
ad hominum utilitatem magis pertinet.[Cognitionis]Prudẽ-
tia.[Cõmunitatis]Iustitia.[Magnanimitatis]Fortitudo [Mo-
derationis]Prudentia.[Hæc in deligendo &c.]Quia aliquando
incidit quæstio utrum sit eligenda prudentia magis quã iusti-
tia.postulant.n. tẽpora,vt maior ratio iustitię habeatur quàm
prudentiæ,& fermè nũquam contra sit,nã iustitia maior est, &
magis utilis,ac necessaria , quod supra sæpe est ostensum,quia
sine prudentia esse aliquando ciuitas potest , cum summa pax
fuerit , sine iustitia nunquam,qua sublata humani generis so-
cietas intereat necesse est.[Communitate]Iustitia.[Cognitio-
ne] Prudẽtia. [Idq. argumento &c.] officia quæ ducuntur ex
iustitia anteferenda his esse quæ ex prudentia nascuntur, hoc,
inquit,argumento probari potest,quod si quis sapiens,& in re
rum contemplatione positus , omnibus rebus affluere , sed in
solitudine manens hominem uon uideret, hoc profecto uiue-
re non posset , apparet itaq; communionis officia maiora esse
quàm cognitionis.[Sapienti] Qui in rerum omnium humana
rum,& diuinarum contemplatione uersatur. [Excedere è ui-
ta]Pro excederet.Arist.quoq. ait. sine amicis.n. nullus eligeret
uiuere,licere cuncta possidere alia bona. [Princepsq. &c.] Et
tamen,inquit, sapientia,quam Græci σοφίαν vocant,est omniũ
virtutum princeps,quoniã uirtutes omnes ab ea manãt, quod
si ita est,omnibus anteponenda est, & ut quis fortè decipiatur
ostendit,non esse idem sapiẽtia, & prudentia,quod per utrius-
que descriptionem intelligitur.[Quæ rerum &c.] Arist. quoq.
prudentiam diffinit habitum verum cum ratione , qui in his
agendis uersatur,quæ sunt homini bona,& mala, & prudentis
est bene consulere posse circa illa, quæ si bona, & vtilia sunt nõ
particulariter,puta qualia ad sanitatem,uel robur,sed vniuer-
saliter ad totius uitæ statum bene dirigendum,& illi sunt pru-
dentes, qui publicis priuatisq. rebus administrandis sunt apti.
Sapientia uero est scientia,& intellectus præciosissimorum,nã
& sapientes sunt,qui eximia admiranda, & difficilia , ac diuina
sciũt,& ut melius res intelligatur,cũ duæ sunt homines præter
rationalis,& irrationalis,& irrationalis sit uegetatiua, & sensi-
bilis , & altera prorsus à ratione aliena,altera aliquando ratio-
ni rebellis,aliquando illi parens uidelicet sensus,Rationalis du-
plex est,uidelicet consultatiua,& scientifica , consultatiua ipsa
est prudentia in qua consilium sunt,& electio quæ non sunt in
brutis. Nam solus homo eligit duobus propositis,quod est ho
nestius,& ex duobus commodis,quod est commodius. at uero
prudentia scientia est,quæ cognitis principijs discurrit.Intelli-
gentia tota est principiorum,sapientia utrunq. complectitur.
Nã,& de his tractat,quæ à principijs manẽt, & in his quæ prin-
cipia sunt discurrit,rectè ergo, & prudentia diffinit,quæ est de
his,quæ aliter esse possunt,& sapientia , quæ est de his quæ ali-
ter esse nõ possunt [Deorum,& hominum communitas] Per
sapientiam .n. ostenditur, quid homini cum Deo cõmune sit,
quid uero commune sit, alibi his uerbis Cic. ostendit. Animal
hoc.s.hõ acutũ,sagax,memor,multiplex,plenum consilij, & ra
tionis est adeo. solus .n. particeps est rationis,cuius cetera ani-
malia expertia sunt,quæ cum adulta perfecta est, sapientia ap-
pellatur.Nã soli homini,& deo est prima , eo igitur cũ Deo so-
cietas homini ratio,& cõmunio . De cõmunione Deorum , &
hominũ,hic idẽ auctor nõ nulla dicit lib.de Nat.deor.3.Vel sic
accipiamus,per sapientiã Deos in se,& homines inter homines
sociari. [Officiũ,id esse maximũ]Quandoquidẽ cõmunitas in-
ter Deos,& homines efficitur sapiẽtia, ergo illud officiũ,quod
à cõmunitate deriuatur maximũ est , & anteponendũ, officiũ
autẽ iustitiæ eiusmodi est,ergo maximũ est,& anteponendũ.Il
lud vero negari nõ potest bonu tanto esse maius ac melius q̃-
to latius paret.[Etenim &c.[Qui præcepta uiuẽdi tradunt phi-
losophi ad cõmunitatẽ aliquid cõferũt, nam præceptis suis ui-
tijs prosunt,& posteris. Sed siquis tantũ in ueri inuestigatione
uersatur nõ etiam scribit hic,quod honestũ est, sed attingit, &
inchoatũ reliquit.Nõ.n.satis est scire,quod faciẽdũ sit,nisi alijs
quoq; ostẽdas,nã uirtutis laus omnis in actione cõsistit. [Ea si
maxima &c.] In cõparatione duorũ honestorũ cõsiderãdũ est
utrũ honestius sit.Quod nũc facit Cic.dicẽs iustitiã anteponẽ-
dam esse prudentiæ,quia eius est communio , quæ à sapientia
manat,& quoniam prudentia nihil esset, nisi eam actio aliqua

Sapiẽtia.

Sapiẽtia. Prudentia.

Rationali duplex.

Hõ solus rõnis particeps.

Iustitia.

sequeretur, omnis autem actio maximè in hominũ cõmodis
tuendis cernitur.Est autẽ argumentum à primo ad ultimum,
Omnes uirtutes manant à sapientia , in qua continetur Deo-
rum,& hominum communitas,atque societas . Omnis uirtus
manca est,si ratione careat,omnis actio dirigenda est ad homi-
num commoda tuenda,& hoc iustitia facit , ex quo principem
aliarum uirtutum eam esse cognoscitur.[Atq. id optimus q.-
que &c.] Facilè,inquit,uim suam natura ostendit,nã ut quisq;
optimus est,ita communem tuetur utilitatem.Fac,inquit,op-
timum aliquem in contemplandis naturæ rebus occupari , fac
idem nunciari periculũ imminere patriæ,& ut subueniat opus
esse,& statim contemplatione rerum , & veritatis inuestigatio-
ne relicta,ad defendẽdam patriam accedet.Ex quo apparet stu
dijs inquirendi ueri anteponenda esse studia,& officia commu
nitatis.[Dinumerare stellas]quod maximè difficile est , quod
tamen quidam tradunt fecisse Hipparcum. [Metiri mundi ma
gnitudinem &c.] Qui mundus est infinitus,sed finito similis,&
est is qui cõstat ex Sole, & Luna,& terra,& omnibus stellis, om
nibusq; ementis, idem orbis uocatur.Atque hoc idem] Nõ so
lum in tuenda pattia talem se præstabit optimus quisque, ut
studia relinquat cognitionis,sed etiam parẽtibus,& amicis sil-
li subueniẽdum fuerit.[Antiquius]Carius, antiquum ueteres
pro nobili uetusto,& caro,posuerunt. [Atque illi &c.] Osten-
dit philosophos non penitus ab hac utilitate exclusos esse,quia
multos erudiunt,& bonos ac utiles ciues esse faciunt philoso-
phiæ pręceptis,duobus modis prodesse possunt philosophi scri
bendo,& dicendo.[Meliores,utilioresque] siue in politica,siue
in œconomica.[Lysias Pyth.] ostendit exemplo quomodo phi
losophi homines instituerunt,principes præsertim, qui eorum
præceptis meliores facti suas resp.optimè gubernarunt . prin-
ceps autem cum eruditur uniuersa ciuitas instituitur . quales
.n. principes sunt, tales reliqui solent esse ciues,ut ait Cice.Ly-
sias Pyth.fuit philosophus,& orator,qui Thebanum Epaminõ
dam instituit,& sic instituit.ut optimus ciuis,& imperator ille
euaserit præstantissimus,& Græciæ princeps Cic.sententia. Nã
eo uiuo Græciæ imperarunt Thebani,qui ante eum , & posteã
semper seruierunt [Plato] s.erudiuit.[Syracusanum Dionem]
Hic fuit Hipparini filius Syracusanus nobili genere natus . Cũ
Plato Tarentum uenisset,idque in Sicilia fama nunciasset,Dio
nys.tyrannus negare id Dion adolescenti non potuit,qui Plat.
arcesseret,cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret , adeo
autem admiratus est Plat.atque adamauit , ut se totum ei tra-
deret.Neq. uero minus Plat. delectatus est Dion. [Nosq; ipsi]
Ipsius exemplo utitur Et si quid,inquit,utilitatis attuli respu.
propterea attuli,quod ad eam gubernandam philosophorum
præceptis instructis accessi. [Neque solum uiui &c.]Duob.mo
dis uir doctus,& philosophus prodesse potest,docendo,& scri-
bendo.Scripta uero non præsentes tantum,sed etiam absentes,& posteros instituũt.[Post mortem] Quia mortui, prosunt
scriptis su.[Nec.n. locus ullus &c.] Confirmatio est propositio
nis.Vere inquàm prosunt philosophi quàmuis resp.non attin-
gant. quoniam ea,quæ ad mores, & bene uiuẽdi rationem spe-
ctant,studio,& diligentia sua inuenerunt.[Ad leges] Quæ præ-
mia statuunt bene merentibus,male facientib. pœnas.Duabus
autem reb.cõstant resp.ut Solon dicebat,præmio,& pœna.[Vt
ocium suum &c.]Ea.n.per ocium excogitarunt,& scripserunt,
quæ docent quo pacto agere negocia nostra debeamus. [Itaq;
illi &c.]Ergo non sibi solum prosunt , sed etiam ceteris studio-
sis.[Ob eam causam &c.].s.cõmunis utilitatis,qui supra dixit ,
Melius est eloquentiam cum prudentia coniũgere, quàm in so
la sapientiæ cognitione versari.Nam qui in hac tantum modo
persistit,sibi soli prodest. Sed qui habet eloquentiam cum pru
dentia coniunctam,communitati prodest,cuius officia ceteris
anteponuntur. [Modo prudenter] Optabile est sapientiam cũ
eloquentia esse coniunctã,nam eloquẽtia sine sapientia est ve-
luti gladius in manu furiosi.Sapientia sine eloquentia,parum
prodesse ciuitatibus : Eloquentia uero sine sapientia nimium
obesse plerunque , prodesse nunquam existimauit Cic. [In se-
ipsa uertitur]Quia sibi soli prodest inquisitio ueritatis , nisi li-
teris mandetur. [Communitate]Prima coniunctio est vniuer-
salis omnium:deinde arctatur cum ratione,cum ciuibus, cum
affinibus,cum propinquis,cum filiis , & ut quisque est coniun-
ctior nobis,ita magis illis prodesse volumus.[Atq; vt apũ &c.]
Similitudine ostendit apum:quo,& cur apes congregantur. Si
cut.n.apes non vt fauos faciant, sed quia sunt animalia natura
congre-

post mortem. Nec enim i. quia non ullis locus non est prætermissus ab his .s. philosophis, qui.i.locus pertinet ad leges, qui pertinet ad mores, & qui pertinet.ad disciplinam reip. qua discatur gubernatio reip. (Textus ferè habent pertineat, quia plura singularia æquipollent plurali) ita sup. ipsi philosophi uidentur contulisse.i.applicasse, suum ocium .i. uacationem à publico munere, ut philosophiæ studeant ad nrm negocium .i. ad erudiendos nos quicunque in negocio sumus. Et sup. ita illi ipsi dediti.i.addicti, & operam dantes doctrinæ, & studiis & sapientiæ, conferunt potissimum. i. præcipue suam prudentiã & intelligentiam ad utilitatem hoĩum, eloqui.i, disserere, & ex arte loqui, copiose.i.abundanter & prompte, (Modo.i. dummodo sup. fiat prudenter) est ẽt ob eam causam. i. præter utilitatẽ hominum, melius.i.præstantius, q̃ cogitare.i disquirere, & scrutarj res, uel.i.etiam acutissime eloquentia.i.artificiosa facũdia. quod.i. quia ipsa cogitatio uertitur in se. i. ad utilitatem cogitantis reducitur. eloquentia uero complectitur eos quibus cũ i. cum quibus sumus coniuncti cõitate. i. una rep. aut ciuitate. Atque pro &, ut.i.quemadmodum examina apum.i.congregationes simul euolantium æquè in forma racemi, aut botri arbore nonnunquam condependent, non congregantur causa fauorum congregandorum .i. ad congregandos fauos, sed cũ.i. quoniam ita est, quod sint congregabilia natura.i. per naturã, & naturalem inclinationem fingunt.i.cõponunt, & construũt fauos, & sic ac etiam multo magis homines congregati natura .i. per naturam, adhibent.i. adiungunt solertiam augẽdi, & cõgregandi. itaque.i. & ita nisi ea uirtus quæ constat.i. conficitur ex hominibus tuendis.i. ex protectione hominum .i. ex societate generis humani attingat cognitionem rerum, ipsa cognitio uideatur soliuaga.i.sola uagans sine comite, ut cuius societas nulli prosit, & ieiuna.i.sterilis, & arida. Itaq;.i. similiter magnitudo animi sit quædam feritas, & immanitas, remota cõmuni tate, & societate humana .i. communitas, & societas humana remoueatur ab ea. ita.i. & hoc modo fit, ut consociatio atq; cõmunitas hominum uincat.i.superet in præstantia studium cognitionis. Nec; sup. illud, quod dicitur à quibusdam .i. ceteris auctorib. ut à Plat. uidelicet istam communitatem, & societatẽ cum hominibus esse propter necessitatem uitæ, iccirco quod.i. quia nos non possemus consequi .i. obtinere, atq; efficere sine alijs.i.sine aliorum auxilio, ea quæ natura desideraret. Quod si omnia quæ pertinent ad uictum, & cultum .i. amictum, suppeditarentur, i. administrarẽtur nobis, quasi uirgula diuina.i. per uirgulam diuinam, hoc est sine labore, & industria, ut aiunt .i. prouerbio est, tum.i. tunc quisq; optimo ingenio .i. quilibet habens bonum ingenium collocaret.i. occuparet se tantum in cognitione, & sciẽtia, & hoc omnibus negocijs omissis, sed sup. non est ita.i. licet omnia suppeditarentur nobis quasi virga diuina, non tamen spreta societate soli cognitioni insistere optimo quisq; ingenio. nam ipse sup. fugeret, & .i. pariter solitudinẽ .i. nollet semper esse solus, & .i. pariter quæreret sociũ studij .i. cum quo se exerceat, tũ .i. pariter uellet, discere à doctore, uideret tum.i. pariter docere minus doctũ.i. & uellet, tum.i. pariter audire alijs.s. discentibus, & tum .i. pariter dicere. Ergo omne officium, quod ualet ad coniunctionem, & ad societatem hominum tuendam .i. protegendam, est interponendum illi officio, quod continetur cognitione, & sciẽtia, & hoc potissimũ in utilitate.

ARGVMENTVM.

Iustitia ne, an temperantia potior.

ILlud forsitan quærendum sit, num hæc communitas, quæ maximè est apta naturæ, sit etiam moderationi, modestiæque semper anteponenda. non placet. sunt enim quædam partim ita fœda, partim ita flagitiosa, ut ea ne conseruandæ quidem patriæ causa sapiens facturus sit. ea Posidonius collegit permulta, sed ita tetra quædam, ita obscœna, ut dictu quoque uideantur turpia. Hæc igitur non suscipiet quisquam reip. causa, ne resp. quidem pro se suscipi uolet. sed hæc commodius se res habet, quòd, non potest accidere tempus, ut intersit reip. quidquàm illorum facere sapientem. quare hoc quidem effectum sit in officiis deligẽdis, id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate. etenim cognitionem, prudentiamque sequetur considerata actio. ita fit, ut, considerate agere pluris sit, quàm cogitare prudenter. Atque hæc quidem hactenus. patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile, in exquirendo officio, quod cuique sit præponendum uidere. ipsa autem cõmunitate sunt gradus officiorum, ex quibus, qui cuique præstet, intelligi possit; ut prima diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Quibus ex rebus breuiter disputatis intelligi potest, non solum id homines solere dubitare, honestum, ne an turpe sit; sed etiam duobus propositis honestis, utrum honestius. Hic locus à Panætio est, ut supra dixi, prætermissus. sed ad reliqua pergamus.

ILlud forsitan quærendum sit] Nunc Cic. remouens dubitationem, quę aliquando posset oriri, præcipit statuitq; non semper officia iustitiæ anteponenda esse modestiæ, & uerecũdiæ, ut si proponeretur alicui, ut cum matre coiret, aut patrem interficeret, aut aliam aliquam turpitudinem maximam committeret, aliter patria cõburetur, siue aliqua calamitate resp. afficietur, nullo pacto cũ matre concumbendum est etiam si patria ruitura esset, & communis utilitas peritura. & sic de similibus in quibus debemus magis habere rationem uerecundiæ, quam iustitiæ, & communis utilitatis quoniam uerecundia maximè docet hominis præstantiam, nec debet sapiens facere aliquid contra uerecundiã, etiam si casus aliquis, & communis utilitas posceret. uerecundia.n. omni commodo antiquior nobis esse debet. [Hæc cõmunitas] Iustitia quæ est ad cõmunem hominum societatẽ tollendam. [Apta naturæ] Quæ naturæ] Quæ naturæ conuenit, natura.n. ita uult, ut homines coniungantur, ut communitas inter ipsos seruetur. [Sit etiam] Quemadmodum diximus, anteponendam esse officijs contemplationis aliarum uirtutum, quæri posset, inquit, & dubitari, an studio huius cõmunitatis tuendæ debeamus modestia relinquere. dictum est supra, quid sit modestia, quid moderatio, quid uerecundia. [Non placet] Vt iustitia anteponatur modestiæ. [Sunt.n.] Ratio quare Cic. ita statuit, & sentit, quoniam sunt aliqua ita turpia, ut nullo modo committenda sint, etiam si cũ ipsis patriam ruentem liberare quis posset, quoniam sunt contra modestiam, & uerecundiam [Fœda] Turpia. [Flagitiosa] Scelere ac flagitio plena. [Tetra] obscura, & per hoc fœda, turpia, crudelia. [Cõseruandæ patriæ causa] etiam si tali rę commissa patriam liberare posset. Arist. lib. 3. Eth sic ait: Sunt autẽ quædã ad quę forsitan non licet quenquam esse compulsum, sed potius oportet summa perpessum tormẽta, mortem obire. [Posidonius] qui fuit discipulus Panætij. [Ea] quæ sunt ita turpia, & flagitiosa. [Collegit] Coadunauit, & posuit in suis commentarijs. Posidonius n. locum de repugnantia utilis, & honesti pretermissum à Panætio præceptore suo tractauit bř in quibusdam commentariis, ut idem Cic. scribit in 3. lib. in quib. ea posuit, quæ cum uideantur utilia, repugnant honestati, modestiæ, ac uerecundiæ. [Obscæna] Fœda. [Vt dictũ] Non modo factu cum dicuntur turpia sunt, nedum cum fierent. hoc, inquit, nullo modo facturus est sapiens, etiam pro salute patriæ. adde etiam, quod resp. benè instituta moribus, & legibus non uult, ut pro se uir sapiens, & perfectę uirtutis turpia committat. [Sed hæc res] idest præsens disputatio, & uiuendi formula habet se melius, quam hi opinabantur, qui non nihil addubitabant, intersit reip. expediat ciuitati per turpitudinem, ac flagitium suorum ciuium conseruari, sed potius cum honestate deleri. Isocr. in Panægyrico sic scribit. ut bonis, honestisq; uiris eligibilius est honestè mori, quam turpiter uiuere, si claris, & excellentibus ciuitatibus vtile est ex hominum memoria tolli potius, quam seruire. hæc Isocr. sensus ergo Cic. est. gaudendum, & gratulandum nobis esse, quoniam res ita se habet, ut sapiens non cogatur facere turpia pro communi salute. [Commodius] Melius, & decentius. [Tẽpus] aliqua temporis

PET. MAR.

poris conditio.[Eorum] quæ turpia sunt, & à Posidonio colliguntur.[Quare hoc] concludit Cic. hãc disputationẽ de duob. honestis utrum honestius, & officia iustitiæ præponit, cũ pluribus prosint,& ait pluris esse considerare agere, quã cogitare prudenter. In oratione pro Sextio ait, Bene sentire de rep. prudentiæ est, facere fortitudinis, facere uero,& sentire perfectę cumulatæq; uirtutis.[Hoc sit effectum]conclusum argumẽtis,& exemplis antedictis.[Hominum societate]quæ manant à iustitia, quæ est ad humana cõmoda tuenda.[Etenim]certè cognitionem sequi debet actio, ne sit manca, & inchoata ipsa contemplatio. [Pluris sit] maioris utilitatis quam cõtemplari, sed hæc, inquit, de his reb. dicta sint. iam ad alia quæ restant, transeamus.[Patefactus est.n.]repetit paucis Cic. omnia quę in hoc primo uolumine disputata sunt, & parat se ad secundum, in quo de vtili agetur. [Patefactus]apertus est, & de ipso satis disputatum.[Locus]Sedes officiorum.i. iam finem huic disputationi faciam, quoniam de honesto à quo ducuntur officia, satis dictum est, ut iam omnia officia discerni possint,& quid sit honestius, si quando facienda erit comparatio, iudicari,& quæ quibus ratione temporum anteponenda sint. [In exquirendo officio] Tum quærimus quid sit magis officium.i. quid magis virtuti conueniat, tempori, personæ, alijsq; circunstantijs: & sic apparebit quid omnibus alijs præponendum sit.[In ipsa autem] Sed, inquit Cic. hoc restat adijciendum, vt cognoscantur gradus, seruenturque in actionibus, quæ ad communem vtilitatem pertinent, quas actiones diximus contemplationi præferendas. Si igitur omissa rerum cognitione debemus aliquam vtilitatem afferre, & alicui laboranti adesse, debemus seruare gradus humanæ societatis, quos Cic. suo loco posuit,& illi pri⁹ opitulari, cui plus debemus.[Communitate]Actionibus iustitiæ, quæ sunt ad communitatem tuendam.[Sunt gradus off.] Quoniam aliquod officium vni potius quam alteri aliquando præstandum est, etiam si eodem tempore à nobis exigeretur, quoniam hi quibus officia debentur, habent inter se gradus de quibus dictum est.[Sũt gradus] quoniam non omnia officia, quæ à communitate manant, paria sunt, sed alia maiora, alia minora. [Ex quib.] gradibus officiorum [Quid præstet]præstabilius sit,& à nobis potius agendum, tanquam honestius,& vtilius.[Præstet cuiq;] Antecellat alijs.[Vt prima]ecce gradus officiorum. Prima officia debemus deo, inde per gradus hæc officia alijs debentur. [Gradatim]per gradus affinitatis, consanguinitatis,& amicitiæ, de quibus dictum est. [Ex quib. re.] comparatione honestorũ,& gradib. officiorum, q̃ manãt à iustitia.[Hic locus]de comparatione honestorũ inter se,& de ipsis gradibus, sed Panæt. ut sæpe inculcaui, iure hoc prætermisit, quoniam Stoici non dabãt gradus in honesto, & vitio. [Ad reliqua] Ad secundam partem propositionis, de utili, scilicet pergamus.

FRAN. MAT.

Illud forsitan &c.]Nunc dicit quæri posse, sint ne semper officia temperantiæ officijs iustitiæ postponenda, & accidere dicit tempora, ut ea quæ ad modestiam,& temperantiã spectãt, potiora sint officijs iustitiæ, vt patriæ cõseruatio, quæ nisi comitem habuerit, temperantia spernenda est, nec ipsa patria fędum aliquid,& flagitiosum, pro salute sua fieri vellet, vt si cuipiam cõsideretur, ut seruare patria posset, si cum matre coiret. huiusmodi autẽ turpia, quæ accidere possent,[Posidonius collegit. cur ipse colligere noluerit, causam affert [Forsitan]ostendit officia iustitiæ, anteponenda esse officijs prudentiæ,& fortitudinis, reliqua erat temperantia, qua compararet, quod nunc facit. [Maximè apta natura] Nam sine ea humanum genus esse non posset. [Ita flagitiosa]Vt incestum, adulterium cum matre, parricidium committere.[Posidonius]qui & ipse de officijs scripsit. Sed in hoc com.&c.]sed res ita est, ut nunquàm accidere possit, ut his seruari patria à sapiente posit.& commodè actum est, quod redigi ad hanc necessitatem non possumus [Quare hoc &c.]Concludit, quando quidem inquit officia iustitiæ cognitioni anteponenda sunt. Hæc autem fortitudinem comitantur,& à temperantia etiam aliena non sunt. sequitur, ut officia, quæ communitatem seruent, sint omnibus officijs cuiuslibet honesti anteponenda. [Etenim cognitionem &c.] Magis confirmat conclusionem suã hoc modo: Quidquid præsupponit aliquid, dignius est eo, quod præsupponitur, considerate agere præsupponit prudenter cogitare, ergo plus est cõsiderate agere, quam prudenter cogitare. nam siquis prudenter cogitat, idem considerate agit. Sed contra, qui considerate agit, prudenter cogitauit, ergo officium iustitiæ anteponẽdum est officijs prudentiæ, eodẽ modo,& reliquis. [Patefactus est locus]Conclusio est libri[In ipsa autem &c.] Rectè inquit, vt nõ sit difficile uidere &c. Quia in ipsa communitate gradus sunt officiorum, non satis fuit intelligere officia iustitiæ aliarũ virtutum officijs præferenda esse, nisi etiam admoneremur, in ipsis iustitiæ officijs, alia alijs anteponi debere.[Quib. ex rebus] Hoc est quod etiam in principio prætermissum à Panætio reprehendit.

Officia iustitiæ.

ASC.

Illud forsitan quærendũ sit]In hac ult. huius j. parte disquirit Cic. an iustitia verecundiæ, modestiæque præponenda sit. Ordo est: Forsitan illud quærendum, num.i. nunquid communitas.i. iusta communicatio,& conseruatio inter homines, quę maximè apta est naturæ, sit semper anteponenda.i. præ ferẽda etiam moderationi, que pro &, modestiæ, hoc est temperãtiæ. Respondet auctor dicens: Non placet sup. ut semper anteponatur. Enim pro quia, quædam sunt ita fœda, idest obscœna, & turpia,& partim.i. pro parte, aut quædam ita flagitiosa.i. flagitijs plena, vt sapiens ne quidem.i. non etiam. non sit facturus ea, etiam causa conseruandæ patriæ sup. Posidonius collegit ea .i. eiusmodi, quæ fieri non debent pro patria, permulta.i. ualde multa, sed sup. collegit quædam ita tetra, idest abominabilia, & ita obscœna, ut uideantur turpia, quoque.i. etiam, dictu.i. ad dicendum, vel ut dicantur. Igitur quisque non suscipiet hæc.i. huiusmodi sup. facienda causa reip. ne, pro & non resp. quidem non uolet hæc suscipi.i. quòd hæc suscipiantur pro se. Sed hæc res habet se commodius.i. commodè fit, quòd tempus non potest accidere.i. non sit dabile, ut intersit reip. sapientem facere quidquàm illorum.s. turpium,& flagitiosorum, hoc resp. non est unquàm perpessa, ut expediat pro ea quidquã turpe fieri. quare.i. qua de causa, hoc sit effectum.i. conclusum,& expressè obtentum in officijs deligendis.i. in delectu habendis, hoc.s. genus officiorum excellere, quod teneatur societate hominum.i. quod consistit in iustitia. etenim.i. quia certè actio considerata .i. cum consideratione facta sequatur.s. debeat sequi cognitionem, que pro &, prudentiam, ne[.s. cognitio sola sit manca, & inchoata. ita.i.& sic fit, ut agere considerate sit pluris.i. maioris dignitatis,& præstantiæ, quam cogitare prudenter. Atque hæc quidem sup. dicta,& disputata sunt hactenus.i. usque ad hunc locum. Enim pro quia, locus est patefactus.i. manifestatus, ita sup. ut non sit difficile.i. exquirendo officium i. dum officium exquiritur, uidere quid sit cuiq; proponendum. Autem, p̃ sed, gradus officiorum sunt in ipsa communitate.i. iusta conuersatione hominum. ex quib.s. gradib. possit intelligi, quid præstet .i. præferendũ sit cuiq;, ut prima.i. primæ partes officiorum debeantur dijs immortalibus. secunda i. secundæ partes debeantur patriæ, tertia.i. tertiæ partes debeantur parentibus, & reliqua i. seq. partes debeantur deinceps.i. suo ordine, gradatim.i. per gradus reliquis sup. hominibus. Ex quib. reb. disputatis breuiter potest intelligi, homines solere dubitare, nõ solũ id quod sequitur uidelicet, ne pro an, sup. illud, quod faciant sit honestum, an turpe, sed etiam dubitare sup. duob. honestis propositis.i. postquàm duo honesta proposita sunt utrũ.i. quod illorũ duorũ sit honestius. Hic locus.s. disquisitionis inter 2. honesta est prætermissus, ut dixi (inquit auct.) à Panæt. illo qui de of. plur. sc. sed pergamus, i. procedamus ad reliqua sup. explicanda .i. ad ea, quæ de of. dicenda restant, ita concludit j. lib.

M. TVLLII CICERONIS OFFICIORVM AD MARCVM FILIVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

SVperiore libro duas propositas initio diuisionis partes absoluit, quid honestum, quid contra, & in honestis, utrum honestius. In hoc de alteris duabus promittit, quid utile, quid inutile, tum inter utilia utrum utilius, aut quid utilissimum. Deinde inconstantia reprehensionem deprecatur, quod à ciuili uita, quam sæpe prætulerit, nunc ad ocium studiorum se conuertit, tum cur ad philosophiam potius, quàm aliud studiorum genus. Postremo, cur Academicus de officiis præcipiat, rationem reddit.

QVemadmodum officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. sequitur, ut hæc officiorũ genera persequar, quæ pertinẽt ad uitæ cultum, & ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias, in quo tum quæri dixi, qđ utile; quod inutile; tum ex utilibus quid utilius, aut quid maximè utile. de quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto, ac de iudicio meo dixero. quamquam enim libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitauerunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiæ nomen sit inuisum, mirenturque in ea tantum me operę, & temporis ponere. Ego autem quãdiu resp. per eos regebat, quibus se ipsa cõmiserat, omnes meas curas, cogitationesq́; in eam conferebam. Cum autem dominatu unius omnia tenerentur; neq; esset usquam consilio, aut auctoritati locus; socios denique tuendæ reip. summos uiros amisissem; nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi his restitissem; nec rursum indignis homine docto voluptatibus. atque utinam resp. stetisset, quo cœperat, statu, nec in homines non tam commutandarum rerum, quàm euertendarum cupidos incidisset. primum enim, ut stante repu. facere solebamus, in agendo plus, quàm in scribendo, operæ poneremus: deinde ipsis scriptis nõ ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus. cum autem resp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino, illæ. s. literæ conticuerunt, forenses, & senatoriæ. nihil autem agere cum animus non posset, in ijs studiis ab initio uersatus ætatis; existimaui honestissimè molestias deponi posse, si me ad philosophiam retulissem. Cui cum multum adolescens, discendi causa, temporis tribuissem; postea quã honoribus inseruire cœpi, meque totum reipu. tradidi, tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum, & reip. temporibus, id autem omne consumebatur in legendo: scribendi ocium non erat. maximis igitur in malis hoc tantum boni assecuti uidemur, ut ea literis mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, & erãt cognitione dignissima. quid est enim per Deos, optabilius sapientia? quid præstãtius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc qui expetunt igitur, philosophi nominant: nec quidquàm aliud est philosophia, si interpretari uelis, quàm studium sapientiæ. Sapientia autem est, ut à ueteribus philosophis definitum est, rerum diuinarum, & humanarum, caussarumq́;, quibus hæ res continentur, scientia. cuius studium qui vituperat, haud sanè intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet. nam siue oblectatio quæritur animi, requiesq́; curarum; quæ conferri cum eorum studijs potest, qui semper aliquid acquirunt, quod spectet, & ualeat ad bene, beateq́; uiuendum: siue ratio constantiæ, uirtutisq́; quæritur; aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. nullam uero dicere maximarum rerum artem esse, cũ minimarũ sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquentium, atq; in maximis rebus errantium. si autem est aliqua disciplina virtutis, vbi ea quęretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc cum ad philosophiã cohortamur, accuratius solent disputari: quod alio quidẽ libro fecimus. hoc autem tantum nobis declarandũ fuit, cur, orbati reip. muneribus, adhoc nos studium potissimum contulissemus. occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis, quærentibus satis ne constanter facere videamur, qui, cum percipi nihil posse dicamus, tamen & alijs de rebus disserere soleamus, & hoc ipso tempore præcepta officii persequamur. Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia non. n. sumus ij, quorum uagetur animus errore, nec habeat unquàm, quid sequatur. Quæ. n. ista esset mens, uel quæ uita potius, non solum disputandi, sed etiam uiuendi ratione sublata? nos autem, ut ceteri, qui alia certa, alia incerta esse debent, sic, ab his dissentientes, alia probabilia, contra alia improbabilia esse dicimus. quid est ergo, quod me impediatè, quæ mihi probabilia, uideantur sequi, quæ cõtra, improbare; atq; affirmandi arrogantiam uitare, fugere temeritatem, quæ à sapientia dissidet plurimum? contra autem omnia disputatur à nostris, quod hoc ipsum probabile elucere non possit, nisi ex utraq; parte causarum esset facta contentio. sed hæc explanata sunt in Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quanquam in antiquissima, nobilissimaque philosophia Cratippo auctore versaris, iis simillimo, qui ista præclara pepererunt; tamen hæc nostra, finitima uestris, ignota esse nolui. sed iam ad instituta pergamus.

QVemadmodum officia ducerẽtur] Postquàm de honesto, & omni genere uirtutis disputatũ est, & satis præcipit, quid quoquo tẽpore honestatis causa agere debeamus, utitur Cic. trãsitione, & proponit captans attentionẽ, quid sit dicturus in hoc 2. uolumine, & quo ordine. Inde interponit aliqua, quibus docet, quare cœperit philosophari, cũ prius in senatu, & causis forẽsibus uersaretur. Et sic damnat tẽpora sua, & Cæsaris iã interfecti præteritam tyrannidẽ, optatque libertatẽ uir prudẽtissimus, & salutis reip. studiosus. Inde laudat philosophiã tanquam animi medicinã, & re-

&remedium vnicũ ad pellendas perturbationes, & moleſtias, quibus Cice. planè fuiſſet confectus occupata à Cęſ. rep. niſi ad philoſophiam diuertiſſet. Et ſic trahit Cæſ. in odium, & inuidiam, atque alios ad philoſophiam uocat. Inde dicit, quod genus philoſophandi maximè probet, Academicorum .ſ. qui in utranque partem diſputabant, vt veritas magis eluceſceret. Inde aggreditur tractatum ibi, quinque rationibus propoſitis. [Officia] Actiones honeſtæ. [Ab honeſtate] Ab illo honeſto, quod in iiij. partes diuiſimus. [Ab omni genere virtutis] Quoniam in illis iiij. principalibus aliæ adnexæ ſunt, ut Iuſtitiæ liberalitas, & magnificentia: Fortitudini, magnanimitas & conſtantia: Temperantiæ, ordo, modeſtia, ornatus, uerecũdia, decorum, & moderatio. dictum eſt igitur quemadmodum à ſingulis ducatur officium. i. actio cum virtute. Explicatum] Expoſitum, & narratum. [Vt perſequar] explicem, & perſcribã officia, quæ pertinent ad utilitatem, & honores, & gloriam cõparandam. [Ad uitæ cultum] Ad ornamentum uitæ. [Facultatem] Potentiam, & poſſibilitatem. nam facultas dicitur, qua aliquid facere poſſumus à faciendo dicta. unde dicitur facultas diuitiarum, facultas militandi. [Facultatem] Vt habeamus facultatem earum rerum, quibus homines utuntur in uita. [Copias] rerum affluentias. [Ad opes] Diuitias, potentiã, cliẽtelam. [In quo] In hac parte quæ pertinet, ad cultum uitæ, opes, & copias. [Dixit] In princ. huius operis, vbi dixit, homines ſolere conſultare, vtile ſit nec ne, quod facturi ſumus. [Tũ] Præterea ex duobus vtilibus utrum utilius. [De quibus] Officijs quæ pertinent ad cultum uitæ rerum, facultates, opes, & copias. [Aggrediar] Incipiam. [Si pauca prius de inſtituto] Propoſito, & ſententia mea ac etiam iudicio, quare iudicauerim ita mihi eſſe philoſophandum. Cum, inquit, prius dixero, atque hoc uitæ inſtitutum ſequar, & totum me philoſophiæ dederim, me officijs, quæ pertinẽt ad vtilitatem dicere incipiã. [Quanquam enim] Ratio quare vult prius dicere pauca de inſtituto, quoniam video nonnullis philoſophiæ nomen eſſe inuiſum, unde opus eſt reddere rationẽ, quare hoc inſtituerim. Quamuis, inquit Cic. lib. noſtri, quos de philoſophia edidimus, nonnullos excitauerint, non modo ad legendum, ſed etiam ad ſcribendum in philoſophia, tamen uereor, & ſubdubito, aliquibus nomen philoſophiæ in uiſum eſſe, ideo mihi opus eſt docere, cur hoc genus philoſophandi his præſertim temporibus cõſecter, [Libri noſtri cõplures] vt Academia, de Fin. Tuſc. diſputationes, de Diu. de Fato, de nat. deor. Parad. Cato maior, Lælius, & alia ſi qua ſunt opuſcula. [Complures] Vt Hortenſium, & Brutum, qui libellum de virtute ad Cic. ſcripſit, & pondere rerum in philoſophia, auct. Fab. & nonnulli alij ad æmulationem. Cic. qui poſt Varr. huic rei optimum auſpicium dedit, in philoſophia legerũt, & ſcripſerunt eodem tempore, poſtea ſecuti ſunt alij. [Excitauerint] Quaſi dormientes, & non curantes philoſophiam [Tamen] Quamuis alios excitauerim bonis uiris. i. ſimplicibus, & viuentibus more maiorum, & inſtituto, nõ ex philoſophicis præceptis. Tales homines Cic. appellat bonos, & optimos, ut alibi dicetur latius. [In ea] philoſophia. [Tantũ me operæ] Laboris, & ſtudij. [Ego autem] affert rationes Cic. quare genus forenſe dicendi, & reip. munera omiſerit, damnans tempora, quibus nulla reſp. erat, quoniam bellum ciuile tunc ſæuiebat, & fluctuabat reſp. quippe Octauius ad tyrannidem aſpirabat, qui tunc cum Antonio cœperat diſſentire. quod igitur tantum operæ, & ſtudij in philoſophia ponat, tẽpori aſcribit, in quo munera publica non licebat obire. quoniam ad aliorum libidinem reſp. regebatur, & prius à Cæſ. quo uiuo Cice. quærẽs ocium philoſophatus eſt. Hoc autem opus ſcripſit poſt mortem Cæſaris. Excuſat igitur ſe, quod ſtudia philoſophiæ negocijs publicis præponat, cum ſupra diſputauerit communem vtilitatem cognitionum ſtudijs præponendam eſſe, & oſtẽdit non certo iudicio aut odio reip. ſed temporis conditione ſe adductum diuertiſſe ad ocium, & philoſophiam, omiſſo foro in quo regnauerat. [Per eos] Et optimates, & bonos viros, q. per ſuffragia conſules eligebantur, & alij magiſtratus qui remp. cõſilio, & opera regebãt, ac gubernabant. [Seipſa] Quoniam elegebantur ſuffragijs ciuium hi, qui rẽp. regerent. Poſtea Cæſ. eã occupauit, cum prius eſſet libera. [Omnes meas curas] Captat beneuolentiã à perſona ſua Cic. oſtenditq; ſe fuiſſe ſtudioſum reip. quandiu potuerit, & nihil curaſſe niſi utilitatem illius, nihilque aliud cogitaſſe, quam vt illi prodeſſet omni cura, ſtudio, opera, & ſic Cæſ. inuidiam facit. [Cũ autem dominatu &c.]

Tyrannide Cæſ. qui diuina, & humana iura uiolauit, nec conſilia, & auctoritas. Senatorum ualebant ſub Cæſ. ad cuius libidinem omnia adminiſtrabantur. [Vſquam] In aliquo loco. [Socios] Qui erant mihi ſocij ad defendenda in remp. & partes optimatum, quibus Cæſ. aduerſatus eſt, fouens Marianos, & plebem. Socij fuerant Pompeius iam obtruncatus in Aegypto, Cato Vtic. Milo, Lent. & nonnulli alij. Sed Pomp. & Cato fuerant præcipui defenſores reip. [Summos uiros] Claros, & magnæ auctoritatis, & nominis, qui vna mecum communẽ libertatem defendebant. Et ſic rem exauget, ut oſtendat præſtantiſſi. viris, & principibus ciuitatis iam extinctis, qui libertati ſtudebant ſe non potuiſſe aliud facere, quam philoſophari. [Angoribus] Angor eſt ægritudo præmẽs. non dedi, inquit, me dolori, & angori, ſed philoſophiæ, quæ meo dolori mederetur. Quibus, angoribus [Confectus] victus, proſtratus, atq; cõſumptus. [His reſtitiſſem;] i. niſi his rationib[9] philoſophiæ ſubnixus, quæ animi ſolicitudinibus medetur, repugnaſſem angoribus. [Indignis homine docto] Quoniam voluptas docto uiro repudianda eſt, ut meretricula infamis. [Atque utinam] Optat Cic. libertatem, & priſtinum ſtatum reip. ut in eam omnes ſuas curas conferret, & oſtendit ſe magis negocio, quam ocio delectari. Sed tempora ad ocium ipſum inuitabant, qui prius in ſumma celebritate, & ciuium oculis, cum ſumma laude uixerat ſtatu quo cœperat. [In homines] In poteſtatem Octauij, Antonij, & Lepidi. Poſt necem Cæſ. tyranni, qui non ſolum Cæſ. mortem ulciſci, ſed etiam ſtatum reip. iam reſpirantis euertere cogitabant, quæ iam in priſtinã libertatem redijſſe uidebatur. cuius ſpolium inter ſe trium viri diuiſerunt, & tandem Octauio Cæſ. ſeruire coacta eſt. & uita Cic. furori Antoniano cõceſſa, quo nil potuit eo tempore Sol uidiſſe indignius. Primũ. n. ponit Cic. ea quæ faciebat ſtante rep. i. non occupata à Cæſ. [In agendo] in cauſis forenſibus, ſenatorijſq; muneribus. [Operæ] Laboris, & ſtudij. [Ipſis ſcriptis] Monimentis litterarum, ſcribebam, inquit, ſed non in philoſophia, uerum actiones. [Num ea quæ nunc] Præcepta philoſophiæ. [Actiones noſtras] Orationes in foro, & in ſenatu [Nulla eſſet] Vnius tyrannide teneretur, & perijſſet [Illæ] ſ. literæ conticuerunt, forenſes] Declarat ſe, quid intellexerit, cum dixit actiones noſtras [Forẽſes] Actiones in genere iudiciali. i. orationes, quas habebam in foro, & Cice. in iudicijs regnare dictus eſt. [Senatoriæ] orationes quas habebam in ſenatu in genere deliberatiuo, & demonſtratiuo, cũ in ſenatu ſententiam dicerem. [Conticuerunt] Tacuerunt, & illas amplius non exercui, ſed cum meus animus quieſcere nõ poſſet, diuerti ad philoſophiam. [Agere cum animus non poſſet] Cum animus meus non poſſet quieſcere, & ſegnis eſſe propter exercitationem ab ineunte ętate, & iam nihil agere poſſet in eloquentiam, quoniam non erat amplius in ſenatu, & foro locus liber dicere uolentibus cum Cæſ rerum potiretur Sen. li. 4. de benef. Auerſus, inquit Deus à mundo aliud agit, aut, quæ maxima Epicuro felicitas uidetur, nihil agit. [In ijs ſtudijs] Literarum ex quo per ætatem licuit, nam nemo diutius, & ſtudio ſius ſe exercuit, nemo diutius declamauit moleſtias, quibus afficiebat rep. amiſſa [Nihil agere] ſumitur aliquando prouerbialiter, & fruſtra laborare ſignificat, unde illud uulgo dictũ, præſtat ocioſum eſſe, quam nihil agere. [Honeſtiſſimè] Cum laude maxima, quoniam honeſtius fuit hoc modo, quam morte reponere moleſtias. ut fecerat Cato apud Vticam, aut uoluptatibus, quæ homini docto non conueniant, ergo confugiẽdum erat ad philoſophiam, cum aliud effugium non daretur. [Retuliſſem] redijſſem ad philoſophiæ ſtudium tanquàm ad perfugium tutũ. nam refert ſe quis ad locum ſubſidij, ut domum me referam, & philoſophiam tanquàm ad animi medicinã, & expultricem perturbationum. [Ad philoſophiam] Quæ meo animo angorib. propè confecto mederetur, & illi adeſſet. [Cui] philoſophiæ in adoleſcentia Cic. operã dederat ſub præceptoribus. Vnde dicit in j. de natu. Deor. Nos autem nec ſubito cœpimus philoſophari, nec mediocrem à primo t.pe ætatis in eo ſtudio operam curamque conſumpſimus, & cum minimè uidebamur, tamẽ maximè philoſophabamur. quod & orationes declarant refertæ philoſophorũ ſententiis, & doctiſſimorũ hominũ familiaritates, quib. ſemper domus noſtra floruit, & principes illi Diodorus, Philo, Antiochus, Poſidonius, à quib. inſtituti ſumus. [Honoribus inſeruire] Dare operã, ut in rep. honorib. aſſequerer, & magſtat[9]. [Reip.] Munerib. & negocijs reip. obeũdis curãdiſq; toto aĩo, oĩ cura, oĩ oſſõ. [Tm erat philoſophię loci]

loci]tantum philoſophiæ vacabam,quantum patiebantur ne-
gocia reipu. & amicorum,quos defendebam.tempus ſcribendi
in philoſophia non dabatur,ſed tantum legendi.[Amicorum]
Quos in iudicio defendebam.[Et reip.]Negociorũ reip. & mu
nerum,quæ curabam.[Id[Temporis, quod ſuperfuerat nego-
cijs curandis reip.& amicorum ocium,tempus alijs negocijs va
cuum, quoniam occupatus etiam in illis negocijs, & impedi-
tus.[Maximis igitur in malis]Enim calamitate reip.qua nullũ
bono ciui maius malum accidere poteſt.quoniã patria cõple-
ctitur omnia,cuius ſtudioſi eſſe debemus.[Hoc tantum boni]
Hanc utilitatem in ruina reip. Ea præcepta philoſophiæ, quæ
ante Varronem,& Cic.Romæ peregrinabatur, nec Latini ſer-
monis ſplendorem acceperat,nec ſe efferre noſtris ſermonibus
audebat,cur Cic.quaſi ciuitatem dedit. philoſophia non ſatis
erat nota Romanis,& Græcè legebatur. Varro cœpit eam illu-
ſtrare literis Latinis poſtea Cic.ſummum attulit nitorẽ. [No-
ſtris]Romanis[Cognitione]vt cognoſcerentur tanquàm uti-
lia. [Quid eſt enim] Ratio quare erat cognitione digniſſima.
Laudat Cic.ſapientiam, & philoſophiam, vt ipſius vtilitatem
oſtendat,& nomen philoſophiæ interpretatur,quod Pythago-
ras inuenit,vt dictum eſt.[Sapiantia?] Quæ diuinarum huma-
narumq; rerum,tum initiorum,cauſarumq;,cuiuſque rei co-
gnitionem habet.[Quid præſtantius?]Quod ſapientiæ antepo
nendum ſit.[Melius?]Vtilius[Homine dignius?] Quod magis
homini conueniat,quam ſapientia,quæ eſt diuinarũ humana
rumq; rerum ſcientia.[Hanc]ſapientiam,qui cupiunt, & cum
ratione appetunt.[Philoſophi]ſtudioſi ſapientiæ, quoniã phi-
loſophia dicitur ſtudium ſapientiæ.[Sapientia autem eſt] Af-
fert diffinitionem ſapientiæ,cui & humana, & diuina tribuun-
tur.[Quibus hæ res continentur]Nam ſapiens eſt,& primi phi
loſophi conſiderauere effectricẽ cauſam.i.ipſum Deũ,qui om-
nia creat,omnia continet,omnia nutu ſuo gubernat,& cogno
ſcit ſapiens cauſas omnium rerum. Vnde dicit Virg. Felix qui
potuit rerum cognoſcere cauſas.[Scientia]ſcire eſt rẽ per cau-
ſam cognoſcere. Tunc.n.inquit Ariſt.in procem.phyſ.unãquã-
que rem ſcire putamus,cum cauſas primas,principiaq; prima,
& uſq; ad elementa cognoſcimus.[Cuius]quoniam uitupera-
re philoſophiã,eſt tanquàm parricidium.In ea.n.eſt id,qđ mo-
leſtias pellit,& ad bene beatèque uiuendum virtutem ſatis eſſe
docet.[Haud ſanè]Profecto non intelligo,quid putet laudan-
dum,cũ uituperet philoſophiam.hoc maximè dicitur in Hor-
tenſium,qui philoſophiam, & philoſophantes uituperauerat,
unde Cic.eam laudauit,& defendit eo li. qui eſt inſcriptus Hor
tenſius,quæ nunc deſideratur. [Nam ſiue] Ratio quare nihil
eſt laudandum præter philoſophiam, quæ ratio à fine quem
nobis proponimus,ſumitur.Nam ſi propoſuerimus nobis ob-
lectationem quærere,& inuenire,nullo medio illam attingere
poſſumus melius,& commodius,quam ſtudiis philoſophiæ,&
nulla oblectatio huic poteſt cõparari. [Oblectatio] Aliqua res
in qua noſter animus ſe oblectet,& requieſcat. [Requies] Ali-
qua relaxatio curarum, quibus humana uita plerunque uexa
tur.[Quæ]oblectatio,& requies curarum.[Conferri] Compa-
rari cum ſtudijs philoſophorum,quoniam ipſorum contẽpla-
tione habent innumeras animi uoluptates. Philoſophos in x.
Eth.ſic ait: Philoſophia mirabiles tum puritate, tum firmitate
voluptates habet [Eorum].ſ.[Semper]Quotidie. [Acquirunt]
Diſcendo,& contemplando ea,quæ pertinent ad bene beatèq;
uiuendum.[Spectet]Pertineat.[Et valeat.]Poſſit,& efficiat bea
tam uitam.[Ad bene]Cum uirtute.[Et beateque]Vt nihil ui-
ta plus appetat contenta ſuis finibus.ille uiuit beate, qui con-
tentus virtute nullis reb. indiget, paratus ad utranque fortu-
nam, imponens finem cupiditatibus, quibus ſi ducitur, & ad-
uerſam fortunam timet,beatam uitam agere non poteſt. Vn-
de Stoici dixerunt, virtutem ſatis eſſe ad bene beateq; uiuen-
dum.ut ait Zeno,& Chryſip.in lib.de uirt.& Herat. in 2. de bo-
nis.Panæt. tamen quamuis eſſet Stoicus,& Poſid. eius diſcipu-
lus minimè ſufficere dixerunt,uerum opus eſſe bona valetudi-
ne,& affluentia rerum.hæc etiam fuit opinio Peripateticorũ,
& Academicorum,ut ſupra dictũ eſt. Cic. tamen ſecutus in vlt.
Tuſc.nititur probare uirtutem ſatis eſſe ad bene beateque ui-
uendum de ſtudiorum uoluptate ita ſcr.Fab.lib.ij.Eſt aliquis,
ac neſcio an maximus,etiam ex ſecretis ſtudijs fructus, ac tum
pura uoluptas literarum,cum ab actu.i.ope receſſerunt,& con-
templatione ſui fruuntur.Lectio,inquit Sen.ingenium alit, &
ſtudio fatigatum non ſine ſtudio tamẽ reficit [Siue ratio con-
ſtantiæ]ſiue etiam quæratur aliqua ars conſtantiæ,& virtutis,
non põt inniti,niſi in philoſophia.Si ponimus,inquit, ſummũ
bonũ in uirtute,non poſſumus cognoſcere quid ſit illa virtus,
& illud bonum extremum,niſi per philoſophiam, quæ eſt ars
virtutis, & ſummi boni,& nulla eſt alia virtutis ars quam phi-
loſophia.[Aut hæc]philoſophia eſt ars,qua conſtantiã,& uirtu
tem conſequimur, quoniam philoſophia eſt ars,& magiſtra vi
tæ.[Ars]vt finit Cleanthes auct. Fab lib. 2.eſt poteſtas uiam.i.or
dinem efficiens. Ars,inquit Fab.conſtat ex præceptionibus con
ſentientibus,& coexercitatis ad finem utilem vitæ.[Aut nulla]
.ſ.eſt ars, ſi non eſt philoſophia [Eas conſtantiam,& uirtutem
.i.ipſam fortitudinem, quam ſequitur conſtantia. Et fortitu-
do propriè dicitur virtus. Et ſic Cicer. duo poſuit ſibi inuicem
contraria,animi relaxationẽ,& fortitudinẽ,ut oſtendat,& ani-
mi uoluptatem,quam epicurei quęrebant,& etiã corporis,nec
nõ fortitudinẽ,conſtantiam, contra omnes uoluptates atque
dolores ſolã philoſophiam conferre.Vnde ſi finem noſtrum cõ
ſequi uolumus,huic nos curandos ſanandosq; tradamus, cum
ſit ars uitæ,& optima contra perturbationes medicina. [Nullã
uero dicere]Confutat opinionem eorum,qui dicebãt, & maxi
mè Hortenſius,conſtantiæ,& virtutis non eſſe aliquam artem,
nec philoſophiam eſſe artem.Et hoc argumento utitur dicẽs,
ſi minimæ res non poſſunt eſſe ſine arte, multo minus res ma-
ximæ,ut ſunt ſæpe uirtutes, quibus nihil eſt maius, nihil me-
lius,nihil denique poteſt eſſe diuinius,nam homines beatos ef
ficiunt.Vnde dicit Sen.Nihil eſt uirtute præſtantius, nihil pul-
chrius,& bonum eſt,& optabile quidquid ex huius geritur im-
perio.[Parum conſideratè]Imprudenter,ad homines, inquit,
imprudentes pertinet dicere,uirtutis nullam eſſe artem,cũ mi
nimę res non poſſint eſſe ſine arte,ut ars fabrilis,ars medendi,
texendi,& ſimilium.[In maximis]quoniam inquit ſunt rudes,
& non cognoſcunt res maximas eſſe non poſſe ſine arte, unde
error pſorum maximus eſt,quoniam errãt re maxima,& quæ
patet.[Aliqua diſciplina]ars qua uirtutem conſequimur ſi,in-
quit,concedunt eſſe aliquam artem uirtutis,& diſciplinam.vn
de moralis dicitur,quoniam uirtus à more.i.à conſuetudine di
citur. Et philoſophia præſcribit officia, medetur, quibus ad ha
bitum uirtutis peruenitur,& docet uirtutem eſſe quandã me-
diocritatem.[Cohortamur]Alios.ſ.ut velint philoſophari.nũc
ſatis eſt hæc dixiſſe,inquit,& docuiſſe cur ad hoc ſcribendi ſtu-
dium me cõmiſerim.[Accuratius]Maiori curâ, quã in hoc lo-
co fecerim.[Quod] Accuratius diſputare de laudibus philoſo-
phiæ.[Alio quidem lib.]In Hort. li. 2. de Diu. ſtatim in princ.
ait,Cohortati ſumus,ut maximè potuimus ad philoſophię ſtu-
dium eo lib.qui eſt inſcriptus Hortenſius.& lib.j.de Fin.Quan-
quàm philoſophiæ, & uituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo
lib.quo à nobis philoſophia defenſa,& collaudata eſt, cum eſ-
ſet accuſata, & uituperata ab Hortenſio. hic liber non extat.
[Hoc &c.]præſenti.[Diſputari]In qua non agitur de laudibus
philoſophiæ.Sed oſtendendum eſt quare in illa tantum operæ
hoc tempore poſuerim.[Orbati]priuati. translatio ab orbis.i.
parentibus,qui filijs priuati ſunt,& hęc orbitas ad multa trã-
fertur,ut orbatus rep.domo,amicis,& ſimilibus. [Muneribus]
Officijs,& negotijs rep.obeundis,quoniam Cæſar rerũ potitus
omnia faciebat. [Potiſſimum] Maximè omiſſis penè omnino
alijs ſtudijs.[Occurritur autem nobis] Nõnulli reprehendebãt
Cic.quod daret præcepta de officijs,cũ eſſet Academicus. dice-
retq; nihil certo ſciri aut percipi poſſe. reſpondet Cic. aperitq;
ſuam ſententiam,& opinionem, oſtẽdens quid ſequatur in A-
cademicis,& quid damnet, ſuumq; decretum in philoſophan-
di rõne tandem conſtituit.[Occurritur] nonnulli mihi præci-
pienti de officijs obſtant,& aduerſantur,dicentes me eſſe incõ-
ſtantẽ.[Doctis]Doctrina plenis.[Eruditis]Eloquentibus. nam
eruditus dicitur ille qui ſuam doctrinam affert ornate. unde
multi ſunt docti,non tamẽ eruditi.[Quærentibus] Interrogan
tibus me,an mihi ipſi conſtẽ, immo dñt,me mihi repugnare,
cum dicam ex dogmate Academicorũ nihil certo ſciri poſſe,&
nunc ſcribam præcepta de officijs tanquã certa,& quæ ſequi iu
uenes dẽant tãquã iter ad virtutẽ certiſſimũ.cõſtãs is dr, q̃ ſibi
nõ repugnat,ſed eſt ſem.p cõſentaneus,incõſtans uero,qui pu-
gnantia,& dicit,& agit. [Cũ pcipi nihil poſſe dicamus] In iiij.
nr̃is lib.Acad.in quibus Cic.genus philoſophãdi Academicorũ
minimè arrogãs,maximèq; & cõſtans,& elegans probauit.Aca
demici dicebãt nihil certo ſciri poſſe,& ueritatẽ in pfundo eſ-
ſe demerſam.Vnde nihil affirmabãt, ſed diſputabãt in vtranq;
partem,

partem,nullam certam ſententiam interponentes.Hæc opinio
& mos diſputandi à Socr.manauit.In lib de Diu. ait, Cum au-
tem proprium ſit Academiæ iudicium ſuum nullum interpo-
nere,ea probare,quæ ſimilia veri videantur, conferre cauſas,&
quid in quãq; ſententiam dici poſſit expromere, nulla adhibi-
ta ſua auctoritate, iudicium audientium relinquere integrũ,
ac liberum.Tenebimus hanc conſuetudinẽ à Socr.traditã.Fuit
triplex magni nominis Academia.Vetus,media,& noua. Ve-
tus à Plat. & ab eius diſcipulis Speuſippo, & Xenocr. inſtituta
fuit,& Academici veteres multa affirmabant, multaque nega-
bant, inter quos, & peripateticos in opinionibus nulla diffe-
rentia erat.Media fuit quam Arceſilas inuexit,qui aſſerebat ni
hil eſſe affirmandum,cum nihil comprehendi poſſit,& in utrã
que partem rationes æquabilium ſint uirium, ſenſus quoque
fallaces eſſe,rationemq; nullam firmam fieri. Tertiam conſti-
tuit Carneades,qui Arceſilæ morem in diſputãdo ſecutus eſt.
nam ad vtranq; partem ita dicebant, ut omnia quæ ab aliis aſ-
ſerebantur refelleret,incomprehenſibilitatem Arceſilæ nõ pro
bauit.non.n.eſſe poſſibile dicebat hominem in omnibus,ita ſe
tenere,vt nihil affirmet,eſſeq; non paruam differentiam inter
incertum, & incomprehenſibile, & cuncta quidem incompre-
henſibilia eſſe,ſed non incerta.Carneades morem pugnãdi Ar-
ceſilæ renouauit omnibus contradicens, & huc atque illuc nõ
affirmando,nec negando,volubilitate orationis omnia diſtra-
hens.tanquam torrens contradicentes obruebat,ita ceteros vi
argumentorum ſeducebat, ipſe uero ſeipſum, quod in Arceſi-
la non erat, intelligebat. Arceſilas,inquit Euſeb. Crantorẽ Pla
tonicum,Diodorum & Pyrrhonem in ſubſidijs habuit. & Crã-
tor quidem credibilem eius fecit orationem,Diod uero ſophi-
ſticam,Pyrrho autem mutabilem eam fecit,& transfugam, &
omnino nihil. Vnde dicebatur de ipſo,quod ex interioribus eſ-
ſet Plato,ex poſterioribus Pyrrho, ex medijs Diod.Platonicam
eloquentiam fædauit,& modo hoc,modo illud dicens,hinc il-
lo, & illinc huc, tanquàm nihil ſciens uolucbatur,ſcire tamen
multa eloquentiæ umbra uidebatur, nec unquàm fuit in eo,
vt vnum,& idem bis diceret, nec putabat ingenioſi eſſe viri in
eiſdem permanere. Cauillator igitur ſummus uocabatur.Ar-
ceſilas,inquit,in Pyrrhonis ſententia remanſit.Verum.n.& fal-
ſum.& veriſimile, ut ille ſtruxit, nihil eſſe, quod percipi poſ
ſit,& ſciri,quoniam noui Acad.hoc unum tenebant, nihil eſſe
quod percipi poſſet. hoc etiam dicebat Socr. Vnde ab Apolli-
ne ſapientiſſimus iudicatus eſt.[Diſſerere]Diſputare, de alijs
rebus tanquàm poſſent percipi, & intelligi.[Et hoc &c.]Nunc
cum ſcribimus de officijs. [Perſequamur]Tradamus,& literis
mandemus præcepta de officijs, quæ tradere is non debet,ſi ſi-
bi conſtare uult,qui negat aliquid poſſe percipi,& ſciri,qui nõ
poteſt ſcire aliquid eſſe officium, ſi nihil certo ſciri poteſt, &
officia debent eſſe certa,& circumſtantijs circunſcripta,coniun-
ctaq; naturæ.Non poteſt igitur Academicus nouus dicere,hoc
eſt officium,quia eſt honeſtum, cum ut ipſe uult,ſciri nõ poſ-
ſit an aliquid ſit honeſtum.Huius opinionis fuit Pyrrho Elien
ſis de quo ſupra,qui dicebat nihil eſſe turpe aut honeſtum, &
nihil eſſe certum,ſed ueritatẽ in profundo demerſam. Et Car-
neades acerrimus Academicus nihil certo ſciri poſſe affirma-
bat,& Stoicis qui pertinaciter omnia affirmabãt,ſeruãtes ſuas
poſitiones,quæ Paradoxa appellantur,ſeſe oppoſuit. In Stoi-
cos.n.ingenium Carneadis exarſerat.hic eſt Carneades,qui no-
uam Academiam illuſtrauit, in utranque partem diſputator
acerrimus,& copioſiſſimus.Scribit lib.j.de nat.deor.qui autem
admirantur nos hanc potiſſimum diſciplinam ſecutos, hic 4.
Acad.lib.ſatis reſponſum uidetur,nec uero deſertarum dereli-
ctarumq; rerum patrocinium ſuſcepimus.non.n. hominũ in-
teritu ſententiæ quoque occidunt,ſed lucem auctoris fortaſſe
deſiderant, ut nec in philoſophia ratio contra omnia diſſeren
di,nullamq; rem apertè iudicandi profecta à Socr. repetita ab
Arceſila, confirmata à Carneade uſque ad noſtram uiguit æta-
tem. Quartam Academiam,auct. Euſ.Philo, & Charmides in-
troduxerunt, quintam Antiochus. [Quibus uellem ſatis co-
gnita eſſet noſtra ſententia] Reſpondet Cic. his qui ſe impro-
babant,quod cum uideretur ſequi Academicos, & eorum di-
ſputandi morem,& genus philoſophandi,tanquàm minus ar-
rogans.nihil.n. affirmabant, tamen nunc diſputet in philoſo-
phia, & aliquid affirmet,& tradat præcepta de officijs certa,cũ
nihil certi,aut ſciri,aut percipi poſſit, ut ipſi dicunt Academi-
ci. Ait Cic. non ſum is, qui teneam nihil eſſe, quod ſequi de-
beamus, &omnia eſſe incerta, ut aliqui Academici uoluerũt,
ſed ſequor ea quæ mihi probabilia uidentur, nec arroganter
aliquid affirmo,nec imprudenter,& temere alijs aſſentior, qđ
eſſet contra prudentiam,in qua duo uitia uitãda ſunt, unum
ne incognita pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentia-
mur,alterum ne nimis magnam operã ponamus in rebus non
multum neceſſarijs.Dixit ſupra Cic. nõ fuiſſe addictum alicui
ſectæ,nec præſcripſiſſe ſibi aliquod dogma, quod ſequeretur,
& illius limites non egrederetur,ſed uoluiſſe ea ſequi,quæ ſibi
probabilia uidebantur. Vnde interdum uidetur eſſe Stoicus,
interdum Peripateticus, interdum Academicus diſputationi-
bus Academicorum in primis delectabatur, quoniam uberri-
mus dicendi fons ad utranque partem ſubminiſtrabat copiã.
[Non.n.]Sumus hi,non ſectamur nouos Academicos, qui dñt
nihil eſſe, quod ſciri poſſit,hoc aſſeuerebat Carneades contra
Stoicos[Errore]quoniam dicunt nihil eſſe certum, nihil uerũ.
[Vagetur]Vagus ſit,& erret.cũ non habeat aliquid certi quod
ſequatur.[Quæ.n.]Ratio,quare aliq d certi habere debeamus,
quod ſequamur.nam uita eſſet confuſa ſublata ratione uiuen
di i.præceptis,& officijs ad bene beatèq; uiuendũ comparatis.
[Iſta mens] Noſtra .ſ. quæ nunquàm acquieſcit quouſque ue-
rũ inuenerit, unde niſi mens uerum quæreret,& falſum,nulla
eſſet,aut fruſtra eſſet data, quoniam menti quæ eſt principiũ
rerum agendarũ propoſita eſt ueritas, quam tractet, & inqui-
rat,& ſic menti,quæ eſt principium contemplandi,obijcitur ve
ritas,quæ emergit ex rebus nam uerſatur circa ea quorũ prin-
cipia uera ſint,& certa. nihil ergo ualeret mens, ſi nihil certo
ſciri poſſet, & ſi nihil haberet,quod tanquàm uerum ſequere-
tur.[Quæ uita]Confuſa.ſ.quoniam hoc modo tolleretur om-
nis ratio uiuendi,& in eodem uerſaremur errore,quo Pyrrho,
qui nihil certum dicebat,& nil falſum. Vnde ita uiuebat ut of-
ficium in eius uita inueniri non poſſet. Iccirco cum dicitur à
nouis Academicis nihil eſſe uerum,nulla erit prudentia, nulla
iuſtitia,nullum honeſtum,& ſic nullum officium. Vnde ſequi-
tur uita tenebris obducta,& confuſa, quod eſt omnino abſur-
dum,non ſolũ diſputandi, qm̃ diſputando ueritas inueniri nõ
poſſet,ſi ratio ipſa certa diſputandi,& uia tolleretur [Ratione
uiuendi]Prudentia,& officijs.[Nos autem]Dicit nũc Cic. quid
ipſe teneat,& quid ceteri.[Vt ce.]philoſophantes.[Qui alia cer
ta]Et hi ſunt Stoici,& peripatetici. [Alia incerta]Vt ſunt Aca-
demici, qui omnia incerta eſſe dicebant. quemadmodum, in-
quit,ceteri philoſophantes putant alia eſſe certa, alia incerta,
ſic nos dicimus ab ipſis philoſophis diſſentientes, alia eſſe pro-
babilia,alia uero improbabilia[Sic]Pari modo [Ab his] phi-
loſophis ſupradictis Stoicis,Peripateticis,& Academicis. [Alia
prob.]Cic.probabilia uult ſequi, nec planè imitari Academi-
cos,qui nihil affirmant,nec alios qui pertinaciter, & cum aſſe-
ueratione affirmant,& maximè Stoici qui ſuas poſitiones per-
tinaciſſimè ſeruabant, & ſic tenebit medium à ceteris philoſo-
phis diſſentiens, ut nouum dogma ſuis Latinis inſtituere ui-
deatur, & ſectam præſcribere. [Quæ contra] Quæ improba-
bilia uideantur,ea improbare [Vitantem].i.quid prohibet ui-
tantem arrogantiam,affirmandi aliqua.i.certa eſſe, fugere te-
meritatẽ i.imprudentiam quoniam temere aliquid affirmare
temerarij hominis eſt,non ſapientis. Academici nihil affirma-
bant,probabile aliquid eſſe dicentes, & nunquàm ſuum iudi-
ciũ interponentes. [Diſſidet]Alia eſt maximè,quoniam ſapiẽs
nil debet affirmare temere. [Contra omnia] In Academicis li-
bris ait,nobis autem primum etiam ſi quid percipi poſſit,tamẽ
ipſa conſuetudo aſſentiendi periculoſa eſſe uidetur,& lubrica.
quamobrem cum cauſam uitioſam eſſe cõſtet, aſſentiri quid-
quàm,aut uerum eſſe,aut falſum, aut cognitum, ſuſtinenda
eſt potius omnis aſſentio,ne præcipitet, ſi temere proceſſerit.
[Contra aũt omnia diſputantur à noſtris].i.Academicis,quos
Cic imitabatur diſputando in utranq; partem, ut fecit in lib.
de Diu. de Fin.nulla certa ſententia allata,Academici diſputa-
bant contra omnia,& pro omnibus.Idem Cic in Acad.ait. Re-
ſtat illud, quod dicuntur ueri inueniendi cauſa contra omnia
dici oportere, & pro omnibus.i.de omni re diſputare in utrã-
que partem. [Hoc ipſum probabile] quod ipſi Academici di-
cunt.nã nihil affirmãt,ſed aliquid probabile dicunt eſſe. [Elu-
cere]Apparere,& clarũ fieri [Cõtentio]Diſputatio in utrãque
partem.[Cauſarum]Rationum,quas affert utraq; pars. [Sed
hæc]Hæ opiniones,& dogmata Academicorũ. [In Academicis
noſtris] Lib. iiij. qui Academici inſcribuntur, & extant, ſed

non integri. lib. 2. de Diu. ait, & q genus philosophandi minime arrogans, maximeq; & constans, & elegans, arbitraremur iiij. Acad. lib. ostēdimus. [Tibi autem, mi Cicero] Cic. uertit sermonē ad filium, quem hortatur, ut hæc sua scripta legat, quāuis Cratippo peripatetico utatur præceptore. [Philosophia] .f. Peripatetica, cuius princeps fuit Arist. [Iis simillimo] Laudat Cratippum, vt filium ad studia excitet, cum talem præceptorem nactus sit. [Iis] qui ista pepererunt philosophis, harum qui sectarū auctores fuerūt. Plato fuit princeps Academicorū, Arist. Peripateticorū, Zeno Stoicorū. Diog. Cynicorū, & Pyth. Samius Pythagoreorū. [Qui istas] Has sectas, & dogmata philosophiæ. dicit Cratippum illis similem, qui auctores principes fuerunt sectarum. [Ista præclara] Hoc dogma Peripateticorū, & hoc philosophia Peripatetica. [Iis] Arist. & alijs qui hanc sectam Peripateticam nobilitarunt. [Hæc nostra] Opiniones, & præcepta Stoicorum, & officia, quæ nunc scribo, imitatus Stoicos. Zeno princeps Stoicorū primus de officio disputauit. [Finitima uestris] quoniam non multum discrepant à Peripateticis, in princ. operis dixit, Hæc nostra non multum dissidentia à Peripateticis, ut aperui dissidentiam, quæ est inter Peripateticos, & Stoicos. [Ad instituta pergamus] .f. ea quæ dicere instituimus ad disputationem de utili.

FRAN. MAT.

Quemadmodum &c.] Hic est lib. 2. in quo continetur secunda consultatio, vtile aliquid sit an inutile, & duobus propositis vtilibus, vtrum sit vtilius, quod se facturum in totius operis diuisione pollicitus est, vtitur transitione. breuiter. n. quæ dicta sunt repetit, & dicenda proponit. prima consultatio ad bona animi spectabat, hæc tota pertinet ad facultates, & opes. Docilis, & attentus redditus auditor. breuiter. n. promittit se de utilitatis officijs disputaturum. [Ab omni genere virtutis] Quattuor autem sunt, vt supra est ostensum. [Vtuntur] Quos ad uitæ usus necessarios comparant. [Ad opes] Quæ pertinent ad magnificentiam, & uitæ splendorem. [Copias] Omnium rerū affluentiam. [In quo] Pro in qua re. [Si pauca] hoc est ad beneuolentiam pertinet colligendam, nā beneuolos auditores, habemus, si quæ minus honesta, quæ obijciantur diluimus. obijci. n. Cic. poterat, quod omissa reip. gubernatione, se totū philosophiæ dedisset, cum præsertim dixerit superius rebus omnibus remp. ante ponendam, & ad eam redeundum semper quid quid aliarum rerum gereretur, & virtutis omnem laudem in actione consistere. cum ergo ocium anteponere negotio uideatur, reprehendi potest, ideoq; occurrit. [Instituto] Cur de philosophia scribere instituerim. [Iudicio] vt hoc melius, quā illud esse iudicauerim [Libri nostri &c.] Multos iam tamen Cic. philosophię lib. scripserat, ut Tusc. quæstiones, de rep. de nat. deor. Parad. de fin. de Sen. de amic. [Excitauerint] Vt, & mea legerent nonnulli, & nonnulli aliquid scriberent. [Tamen interdū &c.] quia ociosi sunt qui philosophiæ operā dāt. substinēt. n. à reip. administratione, ideo bonis viris inutilis philosophia uidetur, eamq; uituperant, quibus Cic. in proœm. de fin. bon. & mal. respondit, & in eo lib. qui ab eo eruditus est, contra philosophiæ uituperatores, in quo philosophia defensa, & collaudata est, cum esset accusata, & vituperata ab Hortensio. [Ego autē &c.] Suam intendit rationem cur à reip. abstineat administratione. Dicit. n. cum libera esset resp. & ab ijs quibus se ipsa tradiderat gubernaretur, omnem meam curam in ea posui, & locaui, sed postquàm in unius potestatem redacta est, & vnius teneri dominatu incepit, ne aut voluptatibus, aut langoribus dederem, studia philosophiæ, quā à pueritia adamaueram, toto animo complexus sum. In quo beneuolū facit auditorē, qualis in rep. fuerit ostendens, dum licuit. quibus seipsa cōmiserat, quia dū libera esset resp. ciuibus suis, quos idoneos, & virtute præditos cognoscebat, magistratus suos cōmittebat. [Cū aūt &c.] Hæc Cic. purgatio in genere est deliberatiuo. Nam Cic. consultatio ea fuit, deberet ne philosophiæ se dedere, an langoribus, vel voluptatibus adempta rep. qua stante suam illi operam, & industriam nunquā negasset. Est ergo argumentum à necessitate, quod remp. deseruerit, in qua uersari iam non poterat, quippe quæ amplius non erat, & philosophiā complexus sit, ne aut uoluptati se dederet, aut à languore occuparetur. hoc autem ita esse ab ante acta uita colligit per attributū personę, in quo facta continentur. [Vnius] Cæsaris. [Dominatu] Tyrannide. [Cōsilio] Quo utebantur Senatores in danda sententia. [Socios] Qui partim in bello ciuili periērūt, partim in exiliū pulsi sunt, ademptis bonis quæ possidebant. [Angoribus] Doloribus. Angor est animi, uel corporis cruciatus ἀπὸ τῆς ἄγχονης i. à strangulatione dictus. Vnde, & fauciū dolor, Angina uocatur, auct. Pomp. [Confectus] consumptus. [Indignis homine] Vt aucupijs, venationibus, & conuiuijs, & cæteris huiusmodi, quæ uoluptates homine indignæ sunt, cuius in alijs rebus grauioribus versari mens debet, & potest. [Atque utinam] bonum uirum se ostendit, cum dicit se nunquàm remp. deserturum fuisse, si in pristino statu permansisset. [Non tam commutandarum rerū, quàm &c.] Non enim tam Cupidi erant commutare statū reipu. quam eam funditus euertere, ut M. Antonius, qui consul cum esset sub libertatis simulatione libertatem sustulit, huius autem rei initium fecit, cum Cæs. corpus in forum delatum laudauit, & ad eius cædem ulciscendam populum accendit. [Quo cœperat, statu] Antequam Cæs. & Pomp. dissentirent, vel post occisum Iulium quando incœpit libertas respicere. [In agendo] Causas in iudiciali foro, & in dicenda in senatu sententia. [Ipsis scriptis] Quando scriberemus. [Forenses] Quibus in foro uti solebā, aut defendens, aut accusans quempiam, & ad iudiciale genus spectat. [Senatoriè] Cum in Senatu sciētiam dicebam. Idem in princ. quæstionum Tusc. Cum defensionum laboribus senatorijsq; muneribus, aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. [Nihil autem &c.] Quādoquidem ocio marcescere non poteram, quoniam semper in negocio prius esse consueueram. [Consilium fuit] Vt neque languoribus me occupari sinerem, neque uoluptatibus me dederem, me ad philosophiam retuli, rem præstantissimam, cui ab adolescentia operam dederam, quamq; quantum licuerat nunquā penitus omiseram. [Iis studijs] philosophiæ [Maximis igit &c.] arguit ab utili, quoniam is non solum sibi profuturus est, sed etiam alijs præsentibus, & posteris, ea mandans literis, quæ antea parum nota erant. Nam ante Cic. Græcè, & à Græcis præceptoribus philosophia tradebatur. [Quid est. n. &c.] Probat esse vtile philosophiæ præcepta tradere, ut eam Latini teneant, qm̄ nihil ea melius est. [Dignius] Quantum ad honestatem, nā sapientia dijs nos coniūgit. quod superiore lib. docuimus. Sapientia ab Arist. lib. 6 Eth. tribui dicitur in artibus illis, qui excellentissimi sunt, ut Phidiam lapidarium, Polycletum statuarium sapientes dicimus, hoc autem non propriè, cum uerè sapiens, & propriè is sit qui omnia sciat, & sapientia sit exactissima scientiarum, quæ sic diffinitur: sapiētia, & scientia, & intellectus preciosissimorum natura, nec idem est, quod ciuilis sciētia, & prudentia, quæ diffinitur, habitus uerus, cum ratione, qui in his agendis uersatur, quæ sunt homini bona, & mala, hæc proprias attendit commoditates, quas negligit plerunque qui verè sapiens est. prudentia item est in his in quibus consilium locum habet. [Cum sapientia] Tantum difficilia, admirabilia, & diuina quædam inuestiget. Cum autem dixit Cic. rerum humanarum philosophiæ partem significauit, quæ phisicè historia à Græcis, à Latinis naturalis historia dicitur. Cum diuinarum, inquit, metaphysicé innuit, quā supernaturalem nos uocamus, nam de diuinis loquitur. hanc ex Græcis veteribus maximè attigit Plato. [Causarum quæ &c.] Cum subdit id, ostendere uoluit, quod ait Aristot. lib. 6. Ethi. oportere sapientem non solum quæ à principijs manant scire, uerumetiam circa principia ueritatem tenere, hoc est primas, & ultimas causas, mediasque cognoscere. est autem οὐσιώδης, hoc est substantialis, & perfecta diffinitio. [Nec quidquàm aliquid] Arguit à nota uidelicet ab etymologia. [Philosophi] Amatores sapiētiæ primus Pythagoras philosophiam appellauit, seq; philosophum dixit, cum Sycione alloqueretur Leontem Sycionorum tyrannum siue phliasiorum. Nullum enim hominem, sed solum Deum esse sapientem dicebat, antea σοφία, idest sapientia vocabatur, & philosophi σοφοί. [Sapientia autem] Arguit nunc diffinitione uerum esse, quod dixit de sapientia. [Cuius studium &c.] Arguit à delectabili. [Constantiæ] Et fortitudini inseruire uelimus. [Aut hæc ars] ab utraque parte concludit, aut inquit sapientia ars est, per quam virtutē assequimur, aut nulla est. Dicere nullam omnino esse artem, per quam uirtutem assequimur, stultum est, cum minimarum rerum artes sunt, ex quo sequitur maiorum rerum artes esse, quod si ita est, hæc est perfecta sapientia, per quam uirtutem assequimur. [Si aūt est aliqua disciplina uirtutis &c.] Argumentatione nūc concludit, & postquā inquit negari non potest esse aliquā artē, per quam ad uirtutem iter est, ea certè est philosophia. Ex quo sequitur non esse consilium nostrum improbandū, quod eam amplexati

Contra philosophiæ uituperatores scripsit Cic. in lib. de Finib.

Angor. Angina.

M. Ant. libertatem sustulit.

Sapientia.

Prudentia.

Primus Pythagoras uhi philosophiæ appellauit.

amplexati sumus hoc tempore, ut & nobis prosimus, & posteris. Vbi ea quæretur cum ab hoc discendi genere discesseris?q d. nusquã] Sed hæc cũ ad philosophiam cohortamur accuratius solent disputari &c. sed hæc, inquit, tũc cõmodius dicũtur à nobis; cum ad philosophiam perdiscendã homines cohortamur. [Quod in multis locis fecit Cic. vt in Tusc. qõnibus. [Alio quidem libro fecimus] hoc autẽ tempore tantũ nobis declarãdũ fuit, cur orbati reip. muneribus ad hoc nos studiũ potissimum contulissemus. In quo philosophiam defendit, ad quam amplectendam cohortatus est Romanos ciues. [Ocurritur autem nobis, & quidem à doctis &c.] Beneuolentiam etiam hic colligit à persona auditoris, cum diluit, quod obijciebatur uitiũ .s. leuitatis, quòd cũ Academicæ esset sectæ, quæ nihil affirmabat, quamuis probabilia sequeretur. Cic. tamẽ certa officiorũ præcepta traderet, & stabiliret. merito igit̃ hoc purgat. Academia triplex fuit. Vetus, cuius extitit princeps Plat. Media q̃ Archesilaus. noua quam Lacides inuexit. Academici, ut ait Cic. lib. de Finib. 2. nihil affirmabant, & quasi disperata cognitione certi id sequi uolebant, quodcunque uerisimile uideretur. Stoicis dicentibus Academicos nihil suscipere, nec agere fidenter posse, quia apud eos nihil certum esset, nec finem haberent propositum quo tenderent, si incertum sit quid sequantur. Et in suis Acad. respondit, & in alijs locis, dicens laudandam sectã suam esse, quæ nihil sequeretur, nisi quod probabile maximè esset. idem facit hoc loco ostendens se, si non certa sequitur, quoniam nihil putet certum esse, probabilia tamen sequi. Multa autem dicebant Academici probabilia esse, quæ quãquam non perciperentur, tamen quia uisum quendam haberent insignem, & illustrem, his sapientis uita regeretur. Socr. & eum secuti Academici scientiam sustulerant, quæ nõ disputantis, sed diuinantis est. uoluerunt autem in philosophia solam esse opinionem, quæ illic est, vnde abest scientia. Id n. opinatur quisq;, quod nescit. Veritas sciri non potest, quoniam scientia certi est, opinatio incerti. Volebant igitur Academici non esse alicuius rei scientiam, & probabilia nos sequi non certa, sed tamen dari de probabilibus præcepta posse. nihil. n. obstat dicere hoc probabile est ita fieri debere, & contra non uidetur ita fieri debere. quod hoc loco Cic. alt. [Occurritur] obijcitur, cum nihil affirmet. Cic. ex instituto sectæ suæ. Quid? officiorum præcepta tradis, quæ aut incerta. Si certa sunt contra sectam tuam facis. Si incerta, uana sunt. Cic. huic obiectioni respondet, quod oratoriè facit, ne quid relinquat intactũ à doctis, ut Stoicæ sectæ, & Peripateticæ hominibus. [Nihil præcipi &c.] Quoniam nullius rei scientia est, ut Academici, ut nihil habeamus, quo nostras opiniones intendamus. Quoniam, & sentimus aliquid, & sequimur, sed non ut certum, verum, vt probabile. Certum aliter se habere non potest, probabile uero potest aliter se habere, & potest esse, uel non esse. Cum animaduerterent Academici res naturales, adeo esse obscuras, tum hoc, tum illud sequebantur, semperq; contra disputabant. Quod genus Socr. inuexit, ut ueritas melius elucesceret, si cõtradiceretur. [Nõ modo dif. [Quia si nihil haberemus, quod sequeremur, nec haberemus quid disputaremus. Nam nisi aliquid præsupponatur, esse disputatio nõ potest. [Viuendi] Qui nullo proposito fine quẽ sequerentur, nec uiuendi ullam haberent rationem, cum omnis actio uitæ ad suum finem dirigenda sit. [Nos autem &c.] Vt intelligatur, inquit, quid sequemur quemadmodum ceteri philosophi alia dicunt certa esse, alia incerta, sic nos alia probabilia, alia nõ probabilia dicimus, & quemadmodum ijdem quę certa sunt sequuntur, ita nos quæ probabilia uidentur sequi solemus. [Nos] Academici. [Cæteri] Stoici, Peripatetici. [Ab his dissentientes] Et scientiam tollentes opinationem relinquentes. [Quid est igitur &c.] q.d. nihil est, quod me impediat agere aliquid fidenter, & suscipere uidelicet probabilia. [Arrogantiam uitare &c.] quia arrogantis est aliquid ita affirmare, ut dicant aliter se habere non posse, quod Stoici, & Peripatetici faciebant. [Temeritatem] Quæ est contraria sapientiæ, & inimica consilio. [Contra autem &c.] Rationem affert quare nihil affirmaretur Academicis, & contra, semper diceretur quidquid proponeretur, & hoc ait ab illis, ideo factitari solitũ, ut melius ueritas inueniretur. Hoc idem lib. de Finib. scripsit, & Plat. primum instituisse, ut contra responderetur, quo res melius perciperentur. [Hoc ipsum probabile] Quod sequimur [Causarum] Quæ afferuntur ad probandum probabile esse, uel non esse. Contentio] certamen probando, & refellendo [In Academicis] Quarto lib. Acad. scr. Cice. quibus sectam, suam defendit. [Tibi autem &c.] Quod ad te mi fili pertinet, uolui hæc præcepta mea tibi non esse ignota. Nam Peripateticus cum sis, à Peripateticis non multum dissides. Dixit autem superius. Sed tamen nostra legens non multum à Peripateticis dissidentia, quoniam vtrique Socratici, & Platonici esse uolumus, de rebus ipsis utere iudicio tuo. Antiquissima] Quæ principem habuit Arist. manauit autem à Plat. & non nihil ab illius sectæ institutis discessit. [Iis] ut Arist. & Theoph. [Vestris] Peripateticis.

Academia fuit triplex.

Probabilia secuti sunt Academici nõ certa.

Temeritas est cõtraria sapientiæ.

Cice. sectã secutus est Academicorũ.

ASC.

Quemadmodum] Disquisitum est in primo quid honestũ, & quid inhonestum, & de duobus honestis vtrum honestius, nunc disquiritur, quid utile, & quid inutile, & de duobus utilibus, utrum utilius. Ordo est: O Marce fili, ergo arbitror satis explicatum sup. esse in libro superiore, idest, qui hũc præcedit, quemadmodum, idest quomodo officia ducerentur, idest duci deberent ab honestate, atque ab omni genere uirtutis. Sequitur, idest consequens est, ut ego persequar, idest consequenter explicem hæc genera officiorum, quæ pertinent ad cultum uitæ, & ad facultatem earum rerum, quibus homines utuntur, uidelicet ad opes, & copias, idest potentias diuitiasque. In quo .i. in qua prosecutione dixit quæri, tum i. pariter quid utile, quid inutile, tum .i. pariter, quid utilius ex utilibus sup. duobus, aut quid maximè utile de utilibus pluribusue quibus, scilicet rebus ego aggrediar dicere, si ego dixero prius pauca de instituto, idest intentione ac proposito, ac de iudicio meo. Enim pro, quia, quamquam libri nostri excitauerint complures, idest ualde multos, ut Hortensium, & Brutum, uel libri nostri complures, idest, qui multi sunt, excitauerint te non modo, idest non tantum ad studium .i. diligẽs exercitium legendi, sed etiam ad studium scribendi, cum ego uereor .i. formido interdum, ne nomen philosophiæ sit inuisum .i. odiosum quibusdam bonis uiris, que, pro &, mirentur ne ponere tantum operæ .i. operationis, & exercitationis, & temporis in ea .s. philosophia. Autem, pro sed, quandiu resp. regebatur per eos, quibus ipsa se commiserat sup. regendam, hoc est per eos, qui remp. cum eius utilitate regebant .s. per Pompeium ac Cat. quibus resp. se commiserat, quia eos rectores sui per publicam electionem constituerant, ego conferebam omnes curas, & cogitationes meas in eam, idest in eius utilitatem, & debitam administrationem, autem pro sed, cum omnia tenerentur i. occuparentur dominatu .i. tyrannide unius .s. Iulij Cæs. neque locus esset consilio, aut auctoritati. Denique .i. ut tandem explicem cum sup. amisissem summos uiros sup. existentes socios reip. tuendæ .i. in tuenda rep. ego nec dedi me angoribus .i. doloribus animi ex re iniqua, quam uidemus, quibus essem confectus .i. consumptus, nisi restitissem, his .i. nisi auertissem cogitationes meas a malis, quibus angebar, nec ego dedi me rursum, idest econtrario uoluptatibus indignis homine docto, atque uti, resp. stetisset .i. stare mansisset sup. in eo statu, quo statu cœperat .i. incœperat, nec .i. & non incidisset in homines cupidos non tam commutandarum rerum, idest ut nouam formam induant, quam euertendarum .i. ut funditus destruatur. Enim pro quia, nos poneremus primum .i. primo loco, ut solebamus facere plus operæ .i laboris, & diligentiæ, in agendo, quam in scribendo .i. plus ageremus, quam scriberemus, quid agendum, deinde mandaremus ipsis scriptis .i. scriberemus, non ea, quæ nunc sup. scribimus .i. philosophicas res, sed nostras actiones, ut sæpe fecimus. Autem, pro sed, cum resp. in qua omnis cura, & cogitatio, & opera mea solebant poni, esset omnino nulla .i. prodita, & euerta. Illæ .s. literæ forenses .i. quas tractabant in foro, & senatoriæ .i. quas tractabãt in senatu, conticuerunt. Autem, pro sed, cum animus nõ posset agere nihil .i. cum non posset omnino cessare animus, dico uel ego uersatus ab initio ætatis in studijs .i. exercitiis literarum, ego existimaui .i. iudicaui molestias .s. animi posse deponi honestissime, si ego retulissem me ad philosophiã, cui .s. philosophiæ, cum ego existens adolescens tribuissem multum temporis causa discendi .i. ut discerem eam, postquam ego cœpi inseruire .i. operam dare honoribus .i. magistratibus gerendis, q;, pro &, postquàm tradidi reip. me totum, tantum loci erat philosophiæ .i. tantum uacare, & intẽdere poteram philosophiæ, quãtũ temporis superfuerat amicorum, & reip. i. in quo nõ cogebar operã dare amicis, & reip. aũt pro sed, id .s. tẽpus, quod superfuerat, cõsumebatur in legẽdo, ocũ scribẽdi nõ erat, igitur

nos videmus assecuti hoc, tãtum boni in maximis malis, vt nos mandaremus literis ea, quæ nec erunt satis nota nostris.i. Latinis,& erant dignissima cognitione.i. vt cognoscerẽtur. Enim, pro quia, per Deos.i. ut Deorum testimonium citem, quid est optabilius sapientia .i. quam ipsa sapientia? q.d. nihil. quid præstantius? quid melius.i. cõducibilius homini? quid dignius homine sup. quam sapientia? q.d. nihil. Igitur (continuatiuã hic tantum uim habet) Ij sup. qui expetunt hanc.s. sapientiam, nominantur philosophi, nec philosophia (si interpretari uelis) est quidquam aliud quam studium sapiẽtiæ, autem pro sed, sapiẽtia (ut.i. sicuti diffinitum.i. eius diffinitio facta est à ueteribus philosophis) est scientia rerum diuinarum, & humanarum, & causarum, quibus hæ res.s. diuinæ, & humanæ continentur cuius .i. philosohiæ sup. is, qui uituperat studium, nescio, quid nam sit, quod putet laudandum, nã siue oblectatio animi quęritur, que, pro, & requies curarum.i. à curis, quæ.s. requies, & remissio à curis potest simul conferri .i. simul tribui cum studijs eorum, qui acquirunt semper aliquid.s. uirtutis, & sciẽtiarum, quod spectet, & ualeat ad uiuendum bene, & beate. Est autem hoc modo sensus, quod in philosophis sit requies curarum nõ commoda, sed quæ secum patiatur studium acquirẽdi. Marsus tamen exponens conferri.i. comparari cum studijs philosophorum intelligit, quasi sit cum interrogatione legendum sic, quę oblectatio, & requies potest cõferri cum eorum studijs, qui &c. q.d. nulla, sed meo iudicio melius procederet legendo, ut quę, relatiuè accipiatur, & si limitatio requirit, si incœpimus construere, vnde sequitur altera pars locutionis, Siue ratio constãtiæ, & virtutis quæritur. Aut hæc res.s. philosophia est, aut nulla omnino est, per quam assequimur eas .s. delectationẽ, & requiem, & rationẽ constantiæ, & virtutis. Dicere nullam esse artem maximarum rerum.i. de maximis rebus, cuiusmodi sunt diuinæ, & humanæ, publicè quidem est hominum loquentiũ parum considerate, atque errantium in maximis rebus, cum.i. quoniam ita est, quod vlla minimarum sup. rerum.i. etiam minima res sit sine arte nulla, autem pro sed, si aliqua est disciplina virtutis, vbi quæretur ea, cum.i. postquàm discesseris ab hoc genere discendi. hoc est à philosophia, q.d. nusquàm: Sed hæc solent disputari accuratius.i. cum maiore cura, & attentione. Cum .i. quando nos cohortamur .i. admonemus aliquem ad philosophiam sup. discendam, quod nos fecimus quidem alio lib. Autem, pro sed, declarandum fuit.i. oportuit declarari nobis.i. ad nos, santum.i. solũmodo hoc tempore.i. in præsentia, cur.i. quare nos orbati.i. priuati quasi re cara muneribus.i. administrationibus reip. contulissemus nos potissimum ad hoc studiũ. Autem, pro sed, occurritur.i. obuiatur, & obijcitur nobis, & quidem à doctis, & eruditis sup. viris quærentibus, ne pan, nos uideamus sup. nobis facere satis constanter.i. cum satis magna constantia, nos dico, qui cum sup. ita sit, hoc est quamuis dicamus, nihil posse percipi.i. nihil certo posse sciri secundũ Academicorum sectam, quam in Academicis sequitur, tamen, &.i. simul soleamus discere.i. disquirere, & disputare de alijs rebus. Et.i. simul persequamur hoc ipso tempore præcepta officij.i. de officio. Quibus.s. si obijcientibus, & occurrentibus mihi ego uellem sup. vt nostra sententia.i. iudicium, & mens esset satis cognita. Enim, pro quia, nos non sumus hi.i. huiusmodi aut tales, quorum animus uagetur errore, nec habeat unquã quod sequatur.i. securè seq. audeat. Enim, pro quia, quæ.i. qualis esset ista .i. contemptibilis mens.i. opinio, uel potius quæ uita sublata.i. clã adducta ratione.i. rata habitione, & constãti assertione non solum disputandi, sed etiã uiuendi, q.d. abiectissima quidem esset. Autem, pro sed, ut.i. quemadmodum cæteri sup. philosophi dicunt, qui dicũt alia.i. aliquas res esse certas.i. necessarias, & alia.i. aliquas alias res esse incertas.i. dubias, sic nos dissentientes ab his dicimus. contra .i. ècontrario alia esse non certa, sed probabilia, & alia non incerta, sed improbabilia.i. non probabilia. Ergo (cum.s. sententia aliqua esset probabilis, licèt non omnino certa) quid est, quod impediat me sequi ea, quæ uideantur probabilia? q.d. nihil, & sup. quid est, quod impediat improbare, quæ contra.i. quæ contrario uideãtur improbabilia? & quid est, quod impediat me uitantem arrogantiam affirmandi, fugere temeritatem, quæ desidet .i. abhorret plurimum à sapientia? q.d. nihil. Autem pro sed (licet.s. nihil solidè affirmaretur) putatur à nostris .i. ab Academicis quos sequi solemus, contra omnia, & probabilia, & improbabilia, quod quia hoc ipsum probabile .i. quod tandem concedimus probabile non possit elucere.i. euidens esse nisi contentio.i. controuersia, disceptatio, aut disputatio causarum esset facta ex utraque parte, tam affirmatiua.s. quam negatiua. Sed hæc explanata sunt in Acad. nostris diligenter, ut arbitror. Autem, pro sed, quamquam ò mi Cic. tu versaris in antiquissima, & nobilissima philosophia, Cratippo philosopho illo, ac præceptore tuo simillimo, his.s. philosophis Academicis, qui pepererunt.i. studio, & labore nobis inuenerunt, & excogitauerunt, atq; acquisierunt ista præclara, scilicet dogmata existente sup. auctore, tamen ego nolui hæc nostra, idest Stoica dogmata, quæ nunc tractamus existentia finitima, scilicet confinia, & conformia uestris.i. Academicis, esse ignota, immo uolui nota esse tibi. Sed pergamus.i. perficiamus iter nostrum, nunc ad instituta, idest ad ea, quæ de officijs institueramus dicere.

ARGVMENTVM.

Vtilitatem non eam hic accipi, quam uulgus pecuniario lucro metitur, & commoditate undecunque parta, sed eam, quæ cum honesto sit coniuncta, & ad uitæ societatem pertineat.

QVinque igitur rationibus propositis officij persequendi, quarum duæ ad decus, honestatemque pertinent, duæ ad commoda uitæ, copias, opes, facultates, quinta ad eligendi iudicium, siquando ea, quæ dixi, pugnare inter se uiderentur; honestatis pars perfecta est; quam quidem tibi cupio esse notissimam. hoc autem de quo nunc agimus, idipsum est; quod utile appellatur. in quo uerbo lapsa consuetudo deflexit de uia, sensimque eo deducta est, ut honestatem utilitate secerneret, & constitueret honestum esse aliquid, quod utile non esset; & utile, quid non honestum: qua nulla pernicies maior hominum uitæ potuit afferri. Summa quidem auctoritate philosophi seuerè sanè, atque honestè hæc tria genera, confusa, cogitatione distinguũt. quidquid enim iustum sit, id utile etiam esse censent; itemq;, quod honestum idem sit, idem sit utile. ex quo efficitur, ut, quidquid honestum sit, idem sit utile. quod qui parum prospiciunt, hi sæpe uersutos homines, & callidos admirantes, eorum malitiam, sapientiam iudicant. quorum error eripiendus est: omnisque opinio ad eam speciem traducenda, ut honestis consiliis, iustisque factis, non fraude, & malitia, se intelligant ea, quæ uelint, consequi posse.

PETR. MARS.

QVinq; rationibus propositis] Aggreditur rem iam Cic. & repetit ea, quę proposuit, vt ad id, quod restat pergere possit, & docet, quibus rebus gloria paratur. & quomodo aliorum animos beneuolentiam demereri possumus, detestaturque tyrannos, qui resp. labefactant. Inde docet, quid sit agendum remp. gubernantibus, & postremo loco aperit, quomodo comparatio fit de duobus vtilibus, vt fecit de honesto. [Honestatem] nam prius quæritur an sit honestum. Inde de duobus honestis utrum honestius. & sic quinque sunt rationes. [Ad commoda] ad commoditates uitæ degendæ. [Duæ] Quoniam quærimus, an sit utile. Inde utrum utilius, & sic erunt quinque rationes utilitatis. [Quinta] Ratio est de repugnantia vtilis, & honesti, non quæ est, sed duæ esse videtur.] Eligendi iudicium] ut sciat, quis iudicare, si quando vtilitas cum honesto pugnare uidebitur, quid magis agẽdum sit. [Ea] vtilitas, & honestas. Vñ cũ vtilitas ad se rapit, & honestas retrahit, debemus adhibere iudiciũ, & id, q̃ est honestius sequi. [Honestatis pars.] Qm̃ in superiori vol. disputauit de officijs, q̃ manãt à singulis partib⁹ honestatis, inde de duobus honestis vtrũ honestius. [Quã] Partem honestatis. [Hoc autem] Hæc pars de qua in hoc uol. disputabimus, tendit ad utilitatem. [In quo uerbo] utilitatis .s. accusat Cic. illos, qui utile ab honesto segregarunt,

gregarunt,& honeſtum ab vtili. nam quidquid eſt honeſtũ eſt vtile,& quidquid vtile honeſtum. imperita,inquit, multitudo vtile ab honeſto ſeparat,& dicit vtile eſt augere rem domeſticã quocunque modo. Cic.eam vtilitatem intelligit, quæ cum honeſtate coniuncta eſt,cum re vera nullum ſit vtile, quod nõ ſit honeſtum.[Conſuetudo]hominum ſegregãtium vtile ab honeſto.[Lapſa]Cadens per errorem. [De uia [De ratione recta veræ vtilitatis adnexæ virtuti[Senſim]Paulatim . [Eo] In eam opinionem deducta eſt.[Secerneret]ſepararet cũ eſſet coniunctum cum honeſto. [Conſtitueret] Iudicaret aliquod eſſe vtile,quod non honeſtum,& ecõtra. [Qua &c.]Hominum,& opinione.[Pernicies]Magnum malum . Pernicies dicitur à pernecando.[Hominum uitæ]Societati humanæ,quæ vtile conſectaretur omiſſa honeſtate.[Summa quidẽ auctoritate]probat iuſtũ,honeſtum & utile coniũcta eſſe , ex ſententia Platonicorũ , Peripateticorũ , & Stoicorũ , qui vtile ab honeſto nullo modo poſſe ſeparari dicebant,& ècontra.[Seuerè] Grauiter. [Honeſtè]Cum ſumma laude virtutis.[Tria genera]Iuſtũ,vtile,& honeſtũ [Confuſa]In vnum cõmiſta.[Cogitatione]Non re, & actu. quoniam honeſtũ ab vtili nõ põt ſeparari,niſi libera cogitatione,vt ſupra de honeſto,& decoro dictum eſt.[Ex quo]Ex quibus propoſitionibus,& opinionibus philoſophantiũ.[Efficitur]Concluditur.[Quod] Quas rationes recte philoſophãtiũ & concluſionẽ.[Parum proſpiciunt]Parũ aduertũt,& conſiderant.[Hi]Qui talia non aduertũt,nec bene diſcernunt.[Verſutos]Aſtutos. Verſuti dicuntur illi quorũ mens celeriter uertitur.[Admirantes]Tanquàm eſſent ſapientes.[Sapientiã] Prudentiam. ſed ipſe prudens honeſtũ finem ſibi proponit, & media quibus ad illum tendit honeſta ſunt,nec aliquid putat eſſe vtile,quod vacet honeſtate. Malitioſis autem.callidus,& verſutus proponunt finẽ,ſed malũ,qui non habent rationẽ honeſtatis, dũmodo aliquod vtile aſſequantur , & malitioſus inuenit oĩa media,quibus finẽ ſibi propoſitum conſequitur. unde imperiti ipſos malitioſos appellant prudentes,cũ malitia,quæ cũ uitio coniungitur,longè diſtet à prudentia,quæ ſemper cũ honeſtate coniuncta eſt.contraria igitur eſt malitia ipſi prudentiæ,vnde malitioſi non laudandi,ſed uituperandi ſunt.quoniã non nituntur honeſtate,ſine qua nihil poteſt eſſe vtile.Philoſophus in 6.Eth ſic aic:Si igitur propoſitum ſit honeſtum, ratio quæ ad illud pergit laudabilis eſt, ſi improbum, uerſutia dicit. honeſtũ finẽ uir bonus videt,prauitas autem peruertit, facitq; vt circa principia rerũ agẽdarũ homo fallatur.quare patet,prudẽtẽ neminem eſſe poſſe,niſi ſit bonus.[Quorum]Hominũ parum proſpicientiũ ipſam veritatem.[Error]Falſa opinio remouenda eſt.[Omniſq; opinio]Hominum ad id deducenda , aut putet nihil eſſe utile,quod non ſit honeſtum .[Ad eam ſpeciẽ] Formã.& dat Cic.optimum præceptum.[Honeſtis]Non malitioſis,& fraudulentis . [Fraude] Quæ eſt contra iuſtitiam. [Et malitia]Quod eſt contra honeſtatem,& prudentiam.

FRAN. MAT.

Quinque igitur]Rurſus tranſitione utitur. breuiter.n. quæ dixit ſuperiore lib.enumerat,& dicenda proponit finito proœmio.[Proſequendi]Implendi,ut cognoſceremus,quæ ſequi in vita officia deberemus.[Duæ] Honeſtum ſit an turpe aliquid . [Duæ ad commoda &c.] Cum quæritur utrum utile aliquid ſit,an inutile, quod in hoc lib.diſputatur. [Quinta &c.] Cum duobus honeſtis propoſitis,eligitur honeſtius,& duobus vtilibus,quod eſt utilius . [Pugnare] Cum utrunque honeſtum ſit duobus propoſitis,alterum tamen altero honeſtius:appareat, quod ſuperius exemplis patuit. [In quo uerbo &c.]Hominũ , inquit, peruerſitate accidiſſe, ut quæ iuncta natura & ratione ſunt,inuicem ſeparentur.eſſe.n. vtile ſine honeſto non poteſt , neque hoc ſine illo. Sic.n. vtilitati inhærere debet honeſtas,ut ipſi honeſtati decorum , quod ſupra oſtendimus . hominũ tñ inductorum aberrantiũ à ratione peruerſitate factũ eſt, ut aliquid utile eſſe credatur,quod idem non ſit honeſtũ, cum ſcindi nullo pacto ualeant niſi diuerſas qualitates cogitatione ſepares,ut ſi in niue ſeorſum albedinẽ,& frigiditatẽ conſideres . Quæ ſic inuicem connexa ſunt in hac ſubſtantia niuis,ut ſecerni non queant . [In quo uerbo] Vtilitatis. [Lapſa]Declinans. [De uia] A recta ratione,quæ exigit,ut utilitati ſemper honeſtas inhæreat,ſegregariq; ab ea non poſſit. [Qua nulla &c.]Rectè,& uerè hoc ait.homines n.non uerum bonum, ſed apparẽs plerunque ſequuntur,& cum ita affecta ſit humana natura,ut bonum ſemper appetat in diſcernendo bono ſæpe decipitur . Nam non uerum bonum,ſed apparẽs tanquàm bonum ſequitur.[Summa auctoritate]Summæ auctoritatis. [Hæc tria genera]Honeſtũ,utile,& honeſti cum honeſtate,utiliſq; cũ utilitate, contentionẽ.[Confuſa]Cõmiſta inter ſe,& connexa.[Cogitatione &c.]Poſſumus.n. cogitatione utile ab honeſto ſeparare,aliter non,& mentem quidem uno in ſubiecto , quod miſtum eſt ex utili,& honeſto,qualitatem utilitatis, & qualitatẽ honeſtatis,ſeorſum conſideramus,perinde ac in igne calorem, & ſplendorẽ,cũ tamen inuicẽ in ipſo igne ſeparari hæc nõ poſſint. Vtile eſt agriculturam exercere,ut inde neceſſaria ad uitã percipias:idem,& honeſtum Nam honeſta res eſt agricolatio, & ab omnibus laudatur.hac in re ſeparari ab utili honeſtas nõ poteſt,& tamen de utilitate ratio haberi poſſe uidetur cogitatione,& de honeſtate ſeorſum, cum cogitas ſi fundum tuũ bene colueris,non defuturum tibi,& tuis uictum,& rurſum cum uideas nemini te facturum iniuriam,ſi in agris tuis uixeris. Nã Virg.de uita ruſticorum inquit:Et neſciat fallere uita. [Quidquid &c.]Probat quod honeſtum eſt,id eſſe utile,eſt autẽ argumentum à primo ad ultimum.Quidquid iuſtum eſt,idem etiã utile eſt. Sed quidquid eſt honeſtum idem eſt,& iuſtum , ergo quod utile eſt idem eſt honeſtum Alterum ergo ab altero pendere apparet.[Ex quo efficitur]Concludit hanc argumenti rationem,quàm à primo ad ultimum uocant dialectici,ab euentu Ariſt. appellat , quaſi aliud ab alio ueniat , à primo ad ultimum.uero dicitur,quia medium extremorum naturam ſapit, ex iuſto utile,ex utili honeſtum.Sequitur ergo, nihil utile põt eſſe,quin idem ſit honeſtum [Efficitur]Colligitur,cõcluditur. Concluſio.n.eſt effectus ſyllogiſmi,& perfectio,uel propoſitionis approbatio,ut Seuerinus ait. [Quod qui parum &c.]Hoc, inquit,ita ſe habere,ut quidquid utile eſt,idem honeſtum ſit, indocti homines non percipiunt,& propterea decipiuntur.rei .n.non honeſtæ nomen honeſti tribuunt.Nam malitiam alicuius calliditatem,& aſtutiam, uel potius fraudem admirati , ſapientiam uocant.Hoc accidere quotidie uidemus , ut qui rem minus honeſtam callidè egerit laudetur ab imperita multitudine,& prudens appelletur.Ille enim non initia rerum, cauſas, & progreſſus contemplatur,ſed euentum duntaxat . ſapientiã hoc loco pro prudentia accipimus.diſtinguitur.n.ab Ariſto. ꝙ prudentia eſt habitus uerus cum ratione , qui in his agendis uerſatur, quæ ſunt homini bona, & mala.& prudentis finis eſt bene agere, impoſſibileq; eſt prudentem eſſe quempiam , niſi ſit bonus. Aſtutia ſubeſt prudentiæ,& eiuſmodi eſt,ut ad ſubiectam intentionem agat, & quod intendit ad effectum perducat.Quod ſi rectum ſit illud ad quod intendimus,laudabilis, ſi turpe,dolus malus nominatur Sapientia eſt ſcientia,& intellectus præcioſiſſimorum natura , hæc circa eximia quædam , & admiranda,& difficilia, ac diuina uerſatur, cum prudentia circa humana uerſetur , & circa illa in quibus conſultatio locum habet . Nam præcipuum , & maximum munus prudentis eſt , bene conſulere , quãuis etiam artificibus , ſapientia tribui ſoleat , qui excellentiſſimi ſunt. Veluti Phidiam lapidarium ſapientem , & Polycletum ſtatuarium appellamus , nihil aliud , quam artis peritiam intelligentes.de qua re iam multa,& non ſemel dicta ſunt.Falluntur itaque imperiti,qui uerſutos quoſdam , & callidos homines , improba agentes ſapientes nominant. Ratio uero cur fallantur hæc eſt, quam dicit Ouid.Nam mala ſunt uicina bonis errore ſub illo . Pro uitio uirtus crimina ſæpe tulit. Aſtutia utitur prudens in re bona, eadem utitur doloſus homo in re mala , & hoc modo , quod malum eſt bonum uidetur , ideo ſemper diligentiſſimè res diſpicienda eſt. [Admirantes]tanquàm prudentes uiros , cum non ſint . Nam uocandi ſunt callidi,malitioſi,ſubdoli.[Quorũ error &c.] Huiuſmodi,inquit homines, qui ita falluntur liberandi ſunt de errore, admonendique ut honeſtis rationibus ad id pergant,qđ intendunt. Nam ſi ratio qua aliquid facere uis, honeſta eſt, & id, quod poſtea facis honeſtum eſt,ſi uero mala,nõ poteſt qđ efficitur , bonum eſſe. Comparare optas prædia pulcherrima, & fructuoſiſſima , non tibi eorum dominus circumueniendus eſt, ſed iuſtum precium perſoluendum eſt. Rectè ergo conſulendum,recteq; faciendum eſt,ut & cogitatio ipſa, & actio abſit à ſcelere.[Speciem]Decorum, pulchritudinem , honeſtatẽ. Virg. Neque enim ſpecie fama ue mouetur . [Honeſtis conſilijs, &c.] Bono utitur ordine . Nam & Sal.ait:Antequàm facias , conſulto, & ubi conſulueris maturè facto opus eſt.[Non fr.] Singula ſingulis opponuntur , fraus conſilio , malitia uero factis.

Vtile nõ põt ab honeſto ſeparari.

A primo ad ultimũ ab euentu.

Dolus malus.

Quinq; autem &c.]Hæc eſt pars executiua huius ſecundi;In
ASC. qua Cic. diſputat de ijs quæ pertinent ad utilitatem, & ad ui-
tam degendam.i. perfectè agendam Ordo eſt.Autem, pro ſed,
quinq; rationibus officij proſequendo propoſitis.i.inter quin-
que rationes de officio proſequendi .i. peragendo continne
propoſitas, quarum duæ ſup. rationes pertinent ad decus, &
honeſtatem, uidelicet an ſit decorum, & honeſtum, an indeco-
rum, & inhoneſtum, & ſup. duæ pertinent ad commoda vi-
tæ, uidelicet ad copias.i.abundantias rerum, ad opes.i. diuitias
terrarum, ad facultaces .ſ. potentiarum, hoc eſt, an ſit utile, &
commodum, an ſit inutile, & incommodum. Et quarum ſup.
quinta pertinet ad iudicium eligendi.i. an honeſtum ſit præe-
ligendum utili, an è contrario, ſi quando .i. aliquando ea quæ
dixi.i. honeſtum, & utile uiderentur pugnare .i. contraria eſſe
inter ſe, pars honeſtatis eſt perfecta (inter illas.ſ. quinq; ratio-
nes propoſitas) quam ego cupio eſſe notiſſimam tibi, eo, quod
iam ſatis determinatum de ea ſit in j. lib. Autem, pro ſed, hoc
de quo nũc agimus, eſt idipſum, quod appellatur utile.In quo
uerbo.i.in quo uocabulo.i.in appellando utili, conſuetudo.ſ.lo
quentium lapſa.i.errans deflexit de uia .i. de recta ratione, que
pro, & ipſa.ſ. conſuetudo eſt deducta ſenſim.i.paulatim eò.i.ad
id, vt ſecerneret.i.ſepararet, & diuideret, vtile ab honeſto, & pro
.i.conſtitueret aliquid honeſtum, quod non eſſet utile, & utile
ſup. aliquod, quod non eſſet honeſtum. Qua .ſ. conſuetudine
nulla pernicies, nullum nocumentum (quaſi pernecans i.perfe-
ctè necãs dicitur pernicies) maior potuit afferri uitæ hominũ.
q dē.i.certè philoſophi ſumma auctoritate.i.q ui ſummãſhabẽt
auctoritatem diſtinguunt ſeuere ſanè, atq; honeſte hæc tria ge
nera.ſ iuſtum, honeſtum, & utile, cogitatione confuſa .i. ratio-
ne, & reſpectu, non re ipſa (quia eadem res eſt iuſta, & honeſta.
& vtilior, ſed ſub alia quodammodo ratione. Vnde ſubdit auct.
Enim, pro quia, ipſi philoſophi cenſent quidquid ſit iuſtum, id
eſſe, & utile, que pro, &.itẽ.i.ſimililiter id, quod ſit honeſtũ eſſe
etiam iuſtum. Ex quo.i.ex quo dicto conceſſo à Philoſophis ef-
ficitur.i.ſequitur, infertur cũ effectu (ne dum apparent] quod
ſup. quidquid ſit honeſtum, id ſit utile, quod .i. quam conclu-
ſionem, quæ perſpiciunt.i.vident parum.i.non ſatis clare. Hi.i.
tales, admirantes.i.imitatione, & admiratione dignos putan-
tes ſæpe homines verſutos, aſtutos, & callidos, indicant mali-
tiam eorum.i.uerſutam calliditatem eſſe ſup.ſapientiam, Quo
rum error eſt eripiendus.i.ex eorũ pectoribus euellendus. que,
pro &, omnis opinio eſt traducenda ad eam ſpeciem, vt intelli-
gant ſe poſſe conſequi.i obtinere ea, quæ uelint honeſtis conſi-
lijs, & iuſtis factis, non fraude, quæ inhoneſta eſt, & malitia
quæ iniuſta.

ARGVMENTVM.

Quæ quæq; ex re commoda, aut incommoda capiantur, quæ Græci εὐχρηςήματα, & δυχρηςήματα nominant. Colligitq; quidquid eſt ferè in uita commodi, aut incommodi, id homini ab homine naſci.

QVæ ergo ad vitam hominum tuendam perti
nent, partim ſunt inanimata, ut aurum, ar-
gentum, vt ea, quæ gignũtur è terra, & alia
eiuſdem generis, partim animata, quæ ha-
bent ſuos impetus, & rerum appetitus eorum autem alia
rationis expertia ſunt, alia ratione utentia. expertes ratio
nis ſunt equi, boues; reliquæ pecudes; apes, quarum ope
ra efficitur aliquid ad hominum vſum, atque uitam. Ra-
tione autem utentium duo genera ponuntur: vnum deo
rum, alterum hominum. deos placatos pietas efficiet, &
ſanctitas. proximè autem, & ſecũdum deos, homines ho
minibus maximè utiles eſſe poſſunt. Earumq́ue item re-
rum, quæ noceant, & obſint, eadem diuiſio eſt. ſed quia
deos nocere non putant, his exceptis, homines homini-
bus plurimum obeſſe, vel prodeſſe arbitrantur. ea enim
ipſa, quæ inanimata diximus, pleraque ſunt hominum
effecta operis: quæ nec haberemus, niſi manus, & ars ac
ceſſiſſent; nec his ſine hominum adminiſtratione ute-
remur. neque enim valetudinis curatio, neque nauigatio,
neque agricultura, neque frugum, fructuumq́; reliquo-
rum perceptio, & conſeruatio, ſine opera hominum, vl-
la eſſe potuiſſet. Iam uero, & earum rerum, quibus abun
daremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, inue-
ctio certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines funge-
rentur. Eademq́ue ratione nec lapides exciderentur è ter
ra ad uſum noſtrum neceſſarij, nec ferrum, aurum, æs, ar
gentum effoderentur penitus abdita, ſine hominum la-
bore, & manu. Tecta uero, quibus & frigorum uis pel-
leretur, & calorum modeſtia ſedaretur, unde aut initio
generi humano dari potuiſſent, aut poſtea ſubuenire, ſi
aut ui tempeſtatis, aut terræ motu, aut uetuſtate cecidiſ-
ſent, niſi communis uita ab hominibus harum rerum au
xilia petere didiciſſet; Adde ductus aquarum, deriuatio-
nes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas
fluctibus, portus manufactos, quæ non ſine hominum
opere habere poſſemus. Ex quibus omnibus, multiſq́ue
alijs perſpicuum eſt, qui fructus, quæq́ue utilitates ex re
bus iis, quæ ſunt inanimatæ, percipiantur, eas nos nullo
modo ſine hominum manu, atque opera capere potuiſ-
ſe. Quis denique ex beſtiis fructus, aut quæ commo-
ditas, niſi homines adiuuarent, percipi poſſet? nã & qui
principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua u-
ſum habere poſſemus, homines certè fuerunt: nec hoc tẽ
pore ſine hominum opera aut paſcere eas, aut domare,
aut tueri, aut tempeſtiuos fructus ex his capere poſſe-
mus: ab eis denique, & ea, quæ nocent, interficiuntur, &,
quæ uſui poſſunt eſſe, capiuntur. Quid enumerem ar-
tium multitudinem, ſine quibus uita omnino nulla eſſe
potuiſſet? quis enim ægris ſubueniret? quæ eſſet oble-
ctatio ualentium? qui uictus, aut cultus, niſi tam multæ
nobis artes miniſtrarentur? quibus rebus exculta homi-
num uita tantum deſtitit à uictu, & cultu beſtiarum. Vr-
bes uero ſine hominum cętu non potuiſſent nec ædifi-
cari, nec frequentari: ex quo leges, moreſq́ue conſtitu-
ti, tum iuris æqua deſcriptio, certaq́ue uiuendi diſcipli-
na, per quas bene, beatèq́ue uiuitur. quas res, & manſue-
tudo animorum conſecuta, & uerecundia eſt, effectúq;
eſt, ut eſſet uita munitior, atque ut dando, & accipiendo,
permutandiſq́ue facultatibus, & commodis nulla re ege
remus. Longiores hoc loco ſumus, quàm neceſſe eſt.
quis eſt enim cui nõ perſpicua ſint illa, quæ pluribus uer-
bis à Panætio commemorantur, neminem neque ducẽ
in bello, nec principem magnas res, & ſalutares ſine ho-
minum ſtudijs gerere potuiſſe? commemoratur ab eo
Themiſtocles, Pericles, Cyrus, Ageſilaus, Alexander:
quos negat ſine adiumentis hominum tantas res effice-
re potuiſſe. utitur in re non dubia teſtibus non neceſſa-
rijs. Atque ut magnas utilitates adipiſcimur conſpiratio
ne hominum, atque conſenſu: ſic nulla tam deteſtabilis
peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. eſt Di-
cæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni, &
copioſi: qui, collectis ceteris cauſis, eluuionis, peſtilen
tiæ, uaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis,
quarum impetu docet quædã hominum genera eſſe con
ſumpta, deinde comparat, quanto plures deleti ſunt ho-
mines hominum impetu.i.bellis, aut ſeditionibus, quàm
omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil ha-
beat dubitationis, quin homines plurimum hominibus,
& proſint, & obſint; proprium hoc ſtatuo eſſe uirtutis,

conciliare ſibi animos hominum & ad vſus ſuos adiungere itaque, quæ in rebus inanimis, qu æque in uſu, & tractatione belluarum ſunt utiliter ad hominum uitam, artibus ea tribuuntur operoſis: hominum autem ſtudia, ad amplificationem noſtrarum rerum prompta, & parata, uirorum præſtantium ſapientia, & uirtute excitantur. etenim uirtus ferè omnis in tribus rebus uertitur. quarum una eſt in perſpiciendo, quid in quaque re uerum, ſincerumq́ue ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens, ex quo quæq́ue gignantur, quæ cuiuſque rei ſit cauſa. alterum, cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant; appetitiones, quas illi ὁρμὰς obedientes efficere rationi. tertium, iis quibus, cum cógregamur, uti moderatè, & ſciēter, quorum ſtudiis ea, quæ natura deſiderat expleta cumulataq; habeamus: per eos denique ſiquid importetur nobis incommodi, propulſemus, ulciſcamurq́ue eos, qui nocere nobis conati ſunt; tantaq́ue pœna afficiamus quantum æquitas, humanitasq́; patitur. Quibus autem rationibus hanc facultatē aſſequi poſſimus, ut hominum ſtudia complectamur, eaq́ue teneamus; dicemus, neque ita multo poſt: ſed pauca ante dicenda ſunt. Magnam uim eſſe in fortuna in utranque partem, uel ſecundas ad res, uel aduerſas, quis ignorat? nam & cum proſpero flatu eius utimur, ad optatos exitus peruehimur: &, cum reflauit, affligimur hæc igitur ipſa fortuna cæteros caſus rariores habet; primum ab inanimis procellas, tempeſtates, naufragia, ruinas, incendia; deinde, à beſtiis ictus, morſus, impetus hæc igitur, ut dixi, rariora ſunt. at uerò. interitus exercituum, ut proximè trium, perſæpe multorum; clades imperatorū, ut nuper ſummi, ac ſingularis uiri; inuidiæ præterea multitudinis; atque ob eas benemeritorum ſæpe ciuium expulſiones, calamitates, fugæ: rurſusq́ue ſecundæ res, honores, imperia, uictoriæ, quamquam fortuita ſunt, tamen ſine hominum operibus, & ſtudiis neutram in partem effici poſſunt. hoc igitur cognito, dicendum eſt, quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere, atque exercitare poſſimus. quæ ſi longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur: ita fortaſſe etiam breuior uidebitur.

PETR. MARS.

QVæ ergo ad vitam] Diſtinguit ea, quæ humanæ vitæ utilia ſunt & oſtendit nihil eſſe utilius homini, quā homines ſibi officijs deuincire. Nihil.n.eſt, quod homini prodeſſe poſſit ſine hominum opera. & homo homini prodeſſe, & obeſſe poteſt. [Eiuſdem generis] ſimilia. [Suos impetus] Quoniam ſingula animata proprios habēt impetus, & appetitus [Eorū falſa] Facit ſubdiuiſionem. diuidit.n. ipſa animata. [Expertia rationis] Sine ratione, & intellectu, vt ſunt bruta. [Ratione utentia] vt homines, & deus, [Ratione autem] Diuidit ea, quæ ratione vtuntur, vt ſunt dij (more gētiliū loquor) & homines. [Deos placatos] Docet quomodo dij redduntur hominibus propitij. [Pietas] Reuerentia, quam Deo debemus, patriæ, & parentibus, pietas, vt volunt Stoici eſt ſcientia diuini cultus, & pietas eſt plusquam officium, & iuſtitia aduerſus Deum.i.deo dicit Lact. Pietas eſt Dei parentis agnitio [Placatos] Propitios nobis [Sanctitas] Morum integritas, quā habere debemus, ſi Deum propitium habere cupimus. Vis Deos propitiari, inquit Sen. bonus eſto Sanctus dicitur incorruptus. inde ſanctæ leges. Plato in Phil. ſic ait: Vir iuſtus, pius, & probus Deo eſt amicus. & in Minoe dicit: Deus uehementer indignatur quoties quiſpiam hominem illi ſimilem improbat, aut probat diſſimilem. Deo autem ſimilis eſt uir bonus. neq; lapides, ligna, & aues, atq; ſerpentes ſacros exiſtimes, homines vero nequaquam. Immo ſacratiſſimum omnium eſt uir bonus, profaniſſimum contra uir malus. & ſcribens de voto ſic ait: Neque eiuſmodi eſt dei natura, vt ducatur muneribus, vt improbus fœnerator, animum, inquit, reſpicit deus vtrum iuſtus, ſanctusq; ſit. prudētes iuſtiq; ſunt, inquit Plato, qui ſciunt, quæ erga deū & homines agere, atq, dicere deceat. [Et ſecundum] Poſt deos, qui placentur pietate, & morum integritate. ſecundum ſignificat etiam iuxta ſiue prope. Virg. in Georg. Et plena ſecundū Flumina. [Maximè] In primis. [Earumq; iterum Similis eſt diuiſio earum rerum, quæ noceant, & obſint, niſi quia dij nō putantur alicui nocere, ſed aliquem puniunt, ut iuſtitia locum habeat. ergo diis exceptis, nihil eſt, quod magis homini obeſſe poſſit, quam homo. [Non putant] Philoſophi, & maximè Stoici, qui negabant deum iraſci. immo uolebant ſapientem non iraſci, & Epicurei dicebant deum humana non curare. [Ea.n. ipſa] Ratio quare homines plurimū poſſunt obeſſe, & prodeſſe hominibus. quoniam cetera omnia inanimata ferè ſunt effecta hominum opera, quę non haberemus, niſi fuiſſent opera humana. [Pleraq;] Maior pars eorum. [Operis] Laboribus, & induſtria. [Quæ inanimata] Apta uitæ humanę degendæ. [Ars] Quæ inſtrumēta fiunt apta ſui. [Neque enim] Ratio quare his vti non poſſemus, ſine hominum adminiſtratione. [Curatio] Non potuiſſet exerceri medicina ſine homine. [Frugum] Fruges eſt quidquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus [Frugum] Quantum ad ea quæ percipiuntur ex terra. Fructus ſunt etiam arborum. [Iam uero] ponit ea quæ fieri non poſſent ſine homine, & eius opera. [Exportatio] Ad alias gētes. [Quibus abundaremus. [Hinc n. mercatura, & negociatio habuit originem, ut, inquit Thucid. & Ariſto. ab abundantia rerum aliquarū, aliquarumq; indigentia, quæ cum alibi eſſent, exportabat ea, quibus abundabant, & faciebāt permutationem. adde etiā, quod numus fuit inuentus cauſa permutationis, vt inquit Plato in lib. de rep. & vt ſubiret uice indigentiæ. quoniam omnia metitur numus, auct. eſt Ariſt. v. Moral. fiebat apud antiquos permutatio rerum, & qui non indigebat aliqua re. vt illam permutaret, numo ſibi eam comparabat. [Inuectio] Nam mercatores aduehunt ea, quorū uſu egemus, & ea exportant quibus abundamus. [Muneribus] Officijs inuehendi, & exportandi, & probat per inductionem talia non poſſe hominibus prodeſſe, niſi opera hominis. [Nec lapides exciderentur] hæc omnia fuerunt excogitata, et inuenta ab hominibus. Lydi primi aureum argenteumq; numum percuſſerunt, auctore Herod. lib. j. Lapicidinas auct. Plin. lib. 6 Cadmus inuenit Thebis, Archicophrasius in Phœnicia. Thraſon inuenit muros. turres inuenere Cyclopes, vt uult Ariſt. ut Theophraſtus Phœnices Ferrum in Creta inuenere Idæi dactyli. Argentū inuenit Erichthonius Atheniensis Auri metalla, & conflaturam Cadmus phœnix ad Pangæum montem. Plumbum ex Caſſiteride inſula primus aſportauit Midacritus. fabricam ferream inuenere Cyclopes. figlinas Chorœbus Athenienſis. ærariam fabricam Chalybes, vt alij Cyclopes. Aes inuenit Cyniras rex in Cypro. Lucretius, qui carmine philoſophiam celebrauit, dicit metalla fuiſſe inuenta cōbuſtis ſiluis cauſa uenationis, vnde feruentibus uenis ſcribit manaſſe aurum liquefactum, & cetera metalla in concauitates terræ. Manabat, inquit, uenis feruentibus in loca terræ, Concaua conueniens argenti riuus, & auri. In hoc quoq; diſſentio, inquit Seneca, ſapientes fuiſſe, qui ferri metalla, & æris inuenerunt, cum incendio ſiluarum aduſta tellus in ſummo uenas iacentes liquefactas fudiſſet: Aeris item, & plumbi. ad opinionē hanc alludens Virg. in Georg dixit: Atq; auro plurima fluxit. Vtcunq; ſit, opera hominis effectum eſt, ut talium rerum habeamus uſum. Acu facere ueſtes Phryges inuenere. inde Phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadē Aſia inuenit Attalus rex. vnde nomen Attalicis. [Ad vſum noſtrum] Ad extruēdas domus, & colūnas.] Penitus abditus] Occulta in uiſceribus terræ, in quæ homines penetrant metalla effoſſuri. [Vis [Vehementia. [Initio] Cum in unum cœperunt conuenire, & ædificare domos, & cum creati ſunt homines in initio. [Poſtea] quam in unum homines conuenere, quomodo iſta potuiſſent hominum neceſſitati ſubuenire, ſine opera hominis? nam ſi cadit domus, non poteſt ſine opera hominis refici reſtituiq;. [Vi] Impetu. [Vita communis] hominum ſocietas, & cōmunitas. [Deriuationes] Ad irrigandos agros, ut ſint fertiliores, aut cū flumina deducimus in riuos ad aliquem uſum. [Moles] Saxa magna quibus portus includitur, ut obſtēt fluctibus Sic Vir. Quid memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra Iulia, qua ponto longe ſonat unda refuſo? quoniam illic Iulius Cæſ. ingentes

moles

moles saxorum posuit.[Ex quibus omnibus]Affert conclusionem,quæ sequitur ex supradictis.nam inductio est,cum ex pluribus particularibus cõcluditur unum uniuersale. patet igitur ex singulis supradictis nihil posse uitæ humanæ utile esse sine opera hominis. [Perspicuũ] Clarum,& ostensum per inductionem.[Qui deniq; de bestijs]Dixit hactenus de inanimatis,quorum nullus est usus sine opera hominis,nunc agit de rebus animatis, ostendẽs ipsa etiam non prodesse humanæ uitæ sine hominibus.[Principes]Primi, & auctores, qui inuenerunt quem fructum ex quaq; bellua capere posset genus humanũ.[Tẽpestiuos]Cum tempore congruo. [Vsui] Afferre aliquã utilitatẽ hominibus. [Quid enumerẽ] Nunc de artibus loquitur, sine quibus uiui non posset.& probat hoc dicens.quid.n. ægritudini mederetur? nam artes inuentæ sunt , ut natura adiuuaret. Aegritudini]Aegrotationi. [Quæ oblectatio] quid oblectaret ipsos,qui bona ualetudine fruuntur,si artes non comparassent tot genera oblectamentorum,& deliciarum? [Victus] quantũ ad cibum. [Aut cultus] quo ad alios corporis ornatus. [Ministrarentur]Ab hominibus exculta,ornata,& formata ad dignitatem homine dignam.nam artes effecerũt,vt à cultu, & victu bestiarum desisteremus. [Tantum destitit] Remouit se usque adeo,nam nisi essent artes in victu bestias imitaremur,& in cultu corporis.nam,vt nati essemus, quemadmodum bestiæ,nudi uiueremus. [Vrbes dicuntur]quoniam aratro designabant ab vrbo.nam vrbum,vt est in libris digestorum de uerborum significatione, dicitur aratri cur uatura, & vrbare est aratro diffinire. oppidum dicitur ab ope,quod eius rei causa mœnia constituta sunt [Sine cœtu]Conuentu. cœtus dicitur à cocundo [Frequẽtari]A multitudine habitari,vrbs freqũes dicitur quę habet frequentiam ciuium,& quæ est populosa. [Ex quo] Propter hoc, quia urbes conditæ,& cœtu hominum sunt frequentatæ. [Latæ sunt leges]Et mores ciuitatum,& ius æquum. [Mores] Consuetudines ad bene uiuendum, & instituta. [Aequa descriptio iuris] Scriptum est ius æquum tribuens unicuiq; quod suum est , hæc descriptio inuenta est ad cœtus hominum conseruandos.dixi supra esse ius scriptum,& non scriptum,& vnde vtrũq; originem habuerit.[Certa]Diffinita,firma,stabili,uera,& indubitata disciplina,modus,& regula uiuẽdi in ciuitate.[Per quas] Leges,mores,disciplinam.[Bene]Sine uitio.[Et beatè]Sine cupiditate rerum alienarum. beatè,quis uiuit? qui est contentus re quam habet. bene uiuit , qui uacat uitijs . vtrunq; præstant mores,& leges.[Quas res] Leges,mores,iuris descriptionem,& disciplinam uiuendi.[Mansuetudo]quoniam homines timentes legem,& ius,fiunt mansueti deponentes feritatem,& ingenium agrestè.[Consecuta]subsecuta.[Verecundiam]Hoc refertur ad certam disciplinam.i.optimum uiuendi modum in rep. cum pudore,qui obstat ciui ne aliquid faciat contra disciplinã, instituta ciuitatis. Leges faciunt homines mitiores. Nisi enim leges timerentur , homines intestinis seditionibus , inuicem se trucidarent.[Munitior]Tutior,securior. Leges enim sunt fundamenta ciuitatum,& generis humani præsidium,& regimen, quibus homines astricti abstinent iniuria. [Dando,& accipiendo].i.beneficiis ultro citroq; collatis.Res etiam permutabãtur apud antiquos.[Facultatibus]Rebus. [Commodis] Vtilitatibus [Longiores]Nimis prolixi in hac parte , quoniam hoc clarum est nihil prodesse homini sine hominis opera. [Quis est enim]Ratio quare prolixa nimis de re,quæ in promptu est oratio sit suscepta.[Perspicua]Clara, & manifesta. [Commmemorantur. [In officijs cum de hac parte loquitur. [Principem domi] In ciuitate. [Magnas res]Claras,& gloriosas, & hoc ptinet ad ducem belli.[Salutares]Vtiles reip.& hoc pertinet ad principem,idest optimatem,& primum inter ciues,qui libertati communi studet,& consulit . quod tamen sine opera hominum facere non potest.[Sine studijs]Beneuolentia,& uoluntate hominum. studium est plus,quam uoluntas, siue uehemens uoluntas Themist,& Pericles , Athenienses fuerunt . Themist. clarus imperator,& Pericles domi militiæq;. Cyrus,auct. Xenoph.natus est ex patre Cambyse rege Persarũ,& matre Mandane filia Astyagis regis Medorum . Fuit igitur Cyrus rex Persarum, ad quos regnum Medorum transtulit,qui annis 300. regnauerãt. Crœsum regem ditissimum Babylonis opem ferentem cœpit . Asiãq; , & Oriente subactis,Scythas bello tentauit , ubi captus à regina Scytharum,que Tomyris dicebatur , occisus est , cum regnasset 30.annis,cuius sepulchro tale scriptum fuit epigramma,auct. Plut.in uita Alex. Magni. Quisquis es mortalium , & undecunque aduenis,aduẽturum enim te scio,Cyrus sum, qui Persis imperiũ quæsiui.hoc igitur humi paulũlum,quo meum corpus obtegitur,mihi ne inuideas. Imperium terminauit Cyri ad orientem rubrum mare , ad septentrionem Pontus Euxinus,ad occidentem Cyprus,& Aegyptus, ad meridiem Aethiopia . Agesilaus Lacedæmonius Archidami filius post mortem Agidis fratris sui,rex constitutus est propter eximiam eius uirtutem.inde in Asiam contra Artaxerxem regem Persarum profectus est,& Tisaphernem , qui tum inter præfectos regis principatum tenebat , uicit . inde cum ipsum regem adoriri decreuisset à Lacædemonijs reuocatus est,qui Atheniẽsibus, & Bœotijs bellum indixerant . Rediens ergo Athenienses , & Bœotios magno prœlio uicit. Breui statura corporis Agesilaus fuit,& altero pede claudus,sed animi uirtute præditus. decessit rediens ex Aegypto , sed corpus eius Spartam relatum est . Agesilaus auct. Plut. in oculis omnium uersari gloriabatur. putans uidelicet obscœnis actionibus tenebras conuenire , honestæ autem uitæ lucem maiori esse ornamento . Laudatus est Agesilaus cum à ceteris scriptoribus,tum eximie à Socratico Xenophonte . eo enim usus est familiarissime [Alexander]Filius Philippi regis Macedonum, qui tota ferè Asia subacta Babilone decessit. [Res tantas] Tam claras,& inclyti nominis. [Vtitur testibus] Hoc erat prouerbium , quo utebantur in foro iudiciali, vbi testes producũtur . inde transfertur ad alia. Plato ad Dionem sic scripsit , Memento necessariam esse ad res agendas hominum beneuolentiam : austeritas uero solitudinem amicorum parit.[Conspiratione]Concordia, & unanimitate. conspiratio est semper in perniciem alterius . conspiratio est hominum consensus . [Magnas utilitates] Dignitates , commoda, opes. [Nulla pestis]Calamitas,& incõmodum.[Est Dicæarchi] Dicæarchus Siculus ex Messana urbe, Arist.auditor , Clarus in philosophia fuit,qui multa scripsit,& inter alia librum de interitu hominum,in quo hæc collegit,quæ scripsit Cic.[Est liber] Extat adhuc,inquit Cic.in quo agit de interitu hominum , & causis,quibus intereunt,& tempore quo interierunt.[Magni] Clari,& alti nominis in philosophia Peripatetica.[Ceteris causis]quibus homines interierunt.[Eluuionis]Eluuio , ut Non. interpretatur, est corruptus,& morbidus tractus . Alluuio, ut inquit Iust. est lateris incrementum. [Vastitatis] Cum aliqua lues,& cœli intemperies omnia deuastat.uastitas dicitur exinanitio,& desolatio. Accius dixit : Hanc urbem ferro uastam dabit.[Belluarum repentinæ multitudines] quæ aliquando loca uastarunt. Plin.ex auctoritate Var.scr.li.7. oppidum in Hispania suffossum à cuniculis, à talpis in Thessalia,à ranis ciuitatẽ in Gallia pulsam esse, à locustis in Africa , Amyclas in Campania deletas fuisse à serpentibus. Et Strab.scr.apud Baleares insulas domos subrutas fuisse cuniculis subterraneis,& arbores, incolasq; tandem fuisse coactos implorare opem Rom. contra cuniculos [Hic locus]Hæc pars,qua dicitur , hominem multum prodesse, aut nocere hominibus.[Statuo]Iudico, & pro certo affirmo,in primis,hoc ad uirtutem pertinere , ut animos hominum sibi deuinciat,& officijs,demereatur amantes sui. [Ad usus suos]Ad sua commoda augẽda,& opes,& clientelas. [Itaque quæ in rebus inanimis]Alia inquit Cic.quæ utilia sunt uitæ humanæ ex inanimatis , & vsu belluarum attribuenda sunt artibus . Deuinciri autem , & demereri hominum uoluntates ad commoda augenda,& dignitatem prudentis hominis est,& uere sapientis, qui homine instrumento nobilissimo scit uti ad suas opes augendas,tuendasq; [Inanimis] Inanimatis, de quibus dixit. [Vsu belluarum, quoniam ars reddit nobis belluas cicures, & aptas usui humano,ut tractari possint , vt equi domiti,boues apti ad arandum,& alia huius generis . [Ad hominum uitam degendam iuuandamq; tribuuntur . [Artibus ea tribuuntur operosis]Circa proprium opus laboriosis,& materiem, quam tractant suis formulis , ut sunt artes opificum , domitores belluarum , ut sint ad usum hominum , ut utilitatem. [Hominum autem studia] Volũtates,ad dignitatem hominis augendam, & opes . [Amplificationem] Augmentum nostræ dignitatis,& commodi.[Excitantur]Commouentur,& alliciuntur,ut uelint auctas esse opes, & dignitatem uiri sapiẽtia præstantis, & uirtute . quoniam uirtus studia hominum ad se allicit,& hoc uirtutis est proprium munus,qua etiam impellimur , ut eos quos nunquam uidimus diligamus . [Etenim uirtus]Ponit tres uirtutis proprietates.Prima est,vt homo,qui habitũ uirtutis,aut habet,aut medijs officijs cõsequi vult , res

&

& causas rerum contempletur, & à qua causa est quæq; res, & quid cuique accommodetur, & quid antecedenti sit cõsequẽs, quid repugnet, & verum videre in omnibus rebus,& sic dicetur prudens sapiensque, quia in omni re quid sit veri videt,& quid sequendum fugiendum ue sit. Secunda cohibere affectus,& appetitum ita disponere,vt rationi pareat,& uti modo tali in omni re,& sic erit temperans, moderatus, & sibi constans. Tertia versari in hominum societate cum moderatione,& prudentia, ut eorum studia nobis prõpta reddamus, vt ipsis vti possimus ad dignitatem nostram augendam,propulsandamq;, si qua inferatur iniuria,hæc in primis sunt uirtutis munera. [Etenim] Certè ,profecto.]Ferè uertitur] Versatur citra tria . ferè dixit, quoniam & circa aliqua uersari potest,sed maiora uirtutis munera circa hæc uersantur.[Quarum re]circa quæ uirtus mortalis versatur. [Perspiciendo]Cognoscendo, dignoscendoq; verũ in omni re. [Sincerumque]sine fraude.[Quid consentaneum] quid cuique conueniat decorumq; sit. [Quid consequẽs]quid sequatur ex aliqua re.quoniam prudens consequentia cernit, uidet causas,& earũ progressus , non ignorat tanquàm ea quę antecesserunt.[Ex quo]Ex qua re omnia gignantur, & quæ sit causa generationis,quod pertinet ad naturalem philosophum, & cognoscere causas omnium rerum. quoniã omnes res à suis causis dependent. vnde ait ipse in j.de diuinatione: Atque vt in seminibus uis inest rerum,quæ ex his progignuntur, sic in causis conditæ sunt res futuræ.& Sen.in Trag.quæ O Edipus inscribitur dixit,Quæ nexa suis occurrunt causis, sed difficile est causas rerum cognoscere. summi philosophi hoc est munus , qui omnia scit. Scire autem est res per causas suas cognoscere. [Alterum]Hæc est secunda proprietas uirtutis.[Motus animi turbatos]perturbationes animi,de quibus dictum est. [Quos]Motus turbatos. [πάθη] Accusatiuus pluralis.i.morbos animi , & passiones siue perturbationes . [ὁρμὰς] ὁρμὴ Græcè, Latinè significat appetitum sensitiuum, & impetus aliquem ad augendum. Appetitus est ipsa sedes,appetitio uerè est actio.[Tertiũ] Hæc est tertia proprietas,& munus uirtutis. [Congregamur] Consuetudinem habemus,& uitæ commercium . [Moderatè] cum moderatione,& temperantia , ut nihil sit in nobis , quod eos offendat,& à beneuolentia iam inita possit alienare.præcepit supra quid sit agendum in ipsis cõgressionibus,ut seruetur decorum.debemus.n.adhibere ordinẽ,cõstãtiã,moderationẽq; omnium dictorũ atque factorum, si ab illis probari volumus , & digni auxilio iudicari cum quibus viuimus.[Scienter]Prudẽter. [Quorum]Hominum,cum quibus congregamur. [Studijs] Voluntatibus, fauore, opera. [Expleta]perfecta.[Cumulataque] Vt nil penitus desit, & omnia subministrentur nobis necessaria studijs eorum.[Denique]Ad summam tandem.[Per eos]Homines.i.vt eorum,opera propulsemus incõmoda. [Importetur]Inferatur ab alijs. [Vlciscamurq; eos]De his uindictã sumamus,& pęnas,qui nocuerunt,vt patitur æquitas, & humanitas. quoniam non debemus excedere modum, æquitatem,& humanitatem in ulciscendo,ne uideamur iniqui,& immanes . de hoc sup.etiam præceptum dedit. [Hanc facultatẽ] Vt hoc facere possimus, quod dictum est studiis hominum . [Studia] Voluntates,beneuolentiam, operamque paratam ad nostram dignitatem tuendam augendamq;. [Teneamus].i.habeamus, &conseruemus ad nostrum commodum , & tutelã.paulo post inquit,hoc dicam,& facit digressionem , qua absoluta reuertitur ad narrationem,& id quod pollicetur ibi,hoc cognito dicẽdum est, quo nam modo hominũ studia ad utilitates nostras allicere possimus . [Magnam uim esse in fortuna] Respondet prius Cic. tacitæ obiectioni. potuisset.n. dici ; Ergo conciliare sibi homines, & nocere consisteret solum in hominibus non in fortuna,quæ in omni re dominatur.Dicit Cic. fortunam habere magnam uim,ut prosit,& obsit,sed ubi est uirtus, nõ potest fortuna aspirare . & sine opera hominum fortuna parum , vel nihil potest, quod probat per inductionem . vnde si tela fortunæ uitare uolumus, hominum studia complecti , & tenere debemus. & sic inermis fortuna redditur ad nocendum , quamuis multa nobis fortuito accidere possint.grauiora enim beneuolentia hominum , & studio uitati possunt. [Secundas] Prosperas[Nam & cum] Ratio quare magnum momentum est in fortuna ad aliqua consequenda, aut amittenda. [Exitus] Finẽ quem optabamus. [Prospero flatu]Translatio à nauigãtibus, qui cum prospero uento nauigant ad optatum portum perueniunt. [reflauit]Vertit flatus contrarios,patimur calamitates.[Hæc ipsa fortuna]De qua loquimur. [Ceteros casus] Alia incommoda,quæ possunt hominibus accidere à fortuna,sunt rara sine opera hominum.[Primum ab inanimis]Ponit Cic.ea quæ ab ipsis inanimatis accidunt hominibus operante fortuna sine hominũ opera.proueniunt, rara sunt.at interitus exercituum fieri non possunt à fortuna sine opera hominum ergo multo maiora sunt,homini ab homine mala, quã illa quæ eueniunt à fortuna. Igitur hominum animos beneuolentia nobis deuincire debemus , vt fortunæ gladios contẽnere possimus. fortuna uim habet in rebus inanimatis. [Procellas]Maris tempestates &c. eiusdem generis . procellæ dicuntur undę procumbentes,& insilientes.procellere significat procumbere, cuius oppositum est recellere. [Deinde à bestiis] Nunc de animatis ratione carentibus. [Ictus] Percussiones , ut equorum , mulorum.[Morsus[Serpentum,leonum,tigrum,& similium. [Rariora] Raro accidunt. [At vero interitus] Mala quæ eueniunt à fortuna opera tamẽ hominum hæc sunt grauiora.[Et proximè[Paucis ante annis,post quas clades alias in exercitum non accepimus.[Trium] Exercitus Pompeij magni in Thessalia-Petrei, & Afranij in Hispania,& filiorum Pompeij. [Vt nuper summi uiri] Pompeij Magni , qui uictus in Pharsalica acie fugit in Aegyptum,& ibi iussu Ptolemæi interfectus est.[Summi] Omni genere laudis præstantissimi.[Singularis]Cui nemo poterat comparari,[Prætereа[Vltra hæc quæ dicta sunt.[Inuidia]Odio populi,& imperitæ multitudinis.[Benemeritorum] Eorum,qui de patria beneremeriti sunt, ut ipsi Ciceroni accidit,Scipioni,Themistocli,& alijs , quorum infinitus est numerus.[Ob eas]Inuidias.[Calamitates]Quibus afficiuntur in vincula coniecti,& carcerem, aut fugiendo. Expulsio fit ui, fuga vero sponte.[Rursus]Nunc affert contraria supradictis,quę tamen fieri non possunt sine opera hominum. [Rursus]Contra ex alia parte. [Honores] Magistratus. [Secundæ] Prosperæ . [Imperia]Exercituum. [Fortuita] Quanquam sunt in manu fortunæ.[Neutram in partem] .i. non posset fortuna conferre honores,& similia, nec posset eripere sine opera hominum. Nihil est[inquit Cic. in oratione pro L. Murena]Incertius vulgo,nihil obscurius uoluntate hominum , nihil fallacius ratione tota comitiorum.Fortuna igitur neque prodesse, neq; nocere posset sine homine.[Hoc igitur]Cum hoc , inquit Cic. sit nobis exploratum, pauca posse nobis mala euenire sine opera hominum , vt tuti esse possimus, conciliemus nobis homines, & eorum studia complectamur,quibus autem rebus effici possit,iam docebo . Et sic post digressionem redit ad id , quod instituerat.[Quomodo]Quibus artibus,qua industria , & virtute.[Allicere]Abducere blanditijs.[Excitare]Mouere studia,uoluntates,& beneuolentiam.[Quæ oratio] Præceptio de his rebus quas dicam utiles ad studia hominum,excitanda.[Ita] Si facta fuerit comparatio cum utilitate,uidebitur breuior.quoniam plus inerit utilitatis,quam uerborum , & sic à re ipsa captat beneuolentiam, & attentionem utilitatis , magnitudine proposita .

FRAN. MAT.

Quæ ergo &c.] Tractatus de vtili Cic. quæ ad hominum cõmoda pertineant altius inquirit , & hominum breuiter tangit originem quæ à Deo,ut Stoici dicebant, & nostrates asserunt philosophi hominum causa,sunt significata.Ea uerò, aut inanimata sunt,ut aurum,argentum,aut animata . Et animatorum quidem alia sunt rationalia,ut dij, homines, alia ratione carentia,ut bruta omnia,quę impetu quodam sibi naturali ad id mouentur, quod appetunt.[Aurum, argentum]quæ in terræ nascuntur uisceribus.[Ea quæ gignuntur &c.]quæ uitã habent uegetabilem,ut plantæ, herbæ. [Partim animata &c.[Sẽsibilia intelligit animalia, quæ suos habent appetitus, suamq; inclinationem.magis.n. ad hanc rem , quam ad illam mouentur. [Reliquæ pecudes]Ergo equus,& bos pecudes uocantur, ex quo intelligimus omnia quadrupedia pecudes dici . [Quo efficitur aliquid] Mel cæra. [Duo genera]Mortale , & immortale . [Deos placatos &c.] quoniam de hominum commodis loquitur.occurrebat fortasse. Quid Deos inter hominum commoda connumeras Cicero? Quia, inquit placati, & propitij facti sacris per pietatem , & sanctitatem plurimum homini prosunt.Pietas , ut ipse diffinit Cic. l.b. j. de Nat. Deor. est iustitia aduersus Deos. Quando homines id ideo exhibent , quod debent, ut honorem.Sanctitas uero scientia est colẽdorum Deorum,quę docet q.d exhibere debeamus.ergo sanctitas instruit, pietas exequitur . [Secundum]Post. [Earumq; item &c.]quæ diuisio

Pecus.

Pietas.

Sãctitas.

diuisio, inquit, est eorum quæ prosunt, eodem est eorum, quæ nocēt. nihil.n. fermè est, quod prosit, quin idem obesse possit, vt pecuniæ, quæ si illis utaris prosunt, si abutaris nocent. [Sed quia deos &c.] Non nocent quidem Dei cuiquam sua sponte. Sed irascuntur, & puniunt ab hominibus lacessiti, quod & Stoici dicebant contra sentientibus Epicureis. Qui non curare mortalia Deos nec honore precibus afferebant. Quod his uersibus Lucretius complexus est, Ipsa quidem per se diuum natura necesse est, Immortali æuo summa cum pace fruantur Remota à nostris cuius seiunctaque longe. Nam priuata dolore omni priuata periclis, Ipsa suis opibus pollens, nihil indiga nostris: Nō bene pro meritis capitur nec tangitur ira. [Ea.n. ipsa &c.] Probat homines plurimum obesse posse. Quoniam plurimū possunt prodesse, cum ex his quæ inanimata sunt meliora quam natura ipsa fecerint, immo nisi hominis accideret industria, & manus, multa quæ terra gignit, parum prodessent. Exempli causa lanæ nisi ab homine excolerentur modicus esset usus, idem de lino, & aliis multis dici potest. [Neque enim &c.] Exēplis probat quædam arte curari. [Curatio ualetudinis] quod est medici, & eius præcipue, qui Chirurgus uocatur, quoniam manu curat. [Nauigatio] Hoc ad artes mechanicas spectat. [Iā uero &c.] De utilitate artium loquitur Cic quæ mechanicę vocantur, sed nauigatione præcipuè quæ ideo necessaria videtur esse usui hominum. Quod cum alijs locis alia nascātur, nisi de loco in locum transferantur, ij indigeant apud quos non nascuntur. [Exportatio]. Ea.n. exportamus, quibus abundamus, ea conuehimus quibus indigemus. [His muneribus] Exportādi, & inuehendi dandi alijs, & ab illis accipiendi. [Eadem ratione] Nisi s. opera hominis, & labor adesset. [Ad vsum nostrum necessarij] Ad muniendas ciuitates, & ad ædificandas domos. [Tecta uero] quæ, & hominis industria fiunt, & cum forte collapsa fuerint resarciuntur. Laterarias ac domum constituerūt primi Eurialus, & Hiperbius fratres. Athenis antea specus erāt pro domibus. Taxius Cœli filius luteū ædificium inuenit exēplo sumpto ab hirundinum nidis, auct. Plin. [Subueniri] Si cecidissent, ut ea resarciri necesse esset, quod hominum fit industria. [Ei tempestatis] quæ tanta interdum exoritur, vt firmissima concutiat, & reuera faciat, quod non multo tempore uidimus [Terræ motu] qui totas urbes interdum concutit, & euertit. [Vetustate] quæ omnia consumit: ut. Quantum æui mutare ualet longæua uetustas. [Communis uita] Societas, quæ hominem homini conciliat, efficitq;, ut homo hominem iuuet. [Adde ductus aquarum] qui maximè utiles ciuitatibus sunt, in quibus est aquarum penuria, quas per meatus subterraneos manu opere factos ex longinquo sæpe deducūt. Ancus Martius primus aquam Martiam in urbem ducere auspicatus est, postea Q. Martius rex in prætura, rursusq; restituit M. Agrippa oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsum, & Fucinum lacum, mox in specu immēsa in Tyburtino se aperit. Virginem itē aquam Agrippina adduxit ab Octauij lapidis diuerticulo. Duo. M. P. Prænestina via. Iuxta est Herculaneus riuus. quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Fuerunt, & alij cōplures aquæ ductus Romæ, de quibus omnibus Iulius Frōtinus scripsit. [Deriuationes fluminum] Desiccationes, & deductiones ab uno loco in alium. Agrippa Tyberim deriuauit, ante enim per uelabrum currebat. Vnde velabrum dictum, quod uelis transirent. Hinc ait Horat. Seu cursum mutauit iniquum frugibus aut annis doctus iter melius. [Irrigationes] quæ fiunt deductis à fluuio riuulis, & plurimum fœcūdant agros. [Moles oppositas fluctibus] Ne in regiones inundaret, quales sunt iuxta Venetias. In quibus conseruandis, & reficiendis tantum quot annis Veneti consumunt pecuniarum, quales fuerunt moles, quibus C. Iulius Cæs. mare exclusit, quo ante immistum erat Lucrino lacui. de quibus ait Virg. Quid memorem portus Lucrinoq; addita claustra: Atque indignatum magnis stridoribus æquor, Iulia quàm ponto longe sonat unda refuso. [Portus manu] qualis est Anconitanus, qui κωθωνες Græcè uocantur. Ex quibus omnibus multisq; alijs perspicuum est. [Qui fructus &c.] Colligit vtilitatem, quæ ex rebus inanimatis percipitur, quæ tamen nihil prodessent, nisi hominis labor, & industria accederet. [Ex bestiis fructus] Ex bobus, equis, nisi domarētur ab hominibus. [Homines certe fuerunt &c.] Bouem, & aratrum Bithiges Atheniensis inuenit, vt alij dicūt Triptolemus. Sunt qui Osyrim malint, quo uehi Bellerophon primus excogitauit, fræ nos, & strata equorum Pelethronius, pugnare ex equo Thessali qui cētauri sunt appellati. [Quæ nocēt] Vt serpentes, leones. [Vsui] Sunt, ut aues, lepores, & quidquid ad escam uenamur. Quæ bona sunt, meliora hominis opera efficiuntur, quæ uero mala, tolluntur, feræ quæ nocent, homini, ut serpentes, occiduntur, quę sunt ad vsum, capiūtur, ut lepores. Sunt quædam quæ prosunt, & non, ut apri, & vrsi. Venatione autem opus est ad eas feras capiendas quæ prosunt, & eas occidendas quæ nocent. Venatio in tria diuiditur. Ferinam, aucupium, piscatoriam, & quæq; suis instrumentis utitur. Nam ferina retibus, pedicis, laqueis, arcu, iaculo, uenabulo, & ceteris huiusmodi exercetur. Aucupium iisdem fermè omnibus, sed ad hoc auibus utitur uenaticis, ut accipitre, & falcone. Piscatoria retibus utitur, hamis, fuscinis. omne genus ciborum, saporum, obsoniorum his tribus generibus continetur, quæ tangit Cic. cum dicit, Et quæ usui possunt esse, capiūtur. [Quid enumerem &c.] De quibusdam artibus mechanicis dicit, de quibus implicite dixerat, magnus autem est artiū numerus, quę uitę hominum necessariæ sunt. [Qus.n. ægris subuenisset?] Medicinam tangit. [Quæ esset oblectatio &c.] Nisi essent artes ludorum, quibus homines oblectarentur, theatricæ, & spectatoriæ, quibus animus defatigatus reficitur. [Qui victus] Nisi agricultura, quę victum subministrat, venatio [Cultus] tangit lanificium, ars texendi, suendi, torquendi, exercetur manu aut pectine, cylindro, fuso, radio, colo, & ceteris huiusmodi. In materia lanę, lini, serici, pilorum ad usum uestimentorū, & operimentorum, quæ pertinent ad cultum nostrum, vel ad aliquid operiendum, ornandumque. [Vrbes uero] Ad tectonicam spectant, quæ ars est ædificādi [Ex quo leges] Nisi ars fuisset tectonica nunquam ædificatæ domus, & ciuitates fuissent, & nisi in una mænia homines conuenissent, ne leges, quidē excogitatæ essent. [Leges enim utilitatis causa latæ sunt, ut humana societas conseruaretur, si æquabile ius esset, & si suum cuiq; tribueretur, rectèq; ac dixit Solō duabus rebus remp. cōtineri pœna, & præmio, quibus sublatis humana societas interiret. Sunt autem leges scriptæ, mos in consuetudine nō in scripto positus. Nam vt Vlp. ait, Inueterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum. [Iuris æqua descriptio] Differt ius lege, quoniā iura, vt Vl. ait, non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, cum lex particularis pleraq; sit. Certaq; &c.] Expositio est eius, quod præcessit. Quid.n. aliud ius est quam certa uiuendi disciplina, & regula? [Quas res &c.] Ex eo, quod in eandem ciuitatem conuenerunt homines, & una uiuere cœperunt, utique eisdem legibus factum est, ut mansuefacti sint, cū prius feri essent, & agrestes, seorsum viuentes, & in promiscuos, vt beluæ, ruerent concubitus, à qua turpitudine verecundia sunt retracti, cum in turba hominum fuerunt, Vnde etiam matrimonij leges natæ sunt. [Vita munitior] Tutior defensa societate, & legibus. Nam antea, qui plus uiribus ualebat, is pro arbitrio omnia faciebat, postea lenitus societate animus, uita munitior cæpit esse. [Vt dando] Ex mansuetudine illa secutum est, ut homines mutuo sibi inseruirent, dando ea, quibus alij indigerent, & rursus ab illis accipiendo, quibus indigeremus, quare hominum inter ipsos maximè societas deuincitur. [Permutandisq; facultatibus] Vt ille mihi uinum quo egeo, & ego ei triticum tradam. Vetustissimum emptionis, & venditionis genus permutatio fuit. Et quoniam accidebat, ut aliquis, aut nulla re indigeret, aut non illa qua alius abundaret, & non semper fieri poterat permutatio, & propterea ueluti ad subsidium commutandarum rerum numus percussus est, vt ait Arist. & ob hoc nummus uocatus est, quod non à natura, sed lege, quæ νόμος dicitur, introductus. [Lōgiores] Sed q d, inquit, facio qđ in alio reprehendo? vt in Panætio, qui longus nimium fuit in re per se clara, & perspicua. Panætius occasionem nactus carpit. [Decem bello] Hoc ad artē militarem spectat, dux sine militibus esse non potest [Principem domi] Hoc ad politicam pertinet. [Themistocles] qui fuit Neoclis filius Atheniensis multa, & præclara gessit, & Athenienses ab incursu barbarorum liberauit. [Pericles] qui, & ipse Atheniensis patriam ab impetu Laced. seruauit. [Cyrus] qui Medorum rex fuit à Tomiri regina Scytharū est occisus, de quo multa Iust. in epit. Trog. [Agesilaus] Hic precipuè à Xenophōte laudatus. multæ enim, & mirabiles eius fuere uirtutes, rēp. nō modo tutatus est, sed auxit, multa bella gessit. A Ptol. in Aegyptum accitus est. [Alexander] quos negat sine adiumētis hominū tātas res efficere potuisse] quitam

Lucr. de natura Dei.

Chirurgus.

Aqua Martia pri a Q. Martio rege, deinde à M. Agrippa Aqua virginea.

Cothon .i. portus manufactus uenatio.

tā domuit Asiā, & cognominatus est magnus [Vtitur in re nō dubia] Testibus non necessarijs. Si res dubia non est, quid testibus vti necesse est? [Atq; vt magnas utilitates adipiscimur] cetera industria, & labores hominum, ut supra ostensum est meliora fiunt. Homines uero, qui hominibus nocent, meliores fieri possunt ingenuis artibus, & liberalibus. Cum itaq; eiusmodi sint homines, inquit, ut mali primum nocere, boni si fuerint prodesse plurimum possint, danda opera est, ut homines hominibus quantum fieri poterit conciliemus. Et sicut per homines inanimata meliora redduntur, ita per philosophiam.i.studium sapientiæ homines meliores efficiuntur. [Conspiratione hominum, atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur] Consensu, est conspiratio bonorum, uel malorum consensus. Cice. in oratione pro Lig. fratrum dixit conspirationem. Coniuratio semper in malam partem sumitur. [Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici] Hic philosophus fuit Peripateticus nobilis, & præstans, qui nullum omnino esse animum dixit. [Magni] Scientia [Copiosi] Eloquentia. [Eluuionis] Inūdationis, & diluuij. Eluuio propriè dicitur cum terra omnis obruitur, vel vallis ab eluendo, aquis constat nonnullas ciuitates demersas esse. [Pestilentiæ] Qua totæ sæpe ciuitates absumuntur, ut Thebæ. [Vastitatis] Quæ accidit incēdio, aut tempestate, aut bello. Nam Lucan. ait. At nunc seruitutis &c. [Belluarum etiam &c.] vt murium, uel serpentum, quibus incumbentibus derelictas, & uacuas redditas legimus regiones. Eus. lib. de temporibus tantam ait aliquādo locustarum multitudinem fuisse, ut hora una fertilissimos agros uastaret, ætate parentum nostrorum tanta uis murium fuit in Apulia, ut omnia absumerent in agris. [Comparat] Exitium, quod ab his rebus profectum est, cum exitio, quod hominibus per homines peruenerit. [Bellis] Incipiamus ab urbe Roma. inueniemus bellis Rom. infinitos homines esse deletos, uix posset explicari quam multi in quę gesta sunt à diuersis nationibus, & regionibus iam perierint. [Seditionibus] Intestinis ciuitatum discordijs, quibus sæpe ciuitates euacuantur. Magnæ, & multæ resp. vt Athenæ, Lacedæmon, Thebę bellis, & seditionibus deletę sunt. [Cum igitur] Sensim ad id descēdit, quod intendit, ut de utili loquatur. Et cum, inquit, maxima utilitas homini ab homine proficiscatur, & contra dāna plurima, & grauissima, danda opera est, vt hominem ad beneficiēdum non ad nocendum instituamus, quod non mechanicis artibus fieri poterit, sed liberalibus. [Proprium &c.] Hoc est, solam iudicio uirtutem esse per quam homo instrui possit, vt homini prosit. optimo autem ordine utitur Cic Nam cum ostenderit, quibus ex rebus commoda habeantur, nunc docet quæ sint ea per quę illa possimus consequi, postremo quomodo cōseruare possimus aperit. [Itaque, quæ &c.] Ergo, inquit, à rebus inanimatis quæ prouenit utilitas ea per hominū artes habere, quæ operosæ, & mechanicæ uocantur. Nam his artibus mediantibus vtilia sunt inanimata, vt per tectonicam habemus ædificia, per sutoriam calceos. Sed utilitas quæ prouenit ab hominibus, non nisi per ipsos homines haberi potest, qui sapientes sint. [Inanimatis] Vt in arte tectonica quæ utitur tignis, cementis, latere, calce, sabulo, & ceteris. [Tractatione belluarū,] h.d. propter agriculturam quæ docet domare equos, & tauros. Operosis, mechanicis, quæ manu exercentur, parum autem ad animum pertinet [Sapientia, & uirtute] Virtus ex sapiētia nascitur eamq; sequitur. Est autem sapientia, scientia, & intellectus preciosissimorum natura scientia in rhetoricam diuiditur & practicam. Theorica in ueri inuestigatione uersatur. Practica in actione illa physicam attigis, & metaphysicam, hæc agit in politica, & œconomica, & in his quæ moralis philosophia pręcipit. [Etenim &c.] hominem meliorem reddi tribus rebus dicit in quibus omnis uirtus uersatur. Tangit autem philosophiam naturalem, moralem, & quid secundum eam agere nos conueniat. Nam aut inquisitione ueri meliores efficiuntur homines, quod ad physicam, & theoricam spectat, aut scientia de moribus, quæ docet omnibus dominari perturbationibus, aut rectè operando, quòd est practicę, sed theoricæ, ethicæ, & practices, quasi apices quosdam, & tantum, quæ necessaria sunt attingit. [In perspiciēdo] hoc theorica facit, quę inquirit ueritatem cuiusq; rei in contemplando tantum uersatur. [Sincerumq;] Purum, simplex, sine ambiguitate, ne sit malitia non prudentia. [Cōsentaneum] Philosophia naturalis primū quærit, quid verū sit, deinde diligenter considerat q̃d cuique rei conueniat. Quid ex unaquaque re consequatur æstiuo tempori calor conuenit, & siccitas, hiemi, frigus, & humiditas. [Consequens] cum alterum ex altero consequitur, hoc est cum alterum ex altero efficitur, posito autem consequenti intelligitur etiam antecedens, vt si sol est, dies est. Necessario sequitur, hoc ex nimia siccitate, & ex nimijs pluuiis sterilitas sequitur, ex hoc caritas, amor. [Causa] Cognitio rerū inuestigat̃ ꝑ causas, & effectus. Causarū duo sunt genera intrinseca, & extrinseca. Intrinseca necessario efficit id, quod sibi subiectum est, ut ignis cui ardere necessario subiectum est. Nā si ignis est urit. At qui ignis est ergo necessario urit. Intrinsecam causam necessario, semper effectus sequitur, vt ardere quod intrinsecum est ignis. Sic itaque intrinsecum ignem sequitur causa, quod se habet, ut semper necessarii effectus sequantur causam. At uero extrinseca causa est, quæ non necessario producit effectum, ut uirtus cœli, & solis quæ accedit ad generationem, sed nō necessario. Ni adiuuat generationem vbi semen fuerit. Pater filij efficiens causa est. non.n. potest esse filius sine patre, & quāuis sit causa naturalis sine qua filius nasci non potest; tamē nō necesse est, ut pater generet, quamuis habet uim generādi. Est igitur pater causa filij non necessaria. has causas diligenter considerat philosophus. Ex quo, ut aere spisso nubes ex nubibus pluuiæ generantur, ut collisio nubium causa est tonitruū, & fulgurum. [Alterum, cohibere &c.] hoc pertinet ad moralem philosophiam. Comprimere autem motus animi ad modestiam præcipuè spectat. de animi perturbationibus, multa à nobis proprie lib. dicta sunt. [Appetitiones] Quæ sunt quinq; sensuum, uisus, odoratus, gustus, tactus, auditus. Obedientes, hoc proprium est uiri boni, & constantis officium, ut ratio imperet, appetitus pareat. Nam, quod ait historicus, animi imperio corporis seruitio magis utimur. [Tertium ijs &c.] hoc ad moralem philosophiam spectat, & practicam. Duo autem tangit iustitiæ officia, alterum est præmia benemerentibus cōferre, alterum male merentis supplicio afficere. [Moderatè] Et scienter benè hoc addidit, quia sine prudentia iustitia esse non posset, nisi cognosceremus quid, & quantum cuiq; tribueremus, quantumq; à quoque peteremus. Ille utitur moderatè hominibus, qui ex his tantum utilitatis capit, quantum necesse est. Ille scienter qui expedit cuiusq; uires, & ingeniū. [Quorum studijs &c.] Quorum fauore, & auxilio. [Expleta] Quantū ad sufficientiam. efficit.n. iustitia, ut unusquisq; alteri tribuat, sed ita tsibuat, ne sibi ipsi desit. [Cumulataq;] Vt etiam super sit ultra necessitatem [Per eos] non solum petere debemus ab hominibus, ut nobis sedent noceri nobis bene faciat non significat. Et quid quid incōmodi infert per eosdem propulsemus. [Vlciscamurque] licet.n. uim ui repellere. Nec.n. inferēda iniuria est nisi lacessitus fueris, ut priore lib. dictum est [Aequitas] ut non plus pœnarum reddamus, quam iniurię accepimus. est .n. ut sup. dixit ulciscendi modus non tamen ita clementes esse nos conuenit, ut nimia remissione utamur, & ad injuriam alacriores homines, & prōptiores faciamus ad humanitatem, tum potius, quàm ad crudelitatem declinandum est [Quibus autem rationibus] quandoquidem, inquit, ex his quæ dicta sunt cognosci potest homines in primis, & prodesse hominibus, & nocere posse, eosq; propterea nobis contrahendos rem quando ab his, & multum commodi, & plurimum incommodi percipere possumus, præcipiendum, & ostendendum quomodo eos conciliare possimus. Et si Cic. non tantum, quid faciendum sit, nos monet, sed etiam quomodo faciendū. In quo uerum præcipientis seruat officium. Quædam tamen dicit, ante quam quod se dicturū promittit, aggrediatur. [Ante] Quā ad hæc præcepta conciliandorum hominū descendamus. [Magnam uim] Non sine ratione maximam, uel fortunam habere, Cic. osteadit ad res secundas, & aduersas, ut ostēdat quomodo homines resistere possint fortunæ, si inter se concilia fuerint, & ut percipiatur facile, quod ait Cic. res crèatas superius ita dixit, ut aliàs inanimatas, alias animatas diceret, unusque ait arte utiliores fieri, & hominum industria. Ars uero est quidam habitus cum ratione factiuus. Aduertendum uero est, quòd quæ sunt, & ab homine fiunt, contingentia sunt, & possunt esse, ac non esse. Quod cum fortuna à casu cōuenit, & in his dicit plurimum ualere fortunam. Cui quæ raro eueniunt magis subiecta sunt, quàm quæ sæpius eueniunt: quia.s. in his quæ sæpius eueniunt uis humana plurimum ualet. Cuius rei ratio hæc esse uidetur, quia Architectura, Nauigatio, Medicina, & ceteræ eiusmodi

Cōspiratio, in quo differat à coniuratione.

Propriū hominis est homini prodesse.

Pater est efficiens cā filii nō autē necessaria.

Aequtas æqualis esse dēt.

eiusmodi circa materialia uersantur, quæ sunt artis. Nam hæ artes procellis, tẽpestatibus, & alijs eiusmodi casibus medẽtur, quæ rarius contingere dicit. At uero interitus exercituum, clades imperatorum, & quæ id generis frequenter eueniunt, non sunt aliena à consilio, atque à prudentia, & item à dolo, uel temeritate hominum. Prudentia est habitus cum oratione actiuus. Actio differt à factione, quę est artis hoc modo, quia factionis finis est aliud ab ipsa, unde bonum facientis nõ est in ipso faciẽte, sed in facto, quod factum fortunæ penitus subiacet. Quare cum ars sit habitus cum ratione factiuus minus ea circa hominis bona, uel mala uersatur. At uero actionis finis non semper est aliud ab ipsis, sed ipsius actio bona finis est. Cum igitur prudentia sit habitus cum ratione factus, sequitur prudẽtiam circa hominis bona uersari, sicut dolus, uel temeritas circa mala. Rectè igitur dicit Cic. eaque raro contingunt fortunæ magis subiecta esse, quibus ars mederi potest à casibus. At uero, quæ frequenter eueniunt non possunt esse ab homine aliena. Cuius consilio, & opera aguntur, quæ non sunt omnino fortunæ potestati subiecta. [Magnam uim] dicturus erat, quibus rationibus hominum studia occuparentur. Sed occurrit, ut commune faceret de ui Fortunæ. quo intelligeremus non omnem facultatem comparandæ utilitatis in supradictis uirtutis partibus positam esse, sed magnam partem fortunam sibi uendicare. [Ceteros &c.] cum omnia commoda, & incommoda hominibus per homines contingant, ea rarius accidere constat, in quibus homo facultatem non habet, ut procellas, tempestates &c. per ea, quæ licet, & ipsa sint fortuitu, tamen ab homine ministrãtur, sicut expulsiones ciuium, interitus exercituum, hæc hominum opera administrantur, & fortunæ uiribus. Dignitates præterea, honores, ĩperia tametsi fortuita sunt, tamen sine hominum studijs effici non possunt. [Prospero flatu] Translatio sumptà à uentis secundis, quibus cum utimur, prospere nauigamus. [Ad exitus optatos] ut natura in portũ uehunt. [Reflauit] Nauem repulit, perstat in translatione. [Ceteros casus] Videlicet, qui fortunæ subiecti sunt, & causa est, ea sunt, & ab homine fiunt, contingentia sunt, esse, & non esse raro eueniunt. Eo quia habent cum casu similitudinem, ideo fortunæ subiecta sunt. [Procellas] In his omnibus medẽtur mechanicæ artes, procellis quidem architectura, & tempestatibus medetur, quamuis tempestas subiecta potest esse nauigationi. [Ruinas] quibus ædificatio succurrit. Morsus] his medicina medetur, & uenatio [Rariora sunt] quia subiecta sunt fortunæ, & ab ea ueniunt. sunt.n. contingentia esse, & non esse. & ideo fortunę sunt, cui nihil magis conuenit quam, quod est incertũ. [At uero interitus &c.] Hæc frequentius eueniunt, ideoq; hominum potestati attribuuntur magna ex parte. eorum.n. cõsilio gerunt, licet, & fortunæ uires accidant. [Trium] Exercitus Pompei Mag. in Thessalia, Petrei, & Affranij in Hispania. Reliquiarum Pompeianarum in Lybia. [Sæpe multorum] vt apud Trebiam, apud Cannas, apud lacum Trasimenum, [Multorũ im.] Qui occisi sunt, ut Flaminij apud lacum Trasimenũ, Pauli apud Cannas. Cn. & P Scipio in Hispania, Niciæ, Epaminondæ, Demosth. [Summi, ac singularis uiri] Pompeij magni. [Inuidiæ] quia uulgus ignobile facit mouetur inuidia, ut modo his, modo illis faueat. [Ob eas] Inuidias .s. populares multa accidunt mala. [Benemeritorum exp.] ut Fur. Camillus expulsus est multitudinis inuidia, cum de rep. benemeritus esset. [Calamitates] ut Themistoclis, Alcibiadis. [Fugę] etiam spõtaneæ, ut Scip. superiori, qui Linternum concessit, cum uideret ingratam patriam. [Fortuita] quoniam aliqua ex parte fortunæ subiacent. [Neutram in partem] ut aut prosint, aut obsint. [Hoc igitur cognito] quia quæ subiecta sunt omnino fortunæ raro eueniunt, & non tã indigẽt opera hominũ, sicut ea quæ cõsilio reguntur. At vero ea in quibus uis humana plurimũ potest, sæpius eueniũt, siue prospera, siue aduersa, ex quo opera dãda est, ut hominum studia nobis cõciliemus. [Quæ lõgior] si longior oratio uidebitur, cum utilitate longitudo compensabitur, & tum breuior uidebitur.

Quæ frequenter eueniũt non possunt esse ab homine aliena.

ASC. QVAE ergo ad uitam] In hac parte diuidit auctor ea, quæ pertinent ad uitam degendam. Ordo est: Ergo [est particula continuata, uel quia dicere constituimus de ijs, quæ ad uitam humanam utilia sunt] ea sup. quæ pertinent ad uitam hominũ tuendam. i. protegendam ab egestate, & incommodo. s. sunt partim. i. pro parte inanimata. i. uita carentia, ut aurum, argentũ, eaquæ gignuntur è terra, & alia eiusdem generis. i. similia, & partim. i. pro parte animata, animata. s. sensitiua quæ habent suos. i. proprios impetus, & appetitus rerum. Autem pro sed, eorum. s. animatorum alia sunt expertia. i. nullam habẽtia partem rationis, alia sup. sunt utentia ratione expertes rationis, ut sunt equi, boues, & reliquæ pecudes. i. humana effigie carẽtes, ut apes, quarum opere. i. auxilio [Aut legamus, quarũ opera. i. operatione] efficitur aliquem ad usum, & unam hominũ. Autem pro sed, duo genera ponuntur utentium. i. eorum quæ utuntur ratione, unum Deorum, alterum hominum. Pietas. i. religio, & sanctitas. s. uitæ afficiet eos placatos ne. s. noceãt. Autem pro sed, homines possunt esse maximè utiles, homines proximè, & secundum Deos. i. secũdo loco à Deis, que, pro &, eadẽ diuisio est earum rerum quæ noceant, & prosint. Sed, quia sup. quidam philosophi non putãt. i. non arbitrantur Deos nocere. i quod dij noceant, arbitrantur homines obesse plurimũ, uel prodesse hominibus, his. s. dijs exceptis. i. nihil loquendo de dijs, siue noceãt, siue non. Enim pro quia, ea ipsa, quæ nos dicimus inanimata sunt, pleraq; i. ferè omnia effecta operis. i. per operas hoc est operationes hominum. quæ. i. quas res nec. i. non etiam haberemus, nisi manus. i. exercitium manuale, & ars. i. industria accessissent. i. abiectæ essent, nec uteremur his. i. huiusmodi sine administratione hominum. Enim pro quia, neq; ulla curatio ualetudinis. i. sanitatis, neq; nauigatio, neq; agricultura, neq; præceptio frugum ex agro. s. q;, pro &, aliorũ fructuum, ut pote ex arboribus, & neq; sup. ulla conseruatio frugum, & fructuum potuisset esse sine opera. i. operatione, & adminiculatione hominum. Iam uero. i. insuper exportatio earũ rerum, quibus abundaremus, & inuectio earum rerum, quibus egeremus, nulla esset nisi homines fungerentur his muneribus. i. obirent hæc ministeria. Et eidem ratione, nec lapides necessarij ad usum nostrum excederentur è terra, nec ferrum, aurum, argentum, existentia abdita. i. abscondita, & obtrusa, penitus. i. omnino effoderentur, è terra, sine labore, & manu hominum. Vero pro sed, unde tecta domorum. s. quibus, & . i. simul uis frigorum pelleretur, & molestiæ calorum sedarentur. i. mitigarentur, potuissent aũt dari initio. i. ab initio humano generi, aut subuenire, postea siquam data erant, si ipsa. s. tecta cecidissent, ui. i. uiolentia tempestatis, aut terræ motu, aut uetustate, nisi communis uita didicisset petere ab hominibus auxilia harum rerum? q.d. à nullo, adde ad dictas utilitates. s. quæ homini ab homine ueniunt, ductus aquarum, qui fiunt per canales, arcus, & deriuationes fluminum, quibus inter montes aliquando uia facta est, aut potius deriuationes ex alueis in agro, ut sit expositum, sequitur adde irrigationes agrorum, moles. i. magnitudines aggerũ oppositas fluctibus, portus manu factos, quæ. s. omnia nos possemus habere sine opera hominum. Ex quibus omnibus, & multis alijs est perspicuum. i. euidens nos nullo modo potuisse capere. i. percipere sine manu, & opera hominum sup. eos fructus, qui fructus percipiuntur ex his rebus, quæ sunt inanimata, & eas sup. utilitates, quæ utilitates percipiuntur ex his rebus quæ sunt inanimatæ. Deniq; i. finaliter, ut uno uerbo dicatur, quæ utilitas, fructus, aut quæ cõmoditas posset percipi, ex bestijs, nisi homines adiuuarent? q.d. nullus, & nulla. Nam pro quia, & hi sup. qui fuerunt principes. i. primi auctores inueniendi. i. inuestigandi, quem usum. i. quã utilitatem possemus habere ex quaque bellua. i. bestia, fuerant certè homines, nec possemus hoc tempore quo. s. inuentum est quis vsus ex belluis sit sine opera hominum, aut pascere equos, aut domare, aut tueri, aut capere fructus tempestiuos ex his, s. q;, pro & i. pariter ea quæ nocent interficiuntur ab eisdem. s. hominibus, & . i. pariter ea. s. animalia, quæ possunt esse usui. i. utilitati, capiuntur. quid. i. ad quid enumerem multitudinem artium, sine quibus uita nulla omnino esse potuisset? q.d. id frustra faciam cum notum sit. Enim pro quia, quid subuenisset ægritudini? quæ oblectatio ualentium. s. sanorum esset? qui victus, aut cultus sup. esset, nisi tam multæ artes ministrarentur? q.d. nihil, & nulla aut nullus, quibus rebus vita hominum exculta destitit tantum à victu, & cultu bestiarum. Vero pro sed, urbes non potuissent, nec ædificari, nec frequentari sine cœtu. i. conuentione, & congregatione hominum, ex quo. i. cœtu hominum, uel ex quo post. i. postquam re. s. urbium ædificationem, & frequentationem, leges sup. sunt constitutæ, & mores sunt constituti: tum. i. insuper æqua descriptio iuris est sup. cõstituta, & certa disciplina uiuendi, per quas. i. leges, descriptionẽ iuris, & disciplinam viuendi uiuitur bene, & beatè, quas res, & . i.

pariter

pariter mansuetudo omnium est consecuta .i. statim post .& quasi simul secuta est,&.i. pariter uerecundia, que, pro &,effectum.i.peruentum est ad hoc,ut uita.s.nostra esset munitior.i. tutior,atq; ut nulla.i. non ulla,non egeremus ulla re dando,& accipiendo.i.per mutua commercia,& facultatibus,& commodis permutandis .i. commutationem , & mutuam collocationem facultatum,& commodorum. Nos sumus hoc loco[qui.s. manifestus est] longior qu m necesse est . Enim pro quia,quis est cui illa quæ commemorãtur à Panætio philosopho Stoico, que pluribus uerbis non sint perspicua.i. clara, & euidentia?videlicet neminem,neque ducem potuisse gerere sine studijs hominum res magnas,& salutares,bello.i. in bello, neq; principē .i. primum patrem domi.i. in ciuitate sua,q.d. nullus. Themistocles dux ille Atheniensium commemoratur.i.ostenditur nō potuisse gerere, quæ gessit,sine studijs hominum . Et Pericles alius dux Atheniensium , & Cyrus rex ille Persarum, & Agesilaus Lacedæmoniorum ille rex, & Alexander Magnus .s. Macedonum rex commemoratur ab eo.quos omnes .s.negat potuisse efficere tantas res, quas.s. effecerunt sine adiumentis.i.adiutorijs hominum , & ita ipse Panætius utitur in re non dubia .i. manifesta testibus non necessarijs.i. superfluis . Atq. ut .i. quēadmodum adipiscimur & acquirimus magnas utilitates, conspiratione,atq; consensu hominum, sic nulla pestis est tam detestabilis.i. nulla iniuria,aut contumelia tā fœda, quæ non nascatur.i. oriatur homini ab homine. Liber Dicæarchi illius philosophi magni , & copiosi Peripatetici est .i. extat de interitu hominum,qui.s. liber collectis ceteris causis.s. eluuionis.s. corrupti tractus seu regionis,pestilentiæ,uastitatis.i deuastationis terrarum,multitudinis etiam repentinæ belluarum , quorum omnium impetu docet queđam genera hominum esse cōsumpta , deinde comparat quanto plures homines deleti sunt impetu.i. ex inuasione hominum.i. bellis sup. bellicis cū hostibus aut seditionibus.i. in testamentis , & domesticis factionibus ac ciuilibus bellis.quam omni reliqua calamitate.i. destructione, sicut calamitas est culmorum,seu calamorum,segetum uidelicet ex fulminis impetu prosternatio.Igitur cum hic locus.s.præsens disputatio, nihil habeat dubitationis , qui in homines , & prosint,& obsint plurimum hominibus, ego statuo proprium esse uirtutis hoc.s. conciliare sibi animos hominum , & adiungere ad suos usus. Itaq;.i.& ita ea sup. quæ fiunt utiliter ad uitam hominum in rebus inanimis.i.inanimatis , que pro & , ea quæ fiūt utiliter in usu, & in tractatione belluarum tribuūtur .i. conferuntur nobis actibus operosis.i. per artificiosas operationes. autem pro sed, studia hominum prompta, & parata ad amplificationem nostrarum rerum,excitantur sapientia , & uirtute præstantium uirorum. Et enim.i. quia certe omnis uirtus uertitur.i. consistit , uersatur ferè in trib. reb. quarum una est .i.consistit,in prospiciendo quid sit in quaq;.i.qualibet,verum, sincerum.i. solidum,&integrum,non fractum, nec diminutū, & sup. quid sup.sit consentaneum cuiq; , quid consequens , ex quo .i. ex qua .i.e. quæq;.i.quęlibet res gignantur, si sit causa cuiusque rei. Alterum.i. altera, hoc est secunda res.sed proprietas uirtutis est, cohibere.i. comprimere,motus turbatos i. turbulentas commotiones animi,quos græcè nominant pathe[profertur,autem græcè πάθη].i. passiones,que,pro, & efficere appetitiones.i.affectiones, quas illi.i.græci sup. nominant ὁρμὰς, obedientes rationi. Tertium.i. tertia res,aut tertia proprietas uirtutis, & sapientiæ sup. est, uti moderatè,& scienter, his quibus congregamur.i. associamus,& quibus cū uiuimus, & quorum studijs.i. exercitus,& operis , nos habemus ea quæ natura desiderat expleta i.consummata,& cumulata.i. aucta. Deniq;. ut sup. propulsemus .i. procul à nobis pellamus per eos .s. qui bus congregamur,si quid incommodi importetur nobis,ut vlciscamur per eos .s. qui conati sunt nocere nobis , & ut afficiamus eos tanta pœna,quanta sup.pœna,aut lege, quātum sup. pœnæ æquitas,& humanitas patitur. Autem pro sed, nos dicemus in sequentib.s. quib. rationibus.i. uiis,& medijs, nos possumus assequi.i.obtinere hāc facultatem,vt complectamur studia hominum,& teneamus ea. Neq; ista sunt dicenda multo.i. longe post,seu pauca sup.quædam sunt dicenda ante.i.prius .s. quam illa dicamus. Quis ignorat magnam uim i.potentiā esse in fortuna,in utranq; partem, uel.i. siue ad res secundas,vel.i. siue ad res aduersas?q.d.nemo. Nam pro quia, cum .i. quando nos utimur prospero flatu eius.s. fortunæ, nos prouehimur i. producimur ad exitus optatos,& cum.i. quando ipsa sup. fortuna resflauit.i. retraxit flatum, hoc est fauorem suum, nos affligimur . Igitur hæc ipsa fortuna habet ceteros casus rariores .i. cetera incommoda,quæ non ab homine , & ita rariora sunt. Primum.i. in primo loco habet ipsa.s.fortuna ab inanimis.i .ab inanimatis rebus procellas.i. eleuationes aquarum uentosarū, tempestates,naufragia, ruinas.s.domorum lapsus,& incendia. Deinde habet à bestijs ictus.i.uerberationes, ut pedum aut dētium,ut aprorum,morsus,& impetus,ut taurorum . Vero pro sed,hæc sup.sunt,ut dixi rariora, aut uero.i.certè interitus exercituum, ut trium proximè.i. dudum , & proximis diebus interemptorum.s.Pompeii Magni,Afranij, & filiorum Pompeij, & vt sup. sæpe factæ clades.i.cædes multorū imperatorū,& nuper summi,ac singularis uiri sup.interitus.s.Pōpeij Magni.Prętera inuidiæ multitudinis,atque ob.i. propter eas.s. inuidias,expulsiones sæpe ciuiū meritorum bene sup. de rep. calamitates , & fugę ciuium,que pro &, rursus.i.econtrario res secundæ.i.prosperæ,honores,imperia,uictoriæ, quamquam sunt fortuita,tamen neutram.i.non alteram,non possunt effici in alteram partem,aut prosperam,aut aduersam sine operis.[sic enim potius legendum puto quam operibus, eo quod per operas fiant opera]& studijs hominum. Igitur hoc cognito.i postquàm hoc cognitum est,dicēdum est, quonam modo .i. quo nos possumus allicere, atque excitare studia hominum ad utilitates nostras . Quæ oratio.i.sermo , & disputatio aut locutio , & præceptio si fuerit longior.i. prolixior, comparetur .i.conferatur cum magnitudine utilitatis,quæ.s. ex ea sequetur.

ARGVMENTVM.

Quibus rebus commoueantur homines , ut quempiam magistratu dignum putent,eiq; parere uelint.

QVęcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum , atque honestandum ; aut beneuolentiæ gratia faciunt, cum aliqua de caussa quempiam diligunt ; aut honoris, si cuius virtutem suspiciunt,& si quem dignū fortuna,quam amplissima putant; aut cui fidem habent,& bene de rebus suis consulere arbitrantur ; aut cuius metuunt; aut contra, à quibus aliquid expectant,ut cum reges , populares ue homines largitiones aliquas proponunt:aut,postremo precio, aut mercede ducuntur . quæ sordidissima quidem est ratio, & inquinatissima , & iis, qui ea tenentur,& illis , qui ad eam confugere conantur. male enim se res habet, cum quod uirtute effici debet,id tentatur pecunia. sed quoniam nonnunquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum sit utendum eo dicemus , si prius iis de rebus , quæ uirtuti propiores sunt, dixerimus. Atque etiam subiciunt se homines imperio alterius, & potestati pluribus de causis . ducuntur enim aut beneuolentia , aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia,aut spe sibi id vtile futurum; aut metu,ne ui parere cogantur,vt spe largitionis promissionisque capti;aut postremo, ut sæpe in nostra repu. uidemus,mercede conducti.

PETR. MARS.

QVæcunque. igitur]Pauca locutus de fortuna , resumit id quod omiserat, & docet , quibus rationibus hominum studia deuincire possimus . Ponit igitur causas sex,quibus homines adducti aliquos ornant, & extollunt.[Augendum]Diuitijs. [Honestandum]Honorib. [Beneuolentiæ gratia] Quia aliquem beneuolētia ornandum. [Aut gratia honoris]Reuerentiæ. [Suspiciunt] prosequuntur.[Suspiciunt]Admirantur,& ideo fauent.Suspicio componitur, à rursum,& spicio,quod apud antiquos significat uideo, nunc non utimur nisi in compositione,inde suspicere significat uenerari.quoniā cum aliquem ueneramur sursum aspicimus,eum respicientes , & admirantes. [Fidem habent]idest credunt illius prudentiæ , ac iustitiæ.[Fortuna quam amplissima]Magnis diuitijs,honoribus

ribus,& statu fortunæ amplissimo. [Consulere] Prouidere, & proficere. [Opes] Potentiam nimiam. [Metuunt] Et ideo fauēt ad dignitatem consequendam [Aut contra] Contraria ratione ducti fauent aliquibus, aliquid boni ab ipsis expectantes, cum illi dignitatem assecuti fuerint. [Vt cum reges] Ponit exempla. Reges dicuntur illi, qui regnant. Reges etiam dicuntur diuites, qui exhibent aliis conuiuia, & multos habent clientes, tales à Martiale, & Iuuenale appellantur, reges, & Phormio Terentianus parasitus dicit neminem posse satis gratiam habere regi; Regnum, inquit, est ire ad cœnam paratā, & sumptuosam. & Iuuen. Optima siluarum interea pelagiq; uorabit Rex horū. Homines igitur habentes clientelam, & cœnam exhibentes, ut clientum aliorumq; fauore id, quod cupiunt assequantur, Reges appellat Cic. [Populares] Qui fauorem populi aucupantur, & populo placere student. [Largitiones] Ad corrumpēdos animos. accipientium etenim, qui largitur, ad suam uoluntatem alios traducere nititur. [Aut postremo] Hæc est ultima causa. [Postremo] Deniq;. [Precio] Pecunia, emptione, lucro, mercede .i. aliqua remuneratione. [Aut mercede] Omnium aliarum rerum precium refertur ad pecuniam, merces uero ad alias res, quas pro mercede accipiunt, ut alicui faueant, & eius dignitatem auctam esse uelint. [Quæ ratio] Quod aliquis aucupetur fauorem alicuius precio, quod aliqui precio ducantur, ut aliquem ornent. [Ratio] Modus, ars, uia. [Sordidissima] Plena sordium. [Inquinatissima] Valde contaminata, & infamis. [qui tenentur ea] qui ducuntur pecunia, aut mercede, vt alicui faueāt [Et illis] qui mercede alios corrumpunt, & fauorem precio aucupantur, & ad bene corruptionem confugiunt, cum id bonis artibus quærendum esset. unde apud antiquos nonnulli ambitus damnabantur, quoniam prehensantes alios, suffragia corrumpebant. [Male.n.] Ratio quare ille modus aucupandi fauoris utrisque sit turpis, & maximè his, qui ambiunt, & mercede alios corrumpunt. [Male res se habet] Hoc iniquè comparatum est, & indicat aliquem esse indignum, cui faueat aliquis, nisi pecunia corruptus. uirtute id quærendum est, non pecunia, quoniam uirtus quouis honore digna censetur, & uirtuti non potest dari præmium dignum. unde diuini honores illi tribuūtur. [Sed, quoniam nonnunquam] Nunc corrigit id, quod dixit de mercede, præceptaq; dabit quomodo debemus uti subsidio mercedis, cum sit aliquando necessarium. [Eo] subsidio. [Propiores] Coniunctiores ipsi uirtuti, quam sit largitio, merces, & præmium. [Atque etiam] Causis supradictis homines adducti aliquos ornant, & augent, & non solum, inquit, id faciunt, sed etiam se alterius imperio pluribus causis ducti subijciunt. Ponit igitur causas quibus homines moti aliquorum imperio subijci non recusant, & hęc pars cum illis superioribus causis coniungitur, cetera interposita sunt ad probandum turpissimam esse ambitionem, & aucupationem fauoris cum pecunia, & sic erit hæc septima causa, & ratio. Et potestati] ut faciant quidquid ille uoluerit. [Ducuntur.n.] Affert caussas quibus homines mouētur, vt alterius potestati pareant, & sic ostēdit homines his rationibus se alterius imperio subijcere, quibus ducti aliquē augēt, & honestāt, vt supra dixit. [Aut beneuolētia] quia aliquē amāt [Beneficiorū] Quæ ab illis collata sunt in eos, qui se illius imperio subijciunt. [Aut præstantia] Aut quia præstant aliis, atq; antecellunt dignitate [Vt sæpe in nostra rep.] Et sic Cic. notat corruptam disciplinam reip. & suffragia iam uenalia.

FRAN. MAT. QVAECVNQVE igitur &c.] quod pollicitus erat, nūc implere incipit Cic. & causas primum commemorat, quibus adducti homines aliquē colunt, & obseruant. sunt autē hæ causæ impulsiua, & ratiocinatiua. Et impulsiua quidem est per quam aliquid sine cogitatione aliqua facere cogimur ab aliqua animi perturbatione incitati, ratiocinatiua uero, cum diligens, & considerata præcedit cogitatio faciēdi, & non faciendi aliquid. [Augendum] Amplificandum quantum ad diuitias pertinet, & commoda. [Honestandum] Ad honores refertur.] Beneuolentiæ gratia] Hæc est causa impulsiua, quia per quandam animi affectionem obseruamus eum, quem diligimus, siue sit tātū amicus, siue cognatus, & propinquus. [Si cuius uir &c.] Hoc quoq; ad causam impulsiuam pertinet, quia uirtus accendit nos, & impellit, ut eum in quo esse audimus sine cogitatione subito amemus etiam si nunquam uiderimus. [Dignum putant] propter uirtutem, qua præditus est. Rectè autem dixit homines eos uenerari, qui aliquo honore funguntur, si modo uirtutem habeant, quia eos, qui uirtute carent, licet in dignitate constituti sint, odiose solemus, & inuiti uenerari. Contingit autem quotidie, ut multi uirtutis insignia, sine uirtute consequantur. [Dignum] Vt putetur dignus amplissimo gradu, in quo est collocatus nō autem indignus. [Aut cui fidem habēt] Hoc ad causam ratiocinatiuā spectat, cum ei fidem habemus, quem in rebus nostris experti sumus, quibus alias bene consuluerit, ut discipuli in præceptoribus, clientes in patronis. [Aut cuius metuunt] Ad impusiuam causam spectat, cui subijciuntur omnes animi perturbationes, multæ democratiæ cū principis cuiuspiam potentiam formidant, ne ab eo inuadantur, & opprimantur, ei se quibusdam conditionibus adiungunt [Aut contra] A quibus aliquid commodi se consecuturos putant. [Aut cum reges] Vt Attalus, Ptol. [Populares] Populi fauorē, & studia quærentes, ut Cæsar, Marius, vt Spurius Mellius, qui ad conciliandum sibi fauorem multitudinis, frumenta uiritim distribuebat, & largiebatur. Precio] Mercede, ut cum cuipiam fauemus, & adsumus, certam mercedem cum eo pacti; & hoc ad causam impulsiuam refertur. Differunt precium, & merces. Illud.n. datur benemerenti de nobis, & interdum sponte nostra liberaliter confertur, At uero merces ob laborem tribuitur, & à merendo dicitur. [quæ sordidissima &c.] Sordidissima ratio est, & his, qui dant, & his, qui accipiunt mercedem, & precio inducuntur, vt aliquibus faueant, quo magistratus consequi possint. [Tenentur ea] i. ratione in obseruatione alicuius mercede adducti. [Male.n. res se habet] Nō bene habet res, cum id, quod uirtute, & bonis artibus comparari debet, largitionibus, & præmiis assequi studemus. Hoc autem refertur, & ad eos qui ea ratione tenentur, & ad eos, qui ad eam rationem confugere conātur. Differunt tanto ij ab illis. Nam ij fauorem largitionibus consequi uolunt, cum tamen alia ratione consequi possint, quia uirtute non carent. nisi uerò omni uirtute destituti, nullum sibi in pecunia præsidium habent, qua fauorem sibi multitudinis concilient, & sunt deteriori conditione quam priores. [Male res] Bene sese haberet, ut ait Sal. si quibus artibus imperium comparatur, his retinerentur, bonis artibus fermè semper comparatur. [Nam bonum] Integrū. liberalem se ostendit, qui comparare uult, postquam adeptus est, ut retineant, malis artibus utitur. [Id tentatur pecunia] Vt Romani faciebant, qui largitionibus magistratus comparabant. Qui non nisi uirtute præditis, & uirtutis intuitu deferri debuissent. Et multi apud Romanos ambitus accusabantur, qui non recta uia, & per uirtutem, sed per malas artes imperia, & dignitates adipiscebant. [Sed quoniam] quoniā inquit, necessaria est sæpe pecunia, nec sine ea gubernari posset resp. nisi facultas affluerit, de ea paulo post dicemus, cum pauca prius de uirtute dixerimus. Rectè hoc inquit, dixerat male rem habere cum, quod uirtute effici debet, pecunia teneatur. [Subsidium] Pecuniæ. [Necessarium] Vt tempore belli quo arma contra hostes parari possint. Quæ uirtuti propriores sunt, ut de beneficentia, fide, caritate, & beneuolentia, ac ceteris eiusmodi [Atque etiam &c.] Quibus de causis homines impelluntur, ut quempiam obseruent, & colant iisdem impelluntur, ut alicui pareant. Nam colere, & obseruare aliquem nihil aliud est, quam se illi subijcere. [Imperio] Si magistratum gerit. [Potestati] Etiam si priuatus fuerit cuius potestati nos subijcimus. [Beneficio &c.] Omnes causas repetit superius positas, quod facit ut eas ad id applicet præceptū, quod sequitur, nil aptius esse ad opes tuendas, & amplificandas, quā diligi, & nihil deterius quam timeri. [Dignitatis præstantia] Ad id refertur, quod dixit, aut honore si cuius uirtutem suscipiūt. [Aut spe] Ad id spectat, quod ait à quibus aliquid expectant. [Aut metu] Ad id quod dixit opes metuunt. [Ne ui parere &c.] Nam necessarium uoluntarium faciunt, quod est sapientis, cū sponte faciunt, quod si recusarent, facere cogerentur. [Aut spe &c.] Ad id respicit, quod ait, aut cum res &c. [Aut postremo &c.] Ad id spectat aut postremo precio, & mercede ducti. In nostra rep. Romæ, ubi largitionibus inducti, cuipiam etiam in dignissimo fauebant.

QVAECVNQVE igitur homines] Ostendit quomodo homines moueantur ad aliquem honestandum. Ordo est igitur, quæcunque hos tribuunt hominem, faciunt ad eum augendum in diuitijs, & dignitatibus, atq; ad eum honestandum .i. honoribus afficiendum, aut gratia beneuolentiæ, cum .i. quando diligunt quempiam .i. aliquem de aliqua causa .i. propter aliquā causam, aut honoris, si suspiciūt .i. fauorabiliter aspiciunt, uirtute

Multi sib signis uirtutis sine uirtute sunt consecuti.

Qui non beneuolentia, in fauore, & pecunia spem habent.

Quæ impelluntur ad colendum aliquem & obseruandum.

ASC.

tæ cuius .i. alicuius, & si putant .i. aliquem dignum fortuna qua amplissima .i. valde magna, hoc est maximis diuitijs, & honoribus, aut cum .i. quando habent fidem .i. confidunt in eis, & arbitrantur bene consulere de rebus suis, si tales .s. ad honores promoueantur, aut cuius opes .i. potentias, & diuitias metuūt, aut contra .i. è contrario à quibus expectat aliquid, uidelicet sibi, aut amicis suis aliquid, ut i. quemadmodum cum reges .i. summi principes, aut homines populares .i. populares fauoris captatores proponunt aliquas largitiones .i. aliqua munera capiendi gratia per ambitionem. Aut postremo cum sup. homines ducuntur .s. ad honestandum aliquem precio, aut mercede, quæ .s. ultima ratio est sordidissima, & inquinatissima .i. maximè contagiosa & .i. simul his, qui tenentur .i. captantur, & retinentur ea .s. ratione precij, & mercedis, & .i. simul ijs, qui conantur confugere ad eam .i. qui ponunt spem, & defensionem suā in ea Enim pro quia, res se habet male .i. indecenter fit cū .i. qñ id quod debet effici uirtute .i. per uirtutem. tentatur sup. effici pecunia .i. per pecuniam. Sed quando hoc subsidium .s. pecuniarum est nonnunquàm .i. aliquando necessarium, nos dicemus quemadmodum utendum sit eo, si dixerimus prius de his rebus, quæ sunt propriores i affiniores, & uiciniores uirtuti. Atque pro &, homines subijciunt etiam se imperio, & potestati alterius, pluribus de causis .i. propter plures causas. Enim, pro quia, ipsi sup. ducuntur .i. inducuntur ab hoc beneuolentia, aut magnitudine beneficiorum, aut præstantia dignitatis, aut spe .i. quia sperant id sup. esse futurum utile sibi, aut metu, ne cogantur parere .i. obtemperare, & obedire, seu obsequi ui .i. per uim, aut capti .i irretiti, & impliciti spe largitionis, sup. recipiendæ, que pro &, spe promissionis, aut postremo i. ultimo loco conducti mercede, ut .i. quemadmodum uos uidemus sup. fieri in rep. nostra .i. Romana.

ARGVMENTVM.

Vtilissimum iis qui cum imperio sunt ab omnibus amari. metui tum turpe, tum minimè tutum.

RErum autem omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi; nec alienius, quàm timeri. Præclarè Ennius:

Quem metuunt, oderunt,
Quem quisque odit, perisse expetit.

multorum autem odijs nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. nec uero huius tyranni solum, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum odium hominum ualet ad pestem; sed reliquorum similes exitus tyrannorum, quorū haud ferè quisquàm interitum similem effugit. malus .n. custos diuturnitatis metus: contraq; beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Sed iis qui ui oppressos imperio coercent sit sanè adhibenda sæuitia; ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt: qui uero in libera ciuitate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil esse potest dementius. quamuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas: emergūt tamē hæc aliquando aut iudiciis tacitis aut occultis de honore suffragijs. acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Quod igitur latissimè patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes, & potentiam ualet plurimum, id amplectamur. ut metus absit, caritas retineatur. ita facillimè, quæ uolumus & priuatis in rebus, & in rep. consequemur. etenim, qui se metui uolēt, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi, necesse est. quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum? quid Alexandrum Pheræum, quo animo uixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen, ad eam ex epulis in cubiculum ueniēs, barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctū notis Threicijs, districto gladio iubebat anteire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, &, ne quod in uestimentis occultaretur telum, exquirerent. ò miserum, qui fideliorem, & barbarum, & stigmatiam putaret, quàm coniugem. nec eum fefellit opinio: ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Nec uero ulla uis imperij tanta est, quæ premente metu, possit esse diuturna. testis est Phalaris cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidijs interijt, ut is, quem modo dixi, Alexander; non à paucis, ut hic noster: sed in quem uniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. quid Macedones? nonne Demetrium reliquerunt uniuersique se ad Pyrrhum contulerunt? quid Lacedæmonios iniustè imperantes? nonne repetentes omnes ferè socii defeceruerunt, spectatoresque se ociosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? Externa libentius in tali re, quàm domestica recordor. uerumtamen, quamdiu imperium populi R. beneficiis tenebatur, nō iniuriis, bella aut pro sociis, aut de imperio gerebantur; exitus erant bellorum aut mites, aut necessarij regum, populorum, nationū portus erat, & refugium, senatus. nostri autem magistratus, imperatoresque ex una hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate, & fide defendissent. itaque illud patrocinium orbis terræ uerius, quàm imperium poterat nominari. sensim hanc consuetudinem, & disciplinam iam antea minuebamus, post uero Syllæ uictoriam penitus amisimus. desitum est enim uideri quid quàm in socios iniquum, cum extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam caussam non honesta uictoria. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro uenderet, & bonorum uirorum, & locupletum, & certè ciuium, prædam suam uendere. Secutus est, qui in caussa impia, uictoria etiam fœdiore, non solum singulorum ciuium, bona publicaret, sed uniuersas quoque prouincias, regionesque uno calamitatis iure comprehenderet. itaque uexatis, & perditis ceteris nationibus, ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam uidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Multa præterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno sol quidquàm uidisset indignius. iure igitur plectimur. nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquàm ad unum tanta peruenisset licentia: à quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos uenit hæreditas. nec uero unquam bellorum ciuilium semen, & caussa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam, & meminerint, & sperabunt: quam P. Sylla cum uibrasset dictatore propinquo suo, idem sexto, & tricesimo anno post à sceleratiore hasta eadem non recessit. alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor urbanus. ex quo debet intelligi, talibus præmiis propositis, nunquàm de futura bella ciuilia. itaque parietes urbis modo stant, & maneat, iique ipsi iam extrema scelera metuentes, rem uero publicam penitus amisimus, atque in has. clades incidimus (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quàm cari es-

ſe, & diligi, maluimus. quæ ſi populo R. iniuſtè imperanti accidere potuerunt: quid debent putare ſinguli? quid cum perſpicuum ſit, beneuolentiæ uim eſſe magnã, metus imbecillẽ: ſequitur, ut diſſeramus, quibus rebus poſſimus facillimè eam, quam uolumus, adipiſci cum honore, & fide caritatem. ſed ea non pariter omnes egemus. nam ad cuiuſque uitam inſtituendam áccommodandũ eſt; à multis ne opus ſit, an ſatis ſit à paucis diligi Certum igitur hoc ſit, id quod & primum, & maximè neceſſariũ, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & noſtra mirantium. hæc enim eſt una res prorſus, ut non differat multum inter ſummos, & mediocres uiros: eaq; utriſque propemodum comparanda. honore, & gloria, & beneuolentia ciuium fortaſſe non æquè omnes egent: ſed tamen ſicui hæc ſuppetunt, adiuuant aliquantum tũ ad cetera, tum ad amicitias comparandas. ſed de amicitia libro alio dictum eſt, qui inſcribitur Lælius. nunc dicamus de gloria, quanquàm ea quoque de re duo ſunt noſtri libri. ſed attingamus, quandoquidem ea in rebus maioribus adminiſtrandis adiuuat plurimum.

PETR. MARS. Rerum autem omnium] Nunc reſumit primam cauſam, qua homines ducti alicuius parent, quæ eſt beneuolentia, qua Cicé. dicit nihil eſſe utilius ad res tuendas, nihilq; peius, & imbecillius, quam timeri, & non amari. quod probat exemplo tyrannorum, qui cum uelint timeri non amantur, & ſic non durant. quoniam nil uiolẽtum poteſt eſſe durabile. beneuolentia autem cum ſit uoluntaria, eſt optima cuſtos perpetuitatis. paranda igitur eſt poteſtas non alia ratione, quam beneuolentia hominum, & ſic erit durabilis. quoniam talis beneuolentia proficiſcitur à uoluntate illorum. hanc igitur uiam quærendi imperij, & augendæ poteſtatis Cic. præponit omnibus alijs, & unicam eſſe dicit, quam amplecti debeamus [Aptius] Accommodatius. [Ad tuendas opes] Ad defendendam potentiam, & amplisſimam fortunam. i. principatũ, & poteſtatẽ erga alios. [Præclare] Cum ſumma laude, & bene. [Quem metuunt] Hic eſt uerſus ex Ennij Tragedia. [Oderunt] Homines, inquit, odio habent, quem metuunt, & quiſq; cupit illũ perire, quem odio habet. hoc igitur malum ſequitur ex odio. Regibus, inquit Sen. certior eſt ex manſuetudine ſecuritas, quia frequens uindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat, & regia crudelitas auget inimicorũ numerum tollendo [Multoram autem odia] Confirmat id, quod de odio propoſuit, & etiam ſententiam Ennij exemplo Cæſ. quẽ coniurati interfecerunt, cum ipſum odio haberent. Nactus igitur opportunitatẽ Cic. Cæſ. iam interfecto inſultat, ſed non ſatis conſtanter. nam ipſum uiuum, & dominantẽ ab omnibus virtutibus aliquando laudauit. ſed tunc Cic. tempori ſeruiendum duxerat. [Opes] Nullam potentiam. ampliſſimũ principatum, & fortunæ ſummũ gradũ. [Nuper] proximis annis in cæde Cæſ. qui rerũ potiebatur cũ odio bonorũ [Huius tyranni] Cæſ. qui uoluit eſſe tyrannus in libera ciuitate, & patria ſua: & quod deteſtabilius eſt, oppreſſus eſt Cæſ. à cõiuratis in curia Pompeiana, tribus & 28. vulneribus confoſſus. [Armis] Bello, & ui ſuperato Pompeio, & aliis qui remp. defendebant. [Ciuitas] Roma quam ipſe armis, non beneuolentia ciuium occupauit. [Pertulit] Paſſa eſt dominantem tyrannum. [Declarat] Oſtendit ipſa cędes, & mors Cæſaris. [Ad peſtem] Ad perniciem, & excidium illius, qui odio habetur. [Similes exitus] Quia omnes ferè tyranni interficiuntur. Plato in Alcib. de uoto ſic ait. Cernis ergo tutum non eſſe, aut quæ offeruntur temere accipere, aut optare, ſi ob ea quis ſit incommoda ſubiturus, vel uitã protinus amiſſurus. multos autem referre poſſemus, qui cum tyrannidem affectaſſent, inſidijs circumuenti, periere. Vnde Iuuen. præclarè dixit: Ad generũ Cereris ſine cæde, & uulnere pauci, deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. [Haud ferè quiſquàm] Quaſi nemo effugit talem finem uitæ [Malus. n.] Ratio quare non poſſunt durare tyranni qm̃ timentur, & metus non eſt cuſtos diuturnitatis, imo qui timetur non poteſt diu durare. Timor quippe neſcit diuturnitatis cuſtodiam, ſed beneuolentia cum ſit uoluntaria, eſt fidelis cuſtos ad perpetuitatem. Potentia, inquit Sen. quæ multorum malo exercetur. diu ſtare non põt. Plut. in uita Arati Sicyonij dicit. Sed uera ac ſtabilis beneuolentia ciuiũ, optima principis cuſtodia eſt. cũ .n. multitudo ac potentes aſſueti ſunt, vt non ducere, ſed duci timeant, multis ad uiuendum oculis, multis ad audiendum auribus utitur. Et Aratus Philippo dixit. Latrones ſaxa incolunt, & rupes, & pręcipites ſe tutantur. Regi autem nihil fide, & beneuolentia firmius, nec munitius eſſe poteſt. Agamẽnon, ut auct. eſt Plut. in Nicia dicebat, Vitæ noſtræ præſidẽ turbã ſortiti ſumus, multitudiniq; proculdubio ſeruire cogimur. Antigonus pater Demetrij dicebat beneuolentiam ſibi ſemper uiſam optimum regni fundamentum, ueriſſimumq; præſidium. Et Cyrus apud Xenophontem dicit, Neceſſe eſt, qui à multis timetur, is multos ſibi faciat inimicos, qui uero omnibus ſimul infeſtus eſt, is omnibus concordiam inijcit. Sil. dicit. Et quantum terrent tantum metuentia regna. & Cyrus moriens dixit filijs: Non eſt aureũ hoc ſceptrũ, quod regnũ ſeruet, ſed amici multi ſceptrum ſunt regibus ueriſſimũ, maximeq; ſecurũ. [Malus cuſtos] Non bene cuſtodit, & conſeruat metus, ſed interficit, & perdit illũ quem timet. [Contraq; beneuolentiã fidelis eſt. [Et æterna, cũ ſit uoluntaria. [Vel]. i. etiam [Ad perpetuitatem] Quoniam, quæ amantur, perpetua ſunt, non ſolum diuturna. [Sed iis, q oppreſſos] Concedit Cic. his qui alios ui oppreſſos tenent, ut adhibeant ſęuitiam ſi aliter in officio contineri non poſſunt. Inde Cæſ. latenter tangit, qui in libera ciuitate timeri uoluit, in qua honores ſuſceperat, & gradus dignitatis, & ſic clemẽs fuit, quoniã neſciuit imponere modum cupiditati, quæ illũ ad interitum perduxit. Roma. n. bellua erat multorũ capitũ, nec poterat ui omnino opprimi, ut non aliquando reſurgeret, & acriter morderet tremefacta libertas. Imprudens igitur fuit Cæſ. & omnes tyranni, quorũ uita nihil poteſt eſſe miſerius. [Coercent] Continent illos quos ui oppreſſerunt. [Sit ſanè] Concedatur, vt ſæuiant in ſubditos, ſi aliter eos continere non poſſunt. [Vt heris] Vt dominis in ſeruos. Dominus. n poteſt ſæuire in ſeruos, & habet in ipſos uitæ necisq; poteſtatem, ſi cauſa inerit occidendi, ut dictum eſt. Tempore Iuſtiniani, ut ſupra etiam dixi, non licebat alicui domino incognita cauſa ſupra modum in ſuos ſeruos ſæuire. Et C. Pius Antoninus conſtitutionẽ fecit, ut qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus puniatur, quam qui ſeruũ occiderit alienũ. [Si aliter] Alia uia, ſi nõ non potuerũt coerceri. [Qui uero] hic eſt locus in quo Cæſ. imprudentiã angit. [In libera ciuitate] Vt erat Roma, antequam Cæſ. eã occuparet. [Se inſtruunt] armant, & pra parant. ut fecit Cæſ. qui in libera ciuitate ita ſe inſtruxit, ut timeretur, nõ amaretur, unde demens fuit nõ cõſiderãs rei euẽtũ. [Nil dementius] nõ plus eſt quã ſi dixiſſet tales demẽtiſſimi ſunt. [Quamuis. n.] quare tales nullã habent prudentiã, qm̃ dãt pœnas tãdẽ, ut Cæſari accidit. [Demerſæ ſint] loquitur per tranſlationem natantiũ, qui demerguntur. poſtea emergunt. Leges opprimuntur, potẽtia nõnullorũ, ſed poſtea emergũt. Senſus eſt, quãuis leges uideãtur oppreſſæ, & libertas operibus quorundam, tñ emergũt, & apparent aliqñ tacitis iudicijs, nã de his q in libera ciuitate uolũt timeri, male iudicatur, & cũ ſuffragiũ bonorũ ad honores petũt, non aſſequuntur id, quod cupiunt. [Opibus] Potẽtia alicuius. [Tremefacta] Cõcuſſa. [Emergunt] Apparẽt, & redeunt in priſtinũ ſtatũ. [Hæc] Leges, & libertas, q̃ legibus cõtinetur, nã cũ leges non ſeruantur ꝑꝑ alicuius potentiã, libertas amiſſa eſt. [Tacitis iudiciis] Hominũ q male de eo iudicãt, q leges oppreſſit, q uis nõ audeãt palã reprehẽdere. [De honore] quẽ ille cupit, tñ ciues nõ ſuffragãtur, & tacitis ſuffragijs repugnãt. [Acriores aũt] Sed inq t Cic. ciues magis accenduntur ad ultionẽ ꝑꝑ libertatẽ intermiſſam, quam prius ad illã retinendam, anteq̃ amitteret, qm̃ experti ſunt, q d ſit carere libertate. [Acriores] Vehementiores, & duriores, nã intermiſſa libertas mordet acriter illũ, q ſe oppreſſit, ut accidit Cæſ. [Quã retẽta] quã ſi retinuerint ciues, & nunq̃ amiſerint. [Qd igitur] Cõcludẽs dat ꝑceptũ nihil eſſe utilius, q̃ nõ timeri. [Patet latiſſimè] ad oĩa ſe extẽdit, qm̃ beneuolentia prodeſt ad oĩa. [Ad incolumitatẽ] Vt ſimus incolumes, & tuti, nõ timẽtes impetũ aliorũ in nos, & inſidias. [Id amplectamur] Id ſequamur tota mente. Caritas] Amor mutuus, & piꝰ ſeruet. [Ita facillimè] Ponit ea q cõſeq facilè poſſimꝰ ſi amamur, & totũ oppoſitũ ſi timemur, nã q uolũt timeri neceſſe eſt, ut & ipſi eos timeãt, à q bus timẽtur. [Ita] Si aberit metus, & retinebit religioſus amor. Priuatis

rebus

rebus]Domesticis, & re familiari augenda.[Et in rep.].s. asse-
quemur honores publicos, & magistratus aliorum suffragijs,
& omnium consensu.[Etenim], ostendit à contrario quantum
in se præsidij habeat beneuolentia, quoniã, qui timetur neces-
se est, ut timeat.[Quid.n. censemus] probat id, quod dixit per
exẽpla tyrannorũ, qui eos timebãt, à quibus timebãtur.[Quid
censemus]iudicamus, putamus, & existimamus.[Superiorem]
Ad differentiam alterius Dionysii Syracusanorum tyranni. hu-
iusce tormenti quam longa fabula, inquit Val qui duo de 40.
annorum dominationem in hunc modum peregit, submotis
amicis in eorũ locum ferocissimorum gentium homines, & à
famulis locupletum electos præualidos, seruos, quibus latera
committeret, substituit. Tensorum quoque metu tondere fi-
lias suas edocuit, quarum ipsarũ postquã adultæ ætati appro-
pinquabant, manibus ferrum non ausus cõmittere, instituit, vt
candentium iuglandium, aut nucum putaminibus non cõptã
manibus, barbam sibi, & capillos adurerent. Nec securiorem se
maritum egit quam patrem. duarum.n. eodem tempore Ari-
stomaches Syracusanæ, & Locrensis Doridis matrimonijs alli-
gatus, neutris vnquam nisi excusse complexum petijt, atque cu
biculatem lectum perinde quasi castra lata fossa cinxit, in quẽ
se ligneo põte recipiebat, cum forem cubiculi extrinsecus à cu-
stodibus opertam, interiore claustro ipse diligenter obserasset.
Cic. in ult. Tusc. de hoc Dionysio ita loquitur. Duo de 40. an-
nos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum 25. annos
natus dominatum occupauisset. & paulo post, Quinetiam ne
tonsori collum committeret, tõdere filias suas edocuit, ita sor-
dido, atq; ancillari artificio regiæ uirgines, ut tonstriculæ ton-
debant barbam, & capillum patris. & tamen ab his ipsis ferrum
remouit, instituitq; ut candentibus iuglandium putaminibus
barbam, & capillum adurerent.[Cultros tonsorios] Nouacula
tonsorum.[Candenti] Accenso carbone, aut putaminibus iu-
glandium i. corticibus nucum, quæ & iuglandes dicuntur. Nu-
ces dicuntur omne pomum auct. Macr. quod foris duo tegi-
tur, & intus habet, quod esui est.[Adurebat]Quod ministeriũ
filiæ exercebãt. Plato in Epist. ad amicos Dionis, & propinquos
sic scribit: Carebat Dionysius amicis, fidisq; hominibus quo
nullum maius argumentum, uel improbitatis si desint, uel pro
bitatis si adsint. Et in ix. de rep. agent de tyrannorum miseria,
sic ait: Tyrannicus animus metu solicitatur, & perpetuo pauo-
re terretur.[Quid Alexandrum Pheræum] De hoc Alexandro
ita scr. idem Val. Hoc rege infelicior Alexander, cuius præcor-
dia hinc amor, hinc metus torserunt. nam cum infinito ardore
coniugis, Thebes teneretur, ad eamq; ex epulis in cubiculum
ueniens barbarum stricto gladio iubebat anteire, nec prius se
idem lecto committebat: quam à stipatoribus diligenter esset
scrutatus, supplicium irato deorum numine compositum nec
libidini, nec timori posse imperare, cuius timor eadem, & cau
sa, & finis fuit. Alexandrum, Thebe pellicatus ira mota intere-
mit.[Pheræum] Pheræ oppidum est Thessaliæ uexatum non
nullorum tyrannide, inter quos hic fuit Alexander gener Iaso-
nis Pethæi tyranni, qui Pheræus cognominatus.[Quo animo]
Quo cruciatu duorum affectuũ timoris, & amoris.[Legimus
scriptum]Vt historiæ testantur.[Et epulis]Post cœnam.[The-
bem]. Hæc Thebe, ut auctor est Plut. in uita Pelidæ, filia fuit
Iasonis Phærei alterius tyranni, de quo supra.[Barbarum] Ex
Thracia hominem ferocissimum.[Compunctum] Signatum
.i. barbarum, qui in Thracia fuerat stigmate notatus, ergo plus
fidebat seruo stigmatiæ quam uxori, licet illam arderet.[No-
tis Threiciis]quoniam apud Thracas, ut auct. est Herod. lib. v.
punctas esse frontes, nobile iudicabatur, non esse notatas pun-
ctis, ignobile.[Districto]Nudato.[De stipatorib⁹]satellitibus,
quos habebat ad laterum custodiam.[Perscrutarentur] Dili-
genter inquirerent. Stipare est condensare, inde dicuntur stipa
tores, qui aliquem circunstant causa officij, aut defensionis.
Scrutari minutissima queq; inquirere.[O miserum[Exclamat
Cic in miseram tyranni uitam[στιγματίαν]Notis punctũ στιγμα
significat notam, & punctum inde στιγματίζω noto, & signo,
στιγματίας, auct. Nonio, ueteres dici uoluerunt notis punctos,
Str. lib. 4. agens de apibus sic ait: Illyricorum quoque more ac
Thracum stigmatiæ[Nec eum fefellit opinio]Rectè opinaba-
tur, & insidias timebat uxoris, quoniam ab ea est interfectus.
[Pellicatus]Quod haberet pellices, & concubinas. pellex uxo-
ris dicitur non uiri, à pellendo, quoniam uxorem è uiro pel-
lit, cum quis non habet uxorem, dicitur habere concubinam

nõ pellicem, quoniam pellex refertur ad uxorem, quam à uiro
pellit. Vnde Iuno suas pellices magno præsequebatur odio, vt
est in fabulis, quoniam à se Iouem alienabant. Pellicatus dici-
tur concubitus pellicis, ut adulterium concubitus adultorum.
[Est interfectus]De quo Ouid. in Ibin, Inq; tuo thalamo ritu
iugulere Pheræi, Qui datus est læto coniugis ense suæ. & Dion,
Syracusius auctore Plut. in uita Artaxerxis, Pheræum qui men-
ses x. regnasset in Thessalis; deinde esset interfectus, tragicũ ty-
rannum appellabat in celerem. s. mutabilitatem cauillatus. Ne
cem huius tyranni lege apud Plut. in Pelonida.[Nec uero ulla
uis] Dicit Cic. nullam esse tam firmam potentiam, quam me-
tus nõ possit labefactare, nam si is, qui imperat, timetur, dura-
bilis non est, & probat hoc etiam exemplo Phalaridis, qui fuit
tyrannus Agrigentinus, & sæuitia plenus.[Nobilitata]narrata,
celebrata, & diuulgata, quoniam fuit crudelissimus.[Præter
ceteros].i. supra omnes alios tyrannos. Zeno Eleates summus
philosophus, & ad excitandos iuuenum animos promptissi-
mus, auctore Val. Max. lib. iij. patriam deserens suam Agri-
gentum se contulit, quod Phalaris sæuissima tyrannide uexa-
bat, ibi cum esset, & Phalarim in sua sæuitia perseuerare uide-
ret nobilissimos adolescentes ad restituendam patriæ libertatẽ
inflammauit, id cum Phalaris intellexisset, cõuocato in forum
populo. Zenonem torqueri iussit. ut sui consilij conscios pro-
deret, quod non fecit, imo fides ipsi Phalaridi suspectos reddi-
dit: & obijciens Agrigentinis ignauiam, & timiditatem, effecit,
ut subito mentis impulsu concitati, Phalarin lapidibus obrue
rent. Valer. hoc tribuit philosophiæ, quam his uerbis laudat:
Est & illa uehemens, & constans animi militiam literis pollens,
uenerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia, quæ v-
bi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affe-
ctu depulso, totum in solidæ uirtutis munimento confirmat,
potentiusq; metu ac dolore facit, Incipiam autem. inquit, à Ze
none Elate, qui cum esset in despicienda rerum natura maxi-
mæ prudentiæ, inq; excitandis ad uigorem iuuenum animis
promptissimus, præceptorũ fidem exemplo uirtutis suæ publi
cauit.[Vt hic noster]Cæs. quem pauci coniurati interfecerunt,
[Quid macedones &c.]Demetrius, ut scribit Plut. in uita Pyr-
rhi,] Antigoni filius, qui post mortem Alexandri Magni, ma-
gnam Orientis partem tenuit, interfecto Alexandro Cassandri
filio per insidias, partem Macedoniæ occupauit. & cum supe-
bè imperaret, & bellum cum Pyrrho gereret, ab eo, corrupto ip
sius Demetrij exercitum, ipsoq; in fugam acto, Macedoniæ re-
gno spoliatus est.[Quid? Lac.]Nunc affert exemplum Lacedæ-
moniorum, qui iniustè imperantes à socijs dimissi sunt, & à
Thebanis uicti fuerunt Leuctrica pugna, de qua supra dictum
est.[Omnes ferè socij]Qui Lacedæmoniis prius fauerant, alie-
nati fuerunt à Lacedæmoniis oratione Epaminõdæ ducis The-
bani, nam ante pugnam Leuctricam cum omnino sociorũ cõ-
uenissent legati coram frequentissimo legationum conuẽtu.
sic Lacedæmoniorum tyrannidem accusauit, ut nõ minus illa
oratione opes eorum concusserit, quã Leuctrica pugnã. Tunc
.n. inquit Aemilius Probus, perfecit, quod post apparuit, ut au-
xilio sociorum Lacedæmonii priuarentur. Post pugnam Leu-
ctricam Lacedæmonii nunquã respirarunt, nec pristinum im-
perium recuperarunt, immo Epaminondas Spatiam oppugna
tum uenit post uictoriã Leuctricã ratus facilẽ expugnationẽ,
quoniam Lacedæmonij deserti erant à sociis, & oppidum sine
muris. sed compos voti esse nõ potuit propter uirtutem, & pru
dentiam Agesilai, quem Lacedemonij ex Asia reuocauerant
parentem bellum Artaxerxi. Talem se in eo discrimine impera
torem præbuit Agesilaus, ut eo tẽpore omnibus exploratum
fuerit nisi ille fuisset, Spartã futurã nõ fuisse.[Repẽte] Statim
alienati oratione Epaminondæ, quod præter spem Lacedæmo
niorum fuit.[Spectatores]Spectarunt sedentes, & ociosi illam
stragem, & nullum auxilium attulerunt, quãuis essent socij La-
cedæmoniorum in bello.[Leuctricæ calamitatis?]Stragis, & cla
dis, quam acceperunt Lacedæmonij ad Leuctra oppidũ Bœo-
tiæ Cleombroto duce, qui illic uulneratus occubuit. Rex alter
Agesilaus ac si rei malum euentum diuinasset, ad illam pugnã
proficisci noluit, quãuis nõnulli, ut contenderet, suaserint.[Ex-
terna libentius]Exempla crudelitatis, q̃ fuerunt apud externos
hoĩes. i. extra Italiã. Et laudat imperiũ Rom. & priscũ imperãdi
morem, ut magis accuset, & insectetur Syllã, & Cæs. q crudelita
tẽ summã in ciues nationesq; exercuerãt, & dũ metui, q̃ ama-
ri studuerũt, optimã imperãdi, & uiuẽdi disciplinã sustulere.[In

tali re[Crudelitate,& his qui uoluerũt timeri, & iniustè impe-
rare. [Quam domestica]Nostra Romana.[Recordor]Repeto,
inquit,memoria libentius exempla exterorum hominũ quam
nostrorũ.[Verũtamẽ] Quãdiu laudat Cic. priscos Romanos,q
nõ iniurijs, sed beneficijs populos, & nationes ad parendũ alli-
ciebãt,atq; ad amicitiã,quoniã senatus R.uidebatur esse patro
cinium totius orbis, adeo ab ipsis iustitia , & æquitas coleba-
tur.Inde cum irrepsit crudelitas,& tyrannis,extiterunt bella ci
uilia,& resp. in maximas incidit calamitates , dum illi qui eam
occupauerant,timeri quam amari maluerunt [Beneficijs]Cõ-
ferendo beneficia in socios, qui beneuolẽtia ducti libenter Ro.
imperio parebant. [Iniurijs]Crudelitate,& omnino alio gene-
re iniuriarum.i. cum imperium continebatur beneuolẽtia sub
ditorum,nõ vi,& cum eorum iniuria,nec inferretur aliqua uis,
& crudelitas.[Pro socijs]Pro defensione sociorum Romani no-
minis,quos ab aliorum iniurijs defendebant.[Aut de imp.] Vt
imperiũ Rom. propagaretur.[Exitus]Fines. [Aut mites] quo-
niam non sæuiebant in uictos,ut de Paulo Aemilio superius di
ctum est,& de aliis dici posset,qui patrocinium suscipiebant eo-
rum,quos uicissent more maiorum. [Aut necessarii] quoniam
tantum sęuiebant in ipsos uictos,quantum erat necesse . Eate-
nus,inquit,seuiebant in uictos,quatenus necessitas requirebat.
[Regnum]Nam eiecti è regno, ut cum aliqua incommoda pa-
tiebantur , confugiebant ad senatum Rom. & illius opem im-
peratores.Romani magnam se adipisci laudem arbitrabantur,
si cum magna ęquitate socios defendissent. [Portus] Recepta-
culum quoddam,& refugium,ut est portus ipsis nautis tempe-
state uexatis.[Nostri magistratus]qui pręerant prouinciis,vt ꝓ
consules,prætores,quæstores. [Imperatores]qui habebãt exer-
citum in prouinciis,ut illas defenderent.[Aequitate]Iustitia,&
fide erga socios,& prouincias sibi commissas seruata. [Prouin-
cias]Quæ ipsis erant commissæ,ut eas summa æquitate, & fide
regerent . Prouinciæ dictę sunt à procul uincendo,uel à porro.
[Patrociniũ orbis] Defensio ; quoniã plus exercebatur auxiliũ
erga subditos,q̃ imperiũ.Patroni,vt auctor est Plut.in uita Ro
muli,dicti sunt defensores à Patrono quodã,qui cũ Euãdro ue
nerat,& plebis studiosus,& auxiliator fuerat.[Sensim]Paulatĩ,
& sic tãgit Syllã,qui disciplinã reip.cœpit labefactare,postea se-
cutus est Cæs.[Hanc consuetudinem]Modũ imperãdi,& defen
dendorum sociorum [Disciplinam] Optimum uiuẽdi morem
reip.[Iã antea]Multis ante annis,sed post uictoriã Syllæ de Ma-
rio , & Marianis , hanc disciplinam regẽdæ reip.omnino amisi-
mus.[Desitum est.n.] Ratio quare penitus amiserãt pristinam
consuetudinem imperandi. [Desitum]Cessatum , à desino de-
situm.Putatum est nõ esse iniquum sęuire in socios,postquam
licuit tantam crudelitatem exercere in ciues.[In socios]Roma-
ni nominis [Tanta crudelitas] Sylla recuperata rep. & oppres-
sis Marianis pulcherrimam uictoriã crudelitate maxima inqui
nauit 8000. peditorum in uia publica trucidauit,tabulam pro
scriptionis posuit , urbem ac totam Italiam cædibus repleuit.
Plut. ait,Sylla concionem habẽte in æde Bellonæ,7000.Roma-
norum extra templum truncata sunt ,/& excitato senatu ad ge
mitus illorum,Hoc,inquit Sylla,agamus Patres conscripti.pau
culi .n. sunt seditiosi , quos puniri iussi.Sylla patres 80.proscri-
psit vno interiecto die, 200 alios adiecit deinde,tertio nõ pau-
ciores rursus adiunxit , dixitq; se de nouo proscripturum , eos,
quorum tunc esset oblitus,& qui proscriptum excepissent,salu
tiq; consuluissent,mortem proposuit, non patrem , non filiũ,
nõ propinquos excepit . Duo interfectori alicuius ꝓscripti ta-
lẽta præmium præposuit,seu dominum seruus, seu patrẽ filius
interemisset. Appian. scribit Sylla 40. senatores, equites 1600.
ad mortem condemnasse.hic .n. inquit,primus Romanorũ in-
uentus est,qui morte mulctaret,quoniam ante Syllã ciues Ro-
mani non poterant puniri morte.descripsit,& præmia interfe-
ctoribus, inde alios senatores interfici iussit , quidam suspensi
ante pedes Syllæ proiecti sunt,& expulsiones etiam aliorum,&
alijs bonorum collationes factæ , cum ab Vrbe fugientes quæ-
rerent , & hinc inde cuncta flagellantes discurrerẽt, quoscunq,
etiam inuenissent neci traderent . Plurimæ insuper Italorũ cæ-
des,exilia,& bonorũ publicationes fiebant in eos,qui aut Car
bonis, aut Norbani , aut Marij, aut eorũ prætorum mandatis
paruissent. Iudicia per omnem Italiam crudeliter exercebant ;
accusationesq; prætorum,militiæq; multiplices fiebant,uel in
pecuniarũ exactionibus,vel alijs ministerijs,uel oĩno consilij ali
cuius in Syllam commissi, in delictorũ numero hospitalitatis ,
amicitiæ,collationes uel dantis,uel recipientis ponebantur, si
quis promptudinis alicuius , aut contubernij in itinere depre-
hensus fuisset, quæ omnia ẽt circa diuites asperius agebantur.
Cum vero in singulos delationes defecissent,ad ciuitates se Syl
la conuertit,easq; uicissim puniens,aliarũ arces demoliri iube-
bat,quarundam męnia solo æquabat , aut publicam mulctam
illis imponebat,aut grauioribus tributis illas affligebat , & ex
his qui sub eo militauerant , in colonias distribuit,ueluti arces
quasdam per Italiam habituras ciuium agros domosq; inter
eos partitus est.Per 400.annos non fuerat Romæ dictator,cum
Sylla dictaturam inuasit,qui consules à patribus eligi permisit,
ne eius dictatura penitus uideretur tyrannis consules . fuerant
M.Sylius,& Corn.Dolobella, ipse more regum dictator supra
eos residebat.Secures quatuor,& 20.ante eũ præferebantur,ut
priscis etiam regibus mos fuit,custodes corpori suo addidit,tã
dem sua spõte dictaturam deposuit pręter omnium opinionẽ,
redditurus rationem reip. administratę,si patres exigerent.nil
noui timuit,qui 100.& plura hominũ millia bello confecisset,
tot domesticos hostes occidisset, senatores 90. consules 5. sup.
10.equestris ordinis ad 2500. alios deinde expulisset, quorum
nonnullis facultates ademerat,quosdam uero insepultos pro-
iecerat,Dictaturam prius,ut est in lib.ueterum digest. nõ erat
fas ultra 6.mensem retinere . [Honestam caussam] nam dice-
bat Sylla se remp. defendere , & optimates contra Marianos.
Causa igitur pugnæ cum Marianis erat honesta , sed uictoria
fuit inhonesta.& plena crudelitatis, quoniam multos interfici
iussit,bona ciuiũ publicauit,& sub hasta uendidit. [Est enim]
Ratio quare fuit inhonesta uictoria. [Est ausus] Non erubuit
hic dicere,post uictoriam de Mario.[Hasta posita]uendere sub
hasta est publicè uendere,cuius Sylla inuentor fuit, cum bona
ciuium R. uenderet. Inde cœptum est dici uendere sub hasta.i.
publicè uendere, & captiui qui sub hasta transuersa emittebaN
tur sub iugum mitti dicebantur. Ponebatur igitur in foro ha-
sta,quæ indicabat bona esse publica,& uenalia . Hastæ, inquit
Pompeius,ea subijci mos erat, quæ publicè uendebantur,quia
signum præcipuũ est hasta,nã & Carthaginienses cũ bellum vel
lent hastam miserunt.[Se uendere suam prædam] Ac si fuisset
sua pręda capta ab hostibus,non à ciuibus.Hæc,inquit,nõ erat
sua præda,quoniam erant bona ciuium,nõ hostium.[Et certè
ciuium]Certè,inquit,ciues illi erant,siue boni,siue mali, quo-
rũ bona uendebat tanquã suam prædã , quod illi non licebat.
[Ciuium]Romanorũ.[Secutus est]nam nunc Cæs.tangit, qui
post Syllam occupata rep.dictator perpetuus esse uoluit, dice-
batq; Syllam nescisse literas,quia deposuerit dictaturã . [In cã
impia]Quoniã non habebat causam honestam in armis ciuili-
bus,ut Sylla,qui dicebat se defendere partes optimatum . Im-
pia erat causa Cæs. quoniã erat contra patriã,cui pietatẽ debe-
mus.[Fædiore]Quàm fuerit uictoria Syllæ,qui pro rep.pugna
bat,Cæsar autẽ,ut ea occuparet.[Fœdiore]Magis turpi,& cru-
deli.Fœdũ est id, quod habet in se multũ turpitudinis,& crude
litatis. [Non solum pub.]Proscriberet,& uenderet,ut fecit Syl
la. [Prouincias] quæ Romano subditæ erant imperio . [Vno
genere cal.]Quoniã oẽs prouincias,& nationes uolũtati suę pa
rere coegit. Itaq; Cæsar plus nocuit,quã Sylla.ille.n. bona quo
rundã publicauit, Cæsar aũt oẽs prouincias,& nationes,ut sibi
parerẽt coegit.Calamitas igitur quã Cæsar intulit cõis fuit om
nibus,ergo magis danda uitio qm̃ pluribus nocuit , quã uicto-
ria Syllæ.publicare propriè est ad publicũ priuata redigere.[Ita
que uexatis] crudeliter agitatis. affert vnum exẽplũ crudelita-
tis Cæsareæ, qua nullũ maius potuisse scelus inueniri dicit. [Et
ꝑditis]Destructis,& oppressis. Vexare,ut,inq t Gellius,factũ est
ab eo qđ vehere,in quo est iã uis quędã alieni arbitrij.nõ .n. sui
potẽs est,q vehitur,q fertur,& raptatur,atq; huc atq; illuc de-
strahitur,is vexari ꝓpriè dicitur,sicut taxare pressius,crebriusq;
est quã tãgere, & quassare grauius violẽtiusq; est quã quatere.
Vexare,inquit Asconius Pędianus calamitatis vsum sigñat.[Na
tionibus]Et in primis Gallis,& Hispanis, ubi expugnauit filios
Pompeij [Emissi im.]Romani hoc fuit signũ imperiũ Rom. es-
se amissum,cũ Cæsar de Massilia triũphauit.[Massiliã].i.formã
& imaginẽ Massiliæ vrbis. præferebanť .n. in triũpho imagines
prouinciarũ,& deuictarũ vrbiũ . Massiliã , urbs Galliæ condita
fuit Phocẽsibus propè ostia Rhodani amnis . Massilienses ami-
ci fuerunt P.R. & Roma capta à Gallis Senonibus cum capito-
lium obsideretur,aurũ,& argentum publicum,& priuatũ cõtu
lerunt ad explendum põdus Gallis, à quibus redemptam pacẽ

co-

cognouerant, ob quod meritum, ut ait Trogus, & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu datus, & fœdus æquo iure percussum, Cum Massilia clauderet portas Cæs. ab eo expugnata est, & direpta, & de qua confectis bellis ciuilibus, & uexatis, & attritis, & extrema calamitate affectis Cæs. triumphum egit, quod Cic. dicit fuisse maximum scelus, & signum amissi Romani imperij, cum de Massilia tam amica Romano nomini triumpharetur, sine cuius auxilio, & transalpinis gentibus Romani imperatores nunquam triumphare potuerunt. [Trāsalpinis[Quę gesserunt trans alpes in Hispaniis, & Galliis. [Præterea] Vltra hoc scelus multa quæ Cæsar. crudeliter exercuit in socios commemorare possem. [Nefaria] crudelia, & sacrilega, nefarium, inquit Asconius Pædianus dicitur id, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari, ergo nefarij sacrilegi sunt. Nefandum dicitur nō fandū. [In aduersus socios. [Si hoc uno] q.d. cum crescere debeat oratio, nec ego possim aliquod maius scelus commemorare, non afferam in medium alia nefaria, quæ Cæsar commisit in socios Romani nominis. [Plectimur] merito punimur. quoniā obstare debuimus Cæsari prius quam tantum inualesceret, & sic remp. non amisissemus. [Nisi.n.] reddit rationem, quare iure plectabantur, quoniam non animaduerterunt in Cæsarem, cum ad Tyrannidem apertis indicijs tenderet. [Scelera] quæ in rep. commiserunt. Cæs.n. largitionibus utebatur, & populo studebat, & in consulatu legē tulit agrariā, & agrum campanum, & cāpum stellatem relictū uectigalem P.R. diuisit, deditq; quibus uoluit. Ista, inquit Cic. scelera non erant ferenda, sed comprimenda Cæsarea audacia, & sic non incidissemus in tātas calamitates. [Ad vnum] Ad Cæsarē. [A quo] Vno Cæsare. [Hereditas rei familiaris] Cæsar nouissimo testō tres instituit heredes. L. Pisonē, socerum, nepotes C. Octauium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera: C. Octauium etiā in familiam nomenq; adoptauit. populo hortos circa Tyberim publice, & uiritim 300. sestertios legauit. [Rei familiaris] Domesticę. [Cupiditatum] Quoniam omnes improbi cupiunt id, quod Cæs. & ad spem imperij. post mortē Cæsaris, tres in primis erecti sunt: M. Antonius, Octauius, & Lepidus. Ergo, inquit Cic. nūquā deerunt bella ciuilia, carpēdus igitur Cæsar, qui & ipse, & pessimo exemplo reip. obfuit. [Semē] origo, & quoddam seminarium, causa quare bellum ciuile appetatur, à uiris sceleratis, & rapina gaudentibus. [Perditi] Scelerati, & perditione digni propter pessimos mores. [Hastam illam] Bonorum uenditionē factā tēpore Syllæ sub hasta. [Cruentā] Plenā crudelitatis, & impietatis, quoniā proscribebantur ciues, interficiebātur, & uenditio bonorū publice fiebat. [Et sperabunt] Vt.s. bona aliena consequātur, ut fuit tēpore Syllæ, & Cæsaris, & probat hoc exemplo duorum P. Syllæ, & Cornelij scribæ, qui utranq; dictaturam fouerunt, & rapinarum utriusque fuerunt sinus. in viij. Phil. dicit hasta Cæsaris. P.C. multis improbis, & spem affert, & audaciā, uiderunt.n. ex mendicis fieri repente diuites. Itaque hastā semper cupiunt uidere hi, qui nostris bonis imminent, quib. omnia pollicetur Antonius. [Quā P. Sylla] qui erat propinquus, & gentilis, L. Syllæ dictatoris, & apud illum magnæ auctoritatis fuit. Extat oratio Cic. in defensionē P. Syllæ, qui accusabatur à Torquato, quòd in patriam cōiurasset. ita .n. dicit in oratione pro P. Sylla duæ coniurationes abs te Torquate cōstituuntur, vna quæ Lepido, & Volcatio cōsulibus facta esse dicitur: altera quæ me consule. harum in utraq; Syllā dicis fuisse. deinde Syllā excusans Cic. sic ait. At uero illa graui L. Syllæ uictoria turbulēta que, quis P. Sylla mitior? multorum hic uitam à L. Sylla deprecatus est, quā multi summi homines, & ornatissimi, & nostra, & equestris ordinis, quorū pro salute se hic obligauit, sed illic Cic. causam L. Syllę defendens ut eum liberaret mitē animū ipsius ostēdere nitebatur seruiēs tēpori. In hoc loco ueritatē dicit accusatq; ipsius rapinā, & hastā illā sanguinariā, quā uibrabat, cū suus propinquus L. Sylla esset dictator. Inde adhæsit Cæs. & rapinis operā dedit, ut fecerat. Nā ut, inquit Suet. Cæs. prius q̄ hereditatē iniret, uenit in suspicionē, quod cū M. Crasso cōsulari, P. Sylla, & L. Antonio cōiurasset, vt principio āni senatū adorirent, & trucidatis quos uellet dictaturā Crassus inuaderet, ipse ab eo magister eq. tū diceretur, & Syllę, & Antonio cōsulatus restitueret. [Qua hastā] .i. vēditionē bonorū. [Vibrasset] Monuisset. i. cū illorū bonorū fuisset sinus, & particeps. [Dictatore propinquo suo] Cū esset Dictator L. Syllę eius ꝓpinquus, & gētilis, quoniam erat ex domo Cornelia. Idem P. Sylla, qui hastam illam uibrauit. i. illam uenditionē sub hasta exercuit tempore Syllæ propinqui sui. [Sexto, & trigesimo [quoniā 36. anni intercesserūt inter dictaturā Syllæ, & Cæsaris. [Nō recessit,] q.d. secutus est, & ipsam uibrauit tēpore Cæsaris, cui adhæserat assuetus rapinis Syllanis, & proscriptionibus. [A sceleratiore hastā] A Cæs. qui sceleratior fuit, quàm Sylla in occupanda repu. & publicatione bonorum. quippe nullam habebat causam honestam, sed impiam, & uictoriam fœdiorem. P. igitur Sylla nō recessit ab rapinis sceleratioribus, quam fuerint uenditiones bonorum tempore Syllæ. Huius P. Syllæ meminit ipse Cæsar in comment. [Alter autem] Nunc affert Cornelium, qui in dictatura Syllæ scriba fuerat, tempore uero Cæs. fuit quæstor urbanus. [In illa dictatura] Syllæ.s. scriba fuerat: Cornelius fuit scriba Syllæ. Lepidus in oratione, quæ ex historia Salust. habetur, ait. Sed quia non aliter salui satisq; tuti imperio erimus, nisi Vectius Picens, & Cornelius scriba bene parata prodegerint, nisi approbaueritis omnes proscriptionem noxiorum ob diuitias, cruciatus uirorum illustrium, uastatam urbem fuga, & cædibus bona ciuium miserorum quasi Cimbricam prædā uenum, aut dono datam. Scriba nunc dicitur secretarius. Cornelius erat scriba quæstorius, & scribæ ærarij magnam auctoritatem habebant, & multum lucrabantur, & maximè in his publicationibus bonorum, quorum magnam partem compilabant, & sic etiam quæstores In hac dictatura Cæs. fuit quæstor vrbanus. Quæstores pecuniæ præerant, dicti ab eo, quòd inquirendæ conseruandęq; pecuniæ causa creati erant, quæstores ēt erant in prouincijs, sed quæstor urbanus erat maioris dignitatis. Quæstor nūc dicitur Thesaurarius, & quæstor urbanus nūc dicitur thesaurarius maior. Et scriba quæstorius erat ille, qui scribebat, tenebatq; rationes, quos nunc thesaurarij etiam habent. Alij quæstores à populo constituebantur, qui capitalibus rebus præessent, & hi appellabantur quæstores parricidij Erat igitur Cornelius quęstor urbanus, in cuius manus omnis pecunia deueniebat, & erant tanquam sinus Cæsarianarum rapinarum, & auctus erat, quoniam cum prius esset scriba quæstorius, nunc erat quæstor urbanus. [Ex quo] propter hoc, inquit Cic. nunquam deerunt bella ciuilia, cum talia præmia bellum ciuile fouentibus parentur. Dolet Cic. eundem in Syllana dictatura fuisse scribam, & in Cęsariana quæstorem urbanum, quasi receptaculum omnium rapinarum. Vnde talibus præmiis ceteri adducti ciuilia bella fouebant, & tandiu mœnia urbis quassabunt, quoad solo æquata iaceant. prospiciens Cice. nepotibus, & longa rerum exemplorumq; experientia doctus urbis Romæ ruinam timebat, quam propè casuram cernebat, quoniam discordia demens ad nil aliud homines urbesque deducit, nisi ad miseriam atq; ruinā. Vnde Mycipsa apud Salust. ita Iugurtham alloquitur. Equidem ego uobis regnum trado firmum, si boni eritis; sin mali, imbecillum. nam concordia paruæ res crescunt, discordia maximę dilabuntur. [Talibus præmijs [Cum talia sint præmia proposita rapinæ .s. bona proscriptorum, susthastationes. quæstura urbana. [Itaque] Igitur, inquit, cum bella ciuilia à perditissimis hominibus appetantur propter præmia proposita. [Vrbis] Romæ. urbem dixit non ciuitatem, quoniam orbata erat bonis ciuibus, ut iam non uideretur esse ciuitas, sed urbs. [Parietes] Domorū sunt. Muri autem urbis, & publici. [Modo stant] Nondum ceciderunt. [Stant] Erecti sunt. [Extrema scelera] Vltimā ruinam. Inquit Cic. propter bella ciuilia, proscriptiones, atq; exilia ciues defecerūt, remanēt solū parietes, qui etiā timent ruinā, quæ erit ultimū scelus, qm̄ nil iam superest de rep. Romana, nisi parietes, q̄ iā metuūt incendio absumi solo ue æquari. [Rē vero publicā] Communem utilitatē, & statū reip. [Penitus] Oīno, qm̄ reip. & senatus nullū extabat uestigiū ꝓpter bella ciuilia, & tyrānidē. [In has clades] Mala, & calamitates uñ digressa ēst, eo se refert Ciceronis oratio. dixit.n. supra ad opes tuēdas nihil esse apti⁹, q̄ diligi, nec alienius, q̄ timeri, ideo hic ꝑ parenthesin dicit redeūdū est ad propositū, ꝓpositū autē erat nihil esse alienius, q̄ timeri. incidim⁹ igitur, inq̄t, in has clades, dū maluim⁹ timeri, quā diligi. i. dum Sylla, & Cæsar beneuolentiā ciuium nō curarūt, mō tyrānidē assequerent̄, si uoluissent, studuissentq; amari resp. floreret, q̄ ꝑ illorū regnādi cupiditatē, & triūuirorū, q̄ nūc ēt id moliunt̄, Octauius, Antonius, & Lepidus, oīno amisimus. Ad propositū] Ad id quod ꝓposuimus. [Quæ res] Clades & calamitatē. facit argm̄ à maiori. Si populus inq̄t Roman⁹ tā to imperio subnixus iniustè imperās talia passus est, multo ma-

 gis,

gis,& facilius ſinguli male imperantes patientur,quoniam non poſſunt reſiſtere potentijs aliorum,& odijs. [Singuli] Qui non tantum potentiæ habent, ut P.R. uix minima parte conferri poſſint.[Singuli],Tyranni, & iniuſtè imperantes.[Putatur]Cogitare,& expectare debent,inquit, multo magis tales metuere calamitates,cum tanto imperio ſubnixi nõ ſint,& facilius poſſint opprimi à ſubditis,ſi non amantur.quiſque beneuolẽtiam hominum ſibi concilict, ſi permanere in ſua fortuna cupit, quoniam omne uiolentum non eſt durabile,quòd multis exẽplis Cic. oſtendit, ad id tendens ut alios à tyrannide deterrear, propoſitis malis, & exitu tyrannorum, ut ab utili ſuadeat cõmunem vtilitatem tuendam eſſe, & beneuolentiam hominũ complectẽdam.[Perſpicuum]Clarum propter exempla, & exitus iam allatos.[Magnam uim]Multum poſſe ad tuendas opes & dignitatem. [Imbecillem]Debilem, quoniam parum durat id,quod timet. [Sequitur] Conueniens eſt poſtquam beneuolenria tantum habet in ſe momentum, & præſidium, de ipſa diſſerere, & docere, quibus rebus ipſam conſequi, & retinere poſſimus.[Facillimè]Sine difficultate. [Caritatem] Beneuolẽtiam,& amorem,& ut cari alijs ſimus. [Cum honore] Virtutis laude. quoniam non debemus quacunque ratione hanc beneuolentiam conſectari,ſed cum honore,& fide.i. conſtanter, dicam,inquit, quibus rebus paratur caritas hominum cum honore,& fide. Hoc ſupra Cic. Pollicitus eſt dicens. Quibus autẽ reb.hanc facultatem aſſequi poſſimus,ut hominum ſtudia cõplectamur, eaque teneamus; dicam, neque itta multo poſt inde fecit digreſſionem loquens de fortuna, tyrannis, & populis iniuſte imperantibus uſq; ad hanc partem,qua id,quod tũc propoſuit,& omiſit exequitur.[Sed ea]Beneuolentia,& caritate hominum,quoniam non omnes egent pari numero amicorum. Carum dicitur amabile ac precioſum.inde caritas, amor, & precioſitas. [Nam ad cuiuſq; uitam] Probat,quare nõ pariter omnes egemus beneuolentia, & caritatem aliorum, ſed ſecundum uitæ inſtituum. [Inſtitutam] Inchoatam. [A multis ne opus ſit]Illi,qui ſunt in magiſtratu à plurib. opus eſt,ut diligantur quã priuati,& maiorẽ numerum amicorum habeãt cauſa officij,& ut ipſis ornẽtur, & ſic diſcurẽdo per uaria inſtituta vitę,illi, qui exercent artes operoſas, & mechanicas, poſſunt eas tractare ſine multorũ beneuolẽtia,illa, qui tẽdunt ad imperia honore,magis egẽt ciuiũ beneuolẽtia, vt id, quod cupiũt aſſequãtur,& id,quod adepti fuerũt,retinete poſſis.[Certũ igitur hoc ſit]Hoc eſt primũ de beneuolẽtia pręceptũ. Sẽſus eſt,hoc ſit certiſſimũ,& exploratiſſimũ, nihil utilius nobis eſſe, quã habere familiaritates eorũ, qui nos amẽt. Si certũ hoc ita teneat,inquit,& in primis ſit certũ, & indubitatũ nihil eſſe beneuolentia vtilius.[Familiaritates]Mutuas conſuetudines, & amicitiã.[Neceſſariũ]Ad opes,& dignitatẽ tuendã,maximè ante omnia neceſſariũ in vita humana Etnirãtiũ noſtra.i.noſtras uirtutes, quæ ſunt bona animi, & amitti nõ pñt. [Hæc enim] Ratio quare neceſſariũ eſt habere amicos. Prorſus,omnino, & penitus,facit hoc amor,ut nõ multũ differat inter ſummos uiros,& mediocres cũ beneuolẽtia cõiuncti ſunt. [Sũmos].i.nobiliſſimos,& altiſſimos.[Mediocres].i. humilioris fortunæ uiros,quos amor his æquat,qui,& natalib.& cenſu antecellũt honore.i.ęſtimatione,admiratione,gloria.i.bono nomine,celebrique fama.[Eaque] caritas. [Vtriſq;]Sũmis uiris, & mediocrib. [Propemodũ]Quaſi honore, quantum ad famam, & laudem uirtutis,quæ alios ad ſe allicit. [Et gloria] propter merita rerũ geſtarum. [Beneuolentia] Vt ciues nobis beneuoli ſint. [Fortaſſe non ęque]Omnes egent,quoniam non omnes ſequuntur idẽ inſtitutum vitę,ſed alij priuatã, & ocioſam,alij vero publicam,& in negotijs uitã agũt,qui magis indigẽtq; priuati,ocioſi,& cognitioni rerũ ſtudentes honore,& gloria,beneuolẽtia ciuium, Ideo (inquit) eſſe fortaſſe nõ æq;.i.pariter, & ſimiliter egẽt honore,gloria, & beneuolẽtia, & quãuis nõ omnes æque egeãt, tamẽ ſi quis hæc tria hẽbit,maximũ adiumentũ ad amicitias ineuudas habebit,quoniã nihil eſt, quod magis adſe alliciat,quã uirtutis,& gloria rerũ geſtarũ,qua moti eos etiã quos nunquã uidimus,ſummopere diligimus. [Hęc ſuppetũt]Si cui adſunt,& abũdãt.[Ad cetera]Ad multa alia, quoniã dãt homini auctoritatẽ,& multis ꝓſunt [Ad amicitias]quoniã honoratũ uirũ,& glorioſum oẽs amãt, & ipſius amicitiã appetũt.[Noſtri libri]Quos deſideram⁹ tp̃m ſuperiorũ ĩcuria.[Attingam⁹] Paucis deguſtem⁹ [Quãdoq dẽ]Qm̃.[Ea]Gloria.[Adiuuat plurimũ]Maximũ eſt adiumẽtum ad res maiores adminiſtrandas.

OMNIVM autem &c.] Ptobauit Cic. plurimum homines,& prodeſſe, & obeſſe poſſe,& propterea conciliandos eſſe, ut nobis faueãt, & ad honores adipiſcendos ſuis ſtudijs adſint. Inter cauſas autẽ quas docuit exiſtere ſolere, vt homines augeamus,& honeſtemus;hanc eſſe principalẽ dicit,ut ſtudeamus diligi ab hominib.quia, ut nihil aptius eſt ad conſeruandas diuitias,& honores,quam diligi, ita nihil peius eſt,quã metui,quoniam eius ſtudium in nos perpetuum eſſe non poteſt, quem metu aſtrictum tenemus,cum nihil uiolentum diuturnum.nihil ergo ad res conſeruandas amori melius eſſe exemplis probat, & primũ Ennij auctoritate. [Omnium rerũ] Ex omnibus reb. [Tenenda]Vt prius adipiſcaris. [Tuendas] Vt adeptus cũ fueris conſerues,quod multo laudabilius eſt. Nam Ouid. ait: Non minor eſt uirtus quam quærere parta tueri. Caſus ineſt illis, hic erit artis opus.[Quam metuũt &c.]Timor ſine odio eſſe non poteſt. Quem quiſque &c.] Bona eſt argumentatio ab euentu,ut Ariſtoteles, & Rhetorici uocant,ut noſtrates dialectici à primo ad ultimum,ex metu odium ſequitur. ex odio cupiditas perdendi.[Multorum animus &c.] quod ſtudia hominum metu difficile ſit tenere,probat exemplo Iulij Cæſaris. Et ſi antea inquit ignotum fuit, quàm periculoſum ſit timeri, & nullas opes,& potentiam odij multitudinis reſiſtere poſſe,paulo ante cædẽ Iulij cognitum eſt,qui quoniam metu addictos ſibi tenebat ciues Romanos multum in ſe odij concitauit, & tutus eſſe non potuit.[Nec uero &c.]Nec hoc, inquit Cæſaris tantum mores declarat,ſed multorum tyrannorum quorum non diſſimilis exitus fuit.[Reliquorum]Vt Alexandri, & Dionyſij, Phalaridis,Hippiæ.[Quorum haud ferè &c.] quia pauci admodum tyranni cædem effugere potuerunt. [Malus] Argumentum eſt à contrario, oppoſitorum.n.eadem eſt doctrina.Si metus obeſt, beneuolentia prodeſt. [Vel ad perpetuitatem] Etiã perpetuitatem, ne dicam ad longum tempus. [Sed ijs &c.] populi, inquit, qui ſub regib.uixerunt,& tyrannis;ac timere ſoliti ſunt; ſit ita,ut metu teneantur à tyrannis,aut uero ciuitates,quę in libertate uixerũnt,nullo eiuſmodi motu teneri poſſent,nam guſtata ſemel libertatis dulcedine,vt ſeruirent, adduci nullo modo poſſetn.[Sit ſa.]Concedentis eſt.[Si aliter] Nã, ſi ſine metu teneri poſſent,& crudelitate melius eſſet. Sed ſi aliter teneri non poſſent ſi ita,ut metu teneantur, & ſæuitia coerceantur. [Qui uero] Sed eos,qui in libera ciuitate nati ſunt, ſiquis uoluerit ui opprimere is ſe ſciat amentem eſſe. [Demerſæ leges] Vt uim habere non poſſint, quod ad unius libidinẽ omnia fiãt. [Tremefacta lib.] Perterrefacti homines,qui prius liberè uiuebant.[Emergunt]Eſt emergere ab aliqua difficultate reſurgere,uel ad aliquid cum difficultate peruenire. Iuuen. Haud facilè emergunt quorum uirtutibus oſtat, Res anguſta domi.[Iudicijs tacitis]Tacita hominum uoluntate,& ſentẽtia, qui iudicant aliquid fieri debere,ſed occultè, ut ad Cæſarẽ quẽ opprimi facile poſſe iudicabant, qui oderant, ſi in eius necem Brutus conſentiret. Quoniam,& odiſſet tyrãnos,& ab illo Bruto originẽ duceret,à quo ſunt exacti reges. Vnde,& Bruti prioris ſtatuæ,& ipſius tribunali inſcripta clam reperta ſunt in hũc modum, Brute munera accipis, Brute mortuus es, utinam Brute uiueres,quam indignam ſortitus es Brute Prolem,neque ab illo profecto es genitus. [Aut oculis ſuffragijs] vt in tabellam. Nam ſi uidebant quempiam principatum affectare, occultis ſuffragijs ei obſiſtebant. Lacedęmonij ſuffragia lapiuis dabant. Romani lata lege Caſſij, quæ tabellaria uocata eſt, punctis in tabella ſuffragia ferebant. Vnde punctus accipitur pro fauore. Hor. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. [Acriores &c.] Qui amittunt libertatem grauius eius admonentur, quam qui retinent, plus uitantur, qui libertatem deſiderant intermiſſam, quàm qui tetinuerunt,periclitantem.illi quidẽ ſtudent recuperare,& iniuriam grauius ulciſcuntur, hi uero propulſant iniuriam tantum. Maiore iracundia ulciſcimur iniuriã acceptam,quam propulſamus.Rectè ergo Cic.acriores morſus dicit eſſe intermiſſæ, quàm retentæ libertatis. Exempli cauſa P.R.in Cæſ. exarſit adeo,ut occideret, quoniam libertatem ſuſtulerat.idem etiam in Syllam exarſit. Sed quoniam libertatem retinuit,nõ ad id odii erupit,ut eum occideret, quia libertatẽ, ſicut Cæſar non penitus ſuſtulerat. [Intermiſſæ]Cum ſuppreſſis legib.libertas erepta eſt. [Retentæ] Cum aliquis opprimere uoluerit.[Quod igitur &c.]Quoniam ergo beneuolẽtia eſt,quę facit,ut diligamur, eã amplectamur, ut per eã hominũ ſtudia nobis cõciliare poſſimus,& opes,atq; honores adipiſci.[Cõcludit

FRAN. MAT.

Argumẽtatio ab euentu.

Demerſæ dicuntur leges quando ad nutũ unius ſola fiunt.

dit metum fugiendum, beneuolentiam complectendam. [Incolumitatem] Ad salutem, vt sanus sis. [Etenim &c.] Argumentationem instituit, qua probat non esse metu tenendos populos, quoniam qui se timeri vult, eos metuat necesse est, à quib. timetur. Metus n. sine odio esse non potest, ex odio pernicies sequitur, quia quem metuunt homines, eum se perijsse expetunt. Ille vero qui se timeri vult, quietus esse nunquam pôt. Nam sic secum agit: Illi me timent, ideo me oderunt, ex quo sequitur, quod ait Luc. Dum quisq; timet quib. ipse timori est. [Quid n. censemus &c.] Exemplis propositionem suam confirmat, quæ à simili sumuntur. Dion. tyrannus Syracusanus adeo suspectos omnes habebat, ut non nisi à filiabus tonderi vellet. Cumq; eas etiam timeret iam grandes, putaminib. nucũ accẽsis barbam adurebat. Fuit hic [vt Corn. Nepos scribit] nullius rei præter quam imperij, cupidus, & ob eius causam crudelissimus, at filius omni uitio inquinatissimus, & ob eius ingentia vitia pulsus Sicilia, in Peloponnesum fugit, & Corinthi ludum aperuit, & pueros docuit, ad taxtam redactus est inopiam. De quo ait Ouid. Ille Syracusia modo formidatus in vrbe, Vix humili duram reppulit arte famem. [Qui Alex. Phe.] Hic tyrannus fuit, cum eius regnum Pelopidas Thebanorum rex inuasisset, & repulsus ab Alexandro cum exercitu fugeret, fortè cadente equo in foueam, captus est, & in uincula coniectus. Sed hunc Epaminondas postea recuperauit bello persequens Alex. cum uero in carcere esset. & multi virtute viri moti salutatum quotidie irent, & multa ille contra tyrannum dissereret, indixit Alexandrum nequis ad carcerem iret, uxor Alex. cupiditate videndi Pelopidæ accensa à marito petijt, vt illum alloqui sibi potestas daretur. Cumq; ad carcerem uenisset: Pelopidas regina cognita: O miseram (inquit) mulierem, quæ tyranno adeo crudeli coniuncta es, multisq; verbis mulieris animum ad mariti perniciem compulit. Facilè autem fuit suadere, quia tyrannus eam nõ fideliter amabat. Discessit illa, & fratres suos quos tyrannus turpiter amabat, consilio eis communicato ad occidendum tyrãnum compulit. Iussit eos in cubiculo delitescere, per fenestram scalarum gradibus receptis, & lana inuolutis ne exaudiri possent, quo tempore ille se quieti daret, quod etiam factum est. Fratres vero quia adolescentes erant, id facinus cõmittere non audebant. Tum illa nisi tyrannum occiditis rem ei indicabo. Venere ergo illi ad lectum, tres autem erant, uxor caput cepit, unus ex fratribus pedes, tertius caput abscidit, & ita quod timebat Alexander euitare non potuit. Pheræ ciuitas Thessaliæ Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiam. Emporium habent Pegasas. Strab. [Scriptum] Apud historicos: Plut. in uita Pelopidæ prolixè hanc refert historiam. [Ex epulis] quibus incalescit Venus. Nam sine Cerere, & Baccho friget Venus [Compunctum notis Thracijs] i. notis more Thracio. Nam notæ fronti inustæ malum, & fugitiuum seruum significabant. Dicimus seruum inscripta fronte, sicuti etiam Martialis [Stipatorib.] Satellitibus, q Alex. corpus stipare, hoc est cingere ad custodiam consueuerant. [Arculas &c.] Scriniola, ab arca diminutiuum. [Stigmaticum] Notis iniustum στίγμα Græcè nota, punctura, στίζω pungo. [Nec cũ fefellit opinio &c.] Quod timuerat id accidit. Nam cum occidit à duobus adiuta fratribus, quos noctu inuolutos lana per gradus scalarum ne sentire tur admisit. [Pellicat⁹] Quia fratrib. abutebatur, & hac indignatione præcipuè concitata ex Thebe ad mariti perniciem. [Nec uero &c.] Non est iteratio eius, quod dixit, sed argumetum intendit. Non eorum modo qui liberam ciuitatem diu seruitio presserunt opes diu non posse multorũ odijs obsistere, sed nec ipsos reges, qui à maioribus suis regnum acceperunt, si se ad crudelitatem cõuerterint, diu in statu, ac imperio manere posse. [Testis est Phal.] Qui regnum Agrigentinæ ciuitatis à maiorib. suis accepit. Fuit hic eruditissimus, quod eius indicant epistolæ, sed admodum crudelis. quod scrib. etiam Lucianus Græcus orator. Perillus faber Atheniensis æneum taurũ ad cruciãdos homines excogitatum cum ad hunc attulisset, primus ipse coactus est nouum cruciatum experiri. Lapidib. ab Agrigentinis obrutus est, historia hoc habet quam scrib. Vale. titulo de fortitudine. Zeno Eleates philosophus præstantissimus Agrigentum miserabili seruitute obrutum petiit, sperans se à tyrãno Phalari uesanæ mentis feritatem diripi posse. Cumq; nihil proficeret, Agrigentinos adolescentes cupiditate liberandæ patriæ inflammauit. Cuius rei cum iudicium ad tyrannum manasset, conuocato in forum populo torquere eum uario cruciatus genere cœpit. subinde quærens quotnam consilii participes haberet, at ille neque eorum quempiam nominauit, sed proximum quenque, ac fidissimum tyranno suspectum reddidit. Increpitansq; Agrigentinis ignauiam, ac timiditatem, effecit, ut subito mentis impulsu Phalarim lapidibus prosterneret. Agrigentum Siciliæ ciuitas, & emporium quondam, meridiem respicit, & Africã. Non procul abest à lilybeo; apud hanc lacus miræ naturæ. Nam quæ nequaquam natabilia sunt illic nullo pacto demergi possunt, [Præter ceteros] Fuit. n. omnium crudelissimus. [Hic noster] Iulius quia paucis trucidatus est. [Quid Maced. &c.] Is Demetrius Antigoni filius fuit, qui Alex fratrem per insidias interfecit, & regnum Macedonicum occupauit. Cũque Asiam occupare bello statuisset à Ptolomæo, & Seleuco, ac Lysimacho fratrib. in Europam reuocatus est, his se adiunxerat Pyrrhus rex Epiri. Qui corrupto Demetrii exercitu, & ipso in fugam acto, Macedoniẽ regnum arripuit. hic est Pyrrhus, qui postea in Italiam traiecit à Tarentinis accersitus. Auctor Iustinus. [Quid Lacedem. &c.] Lacedæmonij relictis Lycurgi legib. crudeles sunt facti, & iniustè populis sibi subditis, ac sociis ciuitatib. imperare cœperunt. Cumq; Græciam inuaderent, & eis Epaminondas magno cum exercitu occurreret, ad Leuctras uicum Bœotiæ pugnatum est. Socij Lacedæmoniorum in media pugna se continuerunt, quasi non ad pugnandum, sed ad spectaculum uenissent, & sic uicti sunt, & Græcia seruitute Lacedæmoniorum Epaminondæ opera, liberata. [Leuctricæ calamitatis] Quæ ingens fuit. [Externa &c.) Cum de crudelitate loquor, libentius externis, inquit, exemplis utor quam domesticis. Quamuis magna diminutio facta est imperii R. postquam ab illa probatissima maiorũ disciplina labi Romanus Senatus cœpit, & à beneficiis ac humanitate qua in subditos, & socios vtebatur, ad iniurias descendere. [Beneficiis] A more, & caritate non ui, & crudelitate. Semper. n. P. R. uictis populis parcebat. Illisq; benefaciebat, & quo ad id fecit eius imperium stabile fuit. Et Virg. inq t: Hæ tibi eruntartes, pacisq; imponere mo dum, Parcere subiectis, & debellare superbus. [Pro sociis] Pro sociorum defensione, si qui eos inuadebant. [Imperio] Vi contra Carthaginienses, & Pyrrhum. Quia uictos conseruabant. [Necessariu] quia sontes puniebant, quos impunitos dimittere utile nõ erat, & propterea supplicio afficere cogebantur, ne dãnum si aliter facerent, sequeretur. [Regum] omnes reges, & populi uexati ad senatum uelu ti ad portum, & refugium confugiebant. [Nostri autem &c.] Studebant proconsules, prætoresque qui ad gubernandas prouincias omittebantur eam laudem reportare, ut dicerent commissos sibi populos integrè, & benè gubernasse. Imperatores etiam, qui ad defendendas prouincias mitti solebant, eandem laudem reportare conabãtur. [Patrocinium] Patroni enim erant uerius eorum quos uicissent quã domini, solebant, qui uicerant aliquam ciuitatem, eius patroni Romæ fieri, ut Marcelli Siculorum. [Sensim] Cœpit hæc consuetudo paulatim minui. [Desitum est enim] Reddit causam quare post Syllæ uictoriam disciplina rectè tractandi, & gubernandi socios amiserit P. R quia postquam tam crudelis in suos fuit Syllæ, & Romani ciues inter se tanta crudelitate usi sunt, uisum est licenter posse in alios crudelitatem exerceri, & reuera qui in suos impius, & inhumanus est, quomodo ab alienis abstinebitur. [Ergo in illo &c.] Honesta causa fuit Syllæ belli gerendi contra Marium, Cinnam, ac Sertorium, seditiosos, pestiferosque ciues, sed uictoria inhonesta fuit, quod Cice. declarat. Cum enim pro patria arma sumpsisset, postquam uicit, in eos grassatus est, qui nullam patriæ iniuriam fecerunt, sed tantummodo, quoniam amicitia, aut sanguine, aut alia quauis necessitudine hostibus coniuncti erant. Sal. quoque de Sylla sic ait: Nam Sylla recepta armis repu. bonis initij malos euentus habuit. In delictorum numero, hospitalitates, & amicitiæ, & collocationes, vel dantis, uel recipientis ponebantur, uel si quis promptitudinis, aut contubernij in itinere deprehensus fuisset. quæ omnia circa diuites asperius etiam exigebantur. & non quia ui aliorum bona in suam potestatem conuerterat, non solum ad singulos Sylla, sed etiam ad ciuitates se conuertit, quas uarijs rationibus puniuit. Auctor Appianus. [Honestam causam] Quia pro optimatibus, & patria defendenda, arma sumpsit contra improbos ciues. [Non h. ui.] Quia sæuiit contra innocentes. [Est enim ausus] Cum bona ciuium Romanorum uenderet, ausus est dicere se sua uendere,

re,quia vi aliorum bona in ſuam poteſtatem conuerterat.[Haſta poſita]Haſtę ſubijciebant ea quæ publicè vendebant, quia ſignum præcipuum eſt haſta. Nam Carthaginienſes dum bellum vellent,haſtam Romam miſerunt, & Romani fortes viros haſta donarunt,auctor Pompeius.[Secutus eſt qui &c.] Cæſarem aperte ſigillat.Sylla inquit cauſam honeſtam habuit, ſed turpem uictoriam hic uero ſ.Cæſar cauſam habuit fœdam, & uictoriam fœdiorem.[Non ſolum ſingulorum]Sicut Sylla, & declarat quomodo fœdior victoria fuerit.[Vno calamitatis genere]Pari enim calamitates,& ciues,& prouincias uexauit.[Itaque uexat.] Cum vexaſſet ceteras nationes, & perdidiſſet, ad extremum amiſſum eſſe R. imperium, & in poteſtatem ſuam redactum oſtendere uoluit. Nam Maſſiliam depictam in triũpho portari uoluit.cum legib.cautum eſſet ne de ſocijs,& amicis ciuitatibus Imp.Rom. triũphare poſſet. Maſſilia ciuitas eſt Narbonenſis Galliæ ad hoſtium amnis Rhodiani ſita, de qua plura Str.Phocenſes condiderunt temporibus Tarquinij regis, ij Tiberis oſtio inuecti,amicitiam tunc cum R.iunxerunt, quã omni tempore illæſam,inuiolatamq. ſeruarunt. [Vexatis] Afflictis.[Euerſis]Ad nihilum redactis [Ad exemplum amiſſi imperij]Nam cum contra legem fieret & de amica ciuitate,& ſocia triumpharetur,ſignum erat amiſſum eſſe imperium.[Sine qua]Semper.n.quibuſcunque reb.potuit Rom.iuuit imperiũ. [Iure igitur &c.]Iure inquit patimur hæc mala,& punimur, & rationem ſubiungit [Multorum]vt Syllæ,Marij,Cinnæ & aliorum,qui ſocios,& ſubditos uexarũt,cum prouincijs præeſſent, vt Verres,Antonius,Dolabella.[A quo quidem]Hereditas bonorum Cæſ.ad paucos uenit, quia paucos bonorum ſuorũ reliquit hæredes,Octauium, & ceteros, quos Tranq enumerat. [Ad m.]Qui cupidi fuerunt, ut Cæſ. & ſua illis quorum erant bona eripuerunt.[Nec uero unquam &c.]Dicit nunquàm bella ciuilia defutura, donec meminerint homines illius haſtæ ſub qua primus Sylla bona uendidit Rom.ciuium, & innocentium,& trucidatorum.ideoq; cruentam haſtam dicit. [Et ſperabunt]Vt aliena conſequantur bona, Quod duorum exemplo probat,L.Syllæ,& Cornelij ſcribæ, qui utranque fouerunt dictaturam,& cædium rapinarumq. utriuſque ſocij fuere Cic. Phil.8 Haſtam Cæſaris Patres Conſcripti multis improbis, & ſpem affert,& audaciam. uiderunt.n. ex mẽdicis fieri repente diuites. Itaque haſtam ſemper cupiunt uidere ij qui noſtris bonis imminent,quibus omnia pollicetur Antonius.[Quã P. Sylla]Atque propinquum hunc & gẽtilem L. Syllæ dictatoris Cic. laudat accuſatum quod cum Cæſ.coniuraſſet. Defendit n. oratione quæ habetur,dicens: At uero in illa graui L.Syllæ uictoria turbulentaq;.Quis P.Sylla mitior?multorum hic uitam à L. Sylla deprecatus eſt &c. Sed ut defendens ſic laudat Cic. & tempori ſeruit, hic uera dicit, & rapinas accuſat, haſtamque cruentam quam uibrabat,cum L.Sylla propinquus ſuus dictator eſſet.Sed adhęſit poſtea Cæſ.& ut,egerat prius,rapinis operam dedit.Tranq.auct.eſt,Cæſ.priuſquàm ædilitatem iniret,cũ M.Craſſo conſulari,P.Sylla,& L. Antonio coniuraſſe, ut principio anni Senatum adorirentur,& trucidatis quos uellent, Dictaturam Craſſus inuaderet,ipſe ab eo magiſter equitum diceretur,& Syllæ,& Antonio cõſulatus reſtitueretur. [Vibraſſet] Mouiſſet haſtam, hoc eſt bonorum vẽditionem,quia particeps fuit.[Dictatore propinquo ſuo]Sylla 36 anno poſt.n. m 36.anni fluxerunt,ex quo Sylla mortuus erat. [A ſceleratiore haſta non receſſit] Quia ſecutus eſt Cæſ. cuius haſta fuit ſceleratior fuit Cæſ. qui nullam habuit honeſtam cauſam gerendi bella ciuilia,& bona ciuium ſub haſta uendendi, ac omnia diuina,& humana uiolandi [Alter qui]Cornelium intelligit,qui in dictatura Syllæ ſcriba fuerat.tempore uero Cæſ. quæſtor Vrbanus. [In illa dictatura Syllæ] In hac Cæſ. dictatura meminit huius Cornelij Sal. in orat. Lepidi, quæ ex hiſtorijs Saluſtianis habetur his uerbis Sed quia non aliter ſalui ſatis, atque tuti imperio erimus niſi Vectius Picens, & Cornelius ſcriba bene parata prodegerint &c [Quæſtor urbanus]Qui publicas colligebat pecunias, ut is qui nunc theſaurarius dicitur P. Syllæ in cõment. meminit ipſe Cæſ. [Ex quo &c.]Cum res ita habeat.[Propoſitis præmijs]Nullum enim ſcelus adeo ingens eſt,quod non aggrediantur homines,ſi præmium illis propoſitum fuerit [Itaque parietes &c.]Ergo ad id iam redacti ſumus,ut tantummodo integra mœnia urbis aſpiciamus. Nam omnis libertas, omnis dignitas. P. R. ſublata eſt. [Extrema ſcelera &c.] Quia metuunt ne incendio, aut alia quauis magna ui corruant. [In has clades] Vt ceteris amiſſis vix mœnia maneant. [Redeundum ad propoſitum]Verum eſſe,quod ſupra diximus,metu diu imperium teneri non poſſe.[quæ ſi P.R.]Argumentum eſt à maiori Si Pop.inquit R. cuius tã latè patebat imperium, ſtare nõ potuit metu, quid ſperare poſſunt ſinguli,ſe metu durare poſſe?imperium quidem R. tantum fuit,ut nullum ei cõferri magnitudine poterit, quod ergo tanto imperio accidit,id multo facilius alijs accidere poſſe credendum,eſt,ſi metui potius,quã amari uoluerunt, [quod cũ perſpicuum ſit &c.]Probauit Cic. hominum ſtudia melius, & facilius caritate comparari poſſe quam metu, nunc docet quomodo hanc ipſam caritatem conſequi poſſumus.non.n.ſatis eſt, quod ſæpe diximus quid agendum ſit oſtendere,niſi etiam quo modo agendum ſit patefacias.[Perſpicuum]Apertum, & manifeſtum ex his, quæ ſupra diximus.[Vim magnam]Ad ſtudia hominum allicienda, ad incolumitatem,& perpetuitatem. [Imbecillem] Cũ eorum qui metu dominantur,potentia eſſe diuturna nõ poſſit. [Cum honore]Vt homines non colant,& obſeruent.[Fide]Vt nobis credant,& fidem adhibeant,vt nobis confidant.[Sed ea non pariter &c.] Antequam præcepta tradat quibus hanc beneuolentiam,& per caritatem parare poſſimus,id præmonet,ut intelligamus non omnes pari beneuolentia,& caritate egere,& omnes quidem eas deſiderare, ſed alios plus,alios minus,ut principes magis indigent,quàm priuati, cum utrique indigeant amore, & caritate. [Pariter] quantum ad magnitudinem,nam cum omnes indigeant, alijs plus,alijs minus,opus eſt. [A multis]Vt principi opus eſt à multis diligi,priuato à paucis. [Certum hoc ſit &c.]Hoc,inquit,indubitatum eſt (ſiue paucis, ſiue multis amicis egeamus) dandam eſſe operam, vt fidos habeamus amicos,nos ament,& noſtra mirentur,ut.ſ.nos colãt, & obſeruent,quod faciunt, qui alicuius res, & bona præſertim animi mirantur.[Hæc una res eſt]Caritas, & beneuolentia, & ut fidos amicos habeamus, tam priuati,quàm principes operã dare debent,licèt illi plures habere amicos ſtudere debeant, ij pauciores,utriq; tamẽ ſimiliter fidos habere ſtudeant. [Honore]Vt honoretur. [Gloria] Vt ex ſtudio ciuium conſequatur magiſtratus,& honores, quibus rectè adminiſtratis gloria ſequitur.[Non omnes ęquè egent]quia ſi quis rép. adminiſtrat, & magiſtratum gerit,ei plus honoris,& gloriæ debetur, quàm iis qui priuati ſunt,licèt præſtãtes uiri,& cari multitudini [Ad cetera]Vt ad auctoritatem, quoniam quanto maior gloria alicuius fuerit, tanto maior eius erit auctoritas. Hæc ſuppetunt honor, & gloria.[Ad amicitias cõparandas]Omnes.n.illis amici ſtudent fieri, quorum gloria excitata eſt nõ mediocris.[Sed de amicitia &c. Quoniam ſequebatur, ut de amicitia diceret, quam comparandam omnibus eſſe dixit, ideo de ea nolle nũc diſſerere inquit,quoniam uno libello, qui Lælius inſcribitur, de Amic.tractauit.Lælius autem inſcribitur de nomine diſputantis Lælij.Duo libri,qui non extant.[Sed attingamus]quamuis duos libros de ea ſcripſerimus.

RERVM omnium] Oſtendit nil utilius,quàm amari. Ordo eſt: autem pro ſed, nec quidquam omnium rerum.i.inter omnes res,eſt aptius ad tuendas.i protegẽdas,& tenendas opes quam diligi,nec alienius,quàm timeri.i formidari. Ennius poeta ille Latinorum antiquiſſimus præclare ſup.dixit ſup. homines oderunt eum, quem metuunt, & quiſque expetit.i.concupiſcit eum ſup.quem odit.i.odio perſequitur,perijſſe.i.nõ eſſe. Autem pro ſed,cognitũ eſt nuper.i ſuperioribus annis ſi ſup. fortè fuit ignotum.i.ignoratum antea, nullas opes poſſe obſiſtere i.obſtare odijs multorum Vero, pro ſed, nec ſolum interitus i.mors huius tyranni .i. C. Cæſ. quem ciuitas. ſ. Roma pertulit ideſt uſque ad mortem eius paſſa eſt, exiſtens oppreſſa armis ipſius Cæſ. declarat quantum odium hominum ualeret ad peſtem.i.ad mortem ſubitam,ſed ſup. etiam ſimiles exitus reliquorum tyrannorum ſup.declarat illud,quorum .ſ. tyrannorum haud quiſquàm.i.nullus ferè effugit,i.euitauit per fugam ſimilẽ interitum,qualẽ.ſ Cæſ.paſſus eſt,quia ut dicit Iuuen.Ad generum ceteris &c.uide Mar.Enim,pro quia,metus.i. formidatio paſſiua,eſt malus cuſtos diuturnitatis.i.lõgę durationis. que pro &. contra.i. contrario beneuolentia eſt ſup.cuſtos diuturnitatis, uel.i. etiam ſup. vſq; ad perpetuitatem. Sed ſæuitia.i.rigida dominatio eſt adhibenda ſane his,qui ui coercent.i.ſubiectos tenent oppreſſos imperio .i. qui ſubiugati, & capti ſunt,ut.i.verbi gratia ſæuitia ſup. adhibenda etiam heris .i.dominis priuatis in.i. aduerſus ſeruos, ſi ſup. ſerui non poſſunt

Maſſilięſes tẽpore Tarquinii regis iũxerũt amicitiã cũ Romanis, quã ſemper ſeruauerũt.

sunt teneri aliter.s.quam per rigorem sæuitiæ. Vero pro sed, nihil potest esse demētius.i.insanius, & contra bonam mētem his, qui instruunt se ita in ciuitate libera, ut metuantur. Enim pro quia, quamuis leges sint demersæ.i. oppressę sublatæ opibus.i.potentiis, alicuius, quamuis libertas sit tremefacta.i.tremore confecta, tamen hæc.s.dicta, hoc est leges, & libertas, emergunt.i.iterum apparent, & conspiciuntur in vigore aliquando, aut tacitis iudiciis quibus oppressores tacitè condēnantur à populo in animo obmurmurante, aut occultis suffragiis.i.electionibus fauorabilibus de honore. s.illi adimendo, & alij dando. Morsus.n. libertatis intermissæ.i.ad tps sublatæ, & interceptæ, hoc est quos habent amatores libertatis, sunt acriores.i.vehementiores quam sup.libertatis retentæ.i.quam habeant, qui libertatem retinent, quia caritas rei magis in dissensione, quā possessione apparet. Igitur amplectamur id, quod latissimè patet, neq; solum.i. non solum ualet ad incolumitatem.i.bonam ualetudinem, sed ualet etiam plurimum ad opes, & potentiā, hoc est faciamus.s.ut metus absit, & sup. ut caritas.s. qua ceteris cari sumus, retineatur. & nos consequemur.i.impetrabimus ita.i.hoc modo, facillimè ea quæ uolumus, & in priuatis.i.suis cuiusq; rebus, & in rep. Etenim ij sup. qui uolent se metui, necesse est, ut ipsi metuant eosdem à quibus metuuntur. Enim pro quia, quid censemus.i.iudicamus, aut putamus superiorē.i.priorem (duo.n.fuerunt) illum.i.notissimum Dionysium tyrannum.s.quo cruciatu timoris.i. quem passus est in animo ex timore solitum sup. esse, angi.i. angustiari, & opprimi, qui metuens cultros tonsorios.i. quibus tonsores tondendo capillos utuntur. Illis.n.temporibus erat supercilio breuior coma, barbam autem nec græci adhuc radunt, ideo dicit, quam metuēs cultros non rasorios sed tonsorios adurebat.i.adurendo abbreuiabat sibi capillos.i. capitis pilos carbone candenti.i. incenso. Quid sup.censemus Alexandrum Pheræum.i.tyrannum Pheraeum ciuitatis in Thessalia. quo animo arbitramur sup. eum uixisse? qui.s.tyrannus, ut legimus scriptum, cum.i.quamuis diligeret admodum.i.valde multum Theben uxorem sup.suam, tamen ipse ueniens ad eam ex epulis.i.post epulationem in cubiculum, iubebat barbarum.i. quendam satellitem externum, & barbarum non græcum, & eum.i. eundem, ut scriptum est, compunctum.i. notum notis.i.punctis Thracijs.i. more gentis Thraciæ, anteire.i.præcedere gladio districto.i.cum ense euaginato, q; pro &, præmittebat de suis stipatoribus s.satellitibus, & custodibus corporis sui, qui perscrutarentur arculas muliebres, & exquirerent.i.rimarentur, & inuestigarent, ne quid.i.aliquid telum.i.aliquis mucro, aut culter, qui de longe inuadi posset occultaretur, uestimentis.s.coniugis suæ. O miserum sup. hominem qui putaret, & barbarum, & stigmaticum.i.stigmate, & puncto insignitum, ac notatum fideliorem esse quam coniugem. Nec opinio fefellit.i. tenuit in errore eum. Enim pro quia, ipse s.Alexander Pheræus est interfectus ab ea.s. coniuge sua, propter suspicionem pellicatus.i.quia suspicabatur habere pellicem.i.adulteram, à qua de proprio thalamo pelleretur. Vero pro sed, nec ulla uis imperij est tanta, quæ possit esse diuturna metu premēte.i.dum metus premit. Phalaris tyrannus Agrigentinorum testis est, cuius crudelitas est nobilitata.i.notificata præter cæteros, qui non interijt ex insidijs, vt hic Alexander quem dixi modo.i. paulo ante interijt ex insidijs uidelicet vxoris, & qui non interijt à paucis sup. interfectus, ut hic noster, uidelicet C. Iulius Cæsar, sed in quem tota multitudo Agrigētinorum fecit impetum. Quid Macedones sup. fecerunt? nonne reliquerunt Demetrium regem.s. suum tyrannizantem, & uniuersi contulerunt se ad Pyrrhum? q.d. maximè. Quid Lacedæmonij imperantes iniustè? Est autem modus interrogandi per quid, nec plena est constructio, sed potest suppleri dicendo sup. passi sunt, aut quid aliud, nonne omnes ferè socij.i. cum eis federati deseruerunt repente sup. eos? nisi dicamus quid sup.vis dicam, nonne omnes ferè socij deseruerunt repente Lacedæmones imperātes iniustè? & præbuerunt.s.socijs se ociosos.i.nō bellātes cū Lacedæmoniis spectatores calamitatis Leuctricæ i. quā Lacedemonii acceperunt apud Leuctrā oppidū Beotiæ. Ego recordor.i.memoro libentius in tali re.s. tyrānica extra sup. exempla, aut res siue externas, quam domestica, uerum tamen quamdiu imperium tenebatur pro beneficiis.i. per beneficia, non iniuriis.i. non per iniurias, & bella gerebantur, aut pro sociis, aut de imperio, & exitus bellorum erant, aut mites, aut necessarii, quia non nisi inuiti quemadmodum uictum occidebant. Senatus sup. Romanus erat portus, & refugiū regum, populorum, & nationum. Autem pro sed, magistratus.i.ij, qui in magistratu erant, que, pro &, Imperatores nostri studebant capere maximam laudem ex hac una re, si uidelicet deffendissent prouincias, & socios, æquitate, & fide. Itaque, idest, & ita, illud.s. Rom. imperium, poterat nominari uerius patrocinium, idest commune auxilium orbis, idest totius mundi, quam imperium, quia magis studebāt patrocinari, quam imperare. Nos minuabamus sensim.i.paulatim iā antea.i.ante hanc tempestatem hanc consuetudinem, & disciplinam, vero pro sed, nos amisimus supp eam penitus post uictoriam Syllæ. Enim pro quia, quidquàm, idest, quodcunque genus contumeliæ, aut iniuriæ desitū est, idest desijt uideri iniquum, in, idest aduersus socios, tum, idest quando quidem tacita crudelitas quātum Sylla exercuit extitisset etiam in ciues. Ergo uictoria non honesta, idest inhonesta, secuta est in illo s. Sylla causam honestam, quia pro honesta causa susceperat bellum, sed inhonesta usus est uictoria. Est.n. ausus dicere se uendere prædam suam, cum uenderet bona, & idest simul bonorum uirorum, & simul locupletū, & certè ciuium, scilicet Romanorum, & hoc hasta posita, idest erecta in foro per modum uenditionis prædarum, quæ sub hasta uendebantur. Secutus est, scilicet Cæs. qui in causa impia, quia contra remp. & In uictoria esset fœdiore, in qua boni uiri, & reip. defensores trucidati sunt, non solum publicaret bona singulorum ciuium, sed comprehenderet uno genere calamitates, idest dominatione tyrannicas, & libertatis ablatione, uniuersas prouincias, & regiones. Itaque, idest, & ita nos uidimus ad exemplum amici imperii Massiliam ciuitatem illā Galliæ ferè antiquissimā in ea regione, quā prouinciam adhuc uocant, & ita accipit continens pro contentis. aut dicamus Massiliam, idest, imaginē eius urbis portari in triumpho, & hic ex eris.i.non confœderatis nationibus uexatis, idest primum uehementer molestatis, & perditis, deinde.s. Et nos uidimus triumphari, idest triumphos duci, ex ea urbe.s. Mas. sine qua, idest sine cuius auxilio nostri, idest Rom. Imp. nunquam triumpharunt ex bellis Transalpinis, idest trans, & ultra alpes gestis Prætereа, idest præter hæc dicta, commemorarem multa nefaria.i. fari indigna in socios, scilicet facta, si Sol uidisset quicquam indignus hoc uno, quod, scilicet de tali ciuitate tam fida à Rom. Imperio triūphatum est. igitur quia, scilicet talia permisimus nos plectimur iure.i. merito. Enim pro quia, nisi tulissemus, idest perpessi essemus, & tolerassemus scelera multorum impunita tanta licentia, idest talia faciendi, nunquam peruenisset ad unum, scilicet C. Cæsarem. A quo uno, scilicet C. Ces hæreditas quidē rei familiaris, idest domesticæ venit ad paucos, scilicet L. Pis. C. Oct. L. Pin. & Q. Pedium, quos Cæs. principales hæredes instituit, & hæreditas cupiditatum uenit ad multos improbos. Nec uero semen, & causa bellorum ciuilium deerit unquam, dum, idest quando homines perditi meminerint, idest recordabuntur, & sperabunt, sup. posse constituere illam hastam cruentam, quam P. Sylla cum uibrasset, idest mouisset quatiendo dum eam in foro statueret dictatori suo propinquo, idest Cæsari, qui de Syllæ progenie erat, idem, scilicet dictator Cæsar nō recessit ab hasta sceleratiore, idest iniquiore post, scilicet illam uibrationem.6.& 30. anno, idest spatio 36.annorum. Aut pro sed alter, scilicet Cornelius, qui fuerat scriba in illa dictatura, scilicet Syllæ fuit quæstor urbanus in hac, scilicet dictatura Cęsaris. Ex quo debet intelligi bella ciuilia nunquam defutura, talibus præmiis, scilicet bonorum, & diuitiarum, propositis, scilicet constitutis, aut permissis uictoribus. Itaque, idest ita parietes urbis stant modo, & manent, q.d. nihil derelictum esse in rep. præter parietes urbis, que pro &, ij ipsi.i. columen in tota rep. præter parietes extrema scelera eorum, scilicet parietes iam sup. sunt metuentes extrema scelera eorum, qui in patriam suam sęuituri etiam muros urbis emolientur, & diruent. Verum pro sed, nos amisimus penitus remp. atque incidimus in has calamitates, dum maluimus, idest magis voluimus metui, quam cari esse, & diligi. Enim pro quia, redeū dum est ad propositū, hoc per parenthesim infert C.c.q.d. postquam diu uagati sumus, redeundum est ad propositum. Quæ calamitates si potuerunt accidere P. R. imperanti iniustè, quid debent singuli putare? hoc est si totus populus propter iniquum imperium in calamitates incidit, uerisimile est unumquodq; iniquè imperare conantem in maiores casurum esse. Quod cum sit perspicuū, idest euidens, uim beneuolentiæ esse magnam, & metus sup. uim esse imbecillem, sequitur, idest cōsequens

sequens est, vt disseramus.i.discutiamus quibus rebus.i.per quas possimus adipisci facillimè cum honore, & fide etiam caritatē.i.dilectionem quam uolumus, sed non egemus omnes pariter .i. consimiliter, & æqualiter, ea.s. caritate.i. non expedit ęqualiter nobis omnibus, vtq; plurimis cari simus. Nam accommodandum est.i.commodè adhibendum est, ad uitam cuiusq; institutam.i.inchoatā, ne pro an opus sit sup.ipsum diligi à multis, an satis ipsum diligi à paucis. Igitur hoc sit certum, & id quidem primum, & maximè necessarium nos habere fidas familiaritates amicorum amantium nos, & mirantium.i.imitari dignantium nostra sup. facta. Hæc.n. res est prorsus vna, ut non differat multum inter summos mediocres uiros, & est cōparanda.i. æqualiter acquirenda, propemodum.i. quasi utriusque.i. summis, & mediocribus uiris. Non omnes egent fortasse æquè.i. æqualiter honore, & gloria, & beneuolentia ciuium, sed tamen si hic.s. honor, gloria, & beneuolentia ciuium suppetunt, idest satis abunde sunt cui, scilicet alicui, adiuuat (impersonaliter dicit) idest prodest cum ad cæteram.i. cum uerū sit, quo ad cæteras res, tum potissimum verum est quo ad amicitias cōparandas.i.conquirendas. Sed alio lib.dictū est de amicitia, qui inscribitur.i.(quod imperite dicitur) intitulat̄ Lelius. Dicamus nunc.i.in hoc libro de gloria, quanquam duo quoq; libri nostri sunt de hac re.i. gloria, sed ij libri perierunt temporum incuria, sed attingamus.i. modicum dicamus de gloria, quandoquidem.i. quoniam ea.s.gloria adiuuat plurimum in administrandis rebus.

ARGVMENTVM.

Tribus maximè adduci multitudinem, ut honore dignum aliquem ducat: Beneuolentia Fide, & Admiratione.

SVmma igitur, & perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo: si fidem habet: si cum admiratione quadam honore nos dignos putat. hæc autem si est simpliciter, breuiterque dicendum, quibus rebus pariuntur à singulis, eisdem fere à multitudine. sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in vniuersorum animos tanquàm influere possimus.

PETR. MARS. SVmma igitur, & perfecta gloria] Ponit Cic. tria ex quibus perfecta gloria constat, de quibus disputabit. [Si habet fidem] Credit, & auctoritate ducitur, & bonitate. [Hæc autem] Diligi à multudine, quod fides habeatur, & quod quis dignus honore putetur. [Si est] simpliciter breuiterq; dicēdum, parenthesis, si uolumus, inquit, simpliciter, & breuiter dicere. [Simpliciter] Pure, & sine ambage uerborum, quibus rebus, qua via, qua ratione supradicta comparantur. [A singulis, & à multitudine [Iisdem, inquit rebus, & à multitudine, & à singulis beneuolentiam nobis comparamus, tamen est aliqua differentia, cum.s. uolumus à multitudine uideri fideles, & habere ea quæ alios ad amorem alliciūt, aliter in animos multitudinis influendum est, quam singulorum hominum. [Pariuntur] Comparantur. [Aditus] Ingressus ad comparandam beneuolentiam multitudinis. [Tanquam influere] Translatio est, quia quemadmodum influit aqua, sic uerba debent influere.i. ingredi in animos auditorum, & difficile est mouere multitudinem, quoniam non iisdem rationibus omnes mouentur. Vnde opus est uaria atq; diuersa inculcare, ut omnes ad affectum moueamus. ideo dicit alium esse aditum ad multitudinem.

FRAN. MAT. SVMMA igitur &c.] Danda est ergo opera, ut hæc tria adsint quo ueram gloriam consequi possimus. Quæ sic à Cic. diffinitur. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. [Simpliciter] sine diuisione. [Breuiter] sine circuitione. [Hæc] Tria inquit, quæ dixit quibus rebus comparantur à singulis iisdem à multis. [Sed est alius &c.] Est aliud, inquit, quo possumus hominum beneuolentiam comparare, ut populum ludis delectare.

ASC. SVMMA agitur, & perfecta gloria] Ostendit perfectam gloriam ex tribus constare. Ordo autem est. Igitur quia.s. de gloria dicere constitui, uidelicet summa, & perfecta gloria constat ex his tribus, si multitudo diligit sup. nos, si habet fidem nobis, & si putat nos dignos honore, cum quadam admiratione. Autē pro sed, (si dicendū est simpliciter, & breuiter de rebus, hoc est si licet paucis dicere) hæc.s.tria dicta pariuntur.i.acquirūtur eisdem fere rebus à multitudine, quibus rebus pariuntur à singulis, sed est quoq:.i. etiam quidā alius aditus.i. accessus ad multitudinē, vt possimus tanquā influere.i.abunde, & leniter illabi in animos uniuersorum, ita ut uniuersi nos admirentur, & diligant.

ARGVMENTVM.

Quæ res homini multitudini beneuolentiam concilient.

AC primum de illis tribus, quæ ante dixi, beneuolentię præcepta uideamus. quæ quidem beneficiis capitur maximè. secundo autem loco benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam si res fortè non suppetit. uehementer autē amor multitudinis commouetur ipsa fama, & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumque earum uirtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod decorum, honestumque diximus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura, & specie sua commouet; maximeque quasi perlucet ex iis, quas commemoraui, uirtutibus, iccirco illos, in quibus eas uirtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Atque hæ quidē sunt causæ diligendi grauissimæ; possunt enim præterea nonnullæ esse leuiores.

PETR. MAR. AT primum] Nunc resumit primam partem illarum trium, ex quibus constat gloria, & quibus rebus beneuolentia multitudinis comparatur docet. [Illis tribus] si diligit multitudo, si fidē habet, & si honore dignos putet. Præcepta beneuolentiæ dicamus, quibus rebus beneuolentia multitudinis comparetur. [quæ Beneuolentia. [Capitur] Comparatur. [Beneficijs] Conferendo beneficia in alios, & exercendo liberalitatem, & magnificentiam. [Secundo loco] .s. non possumus, inquit, beneficia conferre, & illis aliorum beneuolentiam demereri, nisi habeamus beneficam uoluntatem, ut intelligat multitudo non deesse nobis animū liberalem, sed facultatem, qua liberalitate possemus uti. [Benefica uoluntate] quoniam non solum spectatur res ipsa quæ datur, sed etiam uoluntas, ut supra dictum ex sapientia Arist. cum de liberalitate dicebatur. [Etiam si res] quam dare uellemus, & facultas donandi. [Non suppetit] Non adest nobis, ut benefici, & liberales esse possimus. Itaq; dicit Sen. non, quod fiat, aut, quod detur, refert, sed qua mente, quia beneficium non in eo, quod fit aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo. [Vehementer autem] Ponit ea quibus amor multitudinis maximè commouetur, liberalitatem, iustitiam, & fidem. [Fama] Liberalitatis si fama est aliquem esse liberalem, & homines ita opinātur esse iustum beneficum, & fidum. [Beneficētia] quæ non tantum in pecuniis, ut liberalitas, sed etiam in alijs rebus consistit. philosophus in 4. Eth. agens de liberalitate sic ait, Liberales homines maximè amantur. prosunt.n. at id in dando consistit. [Fidei] quod non decipiat aliquem, & iustus, deniq; māsuetus, & facilis, ista inquam, ad se multitudinem alliciunt. [Etenim] Ratio quare multitudo mouetur uirtutibus supradictis, quoniam ipsum decorum, & honestum, sua pulchritudine mouet animos hominum, & illud decorum maximè manat à iustitia, fide, liberalitate, & mansuetudine, & facilitate, hæ quippe uirtutes bonum uirum attingunt. Vnde in j. dixit colendum esse quenque maximè, ut quisque his uirtutibus lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, & iustitia, quoniam fortis animus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior plerūq; est. has igitur uirtutes leniores magis amabat multitudo, & in primis liberalitatem, quæ sola Cæsarem ad perpetuam dictaturam perduxit, largitionibus conciliata sibi

sibi multitudine. [Remur] Arbitramur [Grauissimè] Efficacissime,& magni ponderis atq; momenti. [Præterea] insuper, & vltra causas prædictas quæ sunt grauissimæ. [Leuiores] Non tanti pôderis,vt si aliquid fecerimus,quod multitudini placeat.

A C primum] De singulis dicit quomodo caritatem,& beneuolentiam comparare possumus, & primo ostendit quomodo beneuolentia comparatur. Amicitia multis causis appetenda est primum,quia virtus,vel cum virtute. Nam Arist. ait: Amicitia est virtus quædam, vel cum virtute,omnis virtus est habitus electiuus,ergo amicitia eligenda , & appetenda est cum sit uirtus. Est etiam res summè necessaria in uita;& priuatim, & publicè.sine amicis.n.nullus eligeret uiuere, etiam si possideret cũ cta alia bona. Diuites qui omnium rerum abundantia affluũt, si sine amicis essent,nihil illis prodessent diuitiæ , cum non haberent quibus benefacerent.omnis fortuna,siue secunda, siue aduersa amicis indiget,potentes sine amicis custodiri seruariq; non possent , cum quanto plura illis sint tanto magis periculo subiaceant.Miseram fortunam nemo est qui dubitet amicos desiderare. Nam in paupertate positi calamitatibus unicum putant in amicis esse refugium,omni ætati conuenit , senibus, adultis,iuuenibus. Senibus ut auxilio sint , & eorum adiuuent imbecillitatem,adultis vt ad recta perducant studia,iuuenibus, ut ab erroribus prohibeant publicè,utilis est amicitia, nam bonum ciuile conseruat.vnde ait Historicus: Concordia paruæ res crescunt,discordia maximè dilabuntur hinc etiam legum latores magis circa concordiam student,quam circa iustitiam,quæ necessaria non esset,si omnes amici essent.hoc dixi,ut cognoscatis Cic.non sine ratione de amicitia dicere.[Beneficijs maximè] Beneuolentia,& amor in tres species diuiditur,sicut etiam causæ amoris tres sunt,una causa est simpliciter bonũ , sed triplex bonum est, bonum utile, bonum delectabile,bonum honestũ. Amicitia propter utilitatem,& propter delectationem , & propter virtutem appetitur, sed pessima causa optima est. Amicitia propter vtilitatem non est propter se, sed propter aliud, eodem modo,& propter delectationem , quamuis sit propter se magis,nam utile non est finis amicitiæ,sed aliud quo ad finem peruenit, quia propter utilitatem appetitur amicitia , eodem modo propter delectationem. Nam cum utilitas siue delectatio discesserit, statim amicitia dissoluitur,cum id tollitur cuius causa amicitia contracta est,ergo quæ propter delectationem, siue utilitatem amicitia conflata est, suis causis dissolutis, statim,& ipsa dissoluitur,at uero propter virtutem , non ita contingit. Nam uirtus stabilis est,& firma ac nunquã discedit, igitur amicitia propter uirtutem conflata,semper manet[Beneficijs]quoniam beneficia,& utilitates sunt propter quas ad amicitiam peruenitur[Benefica uoluntate] sed hoc magis appropinquat uirtuti,cum aliquem amamus , ei aliquid bene facere studemus; etiam si facultas non sit,tamen hæc uoluntas meretur, ut ab eo diligamur , qui à nobis nullum beneficium accepit, quia uoluntas benefica est accipienda pro beneficijs. Nam aliquis potest benefacere alicui etiam inuitus.satius n.est,ut velit benefacere etiam si non posit , quàm quis benefaciat inuitus, quia uoluntas iudicatur,non beneficium.[Si res fortè non sup.]ut beneficium facere posimus, cum adsit uoluntas benefaciendi. [Vehementer autem amor multitudinis commouetur &c.] Dixit beneuolentia non æqualiter omnes indigere , ideo docet nunc quomodo principes posint beneuolentiam , & caritatem multitudinis comparare. [Ipsa fama , & opinione &c.] etiam si non ita esset, tamen opinio satis ualet ad beneuolentiam comparandam.[Liberalitatis beneficentiæ &c.]Differunt liberalitas ,& beneficentia . Nam liberalitas ad animũ pertinet: Beneficentia uero ad rem ipsam.Nam qui natura beneficus est,liberalis dicitur,at uero qui non natura solum , sed re ipsa,beneficus uocatur. [Iustitiæ,fidei] Bene utraq; coniunxit,nam fides est iustitiæ fundamentum. ubi.n.fides nõ fuerit, ibi iustitia esse non poterit. [Omniumque earum] Vt modestia,temperantia,continentia,abstinentia. Nam his uirtutibus magis allicitur ad amandum aliquem,quam vel prudentia,vel fortitudine. Nam cum prudens est, aliquando est superbus , & quum fortis est , aliquando est arrogans. At uero quem abstinentem , fidelemq; uidemus, & iustum , facere non possumus quin eum semper diligamus. [Illud ipsum &c.] Maximè decorum perspicitur in uirtute, quę modestia dicitur,& diuiditur in modestiam, abstinentiam, temperantiam,& continentiam[Natura sua]Sui ipsius etiã si ab alio hæ honestẽtur. [Specie] Pulchritudine, in quo.n. has uirtutes uidemus non possumus eũ non amare. [Ex his quas commemoraui uirtutibus] Iustitia , fide,temperantia,facilitate.[Præterea]Præter has causas ut delectabile bonum ,cum aliquem diligimus, quod uoluptati nobis sit.[Icirco illos &c.]Natura ipsa,inquit,nos impellit,ut eos diligamus in quibus hæ uirtutes fuerint,quæ magis apparent, uidelicet modestia,& temperantia,& continentia.

Concordia paruæ res crescũt, maximæ discordia dilabuntur

Liberalitas, & beneficẽtia, quo differãt.

Decorũ in uirtute maximè perspicitur.

A C primum] Ostendit quomodo beneuolentia à multitudine comparetur. Ordo est : Ac uideamus primũ de illis tribus quæ dixi ante.s. de pertinentibus ad gloriæ acquisitionem, præcepta beneuolentiæ.i.quibus beneuolentia acquiratur, quæ quidem beneuolentia capitur.i.acquiritur maximè.i.præcipuè beneficijs.i. per beneficia,aut maximis beneficijs,quod non placebit filum orationis consideranti. Autem pro sed, beneuolentia mouetur secundo loco benefica uoluntate i. per ostensionem uoluntatis beneficæ. i benefacere uolentis , etiam si.i. tametsi res.i.facultas benefaciendi non suppetit. Autem pro sed, amor multitudinis mouetur .i. excitatur uehementer ipsa fama , & opinione liberalitatis,beneficentiæ, iustitiæ, fidei, que, pro &, omnium earum uirtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem & facilitatem.i.lenitate morũ.Etenim.i.certè,quia illud ipsum, quod dicimus in primo s.libro decorum , & honestũ placet nobis per se i etiam sine alterius uirtutis accessione,& commouet.i.afficit sua natura , & specie animos omnium , que , pro &, perlucet,aut pellucet hoc est transparet,& præeminet,maximè ex his uirtutibus, quas commemoraui. Icciro cogimur diligere illos,in quibus remur.i.arbitramur , & opinamur eas uirtutes esse,atque hæc, quæ dicta sunt grauissimæ , idest potissimæ causæ diligendi . dico grauissimæ.enim pro quia , nonnullæ.i. aliquæ leuiores causæ .i. diligendi possunt esse præterea , idest insuper,& præter ea quæ dicta sunt.

ARGVMENTVM.

Quibus rebus efficitur, ut nobis habeatur fides.

FIdes autem, ut habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. nam & iis fidẽ habemus, quos plus intelligere,quam nos, arbitramur,quosque & futura prospicere credimus , & cũ res agatur, in discrimenque ventum sit,expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. (hanc enim omnes existimant utilem,veramq; prudentiam)iustis autem, & fidis hominibus.i. viris bonis . ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis, iniuriæque suspicio . itaque his salutem nostram,his fortunas, his liberos rectissimè committi arbitramur. harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet , quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil ualeat ad faciẽdam fidem. Quo.n.quis uersutior, & callidior est,hoc inuisior,& suspectior, detracta opinione probitatis quãobrem intelligentię iustitia coniuncta,quantum uolet habebit ad faciendam fidem uirium : iustitia sine prudentia multum poterit: sine iustitia nihil ualebit prudentia sed ne quis sit admiratus cur, cum inter omnes philosophos constet, à meque ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet,omnes habere uirtutes. nunc ita seiungam, quasi posit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse : alia est illa ; cum ueritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas ; Alia cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio . quamobrem, ut uulgus , ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos uiros, alios prudentes dicamus . popularibus enim uerbis est agendum , & usitatis, cum loquimur de opinione populari : idque eodem modo fecit Panætius . sed ad propositum reuertamur.

Fides

PETR. MARS.

FIdes autem] Nunc de secunda parte.i.fide dat præcepta,& docet quid sit agendum, vt nobis fides habeatur,ut scilicet iustitiam habeamus, & prudentiam. [Si existimabimur] Homines existimabunt nos habere prudentiam coniunctam cum ipsa iustitia.[Nam, & ijs fidē habemus] Probat id, quod dixit per tres effectus ipsius prudentiæ,cuius munus est, intelligere, futura prospicere,& bene consulere,cū oportet [In discrimē]Periculum, & ipse prudens scit in melius, & ex tempore consulere, quod sit agēdum.[Eo tempore]idest statim, & celeritate, quod signum est consummatæ prudentiæ. unde extemporalis oratio quasi subitaria. [Hanc]Quæ intelligit, futura prospicit,rem expedit,& consiliū capit.[Iustis etiam habetur fides]Quia putentur esse sine fraude, & boni viri, quoniam à iustitia boni viri denominantur, [Fraudis,doli]Deceptionis.[Iniuria]quæ uiolentiam habet,& est contra iustitiam.nam iniuria generaliter dicitur esse, quod non fit iure. [Itaque] Propter hoc quia nulla est in ipsis suspicio fraudis,& iniuriæ.[His]Bonis uiris.[Fortunas]Diuitias, & opes, quæ sunt bona fortunæ. [Harum igitur] Comparat iustitiam,& prudētiam inter se,& dicit iustitiam plus ualere, quā prudentiam,ad faciendā fidem.i.ut alicui fides habeatur. [Pollet]Valet[quo enim][Rō quare iustitia plus valeat[quo]Quanto.[Versutior]Astutior. Versuti dicuntur illi quorum mentes celeriter uertuntur,callidi sunt qui habent rerum experientiā. [Hoc]tanto.[Detracta]Dempta opinione bonitatis,& iustitię. [Quamobrem]Concludit Cic.hanc partem.[Intelligentiæ]Prudentiæ.[Sed nequis sit admiratus]Excusat se Cic. cum ad multitudinem loquatur,quod virtutes natura connexas,& copulatas adeo,ut superari non possint,seiungat. Nam data una uirtute,dantur omnes, sed apud imperitam multitudinem aliter loquendum est, ut ratio personarum habeatur,quæ non intelligant exactè ipsas virtutes quas separari posse arbitrantur. [Illa subtilitas] Disputatio subtilis, & acuta, ut decet philosophum.[Limatur]Expolitur ab ipsis philosophis, & inquiritur ueritas.[Opinionem communem]Multitudinis. [Vt vulgus]Vt multitudo opinatur,& sentit. [Popularibus] Acceptis ab opinione uulgi,& populi, non ex disciplina philosophorum.i.vulgaris,& non excultis,atq; proprijs. [Opinione pop.] De re quę cadit in vulgi opinionem. quoniam imperita multitudo opinatur aliquem esse posse prudentem, & non iustum,& sic de similibus.[Eodem modo]Idem Panætius,quem ego sequor,ita disiunxit,secutus opinionem uulgarem, quoniam oratio est accommodanda multitudini. Arist.in vj. Eth. loquens de connexione uirtutum sic ait:Patet igitur ex dictis fieri non posse, ut sine prudentia sit homo propriè bonus, & absque morum uirtute prudens.& post paulo dicit:Etenim cum Prudentia simul erunt omnes.

FRAN. MAT.

FIDES autem &c.] Dixit de amicitia,nunc dixit de fide, quæ unum fuit ex tribus,uidelicet si diligit multitudo,si fidem habet. Docet ergo quomodo fides quæri possit,& ostēdit quomodo in ea magna ratio consistit,ut hominum studia, consequi possimus. [Coniunctam cum iustitia &c.] Cur hoc dicat ipse Cic.rationem subiungit.non.n.potest iustitia sine prudentia ciues in concordia continere, neque omnino. esse nanque Stoici dicebant,nulla virtus esse potest absque prudentia.Arist. quoque lib.vj. Ethic.cum prudentia dicit omnes virtutes simul existere,& sine ea esse non posse.Ad hoc autem,ut ciuitatū status conseruentur,utilior est amicitia, quam iustitia, quod supra diximus. [Nam,& ijs &c.]Multum his tribuitur,qui prudētes habentur, hinc etiam traditur regnum originem habuisse. Nanque scr. Hero. Cum homines ita uiuerent sine lege,& sine rectore, ut omnia pro libidine sua facerēt, fuit in Media regione quidam nomine Diocesis,qui magnā iustitiæ, & prudentiæ opinionem de se fecerat, & homines qui ita iure ante uictores erant,si iuribus superiores fuissent,ad hunc uenire cœperunt, & qui iniuriam acceperant ab hoc petebāt, ut ius inter se diceret,hic verè primo quidem verbis amicis placabat,& arguebat, quo pacto ille illi iniuriam intulisset, & quia homines participes rationis sunt,intelligebat ille qui læserat,se non rectè fecisse,& ita postea abstinebat,cum post aliquot annos ad hunc homines venirent,cœpit hic maiorem auctoritatem habere. Vbi autem uidit dominum studia se adeptum,cœpit grauitate vti, se raro populo ostendere, domiq; se continebat, & si quis eum alloqui uoluisset,primo facilè ingredi permittebat,deinde quasi labor grauior esset,recusabat,donec ad id peruenit,quod cupiebat,ut rex eligeretur. & hic primus fuisse rex traditur in toto orbe terrarum. [Futura prospicere] Prudentiæ tres sunt partes, Intelligentia,Memoria,Prouidentia. prima est rerū præsentium;altera præteritarum;tertia futurarum. Cum ergo dixit futura prospicere, intellexit prouidentiam.[Expedire rem] Per intelligentiam,quæ præsentia intelligit,& cognoscit,& consilium pro temporis necessitate capit. Videtur autem prudentis esse,ut ait Arist.bene consulere posse circa illa, quæ sibi bona,& utilia sunt,non particulariter,puta qualia ad sanitatem, uel robur,uel uniuersaliter ad totius uitæ statum bene dirigēdum, & prudentes illos dicimus, quiilla quæ sibi, ab alijs mala sunt,& utilia prospicere ualent, & ij sunt qui publicis priuatisque rebus administrandis sunt apti [Hanc]Quæ potest subito rebus periclitantibus subuenire.[Veram prudentiam]Quæ constat ex tribus partibus superius dictis. Est.n.alia prudentia non uera, quæ falso prudentia uocatur,cum malitia, uelcalliditas potius uocanda sit Dicitur,& astutia, quæ potentia quædam eiusmodi est, ut ad subiectam intentionē agat, & ad effectum perducat. Quod si id ad quod intendimus rectum sit,laudabilis est,sin improbum,tunc est dolus.Prudentia ipsa non est astutia, sed non est sine huiusmodi astutia.[Iustis autem, & fidis &c.] Vnum cum reliquo semper coniunctum est. Nam sicut sine fundamento stare paries non potest, ita iustitia sine fide,quæ iustitiæ fundamentum est.[Id est]Bonis.à iustitia boni uiri nominantur,ut lib.j.dixit. [Fraudis suspicio] Non solum fraude carent iusti homines, sed fraudis suspicione. [Itaq;]Ergo quia nihil mali ab ijs expectamus sequitur,vt illis omnia nostra committamus.[Horum igitur &c.]Cum iustitia,inquit,& prudentia ad id ualeat plurimum,ut homines se, & sua omnia nobis committant;tamen si inter se comparetur iustitia,& prudentia, anteponenda iustitia est. Nam si alterutrum eligendū sit,præponet populus principem iustum sine prudentia, quam prudentem sine iustitia, prudentiam autem vulgarem intelligimus, quam dixi astutiam uocari, non autem illam ueram. quod statim declarabit Cic.[Ad fidem faciendam]Ad approbādum hominem,& commendandum,ut ei nos, & nostra credamus.Quantum libet autem sit prudens aliquis, nihil & credimus nisi iustus fuerit, [Harum duarum]Iustitiæ, & prudētiæ. [Quippe cum ea &c.] satis per se sine prudentia uirium habet iustitia, sed prudentia sine iustitia nihil omnino ualet,immo sine iustitia habet suspicionem malitiæ, & uersutia, uel potius calliditas nominatur.[Quo.n.&c.]uerè inquam prudentia sine iustitia nihil ualet ad faciendam fidem, quoniam quanto quispiam callidior est,& astutior,tāto illum odisse solemus magis. [Detracta opinione] Adempta opinione probitatis, probitas conuenit cum iustitia,quia probitas,ad finem spectat. is.n.est probus, quia uitijs se prohibet. [Quamobrem &c] Cū utrunque per se parum sit,alterum alterius indiget auxilio. [Intelligentiæ]Prudentiæ. à parte totum intellexit, intelligentia prudentiæ pars est.[Sed ne quis &c.]Quia dubitatio incidere poterat quomodo separari à iustitia prudentia posset, cum omnes philosophi consentiant omnes uirtutes connexas ita inter se esse, ut altera separari ab altera non possit, ideo occurrit, & ne quis inquit existimet oblitum me esse eorum, quæ à philosophis disputantur,nullum uirtutem aliquā solam habere posse, quin alias habeat; cum inter se connexæ sint. uelim inquit oēs intelligant me non ea philosophorum loqui sententia, sed ea hominum opinione,qui alium dicunt esse fortem, alium prudentem,aliū iustum &c. [Inter omnes philosophos] Siue Stoici sint,siue Peripatetici, siue Academici. omnes enim idem dicunt inter se omnes uirtutes connexas esse,& rectè. Nam iustitia sine prudētia esse nō potest, & nos paulo ante ostendimus (auctore Arist.)cum prudentia omnes uirtutes simul existere. [& me ipso &c.]Vt in Tusc.quæst. [Quamobrem] Ergo, quia multum interest utrum secundum philosophos loquamur, an secundum vulgi opinionem. [Fortes]Vt Leonidas apud Græcos,& Othriades,apud Romanos Decij. [Bonos] Vt Aristides, Cato. [Prudentes] Vt Pericles,Lælius.[Popularibus &c.]Quia cum loquimur de uulgi opinione, quod existimat singulos singulas uirtutes habere posse, etiam popularibus, & uulgaribus uerbis utendum est.[Idque &c.]Nec nos soli sumus. Sed ante nos hoc idem Panætius fecit.

FIDES autem]Ordo est: Autem pro sed,potest effici .i. euenire,ut fides habeatur duabus rebus.i.per duas res .s. existimabimur.i.iudicabimur adepti sup.esse.i. acquisiuisse prudētiam con-

Diocesis.

Prouidētia est de futuris.

Iustitia sine prudētia habet uires satis.

Prob.est quia uitijs se p̄hibet.

Virtutes oēs inter se connexas certū est.

coniunctam cum iustitia. Nam nos ha.fidem .i. credemus his quos arbitramur intelligere plusquàm nos, que pro &, quos (sunt enim duæ dictiones quosq;) nos credemus prospicere .i. præuidere futura, & quos sup. cum res agatur.i.tractetur, que pro &, uentum sit in discrimen.i.peticulum ac dubiũ. Nos credimus posse expedire.i.extra pevicula, & impedimenta ponere rem, & posse capere cõsilium ex tempore, etenim pro quia omnes existimant, hanc esse utilem, & ueram prudentiam. Autem pro sed, fides habetur hominibus iustis, & fidis.i.bonis, ita ut nulla suspicio fraudis, & iniuriæ sit in his. Itaque i.ita nos arbitramur nostram salutem.i.uitæ incolumitatem, & fortunas .i. diuitias, & liberos.i. legitimam prolem nostram posse cõmitti his.i.horum protectioni Rectissimè igitur iustitia pollet.i. euidenter valet plus harum duarum i.inter has duas uirtutes, iustitiam.s.& prudentiam ad faciendam fidem quippe.i.ut pote, quia cum.s.ita sit, quod ea .s. iustitia habeat satis auctoritatis .i. fidei, & crudelitatis sine prudentia, tamen sup. prudentia nihil ualet ad faciendam fidem sine iustitia. Enim pro quia, quo .i.quanto quis.i.aliquis sup. est uersutior, & callidior. hoc.i. tãto sup.est inuisior, & suspectior.i.magis inuisus, & suspectus opinione probitatis detracta.i.ablata. Quamobrem iustitia cõiuncta intelligentiæ habebit.quoniam sup. uirium ad faciendam fidem, quantum sup. virium habere uolet. Iustitia poterit multum sine prudentia, sed sup.prudentia nihil ualebit sine iustitia. Sed nequis sit admiratus cur.i. quamobrem ego seiungam.i.separem nunc.s.has uirtutes iustitiam, & prudentiã, ita quasi quisquàm possit esse iustus, qui non idem.i.etiam sit prudens, cum constet.i. manifestum sit inter omnes philosophos, que pro & habere omnes uirtutes, respondit dicẽs: Alia est illa subtilitas, cum ipsa ueritas limatur .i. expolitur in disputatione, alia cum omnis oratio accommodatur ad opinionem cõmunem. Quamobrem nos loquimur hic, ita ut uulgus sup.loquitur, ut.s.dicamus alios uiros sup.esse fortes, alios bonos. s. iustos, alios prudentes. Enim pro quia agendum est.i. disserendum est verbis popularibus .i. uulgaribus de opinione populari. & Panætius philosophus fecit id eodem modo.ut s nos facimus. Sed reuertamur ad propositum.

ARGVMENTVM.

Quæ res multitudinis admirationem moueat, quæ contra contemptum.

Rat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium, vt cum admiratione hominum, honore ab his digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidẽ omnia quæ magna, & præter opinionem suam animaduerterunt; separatim autem in singulis, si perspiciunt, nec opinata quædam bona: itaque eos viros suspiciunt, maximeque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam, & singulares virtutes perspicere; despiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. non enim omnes eos contemnunt, de quibus malè existimant. nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos, eos haud contemnunt quidem, sed de ijs male existimant, quamobrem, ut ante dixi, contẽnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri prosunt, ut dicitur, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est: admiratione autem quadam uero afficiuntur ij, qui anteire ceteros uirtute putantur, & cum omni carere dedecore, tum uero ijs uitijs, quibus alii non facilè possunt obsistere. nam & voluptates blandissimę dñę, sæpe maiores partes animi à virtute detorquent, & dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur: vita, mors, diuitiæ, paupertas omnes homines uehementissimè permouent. quæ qui in utranque partem excelso animo, magnoque despiciunt; cumq; aliqua his ampla, & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & rapit; tum quis non admiretur splendorem, pulchritudinemq; virtutis? ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit: & maximè iustitia, ex qua una virtute uiri boni appellantur, mirifica quædam res multitudini uidetur: nec iniuria. nemo.n. iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ his sunt contraria, æquitati anteponit. maximeque admirantur eũ qui pecunia non mouetur: quòd in quo uiro perspectum sit hunc dignum spectatu arbitrantur. itaque illa tria, quæ proposita sunt ad gloriã, omnia iustitia conficit, & beneuolentiã, quòd prodesse vult plurimis; & ob eandem caussam fidem, & admirationẽ, quòd eas res spernit, & negligit, ad quas pleriq; inflammati auiditate rapiuntur. Ac, mea quidem sententia, omnis ratio, & institutio uitæ adiumenta hominum desiderat, in primisque, ut habeas, quibus cum possis familiares conferre sermones: quòd est difficile, nisi speciem præ te boni uiri feras. ergo etiam solitario homini atque in agro uitam agenti opinio iustitiæ necessaria est, eoque etiam magis, quòd si eam non habebunt, iniusti habebũtur, & nullis præsidiis septi, multis afficientur iniuriis. Atque ijs etiam, qui uendunt, emunt, conducunt, locant, cõtrahendisque negocijs implicantur, iustitia ad rem gerẽdam necessaria est. cuius tanta uis est, ut ne illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ uiuere. nam qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, clam furatur aliquid, aut clam eripit is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occidetur à sociis, aut relinquetur. quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. itaq; propter æquabilem prædę partitionẽ, & Burgulus Illyricus latro, de quo est apud Theopompũ, magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus Lusitanus: cui quidem etiam exercitus nostri, imperatoresq; cesserunt: quem C Lælius, is qui sapiens usurpatur, prætor fregir, & comminuit, ferocitatemque eius ita repressit, vt facilè bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta uis iustitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet, atque augeat, quantam eius uim inter leges, & iudicia, & instituta reip. fore putamus? Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati reges constituti. nam, cum premeretur initio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad unum aliquem cõfugiebant uirtute præstantem; qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat. eademque constituendarum legum fuit caussa, quæ regum. ius.n. semper quæsitum est æquabile. neque enim aliter esset ius. id si ab uno iusto, & bono uiro consequebantur, eo erant contenti, cum id minus contingeret, leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus semper una atq; eadem uoce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. adiuncto uero hoc, ut ijdem etiam prudentes haberentur, nihil erat, ꝙ homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Omni igitur ratione colẽda, & retinenda iustitia est tum ipsa propter se (nam aliter iustitia non esset) tum

propter

propter amplificationem honoris, & gloriæ. Sed ut pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales: sic gloria, & quærenda, & collocanda ratione est. quamquam præclarè Socrates hanc uiã ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ageret, vt, qualis haberi vellet talis esset. Quòd si qui simulatione, & inani ostentatione, ficto non modo sermone, sed etiam uultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, uehementer errant uera gloria radices agit, atq; etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquã flosculi decidunt; nec simulatum potest quicquàm esse diuturnum, testes sunt permulti in utranque partem: sed, breuitatis caussa, familia erimus contenti una. Tib. n. Gracchus, P. filius, tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at eius filii nec uiui probabantur à bonis, & mortui numerum obtinẽt iure cæsorum. Qui igitur adipisci ueram iustitiæ gloriam uolet, iustitiæ fungatur officiis ea quæ essent, dictum est superiore libro. Sed, ut facillimè, quales sumus, tales esse uideamur, & si in eo ipso uis maxima est, ut simus ij, qui haberi uelimus: tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet caussam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, quòd tibi, mi Cicero, arbitror contigisse, aut aliquo casu, atque fortuna; in hunc oculi omnium coniiciuntur, atque in eo, quod agat quemadmodum uiuat, inquiritur, &, tanquàm in clarissima luce uersetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum. quorum autem prima ætas, propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur, hi simul ac iuuenes esse ceperunt, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere. quod eo firmiore animo facient, quia non modo non inuidetur illi ætati, uerum etiam fauetur.

PETR. MAR.

[E]Rat igitur] Reuertitur Cic. ad propositum, & exequitur tertiam partẽ propositionis. [Tertium. n. erat] Si ipsa multitudo putat nos honore dignos. [Admirantur communiter] Ponit communiter ea quæ homines admirantur, & quibus causis rationibusque adducti aliquos honores dignos putant. [Communiter] Generaliter, & communi quodam consensu. [Præter opinionem] Quæ non ita magna esse opinabatur. [Separatim] In singulis hominibus non communiter. [Quædam bona] Virtutes quas inesse non arbitrabantur. [Suspiciunt] Admirantur. [Singulares] Sũmas; quibus nulla potest comparari. [Despiciunt] Negligunt, & spernunt, atque nullius momenti illos esse putant, qui nullam in se virtutem habere uidentur. [Despiciunt] Malè de his, qui existimant, & ad id refertur suspiciunt [Contemnunt] Nihil curant, nec efferunt laudibus. [Animi] Fortitudinis, & magnanimitatis. [Neruorum] Roboris, & pensi in rebus agendis, sed quædã mollicies. homines. n. uiles contemnuntur despiciunturq;, sed non omnes contemnuntur de quibus male existimatur, imo timentur. cum sint improbi, fraudulenti, maledici, & instructi .i. parati, & armati ad inferendam iniuriam. [Improbos] Insatiabiles, & malos. quoniam nimis habere cupiunt cum aliorum iniuria. [Vt dicitur] Prouerbialis sententia est in homines penitus inutilis. [Industria] Est studiosus labor. [Admiratione quadam] .i. eos multitudo admiratur, qui putantur superare alios uirtute, & vacant dedecore, & uoluptatibus seuerissimè obsistunt, & sic temperantes sunt, & qui non franguntur doloribus, & sic sunt fortes. [Anteire] Antecellere, præstare. [Detorquent] Amouent, abducunt. quoniam propter uoluptates negligimus res honestas. Et Plato uoluptatem escam malorum appellauit. quoniam ea, ut Cic. interpretatur, homines capiũtur, ut hamo pisces, & uoluptas animi lumen extinguit, & impedit consilium rationi inimica, & à uirtute suis blanditijs mẽtem detorquet. Verba Plat. in Timæo hæc sunt: Animã ipsam cum mortali corpore clauserunt, totumq; corpus animæ quasi vehiculum subdidere, atq; in eo aliam animæ speciem mortalẽ fecerunt, quæ grauibus necessarijsq; perturbationibus afficeretur, quarum prima esset uoluptas, esca maxima mali, doloriq;, inde fuga impedimentumq; bonorũ. Idem Cic. in j. de leg. sic ait: Imitatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium, cuius blanditijs corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac, & scabie scatent, non satis cernuntur. Arist. in ij. Eth. sic ait: Difficili⁹ est, ut Heraclito placet, uoluptati repugnare, quã iræ. & alibi: In uniuersis cauendum est maximè à uoluptate. nõ .n. incorrupti iudicamus pro illa, & in 6. dicit: Voluptas iudiciũ de fine corrumpit: [Maiores partes animæ] Rationẽ ipsam cui voluptas est inimica, & oculos mentis præstringens, intellectũ à sua sede detorquet. vnde voluptati non facilè obsisti potest. [Et dolorum] Faces, ardentes dolores, qui sunt graues motus in corpore sensibus inimici. [Plerique] Maior pars hominum. [Præter modum] vltra modum, ita ut fortitudo deseratur, quæ est perpessio dolorum, & laborum. [Quo supradicta] Qua homines permouẽtur, cum terribilia uideantur, & alia quæ ualde optantur. [In utranque partem] Vt. s. despiciant uoluptatem, paruifaciant dolores, forti animo, & magno, & cum opus est, uitæ suæ non parcant, mortem non timeant, non multũ amẽt diuitias, paupertate non frangantur. [Excelso] Humana despiciente. [Magno] Magna, & ardua appetente. [In utranq; partem] Non timeant aliquid immodicè, nec cupiãt, sed despiciãt magno animo dolores, uitam, mortem, paupertatem, & similia. [Ampl.] Magno quantum ad uirtutem. [Honesta] ad id qđ ex uirtute sequitur .i. plena honoris, & dignitatis. [Obiecta] exposita ante oculos. [Et rapit] Trahit. [Tum] Cum aliquis spretis omnibus aliis rebus, & terribilibus, & blandis ad rem honestam se conuertit. [Splendorem] Quo ad famam. [Pulchritudinem] Quantum ad essentiam ipsius virtutis. i. quis non admiraretur tales homines tantum splendorem, & pulchritudinẽ uirtutis; [Ergo & hæc animi despicientia] concludit fortitudinẽ, & magnanimitatem mouere multitudinis admirationem, quoniam uidẽtur magna quædam, & supra homines facere, & hoc est quod supra dixi admirantur omnia quæ magna, & præter suam opinionem animaduerterunt, & sic apparet ueram gloriam, & perfectam ex omnibus uirtutibus cõstare. [Despicientia] Hic animus elatus, qui omnia humana despicit, & se ipso longè inferiora putat. [Admirabilitatem] Facit, ut multitudo admiretur. [Et maximè] In primis iustitia mouet admirationem. [Mirificã] Admiratione digna, & miris laudibus efferẽda. [Nec iniuria] .i. merito, & probat hoc dicens. [Nemo n. iustus] quoniam iusti hominis est non timere mortem pro patria, dolorem, exilium, egestatem, sic econtra vir iustus non debet præponere iustitiæ. [His contraria] Vitam uoluptatem esse in patria, diuitias, & similia, quæ bona summa imperitis uidentur, qui uoluptatem sequuntur tanquàm bonum, & dolorem, & alia incommoda fugiunt tanquàm malum. [Non mouetur pecunia] Qui est liberalis, non curat pecunias, quæ sunt bona fortunæ, & expeti debent non propter se, sed ob aliud, & nihil est tam angusti animi quam amare diuitias, ut facit auarus, qui vilissimæ rei seruit. [Spectatu] Honore, & quod ab omnibus spectetur. [Itaque illa tria] Concludit iustitiam omnia conficere, quæ ad gloriam consequendam pertinent, quoniam iustitia cõtinet in se omnes uirtutes. [Tria] diligi à multitudine, quod fides habeatur, & quod honore digni putemur ab his qui nostra admirantur, [Conficit] Præstat sola iustitia. [Et beneuolẽtiam] .s. conficit, declarat quomodo iustitia conficit illa tria, qđ prodesse uult, hoc est munus iustitiæ. pluribus uelle prodesse, & ob hoc, quia uult prodesse, beneuolentiã comparat. [Ob eandem causam] Qui vult prodesse plurimis. [Fidem cõficit] Quia illi tanquàm iusto fidem adhibent. [Et admirationem] .s. conficit ipsa iustitia, ob hoc, quod sequitur. s. quos eas res spernit, diuitias, honores, imperia, uitam, mortem, ad quæ nonnulli rapiuntur magna auiditate. Hominem ergo talia despicientem, & magno animo, & elato maiora quædam appetentem omnes admirantur, & gloriosum putant, unde opus est habere iustitiam, vt diligamur, & fides habeatur, debemus esse fortes, & magnanimi, ut admiratione digni uideamur, & honore, & sic gloriam consequamur, & quæ ex his tribus constat, ut Cic. proposuit. [Ac mea quidem sententia] Dixit hactenus ad gloriã comparandam opus esse iustitia, nunc persequitur dicens omnem rationem,

rationem,& institutionem vitæ humanę desiderare auxilia ho-
minum,quæ assequi non possumus,nisi simus iusti.Alij ętiam,
quorum professiones describit,iustitiam habere debēt, & suas
leges seruare, aliter uitæ commercium non seruabunt. ergo
omnib.iustitia est necessaria,quod Cic.exemplis ostendit.[Mea
sententia]Vt ego sentio,& mihi videtur. [Omnis ratio]Omnis
modus,& uia viuēdi.[Institutio]Omne genus vitæ, quod insti-
tuimus .i. desideramus adiumenta hominum in quocunq; ge-
nere uitæ uitæ,& quomodocunque uitam instituerimus. quo-
niam natura nihil amat solitarium. [In primis] Maximè,& an-
te omnia.[Familiares sermones] Cum quib.possis loqui fami-
liariter,& res ipsas communicare. [Quod] Habere cum quib.
familiariter loquamur, nisi bonus uir habearis. [Speciem] Ap-
parentiam boni uiri ostęndas.[Ergo]Hoc sequitur ex præmis-
sis,cum.i. omnis institutio uitæ desideret, & adiumenta homi-
num.[Solitario] ocioso,& qui in solitudine cognitioni rerum
vacat,& qui in agro viuit. [Opinio iusti]quod habeat.[Eo ma-
gis].i tanto magis est necessaria. quoniam nisi erunt iusti,vide
buntur euecti in odium humanæ societatis, & fugere hominū
commercia,tanquam ab humanitate alieni, & iustitia est ad cō
munitatem humanam,societatemq. tuendam. opus est igitur
iustitiæ opinione ipsi solitario, ne uideatur iniquus, & huma-
næ societati infensus. [Iniusti]Iniqui,& mali viri,& cum nullū
habeant præsidium viuentes in solitudine, multas patientur
iniurias,nisi habebuntur boni uiri.[Septi]Muniti nullo homi-
num præsidio,& adiumento, quoniam contemnentur ab alijs,
& ludibrio erunt,iniurijsq; afficientur. [Atq; his etiam] Ponit
infimas hominum conditiones,vt ad maiores ascendant. [Qui
uendunt]Quib. opus est iustitia,quæ in societate hominū ver-
satur. [Contrahendis]Vltro citroq; obligādis.cōtrahere est vl-
tro citroq; se obligare, & contractus uarij sunt in vita huma-
na.[Pascuntur]Nutriuntur,ut sunt latrones,qui utuntur quo
dam simulacro iustitiæ distributiuæ.Distribuūt.n.æqualiter in-
ter se id,quod lucrati sunt. [Nam qui eorum] Declarat qua re
etiam latrones sine aliqua parte iustitiæ esse non possunt.[Fu-
ratur]Per fraudem.[Eripit]per uim, non poterit esse tutus in-
ter latrones. [Ne in latrocinio]non modo in alijs negocijs. er-
go opus est iustitia, ut non decipiat socios.Plat. in j. de rep. sic
ait, An censes ciuitatem aliquam, uel exercitum seu latrones
siue fures, uel quemuis cœtum hominum iniuste aliquid una
aggredientium perficere posse quidquam,si iniuria inuicem se
affecerint? seditiones nanque in iustitia contentionesq; parit,
iustitia uero concordiam,& amicitiam. [Archipiratā]Princeps
piratarum.i. eorum,qui in mari latrocinantur.[Leges] quibus
inter se latrones utuntur.[Illyricus] Ex Illyria, quæ ab Illyrico
filio Polyphemi denominata est, [Apud Theopōpum]Qui ex
Chio insula fuit discipulus Isocratis,& historicus,condiscipulus
fuit Ephori,quem calcaribus egere dicebat,Theopompum ue-
ro fræno. Quint. loquens de Thucidide,& Herod. dicit, Theo-
pompus his proximus in historia prædictis minor, ita oratori
magis similis,ut qui antequàm est ad hoc opus solicitatus,diu
fuerit orator. scripsit Theopompus epitomen historiarum He
rodoti duobus uoluminibus.Scripsit præterea res Philippi.93.
lib. scripsit etiam res Græcorum incipiens à fine historiæ Thu-
cydidis,& Xenophontis.[Magnas opes] Ingentem potentiam.
[Viriatus Lusitanus] Plin. de uiris illustr. ita scribit, Viriatus
genere Lusitanus,ob paupertatem primo mercenarius,deinde
alacritate uector,audacia latro, ad postremum dux bellum ad-
uersus Rom. sumpsit eorum Imperatorem Claudium Mumia-
num. deinde C. Nigidium oppressit pacem à P. R. maluit inte-
ger petere,quam uictus, & postea bellum renouauit Cepio cū
aliter uincere non posset, duos satellites pecunia corrupit,qui
Viriatum vino depositum peremerunt.quæ uictoria quia em-
pta erat, non est probata à Senatu. Causa Viriatini belli fuit
Serg. Galba,ut ait Suet. in uita Galbæ Imperatoris Serg. Gal-
ba vir consularis temporum suorum eloquentissimus fuit,quē
tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem, 30. Lusitanorum
millibus perfidia trucidatis causam belli extitisse. huius Galbæ
Cic. meminit lib. j. de oratore. Alij tradunt Viriatum occupas-
se totam Lusitaniam, & M. vectilium Imperatorem Rom. in-
genti clade affectum fuisse. deinde C. Plautium, postea Q. Fa-
bium maximum æquis conditionibus cum eo fœdus percussis-
se.Varij igitur sunt annales.nā Cic.alios secutus Lælium in prę-
tura dicit fregisse Viriatum,& in Bruto ait: In bellica laude Vi-
riati bello egregium fuisse Lælium repperi. [Cesserunt] Victi
ab eo sunt, & fugati magna clade accepta. Lælius sapiens ap-
pellatus est, quoniam legem agrariam omisit, propter quam
Tyb. & C. Gracchi postea interfecti fuerunt.De hoc paulo post
latius dicetur.[Vsurpatur] Nominatur. usurpare in hac signi-
catione est frequenter uti.[Comminuit]Opes attriuit, ut faci-
le ab alijs uinci posset. [Facile]Exigui negocii, tamen non po-
tuit uinci à Cepione nisi fraude,& pecunia,qua satellites corru
pti ipsum uino marcentem interemerunt. [Cum igitur] Argu
mentum à minori. Si igitur, inquit, in latrones multum valet
iustitia, quid putandum est inter ciues? sed hæc latronum iu-
stitia,per quandam similitudinem dicitur,alius certe est vir bo-
nus,& alius ciuis bonus. latro est uir malus,& tamen æquabili-
ter prædam inter socios diuidit, in illa ciuitate .i. cœtu latro-
num dicitur bonus ciuis. Vnde philosophus in 5.Eth. dicit:Nō
est.n. idem fortasse uirū esse bonum,& ciuem bonum. [Opes]
Potentiam.[Inter leges remp.]Legibus bene institutam. [Mi-
hi,qui] Amplificat Cic.has iustitiæ laudes, & dicit ideo creatos
fuisse reges,ut iustitia seruaretur.[Apud Med.]Medi auct. He-
rod.li.7.prius uocabant Arij.inde à Medea Medi dicti sunt,siue
à Medio filio Medeæ,& Iasonis,vt aliqui scribunt. Medi sunt cō
fines Parthis Herodotus scriptor historiarum,de quo Fab.Dul-
cis,& cādidus,& effusus Herodotus, Thucydides breuis,& sem-
per sibi instans, concitatis affectibus Herodotus remissis, me-
lior Thucydides cōcionibus.Herodotus vero sermonibus,Thu
cydides ui, Herodotus uoluptate.scribit hoc Her. lib.j. his uer-
bis: Fuit apud Medos uir sapiens nomine Deioces,qui propter
suam ciuilitatem apud Medos extitit rex. Huic Medi id præsti-
terunt.[Apud maiores nostros &c.] qui in principio reges ha-
buerunt [Fruendæ] Vt sup. possent iustitia frui regi gubernā-
te,qui si iustus,& bene moratus,quoniā aliter sit tyrannis. Trāś
gressio.n.regni tyrannis est. [Benemorati]Et iusti, & bonis or-
nati moribus, ut bonum pastorem decet. Vnde Homerus pa-
storem populorum appellat Agamennonem;quoniam rex de-
bet regere populos, ut pastor oues. Et Trogus dicit,in princi-
pio reges fuisse creatos propter uirtutem,& moderationem in
ter bonos spectatam. & arbitria principum pro legib. fuisse cū
populi nullis legib.tenerentur.Philosophus in 8.Eth.sic ait,Nō
est rex,nisi sit ex se sufficiens,& bonis omnib. antecellat.talis au
tem nullius indiget rei nō ergo suas ipse, sed eorum, qui regū-
tur utilitates considerat,qui nanque talis non est, fortè potius
est princeps quam rex, Tyrānis autē est contraria regno, suum
nanque bonum sequitur ipse tyrannus.[Nam cum]Ratio qua-
re fuerunt creati reges bene morati,ut .s. plebs nō præmeretur
à potentibus,& ob hoc postea inuentæ fuerunt leges,vt omnia
quadam æquitate agerentur.Tunc.n.dicitur ius,cum vnusquis
que habet,quod suum est.[Inops] Impotens populus,& plebs.
[Præmeretur]Vexaretur à potētib.[Tenuiores[Humilioris cō
ditionis], sortis.[Aequitate[Constituendo æquitatē, quæ om-
nia ad id,quod iustum est reducit,& facit,vt æquo iure uiuatur
[Pari]Aequo,inter summos,& infimòs nulla differētia sit.[Ne-
que alij]Nisi esset æquabile. [Id ius cum] Id inuenire iustum,
quod omnes æquo iure contineret.[Omnibus]Summis viris,&
mediocribus plebe, & optimatibus. Nam leges sunt uniuersa-
les,& non debēt corrumpi.[Vna uoce] Quoniam leges uolunt
omnes æquabiliter ius seruare. Ergo hoc, qui affert Cic. cōclu-
sionem.[Deligi]Eligi,ut imperēt, & alias regant.[Magna opi-
nio] Vt de Numa Pompilio legitur, qui vocatus fuit in regnū
Rom. cum magna ipsius fama esset,& opinio iustitiæ. [Adiun-
cto hoc]Nam opus est regem esse iustum, & prudentem, alio-
quin neq; sibi,neque suo regno consuleret,neque saluti prospi
ceret,quod prudentiæ munus est. quod cum ita sit, iustitia co-
lenda est,& retinenda propter seipsam.quoniam illud est sum-
mum bonum, quod propter se non ob aliud expetitur. Addi-
to etiam,quod ipsa iustitia affert nominis claritatem, nam ab
ea uiri boni nominantur, ergo propter seipsam expetenda est
optimum est hominem esse iustum, & propter id, quod ex ea
consequimur honorem.s.& gloriam.[His auct.]Talium homi-
num auctoritate moti.[Auctoribus].i.ducibus,suasoribus,mo
deratoribus propter se, quia iustitia propter seipsam expeten-
da est,cum sit res optima.[Aliter] Si non expeteretur propter
se,sed ob aliud,quoniā uirtus expetitur propter se, quia in ipsa
consistit summum bonum.cuius causa omnia expetuntur,non
esset igitur iustitia, & uirtus, nisi propter se expeteretur. [Sed
ut pecuniæ quærendæ] Nunc dat præcepta per comparationē
pecuniarum,qua ratione gloria quærēda,& collocāda sit. quo-
niam

niam cum sumus eam adepti, non debemus in vna re effundere, sed peritum patremfamilias imitari, qui rem auget certa ratione, & sic dispesat, ut ad omnia suppetat. [Ratio] Ars, modus, & uia qua pecuniam inquirimus. [Collocandæ] Ponendæ in aliqua re utili, & ratione. quoniam parum prodest quærere, & inuenire pecunias, & postea ipsas malè collocare. Suppeditet. Subministret perpetuos sumptus pecuniarios. [Sic gloria] Adaptat similitudinem. [Est collocanda] Ponenda in re stabili. i. in vera simpliciq; virtute, non aliqua simulatione probitatis. [Ratione]. i. uero modo, arte, rectoq; consilio, & non fictione, dispensanda cum ratione. i. gloria, veris rationibus, & non simulatione debemus quærere, ut ueros luminis sui fructus suppeditet. [Proximam] Propinquam, & breuē. [Et quasi compendiariam] Qua cito quasi quodam compendio ad gloriam peruenitur. cōpendiū in tali significatione dicitur breue iter. [Talis esset animo]. s. qualis uult extra uideri ab aliis, quoniam simulatio non potest habere veram gloriam, quippe parum durat, & vera gloria iacit radices, & durat durante. s. uirtute hominis, quæ gloriam affert. [Stabilem] Duraturam, sed non durat, at uera gloria emittit radices, & propagatur. quoniam non est comparata simulatione, sed uera virtute. [Agit radices] Extendit, & propagatur, vt arbor habens radices. [Propagatur] Diffunditur vt arbores, quæ propagantur. [Ficta] Gloria nata ex simulatione, & fictione bonitatis perit, ut flosculi arborum. [Flosculi] Flores, qui cito decidunt, & moriuntur. Plato ad Dionem sic scripsit, Censeo esse iustum, ut qui re uera boni sunt uiri, & talia faciunt veram gloriam consequantur. itaq; constare omnibus debet, tales nos esse, quales uideri uolumus, præsertim cū deo iuuante perfacilè sit futurum. [Simulatum] quod cum simulatione sit, non uera uirtute. [In utranq; partem]. i. sunt testes illi, qui ita uiderunt, ut uideri uolebant, & sic gloriam ueram sunt adepti, illi etiam, qui non recta uia, sed quadam simulatione quæsiuerunt minimè duraturam. habemus, inquit, exēpla vtrorumq; permulta, sed satis erit ex una familia sumere, vt intelligatur gloriam esse appetendam, quærendam, & collocādam non simulatione, sed vera uirtute. [Vna familia] Gracchorum. s. quæ Romæ nobilissima fuit. [Tib. Gracchus] Augur fuit, uir prudentissimus, reip. studiosus, & bonis artibus gloriā quærens, prætor Gallos domuit, & in secundo consulatu Sardiniam, ex qua tantum captiuorum numerum duxit, ut cum uenditio longa esset, & emptores non inuenirentur, prouerbiū natum sit, sardi venales. quod prouerbium significat rem nunquam peruenire ad finem. Vnde cum uenditio alicuius rei nimis longa erat, dicebatur, Sardi uenales. Hic Tib. Gracchus cum esset censor, libertinos, qui rusticas tribus occupauerat, in quatuor vrbanas distinxit, vnde maximam sibi gloriam comparauit. componebat enim seditiones in rep. non excitabat, vnde semper laudatus est, huius filii T. & C. Gracchi fauentes populo, leges agrarias tentarunt, & sic fauere populo simulantes gloriam quærebant. sed ambo interfecti sunt. [Eius filij] Tiberius, & Caius. [Nec probabantur] Non habebantur in numero bonorum virorum, & post mortem habiti sunt in numero eorum, qui iure interficiuntur. Et Scipio Aemilianus. Gracchorū affinis interrogatus in senatu cum in vrbem redisset à Cepione quid sibi de Gracchis uideretur, respondit, videntur, mihi iure cæsi, & versum Homeri protulit, quo Pallas Ioui de Aegisto interfecto respondit, Si pereat quicunque hæc agit. De T. Graccho horum patre, qui summam gloriam adeptus est, scr. Plu. T. Gracchus, cui quanquam duobus consulatibus duobusque triumphis, & insuper censuræ gloria insigni, multo plus tamē ex uirtutibus eius, quam ex magistratibus atque honorib. aderat dignitatis. Itaq; Corneliam Africani maioris filiam, licet aduersarius in rep. esset habere meruit. Filia Corneliæ postea nupsit Scipioni Aemiliano. [Iure cæsorum] Eorum, qui iure cæsi, sunt, quoniam remp. seditionibus euertebant. [Sed ut facillimè] Cice. aliqua præcepta daturus est, ut facillimè videamur esse tales quales sumus, & sic instituit præceptionem, qua adolescentum animi ad ueram gloriam præparantur. [Etsi] Quanquam. [Vt si simus hi] Tales quales haberi uolumus, tamen, ut uideamur possimus assequi præceptis. [Vt simus] Vt natura sit ita disposita, ut ostendere aliis uolumus. [Est maximam uis]. i. omnia in eo consistunt, ut tales simus, quales nostri uolumus, ut Socr. dicebat. [Nam si quis] Affert rationem quare sunt danda præcepta, ut unusquisq; seruet decorum in ea fortuna, quam nactus est. [Ab ea ineunte ætate] Primis annis, quia habuit claros natales, & maiores suos uirtute præditos, quorum fama sustinenda, & augenda. [Celebritatis] Dignitatis, & quod ab omnibus celebretur, ut sit in ore hominum propter claros natales, & stēma maiorum. [Nominis] Famæ, & gloriæ propter suos maiores. [A patre quam à patre acceperunt. [Quam tibi mi Cic.] Vertit sermonem ad filium, vt eum excitet ad decorum præstandum, ne. s. à tanto patre, & tātæ celebritatis, & nominis degeneret. [Arbitror] Dicit, ut deuitet arrogantiam ipse Cice. filius habebat iam nominis celebritatem propter patrem, quoniam in ore hominum erat cum esset summi uiri filius. Vnde sustinebat magnam expectationē imitandæ industriæ, paternæ. [Aut aliquo casu] Vt si quis natus humili loco deueniret ad opes, & dignitates auxilio fortunæ, aut si aliquo casu aliquid ei accideret, propter quod sit in ore hominum, & celebretur. [Conijciuntur] Vertuntur talem iuuenem, & expectant, vt magnum aliquid suis maioribus dignum faciat, & conditione fortunæ quam habet. [Clarissima luce] quoniam nihil potest facere, quod sit celatum, & omnes eum intuentur, ut uideant, an seruet decorum. [Obscurum] Quod lateat. [Quorum autem] Præcipit nunc quid faciūdum sit adolescentibus, qui obscuris parētibus orti sunt. [Humilitatem] Quia humili, & obscuro loco nati sunt, non habentes altum stemma maiorum, & claros natales. [In hominum ignoratione] Qui non cognoscuntur, nec habent aliquam nominis celebritatem. [Iuuenes] Cum primum ad ætatem iuuenilem peruenerunt, ad magna quædam intendere animum debent. [Magna spectare] Appetere res magnas, ut nominis claritatem assequantur, & sint in ore hominum. [Contendere] Omni conatu, tota denique mente properare bonis artibus, non malitia, & iniquitate. [Studiis] Volūtate honesta, rectis curis, & rationibus. [Eo] Ideo, & ob id. [Firmiore] Constantiore, quoniā illi ætati non inuidetur. [Illi ætati] Iuuenili, cuius honesto studio fauere omnes debent, ut emergant. quoniam, ut, inquit Iuuen. Non facilè emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi, & Fabius monet tyrocinium non esse deferendum in senectute, crescente metu quotidie, sed fructum studiorum uiridem ac dulcem promi oportere, dum & uenie spes est, & audere non dedecet, atque iuueniliter dicta pro indole accipiuntur.

Erat igitur &c.] quoniam satis responsum est iis, qui dicunt uirtutes separari non posse, nec iustitiam sine prudentia existere ualere, ad propositum reuertamur, & ostendamus quo modo hominum studia conciliare possimus. [Vt cum admiratione &c.] Virtutes quædam excellentes, & minimè uulgares faciunt nos hominibus admirandos, quibus ipsi carent. Qui virtutibus abundant, pauca mirantur, quia pauca sunt, quæ sibi desint, qui caret uirtutibus magnis, eas in aliis cum uidet, admiratur ex his rebus, quę proposuit, reliquum erat, vt multitudo nos honore dignos putaret. hoc autem nulla ex re magis quam ex uirtute consequi possumus, sola & admirationem facit, & honore nos dignos uideri. Colēdæ ergo sunt uirtutes omnes, vt admiratione digni simus, & honore digni iudicemur, sed in primis iustitia in primis quæ latius patet, cui magnam laudam Cic. tribuit. [Præter opinionem] Vt siquis fortiter aliquid agat, quod eum acturum non credebant, sunt inopinata bona contra opinionem nostram, quæ adesse alicui non opinabamur. [Suscipiunt] Venerantur. [Efferunt] Extollunt. [Excellētes quasdam, & singulares] Vnum est alterius expositio, quod excellens est, singulare est. [Virtutes] Vt iustitiæ Aristidis apud græcos, apud latinos Catonis, fortitudinis Leonidæ apud illos, apud nos Deciorum. Constantia, & fide illi Socr. extollunt. nos M. Regulū. [Despiciunt] Contemnunt à contrario, & hoc generale est. [Nihil uirtutis] Alterum ad fortitudinem animi spectat, alterum uero ad corpus [Neruorum] Roboris, vnde eneruos illos dicimus, qui debiles, & infirmi uiribus sunt. [Non enim] Ostendit non esse superfluum, quod dixit despiciunt, & contemnunt per differentiam utriusq; verbi, nam despicimus furem, quoniam non honoramus, sed tamen non contemnimus, quia cauemus ne furetur, est ergo despicere non honorare, contemnere uero non curare. Nā quos &c.] Ratio. n. cur despiciant aliquos quos non contemnunt, quia illos de quibus male opinantur despiciunt, sed non contemnunt, quia obseruant ne noceant cū possint, & odio habēt, quos contemnimus eos odio hēmus, & timemus. [Improbos] Iniustos. [Maleficio] Nocere, & malefacere aptos. [Fraudulētos] Malitiosus, & operam dantes semper, ut aliquem

FRAN. MAT.

Iustitia in primis inter virtutes est colenda.

aliquem circumueniant. [Quamobrem, ut ante dixi &c.] Cōclu
dit Cic differentiam ostendens inter eos, qui contemnuntur, &
metuuntur. dicit. n. quando non metuimus sequitur, ut eos cō-
temnamus, qui nullius sunt utilitatis, & nec sibi prosunt nec a-
liis. [Nec sibi, nec alteri] Est prouerbialiter dictum, q. d. nihil ho
mines sunt. [Vt dicitur] Vt in prouerbio est. [Nullius labor.]
Quia imbecilles sunt, & inertes. [Industria] Quia negligentes.
[Cura] Quia de nulla re sunt soliciti. [Admiratione &c.] Græcè
dixit ταυμαζωνται admiratione afficiuntur, hoc est admira-
tionem aliorum meretur, quoniam eos admirationem prose-
quuntur. [Anteire]. i. ceteris virtute præstare, & quomodo vir-
tute præstent, mox declarat. [Tum uero ijs &c.] Admirātur nō
illos solum quæ virtute præstant, sed illos qui ea facilè contem
nunt, quæ alij aut nimiū cupiunt, aut nimiū timēt, nam qui ea
contēnunt, & nihil faciunt, quæ ceteri cupiunt, aut metuunt, ij
magnopere laudandi sunt, quæ autem sint illa, declarat. [Nam
& voluptates] Voluptas, & dolor duo sunt, quorum alterū ple-
riq; concupiscunt, alterum refugiunt. omnes. n. qui facilè capiū
tur voluptate, facilè dolore etiam deterrentur, uoluptatē vero
non eam intelligit Cice. quam omnes expetunt secundum ui-
tam, hoc est secundum operationē, cū quilibet circa illa opera-
tur, quæ maximè amat, vt musicus auditu, circa sonum dulcem
disciplinarum. studio dediti, intellectu, circa perspicientiam re-
rum, & sic de singulis, sed etiam accipere uidetur voluptatem,
quæ percipitur ex satietate rei, quæ appetitur. uoluptates autē
corporis probat in Ethicis Arist. uoluptates non esse simplici-
ter, sed ijs tantum qui malè dispositi sunt, quemadmodum nec
ægrotantibus salubria, aut dulcia, aut amara, nec etiam alba,
quæ apparent lippis. Idem tamen dicit posse specie differre uo-
luptates, ut aliæ sint ex rebus honestis, aliæ ex turpibus. [Domi
næ] Nam ueluti dñæ hominem sibi subijciunt. [Maiorem par-
tem] Rationem quę animi maior pars est, ꝙ siquis est, quē non
vicerint, eum admiramur, & magni faciendū iudicamus. Vt A-
gesilaum, qui Megabathem Spithridatis forma præstantem, se
adeuntē repulit, desistentē postea cū accessisset, dicentibus ami
cis, Tu quidem in causa es qui te à pulchri illius osculo auerti-
sti: Non oportet, inquit illum nobis persuadere, nam velle mi-
hi videor rebus eiusmodi imperare, magis quā præpotentem
hostium urbem capere. melius est. n. suam libertatem tueri, ꝙ
alijs auferre. [Faces] stimuli dolorum, vt Zeno Eleates de quo
supradiximus, nullo cruciatu adduci potuit, vt participes con-
silii nominaret, qui in tyrannum coniurauerant. [Vita] Quæ ab
omnibus concupiscitur, quā parui facere non mediocris habe-
tur uirtus laudatur Paulus Aem. quā in Cannensi clade sic lo-
quitur: Amplius acta quid superest uita nisi cæde ostendere ple
bi Paulum scire mori? sic. n. apud Silium inducitur. [Mors] quā
omnes timent. est. n. maximum terribilium qui eam contem-
nit uerè fortis est. sicut Agis vltimus Lacedæmoniorū rex, quā
condēnatus ab ephoris, uni ex ministris flenti, Desine, inquit,
etenim sic iniustè, & iniquè periens, sum me interficientibus
melior, & vltra ceruicē laqueo tradidit. Socrates etiam lætus, &
alacris uenenum bibit. Attilius noster uitæ fidē præposuit. [Di
uitiæ] quæ ab omnibus expetuntur. Anaxamenes Analchame-
nes Talcori filius maximam meretur laudem, quoniam quæ-
renti quo nam pacto regnum quis optimè seruaret, si inquit,
non magnifecerit lucrum. Idem quærenti cur non à Mesenijs
munera accepisset: Quoniam si accepissem, inquit, cum legib.
pacem agere nequissem. quid uidetur ille Curius? quàm præ-
clarè. Samnitibus aurum afferentibus respondit. Ite, & renun-
ciate ciuitatibus uestris Rom. nolle aurum, sed aurum habenti-
bus imperare. [Paupertas] Quæ timetur, quam P. R in maximo
honore semper habuit, nec fuit ulla resp. in qua tandiu tantus
honos paupertati habitus fuerit. [Quæ qui in utranq; partē]
.s. cupiditatis, & metus, ut nec uoluptates, nec diuitias, nec ui-
tam cupiant, & contra, nec dolores, nec paupertatem, nec mor-
tem metuunt, ergo ut non cupias illa, nec contra hæc metuas.
[Cumq; alia &c.] Et hæc, inquit, in utranque partem despiciūt
cum aliqua res honesta proposita est cuius amore rapiuntur,
quæ dicta sunt despicientes, sicuti Curius aurum Samnitū con
tempsit amore patriæ seruandæ, & fidei, quam patriæ dederat.
Idem fecit Fabricius qui patriæ causa, Pyrrhum contempsit, cū
polliceretur in regni partem accepturum, si sequi uellet. hęc au
tem quantum ad uoluptates, & diuitias, quantum uero ad ui-
tam, Scæuola uitam non magnifecit, cū Porsenæ castra ingres-
sus aberrasset, & illum ferire uolens scribam percussisset, nam

manum in ignem coniecit, mouitq; regem, vt uitam sibi con-
cederet. Mortem multi contempserūt, ut Decij. [Despicientia]
Hic despectus. [Et maximè iustitia] Nam qui iustus est, hæc om
nia contemnit. [Viri boni] Viri enim boni dicuntur, qui non si-
bi, sed aliis benefaciunt, quod est iustitiæ proprium, cui cōiun-
ctæ sunt beneficentia, & liberalitas. Iustitia omnibus prodest,
præterquam ei qui iustus est. solum n. laborem habet, curam,
& solicitudinem, hac autem una uirtute facilè omnia supradi-
cta contemnuntur. [Mortem] Quam multi non timuerunt,
quos admiramur. [Dolorem] Vt Scæuola, qui potuit exurere
manum. [Exilium] Vt Camillus, qui missus iniustè est in exiliū.
[Egestatem] quam nō timuerunt Curius, & Fabricius. [Nemo
. n. iustus &c.] Sicuti iustus non fuit Attilius Imperator R. qui
pugnans cum Viriato, de quo post dicetur, cum gloriosè mo-
ri posset, potius in illius ditionem uenire uoluit, & illi seruire.
[His sunt contraria] Vt uitam, uoluptates, diuitias. [Qui pecu-
nia non mouetur] Quam contemnere magna est difficultas, si-
cuti Curius non est motus pecunia. [Perspectum]. i. cognitum.
[Dignum spectatu. i. dignum quem omnes admirentur, & su-
scipiant, nam quæ admiramur, & ueneramur, ea spectamus. un-
de conspicuum spectatumq; dicimus. [Itaque illa tria] Ex quo
sequitur, ꝙ tria illa quæ proposuerat esse necessaria ad studia
hominum comparanda in hac uita, uirtute continentur. [Qđ
prodesse uult plurimis &c.] Arist. ait alienum bonum uideri es-
se iustitiam, quia sola omnium uirtutum ad alium est. agit. n.
illa, quæ alijs utilia sunt. [Spernit, & negligit] Plus est neglige-
re, quàm spernere. Spernere est non magnifacere: Negligere ve
rè omnino nihil facere. [Ea ut] Voluptates diuitias &c. [Ac
mea quidem &c.] Necessariam ostendit iustitiam esse homini-
bus inter homines, ut per eam diligantur, & fide, atq; admira-
tione digni habeantur, nunc candē necessariā esse dicit ad adiu
menta in omni uita ratione comparanda. Cumque ratio uitæ
triplex sit, atq; institutio, politica, œconomica, monostica, de
duabus nemini dubium est, ipsa iustitia egere ad hominū adiu
menta comparanda, de monostica dubitare quispiam fortasse
posset, quare de hac primum disputat, quæ quamuis solitudi-
nem amet, non potest tamen humano carere subsidio, quod si
ne iustitia parari non potest, ex quo sequitur solitario homini
necessariam esse iustitiæ opinionem. De reliquis duab. uitæ rō
nibus deinde dicet, quibus iustitia opus esse ostendet. [In pri-
mis] Quia homo est animal ciuile, & sociabile. Quod est dif. &c.]
Nisi hanc hominibus opinionem feceris, ut te uirū bonū existi-
ment, difficile erit hominum adiumenta cōparare. [Præ te fe-
ras] Ostendas ut etiam si uerè bonus non sis, operā tamē des, vt
bonus habearis. [Ergo solitario] Incipit à monostica, quæ non
uidetur hominum adiumenta postulare, cū solitaria sit. [Eoq;
magis]. s. necessaria est iustitiæ opinio, quia si opinionem iusti-
tiæ cōsecuti nō fuerimus, etiam si iusti simus, iniusti tñ habe-
mur, sed tamē alterū sine altero esse nō pōt. non. n. quis iustus
esse potest sine iustitiæ opinione, vnde Plat. introducens Thra-
symachum quēdā qui dicit iustitiā omnino esse inutilē ei qui
iustus est, asserit satius esse iustum uideri etiam si nō sit qui iu-
stum esse, immo in comparatione utriusq; dicit melius esse ui-
deri iustum, quàm esset, & non opinione teneri. Sed Socr. mul-
tis rationibus Thrasymachum fateri cogit, neminē uideri pos-
se iustum, qui iniustus sit. [Iniurijs] Qui si putabuntur iniusti
esse, prōptiores hoīes ad illis nocendū reddentur. Solemus. n. il-
los odisse qui iniusti habentur, & obesse si possumus. [Atq; ijs
etiam &c.] Ostēdit monosticā indigere iustitia, uel saltē opinio
ne iustitiæ nūc ostendit qūo œconomica iustitiā desiderat, sine
qua adiumēta hominū esse nō possunt. [Qui uendūt &c.] Hæc
oīa ad œconomicā pertinēt. Iustitia duplex est, distributiua ꝙ
generalis est, & sic diffinitur. iustitia est ius suū unicuiq; tribuēs
ex dignitate, commutatiua ad cōmercia pertinet, uidelicet ad
emendum, uendendū, locandū &c. quæ propria sunt rei fami-
liaris emunt, uendunt. Sub eadē ratione cadunt, & à dialecticis
correlatiua dīr hæc, emptor, venditor, cōductor, locator. [Con
trahendis negocijs] Faciendis contractibus, quales in commer-
cijs fieri solent cum emptor, & uenditor contrahunt aliquid, &
inter se precio, uel aliqua conditione conueniunt. [Cuius tanta
uis est &c.] A minori ad maius uim iustitiæ maximam ostendit
esse, & sic debent qui in ciuitatibus uiuere uolunt. illud certum
est piratas absque institia esse non posse, & sceleratos, igitur
& hoc sic concedere oportet. [Maleficio, & scelere] ut fures,
prædones, piratæ, & ceteri huiusmodi. [Sine particula iustitiæ]
P diffi-

dissiparetur statim latronum societas, nisi aliqua iustitiæ particula inter ipsos esset, & si unus quæcunque capiuntur, sibi uendicare vellet, ac non, & alijs impartiretur. [Nam qui rō est] quia si quis inter prędones alicui ex prędonibus aliquid eripit, is statim punitur, aut eijcitur, pelliturq; à societate, nec in latrocinio locum habere amplius potest. [Archipirata] Piratarū princeps, piratæ maritimiq; sunt praedones, qui ergo piratarū princeps iniustus fuerit, & non æqualiter prædam diuiserit, is aut occidetur, aut relinquetur, ex quo intelligitur omnibus necessariam iniustitiam esse. [Quinetiã &c.] habere, inquit, quasdam inter se leges piratæ dicuntur. quarum una est, ut ex præda duplo maiorem partem capiat archipirata, reliquis æqua fiat diuisio. [Bargulus &c.] Is (auct. Theopompo) quoniam iustitiam distributiuam inter latrones seruauit, magnas opes adeptus est. Theopompus discipulus fuit Socr. quem ille dicebat calcaribus indigere, sicut Ephorum fræno, fuit tragicus poeta, & orator clarus, cuius etiã Gel. meminit. [Viriatus Lusitanus] Hic post euersam à Scip. Aemil. Carthaginem ex pastore uenator, ex venatore latro, mox uasti quoque exercitus dux factus, uniuersam Lusitaniam occupauit, M. Vetilium prætorem fuso eius exercitu cœpit, post quem C. Plaut. nihilo felicius rem gessit, tantumq; terrorem is hostis intulit, ut aduersus eū consulari opus esset, & duce, & exercitu. Lælius prætor urbanus ita eius uires attriuit, ac diminuit, ut facilè postea uinceretur à ꝓditoribus, tamen consilio Seruilij Cepionis interemptus est ab exercitu eius multum imploratus, ac nobilissimè tumulatus vir duxq; maximus qui annos 14. quibus, cum Rom. bellū gessit, sæpius uicit, quam uinceretur. [Sapiens usurpatur] De quo Cic. lib. de Am. Te alio quodammodo sapientem dicunt, non sicut uulgus, sed sicut sapientes appellant, qualem neminem nemini in reliqua Græcia. [Cum igitur tanta uis &c.] Concludit argumentum, quod esse diximus à minori ad maius. [Inter leges] Quæ communes sunt, & in æquitate positæ. [Iudicia] quæ secundum legis fluūt. [Constituta] bene ordinata. [Nihil quidem &c.] Probat nunc policitè necessariam esse iustitiam, siue monarchia, siue aristocratia, siue democratia fuerit. Dicit. n. iustitiam ab initio humanam societatem conseruasse, & reges iustitiæ causa à principio creatos fuisse, deinde leges constitutas, sed regibus homines, quoad iusti fuerint, contentos fuisse. post quàm uero iniusti illi esse cœperunt, latas esse leges, quæ stabiles, & firmæ semper manerent, & sic ostendit politicam uitam esse non posse absque iustitia, quicunque eam administrauerit, siue rex, siue resp. siue populus. [Herodotus] qui ut supra diximus primum regem scr. apud Medos creatum Diocesem propter iustitiam, & prudentiam. Iustin. quoque ait: Principio, rerum, gētium, nationumq; imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos probitas prouehebat, arbitria principū pro legibus erant. [Maiores nostros fruēdæ iustitiæ] Vt Numa Pōpi. qui opinione uirtutis ultro à Rom. accersitus est Curibus paruis. [Nam, cum præmeretur initio multitudo ab ijs &c.] Tāgit quod scr. Herod [Aequitate constituēda &c.] inter eos qui lites, & controuersias inter se agebant. [Eademq; constituendarum] Causa fuit constituendorū regum, eadem fuit constituēdarum legum, quia donec homines iusti fuere, his contenti homines mansere, at uero ubi illi à iustitia declinauere, leges constituerunt, quæ mutari non possunt. [Ius. n. semper quæsitū est æquabile] Ex æquo, & bono constans, quod oēs uiuentes inter se habent, ut ne plus commodi, aut incommodi suspiciant, & hoc faciunt leges, ut boni uidelicet præmio, mali pœna afficiātur. [Id si minus contingeret] Quia mutabiles sunt homines, & à uirtute, ac officio sæpe declinant. [Leges sunt inuentæ] quæ stabiles essent, & quæ nullum discrimen personarum facerent, omnibus tam nobilibus, quàm ignobilibus, tam summis, quā infimis. [Adiuncto uero hoc ijdem &c.] sed si ad iustitiā prudētia accessisset, tam ij patebant idonei; per quos populi omnia consequerentur. [Omni igitur ratione colēda, & retinēda &c.] concludit etiam si nulla nostra sequeretur utilitas. nam si propriam utilitatem iustus respiceret, desineret iustus esse. sibi. n. consuleret, non autem alius, & ideo non tribueret cuique ius suum ex dignitate. [Tum propter amplificationem] honoris uidelicet, ut nos diligant homines, ut nobis fidem habeat, ut nos admirentur. [Sed ut pecunia &c.] quæstioni uidetur occurrere. Nam cum superius dixerit ad gloriam spectare, ut nos diligant homines, fidem habeant, admirētur, & ea omnia per iustitiæ opinionem comparari. Dicere quispiam posset ad ea parandа satis esse iustitiæ simulationem, quod discutit Socratis primum auctoritate, qui dicebat breuem uiam esse ad gloriā, si homines tales essent, qua les uideri uelint, deinde Gracchorum, qui aliquandiu probitatem simularunt. a. qua cū magnas adepti essent opes, statim declinauerunt. ex quo secutum est, vt implere propositum suum nequiuerint retinendæ gloriæ, nam ambo fuerunt occisi. utitur similitudine, & sicut, inquit, pecunia non solum quærenda est, sed etiam ad usus necessarios conseruanda, sic gloria bonis artibus comparanda est, & bonis artibus retinenda. Nanq; inquit historicus, bene res haberet si quibus artibus paratur imperium, iisdem retineretur. Nam multi primo quidem simulant probitatem, ut ea tria assequantur, quæ supradicta sunt, sed ubi honores adepti sunt, ad ingenij redeunt prauitatē. Non satis est ergo bonis artibus honores quærere, nisi etiam bonis artibus retineas, & sic eos monet qui simulant iustitiam, ut comparent gloriam, quia eā etiam si adepti fuerint, diu retinere non poterunt, nisi cum iustitia, & prudentia eam retinere uoluerint. pecuniā difficilius est conseruare, quàm parere, eodem modo, & gloriam. Nihil ergo prodest dissimulatio, & siquid prodest, ad tempus prodest, eaq; detecta omnis ante collecta gloria effunditur. [Collocandæ] Quid. n. prodesset parare pecuniam nisi partam conseruare scires? [Compendiariam] σύντομον hoc est breuem. nulla. n. breuior est ad gloriam uia, quā si talis sis, qualis uideri uis. omnes. n. boni uideri uolunt. sed ita fit, ut etiam sint boni, & cito eo pacto gloriā consequētur. [Stabilem se gloriam] Potest q. spiam gloriam, hoc non consequi, sed minimè duraturam. [Radices agit] Porrigit radices, & stabilis firmaq; efficitur. [Propagatur] Extenditur, & quotidie augetur. [Tanquā flosculi] Persistit in translatione ab agris.] Nam flos (ut ait Plautus) Repente ortus, repente occidit. [Testes sunt permulti in utrāq; &c.] Et eorum qui gloriā semel partam nunquam amiserunt, quia bonis artib. peperere, & eisdem retinuere, & eorum qui statim amisere, quoniam probitatem ad tempus simulauerunt. [T. n. Gracchus] Ille senior illorum duorū pater qui occisi sunt, princeps fuit ciuitatis, & bonis artibus gloriam adeptus est, atque etiam cōseruauit. At uero filij, quia falsis, & simulatis artibus gloriam, & auctoritatem peperere, statim periere. [Filij] Tib. & Caius Cracchi. [Qui igitur] cōcludit &c. [Iustitiæ] Veræ, de qua dictum est lib. j. [Sed, ut facillimè] Dixerat Cic. ex Socr. sentētia compendiariam uiam ad gloriam uideri, si talis quisque sit, qualis uideri uult. Nunc, inquit, quamuis in Soc. dicto uis magna sit, tamen quædam præcepta danda esse, ut gloriā assequamur, occurrebat quidem nō satis esse, quod Socr. dixerat, quasi posset qui bonus esset, nō uideri bonus, sic aūt instare posset aduersarius. Sicut multi mali nonnunquā uidentur boni, & iusti, ita & diuerso iusti nonnūquā uidentur mali. Illud probabile est, uidelicet, ꝙ multi mali nonnunquā uidentur boni. hoc uero falsum. non. n. sicut sub prætextu boni occultatur malus, ita sub prætextu mali occultatur bonus. nam malus simular, & ideo semper malus, ēt cum aliquid benefacere uidetur, quia non amore uirtutis impulsus id agit. Nā quemadmodum Cic. Att. in Acad. quæ uoluptate quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non est uirtus, sed falsarū imitatio, simulatioq; uirtutis. Nam quod de uoluptate dixit, ad honores, ad opes, ad quæstum, ad omnia deniq; transferri potest, quorū gratia potius, quā uirtutis homines ad aliquid cum uirtute coniunctū efficere uiderentur. Sed animaduertēdū, ꝙ eorum qui gloriā quærūt duo genera sunt, vnū eorū, qui præsidiū habere in uirtute parentū, maiorūq; suorū, alterū eorū qui uirtute sua nituntur. Illi quidē faciliorē uiā habēt ad gloriā, hi uero difficiliorē, sed quanto difficiliorem, tanto laudabiliorē. Fortuna, ut Seruius Tullius, qui serua natus rex Rom. est factus ut Darius, q. initu equi rex constitutus est. quāuis hoc, & ad casum referri potest [Etsi in eo ipso &c.] ut quales sumus, tales etiam uideamur. [Causam celebritatis &c.] vt nomē eius celebre, & illustre. [Sicut tibi arbitror contigisset] quia à me patre tuo cām hēt nominis non mediocris. [Aliquo casu aut &c.] fortuna est quæ proficiscit ex proposito hominis, ut si proficisci in forū uolēs alud assequor, quàm eēt opinio mea. exēpli cā: Quidā accedit ad tumulū pr̄is sacrificaturus, īuenit illic thesaurū abscōditū; Casus nullā partē hēt cū proposito hoīs, ut si inambulantē de tecto decidat tegula. Casu Scipio maior assecutus est gloriā, cū casu electus est Imperator cōtra Hispanos. vt Agathocles, q. cū esset

Leges iu(?) necessariam iniustitiam &æq.

Leges stabiles sunt sine discrimine psonarū.

Imperiā cōseruatur artib. quib. acquiritur, ait Sal.

esset obscuro genere natus patre figulo, tyrannus euasit Syracusanus.[Aut fortuna] Qua fortuna secunda usus imperium magnum adeptus fuerit,& gloriam,ut Marius Ventidius .[In hunc oculi &c.].i.hunc admirantur.[Atq; in eum &c.]qui claro genere nati sunt , & summo loco debent diligentes esse ne quid peccent. Nam nihil debent,aut faciunt, quod non obseruetur,nulla eorum actio latere potest.Et Claud ad Hon. diceebat Theodosij Cæsaris filium: Hoc te præcipuè crebro sermone monebo , Vt te totius medio telluris in orbem Viuere cognoscas,cunctis tua gentibus esse Facta palam , nec posse dari regalibus,usquàm Secretum uitiis,nam lux altissima fati, Occultum nil esse sinit,latebrasq; per omnes Intrat , & obstrusos explorat fama recessus. [Quorum autem ætas &c.] Illi qui claro genere nati sunt,facilè gloriam comparant , si maiorum sequantur uestigia . At uero infimo loco nati non ita . Nam necesse est,ut sua ipsorum uirtute uiam sibi ad gloriam faciant . ergo statim ab ipsa iuuentute incipere debent honesta studia sectari.[Quod eo firmiore &c.]hoc,inquit, habebunt commoditatis , ꝙ multos inuenient fautores . Iuueni .n. ad uirtutem aspiranti quocunq; genere natus sit,omnes fauent.Argumentum est à facilitate. Nam in prouectiore ætate difficile est gloriam comparare,homini nouo in pueritia contra facilè est .

ASC. Erat igitur]Ordo est:Igitur hoc erat tertium ex tribus, quæ pertinent ad gloriam , ut nos iudicaremur digni honore cum admiratione hominum ab his.s.hominibus.Igitur (vt.i.ostendat quomodo admirationem hominum consequamur) Illi.s. homines admirantur cōiter quidem, omnia sup. illa quæ animaduerterunt .i. considerauerunt sup. esse magna præter opinionem suam.Autem pro sed,admirantur sup separatim.i. seorsum,& singulariter si perspiciunt.i.perfectè uident quædam bona,nec.i.etiam non opinata. Itaque ipsi sup.i.cum beneuolentia, & reuerentia quasi sursum.i sursum aspiciunt(cuius cōtrarium est despicere)que,pro &, efferūt .i. extollunt maximis laudib. eos uiros . in quibus existimant se perspicere quasdam excellentes,& singulares uirtutes.Autē pro sed, ipsi despiciūt , & pro.i.contemnunt eos in quibus putant nihil uirtutis, nihil animi,& nihil neruorum.i.uirium sup.esse. non.n.contemnūt .i.uilipendunt omnes eos,de quib .existimant male i.habēt opinionem de iniquitate.nam haud.i.non contemnunt quidem.i. certè eos,sed existimant malè de his , quos putant improbos , maledicos, & fraudulentos,& instructos ad faciendam iniuriā. Quamobrem(ut dixi ante)hi contemnuntur , qui nec prosunt sibi nec alteri,ut dicitur,in quibus nullus est labor,nulla industria,nulla cura . Hi autem afficiuntur quadam admiratione , qui putantur anteire.i.superare ceteros uirtute , & qui cum, si ita sit quod putantur carere omni dedecore .i. turpitudine uitæ,tum uero.i. præcipuè putant carere his uitiis,quib, alij non possunt facilè.i.faciliter obsistere.i.obstare,hoc est qui sunt immunes ab his uitiis,quib.plurimi subiacet,& à quibus ferè uincuntur.nam & uoluptates existentes dñæ.s.animorū blandissimæ.i.maximè blandientes, & titillantes detorquent sæpe maiores partes animæ à uirtute,& plerique.i plurimi exterrentur præter.i.supra modū, quando faces.i.ardores dolorum admouentur.s.applicantur eis,uita,mors ,diuitię,paupertas,permouent.i.concitant,& afficiunt uehementissimè omnes homines. Quæ.i.quas res qui despiciunt magno,& excelso animo,q;,pro &,quos sup.cum .i. quando aliqua res ampla , honesta obiecta est his,quæ & conuertit eos totos ad se,& rapit,tum.i.tūc quis non admiretur splendorem,& pulchritudinem uirtutis , ergo &.i.etiam hæc despicientia animi.i hæc elatio , qua animus res prædictas.s.uitam,mortem &c.despicit,facit magnam admirabilitatem,& maximè.i.præcipuè iustitia ex qua una .i. sola uirtute appellantur boni uiri , uidetur multitudini quædam res mirifica, nec iniuria.i,& non cum iniuria,aut immerito.nemo .n.potest esse iustus,qui timet mortem,dolorem,exilium, egestatem , & qui anteponit æquitati contraria , his .s. uitæ indolentiam,patriæ possessionem,& diuitiarum copiam, que , pro & sup. homines admirantur maximè eum , qui non mouetur pecunia,quod.s.non moueri pecunia in quo uiro sit perspectū .i.clarè uisum,hunc arbitrantur dignum spectatu .i. ut spectetur,& admiretur. Ita iustitia conficit.i. simul facit , & exhibet omnia illa tria,quæ proposita sunt ad gloriam,&.i. pariter beneuolentiam,quod i.quia uult prodesse plurimis,& habet ob candē causam,fidem,& admirationem,quod.i.quia spernit, & negligit eas res ad quas plerią; rapiuntur existentes inflāmati.i.incensi,auiditate.i.cupiditate , & auaritia. ac pro & omnis ratio,& institutio uitæ desiderat,mea quidem sententia.i. quātum ego sentio,adiumenta,i.auxilia hominum,que,pro &, desiderat in primis,ut habeas sup.homines,quibuscū.s. cum quibus possis conferre sermones familiares,quod est difficile , nisi feras præ te.i.nisi certis quibusdam signis ac iudiciis ostentes speciem boni uiri.Ergo opinio iustitiæ.i. opinari , quod iustus sit,est necessaria homini,& i.etiam solitario,atque agenti uitā in agro,que,pro &,eo .i.tanto magis,quod si sup. in agro uiuētes non habebunt eam.s.opinionem iustitiæ , ipsi habebuntur .i.reputabuntur iniusti,& ipsi nullis i.non ullis non septi .i. circundati,& muniti ullis præsidiis.i.protectionibus , & custodiis afficientur multis iniuriis . Atque pro & iustitia est necessaria ad rem gerendam etiā his,qui uendunt,emunt,conducunt res alienas,locant suas.q;,pro &,qui sup.implicantur.i. occupātur negocijs contrahendis.i.contractu negociorum,cuius uidelicet iustitiæ est tanta uis,ut nec illis quidem qui pascuntur maleficio,& scelere,ut raptores,& vsurarii,possint uiuere,si nulla particula iustitiæ.i. nisi saltem aliquam particulam iustitiæ haberent.nam is,qui furatur,aliquid cuipiam.i.alicui eorum,qui latrocinantur.i.latrocinia exercent una.i.simul, ne .i. non etiam reliquit sibi quendam locum in latrocinio.i.reijcitur ab aliis,vt non possit cum eis amplius latrocinari. Autem pro sed,ille qui dicitur archipirata.i. princeps piratarum,hoc est latronum maris,qui naues deprædantur,nisi dispertiat .i. diuidat prædam .i. rapinam æquabiliter i.iusta,& æqua proportione , aut occidetur à socijs,aut relinquetur.quinetiam.i.insuper dicuntur esse leges etiam latronum quibus sup.legibus ipsi pareant,& quas sup.leges ipsi obseruent.Itaq; & Bargulus archipirata ille latro Illyricus.i.de Illyria,de quo est supp.mētio , aut scriptum apud Theopompum habuit magnas opes propter partitionem.i.diuisionem prædæ æquabilem.i.æquabiliter factam. Et Viriatus Lusitanus .i. ille latro ex Lusitania habuit sup. diuitias maiores multo,quàm Bargulus,cui.s. Viriato exercitus , & imperatores nostri cesserunt,quem C.Lælius is qui vsurpatur sapiens .i.qui vsurpauit nomen sapientis . Prætor.i. cum esset prætor , fregit, & comminuit,& repressit ita ferocitatem eius,ut traderet reliquis bellum facilè.Igitur cum tāta uis iustitiæ sit, ut eā firmet.i.stabiliter atque augeat opes etiam latronum,quātam putamus fore.i futuram esse eius uim inter leges, & iudicia, & instituta.i.mores,& obseruātias reip.quidē.i.certè bene morati .i bonos mores habentes uidentur mihi constituti olim reges non solum apud Medos(vt ait Herod.)sed ēt apud maiores nostros.i. priscos Roma. causa fruendæ iustitiæ.i.ut per eos possit frui iustitia.nā cum.i.quando multitudo inops.i.paupercula , & auxilio egena præmeretur.i. opprimeretur ab his qui habebant maiores opes confugiebant ad aliquem.i.ad quēuis unū præstantem uirtute,qui cum.i.quoniam prohiberet.i.defenderet tenuiores.i.pauperiores retinebat pari iure summos cū infimis,æ quitate constituenda.i.constituendo æquitatem,que, pro &,eadem causa fuit constituēdarum legum.i.cur leges cōstituerentur,quæ sup. fuit regum sup. constituendorum.i. cur reges constituerentur.Etenim pro quia,ius est quæsitum semper æquabile,neque esset alterius,nisi.s.esset æquabile,& si consequebantur id.s.ius æquabile ab uno uiro iusto bono,ipsi erāt contenti eo,cum.i. quando id.s.æquabile ius minus.i.non contingeret,leges sunt inuentæ,quæ loquerentur cum omnibus , una atq; eadem uoce.Ergo hoc quidem est perspicuum.i. ualde euidens eos solitos deligi ad imperādum.quorum esset magna opinio multitudinis i.multitudine,de iustitia.i.quos communis populus opinabatur esse iustos.Vero pro sed,hoc adiūcto,ut ijdem.s.iusti haberentur.i. reputarentur etiam prudentes,nihil erat quod homines non arbitrarentur se posse consequi his.i.huiusmodi,auctoribus.i. ꝑ hmōi auctores q , & iusti, & sapientes essent Oī igitur. cōcludit iustitiā summopere esse colendam.Ordo est:Igitur cum.s.tantam uim hēat iustitia, est colenda,& tenēda omni ratione tū.i. pariter ipsa.s.iustitia ꝑꝑ se.i. propter bonitatem propriam.nā aliter nisi esset propter se colenda,non esset iustitia,cum.i.pariter ꝑꝑ amplificationē honoris,& gloriæ,quæ amplificat in quibus est,honorē & gloriā, sed ut,i.quemadmodū rō.i. consideratio non est solū pecuniæ quærendæ.i.acquirendæ,hoc est de pecunia acquirēda,sed etiā sup.ratio pecuniæ,collocandæ.i.administrandæ,& expendēdę , quæ.s.pecunia suppeditet.i.sufficiat,& subministret sumptus ꝑpetuos.i.indeficiētes,nec solū.i.non tm̄ necessarios supp. sumptus

Iustos nil timere potest.

Quis amicitiā familiaritatē habere pot.

Lege Latronum.

Voluptas animæ vires à uirtute detorquet.

118.

ptus.i.expendendos ex necessitate, sed etiam liberales.i.ex liberalitate expendendos, sic gloria est quærenda, & collocanda ratione, ut.s.non desit. quamquam .i. tametsi, Socr. dicebat præclarè hanc uiam esse proximam, & quasi compendiariam.i.breuissimam ad gloriam, si quis ageret id, ut esset talis qualis uellet haberi.i.reputari, quod siqui.i.aliqui rentur.i opinantur se posse consequi.i.obtinere stabile.gloriam simulatione, & ostentatione inani, & non modo.i. non solum sermone ficto.i.simulanter, & fraudulenter composito, sed etiam uultu, ipsi sup errant uehementer. Vera gloria agit.i.facit, & generat radices.i. firmitatem cui adhæreat, atque etiam propagatur.i. extenditur per excrementa quasi pullulat, ut arbor firmiter radicata, omnia ficta decidunt.i.deorsum cadunt celeriter tanquàm flosculi.i.imminuti flores arborum, nec quidquàm simulatū potest esse diuturnum. Permulti.i.ualde multi testes sunt in utrãque partem.i.probandam utranque partem, hoc est tam uerã gloriam esse diuturnam, quàm simulatam trāsitoriam, sed nos erimus contenti una familia .i. probare id in una familia causa breuitatis. Enim, pro quia, Tyb. Gracchus filius Publij .s. Gracchi laudabitur tam diu, dum.i. quandiu memoria rerum Rom. id est quas Romani gesserunt, manebit, filii eius i.Tyberius, & Caius seditiosi, nec probantur.i. approbantur uiui .i. dum adhuc uiuebant, & mortui.i.iam dum mortui sunt, obtinent nomen.i.famam cæsorum.i.interfectorum, & occisorum iure, iustè.s.propter seditiones, & maleficia. Igitur ii, sup.qui nolunt adipisci, idest acquirere ueram gloriam iustitiæ.i.de iustitia sua, fungantur officijs.i.faciant officia iustitiæ, & dictum est in lib. superiore, quæ essent ea.s.officia iustitiæ, sed ut uideamur facillimè esse tales quales sumus, & si i.licet maxima uis est in eo ipso, ut simus hi.i.tales, qui.i.quales uelimus haberi, tamē quedam præcepta sunt danda. Nam si quis habet causam celebritatis, & nominis.i.cur celebris, & clari nominis sit ab ætate ineunte.i. incipiente, hoc est à teneris annis, & quasi à cunabulis .i.ueluti acceptam à patre (quod.i.quam causam celebritatis, mi Cic.ego arbitror contigisse tibi propter claritatem.s.patris) aliquo casu, atque fortuna sup. aliqua, oculi omnium conijciuntur in hunc, atque inquiritur in eo quid agat, quemadmodum, idest qualiter uiuat, & tanquàm.i.perinde ac si uersetur in luce clarissima, ita nullum eius, nec dictum, nec factum potest esse obscurum. Autem, pro sed, hi quorum prima ætas uersatur in ignoratione hominum propter humilitatem, & obscuritatem, simul ac i.statim postquam cœperunt esse iuuenes, debent spectare.i. contendere in magna .i. ad res magnas peragendas, & debent contendere ad ea, scilicet magna rectis, idest firmis, & non declinantibus in obliquum, studijs, idest conatibus. Quod, idest quam rem ipsi facient animo eo, idest pro tanto firmiore, quia non modo, idest non solum non inuidetur, idest nullus inuidet illi ætati, scilicet iuuenili, uerùm etiam fauetur, idest plerique fauent.

ARGVMENTVM.

Adolescentes quibus rebus populo primum commendantur.

PRima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi apud maiores nostros extiterunt. semper enim ferè bella gerebantur. tua autem ætas incidit in id bellum, cuius altera pars sceleris nimium habuit; altera felicitatis parum. quo tamen in bello, cum te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudem, & à summo uiro, & ab exercitu consequebare, equitando, iaculando, omnia militari labore tolerando. atque ea quidem tua laus pariter cum repu. cecidit. mihi autem hęc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. quamobrem ad ea quæ restant, pergamus. Vt igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera animi, quam corporis: sic eæ res, quas persequimur, ingenio, ac ratione, gratiores sunt, quàm illæ, quas uiribus. Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia, tū pietate in parentes, tum in suos beneuolentia. Facillimè autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapientes uiros, bene consulentes reipu. contulerunt. quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes; quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem, & innocentiæ, & iuris scientiæ P. Mutii commendauit domus. nam L. quidem Crassus, cum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipsi peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili, & gloriosa. & qua ætate qui exercentur, laude affici solent; ut de Demosthene accepimus: ea ætate. L. Crassus ostendit, id se in foro optimè iam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. sed cum duplex sit ratio orationis, quarum in altera sit sermo, in altera contentio: non est id dubium, quin contentio orationis plurimum possit, & maiorem uim habeat ad gloriam. ea est enim, quam eloquentiam dicimus. sed tamen difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis. extant epistolæ, & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum, trium prudentissimorum (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, militesque blande appellando, sermone deliniant. Quæ autem in multitudine, cum contentione habetur oratio, ea sæpe uniuersam excitat gloriam. magna est enim admiratio copiose, sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam, & sapere plus, quàm ceteros arbitrantur. si uero inest in oratione mixta modestiæ grauitas, nil admirabilius fieri potest: eoq; magis, si ea sunt in adolescente, sed cum sint plurima causarum genera, quæ eloquentiam desiderant; multique in nostra rep. adolescentes, & apud iudices, & apud senatum dicendo laudem assecuti sint: maxima admiratio est in iudiciis. quorum ratio duplex est. nam ex accusatione, & defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persæpe est. dixi paulo ante de Crasso: idem fecit adolescens M. Antonius: etiam P. Sulpitii eloquentiam accusatio illustrauit, cum, seditiosum, & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium uocauit. sed hoc quidem non est sæpe faciendum, nec unquam nisi aut reipu. causa, ut duo Luculli, aut patrocinii; ut non pro Siculis, pro Sardis: pro M. Albutio Iulius Cæsar. in accusando etiam M. Aquilio L. Fusii cognita industria est. semel igitur non sæpe certe. sin erit, cui faciendum sit sæpius; reip. tribuat hoc muneris; cuius inimicos ulcisci sæpe, non est reprehendendum: modus tamen adsit. duri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur, periculum capitis inferre multis. id enim cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator nominere. quod contingit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui iuris ciuilis in primis peritus fuit. Atque etiā hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem in iudicium capitis arcessas. id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. nam quid est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum, & ad conseruationem datam, ad bonorum pestem, perniciemque conuertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere.

vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fertur etiam hu manitas. iudicis est, semper in causis verum sequi; patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit uerum, defendere quod scriberē. præsertim, cum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret grauissimo Stoicorum Panætio. Maximè autem, & gloria paritur, & gratia defensionibus eoque maior, si quando accidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri, urgerique uideatur; ut nos, & sæpe alias, & adolescentes contra L. Syllę dominantis opes pro Sex. Roscio Aemerino fecimus: quæ ut scis, extat oratio.

PETR. MARS. PRima igitur] Postquam ostendit talia præcepta esse necessaria, incipit præcipere quid iuuenis agere debeat, ut gloriam consequi possit, & ostendit gloriā oriri ex præstantia bellica, aut ex his uirtutibus, quę in toga coluntur; vt dicetur per singulas partes. Ad gloriā] consequendam. [Si qua] Commendatio, & laus rei bene gestæ potest ab ipso adolescente comparari. [In qua] Commendatione, & laude bellica. [Ferè] Quasi semper, quoniā pro imperio propagando bella ferè semper gerebantur, unde res militaris erat ars Rom. & adolescentes in bello se exercebant. vnde Sil. laudans fortitudinem Rom. & præstantiam bellicam dicit: Pubescit castris miles, galeæque teruntur. Nondum signātes daua lænugine malæ. In pueritia studijs literarum incumbebant. Inde militiam erecto animo colebant, qua ceteris nationibus. Præstabat P.R. [Tua autem ætas] Vertit sermonem ad filium, quem dicit in id bellum incidisse, in quo gloriam assequi non potuit, & bellicam commendationem. [In id bellum] Plusquam ciuile, quod fuit inter Cæs. & Pomp. & Cic. filius Cic. sub Pomp. militauit, præfectus alæ militari. [Altera pars] Cæsa. [Nimium sceleris] quia pugnabat contra patriam, & illa occupauit, & per hoc magnum scelus admisit. [Altera] Pompeij, qui pro rep. pugnabat, tamen habuit parum felicitatis, quoniam superatus à Cæs. in Aegypto obtruncatus fuit. [Alteri alæ] Vni ex duabus. quoniam alæ exercitus dicuntur equitum ordines, quia circum legiones dextra sinistraue tanquàm alę in auium corporibus locabantur. ergo cum duæ essent alteri præfectus erat Cic. Legio habet centurias 40 manipulos 30. cohortes 10. ut ait Cincius de re militari. [A summo uiro] Pomp. qui summus uir erat, & imperator. [Equitando] Vt faciūt tirones, qui equitando præludia pugnæ exercent, & etiam iaculando, vt quisque, & eques, & pedes bello promptus esset. unde Iuuen. Discit ab hirsuta iaculum torquere capella. [Cum rep.] quoniam superato Pomp. militiam dimisisti, & resp. à Cæs. occupata fuit. [Mihi autem] inquit Cic. non solum propter te hæc præceptio, & disputatio instituta est, sed propter omnem iuuentutē, quæ tunc erat tecum, adde etiam quod hæc præcepta non tibi soli, sed omnibus scribuntur [De toto genere] de omnibus iuuenibus. Vt igitur in reliquis rebus] Superiore uolumine dixi præstantiora esse ea quæ animo, quam quæ corporis uiribus geruntur. sic etiam commendatio adolescentiæ magis proficiscitur à modestia, & pietate in parentes, quàm à uiribus corporis Illa.n. ætas optimis moribus, & disciplinis intenta esse debet, & regi consilio sapientum. [Persequimur] Studiosè sequimur, & complectimur. [Gratiores] Maiorem gratiā afferunt, & gloriā, quā ea quæ fiunt uiribus corporis, ut est res militaris, ergo maior est laus adolescentis, & commēdatio ad gloriam à modestia pietate in parentes, & affectatione præstantissimorum uirorum, quàm à militia, & his omnibus, quæ vires corporis desiderant. [A modestia] Vt seruet modum in omnibus actionibus, & pius in parentes, in suos beneuolus sit, uerecundus, pudicus. Vnusquisque, inquit Plato in Leg. nisi mente captus sit, & timet, & honorat parentes. & rursus, Seniores re, & uerbo unusquisque reuereatur, & si ultra 20. annos excedunt tanquàm parētes honoret. [Commendatio] Laus. quoniam nihil est utilius in uita, quàm ut nequid nimis. Horat. in Ser. paternum institutum sic celebrabat, Ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores ederat, quid multa? pudicum, Qui prius uirtutis honos, seruauit ab omni. Non solum facto, uerū opprobrio quoque turpi. [Facillimè autem] Ponit nunc in quo adolescentes facilè cognoscuntur, cum. s. adhærent claris, & sapientissimis uiris, & illos affectantur. dant. n. signum futurę uirtutis, & optimi ingenij. quod uirtutum studio flagrare uidentur, cum frequentes sunt apud doctos uiros, & probatissimos. [Claros] Clari nominis propter res gestas, & optimos mores. Bene consulentes] Reip. qui remp. amant, & illius studiosi sunt. [Si frequentes] Assidui. i. si frequentant domum clari uiri, & sapientis, & si ipsum causa officij assectantur, frequens locus dicitur à multis concelebratus, & frequentes dicuntur assidui claris uiris. i. assiduè cum illis uersantes. [P. Rutilii] Probat id, quod dixit exemplis, P. inquit Rutilius famam, & iuris ciuilis, & innocentiæ consecutus est, quoniam frequētabat domum Mutij Scæuolæ, qui ius ciuile callebat. & uir optimus habebatur. Rutilius Stoicam disciplinam sectatus innocentissimus habitus est, proconsul in Asia fuit, & prouinciam ab iniuriis publicanorum defendit, unde equestrem ordinem sibi inimicum fecit, quoniam equites erant publicani. i. publicos sumptus ministrabant, & redimebant. rediens Romam repetundarum accusatus est, & à iudicibus, qui ex equestri ordine erant in exilium actus. Postea cum reuocaretur ab exilio redire noluit, & Smyrnæ exulās uita functus est. multa opera multaque industria Rutilius fuit, ut Cic. scr. in Bruto, quæ erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure respondendi sustinebat Panætii auditor fuit, propè perfectus Stoicus. [Commendauit] Commendatione dignum reddidit domus Mutii, quam frequentabat. Nam L. quidem Crassus, non aliunde, non ex domo aliena, & consuetudine uirorum clarorum, sed sibi ipse peperit gloriam ex accusatione Carbonis. in Bruto scr. Cic Crassus uersatus est in omni genere causarum, maturè in locum principum oratorum uenit. Accusauit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens, summam ingenij laudem non modo, sed etiam admirationem consecutus est. [Non est mutuatus] Non aliunde accepit, quàm ab illa accusatione. [Nobili] Quæ Craß. nobilitauit. [Gloriosa] Quæ Crasso adolescenti gloriam attulit. Et qua ætate] Iuuenili. i. adolescentia. [Vt Demosthene] qui postea omnis Græciæ oratores superauit. Demosthenes mortuo patre sub tutoribus uixit, sed cum per ætatem licuit, tutoribus suis diem dixit, multaque in eos uarie subterfugiētes scribens, & se in his rebus exercens tandem non sine periculo, & industria superauit, à quibus quamquam recipere quantum sibi subreptum erat non potuit, tamen id assecutus est, ut audaciam dicendo, & consuetudinem nactus, gustata causarum orandarum dulcedine famæ, ac potentiæ in medium prodire statuerit, & ad reipu. certamina se conferre. hæc igitur causa ianuam Demostheni ad gloriam, & honores patefecit. [Ea ætate] Adolescentiæ. Sensus est. Crassus in sua adolescentia præmeditatus, causam in foro egit, & id exercuit in oculis omnium, quod illi fuisset laudi, si domi sine publica exercitatione cogitasset. quoniam pueri, & adolescentes in fictis causis se exercere debent, in umbra, & domi omnia præmeditari priusquam prodeant in lucem, & in ueram aciem descendant. Laudatus igitur fuit Craß quod ea in foro egerit, quæ potuisset domi cum laude propter ætatem meditari. [Etiam tum] propter ætatem. quoniam erat admodum adolescens, & non requirebatur ab ea ætate, ut ueras causas in foro ageret, sed ut in umbra præluderet, & domi meditaretur id, quod postea obeundum fuisset. fecit igitur Craß. supra uires ætatis, unde maximam sibi gloriam comparauit, quoniam C. Carbonem damnatum sua occasione in exilium miserat. Inde cum consul prouinciam obtineret, ut auct. est Valer. Maxi. lib. iij. Galliam, atq; in ea C. Carbo, cuius patrem Crassus damnauerat, ad speculanda consulis acta uenisset, non solum eum inde non summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit, nec ulla de re nisi eo in consilium adhibito cognouit. Itaque inquit Val. Acer, & uehemens Carbo nil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quam ut animaduerteret sontem patrem suum ab integerrimo uiro in exilium missum L. Crassus trib. pl. C. Carbonem accusauerat ad populum, seruus Carbonis scrinium ad tribunum attulit, in quo multa poterant inueniri, quæ illam accusationem adiuuarent. Crassus seruum catenis ligatum cum scrinio intacto remisit. [Sed cum duplex sit] Diuidit Cicc. modum loquendi in duas partes, sermonem, & contentionem, idest eloquentiam, quam ad gloriam consequendam plus ualere dicit, quàm sermo ualeat, qui tamē multum prodest ad animos conciliandos alliciēdosq;, & declarat Cic. quid sit cōtentio. [Rō] Modus. [Duplex] Loquēdi

[Sermo.]qui est accommodatus, & finitimus quotidiano sermoni.[Dictu]Vt dicatur.i.uix potest dici quantũ sermo affabilis aliorũ animos conciliet.[Animos] Hominũ beneuolentiã. [Extant epistolę]confirmat exemplo,& auctoritate prudentissimorum hominum sermonem accommodatum ad animos conciliandos.[Extant]Adhuc leguntur, & sunt in manibus hominum. Philippus Rex Macedonum,pater fuit Alexandri Magni,ex cuius successoribus fuerunt Antipater, & Antigonus, Cassander fuit filius Antipatri.[Accepimus]Audiuimus fuisse prudentissimos.[Pręcipiunt]Dant præcepta,& documẽta.[Benigna oratione]Humanis uerbis,& sermone præ se ferente comitatem.[Deleniãt]Demulceant,beneuolos reddãt.[Quæ autem in multitudine]nunc agit de contentione orationis, quæ maximam gloriam excit.[Vniuersam] Totam gloriam. quoniam sola eloquentia tantũ valet ad gloriã comparandam, ut nullo alio adiumento indigeat.[Sæpe]dicit quoniam non semper id accidit.interdum.n.eloquentia non laudem,sed odium atque inuidiã parit,nisi rectè quis utatur tam præstãti domo naturæ,quod ad salutẽ,non ad perniciẽ hominum datum est. Vnde eloquentia debet cũ prudentia iustitiaq; coniungi,ut cumulatissima laude digna sit.Magna est.n.ratio quare eloquentia sæpe totam excitat gloria.Plato dicebat oratoriã facultatẽ animis hominum imperare,eosq; ad quoscunque velit motus impellere,& eius opus esse per maximum in formarũ atq; perturbationũ cognitione consistere.Causa non nuda, inquit Plutarchus, est orationis uis,sed ut ait Thucidydes, uitæ dignitas atque extrematio innocentiæ,abstinentiæq; præclara. [Copiosè]quantũ ad ubertatẽ orationis.Fab.lib.5.ait locuples,& speciosa vult esse eloquẽtia,feratur ergo non semitis,sed cãpis,nõ uti fontes angustis fistulis colligat,sed ut latissimi omnes totis uallibus fluat,ac sibi uiã,si quando non acceperit, faciat. [Sapienter]prudenter,quoniam qui temere utitur eloquẽtia,nec admiratione,nec laude dignus est,grauitas adiuncta orationi, & pondus sententiarũ plurimũ dignitatis affert,& gloriæ,& in adolescentia maximè.in qua raro grauitas inest. Fabius in ultimo sic scribit:Hinc etiam illud est,ꝙ Cic.plurib.& libris,& epistolis testatur dicẽdi facultatem ex intimis sapientiæ fontibus fluere.[Apud iudices]In genere iudiciali.[Apud senatũ]In gñe deliberatiuo.Tria sunt gña causarũ,iudiciale,demonstratiuũ, & deliberatiuũ,in quibus vtimur eloquẽtia.[Maxima etiã]oratio,inquit,habita copiosè,& prudẽter,excitat sæpe uniuersam gloriam,sed maxima est admiratio in gñe iudiciali cum aliqs accusatur, aut defenditur, quoniam genus iudiciale difficillimum est.[In iudicio]gñe iudiciali.[Quorũ]Iudiciorum,& eloquentiæ,& quæ in iudicijs uersatur.[Laudabilior] quoniã dono naturæ ad vtilitatẽ hominũ,non ad perniciẽ nisi cum causa necessaria suberit,uti debemus.[Probata]Laudata, & accusatori honori fuit,& gloriæ.[De Crasso]qui admodũ adolescẽs, C.Carbonẽ accusauit.[M.Antonius]orator,qui disputat apud Cic. in li.de Or,auus fuit M. Antonij Triumuiri, quem Antonium oratorem Syllanas partes secutũ C.Marius necauit. [P. Sulpicij]Sulpicius C.Norbanum,qui postea cum Mario Iuniore consul fuit,accusauit,quòd seditiosus esset ciuis,& partibus optimatũ aduersaretur, quas Sylla contra Marianos obnixè fouebat.Dicebatur,C.Norbanum bellum aduersus Syllã instaurare,& ideo à Sulpicio accusatus est, quæ accusatio famam eloquentiæ Sulpicio adolescenti fecit. Sed hic accusare alios in 6. in Ver.actione scribit:Omnes qui alterũ,iudices,nullis impulsi inimicitijs,nulla priuatim lęsi iniuria,nullo præmio adducto in iudicium reip.causa uocant,prouidere debent nõ quid oneris in præsentia tollant,sed etiam quantum in omnem uitã negocij suscipere conentur.legem.n.sibi inducunt innocentiæ,cõtinentiæ,uirtutumq; omnium,qui ab altero rationẽ uitæ reposcunt.[Reip.caussa]Pro utilitate reip. [Vt duo Luculli] M. Lucullus,& L.fratres.Lucullus auctore Plut.adolescens cũ priuatus nullum adhuc magistratum gessisset, Seruilio auguri, qui patrem accusauerat de peculatu,diem dixit. Visa est ea res clarissima Romanis,& omnium laudata consensu. Id .n. accusandi studium,uel sine priuata occasione haud ignobile uidebatur,quinimo plurima delectatione eos mirari laudareq; iuuenes cõsueuerunt,quos scelestis ac flagitiosis hominibus ceu feris generosos catulos acerrimè cernerent incumbentes in eo iudicio orta contentione cum uulnerati quidam,quidam fuissent occisi,euasit tamen accusationem Seruilius.Hæc igitur accusatio reip. causa fuit,quoniam accusauerunt Seruilium de peculatu.i.de furto publico.Lex Iulia de peculatu eos punit, qui pecuniam,vel remp.vel sacrã,vel religiosam furati fuerint. [Patrocinio]Cum Clientes nostros læsos defendimus. & Cicc. patronus fuit Siculorum contra Verrem, qui prætor Siciliã expilauerat,in quem extant Cic.actiones.[Pro Sardis]Orationes Cice.pro Sardis clientib.suis non extant,unde huius patrocinij causa ignoratur.[Iulius Cæs.orator L. filius de quo supra, qui fuit frater Catuli.[Industria]Studiosus labor,L.Fusij uenit in lucem,cum Manlium accusauit.[Semel igitur]Præcipit Cic.cõcludens raro accusandum esse ipsis adolescentibus,tamen cum aliquando fit,reip.tribuendum,nõ priuatæ utilitati.[Sin erit] si erit aliquis,cui necesse sit accusare,reip.causa accuset. [Hoc muneris]officium,& laborem accusandi.[Cuius reipu.]Debemus animaduertere in illos,qui reip.aduersantur, quæ omnia cõtinet,& cuius debemus esse studiosi.[Tamen]Quãuis oporteat accusare,tamen adhibeatur quædam mensura in accusando,ne animo ferino uideamur esse.homo n.ab homine nõ est alienus, unde carpendi sunt maximè qui studio accusandi tenentur,& scelera fingunt,ut animi efferatam libidinẽ expleãt, & iugulo alterius intenti humanitatem deserunt,quo nihil potest excogitari dementius, nihil turpius, nihil denique libero homine indignius.[Duri]Inexorabilis,feri.[Vel potius uix hominis)quoniam deposuit humanitatem, & non est homo nisi nomine tantum,qui alios in capitis discrimen adducit.[Id] Inferre periculum capitis.i. uitæ. vnde capital, siue capitale crimen,quod pœna capitis luitur,[Periculosum ipsi] quoniã parat sibi inimicos,& bonum nomen si quod habebat amittit,cũ accusator dici potest,quoniam nati sumus, ut prodesse uelimus quamplurimis,& ad humanam societatẽ tuendam, fouẽdamq; omni opere,& auxilio.[Sordidum]turpe, & obscœnũ. [Committere]Efficere,& peccare in hoc,ut possit accusator appellari.[Quod]vt accusator nominaretur.[M.Bruto] Idẽ Cice. in Bruto scribens ad Brutum dicit:Iisdem temporibus M.Bru. in quo magnum fuit Brute uulnus generi uestro, qui cũ tanto nomine esset,patremq; optimum uirum habuisset, & iuris peritissimum,accusationes factitauerit,ut Athenis Lycurgus. Is magistratum non petiuit,sed fuit accusator uehemens,& molestus,ut facilè cerneres naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse uitio deprauatæ uoluntatis.In ij. de Or.sic ait: In omni oratione Crassus,uel apud centumuiros contra Scæuolam,uel contra accusatorem Brutum.Fab.li.xiij.sic scribit: Mutos autem nasci,& egere omni ratione satius fuisset, quã prouidentię munera in mutuam perniciem cõuertere.[In primis] Inter primos.[Atque etiam hoc]Dat generale præceptum, innocentem nunquam esse adducẽdum in discrimen capitis, quñ id nunquam potest fieri sine scelere.[Arcessas] Accuses capitalis criminis. Arcessere aliquem,inquit Diomedes, accusare significat,& ab arceo nascitur, etenim alium accusare à maleficiis arcere est.[Nec tamen] sensus est,nemo innocens accusandus est.Nec est contra religionem defendere aliquando hominem nefarium.hoc à Panætio accepit,qui dicebat licere patrono etiam nocentem defendere.& Cic. in hoc agit causam suã, qui aliquando defendit in iudicio nocentes.[Vt hoc] Neminẽ innocentẽ in iudicio capitis arcessere. [Religioni] Religio est metus dei,& scientia diuini cultus.Religio (ut ait Sulp.) dicta est,quæ propter sanctitatem aliquã remota ac seposita à nobis sit,quasi à relinquendo dicta. Religiosi, inquit Macr. sunt qui facienda,& uitanda discernunt. [Religioni]sacro officio.[Nefarium.sceleratum.] Imperium erga patriam,& etiam religionem. [Aliquando] Dicit non semper,quoniam id esset contra officiũ.Nam mali patrocinio confisi ad nocendum irritarẽtur. Cum Phocion Atheniensis vir probissimus reprehenderetur, quòd hominem improbum iudicio defendisset: At nemo bonus, respondit, tali patrocinio indiget. [Multitudo] Populus qui propter imperitiam, quid omnino uelit iustitia ignorat. [Consuetudo] quoniam tales defendere alij consueuerunt. [Humanitas] Qua ducimur ad hominem conseruandum. Vnde Cæsaris clementia in delinquentes, atque humanitas semper laudabitur, de quo Cice. in oratione pro M.Marcello: Nulla est tanta uis tanta copia, quę non ferro ac uiribus debilitari frangique possit, uerum animum uincere, uictoriam temperare,iracundiam cohibere,aduersarium nobilitate,ingenio,virtute præstantem non modo extollere iacentẽ, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, hæc qui facit non ego eum summis uiris comparo, sed simillimum deo iudico.

iudico. Et pro Q. Ligario, Nihil est n. tam populare, quàm boni tas. Nulla de uirtutib. tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est. homines n. ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. [Iudicis est] ponit iudicis officium in causis, & patroni, qui cām clientis defendit. Socrates apud Pla. in apo. sic ait. Non n. ad hoc sedet iudex, ut per gratiam concedat, sed ut iudicet secundum leges, atq; id iureiurando promisit non per gratiam cuicunque libuerit condonare. [Est iudicis] pertinet ad iudicem. [Patroni est tue. uerisimile] quod cū uideatur esse cōtra officiū Cic. excusat se auctoritate Panætij Stoici, qui hoc in suis officijs probat. [De philosophia] Quæ verum quærit, & iustitiā omnibus anteponit, estq; magistra uitæ, & expultrix uitiorū. Veritas, inquit Arist. j. Mor. omnib. reb. anteponenda est. [Maximè autem] Dicit Cic. tunc maximam gloriam parari defensoribus, cum aliquem oppressum à potentiorib. defendunt, quos non timent pro ueritate, & humanitate oraturi, ut ipse fecit pro Rosc. contra Syllam, & Chrysogonum hominem nefandissimum Sex. Ros. pater huius Roscij Amer. fuit diues, & gratia hospitij hominum nobilissimorū florens, ad balneas Palatinas Romæ rediens à cœna occiditur L. Cornelius Chrysogonus manceps hominis nobilissimi factus est. Tria prædia Capitoni data sunt. Titus R. noīe Chrisogoni in reliquas omnes fortunas impetum fecit, tandem cum hunc Sext. Ros. filium è medio tollere non possent, quoniam Romam confugerat, & magna diligentia uita eius custodiebatur apud Cæciliam nepotis filiam, quæ ipsum domo tectū, fugientem minas inimicorumq; tela recipit, quòd patrem necasset accusauerunt. quem Cic. oratione, quæ ad huc extat defendit natus septem, & 20. ann. L. Sylla Felici, & Metello Pio Coss. [Adolescentes] Cum essem adolescens. [Dominantis] Tyrānicè imperantis. [Opes] summam potentiam. dominari propriè est tyrannice imperare. Fabius lib. xij. sic scribit: Neque erit perfectus Orator, nisi qui honestè dicere, & sciet. & audebit.

FRAN. MAT. Prima est igitur &c.] Dixit de his adolescentibus, qui claro genere, & qui obscuro nati sunt, & quo differant. Nunc ostēdit quibus artib. consequi gloriam possint, & duas esse dicit rerum bellicarum, & literarum. [Multi] Vt Scipiones, Marius, & innumeri, de quibus historici scribūt. [Tua autem ætas] Tibi fili difficilior per rem militarem aditus est ad gloriam. Nāc hoc tempore natus es, quo non iusta nec contra externos hostes, sed impia, & à ciuib. contra ciues gesta sunt bella. [Altera] Cæsaris. [Altera] Pompei. [Quo tanta &c.] in hoc bello, inquit, quamuis ciuile fuerit non modicam gloriam comparasti. [Alæ] Equitum turmæ. Virg. Dum trepidant alę. Vnde alarij equites, ob hoc alę dictæ sunt, quia his pedites clauduntur alarum iure. vndiq; n. in laterib. exercitus equites disponebant. [A summo uiro] Pōpeio. [Equitando] Bene equitando inter æquales [Iaculando] Hæ artes omnes adolescentum sunt fortium. [Tolerando] ut uigilias, inediam, longa itinera. [Pariter cum rep.] quia uicto Pompeio resp. occidit, & tua laus una. non. n. habuisti postea ubi tuam uirtutem exerceres. [Mihi autem &c.] quod de uirtute dixi noli existimes me ideo dixisse, ut te laudarem, sed, ut iuuentutis officia declararem. [Vt igitur] Nunc transit ad aliam partem, uidelicet quomodo gloria comparatur non uiribus corporis, sed ingenij, vt studiis literarum, philosophiæ, iuris ciuilis. Nam, qui in his præstantes sunt, magnam gloriam consequuntur. [Rationem] Per philosophiam cuius præceptis adolescentes bene uiuendi rationem discunt sectari. [Prima igitur commendatio] prima laus adolescentis est, si moderatus fuerit, & temperans, qualis adolescens Terentianus, de quo scriptum est: Sic uita erat, facilè omnes perferre, ac pati. Cum quib. erat cunq; una iis sese dedere: Eorum obsequi studiis, aduersus nemini, Nunquam præponens se aliis. ita facillimè Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares. Vnde sequitur commendatio probi sapienter uitam instituti. [Pietate in parentes] ut eos ueneratione prosequamur, ut obsequentes sint, ut præmia nutricationis retribuant. [In suos] quos caros habere debent. [Facillimè autem &c.] Talis habetur quisq; quales ij sunt cum quibus versatur, & assiduam consuetudinem habet, nam ueluti contagiosi morbi sibi adhærentes malæ societates inficiuntur, uuaque conspecta liuorem ducit ab una. Cic. à parte ad Scæuolam virum ea ætate præstātissimum deductus fuerat, ut quo ad posset, & liceret à senis latere nunquam discederet. Landamus adolescentes, qui probus hærent hominibus, contra nos improbamus, qui hærent parum honestis.

Tales fu-mus qua-les sunt illi cum quibus uersa-mur.

[P. Rutili] Hic, quia domum P. Mutij Scæuole frequentabat iurisconsulti præstantissimi, non illius auguris, de quo Cic. hāc opinionem de se excitauit, & innocens sicut Mutius erat, & iuris peritissimus haberetur. Fuit is Rutilius orator cuius meminit Cic. lib. de Cl. Or. ad Br. fuit consul, & imperator tempore belli socialis. [Nam L. quidem Crassus] quia dixerat esse nōnullos, qui præsidia in uirtutibus maiorum suorum habent, alios qui sua ipsorum virtute nituntur, ideo subiungit exemplum L. Crass. qui non opinionem eloquentiæ fecit, quod cum aliquo oratore eloquentissimo consuetudinem habuisset, sed sua ipsius uirtute, cum Carbonem accusauit repetundarum ex Asia, hic est L. Crassus, qui inducitur lib. de Orat. [Non aliunde] A parentibus, aut consuetudinem alicuius magni, & eloquentissimi uiri. [Ex illa accusatione] quando accusauit Cn. Carbonem reputandarum ex Asia. [Aetate] Adolescentia [Vt de Demosthene accepimus] Hic Demosthenes patre natus est Macheropio ab officina gladiorum, quam egregium Athenis habebat cognominato, cum Oropi causam egisset Callistratus magni nunc nominis orator, & ingenti fuisset admirationi, eius gloriam adolescens adhuc Dem. tunc amauit, & omissis cæteris disciplinis ad id unum se exercuit, ut dicendi facultatem nancisceretur. Dem. priuatus parente cum esset adolescēs, crebro in iudicium uocabatur, quare cum ei opus esset se defendere, exerceri cœpit in agendo, & eloquentissimus euasit, maximamq; gloriam adhuc adolescens adeptus est. [Ea ætate] [L. Crassus] Eam laudem adolescens consecutus est in foro. L. Cr. quam domi si se exercuisset consecutus quoque esset. [Domi] quia si se exercuisset domi, & in loco priuato, laudatus fuisset. [Sensus est] Ostendit in foro se id bene agere, quod si ostendisset domi, laudē meruisset. Solebant adolescētes declamare, hoc est in fictis causis domi, & in umbra exerceri prius quam in uerum certamen prodirent, & ueras agerēt causas, ergo Crass. adolescens in foro egit præmeditatus, sed cum summa laude, quod si domi egisset, exercendi, & præparandi ingenii gratia, ut declamantes solebant, laudem adeptus esset. est autem argumentum à minori, si fuisset laudatus id agens domi, quia adolescens erat, quanto maiorem laudem merebatur in foro? [Sed cum duplex] quia operibus corporis, & animi, gloriā comparari posse dixerat, & corporis quidem operib. res bellicas primum, animi autem uim dicendi inesse dixerat; ideo nunc duo genera dicendi esse docet. Vnum in quo affabilitas est, & comitas, & sermo uocatur. Alterum in quo grauitas, & contentio nominatur. Vtrunq; ostendit plurimum per se posse, sed utrūque coniunctum mirum in modum ad comparandam gloriā ualere. [Sed cum duplex] Ostenderat vim dicendi multum ualere ad comparandam gloriam, & L. Crassum adolescentem ex accusatione Carbonis magnā gloriam adeptū fuisse. ideo de ui dicendi loquitur, quæ duplex est sermo, cui inest affabilitas, & comitas. [Contentio] quæ habet grauitatē, & asperitatē quandam. [Sermo] In quo est affabilitas. est aūt affabilis, qui se cōmem, & benignum præbet cūctis. Nā sermo est oratio quotidianæ finitima locutioni. [Contentio] In qua uis est maxima, & uehementia, & sermone quidem inter familiares utimur. Contentione apud iudices, in senatu, in contētionibus ad populū. In foro cum uel accusamus, uel defendimus: In senatu cū suademus, uel dissuademus. In contentionibus cum populum concitamus, uel deterremus, & hæc est uera eloquentia, quia illum eloquentem uocamus, qui siue in foro causam agit, siue in senatu sententiā dicit, siue ad populū orationē habet, oīa copiosè, grauiter, & ornate facit. [Sed tamen difficile dictu est, quātopere &c.] quāuis plurimū valeat contentio, tamē dicit uix posse exprimi, quantū & affabilitas ualeat ad hominū studia nobis concilianda. [Extant epistolæ &c.] Probat nūc auctoritatē Philippi, Antipatri, & Antigoni hanc affabilitatem plurimum ualere in conciliandis hominū animis. Nā Philippus Macedonū rex filium Alexandrum sæpe epistolis suis admonuit, ut se militibus affabilem præberet. Idem fecit Antipater ad Cassandrū filium. Antigonus ad Philippum filiū, [Antipater] Mortuo Alexādro vnus ex Macedoniæ principibus Antipater fuit, & filius eius Cassander, is cum militaret sub Alexādro misit ad eū epistolā pater, in qua admonebat, ut si uellet multitudini carum esse, comem, & affabile se pberet. [Sic n. accepimus] q. ā sic scripserunt clarissimi historici Que autē &c.] Verū est illā affabilitatē, amabilē, & gratū hominē reddere, sed cōtētio, & grauitas, hominē reddit honorificentiorē, & magnificentiorē. [Admirationem] excitat

Comitas

Contentio.

excitat gloriam] Videlicet apud omnes, & plebeos, & equites, & senatores. [Magna est .n. &c.] Nam cum aliquem uidemus ceteris oratione præstare, hũc admiratione quadam, simul & beneuolentia prosequimur. [Intelligere] Non .n. arbitratur posse sic ornate, & grauiter dicere, nisi etiam prudens sit, & intelligat. [Si uero &c.] Si utrunque coniunctum fuerit grauitas, & comitas, infinitum est quantum ualet ad alliciendos animos hominum, & .i. quod probare intendit hoc modo, duo sunt dicendi genera, unum in quo affabilitas est, alterum in quo grauitas consistit. Vnum quidem, si seorsum cõsideres mirum est in gloria comparanda. At uero si utrunq; coniunctum fuerit, mira quædam utroq; gloria excitatur, quoniam cum in quo cernitur omnes summa quadam admiratione prosequuntur, & colunt, atq; obseruant. [Mixta modestiæ &c.] Per modestiam affabilitatem accipito, grauitatem cõtentionem. [Eoq; magis &c.] quia cum frequentiores soleant esse adolescentes, si in ipsis modestia elucet, cum grauitate plurimum commonent admirationis. [Sed cum sint plurima &c.] Prosequitur ostendere, quo modo per uim dicendi gloriam assequimur, & cum, inquit, sint multa causarum genera, præcipuè acquiritur gloria iudiciali, cum in foro alios, aut accusat, aut defendit. [Genera] Causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale, sed iudiciale est potissimum ad gloriam conparandam. [Apud iudices] In foro vbi accusatur, & defenditur. [Apud senatum] In curia vbi suadetur, vel dissuadetur aliquid. [Maxima est &c.] Plus admirationis excitat adolescens in iudicijs, quòd accusatio, vel defensio plus habet difficultatis, & grauiore, ac uehementiore indiget oratione, huc accedit, quòd magnopere delectatur multitudo, & admiratur, cum uidet intrepidè contra potentes, aut seditiosos, alijsq; formidabiles dici. [Duplex ratio] Accusatio, vel defensio. [Accusatio probata &c.] sicut adolescens Crass. accusatione Carbonis laudatus est. At uero Sulpicius C. Norbani, quorum uterq;, & potens erat, & seditiosus. [Antonius] Contra fratres Cęlios, pro quibus dicebat Curio, auct. ipse Cic. lib. de Or. [Etiã P. Sulpicij eloquentiam accusatio] De hoc Cic. Antonium loqui introducit sic de Sulp. Vidi statim indolem, & admiratus sum, nec diutius sibi tempus amittere, nam dum adhortatus sum, ut ludum sibi putaret forum, & anno post accusauit Norbasium seditiosum ciuem defendẽte me. [Sed hoc quidẽ &c.] Licet accusatio magnam gloriam, & laudem paret, tamen non est sæpe accusandum, ne nomen accusatoris turpe, & inuidiosum imponatur adolescenti, nisi. [Reip. caussa] quotiescunque reip. proderit accusari aliquem, id facere turpe nõ est. [Vt duo Luculli] qui seditiosos accusarunt ciues reip. causa. Intelligit autem L. Lucullum, & M. Lucullum, & filium, illum acutum, hunc priuati, publiciq; iurisperitum fuisse scrib. lib. de Cl. Or. Cic. L. Lucullus eũ adhuc adolescẽs nullũ gessisset magistratũ, Seruilius augurẽ à quo pater fuerat accusatus, peculatus accusauit, laudatusq; propter ea mirificè est, & accusationẽ, & iudiciũ euasit, Seru. auct. Plut. [Aut patrocinij,] Hoc est, vt eos defendas, quorũ patronus qui te patronũ suũ delegerint, sicut Cic. Siculi, & Sardi delegerũt, pro Siculis dicit cõtra Ve. Patronus est, qui aliquẽ defendit in iudicio, is qui defenditur, Cliẽs vocatur, vnde patrociniũ defensio. [Defendẽdo] q.a dũ accusat Verrẽ, Siculos defendit, & ipse in Diu. sic ait: Quo in negocio tamẽ illa me res iudices consolatur. quòd hæc quæ uidetur esse accusatio mea non potius accusatio, quã defensio est existimanda. Defendo .n. multos mortales multas ciuitates prouinciam Siciliam tutari. [Pro M. Albutio &c.] quem rerum repetundarum accusauit Iul. Cæs. j. filius de quo est ante dictum. [L. Fusij] Hic Mãliũ accusauit maiestatis, & laudem eximiã est adeptus. [Semel igitur &c.] .s. accusandum ex accusatione semel, aut certè nõ sępe quærenda gloria est ex accusatione. [Tribuatur] quod si, inquit, sæpius accusandũ est, tribuatur reip. hoc est fiat causa resp. Modus tamen adsit] .i. mensura, & finis, ut non quærere uideamur leues accusandi occasiones. [Furi .n. &c.] si quis in accusando versari diutius voluerit, crudelitatis famã nõ effugiet. M. Br. cũ multos accusaret infamiæ dabatur, & ipse publicus accusator appellabatur, & certè humanitates obliuisci videtur, qui vitam hominis sæpe inuadit. [M. Br.] De hoc Cic. lib. de Cl. or. ad Br. Ijsdem temporib. M. Brutus. in quo magnũ fuit Brute vulnus generi ũro, qui cum tanto è nomine esset, patreq; optimũ uirum habuisset, & iurisperitissimum, accusationem factitauerit, vt Athenis Lycurgus. is magistratus non petiuit, sed fuit accusator uehemẽs, & molestus, ut facilè cerneres naturale quodam stirpis bonum degenerauisse uitio deprauatę uoluntatis. [Atq; etiam hoc &c.] Hoc, inquit, præceptum diligenter custodiendum est, ne aliquem innocentem hominem accusemus, quod fieri solet simulatè, maleuolentia, & largitione nobis ab aliquo facta. [Nam, quid &c.] sine scelere, inquit, fieri non potest si innocentem accusas, & qui hoc facit officium eloquentiæ peruertit, quam nam ad bonum dedit, non malum, quod si malum cẽr, non mater esset natura quæ rem tam egregiam ad malum dedit, sed nouerca, ut ait Quin. [Ad bonorum &c.] Cic. in Rhet. disputat eloquentiam utilem esse, nec intelligi posse ueram eloquentiam sine sapientia. [Nam] Sæpius obest quã prosit, & reuera si malo viro adiũcta fuerit publicis priuatisq; rep. perniciosius nil erit, bonum uirum oportet oratorem esse qualem diffiniuit Cato. [Nec tamen &c.] scientia hæc est. Scelus est accusare innocentem, sed econuerso nocentem aliquando defendere scelus non est, & hoc quidem tolerabile est, illud uero nunquam, non semper ualet argumentum, econtrario, non eadem ratio oppositorum sit, & non sequitur quia scelus est accusare innocentem, scelus esse nocentem defendere, quoniam illud nunquam, hoc aliquando permittitur. [Vt hoc fugiendũ] .s. accusare innocentem. [Religioni] Timor. & religio sibi inuicem cedunt, nam metus pro religione hæc pro metu accipitur, ut apud Terent. Nihil dicere religio fuit. &, Liuium cõsulem creare religiosum fuit, hoc est metuendum lib. ij. ab V.C. Nocentem] Quia deliquerit in hominem. [Impium, & nefarium] Cuius scelus ad Deos, & religionem pertineat. Nam impius est contra parentes, contra patriam, contra Deos. Nefarius, cuius tantum, & tam graue scelus sit, vt ei aqua, & igni interdicatur, & ne ad far quidem admittatur. hoc est, ad sacrificia quæ sine mola non fiebant. Mola autem erat far tostum sale aspersum, sic dicta, quòd ea uictima, & cultri aspergerentur. [Vult hæc multitudo] Sæpe .n. populus nocentibus fauet, quod ab his beneficium acceperit. Horat. qui sororem occiderat, & dignus erat morte, beneficio populi supplicio ereptus fuit. [Consuetudo] Consueuerunt .n. multi hoc facere C. Norbanus perniciosus ciuis, à M. Antonio oratore defensus Milo à Cic. [Humanitas] Si amicus fuerit, bene fecerit. vt Milo Cicer. [Iudicijs est &c.] Ratio cur liceat aliquando nocentem defendere, quoniam aliud est officiũ iudicis, aliud est patroni. illius est uerum sequi, quantum licet ei cognoscere, huius vero non semper uerum, sed nonnunquam uerisimile, & sic mendacium dicere. nam consentiunt morales philosophi dici posse mẽdacium, si modo ex illo aliquid mali uitari possit, vt bellum, cædes hominis, & huiusmodi nostra fides, nunquam vult nos mendacio uti, etiam si uniuersis terrarum orbis seruari possit, & permittendũ potius, vt pereat quam mendacium dicatur. [Patroni, nõnũquam ueri simile] Licet patrono verisimile dicere, & si persuaserit, illud iudex non, vt verisimile, sed, vt uerum sequetur. [Quod scribere, &c.] Cum philosophi, ut uerum quærere, contra philosophorũ professionem videtur esse quod dicit Cic. de philosophia scribens aliquando licere falsum dicere, respondet, & ostẽdit se auctoritatem magni philosophi secutum, qui idem fecit, nam idẽ ei uidetur licere patrono aliquando quod non verum, sed ueri simile sis, defendere. [Stoicorũ] Ex quo magis sibi licere ostendit, si id Stoicus fecit non Epicureus: nam Stoicorum dogmata fuerunt seuerissima. [Maximè autem &c.] Dixi accusatione gloriam sibi adolescentes parare, sed multo maiorem parabũt defensioné. præsertim si imbecilliorem contra potentissimum defenderint, & eum qui formidabilis sit: nam id gloriam multitudinis excitat adolescenti. iudicatur enim forti, & libero esse animo, & maximè probitatis studiosus. [Circunueniri] Opprimi [Vt nos &c.] Suo ipsius exemplo vtitur, accusatus est S. Ros. Am. quod patrem occidisset subornatus accusatoribus à Syllæ propinquo C. Chrysogono, ut damnat bona inuaderet, Cic. contra Chrisogonum defendit magno animo, multum in tempore, & Syllam licèt occultè inuectus anno ætatis 27. auct. Eus. libr. de republica Corn. nepos dicit causam S. Ros. egisse Cicc. iij. & xx. ætatis anno dominante Sylla. Fenest. 6. & xx. Gel. 7. & xx. dixisse affirmat, fuit autem prima quam in iudicio egerit, & adhuc extat. licet incompleta. ueritus Cicer. in Syllam offendisset, Athenis contendit, & se philosophię totum dedidit. Audiuit Antiochum Aschalonitam philosophum excellentem, Romamque inde post triennium regressus est. Ameria urbs est Italiæ in Vmbria, sic ab Amerio heroe conditore uocata.

Impius, Nefari.

Stoicorũ dogmata fuerũt seuerissima.

Prima

ASC.

Prima igitur] Ostendit officium adolescentis ad gloriã cõparandam,& est ordo:Igitur prima commendatio ad gloriam sup. acquirendam est adolescẽti ex bellici rebus , si qua, idest si aliqua sup.gloria potest comparari.i. acquiri ex rebus bellicis , in qua.s.gloria rerum bellicarum multi extiterunt apud maiores nostros,idest priscos Rom.enim, pro quia bella gerebantur supp.apud illos ferè semper . Autem , pro sed, ô Marce fili sup.tua ætas incidit in id bellum,cuius.s.belli altera pars.s. Cæsariana,habuit nimium sceleris,altera .s. Põpeiana habuit sup. parum felicitatis , in quo tamen bello cum Pompeius .i. Magnus præfecisset te alteri alæ.i. alteri ordini equitum in morẽ aliarum per corpus exercitus uolitantium,tu consequebare.i. consequebaris magnam laudem , &.i. pariter à summo uiro.s. Pompeio,& ab exercitu,& hoc equitando,iaculando,& tolerãdo omnia labore militari, atque quidem.i.certè ea tua laus cecidit.i. perijt cum rep.q.d.si resp.mãsisset incolumis,gloria tua quoq; incolumis esset,autem pro sed,hæc oratio.i.disputatio, est suscepta mihi.i.à me nõ de te sup.solo,sed toto genere .s.adolescentulorum , quamobrem pergamus ad dicendum supp. ea quæ restant. Igitur, vt.i. quemadmodum opera animi sunt in aliquib. reb⁹ multo maiora,quàm opera corporis,sic hę res quas persequimur.i.quas obtinere uolumus ingenio,ac ratione,sunt gratiores illis quas sup.persequimur viribus.Igitur prima commendatio.s.ad gloriam proficiscitur .i. oritur à modestia.s.modi obseruationem in omnibus rebus,tũ.i. deinde sup. oritur à pietate.i.pia cultura,in.i.erga parentes, & beneuolentia in.i.erga suos.s.familiares,& necessarios.Adolescẽtes cognoscuntur facillimè , &in optimam partem , qui contulerunt se ad claros,& sapientes,& bene consulentes uiros, quibus sup.uiris si sup. adolescentes sunt frequentes.i.multum familiares,ipsi afferunt populo opinionem.i.faciunt populum opinari se.s. adolescentes fore.i.futuros esse similes eorum.s.virorum sapiẽtum(& hoc in moribus,vnde genitiuo vsus est)quos sup.uiros ipsi delegerunt.i.de alijs elegerunt sibi ad imitandum . domus P.Mutij Scæuolæ.s.commendauit adolescentiam P. Rutilij ad opinionem.i.existimationem,&.i. pariter innocentiæ, &.i. pariter scientiæ iuris.i.ad opinandum de eo,quod futurus esset innocens ,& iuris peritus , ut Mutius Scæuola. Nam quidem.i. certè, L.Crassus cum esset admodum.i.valde adolescens,nõ mutuatus est.i.non accepit mutuo aliunde.i.ab aliquo alio, sed ipse peperit.i.acquisiuit sibi maximam laudem ex illa nobili , & gloriosa accusatione.s. C. Carbonis , ex qua ætate iuuenili.i.ij, sup qui exercentur.s.accusando,solent affici laudibus,vt.i.quẽadmodum nos accepimus de Demosthene,quod.s. si laudibus affectus sit L.Crassus,ostendit. Ea ætate.i.cum esset eius ætatis .s.iuuenilis se facere iã optimè in foro,id præmeditatũ , quod poterat,etiam tum.i.tali ætate meditari domi suæ sup. cũ laude. Sed cum ratio orationis sit duplex, in quarum altera sit sermo.i.familiaris allocutio,& in quarum sup. altera sit contẽtio .i.iuridica concertatio,id non est dubium , quin contentio habeat maiorem uim ad gloriam orationis .i. de oratione consequenda.enim,pro quia, ea .s. contentio est,quam dicimus eloquentiam.Sed tamen difficile dictu.i.vt dicatur,vel ad dicendũ est,quantopere,i.quantũ uehementer comitas.i.suauitas,que, pro &,affabilitas sermonis conciliet.i.sibi beneuolos,& amicos faciat animos hominum. Epistolæ extant.i.adhuc in rerum natura sunt , quæ.s. sunt Philippi regis Macedonum ad Alexand. idest Magnum filium eius , & Antipatri unius ex principibus Alexandri ad Cassandrũ filium eius,& Antigoni alterius principis,& Alexandri successoris,ad Philippum filium eius.s.Antigoni,trium prudentissimorum sup.uirorum (accepimus.n.sic .i.audiuimus prudentissimos fuisse) quibus .s. epistolis præcipiunt.i.mandant alijs suis,ut alliciant animos multitudinis ad beneuolentiam oratione benigna.i.comi,& affabili,& deleniãt .i.mitigent , & mulceant milites appellando sup. eos sermone blando. Autem pro sed,oratio quę habetur in multitudine cũ contentione.i.disceptatione,ea excitat sæpe uniuersam .i.totã gloriam. Enim pro quia,magna est gloria dicentis copiosè , & sapienter, quem .s.dicentem hi qui audiunt arbitrantur sæpe, &.i.pariter intelligere,& etiã sapere plusquam ceteros . Vero , pro sed,si grauitas mixta.i.commixta modestiæ inest in oratione,nil potest fieri admirabilius , idest quod magis admirentur auditores. Eoque.i pro tanto magis sup. admirantur ea si sint in adolescente . Sed cum plurima sint genera causarum , quæ desiderant eloquentiam,& cum supp. multi adolescentes assecuti sint laudem dicendo.i.eloquendo in nostra rep.&.i.pariter apud Senatum, maxima etiam admiratio est in iudicijs , quorum iudiciorum duplex est ratio. Nam scilicet ratio iudiciorũ. constat,& accusatione,& defensione, quarum.s.duarum rationum,& si.i.quanquam defensio est laudabilior, tamen accusatio est etiam per se.i. valde sæpe probata . Ego dixi paulo ante de Crasso, quod.s.accusando laudẽ assecutus sit . M. Antonius orator.s adolescens.i.cum adhuc esset adolescens,fecit idem.i. accusando laudem meruit. Accusatio etiam illustrauit eloquẽtiam P.Sulpicij,cum.i.quando uocauit in iudicium C. Norbanum ciuem seditiosum,& inutilem.Sed quidem .i. certè hoc.i. accusare non est faciendum sæpe,nec unquam sup.faciendum est,nisi aut causa reip.vt.i.quemadmodum duo Luculli sup. fecerunt, aut patrocinio.i.impendendo patrocinium amicis , ut .i. quemadmodum nos sup.fecimus pro Siculis, & pro Sardis , idest pro omnibus de Sicilia ,& Sardinia,& ut sup.Iulius.s. Cæsar orator sup.fecit pro M.Albutio . Industria .i. studiosa exercitatio L.Fusij est cognita etiam in accusando Manlio.igitur semel sup.i.id faciendum est aut certè(.s.sup. plusquam semel tãtum)non sæpe supp.faciendum est.sin.i. sed si aliquis sup. erit, cui faciendum sit sæpius,tribuat hoc muneris.i.hoc officium , & hunc laborem reip.cuius.s.reip non est reprehendendum ulcisci sæpe inimicos,tamen modus.i.moderatio adsit . Videtur .n.sup.esse duri hominis,vel potius uix hominis , immo ferarũ inferre multis periculum capitis,committere,idest pati,ut nominetur accusator.i.periculosum,tum.i. pariter ipsi .s. accusatori,tum.i.insuper sordidum ad famam . Quod, idest quæ res contigit M.Bruto nato summo genere , & filio illius , qui fuit peritus in primis.i.inter primos iuris ciuilis , atque hoc præceptum officij,quod sequitur est tenendum etiam diligẽter, nec accersas.i.accites ad uoces unquam,quem.i. aliquem innocentem in iudicio capitis, idest ubi est periculum uitæ.id enim nullo pacto potest fieri sine scelere.Nam quid est tam inhumanũ, quam conuertere ad pestem,& perniciem bonorum supple uirorum eloquentiam datam à natura ad salutem hominum,& ad conseruationem ? Nec pro & non , & tamen hoc non est habendum.i.reputandum contrarium religione:ità.i.intantum, ut.i.quantum est fugiendum.s.defendere aliquando nocentẽ, & impium nefarium. Multitudo.s.populi , ut hæc consuetudo patitur,hæc & etiam humanitatis .i. humana clementia fert.i. patitur,aut ut dicunt importat,hæc est iudicis .i. ad iudicẽ pertinet sequi semper uerum in causis patroni est.i.ad patronum, hoc est defensorem pertinet nonnunquam defendere uerisimile,etiam si sit minus uerum .i. non omnino uerum quod sup. præceptum aut dictum ego non auderem scribere , præsertim cum scriberem de philosophia(quæ ueri seuera amatrix est)nisi idem placeret Panætio grauissimo Stoicorum. Autem , pro sed,& gratia.i.beneuolentia,& gloria, patitur.i.acquiritur maximè defensoribus,& eo.i. pro tanto maior , si accidit quando .i.aliquando,ut subueniatur ei qui uidetur circumueniri i.opprimi,& deludi,que.pro &,urgeri opibus alicuius potentis,ut .i.quemadmodum uos , & alias.i alio tempore sæpe , & adolescentes.i.cum essemus adolescentes fecimus contra opes L. Syllæ dominantis pro Sex.Rosc.Am.quæ oratio.i. qua id fecimus , extat ut scis.

ARGVMENTVM.

] *Duplex liberalitatis genus,& quatenus ad conciliandam multitudinem adhibendam.*

SEd, expositis adolescentium officiis, quæ valeant ad gloriam adipiscẽdam,deinde de beneficentia, ac libertate dicendum est . cuius est ratio duplex. Nam aut opera benignè fit indigentibus,aut pecunia.facilior est hæc posterior,locupleti præsertim:sed illa lautior, ac splendidior, & uiro forti,claroq; dignior. quanquam.n. in utroque inest gratificandi liberalis uoluntas: tamen altera ex arca , altera ex virtute depromit. Largitioque, quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit:ita benignitate benignitas tollit:qua quo in plures usus sis,eo minus in multos

tos uti posſis. At, qui opera.i.uirtute, & induſtria benefici, & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benignè faciendum adiutores habebunt: deinde, conſuetudine beneficentiæ paratiores erũt, & tãquam exercitatiores ad bene de multis promerendum præclarè in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione beneuolentiam Macedonũ conſectetur. Quid te (malum) inquit, rationis, in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? an tu id agis, ut Macedones non te regẽ ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorem putẽt? quo quid ſordidius regi? Melius etiam, quod largitionem corruptelã dixit eſſe. Fit enim deterior, qui accepit, atq; ad idem ſemper expectandum paratior. hoc ille filio: ſed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem nõ eſt dubium, quin illa benignitas, quæ cõſtat ex opera, & induſtria, & honeſtior ſit, & latius pateat, & poſsit prodeſſe pluribus. Nonnunquam tamen eſt largiendum: nec hoc benignitatis genus omninò repudiãdum eſt: & ſæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, ſed diligenter, atque moderatè. multi .n. patrimonia effuderunt inconſultè largiendo. quid autem eſt ſtultius, quàm quod libenter facias, curare, vt id diutius facere non posſis? atque etiam ſequuntur largitionem rapinæ. cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum, beneuolentiæ comparandę cauſa benefici eſſe uelint, non tanta ſtudia aſſequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. quamobrem nec ita claudẽda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſsit; nec ita reſeranda, ut pateat omnibus: modus adhibeatur, isque referatur ad facultates. Omnino meminiſſe debemus id, quòd à noſtris hominibus ſæpisſimè uſurpatum, iamq; in prouerbii conſuetudinem venit, Largitionem fundũ non habere. Etenim quis poteſt eſſe modus, cum & idẽ, qui conſueuerunt, & illud idem alij deſiderent? Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & uiſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, uenationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino: liberales autem, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda, uel augenda. itaque miror, quid in mentem uenerit Theophraſto in eo libro, quem de diuitiis ſcripſit: in quo multa præclarè, illud abſurdè. eſt enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum: taliumque ſumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca poſui, multo & maior uidetur, & certior. Quanto Ariſtoteles grauiùs, & uerius nos reprehendit, qui has effuſiones pecuniarũ non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. at ij, qui ab hoſtibus obſidentur, ſi emere aquæ ſextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis uideri, omnesque mirari: ſed, cum attenderimus, ueniam neceſsitati dare: in his immanibus iacturis, infinitisque ſumptibus nihil nos magnopere mirari; cum præſertim, neque neceſsitati ſubueniatur, nec dignitas augeatur; ipſaque illa delenitio multitudinis ad breuu tempus exiguumque duratura ſit, eaque à leuiſsimo quoque animo; in quo tamen ipſo una cum ſacietate memoria quoque moriatur uoluptatis. Bene etiam colligitur hæc pueris, & mulierculis, & ſeruis, & ſeruorum ſimillimis liberis eſſe grata; graui uero homini, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo. quamquam intelligo, in noſtra ciuitate inueteraſſe iam bonis temporibus, ut ſplendor ædilitatum ab optimis uiris poſtuletur. itaque P. Craſſus cum cognomine diues, tum copiis, functus eſt ædilitio maximè munere. & paulo poſt L. Craſſus cum omnium hominum moderatisſimo Qu. Mutio magnificentisſima ædilitate functus eſt: deinde C. Claudius, Appii filius: multi poſt, Luculli, Hortenſius, Sillanus: omnes aut P. Lentulus, me conſule, uicit ſuperiores. hunc eſt Scaurus imitatus. Magnificentisſima uero noſtri Pompeii munera ſecundo conſulatu: in quibus omnibus, quid mihi placeat, uides. uitanda tamen eſt ſuſpicio auaritiæ. Nam Mamerco, homini ditisſimo, prætermiſsio ædilitatis, Conſulatus repulſam attulit, quare, & ſi poſtulatur à populo, bonis uiris ſi non deſiderantibus, attamen approbantibus, faciendum eſt, modo pro facultatibus; nos ipſi ut fecimus: &, ſi quando aliqua res maior, aut utilior populari largitione acquiritur; ut Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuerunt. ne Marco quidem Scio uitio datum eſt, quod in caritate annonæ aſſe modium populo dedit: magna enim ſe, & inueterate inuidia, nec turpi iactura, quando erat ædilis, nec maxima, liberauit. Sed honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, quod gladiatoribus emptis reip. cauſa, quæ ſalute noſtra continebatur, omnes P. Clodii conatus, furoresque compreſsit. Cauſa igitur largitionis eſt, ſi aut neceſſe eſt, aut utile. in his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt. L. quidem Philippus Q. Fabij filius magno uir ingenio in primisque clarus, gloriari ſolebat, ſe ſine ullo munere adeptum eſſe omnia, quæ haberentur ampliſsima. Dicebat idem Cotta Curio. Nobis quoque licet in hoc quodam modo gloriari. nam pro amplitudine honorum, quos cunctis ſuffragiis adepti ſumus noſtro quidẽ anno, quod contigit eorum nemini, quos modo nominaui, ſanè exiguus ſumptus ædilitatis fuit. Atque etiam illæ impenſæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus, omniaque, quæ ad uſum reip. pertinent. quanquam enim quod præſens in manu datur, iucundius eſt: tamen hæc in poſterum gratiora ſunt, theatra, porticus, noua templa. Verecundius reprehẽdo propter Pompeium: ſed doctisſimi non probant, ut & hic ipſe Panætius, quem multum in his libris ſecutus ſum, non interpretatus; & Phalereus Demetrius, qui Periclẽ principem Græciæ, uituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylea coniecerit. Sed de hoc genere toto in his libris, quos de rep. ſcripſi, diligenter eſt diſputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere uitioſa eſt, temporibus neceſſaria, & tum ipſa, & ad facultates accommodanda, & mediocritate moderanda eſt.

SEd expoſitis] Poſtquam expoſuit ea quibus gloria adoleſcentibus paratur, exequitur id quod ſupra propoſuerat. nam loquens de largitionibus dixit, male res ſe habet, cum id quod uirtute effici debet, tentatur pecunia. Sed quoniam nonnunquam dicebat hoc ſubſidium

PETR. MAR.

subsidium necessarium est, quemadmodum sit utendum eo, dicemus, si prius de his rebus quæ uirtuti propiores sunt, dixerimus. quam partem postquam Cic. absoluit, quæ uirtuti pro pior est, utitur transitione disputaturus de liberalitate atq; beneficẽtia, probatq; pluris esse opere, & studio alijs adesse, quam pecunia, & sic utilius, & laudabilius industria magis quàm pecunia beneuolentiam comparare, & gloriam, atq; aliorum animos demereri. Et quoniam beneficia, aut ad singulos, aut ad vniuersos pertinent, prius dicet de his quę ad singulos spectant, inde de his, quæ ad uniuersos, & ad remp. ibi, Sed, quoniam eo de genere. [Cuius] Beneficẽtiæ, qua beneuolentiam quærimus, & gloriam. [Ratio] Modus dup. quoniam duobus modis benefici esse possumus [Ratio]. i. naturę qualitas, & proprietas. [Nã aut opera] Probat quare est duplex ratio, & sic ponit duplicem modum ipsius beneficentiæ. [Opera] Labore, & industria, ut cum aliquem oppressum gratuito defendimus, aut docemus, consulimusq; cuipiam quod illi maximè expediat. [Facilior] quoniam diues facile potest indigentibus subuenire. [Sed illa] quę fit opera & ingenio [Lautior] Maioris famę, copiosior, laudabilior, & magnificentior. Lautus dicitur sumptuosus, & opulẽtus. Iuuen. de Regulo, qui se lautum atq; beatum Exiguis tabulis ac gemma fecerat vda. [Splendidior] Maioris splendoris, & gloriæ, [Quidquam. n.] Ratio qua re est dignior claro uiro. [In vtroq;] In opera præstanda atq; pecunijs. [Altera] quæ fit pecunia, procedit ex arca. [Altera] Quæ fit studio, & opera procedit à uirtute, ergo quanto uirtus præstabilior est pecunia, tanto præstabiliora sunt officia, quæ à uirtute proficiscuntur, officijs, quæ à pecunia manant. [Largitio quæ fit] Ab effectu utriusq; ostendit liberalitatem, quæ à uirtute proficiscitur, esse præstabiliorem pecuniaria largitione. [Exhaurit] Fontem, quoniam largiendo pecuniæ absumuntur, & dum benigni largitionibus esse uolumus, ipsa benignitas tollitur, quoniam pecunijs consumptis, tali benignitate erga alios vti nõ possumus, cuius contrarium est in uirtute. [Fontem] Ipsas pecunias, quæ sunt fons quidam, à quo manant riuuli. i. actus liberales [Tollitur] Consumitur. [Qua benig.] In dandis pecunijs. [Quo] Quanto. [Eo minus] Multo minus, quoniam consumptis pecunijs, non potest actus liberales exercere [At, qui opera] Probat à contrario effectu duplici. s. ex causa uirtutis beneficentiam præstabiliorem esse quantum ad alios, & etiam ad se [Primum] Ponit primam causam quo ad alios. [Quo] quãto. [Eo] Tãto. [Adiutores habebunt] quoniam hi, qui ab alio adiuti sunt uirtute, doctrina, consilijs, & similibus, possunt & ipsi iam edocti alios adiuuare, unde carpendi sunt hi, qui musas uendunt, quas ipsi ab alijs gratuito acceperunt, quoniam homo homini prodesse debet maximè officijs, & prudentiæ præceptis tradendis, ut Cic. facit, & omnes philosophantes studiosè factitarunt, relinquentes posteris præcepta ad bene beateq; uiuendum, quibus alij bene instituti alijs prodesse possunt. [Deinde] Ponit alteram partem quantum ad se, quoniam ipsa consuetudine liberalitatis homines cupiunt alios opera sua, & studio demereri. [Ad bene de multis promerendum] Promereor interdum significat beneficia confero. Virg. lib. iiij. Ego te quę plurima fando Enumerare uales, nũquã tua regna negabo Promeritam. i. te dedisse, & in nos contulisse beneficia, quæ potes enumerare. Promereri aliquando est idem quod mereri, & demereri, ut in hoc loco. Vnde dicimus, de multis bene promereor. i. in multos beneficia confero, & bene meritus sum de rep. in quam bñficia, & operam meam contuli. ideo dicit Cic. ad bene promerendum de multis. i. vt in multos talia officia conferunt. [Præclarè] Cõfirmat id, quod dixit auctoritate, & sapiẽtia Philippi regis Mac. qui filium Alex. reprehendit, quod largitionibus arbitraretur Macedones reddere sibi fideliores. [Præclarè] Bene, & prudenter. [Consectetur] Parare studeat, & aucupari. [Quod te malum] Hæc erant uerba Philippi. i. quæ mala mens, & ratio hoc tibi persuasit, & quę imprudẽtia? Malum aliquando est aduerb. interpositæ indignationis. Gell. Quæ, malum, ratio ista est? & Plin. Quæ malum ista dementia? Terent. quid hoc malum infelicitatis? [Id agis] Ad hoc deuenis, id adquiris. [Præbitorem] diribitorem i. diuisorem, & distributorem à diribendo. inde diribitorum, de quo in reformatione latius. [Quo qui sordidus regi?] s. esse dixit. i. turpe indecorum [Melius etiam] s. dixit, quoniam largitionem dixit esse corruptelam, quippe, ut superiori uolumine dictum est, largitio accipitur in malam partem ad auram. s. popularem captandam, & homines corrumpendos.

[Fit. n.] Deterior, probat quare largitio melius dicatur corruptela. [Ille] Philipp. præcipit hoc filio, sed prodest omnibus, [Quamobrem] Concludit Cic. per ea quæ iam dicta sunt, benignitatem, & beneficentiam quæ industria cõstat, honestiorem esse, & latius patere. quoniam ad plures se extendit, quod manifestissimum est. [Honestior] Plus honoris asserens, & laudis. [Et latius pateat] Ad plures se extendat, & pluribus prosit. [Nõ nunquam tamen] quamuis, inquit Cic. illa sit laudabilior, tamen, & hac liberalitate pecuniaria cum est, uti debemus seruatis omnibus circunstantiis, quæ superiore lib. dictæ sunt, cum de ipsa liberalitate agebatur. [Hoc benignitatis genus] Liberalitas pecuniarum. [Idoneis] Quoniam dandũ est quibus oportet, & non quibusuis & quãtumuis. [Sed diligenter] Ponit modum, ne largitione facta temere, & nulla habita ratione rei familiaris patrimonia effundantur. donandum igitur est pro ratione facultatum. [Impartiendum] Dandum. [Multi enim] Probat ab effectu quare sit diligenter, & moderatè largiendum, & Arist. dicit in iiij. Moral. liberalem oportere esse similem sciẽti, vt latius loco suo dictum est. [Estuderũt] temere dilargiti sunt, & patrimonia consumpserunt. [Inconsultè] Imprudenter, nec pro ratione facultatum [Quid autem est stultius,] q. d. nihil, immo prudentis est, qui stulto opponitur curare, vt id, quod libenter facit, diutius facere possit. [Atque etiam] Ponit aliud malum, quod sequitur ipsam largitionem. Illi enim, qui patrimonia effuderunt, rapinis animum intendunt, quod est contra iustitiam, & sic maius odium sibi parant rapiendo, quã gratiam largiendo, quo nihil potest esse dementius. [Studia] Voluntates, beneuolentia. [Quamobrem] Dat optimum præceptum, quomodo tali largitione utendum sit, homines. s. non debere auaros esse nec prodigos, sed largiendum esse pro facultatibus. [Benignitas] Liberalitas. [Reseruanda] Aperienda, vt omnes possint illam accipere, quoniam esset prodigalitas. [Modus] Mensura, mediocritas secundum facultates. i. diuitias, & patrimonium. Largitionẽ Cic. reprobat omnino, asserens prouerb. antiquorum, qui dicebãt. Largitionem non habere fundum. i. finem, & modum, quoniam hi qui accipere consueuerunt, id semper desiderant, & illud idem alii, unde fit processus in infinitum, quousq; omnia exhausta sint. [Modus adhibeat, isq;.] Fiet pro ratione diuitiarum [Vsurpatum.] Sæpe dictũ. [Nostris hominibus] Romanis remp. quærentibus. [Fundum] finem. [Etenim quis potest] Declarat quid intelligatur hic per fundum. fundus enim est ima pars alicuius rei, quæ aliquid cõtinet, & fundum dicimus finem. Vnde Sen. dicit, Sera parsimonia est in fundo. lib. j. epist. ita scr. Nam, ut uisum est maioribus nostris, Sera parsimonia est in fundo. nõ n. tantum minimum in imo, sed pessimum remanet, modus, mẽsura, finis. Illud idẽ] Largiri aliqui non consueuerunt, etiam desiderent utili largitione ad captandos fauores. [Omnino duo sunt genera] Ponit duo genera eorum, qui aliis largiuntur, prodigos, qui improbantur, & liberales qui iusta laude digni sunt. [Prodigi] declarat, qui sint prodigi. [Epulis] Epulum propriè est publicum conuiuium, quod in propatulo frequẽtibus ciuibus exhibetur in magnificentiæ ostentationem. Epulæ sunt cibi in nostrum vsum comparati. Dapes sunt in sacrificijs. Lucullus epulum sæpe præbebat, & Crassus bellicum epulum populo dedit, & tres minas in singula ciuium capita. [Viscerationibus] Visceratio est cum carnes crudæ dantur populo, & nomine uiscerationis ueniunt res comparatæ ad mensam, sed tamen incoctæ. In feriis Latinis dabantur carnes in Albano Latinis tantum. Vnde Cic. in orat. pro Pl. uolens ostendere paucitatem Latinorum dixit, Quibus è municipijs uix iam, qui carnem Latinis petant inuenitur. Visceratio dicta est à uiscere. i. carne. nam uiscus est quidquid latet sub cute. [Gladiatorũ] Gladiatores exhibebantur in theatro, & inter se digladiabantur ad spectantium oblectationem, quorum magister lanista dicebatur. gladiatores, ut auct. est Str. Rauennæ educabantur optimè, & cõmodè. Hæc quæ prodigo tribuit Cic. Arist. in 4. Moral. magnifici munus esse dicit his uerbis. Ad magnificentiam pertinent ea, quæ pro rep. liberaliter fiunt, ut si aliquo in loco ludos splendidè facere oportere putant, aut præfecturas subire nauium, aut etiã epulum publicum exhibere. [Profundunt] Prodigaliter absumunt. Lact. lib. 6. dicit, Ludorum celebrationes deorum festa sunt, si quidem ob natales eorum, uel templorum nouorum dedicationes constitutę sunt, & primitus quidem uenationes, quæ uocantur munera, Saturno attributæ sunt. [Liberales autem] Declarat,

Declarat,qui ſint liberales, & quod ſit eorum officium . [Aes alienum]ſi obęratis amicis ſubueniũt, & pecuniam quam ipſi debent, creditoribus ſoluunt,& hoc eſt diſſoluere æs alienum. [Collocatione]cum amici filias maritãt, nam collocare filiam maritare eſt. [Opitulãtur]Opem afferunt ad quærendam rem familiarẽ , aut augendam. [Itaque miror]Miratur Cic.Theophraſtum laudaſſe id , quod ipſe ad prodigum pertinere dixit, laudatq; Ariſt. qui talia reprehendit. [De diuitiis] Theophraſtus Ariſt. diſcipulus unum librum de diuitiis ſcripſit , in quo diſputat fructum,& uſum diuitiarum eſſe magnificentiam, & ea in quibus magnificẽtia ſpectetur. [Præclarè]Optimè,& laudabiliter dixit. [Illud abſurdum].ſ. dixit.i. male , rationi minimè conſonum . hæc duo opponuntur abſurdum , & id , quod eſt conſonum rationi, omne neceſſarium eſt conſonum rationi,at non econtra. Impoſſibile collocatur ſub abſurdo,ſub cõſono rationi collocatur neceſſarium . Abſurdum eſt cum malus uir laudat iuſtitiam,at non impoſſibile.Omne impoſſibile abſurdum eſt , ſed non omne abſurdum eſt impoſſibile . Ideo Ariſt.dicit j. phyſ.ſi abſurdum decet appellare id , quod eſſe nõ poteſt . Cic. accipit abſurdum largo modo .ſ. minimè rationi congruum ,quod probat dicens. [Eſt enim multus] Copioſus, & multa uerba in hoc conſumit,dictum eſt ſupra quid ſit magnificentia. [Munerum]Spectaculorum quæ populo exhibentur ad oblectationem. Munus abſolutè ſignificat id,quod gladiatores exercent , poſtea cum addit one pro aliijs actionibus accipitur,ut munus, ornandi,legendi. Cic. accipit hic munera pro omni apparatu ſpectaculorum, quæ populo exhibebãtur, quæ munera,vt Cic. videtur, prodigi ſunt non liberalis cõfundit Cic. liberalitatem,& magnificentiã,ſed proprium utriuſq; munus loco ſuo dictum eſt. [Facultatem] Potentiam. [Quem poſni] Vt redimere captiuos, æs alienum diſſoluere , & ſimilia quæ ad liberalitatem pertinent dixit.[Grauius]Prudẽtius, & maiori ſententiarum pondere. [Effuſiones] Profuſas largitiones. [Deleniendam]Ad captandum populi fauorem , quod bonum ciuem non decet.[At ij,qui ab hoſtibus obſidentur]Inquit Ariſt. admirantur omnes pecuniarum effuſiones ; & probant,ſed ſi hi , qui obſidentur temporibus adducti plus æquo pro uita tuenda,agendaq; impendunt,omnes mirantur;& impoſſibile videtur,& tanquam rem prodigam uituperant, cum tamen illud permittatur propter neceſſitatem . quod cum ita ſit,mirantur tamẽ,& damnant,ſed probant,& inanes iacturas, & ſumptus infinitos,quod eſt abſurdiſſimum,& contra prudẽtiam,accuſare.ſ eos, qui obſeſſi ſextarium aquæ mina emunt, quod concedendum eſt, at non uituperare eos , qui in re non neceſſaria effundunt pecunias . Inconueniens eſt igitur illud damnare, & hoc laudare. [Hoc] Emere ſextarium aquæ mina Rhemnius Fanius in opuſculo de ponderibus , & menſuris dicit , Ex quo ſextarij nomen feciſſe priores. Crediderim , quod eos capiat ſex congius unus. Accipe præterea parno quam nomine Graij.Quam uocitant minam,ſed eam dixere poetę:Centum hæ ſunt drachmæ , quod ſi decerpſeris illis quatuor , efficient hanc noſtram denique libram. [Videri] Videretur.[Mirari]Pro mirarentur. [Sed , cum attenderint]Cognouerint, & intellexerint, ideſt quamuis cognouerint dari ueniam neceſſitati.[Iacturis]Damnis,& pecuniarũ effuſionibus . iactura propriè eſt damnum, quod fit in mari , ſed accipitur pro quocunque damno,& bonorum effuſione. [Immanibus]Magnis.[Infinitisque] Immenſis non magnopere mirari , pro non ualde miramur,cum non ſubueniatur neceſſitati. [Dignitas]Hominis laus, & uirtus.[Delenitio] cõciliatio fauoris popularis.Exiguumq;] quod minus eſt quã breue. [Quoque animo;]Quocunque animo leuiſſimo.Suet.iiij.quoque anno dixit.[In quo tamen ipſo] In quibus ſumptibus , & populi delenitione. [Satietate]Faſtidio[Liberis]Natis ex ingenuis parẽtibus,qui propter abiectum animum,& leuitatem ſeruis ſimillimi ſunt,grauibus autem uiris , & nihil ſine ratione agentibus non placet . [Certo]Firmo,ſtabili, uero , indubitato. [Quanquam intelligo]Dixit Cic. talia non placere grauibus uiris, & in ſe pẽſi aliquid habentibus , ut notet Romanorum inſtituta , & diſciplinam , qui ab optimis uiris in ædilitate ſpectacula , & ſumptus inanes poſtulabãt. [Inueteraſſe]Aſſuetudine ueniſſe in uſum. [Bonis temporibus] Quibus reſp.bene gerebatur .[Splendor, ædilitas]Maximus apparatus, & ſplendida ſpectacula ædilium. Duo erant ordines ædilium, auct. Plut. in uita Marij . unus in quo ipſi ædiles in iure dicendo ſellis, curuos pedes habentibus utebantur,inde ædiles currules dicti, & erant maioris dignitatis , & hic magiſtratus dicebatur maior ædilitas . Inde Marius eodem auctore maiorem ædilitatem petiit. Alij ædiles uocabãtur populares , quibus publicæ,& priuatæ ædes curæ erant, & tales ædiles exhibebant populo ludos,uenationes, ſternebant uias,conſtruebant aquæ ductus , & ſimilia. ædiles , ut habetur in lib. digeſt. præerant ædibus , quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat. proponebant,& ædiles curules edictum de quibuſdam cauſis,unde eſt in libris digeſt. tit de ædilitio edicto . de quo dicetur in ſeq.uol.Sylla dictator uoluit, ut non liceret aliquem prius eſſe prætorem,quam quæſtorem,nec prius conſulem quam prætorem. Petebatur prius ædilitas,inde quæſtura, poſtea prætura,& poſt illam conſulatus. [Itaque P.Craſſus]Ponit nomina ditiſſimorũ uirorum, & ciuitatis facilè principũ, qui ingentes pecunias in ædilitate prodegerunt . [Itaque] Propterea quia exigebatur ſplendor ædilitatis etiã ab his qui optimi uiri habebantur, Craſſus diuitiis potens munere ediltio ſplendidè functus eſt . primus Craſſus cognominatus diues decoxit.auct.Plin.Craſſus 100.talenta ex paterna hæreditate accepit, priuſquam in Parthos proficiſceretur ſeptem millium,& centum talentorum ſummã coegit,cum etiam facultatum ſuarum decimam partem Herculi conſecraſſet,& publicũ epulum dediſſet populo, ac tres minas in ſingula ciuium capita contuliſſet. L. Craſſus orator primus, Romani nominis peregrini marmoris columnas habuit Hymettias,nec plures ſex, aut longiores xij. pedum, quem M.Brutus in iurgiis ob id Venerem palatinam appellauit . In domo quæ L. Craſſi oratoris fuerat, M. Scaurus habitauit. in palatio erat hæc domus.[Copiis]Facultatibus.[Maximo]Splẽdidisſimo,ſine aliqua ſupputatione pecuniarum. [L. Craſſus] Orator , de quo dictum eſt collega L.Craſſi in ædilitate, erat Mutius Scæuola moderatiſſimus.[Magnificentiſſimus] Magnos ſumptus in ædilitate fecit. [Luculli]Duo Luculli fratres, quorum alter dicebatur M. Lucullus,alius L. qui,ut auct.eſt Plut. erga fratrem beneuolẽtiam ſummam oſtendit. nam cum maior natu eſſet , ſolus tamen nullum in rep. magiſtratum inire uoluit,uerum legitimã fratris moratus ætatem , ut eius quoque ratio haberi poſſet, tantam ſibi hac humanitate apud populum gratiam conciliauit , ut etiam abſiſtens una cum fratre ædilis declaratus eſſet. Lucullus Romanorum fermè ditiſſimus, æſtimatis bonis , ut auct.eſt Diod. lib.v. decimam partem Herculi dedit , epulum præbens quotidie ac multa profundens . [Silanus] Seruiliam Catonis Vtic.ſororem uxorem habuit.[P.Lentulus] Cic. amicus,& cuius præcipua opera ab exilio reuocatus eſt , ad quem extant ipſius epiſt.Cic.redit ab exilio xvj. menſe poſt fugam cũ ſumma gratulatione totius Italiæ , Lentulo , & Philippo coss. [Me conſule]Cum ego eſſem conſul,inquit Cic.[Scaurus imitatus] M.Scaurus,ut ſupra dictum eſt Scauri filius principis Senatus priuignus Syllæ fuit,& in ſua ædilitate patrimonium ferè conſumpſit,de quo Pli.lib. xxxvj. docebimus inſaniam Caii, & Neronis Imperatorum uictam operibus M.Scauri,cuius neſcio an ædilitas maximè proſtrauerit mores ciuiles, maiuſque ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia , quã proſcriptio tot millitum. hic fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta,non temporaria mora,uerum æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit in quo poſuit tria millia ſignorũ æneorum.i.ſtatuas ex ære, cuius theatri cauea cæpit 800. millia hominum, cum amphiteatrum Põpeij 40. tantum caperet.[Magnificentiſſima]Maximarum impenſarum. Pompeius conſul Craſſo contra Parthos profecto, theatrum Romæ erexit,gymnaſia uarii generi,ſed in eius conſecratione, ut ſcr. Plut. muſicum certamen exhibuit. uenationes præterea quibus 50.leones cæſi,elephãtos decem , horrendum dirumque ſpectaculum. Ex his iterum in admirationem populi atq; beneuolẽtiam ductus magnam in ſe conflauit inuidiam, quod ueteribus amicis militiam prouinciaſq; decernens,ipſe per amœna Italiæ loca cum uxore Iulia genio indulgeret. [Quod mihi placeat, uides,] q. d.ò Marce fili talia mihi non placent,ſed aperte non dixit propter Pomp. quem uiuum amauerat,& mortui memoriam colebat. [Tamen] quamuis, inquit,talia non probem,tamen ſuſpicio auaritiæ uitanda eſt, quæ poteſt alicui obeſſe in maioris honoris petitione , & probat hoc exemplo Mamerci,qui cum noluiſſet eſſe ædilis , præbuit auaritiæ ſuſpicionem,quare in petitione cõſulatus repulſam habuit.[Quare etſi poſtulatur]Concludens præcipit quid

in tali re agendum sit petente populo. [Si postulatur] Munus, & splendor ędilitatis. [Bonis viris] Dat cautionem, faciendum .s. esse id, quod à populo petitur, si boni uiri approbāt, quibus stomachum facere non debet bonus ciuis, dum populorū largitionibus, & muneribus delenire, & captare studet. Et per hoc Cæs. notat, qui inuitis patribus legem agrariam suscitauit, & uarijs largitionibus populum sibi deuinxit, & magnificentissimo munere ædilitatis. [Pro facultatibus] Pro ratione diuitiarum. illi. n. qui ultra quam res domestica patitur, impendunt, carpendi sunt, quoniam æs alienum contrahere coguntur. Vnde Plin. ædilitatem Scauri notat his uerbis. Et ligno C. Curio funebri munere patris cum opibus apparatuq; superare Scaurum niteretur. unde. n. illi uictricus Sylla, & Metella mater pro scriptorum sectrix? Vnde M. Scaurus toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitijs rapinarum prouincialium sinus? & Cæs. post ædilitatem triginta, & octingenta talenta debebat creditoribus. Cæs. inquit Plin. Primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argento usus est. C. Antonius ludos scena argentea fecit item L. Muræna. [Nos ipsi, ut fecimus] In nostra ædilitate, inquit Cic. non scr. Plut. quid fecerit Cic. in sua ædilitate, de qua paulo post dicetur. [Et si quando] Aliud pręceptum primum fuit si postulatur à populo, & non improbatur à bonis. Alterum est si acquiritur ex ipsa largitione res maior utiliorque, & ponit exemplum Orestis ciuis, qui ut gratiam populi iniret, prādia in semitis populo exhibebat, simulans se id agere eo animo, ut Herculi bonorum suorum decimam persolueret, quoniam opes illorum augeri putabātur, qui decimam Herculi dedissent. Diod. lib. 5. sic scr. Potitius, & Pinarius inter aborigines præstantiores Herculem honorificè exceperunt, qui vt gratiam referret. dixit eos, qui sibi uita functo, & inter deos relato decimam bonorum dicarent, feliciter uicturos, quod & euenisse usque ad hoc tempus constat. Multi. n. Romanorum non solum mediocri censu, sed qui ditissimi sunt habiti, decimas Herculi uouerunt, posteaq; fortunatiores facti bona sua ad 4. talentorum millia Herculi sacrarunt. Lucullus Romanorum fermè ditissimus æstimatis bonis decimam partem Herculi dedit. M. Crassus, ut dictum est etiam decimam partem bonorum Herculi consecrauit. Sylla, ut auct. est Plut. ex uniuersis fortunis Herculi decimam partē sacrificans sumptuosissima exhibuit populo conuiuia, in quibus tanta prodigalitate usus est, ut plurima omnis generis cōdimenta deijcerentur, in fluuium, & quadragenarium, ac supra uinum potaretur. [Nuper] Non multo antea. [Nomine decimæ] Hoc prætextu, ut diceret se soluere decimam partem bonorum Herculi, & sic in uijs dabat populo prandia in honorem Herculi. hoc tamen simulabat, ut captaret populi fauorē. [Ne ui. da. est] Non fuit repræhensus .i. Seius non fuit ob id accusatus tanquam captaret auram popularem. [In caritate] Penuria frumenti populo rem gratam fecit, quoniam exiguo precio dabat modum annonæ, asses fuerunt ærei, ac unius libræ, unde as dicebatur nūmus libralis. inde dupōdius ex duabus libris. & sestertius duarum librarū, & semis. [Magna. n. sc.] Ratio quare non fuit illi uitio datum. sensus est, M. Seius, qui ob auaritiam iampridem à populo habebatur odio, ea se infamia liberauit, hoc suo damno, quod uituperari non potest. Igitur, ut honori nostro consulamus, interdū largiendum est, ipsa largitio modum non excedente. [Nec turpi] Non vituperabili, quoniam dicebat ædilem talia facere. [Sed ho. sum.] Hoc dicit in gratiam Milonis, qui Clodium Cicc. capitalem inimicum in silua Aricina interfecit, emptis ad eā rē cōficiendam gladiatoribus, quorum duos nominat Ascon. Pæd. Eridanum, & Buriā, qui cum Clodianis manus conserere cœperunt. Milo, ut Cic. Clodiano furore liberaret, gladiatores in sua ædilitate comparauit. [Causa reip.] Pro rep. defendenda.] Quæ salute nostra continebatur] Laudat se Cice. & ostendit Milonem non errasse in opprimēdo Clodio pro salute ipsius Cic. qui Clodio ciui turbulentissimo aduersabat Clodius, auct. Plut. Cicc. ab exilio reuocatum armata manu occidere uoluit, & in domum impetu facto, redemptoribus fugatus lapides, & columnas disiecit. Tādem inualescente in dies Clodij in Cice. furore, Clodius pręturam petijt ad omnia perturbāda tandem à Milone interfectus est. Nec abfuit suspicio, inquit Plut. Cic. eius cædis, auctorem suasoremq; fuisse. erat Clodius uir cum nobili genere ortus, tum diuitijs eloquentiaque præclarus, nulli autem uulgatissimorum ad fastidium usque hominum superbia, & procacitate secundus. Plin. Milonem notat dicens: Itaque & ipsum Milonē sestertia, & septingēta millia æris alieni debuisse inter prodigia humani animi duco. [Causa igitur] Concludit ostendens qua causa ducti largitione uti debemus, cum .s. aut necesse est aut utile, & in utroque mediocritas seruanda est. [In his autem ipsis] Largitionibus, quæ fiunt, aut necessitatis, aut utilitatis causa. [L. quidem Philippus] Damnauit supra tales largitiones, quibus homines ad maiorem dignitatem cupiunt peruenire. Nūc affert. L. Philippum, & Cottam Curionem, qui gloriabantur se consulatum adeptos sine munere ædilitatis, ut ostendant hanc esse laudabiliorem uiam ad amplissimos honores, quoniam id quod uirtute parari debet, turpe est si pecuniam, & populari ambitione paratur, & h. d. ut se etiam laudet, qui ad consulatum homo nouus peruenit, quamuis exiguos sumptus in sua ædilitate fecisset. [Clarus] Multi nominis, quoniam fuit eloquens & magno ingenio præditus [Idem] Quod L. Philippus, & Cotta Curio. [Quodammodo.] h. d. ut deuitet arrogantiā, & ut simul ostēdat se aliquos sumptus in sua ædilitate fecisse, sed pro amplitudine honorum quos adeptus est omnibus suffragantibus, nulli quodammodo fuerunt, & sic ostendit se nouum hominem nō largitionibus, sed propria uirtute anno suo .i. cum primum petere licuit, post præturam peruenisse ad consulatum. Vnde Plin. ait consulatu tantum operibus electus, & nomen Cic. & splendor consulem fecit Cicer. filium imperante Augusto. Ideo dicit Sen. Cic. filium, quæ res consulem fecit, nisi pater? [Amplitudine honorum] Consulatu, qui erat honor per se amplius. [Nostro quidem anno] Statim post præturā. tunc .n. licebat petere consulatum, gloriatur Cic. se finita prætura creatum fuisse consulem, quod non contigerat illis, quos supra nominauit, quamuis non essent noui homines, ut erat ipse Cic. qui de sui consulatus electione in oratione pro lege Agr. apud Quirites contra P. Rullum trib. pl. ita scribit, Neq; me tātummodo consulem. quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles, in hac ciuitate facti sunt, nouus ante nemo. Nam profecto, si recordari uolueritis de nouis hominibus, reperietis eos, q̄ sine repulsa cōsules facti sunt, diuturno labore, atq; aliqua occasione consules esse factos, cū multis annis post petissent, quam prætores fuissent, aliquanto serius quam per ætatem, ac per legem liceret. qui autem anno suo petierint sine repulsa non esse factos, me esse unum ex omnibus nouis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim cum primum licitum sit, consul factus sum cum primum petierim, ut uester honor ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occasionē interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse uideatur. Est illud amplissimum. quod paulo ante commemoraui. Quirites, quod hoc honore primum me ex nouis hominibus multis post habitis affecistis, quod prima petitione, quod anno meo, sed tamen magnificentius atq; ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitijs non tabellam, indicem libertatis, sed uocem unam præ uobis iudicem uestrum erga me uoluntatum ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi uestri concursus, neque singulę uoces præconum, sed una uoce uniuersus P. R. consulem declarauit. Ideo in hoc loco dicit, quos cunctis suffragiis adepti sumus. [Anno nostro] Post præturam cum primum petere licuit consulatum, erat. n. præfinitum tempus, quo petere licebat. dixi enim supra Syllam dictatorem uoluisse, ut non liceret petere consulatum, nisi post præturam, & tunc annus suus dicebatur ab eo, qui in toga candida magistratum petebat. Noui homines ante Cice. assequi non potuerunt consulatum anno suo, sed opus fuit expectare. Vnde in eadem oratione Cic. ait: cum Marius à spe consulatus longe abesset, & septimum annum post præturam iaceret Ideo in hoc gloriatur Cic. quoniā primus ex nouis hominibus anno suo amplissimos honores adeptus est. Et in Orat. pro Mil. dicit, Pl. Clodius cum statuisset omni scelere in pretura, uexare remp. uideretq; ita tractata esse comitia anno superiore, ut non multos menses præturā regere posset, qui non honoris gradum expect. ret, ut ceteri, sed ut & L. Paulum collegam effugeret singulari uirtutem ciuē. annum integrum ad dilacerandum remp. quæreret, subito reliquit annum suum, seq; in annum proximum transtulit. Prius petebatur quæstura, inde ædilitas, postea prætura, demum consulatus. Censores erant, & ante consulatum, & post. In Bruto sic ait: Itaq; cum iam penè euanuisset Hortensius, & ego anno

meo,

meo, sexto autem post illum consulem consul factus essem, reuocare, sed industriam cepit. [Quod contingit eorum nemini] ut.s. anno suo cunctis suffragijs adipisceretur. [Exiguus sump. ædi. fuit] Cic. cum esset in plurimis causis versatus, & in patrocinio Siciliensi maximè in certamen uenisset, designatus est ędilis, ut ipse dicit in Bruto, cum designato consule Hortensio, & ut ipse testis est in oratione pro L. Muræna, treis ludos in sua ædilitate fecit, qui nam ludi fuerint, in ultima actione in Verrem aperit dicens, Post quæsturam sum designatus ædilis, habeo rõnem quid à P.C. acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciendos, mihi Floram matrem populi plebisq; Romanæ Ludorum celebritate placãdã, mihi Ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cũ dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæ esse faciendos, mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam vrbem tuendam esse commissam, ob earum rerũ laborem, & solicitudinem, fructus illos datos, antiquiorem in senatu sapientiæ dicendæ locum, togam, prætextam, sellã curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemq; producendam. His ludis maximè populus delectabatur, & qui nõnullis ad amplissimos honores consequendos suffragati sunt. Vnde in oratione pro Muræna ambitus accusato respondẽs S. Sulpicio ait, Non esse mirandum in petitione consulatus ludorum magnificentiam L. Murenæ apud populum profuisse. delectant, inquit, homines, mihi crede, ludi, etiam illos qui dissimulant nõ solum eos, qui fatentur. quod ego in mea petitione sensi. Nam nos quoq; habuimus scenam competitricem. quod si ego, qui treis ludos ædilis feceram, tamen Antonij ludi commouebãt, tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius istam ipsam quam irrides argenteam scenam aduersatam putas? Noli ludorum huius elegantiam, & scenæ magnificentiam ualde contẽnere. quæ huic admodum profuerunt. Odit, inquit P. R. priuatam luxuriam, & publicam magnificentiam diligit D. Aug. in ij. de Ciu. Dei. Cic. his ludis sese efferentem sic taxat: Vir grauis, & philosophaster Tullius clamat in auribus ciuitatis inter cætera sui magistratus officia sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam, qui ludi tanto deuotius, quanto turpius celebrari solent. Atq; etiam non dicit quę impensæ magis laudabiles sint in ipsa rep. [Muri] Sunt urbium, parietes autem domorũ. [Naualia] sunt loca in quibus fiũt naues, & conseruantur antequã in aquam deducuntur. [Iucundius] quam sint ædificia publica magis, inquit, gaudet populus epulo, uisceratione, ludis tamen illa sunt præstantiora, quoniam sunt diuturniora, & maioris famæ. [Hæc] Naualia, portus, & alia ædificia ad usum communem. noua templa Pompeius Victoriæ erexit, cuius gradus uice theatri fuerunt, ut auctor est Gellius, & hæc Pompeiana curia dicta est. [Propter Pompeium] qui in secundo consulatu ut dictum est, Gymnasia, Theatrumq; erexit. cuius dimẽsionẽ ex Theatro, quo erat Mitylenis attulit. Verecundius, inquit, talia reprehendo, ne uidear insectari Pompeium amicum meũ. qui in his sine aliqua supputatione pecuniarum profusus fuit. [Principem] Primum inter Græcos nominis celebritate ac fama eloquij. [Præclara illa Propylæa] Vestibula templi Mineruę apud Athænas προπύλαιον Græcè, Latinè dicitur vestibulum. Plutarchus ait in uita Periclis. At arcis uestibnla quinquennio ædificata sunt Mnesicle architecto, fortuna autem admirabilis quę circa eam fabricam euenit, indicauit nunquam defuturam eam, sed adiumento operi semper futuram. Nanq; unus ex fabris diligentissimus cum ex alto decidisset, & medici de salute iam desperassent, dea per quietem Pericli ostendit remedium, & sic ille liberatus est, & salubri Palladi in arce positũ est signũ, quod Phidias effinxit. Cum autem Thucydides diceret Periclẽ ædificando nimias pecunias effundere, Pericles populum in cõmunicatione rogauit, nunquid uideretur nimium impẽdisse, quo respondente, nimiũ. sint igitur hæc non uobis, inquit, impensa, sed mihi, & in ipsis donis meum tantum nomen inscribam. Hoc dicente Pericle siue admirati eius animi magnitudinem, siue de operum gloria certarent, Athenienses reclamarũt iubentes, ut publice sumptus faceret, nec ulli parceret impẽsæ. de Phalereo Demetrio dictum iam est. [Præclara] Summi nominis, & celebritatis. [Proiecit] Effudit. [Sed de hoc genere toto] De publicis ædificiis, muneribus, ludis, & similibus. [Libris de rep.] quos in suo consulatu elucubrauit sex fuerũt, quinq; desiderãtur, sextum habemus, qui inscribitur de somnio Scip. [Tota igitur] Concludit tales largitiones toto genere uitiosas esse, sed aliqua tempora incidere quibus necessarię sunt, cum.s. fugimus auaritiæ suspicionem, cum necessitati subuenimus, & tandem cum ipsa largitio non omnino ad malum finem tẽdit. [Tota ratio] .i. omnis modus, natura, & vis genere generali qualitate ac proprietate. [Temporibus] Temporum cõditione potest esse non uitiosa, sed laudabilis, & sic uti largitione interdũ. erit officium à circunstantia. [Accommodanda] pro ratione facultatum facienda, & moderanda.

ADDI.

Vt Macedones non te regem suum sed ministrum, & diribitorem putent .i. diuisorem, & distributorem pecuniarum à diribendo. Vnde diribitorum dicebatur locus, in quo exercitus recensebatur, numerabaturque stipendium militibus. Plin. xvj. agens de magnitudine arborum dicit, Memoria nostra fuit in porticibus septorum à M. Agrippa relicta æquè miraculi causa, quę diribitorio superfuerat. Tranq. dicit Claudium Cęs. mansisse duabus noctibus in diribitorio cum militibus. Idem Cic. in orat. qua gratias agit de reditu suo Senatui sic scr. Quando il la dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque uidistis? A Græcis ταμίαι dicuntur. est autem ταμίας quæstor, custos penariæ cellæ, dispensatorque thesauri, & ταμεῖον dicitur Latinè promptuarium, vbi pecuniæ aduersantur. Demosth. in j. Olynthiaca dicit. Philippum dominum fuisse dicendorum, & non dicendorum, simulq; ducem exercitus, & regem, & ταμίαν. Isocr. in Trapezitico sic scr. Custodiuntur sub Tamiis, & in Aeginetico, Electus ipse summus magistratus me Scribam delegit, & pecuniarum ταμίαν constituit. In Busiride sic celebrat Aegyptios. Domini constituti sunt imbrium, quorum alijs Iupiter est Tamias.

FRAN. MAT.

Sed, expositis &c.] Dixit de adolescentum officiis, nunc dicit de beneficentia, & liberalitate, qua non adolescentes, sed omnes omnis ætatis, ut conuenit. plurimum autem conferunt ad gloriam parandam. [Cuius est ratio duplex] Tribus modis iuuare homines possumus, oratione, opera, & pecunia. de orõne quomodo ea prodesse possimus dictum est. Nunc quomodo opera, & pecunia iuuare possimus præcipit, & operam pecuniæ preponit. ratio autem: Quoniam quãto magis pecuniam exhibet quispiam, tanto minus ipse habet. At uero in opera idem non contingit. non.n. minuitur, & si frequẽtissimè præstatur, imò crescit. Nam consuetudine benefaciendi augetur etiam benefaciendi voluntas, operam uolunt ad beneficentiam referri, pecuniam ad liberalitatem, ut illa sit, cum labore corporis iuuamus, hæc cum nummarium conferimus præsidium. [Hæc posterior] .s. ratio conferendæ pecuniæ. [Sed illa] .s. opera. [In utroq; genere &c.] Vtraque ratio, & pecuniæ, & operæ uoluntatem præ se fert benefaciendi, sed pecunia extrinsecus, opera intrinsecus, uidelicet à seipsa, ab ingenio, consilio, uiribus corporis, & animi [Largitio] Quæ fit à ratione, probat anteponendã esse liberalitatem, quæ ab onere proficiscitur. [Fõtem &c.] q.a quanto plura largiris, tanto minus habes, & sic liberalitas liberalitatem exhaurit. [At qui &c.] Non idem ijs accidit, qui operam impartiuntur hominibus, & uirtute alios iuuãt, atq; industria. [Primum quo plures &c.] Non quemadmodum, qui pecuniam largitur impotens fit ad largiendum, ita qui operam præstat, impotens fit, imò crescit opera, & rectè quidem, quia à uirtute animi procedit. ea autem, quæ à uirtute gignuntur ꝑpetua sunt, & contra, illa liberalitas, quæ fit per pecunias, liberalitatem extinguit. At uero hæc quæ opera fit, auget. quoniam quanto pluribus profueris, tanto plures adiutores habebis ad benignè faciendum. [Eo plures adiutores ad benefaciendũ habebunt, quos opera iuuabunt. Nam illos obligabunt sibi, & eorum opera utentur in benefaciendo alijs, quando opus fuerit. [Deinde, consuetudine &c.] qui suam operam alijs præstant, ipsa consuetudine promptiores fieri uidentur. [Ad bene] De multis promerendum. [Præclarè] auctoritate probat, quod ratione probauit. est ergo locus ab auctoritate. [Quod te malum] Verba, sunt epistolæ. interiectio autem est. Vtitur huiusmodi sermone Cic. in Ver. & M. Antonium. frequentissimè faciunt idem Comici. [Ministrum] vt ad manus tuas respiciant, siquid uelu ti minister porrigas. [Quid sordidius &c.] Nihil turpius regi q̃ ministrum esse, & ueluti dispensatorem pecuniarum. [Melius etiam, quod &c.] .s. Philippus dixit, cum illam Alexandri largitionem in milites nõ largitionem, sed corruptelam appellauit, cũ inquit, quos pecunia corrupisset. [Fit.n. &c.] Ratio est, quia quanto magis recipit, tanto plura concupiscit. [Quamobrem &c.] Ex his quæ dixit, concludit, quod infert. Cũ duo sunt genera

Ea quæ auctoritate, hæc sunt perpetua.

nera liberalitatis,& alterum pecunia fiat, alterū opera, & hoc dando minuatur, illud augeatur, sequitur nō esse dubiū, quia illa benignitas præferenda sit, quę opera constat. [Nonnunquā &c.] ostendit non esse fugiēdum id genus liberalitatis, quod pecunia sit, & si benignitas operæ illi præfertur, sed adhibendum dicit esse modum, ne faciamus, quod multi, qui dum inconsulte largiti sunt, etiam patrimonia consumpserunt. Nihil autem stultius est. [vt ipse ait] quam facere sic, vt diu facere nō possis. Aliquis libenter largitur, sed sic largitur, ut non relinquat sibi ad largiendum, quare conuertitur ad rapinas, & sic rapinæ largitionum consequuntur. [Idoneis] Aptis ad reddendum utilitatem hominibus indigentibus. Carpit hunc locum Lact. quoniam non sit requirendum in benefaciendo utrum is sit idoneus etiam ipse benefacere cui benefaciendum est, & ipse Cic. superiore lib. ait, liberalitatem exercēdam non eo animo vt recipias, sed cum agatur de utili, quod ab hominibus percipitur, cuius gratia comparamus nobis homines. voluit Cic. contra institutum suum dicere, & vult, ut bonis idoneis benefaciamus, qui gratiam referre possint, & indigentibus, quia aliter officium nostrum gratum non accideret, & nobis utile non esset, cum is cui tribuetur, non caperet. [De re familiari] De diuitijs, & facultatibus nostris. [Diligenter] Vt diligenter inspicias, sit ne idoneus ad referendam gratiam is, cui impartiris. [Moderatè] Ne plus largiaris quam facultates tuæ permittāt, & ut tibi liceat, ut priore lib. dixit. [Quid autem stultius] Modus adhibendus est, quoniam, qui natura liberalis est, si semper voluerit liberalis esse, prodigus efficietur, & sic effundens sua non erit diu liberalis, cum omnia consumpserit. [Atq; etiam sequūtur &c.] Nonnulli .n. assueti largitionibus, vbi bona sua largiendo consumpserint, aliena rapiunt, vt in largiendo perseuerent, ergo ne id necessitatis incurramus, moderatè, & consideratè largiendum est, & videndum cur largiaris, cui, quando, quantum. [Ita, cum, beneuolētiæ &c.] Hoc illis deinde contingit, quod dū amicos largiendo parare quærunt, acquirunt inimicos rapiendo, & ita prodigalitatem detestatur, ostendens quid incommodi ex ea sequatur iis, qui supra quam decet largiuntur. [Volūt .n.] Beneuolentiæ causa benefici esse, hicq; est illorum finis, sed non modo illum finē non perueniunt, sed in odia multorum hominum incidunt. [Quamobrem] Ex quo sequitur, inquit, liberalitatem medium locum tenere oportere, sicut cæteras uirtutes, cuius extrema sunt uitiosa, unum quidem per excessum, quod est prodigalitas. alterum uero per defectū, quod est auaritia. [Nec ita cl.] Ne sit per defectum auaritia. [Nec ita referandæ] Ne per excessum sit prodigalitas. [Modus] Mensura. & facultatem tuam metiaris. [Omnino &c.] Hoc nobis semper in memoria esse debet, quod in prouerbio est. s. largitionē fundum non habere, quod ipse declarat, nam, & illi, qui accipere cōsueuerunt, capere uolunt, & alij etiam excitantur ad accipiendum, ergo nunquam fundus erit, nisi modum ei imposuerit ille, qui largitur. [Desiderent] Illorum exemplo excitari, qui accipere consueuerunt. [Oino &c.] Hic Cic. ostendit quid sit uera liberalitas, & quæ ei contraria uitia, omnis (ut diximus) virtus in mediocritate posita est, & si in utranq; partem inclinauerit siue ad defectum, siue ad excessum, uitium esse incipit. Nūc igitur loquitur de uitiis, quæ sunt circa liberalitatem, & primum de uitio excessus, uidelicet de prodigalitate, quando largimur, ubi non conuenit, & quibus non conuenit, & piusquam conuenit. Deinde de uitio per defectum quando nec ubi, nec quādo, nec quantum conuenit largimur, Auaritia hæc dicitur, & omnino contraria est liberalitati, cum prodigalitas non nihil habeat similitudinis cum liberalitate, quia sicut liberalis largitur, ita, & prodigus, sed differūt, quia hic erogat cui debet, ubi, quādo, & quantum debet, hic contra facit. [Prodigi] qui magnas, & ingentes pecunias profundunt in res minimè necessarias. Vnde prodigi vocātur, quod porrò à se agant bona, Greci eos ἀσώτους nominant. [Viscerationibus] Videlicet non quæ deorum immortalium honori conueniunt. Dij .n. moderata quærunt, non autem superflua. Visceratio dicitur quæ fit per hostias dijs immolatio, omnis uictima postquam dijs immolata fuerit uiscera tio dicitur. ergo prodigi esse possunt non solum in conuiuijs, sed etiam in sacris deorum, cum uictimas superfluas immolāt, quæ potius dijs inuisæ sunt, quàm gratæ. In Albano Latinis visceratio dabatur. de qua re plura Dionysius Alicar. Viscus est quidquid subest cuti. Virg. Et uiscera nudant ergo conuiuia profusissima, accipio uiscerationes. [Gladiatorum muneribus] Rom. principes conducebat, quos in ludis funebribus exhibebant, vt defunctis eorum sanguine parentarent, multum autē effundebant pecuniarum in gladiatorib. conducendis. Cic. in epist. dissuadet Curioni ne ludos edat gladiatorios in patris honorem, multis rationibus, quarū illa est præcipua, quod sunt copiarum, non uirtutis. [Ludorum venationumq; apparatu pecunias profundunt &c.] Ludi diuersi generis in theatro celebrabantur, curules, gymnici, scenici. Venationes quoq; crebræ fiebant ab ædilibus præsertim. Quales autē essent si quis ignorat, legat Suet. Papinij silùas, & Mart. epigrammata, apud quem libellus unus dicatus est spectaculis. [Captos à prædonibus redimūt] Vt Fab. Max sua prædia uendidit, ut captos à pœnis redimeret. [Aut ęs alienum suscipiunt amicorum causa] Hoc est, debitum faciunt, & pro aliquo amico se debitores constituunt. Dicitur æs alienum, quod nos aliis debemus, æs nostrum, quod alij nobis debent. [Collocatione] Adiuuant, dotis partem erogando, quod est summum meritum puellas inopes dote donare, ut nubere possint. Cæcilius Quintil. præceptorem suum iuuit in collocatione filiæ, de qua re epist. extat. Opitulētur] Cū mutuo dant pecunias amico, eaśumq; longi temporis liberum usum concedunt, ut ad mercaturam exercendam. [In re quærēda, uel augenda] Qui non habet is quærit, auget uero, qui hābet. [Itaq; miror &c.] Dixit quæ uera esset liberalitas, & prodigi non liberalis magnificos ludos ædere, ideo occurrit ijs, qui Theophrasti dictum obijcere poterant, quod refellit Arist. Auctoritate, Theophr. in lib quem de diuitijs composuit, Largitionem popularem laudat, & ludorum apparatum, ac magnificentiam diuitiarum fructum esse existimat. Aristot. eius præceptor maximè improbat. [Est .n. multus &c.] Plurimum in eo immoratur, ut magnificentiam laudet. [Populariū munerū] Viscerationū, uenationū, ludorū theatraliū, quæ omnia grata sunt populo, & eius fauorem comparant. [Mihi autem ille fructus &c.] suam dicit sapientiam, Theophrasti refellens opinionem. [Pauca exempla] vt redimere captiuos à prædonibus, æs alienum suscipere causa &c. [Quanto Aristot. &c.] Auctoritate utitur Arist. postquam ratione usus est. Nonnullos reprehendendos esse dicit Arist imò maiorem hominum partem, cum uideant profundi pecunias in huiusmodi res superfluas, & minimè necessarias, non admirantur eorum qui faciunt stultitiam, & insaniam. At uero si quis in necessitate positus sextarium frumenti mina coemerit, admirantur, nec aduertunt necessitati pecuniam esse Illum tamen multo magis admirari cōuenit, qui nulla necessitate coactus grandem pecuniam effundit. [Non admiremur]. s. reprehendentes. [Omnes mirari] Pro mirarentur, tanquā incredibile esset quenquam hoc facere potuisset. [At hi &c.] Nos admiramur, quæ miranda non sunt, q uidelicet aliquis in maxima necessitate positus magno emat pretio, id quod ad uitam pertinet. sed hoc mirandum non est, sicuti cum Annibal obsideret Casilinum, fuit qui murem emerit sexcentis denarijs, & eo uitam sustentauit, qui uero uendidit, mortuus est. [Sed cum attenderint] .s. dicit Arist. dari ueniā necessitati &c. [Mina] Drachmis centum. [Cum attenderint] Viderint, intellexerint. [Dare] Pro darent. [Cum præsertim] Prę cipuè cum hac profusione pecuniarum, neque necessitati succurratur, neq; dignitas amplificetur. Nam si alterum horum fieret, tolerandum esset. Sed cum neutrum fiat, admirari certè omnes debemus, cum pecunias in res non necessarias profundunt. [Ipsaq; illa delectatio &c.] Si multitudo ad longum tempus demulceretur, minus huiusmodi sumptus reprehendendi ęssent, sed modico tempore demulcetur tantisper .s. dum fruitur ludis, uel rebus erogatis. At uero cum satiata fuerit, desinit fauere illi qui fuit causa delectationis. [Eaq; à leuissimo quoq; animo &c]. s. fit à leuissimis hominibus. Vulgus .n. tantum largitionibus, & ludis delinitur, non principes uiri, & uirtute præditi, qui nolunt cuipiam obligati esse. [In quo tamen ipso &c.] Finita satietate ludorum, eorum quoq; memoria finitur. obliuiscuntur .n. satiati cum fuerint quantumlibet magni ludi fuerint, & impensæ. [Bene etiam &c.] Etiam illud bene colligitur ab Arist. quod eiusmodi ludi, & magnificentiæ pueros potius, & mulierculas delectant, quam graues homines, & recto iudicio ea quę fiunt ponderantes. [Ponderant] Examinant. [Certo] Stabili, & firmo iudicio. [Quanquam intelligo &c.] Occurrit tacitæ obiectioni. posset .n. quispiam dicere, reprehendis, qui magnos sumptus faciunt in ludis, nonne ciues præstantissimi Aediles fuerunt, qui ludos magnificentissimos celebrarunt? respondet

Ludi pueros, & mulierculas delectant potius quā graues homines, ait Arist.

respondet hoc eos fecisse ne auari haberentur, & illas suspicio auaritiæ eis noceret, ut multis nocuit, se autem mediocritatē probare. [Splēdor] Maximos enim ædilitatibus apparrare uidebatur splendor, cum in ludis celebrandis, & uenationibus profusissimi sumptus fierent [P. Crassus] Hic cognomento diues uocatus est, cuius uitam scr. Plut. is est, qui dicabat nullam pecuniam satis magnam uideri, cuius fructibus alij exercitus nō posset. [Tū copiis] quia non solum cognomine diues erat, sed etiam re ipsa. [Aedilitio maximè munere] in quo maximos sumptus fecit: Ludis, & uenationibus celebrandis. [L. Crassus] Is ex eadem qua Pub. fuit familia, & ædilitatem gessit, cum Q. Mutio Scæuola illius filio, qui augur fuit, de quo est in Lælio. Quamuis hic Mut. modestissimus esset, tamē, & ipse profusissimo in ædilitate usus est sumptu. Leonum simul pugnam magnam plurium Romæ princeps dedit Scęuola Pub. filius in curuli ædilitate. Plin. Sed L. Crassus orator fuit, & primus Romani nominis columnas habuit peregrini marmoris hymettias domi, nec plures sex, aut longiores xij. pedum, quē M. Brut. in iurgiis Palatinam Venerem appellauit. in huius postea domo quæ erat in palatio, M. Scaurus habitauit. [Deinde C. Claudius, Appii fil.] i. Pub. & ij magnificentissimè ædilitatem gesserunt. [Luculli] L. & Marcus ditissimi, & liberalissimi. nam M. Luculli liberalitas præcipuè laudatur. Hortens. orator, & consularis. Sylanus hic de quo Sal. in Catil Seruiliam Cat. Vtic. sororem uxorem habuit. [P. Lentulus] Hic est, qui cognomento dictus est Spinther, ad quem sunt Cic. epist primus Apollinaribus ludis carbasina uela in theatrum induxit auct. Plin. huius præcipuè opera Cic. ab exilio est restitutus. [Scaurus] Hic fuit M. Scaurus Scauri filius, qui princeps Senatus fuit. Vitricum habuit Syllam, ædilitatem summa magnificentia gessit, adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit, magnumq; æs alienum contraxerit, auct. Ped. de quo Pli. lib. 36. Docebimus insaniam Caij, & Neronis Imperatorum victam priuatis opibus M. Scauri, cuius nescio an ædilitas maximè prostrauerit mores ciuiles &c. [Magnificentissima] Cn. Pōp. Magnus cōsul iterum una cum Crasso magnificētissimos ludos fecit. Quādo theatrum à se factum dedicauit, exhibuit in circo leonum iubatorum 315. primus etiam omniū in eodem arcu elephantorum pugnam dedit. Auct. Plin. & Ascon. Cic. in orat. contra Pis. de ludis, quos secundo consulatu una cum Crasso consul ædidit Pomp. sic ait, Instant nunc apparatissimi post hominū memoriam ludi. etiam Plut. in eius uita multa de actis Pomp. in ij cons. scr. [In quib. omnibus] s. sumptibus non, quod supra dicti fecerunt hoc propterea accusandi sunt, cum necesse esset eos sic facere. Aliter .n. placere populo non poterant. Ex quo nec ipsi gloriam consequi potuissent, & honores sint hominum studijs, & aliquod fortasse detrimentum resp. passa est. [Quid placeat] quia mihi hoc fieri non placeret, nec cuiquam uiro graui placere debet. Nam ad ueram liberalitatem nō pertinet uitanda est, & suspicio auaritiæ, quæ multis nocuit in petitione magistratum, quia cum delata esset ad eos ædilitas, & propter impensam, quæ facienda erat neglexissent, odium populi contraxere, & repulsam postea in cōsulatus petitione sunt passi. [Vitanda &c.] Vitanda &c. Quemadmodum docuit Cic. prodigalitatem fugiendam, ita uitandam docet auaritiā, imò multo magis, nam, ut supra dictum est, uitium, quod fit per excessum abest à uirtute magis quam uitium, quod fit per defectum, ergo uitandam auaritiæ suspicio, & seruanda mediocritas. [Nam Mamerco &c.] Exemplo utitur Mamerci Rom. ciuis, & nobilis, & diuitiis ad quem cum ædilitas delata esset, & eam recusasset, in suspiciónem uenit auaritiæ, ne sumptum ædilis in ludis celebrandis facere cogeretur. hæc autem suspicio ei postea nocuit plurimum, nā in petitione consulatus repulsam passus est. [Quare, & , si postulatur &c.] Si populus defert ædilitatem cuipiam, & eiusmodi sumptus requisierit, faciendi sunt pro facultate, non autem supra modum, & facultatem. [Si non desiderantibus] Etiam si non desiderent boni uiri ædilitatem, approbare tamen debet delatam à populo, & ludos facere non inuiti si à populo postulantur. [Nos ipsi] Ex Sicilia rediens Cic. ubi quæstor fuerat, factus est ædilis, & cum in Verrem dixit ædilis erat. [Et, si quando aliqua res maior &c.] Duabus rationibus sumptus faciendus est, si à populo postulabit, & si eo sumptu aliqua res maio. vel publicè, uel priuatim, comparabitur. credebantur augeri illorum diuitiæ, qui decimam Herculi obtulissent. Dion. lib. vj. Potitius, inquit, & Pinarius, inter aborigines præstantiores es Herculem honorificè exceperunt, qui ut gratiam referret, dixit eos, qui sibi uita functo, & inter deos relato, suorum bonorum decimam consecrarent, feliciter uicturos, quod euenisse usq; ad hoc tempus constat. Multi.n. Romanorum non solum mediocri censu, sed qui habiti sunt ditissimi, decimas Herculi uouerant, posteaq; fortunatiores facti bona sua ad 4. talentorum millia Herculi sacrarunt. Lucullus Rom. fermè ditissimus æstimatis bonis decimam partem Herculi dedit. M. Crass. etiam decimam partem Herculi consecrauit. Sylla item auct. Plut ex uniuersis fortunis decimam Herculi dicauit. [Vt Oresti] Exemplo utitur, Orestes non dubitauit decimam rerum omnium quas possidebat in prandiis, & in propatulo dare, ut omnibus liceret interesse. erat hic fœnerator, & inuisus populo, ut fœneratores solent esse, sed hæc cum fecisset, laudari cœpit, & plurimum est honoris adeptus, & ea gratia fecit, ut bona sua, & diuitiæ augerentur, quippe qui nosset augeri fortunas hominum, qui suorum bonorum decimam sacrarēt Herculi. [In semitis] In omnibus urbis uicis. [Nec quidem &c.] Nec reprehensus est M. Seius. Imò laudatus mirificè, quod cum caritate annonæ ciuitas laboraret, modium frumenti populo uendidit. [Asse] Vilissimo precio, ea quæ significant numerum pro his etiam ponuntur, quę pondus denotans, nam assis, & libella significat xij. vnciarum, & denarium paruumq; nummum Seius itaq; cum posset longe maiore precio uendere, uendidit minimo, ut opinionem de auaritia forte excitatam tolleret fortasse. In caritate] Penuria à careo, & Terent. ait, Annona cara est in macello, nam charitas pro beneuolentia, & amore, per. h, scribitur, & ab eo descendit, quod est χάρις, hoc est gratia. [Inuidia] Odio. [Nec turpi] qm̄ erat ædilis. & licere ei uidebatur hac largitione uti, quod si ædilis non fuisset in suspicionem uenire poterat affectatæ tyrannidis [Nec maxima] Non .n. fuit tanta largitio, ut bona sua omnia absumeret. [Sed honori &c.] Exemplo nunc utitur Milonis, quo ostendit licere uti principibus uiris largitione, quando ea utilis est reip. ut largitio, & sumptus Milonis uiles fuerunt, cum omnes emit gladiatores, ut operis Clodii insisteret. Clodius.n. operas omnes conduxerat i. operarios homines, qui operam suam mercede locant, & quanto maiores sunt, & ditiores in urbibus, tanto huiusmodi hominibus magis abundant, magna erat operarum tuba Romæ. has omnes cōduxerat Clodius, quibus ad euertendam utebatur remp. vt quidquid uellet contra leges, & iustitiam obtineret, his minabatur Clodius, cui ut resisteret Milo gladiatores omnes emit, & hic sumptus Miloni gloriæ fuit, quoniam improbitati restitit ciuis perniciosissimi. [Emptis à lanistis] nam Lanistæ erant, qui gladiatores nutriebant, & instituebant ad certamina, ut locarent ijs, qui ludos edebant funebres in suorum honorem qui defuncti erant, omnes à lanistis Milo gladiatores emit. Dicti autē sunt lanistæ à laniando, quod eos alerent, qui se laniarent inuicē, uel quod laniare gladiatores docerent. [Quæ] .s. resp. [Salute nostra] Mei Cic. Clod. inimicissimus erat, quod eum uexare, ut uoluisset remp. non sinebat, & illius cupiditati, & furori solus repugnabat, & propterea egit Clod. nactus consules amicos, & similis sibi sceleribus, ut Cic. in exilium mitteretur cumq; magno fauore, consensuq; non solum Rom. omnium, sed totius Italiæ restitutus patriæ fuisset, cum tamen insectari Clod. nunquam destitit, ut opprimeret, quo extracto, & resp. In periculū adducebatur non mediocre. Milo ergo contra perditos Clodij furores, gladiatores omnes conduxit, ut scr. Ped. causa reip. cuius salus cum Cic. salute coniuncta erat. [Causa igitur &c.] Cōcludit nunc dicens duabus rationibus laudari largitionē posse. [Si aut necessaria fuerit, aut utilis. [In his ipsis] quando necesse est, vel utile largiri, seruanda est mediocritas, ne ultra facultatem largiamur. [L. quidem Philippus] Verè, inquit, seruanda mediocritas est, quæ non semper est necessaria, & quod ita sit probat, quia Philippus Fabij filius gloriari solebat, quod sine largitione omnia quæ maxima sunt in rep. adeptus esset. [Cotta Curio] Fuit hic Cotta orator compar P. Sulpicij, qui est in Dialogis de Or. Cum decretus illi esset triumphus mortuus est ante diem triumphi, cūm cicatrix uulneris eius, quod ante plures annos acceperit, rescissa eēt, fuerūt tres Cottæ, hic, & eius frater, ac L. Cotta, qui lege sua iudicia inter tres ordines concitauit, sed hic oratorem intelligit, ut opinor. fuit.n. clarissimus, & omnibus functus est in rep. magistratibus. [Curio, & ipse eadē fuit tēpestate, orator celebris, & Senator de quo, Cic. lib.

Sylanus habuit Seruiliā Cat. vtic. sororē.

Cice. cū ædilis esset habuit orationes cōtra Verrem.

M. Seius ī tpore penuriæ modium frumēti à P. R. uendidit.

Clodio, vt resisteret Milo gladiatores emit propter Cic. Lanistam.

i b. de c. or. erant tamen quibus uideretur illius ætatis tertius Curio. quia splendidiorib. fortasse uerbis utebatur, & quia Latinè non possunt loquebatur. [Nobis] Ego quoque gloriari sic possum, ut illi. nam si honores, inquit, considerem, qui mihi à P. R. delati sunt, multo erunt maiores quam sumptus ædilitatis meæ. Nā tametsi magna fuit illa largitio, tñ minima erit in cōparatione bonorum, quos adeptus sum in rep. [Cunctis suffragijs] Nullo contradicente. [Nostro quidem anno] Post præturam. tunc. n. consulatum licebat petere. Nam præfinitum erat tempus, quo licebat petere consulatum, ante preturā non licebat. sic Sylla dictator statuit post præturam suus cuiusque petentis consulatum annus diceretur, ut anno suo consulatū consequerentur, sed expectare necesse fuit. & in oratione contra P. Rul ipse ait Cic. Cum Marius à spe consulatus longè abesset, & septimum annum post præturam iaceret. [Exiguus sumptus] quos fecerit sumptus docet ipse in oratione pro L. Mur. & ult. act. in Verr. [Atque illæ impensæ]. s. quam hæ de quib. mentionem fecimus. & sine dubio meliores sunt, cum ad utilitatē, & ornamentum fiat reip. [Muri] qui muniunt ciuitatem. Demost. proprio, & priuato sumptu muros Athenieſes instaurauit. [Naualia] Vbi fabricantur, & seruantur naues, Græci νεώρια appellant. [Portus] Manufacti, quos Græci λιμένας, uocant, ut Ostiēsis portus, quem Agrippa instaurauit. differunt portus, & naualia, nam in portu tutæ consistunt naues à tempestate, in naualibus fiunt, & construuntur. [Aquarum ductus,] quos plurimos idem Agrippa extruxit. Aquilegia dicuntur aquarum ductus ad aquas colligendas. Græcè ὑδραγωγεῖα [Quanquā &c.] Hæc quidem, inquit, quæ nominauimus si muri &c. in posterum gratiora sunt, contra ea, quæ præsentia sunt, sed tamē quę præsentia sunt magis delectant. Ordo est. Tamen hæc in posterum grauior, sunt uidelicet muri &c. [In posterum] Apud posteros, quia diutius durant. [Iucundius est] Negari omnino non potest, quod præsens gloria non sit iucūdior, quemadmodū, quod in manu datur, iucundius est, quā quod promittitur. [Theatra] quod pertinet ad officia theatri, Primus Pomp. mansurum theatrum extruxit, cum antea ad tempus extrueretur, formam eius apud Mitylenem animo concepit, cum illinc rediisset extruxit, sed longè pulchrius, & magnificentius. incusatus est à patribus secundo cōsulatu suo. de hoc plures sunt auctores. [Porticus] Quæ multæ, & magnificæ Romæ fuerūt, hoc, inquit, reprehenderem apertius, nisi uererer Pomp. detrahere, qui primus mansurum extruxit theatrum. [Noua] Magna, admiranda, non autem imperfecta, ut Virg. Pollio, & ipse noua carmina. [Sed doctissimi] Non sum ego qui improbem, sed uiri doctissimi. s. philosophi, qui de his rebus scripsere, ut Panætius. Quem in his libris præcipuè sequor. [Non interpretatus] Non uerbum de uerbo transtuli, quod interpretes faciūt, sed quæ placuerunt accepi. [Et Phalereus Demetrius] Dicit huius sententiæ fuisse Demetrium Phalereum philosophum, & principem Athen. fuit. n. auditor Theophrasti. Reprehendit autem Periclem principem Athen. qui cum negocium suscepisset ædificandi templi Palladis, quod in arce fuit Athenarum, propylea illius templi fecit tanta magnificētia, ut nec pecuniæ quidem sufficerent, quas ad totius templi consummationem acceperat, quæ autē nos uestibula appellamus, Græci προπύλαια nominant, πρὸ, ante, huius rei meminit Valer. & Thuc. cum Alcibiades ad uitricum (nam priuignus Periclis fuit) uenisset, & tristem ac modestum offendisset, interrogauit, quid ita affectus esset. Respondit senex, ne mihi molestus sis, non enim res ista ad te pertinet. Tum ille iterū, quid ita mœstus sis peto. Tandem enarrauit senex quid esset, quod eum solicitum redderet. Cum tantum in adolescente audaciæ uideret, tunc puer, ergo rationem inire nescis, qua hunc mœrorem deponas? Age, inquit, cum rationem reddere non possis pecuniarum, quas in ædificādis Propylæis consumpsisti, causam inuenias, qua rationem reddere non cogaris, admonitus consilio pueri, Pericles liberatus est, nam haud multo post inter Lacedæmonios, & Athenienses bellum latenter excitauit, ut ciues ab hac cura ad aliam grauiorem traduceret. [De hoc genere] quod pertinet ad magnificentiam ædificiorum, cur probanda nō sit in his libris disputauimus, inquit, quos de rep. scripsimus, ij autem non extant. [Tota igitur &c.] Concludit, & dicit omnem huiusmodi largitionem uitiosam esse, sed temporε, hoc est casu temporis excusari, quando eam aliquid maius, aut utilius consequitur. [Genere] In uniuersum. [Tū ipsa &c.] Quanquàm necessaria aliquando est, tamen habenda semper ratio est facultatis.

SED, expositis,] Docet qua liberalitate captanda sit multitudinis beneuolentia. Ordo est. Sed expositis officiis. i. postquam exposita sunt officia adolescentum quæ ualeant ad gloriam adipiscendam. i. acquirendam, dicendum est deinde. i. consequenter de beneficētia ac liberalitate, cuius est duplex ratio. Nam aut opera. i. operatio, & obsequium laboris fit bene indigentibus. i. ijs qui indigent ea, aut pecunia fit. s. indigētibus, hęc posterior. i. quę est in pecunia, est facilior præsertim locupleti. s. diuiti, sed illa. s. prior, quæ est in operis exhibitione, est lautior. i. ad lautum, hoc est clarum, & mundum magis spectans, ac pro, &. i. splēdidior, & dignior uiro forti, & claro. Enim pro quia. quamquam uoluntas liberalis gratificandi. i. gratum faciendi est in utroque. i. in utriusque officij exhibitione, tamen altera, uidelicet pecunia depromitur. i. capitur ex arca, altera uidelicet opera depromitur ex uirtute. s. aut corporis, aut animi industria, que pro &, largitio quæ fit ex re familiari. i. ex pecunia, aut suppellectili, exhaurit. i. desiccat, & extinguit ipsum fontem benignitatis. i. exhibitionis beneficij, hoc exhaurit non amplius largiri possumus. Et ita benignitas tollitur benignitate. i. cogitur diffiniri largitio pecuniæ per eius largitionem, qua. s. benignitate, quo i. quanto plures usus sis, eo. i. tanto possis, uti, in. i. erga minus multos. i. pauciores. At. i. sed, ij sup. qui erunt benefici, & liberales opera. i. uirtute, & industria, & primi quo. i. quanto pluribus profuerunt, eo. i. tanto plures habebunt adiutores ad faciendum benignè. Deinde erunt paratiores beneficentię. i. ad benefaciendum, consuetudine. i. ex ipsa assuefactione, & erunt tanquàm exercitatiores ad promerendum bene de multis. Philippus accusat præclarè Alexandrum filiū suū in quadam epistola, quòd sectetur largitionem. i. per largitionem beneuolentiam Macedonum, inquit. n. sup. Philippus ad Alexandrum, quod malum rationis. i. quæ mala ratio, uel potius legamus, quod, ut malum sit interiectio, & ordo sit: Malum i. cum mala gratia tua dicam quid rationis inducit te in istam spem, ut putares eos fore. i. futuros esse fideles tibi, quos corrupisses pecunia, an tu agis id, ut Macedones non putent te regē suum, sed ministrum, & præbitorem, hoc est largitorem? quod. i. quæ res est sordidum. i. turpe regi. Melius etiam sup. est quod dixit, largitionem esse corruptelam. Enim pro quia, is qui accipit fit deterior i. minus ualens, atque paratior ad expectandum semper idem. i. largitionem, Ille. s. Philippus sup. scripsit hoc filio, sed putemus præceptum sup. esse omnibus. Quamobrem. i. qua de causa, quidem i. certè id non est dubium, quin illa benignitas, quæ constat ex opere, & industria sit, &. i. pariter honestior, & quod supp. pateat latius, & quod possit prodesse pluribus, tamen largiendum est nonnunquàm. i. aliquando nec hoc genus benignitatis, quod. i. fit per largitionem, est repudiandum omnino, & impartiendum se. i. oportet impartiri, hoc est partē facere sæpe de re familiari hominibus idoneis indigentibus, sed diligenter sup. impartiendum est, atque moderatè, idest cum modo, & mensura. Enim pro quia, multi effuderunt, idest dilapidauerunt patrimonia sup. sua largiendo inconsultè. Autem pro sed, quid est stultius quam curare, ut non possis facere diutius, id quod facias libenter? q. d. nihil tale autem quid est nisi immoderata largitio. [Atque rapinæ sequuntur etiam largitionem. Enim pro quia, largitores sup. prodigi, cum. i. postquam cœperunt egere, idest egestatem habere, dando, idest per nimiam largitionem, ipsi sup. coguntur afferre manus alienis bonis. i. rapere, aut furari aliena. Ita, idest, & sic, cum idest, quando ipsi uelint esse benefici causa beneuolentię comparandæ, idest ut comparent, idest acquirant beneuolentiam, ipsi non assequuntur, idest acquirunt tanta studia, idest uota, & fauores eorum, quibus dederunt, quanta odio ipsi assequuntur eorum, quibus ademerunt, idest abstulerunt sup. bona sua. Quamobrem nec res familiaris claudenda est ita, ut benignitas non possit aperire eam, nec est reseruanda, idest aperienda ita, ut pateat omnibus. Modus, idest quædam moderatio adhibeatur, que pro &, is scilicet modus referatur ad facultates. Nos debemus meminisse omnino id, quod usurpatum, idest assumptum est sæpissimè à nostris hominibus, que pro &, quod sup. uenit iam in consuetudinem prouerbij; Largitionem non habere fundum, idest stabilimentum. Etenim, idest nam certè, quis modus potest esse sup. in largitione, cum & ij, qui consueuerunt, & alij. i.

qui non consueuerunt, desiderent illud, idest largiri? q.d. nullus. Omnino &c. Ponit discret onem inter largum, & prodigum. Ordo est. Duo genera sunt omnino largorum.i. eorum qui largi sunt, quorum alteri .i. uni sunt prodigi, alteri .i. reliqui sunt liberales. Prodigi sup. sunt, qui profundunt .i. procul à se fundunt.i.immoderate consumunt, & expendunt pecunias suas in eas res, quarum, aut nullam omnino memoriam relicturi sunt, aut breuem, ut pote epulis, & uiscerationibus.i. conuiuijs populo datis, & muneribus gladiatorum .i. quia gladiatores populo pro quodam munere exhibent. que pro &, apparatu.i. pompa ludorum, ut pote scenicorum, aut Circensium, aut similium. quibus populus delectetur. Autē pro sed, liberales sup. sunt, qui aut redimūt suis.i. proprijs facultatibus i. diuitijs captos à prædonibus, aut suscipiunt.i. ad se capiunt æs alienum .i. debitum aliorum soluendo illud pro eis causa amicorum, aut adiuuant .s. amicos, & egenos, in collocatione filiarum .s. cum uiro, dando, scilicet dotem, aut partem eius, Aut opitulantur, idest quamuis opem ferunt, uel in quærenda .i. acquirenda re, uel in augenda. Itaque.i. & ita ego miror, quid uenerit Theophrasto in mentem.i. quid cogitauit, aut dicere uoluit in eo libro quem edidit de diuitijs, in quo.s. libro sup. dicit multa præclare, illud absurdum sup. dicit. [Etenim ipse mul.] .s. copiosus, & prolixus sup. est in laudanda magnificentia, & appetitione munerum popularium, idest quæ populo exhibeantur, que pro &, putat facultatem talium sumptuum i. potestatem faciēdi tales sumptus esse fructum diuitiarum. Autem pro sed, ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, uidetur mihi multo maior, & certior. Quanto grauius, & uerius q.d. multo, aut infinito grauius, & uerius. Arist. reprehendit nos, qui non admiremur has effusiones pecuniarum, quæ sunt ad deleniendam.i mulcendam, & palpandam, ad captandam multitudinē. At pro sed, deprehendi.s. uidi nobis incredibile, & nos omnes mirari si hi qui obsidentur ab hostibus, cogerentur emere sextarium.i. uas capiens tres amphoras, & sex modios aquæ minæ i. grādiuscula pecunia. Sed sup reprehendit, quod cum i.q. uis sup. omnes attenderint i. cognouerint ueniam dari.i. quod uenia dari debeat necessitati, qua coguntur aquam tanti emere, tamen sup. eos nihil mirari magnopere. i. uehementer in his immanibus i. usque ad terrorem magnis iacturis .i. damnis, & profusionibus, que pro, &, infinitis sumptibus præsertim, cum .s. in talibus sumptibus, qui fiunt in ludis, & uiscerationibus, nec subueniatur.i. succurratur (impersonaliter dicit) necessitati, nec dignitas augeatur. Aduerte lector, hic ordo mihi præstantior uisus est quam exponendo, uideri pro uideretur. & mirari pro miraretur. præterea non uidetur constare constructio legendo nos magnopere mirari, cū uerbo attenderint, sed pergo, que pro & cum supp. illa ipsa delenitio multitudinis fit ad breue, & exiguum tempus, que pro &, cum sup. ea sit, ab quoq; leuissimo animo i. ab omni animo leui, & subtili .i. quo tamen ipso.s. facto leui memoria uoluptatis moriatur, quoque .i. etiā una i. pariter cum ipsa societate. Colligitur.i. concluditur etiā bene hæc esse grata pueris, & mulierculis, & seruis, & liberis hominibus quantum ad conditionem status, sed simillimis seruorum.s. animo, & moribus. Vero pro sed, colligitur sup. hæc nullo modo posse probari.i. probanda uideri homini graui, & ponderanti certo iudicio ea quæ fiunt. Quanquàm intelligo in nostra. Persequitur de ædilitijs muneribus. Ordo est: quāquā sup. censeo tales largitiones esse leuium hominum, tamen sup. intelligo. Vel construatur cum sequentibus, vt subaudiatur tamen ibi in quibus omnibus &c. ut sit, tamen uides, quod placet mihi in omnibus, quāquā intelligo, inueterasse.i. inueteratā consuetudinem esse in nostra i. Romana ciuitate, iam bonis i magnis temporibus, ut splendor.i. celebritas sumptuosa ædilitatū .i. ædilitijs muneribus, & quæ ædiles potissimum curules exhibeant, postuletur.i. exigatur, & expectetur ab optimis uiris. Itaque ita Pub. Crassus diues cum cognomine, tum copijs, hoc est cum euidens sit, quòd diues sup. fuit cognomine, tamen.i. tunc sup. multo euidentius est, quod sup. fuit diues. copijs.i. rebus ipsis, functus est munere ædilitio maximo, idest maximè sumptuoso. Et L. Cassius functus est paulo post ædilitate magnificentissima, cum Q. Mutio collega.s. suo existente moderatissimo omnium hominum. Deinde C. Claudius filius Appij, & multi Luculli post. Item Hortensius, & Syllanus sup. functi sunt maximo ædilitio munere. Autem pro sed, P. Lent. uicit.i. superauit in sumptu me consule .i. cum ego essem consul omnes superiores. Scaurus etiam imitatus est hunc. Vero pro sed, munera nostri Pompei.s. magni supple fuerunt magnificentissima in secundo cōsulatu, scilicet eius in quibus omnibus quāquam, scilicet intelligo à magnis uiris exhibita, tamen supra ò Marce fili tu uides, quid placeat mihi, tamen, idest tametsi prodigalitas uituperanda est, tamen suspicio auaritiæ est uitanda, idest non sic euitabimus prodigalitatem, ut uideamur auari. nam prætermissio ædilitatis, idest muneris ædilitij, attulit Mamerco homini ditissimo repulsam consulatus, idest fecit eum repelli à consulatu, quem petebat, quare, idest quamobrem, & si sup. ædilitium munus postulatur à populo, faciendum est uiris bonis, si non desideramus, attamen approbantibus, modo, idest dummodo sup. fiat pro facultatibus, idest secundum facultates, ut idest sicut nosipsi fecimus, & si quando, idest aliquā do aliqua res maior, aut utilior acquiritur largitione populari, idest per largitionem, quæ fit populo: ut idest quemadmodū prandia in semitis, idest quæ sunt in semitis nomine, idest prætextu decumæ, idest tanquam decimæ Herculi persoluantur, fuerunt nuper, idest paulo ante, Oresti ciui Rom. magno honori, idest ad magnum honorem. Ne quidem, idest non etiam datū est uitio M. Seio, idest M. Seius non uituperatus est, quod in caritate annonæ, idest cum annona esset multum cara, & esset penuria frumenti dedit populo modium, scilicet frumenti asse, idest precio unius assis, idest numi æreí liberalis. Enim pro quia, ipse liberauit se magna, idest à magna, & inueterata inuidia, nec turpi iactura, idest non per turpe damnum, quando, idest quando quidem erat ædilis, idest quoniam decebat eum, nec turpe hoc erat cum esset ædilis, quod priuato fortè dedecori fuisset. nec maxima sup. iactura, idest & non per maximam iacturam, hoc est, neque turpem, nec sanè magnam fecit iacturam, & tamen liberauit se magna inuidia populi cum inuisus erat. sed fuit nostro Miloni nuper summo honori, quod compressit omnes conatus, & furores P. Clodij, & hoc gladiatoribus emptis, & sup. populo in arena exhibitis causa reipu. quæ continebatur, idest quæ tunc consistebat in sup. nostra salute, idest saluatione mei, scilicet Ciceronis Causa igitur, concludit ostendens, quæ largitio conducat. Ordo est. Igitur causa largitionis est, sed aut necesse est, aut utile est sup. largiri. Autem pro sed, regula mediocritatis est optima in his ipsis, scilicet rebus. Quidem, idest certè L. Philippus filius Qu. Fabij, existens uir magno ingenio, & in primis, idest inter primos clarus solebat gloriari se adeptum esse, idest obtinuisse omnia, quæ haberentur amplissima, idest omnes dignitates amplissimas sine ullo munere, idest sine exhibitione ullius muneris. [Cotta cu.] Dicebat idem quod scilicet L. Philip. licet quoque, idest etiam bonis gloriari quodammodo in hoc, idest in hac eadem re. Nam pro amplitudine honorum, quos adepti sumus, cunctis suffragijs, idest uotis omnium sanè exiguus, idest ualde paruus sumptus, idest expensa ædilitatis fuit quidem, idest certè nostro anno, quod, idest quæ res contigit nemini eorum quos non iam modo paulo antè. Atque pro &, illæ impensæ, quæ sequuntur sunt meliores, quam sup. largitiones, scilicet muri, idest quibus fiunt muri ciuitatis, naualia, idest loca in quibus fiunt, naues, portus, ductus aquarum, que pro &, omnia quæ pertinent ad usum reip. quamquam id, quod datur præsens tanquam in manu est iucundius, idest delectabilius: tamen hæc scilicet naualia portus &c. sunt gratiora, idest magis utilia in posterum, idest ad futurum tempus, ut ad gloriam propagandam. Ergo reprehendo uerecundius, idest parcius, & modestius theatra, idest spectaculorum ædificia, porticus, in quibus quis portari possit subiecto, ambulacra & noua templa propter Pompeium, idest quia Pompeius earum rerum studiosus fuit, sed doctissimi sup. philosophi non probant supp. talium extructionem, ut idest quemadmodum, & ipse Panætius, quem ego multum secutus sum in his libris, & Phalereus Demetrius, qui uituperabat Periclem principē Græciæ, quod, idest quia proiecit tantam pecuniam in illa præclara, idest notissima, scilicet templi Mineruæ propylæa, idest uestibula, hoc est ad construenda ea, non interpretatus sup. est nobis hoc loco, sed disputatum est diligenter, de hoc toto genere in ijs libris, quos scripsi de repu. Igitur tota ratio talium largitionum est uitiosa genere, idest in generali, existens sup. necessaria temporibus est accommodanda, idest proportionanda ad facultates, & est moderanda mediocritate, ita quod immodica non sit.

Tota igitur concludit ostendens qua causa ducti largitione uti debemus, cum scilicet aut necesse est, aut utile, & in utroque mediocritas seruanda est.

ARGVMENTVM.

Priuata liberalitas in quos, & quatenus exercenda.

IN illo autem altero genere largiendi, quod à liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus. alia caussa est eius, qui calamitate premitur; & eius qui res meliores quærit, nullis suis rebus aduersis. propensior benignitas esse debebit in calamitosos: nisi forte erunt digni calamitate. in iis tanto, qui se adiuuari uolent, non ut ne affligantur, sed ut ad altiorem gradum ascendant, restricti omnino nullo modo esse debemus, sed in deligendis idoneis iudicium, & diligentiam adhibere. nam præclare Ennius:

Benefacta malè locata, malefacta arbitror.

quod autem tributum est bono uiro, & grato, in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. temeritate enim remota, gratissima est liberalitas; eoque eam studiosius plerique laudant, quòd summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Danda igitur opera est, ut hos beneficijs, quàm plurimis afficiamus, quorum liberis, posterisque prodatur memoria, ut his ingratis esse non liceat. omnes enim immemorem beneficii oderunt, eamque iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque, qui faciat communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reipu. utilis est, redimi è seruitute captos, locupletari tenuiores: quod quidem uulgo solitum fieri ab ordine nostro, in oratione Crassi scriptum copiose uidemus. hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono, hæc est grauium hominum, atque magnorum, illa quasi assentatorum populi, multitudinis leuitatem uoluptate quasi titillantium. Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbũ; in omnique re contrahenda uendendo, emendo, conducendo, locando, uicinitatibus, & confinijs ęquum, & facilem, multa multis de iure suo concedentem; à litibus uero, quantum liceat, & nescio an paulo plus etiam, quàm liceat, abhorrentem. est enim non modo liberale, paulum nonnunquàm de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris; quam quidem dilabi sinere flagitiosum est; sed ita, ut liberalitatis, auaritiæque absit suspicio. posse enim liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus. Recte etiam à Theophrasto est laudata hospitalitas. est enim, ut mihi quidem uidetur, ualde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus, idque etiam reipub. est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. est autem etiam uehementer utile ijs, qui honeste posse multa uolunt, per hospites apud externos populos ualere opibus, & gratia. Theophrastus quidem scribit Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. ita enim instituisse, & uillicis imperauisset, ut omnia præberentur, qui cunque Laciades in uillam suam diuertisset.

IN illo autem] Postquam de largitione quæ à prodigalitate proficiscitur disseruit, transit ad aliud genus, quod à liberalitate manat, docetq; quomodo tali liberalitate utendum sit. Supra dixit duo genera esse largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales dicuntur. Postquam de prodigis dixit, dicit de liberalibus, qui ut dicebat suis facultatibus, aut captos à predonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt [Affecti] Dispositi in causis dissimilibus [Alia causa est] Docet quomodo affecti esse debemus, cum alia causa sit eius, qui in calamitate uersatur, & eius, qui adiuuare cupit, cum ad summos tendat honores sine aliqua aduersitate, & docet nos debere propensiores esse in calamitosos, nisi fuerint calamitate digni. [Res meliores] Maiores dignitates, & opes. [Benignitas] Liberalitas, magnificentia. [In iis tamen à Quantis, inquit, in illos propensiores esse debemus, tamen nullo modo deserendi sunt, qui altiorem dignitatis gradum ascendere cupiunt. [Sed in deligendis idoneis]. Præcipit diligenter iudicandum esse an alijs, qui fauorem cupiunt, digni sint, quoniam aliter esset contra prudentiam. quod probat Ennij sententia. [Male locata] Collocata indignis & minimè idoneis. hic est uersus Ennij ex tragœdia. & Publius poeta Mimorum dixit: Beneficium dando accepit, qui digno dedit. [Quod autem] ponit nunc contrarium. [In eo] Quod bono uiro tributum est. [In ipso] Bono uiro. [Ex ceteris] Qui laudant liberalitatem, quæ prudenter fit. & liberalitas ab omnibus laudatur remota imprudentia. quoniam dandum est, ut oportet [Danda igitur opera est] Præcipit quibus beneficiis alios afficere debeamus, ut memoria remaneat apud posteros, & illis non liceat esse ingratis. [Prodatur] Propagetur, diffundantur, ut aliquos ui oppressos defendere, docere, prædia donare merentibus, ad honores euehere, & similia quorum memoria transit ad posteros, & sine odio aliorum ingrati esse non possunt. [Non liceat esse ingratis] sic loquimur, mihi licet esse bono, tibi licet esse diserto. [Deterrenda] Amouenda, & impedienda. cum utatur ingratitudine. Ita dicimus deterrui te à scribendo, idest effeci, ut non scriberes. deterreo à liberalitate, effici quis non sit liberalis, qui ergo est immemor beneficij, deterret liberalitatem. [Hostem] inimicum. quoniam est ingratus, & illiberalis. [Tenuiorum] pauperum, qui indigent aliorum liberalitate. Atque hæc benignitas ostendit hanc liberalitatem usui esse reip. cum redimuntur captiui, & pauperes locupletantur. [Ab ordine nostro] Ab auguribus, quoniam Cic. erat ex ordine augurum. Cic. post Crassi interitum augur creatus in Ciciliam proconsul missus est, qui eam prouinciam armis, & iustitia seruauit. Collegium augurum erat in maxima ueneratione apud antiquos. [Vulgo] i. passim, & cateruatim. [Crassi] In cuius locum Cic. subrogatus fuit. [Hanc ergo consuetudinem] Cõcludens preponit hanc liberalitatem largitionibus, & muneribus eorum, quod prodigos appellauit. [Munerum] Spectaculum ad captandam multitudinem. [Grauium] Prudentum. hæc, inquit, à grauibus hominibus solet exerceri, illa autem à leuissimis, qui auram popularem captant. [Illa] largitio, quæ fit ad captandos populi fauores. [Titillantium] Mouentium. Titillare est illas partes corporis tangere, quæ tactæ mouent quandam uoluptatem, ut tangere sub alis. ergo, qui largitione utuntur quasi titillant uoluptatem multitudinis. quoniam deleniunt ipsam. oblectant, & capiunt tali largitione ac munere. [Conuenit autem] Nunc præcipit, & dando, & exigendo quid agendum sit, & conueniat. [Non acerbum] Non asperum, & nimis molestum. [Re contrahenda] In omni contractu. [Confinijs] Hoc confinium dicitur. [De suo iure] De eo, quod iure ad se pertinet. [Decidere] idest resecare, amputare, remittere. [Abhorrentem, alienum à litigijs quo ad fieri potest, & potius est aliquid de suo concedendum, quam litigandum. [Habenda autem est ratio] ne aliqui præcepto Cic. ducti à litibus abhorrendo rem suam consumi, & labi sinerent, monet habendam esse curam rei familiaris, nec permittendum, ut male dilabatur, quod maximè dedecet. [Flagitiosum] Malum, sceleratum, & pertinens ad ignauiam hominum. [Sed, ut liberalitatis] Monet ita esse habendam rationem rei familiaris, ut non uideamur illiberales, aut auari. [Posse enim] Ratio quare suspicio auaritię pellẽda est, quoniam ille est pecunię fructus, cum quis moderatè utitur liberalitate, ut se patrimonio non spoliet.

TRAN. MAT.

[Rectè etiam]Laudat sententiam Theophrasti, qui hospitali-
tatem laudauit, quæ est quædam dispositio, & liberalitas erga
hospites.i amicos externos.[A Theophrasto]Qui de diuitijs li.
unum scripsit, in quo laudauit hospitalitatem . [Valde deco-
rum]Pulchrum,& gloriosum.[Illustrium] Clarorum uirorū ,
& principum ciuitatis.[Illustribus]Claris amicis externis.Hanc
sententiam Lactantius reprohat, sed ipse loquitur, ut christia-
nus.Cic.autem vt gentilis philosophus, & ideo iusta reprehen-
sione caret.[Honestè]Cum laude uirtutis.[Cimonem]Cimon
filius fuit Miltiadis , & Hegesiples filiæ Olori Regis Thraciæ .
Miltiades 50. talentis damnatus in uinculis perijt , Cimone &
sorore Elpinica superstitibus. Cimon spolijs bellicis locupleta-
tus agrorum sepes amouit, ut omnes ad fructus legendos acce
dere possent. ex tribu. Laciadarū fuit Miltiades, in quos sum-
mam hospitalitatem Cimon exercuit. Parabatur, inquit Plut.
in uita Cimonis ingens domi conuiuium, eo pauperes quicun
que uellent libere conuenientes, educationem inde per ocium
sibi uendicabant, ut rebus tantum urbanis intenderent. Ceterū
Arist.non id omnibus Atheniensibus datum esse , sed ex Lacia-
dis curialibus suis cuilibet licuisse accedere tradit. Comitaban-
tur præterea Cimonem quidam familiares , his pulchra ueste
indutis mandatum erat, ut siquis grādior natu sordidè ob ino
piam indutus cum Cimone fortè loqueretur , vestem cum eo
permutarent. Visum est hoc magnificentiæ genus plurimum
in se maiestatis habere, & nummos etiam illi copiosè ferebāt ,
ut si quem in foro indigna pressum egestate conspicerent, quā
proximè accedentes pecunias illi clam in manibus deponerēt .
[Curiales]Eiusdem curiæ formam ciuilem Romulus hoc mo-
do instituit, diuisa omni multitudine trifariam singulis parti
bus duces singulos pfecit, Tribusq; eas appellauit . diuisit rur-
sus ipsas trib.in denas æquales partes, uocauitque eas curias, il
lisq; etiam duces singulos præfecit duces tribuum Tribunos ,
curiarum uero Curiones nominauit. Inde curiales,& tribules .
Pomponius autem lib.j.digest.de origine iuris dicit Romulus
in 30.partes diuisisse populum, quas curias appellauit, propte-
rea quod tunc reip.curam per sententias partium earum expe
diebat, ut dictum est in j.uol. Curiales, inquit, Pompeius dicun
tur eiusdem curiæ, & tribules eiusdē tribus,& municipes eius-
dem municipij, curiales latinè dicūtur δημότης Græcè,& tribu-
lis φυγέτης, curia Latinè, δημος græcè, Tribus uero φυλη. [Villi-
cis]villarum custodibus [Diuertisset] ad hospitandum defle-
xisset, iusq; hospitij peteret.

FRAN. MAT.

IN illo autem genere]Cic.de liberalitate præcipiens , duo
primum genera esse dixit, quorum alterum in opera positum
esset, alterum in pecunia. Alterum autem alteri in cōparatio-
ne præposuit. Inde differentiam fecit inter ueram liberalitatē ,
& eam quæ prodigalitas meretur appellari. Nunc postquàm di
xit de prodigalitate,& non uera liberalitate, de liberalitate di
cta,& uera præcepta dat,& primum quid cui in ea sint re-
nenda . Nam quanto magis indiget , tanto citius ei antepo-
est benefaciendum. Item magis in hac , quàm in illa quam alij
debemus.[A liberalitate]Non .n. omnis largitio à liberalitate
proficiscitur, cum multæ largitiones à prodigalitate proficiscā
tur.[In disparibus causis] Dissimilibus,& ipse declarat. [Affe-
cti] Dispositi , sed ei , qui magis indiget , magis erogare. [Alia
causa est eius &c.] multum interest benefacias indigenti an ei,
qui uelit res suas augere, cum tamen non indigeat . in eum .n.
liberales esse debemus, qui indiget, & inopia premitur. [Cala-
mitate] Videlicet si summa est inopia, & nec se nec suos susten
tare potest.[Meliores]Cum bona habent, ergo non indigētiæ
causa.[Nullis suis rebus ad &c.] Omnibus suis rebus ex uoto
succedentibus.[Propensior] Nunc dicit quid agendum sit , &
propensiorem, hoc est procliuiorem benignitatem esse debere
in calamitosos, quàm in eos qui sua augere quærunt.[Nisi for
tè &c.]Sicuti gulosi, eluones, aleatores,& ceteri eiusmodi. Quia
sua culpa ad paupertatem,& miseriam rediguntur, non casu a-
liquo, & fortuna,& huiusmodi hominibus non est subuenien-
dum.[In his tamen &c.] Quia dixerat indigentes præponēdos
esse ijs, qui non indigent quidem , sed res suas augere uolunt.
non dixerim tamen inquit ijs non subueniendum . Nam & ip-
sis subueniendum est , sed in comparatione hos illis postpo-
nendos esse. [Ne affligantur] sicut affliguntur, qui in calami-
tate sunt, qua premuntur.[Restricti]Auari,& illiberales . [Sed
ut altiorem &c.] Vt opes suas , & dignitatem augeant opibus
nostris , & fauore nostro. [Sed ad id idoneis] Quotiescunque
erogare uoluerimus , prima consultatio , inquit sit, ut ijs ero-
gemus, qui magis indigent, secunda , ut gratis,& qui memo-
res sunt , nam si ingratis benefacias , multa mala sequuntur .
Nam & negligentiores fiunt liberales ad benefaciendum, cum
illos ingratos uiderint , quibus benefecerint , & sic qui indi-
gent, multa perferunt incommoda. liberales cum beneficium
suum male locauerunt , metuunt ne rursus male locent, ergo
idonei ad habendam gratiā, & benefici , & memores, deligen-
di sunt, quibus benefacias . [Idonei] Ad habendam gratiam,
& referendam si opus fuerit . [Iudicium] Siue , ne idonei an
contra sint , ne boni an mali sint , ne digni qui accipiant be-
neficium nostrum, an indigni . [Nam præclarè &c.] rationem
suam Ennij auctoritate confirmat. [Benefacta male &c.]Quo
modo si benefacta sunt , malefacta esse possunt ? benefacta
sunt , quia qui donat liberalitate utitur,& benefacit. male au-
tem facta sunt , si malè locata fuerunt , quoniam multiplex
malum sequitur , quod Cice. ipse docet . [Tum ex ipso &c.]
duplex fructus sequitur si grato uiro tribuitur. primum ex eo
cui bene fit , deinde ex ceteris . Nam cum liberalis homo ui-
derit gratum esse cui benefeceris , accenditur, ut alijs quoque
benefaciat. [Remota temeritate] Videlicet ne temere omni-
bus , & sine discrimine benefacias , quia qui id facit , iudicio
caret , atque diligentia . [Aut tem.&c.] ne supra facultatem
largiaris , [Quod summi cuiusque &c.] Nam cum summus
quispiam, & princeps , bonus fuerit , & diligentia ac iudicio
beneficia distribuat, is rectè commune omnibus esse indicatur
perfugium , [Danda igitur &c.]Ea in idoneos cōferenda sunt
beneficia , quorum ad liberos eorum memoria transire pos-
sit, vt & ipsi memores sint, & sic Cic. implet propositum suum.
nam cum præcipiat de utilitate comparanda, docet quomodo
eam assequi non solum ab eo cui benefit, sed à liberis eius pos-
sumus . [Vt ijs &c.] Si magna fuerunt beneficia , ingrati esse
non possunt, ut si à periculo capitis , à periculo seruitutis li-
berauerimus, si in collocatione filiæ iuuerimus. [Omnes enim
Persæ] Vt Xenophon scri. in puniendis peccatis seuerissimi,
nullnm maiore supplicio, quam ingratitudinē uindicare sunt
soliti, quoniam ingratitudinem (ut ipsi dicebant) impuden-
tia , impudentiam cetera omnia uitia consectantur. [Eamque
sibi &c.]Iniuriam ab ingrato non solum ei fieri existimant, qui
beneficium dederit: sed omnibus qui putant liberalem ad be-
nefaciendum propterea segniorem restrictioremque fore. Vn-
de & Sen.ait, Ingratus vnus idem petentibus multis nocet. [De
terenda liberalitate sibi etiam fieri eumq; &c. [Diminuenda ,
atque eadem cras deteret exigui aliquid , hoc est auferre. De-
trahet Iuuen,& Ho. laudes egregii Cęsaris,& tua culpa detere-
re ingenia, legitur , & deterenda , hoc est depellenda , dicimus
deterrui te à literis , hoc est effeci ne literas sequereris . [Te-
nuiorum] Pauperum . [Atque hoc &c.] Nunc dicit quid cui
sit anteponendum, ostendens quod pluribus utile est, illud po
tius faciendum , quam quod utile paucioribus , sicut redime-
re captiuos , quod (ut diximus) Qu. Maximus fecit . [Te-
nuiores] Qui bene meriti sint de republ. & non culpa sua ,
sed uel aduersante fortuna in calamitatem inciderint , uel
emergere à paupertate iustè uiuendo non potuerint . [Quod
quidam uulgo &c.] Et hoc factum esse sæpius à senatu in o-
ratione Crassi legimus . Dicit enim Crassum orationem ha-
buisse, qua ostendebat senatum , miseris , & calamitosis sub-
uenire solitum , sicut legimus apud Valerium Maximum se-
natum subuenisse Attilio Regulo, qui cum ad imperij exitum
uenisset , peteretque , ut in patriam redire liceret , causam af-
ferens , quia uillicus suum agrum deseruisset , & propterea
non posset filiabus dotem comparare . Quare senatus re co-
gnita , & uillicum conduxit , & filiabus dotem præbuit. [A no
stro ordine] Non collegio augurum intelligas , sed nostro
ordine , hoc est senatorio ordine , quia Crassus augur fuit ,
& in eius demortui locum Cice. cooptatus fuit , cum procon-
sul esset in Cilicia . Neque enim legitur collegium augurum
hoc factitare solitum , & augurum non ordinem , sed colle-
gium dicimus , contra, senatorium ordinem uocamus. [Hanc
consuetudinem] Redimendi captiuos , & locupletandi te-
nuiores . [Largitioni] Magnificentiæ ludorum , uisceratio-
num &c. [Hæc est &c.] scilicet consuetudo redimendi capti-
uos &c. [Grauium] Sapientium. grauem enim sapientem
cum auctoritate dicimus . & Virgil. oratorem designans ,
inquit , Tum pietate grauem &c. [Illa] Largitio munerum .

Negligentiores fiunt liberales ppingratos.

Non temere beneficiu est conferendu.

[Assen-

[Assentatorum] Et per consequens leuium, nam leuissimorū
est assentatari, hoc est ad alterius sensum loqui, & aliquid face-
re.[Titillantium] Lenocinantium, nam titillationes sunt quæ
fiunt blandiendi causa, posita sub alis, manu, vel in lateribus.
Quando etiam quispiam lætitia percepta, & alacritate persun-
ditur, tunc dicitur titillatio Dicit itaque, quòd qui magnificē-
tia munerum utuntur, videntur quodammodo animis homi-
num muneribus suis lenocinari, & blandiri, ut sic in eorum be-
neuolentiam irrepant. [Conuenit autem tum in dando &c.]
Tangit aliam speciem liberalitatis, quæ in cōmerciis consistit,
hoc est in uendendo, emendo, conducendo, locando. est.n.& in
his rebus liberalitas quædam si nimis curiosi esse non uolue-
rimus, & rationibus nostris non usq; adeo intenti erimus, ut
aliquid potius de nostro remittamus, quam de alieno accipia-
mus Quod præceptum Cic. optimum est, & sanctissimum, nec
à nostræ religionis abhorret præceptis. Non solum ergo, inq̄t,
in errogando liberales debemus esse, sed in exigendo, uidelicet
si de eo, quod est nostrum non nihil concesserimus.[Non acer
bum] Non asperum, sed mitem, & leuem in concedendo aliq̄d,
quod iure possis tibi iudicare. [Et confinijs] Seruanda est hæc
benignitas non solum inter ciues, sed etiam inter uicinos po-
pulos, & confines.[In ciu.] Ad domos pertinet, ut si contendas
cum uicino de pariete, de stillicidijs, de lumine. [Confinijs] Ad
agros referas, ut si lis incidat de termino. [A litibus uero &c.]
Quod ad lites, inquit, pertinet, oportebit grauem uirum peni-
tus ab illis alienum esse, & etiam potius aliquam iniuriam pa-
ti, quàm litem subire. [Quantum licet] Non iniuria accepta.
[Plusquam licèt] Etiam accepta iniuria.[Est.n.non modo &c.]
A litibus abhorrere non solum liberalis est, sed etiam fructū,
& utilitatem quærentis. Nam utile sæpe est aliquid de suo iu-
re remittere, quia cum uident aduersarij te de iure tuo cedere
.i.de eo, quod tuum iudicari posset, pudore quodā, & ipsi per-
fusi tibi cedunt, & ita quod ui obtinere non potes, illi sponte
concedunt, præterea reliqui qui te id facere uident, propitii ti-
bi postea semper sunt.[Habenda &c.] Semper Cic. liberalitatē
à prodigalitate æquè auaritia seiungit, ut videlicet mediū te-
neat, quia ergo dixerat decedēdum de iure suo etiam plusquā
licet, uidelicet cum iniuria, noli inquit existimare, intolerabilē
à me iniuriam intelligi, quia si insignis nimium iniuria esset,
vt videlicet de tuo nimis cederes, id non esset liberalitatis, sed
animi abiecti, & remissi, cum res familiaris tale detrimentum
pateretur [Posse.n.&c.] Ille maximus fructus est, inquit, posse
uti liberalitate in amicos sine rei familiaris damno, præcipere
ergo uidetur, ut de eo quod nobis semper est liberales simus.
[Rectè etiam à Theophrasto] De liberalitate præcipit hospita-
litatis, & utitur auctoritate Theophrasti. hospitalitas liberali-
tatis speciem continet. esse.n. ipsa sine liberalitate non potest.
est autem hospes qui, & ciues, & peregrinos libenter ac beni-
gnè excipit. hanc hospitalitatem in primis laudauit Theophra
stus. [Patere domos illustrium] Dignis. s. non autem indignis,
ut nostra tempestate patent, & plerunque nefarijs, & sceleratis.
[Idq; resp.] Sic ex alia ciuitate uenientes domi tuæ suscipit.
Illi.n. ueri hospites sunt, & Rom. hospites dicebāt quos ex alijs
ciuitatibus uenientes domi suæ suscipiebant, & inuicem ab
illis suscipiebantur, quando in eorum patriam proficisceban-
tur. Cic. hospitem suum dicit fuisse Deiotarum, quòd ab illo
susciperetur cum in Bithyniam proficisceretur, & inuicem illū
Romæ domi suæ susciperet.[Et etiam ue. uti &c.] Non solum
laudabile est multos habere hospites, sed utile est etiam, nam
qui opes magnas sibi comparare student, si multos habent ho
spites, eorum fauore id facilè consequi possunt.[Honestè] Nō
per uim. multi enim hospitalibus abutūtur, quibus freti fiunt
insolentiores. [Cimonem &c.] Cimon hic Atheniensis ditissi-
mus fuit. Dei autem rectè apud hunc diuitias collocauerant.
Nam uillas suas peregrinis omnibus patere uoluit, sed in pri-
mis curiales suos Laciadas hospitio suscipi iussit, & hoc est qui
ex eadem curia essent. Curia autem erat pars populi. Nam in
xxx. curiales Pop. Rom. etiam Romulus diuisit Lacia una fuit
tribun. Atheniensis, ex qua fuit Miltiades, & Cimon eius fi-
lius, auct. Plut. [Curiales] Qui ex eadem essent curia, hoc est
parte populi illis, scilicet qui essent contribules, quos δημοτας
græci uocant.

Deiotarus hospes Ciceronis.

ASC.

IN illo autem &c.] Prosequitur alterum genus largorum,
quod ad liberales pertinet. Est ordo. Autem pro sed, nos non
debemus esse affecti uno modo, idest uniformiter in dispari-
bus causis, in illo altero genere largiendi, quod proficiscitur à
liberalitate. Alia causa est eius, idest in eum, qui premitur cala
mitate & supp. alia est eius, qui quærit res meliores nullis re-
bus suis existentibus aduersis. Benignitas propensior, idest co-
piosior, & plura propendens debebit esse in.i. erga calamito-
sos, nisi fortè erunt digni calamitate, tamen nos nullo modo
debemus esse restricti, idest parci, & tenaces in his qui uolent
adiuuari, non, ut ne, idest non affligantur, sed ut ascendant
altiorem gradum. sed sup. debemus adhibere iudicium, & di-
ligentiam in deligendis idoneis i. in delectū idoneorum. nam
Ennius poeta ille antiquus præclarè sup. dixit, ego arbitror be-
nefacta locata malè, idest apud indignos esse male facta. Autē
pro sed, quod tributum est bono uiro, & grato, fructus, idest
commodum, & utilitas est tum, idest pariter in eo ipso tum,
idest pariter ex ceteris sup. rebus. Enim pro quia, liberalitas
est gratissima remota temeritate, idest si nulla adsit temeritas,
que pro &, plerique laudant eam, scilicet liberalitatem eo stu-
diosius, quàm bonitas, idest beneficentia cuiusq; summi, idest
omnis excellentis uiri. & perfugium commune omnium, idest
ad quos omnes perfugere possint, igitur opera danda est, idest
diligentia adhibenda, ut afficiamus quamplurimos, idest ual-
de multos his beneficijs, quorum memoria probatur, idest por
rò detur, hoc est manifestetur liberis, & posteris, ita ut non li-
ceat his esse ingratis. Omnes oderunt immemores beneficii,
que pro &, putant eam iniuriam fieri sibi etiam in deterren-
da, idest ambigenda liberalitate, idest putant ad odium sibi fie-
ri dum liberalitatem deterrent. Que pro &, putant eum hostē
esse communem tenuiorum, idest pauperiorum, quàm. s. cete-
ri sint. Atque hæc benignitas, scilicet captos redimi à seruitu-
te, & etiam locupletari tenuiores, idest pauperiores, est utilis
etiam reipu. quod quidem solitum fieri in nostro ordine uide
mus scriptum copiosè in oratione Crassi. Ego antepono, idest
præfero ego largitioni munerum, hanc consuetudinem beni-
gnitatis. [Hæc scilicet benignitas est, grauium atque magno-
rum hominum. s. largitio munerum est assentatorum populi
quasi titillantium, idest molliter tangentium, ac palpantium
lenitatem, & uoluptatem multitudinis. Autem pro sed, con-
uenit, idest conueniens est tum, idest pariter esse munificum in
dando, tum idest pariter non sup. esse acerbum in exigendo, q;
pro &, conuenit sup esse æquum, idest æquitatis amatorem, fa
cilem, idest exorabilem, & cito facientem, & concedentem mul
tis multa de suo iure, in omni re contrahenda, idest uendendo,
emendo, conducendo, locando, in uicinitatibus, & confinijs, &
sup. conuenit etiam supp. esse abhorrentem, idest alienum à li
tibus quantum liceat, & nescio an etiam paulo plus quā liceat
.i. quam licere uideatur (certum enim est, quod non plus quā
liceat, aut simpliciter, aut pro tunc) enim pro quia, decidere,
idest delabi nonnunquam, idest aliquando paulum de suo iu-
re, est non modo, idest non solum liberale, sed etiam fructuo-
sum interdum. Autem pro sed, ratio, idest consideratio rei fa-
miliaris, idest domesticæ est habenda, idest haberi debet, quam
.s. rem familiarem, quidem, idest certè sinere, idest permittere
dilabi, idest decidere & in nihilum ruere, est flagitiosum, sed
ita sup. habenda est ratio rei familiaris, ut suspicio illiberali-
tatis, & auaritiæ absit. Enim pro quia, maximus fructus pecu-
niæ est nimirum, idest haud dubiè non spol antem, idest priuā
tem se patrimonio sup. suo posse uti liberalitate. Hospitalitas
.i. gratuita, & benigna in hospitium susceptio, est etiam lauda
ta rectè à Theophrasto. Est enim ualde decorum, ut uidetur
(inquit Cicero) mihi domos illustrium, idest clarorum homi-
num patere, idest apertas esse ad recipiendum hospitio hospi-
tes illustres, que, pro &, idem reipu. ornamento, idest ad de-
cus, & ornamentum homines externos non egere in nostra vr
be hoc genere liberalitatis. Est etiam uehementer utile his,
qui uolunt multa posse honestè, ualere opibus, & gratia apud
externos populos, per hospites, idest per eos quos rectè pe-
tant hospitio. Theophrastus scribit, Cimonem uirum illum
spolijs bellicis locupletatum fuisse hospitalem Athenis, e-
tiam, idest erga Laciades curiales, idest contribules suos.
Dicit enim instituisse, idest ordinasse, & imperasse uillicis,
idest uillarum suarum procuratoribus, ut omnia præberen-
tur sup. ei quicunque Laciades diuertisset à publica, scilicet
uia in suam uillam.

ARGVMENTVM.

In altero beneficentiæ genore, quod operis constat multum ualere iuris prudentiam, longè plurimum eloquentiam.

QVæ autem opera non largitione, beneficia dantur; hæc tunc in uniuersam rempu. tum in singulos ciues conferuntur. nam in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientiæ genere prodesse quamplurimis, uehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. itaque cum multa præclara maiorum, tum quam optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio, atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc, ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est: idque eo indignius, quòd eo tẽpore hoc contigit, cum is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile uicisset. hæc igitur opera grata multis, & ad beneficiis obstringendos homines accõmodata. Atque huic arti finitima est dicendi grauiter facultas, & gratior, & ornatior. quid enim eloquentia laudabilius, & præstabilius, uel admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum, qui defensi sunt, gratia? huic quoque ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. diserti igitur hominis, & facile laborantis, quodq́; in patrijs est moribus multorum caussas, & non grauate, sed gratuito defendentis beneficia: & patrocinia late patent. Admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitũ, deplorarem, nisi uererer, ne de meipso aliquid uiderer queri. sed tamen uidemus, quib. extinctis oratoribus, quã in paucis spes, quanto in paucioribus facultas, quam in multis sit audacia, cum autem omnes nõ possint ne multi quidem, aut iurisperiti esse, aut diserti; licet tamen opera prodesse multis. beneficia petentem, commendantem iudicibus & magistratibus, uigilantem pro re alterius, eos ipsos, qui aut consulunt, aut defendunt, rogantem, quòd qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur, latissimeq́ue eorum manat industria. Iam, illud non sunt admonendi (est enim in promptu) ut animaduertant, cum alios iuuare uelint, ne quos offendant. sæpe enim aut eos lędunt, quos non debent; aut eos, quos non expedit: si imprudentes, negligentiæ est; si scientes, temeritatis. Vtẽdum etiam est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacunque possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris; cæterisq́; operis, & officiis erit; quod uiolatum est, compensandum.

PETR. MAR. QVæ autem opera] Supra posuit duplicem rationem liberalitatis. quarum altera in pecunia consistit, altera in opera atque industria. Postquam, & de liberalitate pecuniaria disseruit, transit ad alterã, quæ opera fit. Et est duplex, quoniam interdum confertur in uniuersam remp. interdum in singulos, & ostendit prodesse alicui in iure ciuili accõmodatissimũ esse ad homines beneficijs astrĩgendos. inde ponit eloquentiam, quæ est gratior, & ornatior. [Opera] Labore, & industria. [Iniuria cauere] Vitare incommoda, & deceptiones in iure litibusque. multi. n. ius amittunt suum ignorantia iuris, aut procuratorum, causidicorumq; inscitia. [Cauere] idest defendere alios legum auxilio, & interpretatione prouidere. In præfatione Topicorum dicit, Etenim cum tu mihi, meisque multa sæpe cauisses. [Opes augendas] Potentiam, & auctoritatem gratiamque multitudinis, cui hæc opera præstatur. [Gratiam] beneuolentiam. iurisconsultus. inquit, fauens alijs in causa maximam consequitur auctoritatem, & gratiosus apud omnis efficitur, quibus opera sua prodest, & cognitio iuris ciuilis in summo honore semper fuit, & etiam interpretatio. [Quam] Cognitionem, & interpretationem iuris. [Ante hanc confusionem] Temporum. damnat Cæsa. tyrannidem, & bella ciuilia, quibus sæuientibus iura oppressa erant, & omnia confusa. [Principes] Primi in ciuitate, ut familia, Aquiliorum, Mutiorum, quorum tanquàm hæreditarium erat ius ciuile, & aliorum quos supra nominaui, qui ciuitatis principes erant, & iuris ciuilis scientiam tanquàm possessionem à maioribus relictam habebant, quæ omnibus erepta fuit propter tyrannidem, & iuris oppressionem. Et sic Cicero deplorat calamitatem suorum temporum, & ius ciuile amissum esse dolet, idque eo indignius fert, quod talia acciderunt tempore Cæsaris, qui omni scientia uigebat, & ius ciuile uidebatur diligere. Suet. ait. Ius ciuile ad certum modum redigere statuit, atque immensa diffusaque legum copia, optima quęque, & necessaria in paucissimos conferre libros. [Eo indignius] Maiore animi indignitate ferendum. [Cum is esset] Cæsar dictator. [Scientia] Omni genere doctrinæ. [Hæc igitur opera] Concludit de opera iuris ciuilis. & transit ad eloquentiam, quam laudibus effert, & merito. [Grauior] Maioris dignitatis quantum ad pondus rerum scientiarum. Oratoris uis est, & officium, posse de omni re quæcunque proposita sit, aptè & copiosè dicere. [Gratior] Quam sit ius ciuile. [Ornatior] Maioris ornamenti, & dignitatis. [Admiratione audientium] quoniam eloquentem, & prudentem omnes admirantur. Vnde Iuuen. de Demosthene ait. quem mirabantur Athenæ Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri. Et, Ciceronem orantem, omnes suspiciebant. [Indigentium] Eorum qui indigent patrocinio eloquentis, ut in iudicio defendantur. [Gratia] Beneuolentia eorum, qui defensi sunt, & patronum magna gratia prosequuntur. [Huic quoque] Quemadmodum iuri ciuili. [In tota] In omni parte dignitatis. [In patrijs est moribus] Romanis institutis, quoniam apud antiquos patroni agebant causam clientis opera gratuita, & Cicer. ex patrocinijs, auctore Plut. mercedem non accepit. Munera à Siculis ingentia magnificaque ultro delata constantissimè renuit, eo duntaxat contentus, ut ædilitatem suam transmissione frumentaria, nec illa quidem gratuita, adiuuarent. [Diserti] idest eloquentis. Disertus est ille, qui dicit ea quæ oportet. Fab. libro viij. sic scr. M. Antonius ait à se disertos uisos esse multos, eloquentem autem neminem. disertus satis putat dicere, quæ oporteat, ornatè autem dicere proprium esse eloquentissimi. [deo Cicero diserti dixit, quoniam non loquitur de eloquentissimo, sed medioci oratore, & patrono causarum diserto. [Facilè laborantis] Qui facilè suscipit labores pro alijs in iudicio defendendis. [Non grauatè] Non molestè, aut propter pecuniam, sed gratuito is dicitur aliquid grauatè facere, qui molesto animo, & quasi inuito facit. Plin. in princip. xxvij. uoluminis sic scrib. Crescit apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis, quantoque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. [Admonebat me res] De qua loquor, & status præsens. Ne de sua fortuna Cicero queri uideretur, noluit intermissionem eloquentiæ deplorare, sed utitur occupatione. Cum enim dicit se nolle deplorare. maximè deplorat, & tempora damnat sua. [Hoc quoque loco] quemadmodum feci de iure ciuili. [Ne dicam interitum] Noluit dicere Cicero eloquentiam perijsse, sed fuisse intermissam. [quibus] quam clarissimis oratoribus, ut prius fuerat L. Crassus. M. Antonius, Cæsar, L. filius, Hortensius, Cotta, & nonnulli alij, qui in foro claruerunt, Hortensius in actione penè superabat Ciceronem, & adolescens magis dicendo floruit, quam senex. De quo Cicero in Bruto. Hortensius à Crasso consule, & Scæuola usque ad Paulum, & Marcellum consules floruit. Nos, inquit, in eodem cursu fuimus à Sylla dictatore usque ad eosdem ferè consules. Sic. Qu. Hortensij uox extincta suo fato est, nostra publico. Nos autem, Brute, inqnit, quoniam post Hortensij clarissimi oratoris mortem orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus,

domi teneamus eam semper liberali custodia, & hos ignotos atque impudentes porcos repudiemus, tueamurq; ut adultā virginem castè, & ab armatorum impetu, quantum possumus, prohibeamus. [In paucis] quoniam pauci superabāt oratores, & hi qui erant non habebant facultatem .i. potentiam dicendi, quoniam extinctus erat senatus, deleta iudicia, & causæ forenses conticuerant. & hoc Cic. propter se dicit, qui prius in foro regnauerat. & eius uocis tota urbs Theatrum fuerat, nunc autem fugiebat conspectum sceleratorum, quibus omnia redundabant. Vnde miror illum in tantis malis hoc opus tam breui tempore elucubrare potuisse, quoniam scripsit post necem Cæsaris, sed beatissima ingenij vbertas, & philosophicū pectus oīa superabat. [Spes] Pauci, inquit, sunt, de quibus sperare liceat futuros claros oratores. [Facultas] Potentia orādi causas. [Audacia] multi, inquit audent hoc genus dicendi tractare, sed id quod audent præstare, ut decet, nō possunt. sua peret ipse Cic. eloquentiæ fons; qui tamen cessabat culpa temporum, quibus omnia turbata erant, & confusa. [Cum autem omnes] Dixit supra homines prodesse posse iure ciuili, & eloquentia. sed quia non omnes possunt callere ius ciuile, aut esse diserti, dicit nūc Cic. tales homines posse etiam prodesse opera, cum .s. beneficia pro alijs petunt, commendant iudicibus reos, & vigilant pro re alterius, & rogant eos qui defendunt aut consulunt, ut sint in causa diligentes, & sic cum ipsi non possint eorum causas agere, orant alios, ut eis adsint, & sic officio bonorum uirorū funguntur. [Ne multi quidem] Quoniam paucis datum est, ut optimè ius calleant, & diserti sint. [Opera] Labore, & industria. [Licet tamen prodesse] Ordo est licèt hoc .i. hominem petentē beneficia commēdantem iudicibus aliquem, uigilantem & rogantem alios, licèt inquàm talem hominem ita facientem opera sua prodesse multis. [Licèt petentem prodesse] Ille potest alijs prodesse qui beneficia pro ipsis petit, & commendat iudicibus causam reorum. [Latissimè manat] Ad multos iuuandos extenditur eorum industria, qua gratiam aliorum demerētur, & animos. [Vt illud] Vtitur occupatione monēs neminem esse lædendum, dum alicui prodesse cupimus. [Non expedit] Non est utile. Si imprudentes lædunt, negligentiæ ascribendum est, si scientes temeritati, quæ est inimica prudentiæ. Certis operis] Quibusdam laboribus, & quadam industria compensare id, qđ alium lædit, si in aliqua re inuiti aliquē offendimus, debemus alia opera, & officio id quod uiolatum est compensare, & eum quem offendimus aliquo beneficio reconciliare.

FRAN. MAT. QVAE autem] Iteratio fortasse hic nonnullis uidetur esse superioris præcepti, nam opere laudat officia de qua multa dixi superius, sed non est iteratio. Superius .n. dixit liberalitatē quæ fit opera, liberalitati anteponendam quę fit pecunia, nūc aūt de ipsius operæ officijs præcipit, uidelicet quales in opera exhibenda esse debeamus, & dicit ita operam in remp. & omnes ciues conferendam, ut pecuniam, præcipit ergo quomodo præstanda sit opera. [Hæc tamen &c.] & publicè, & psiuatè liberales esse possumus in præstanda opera. [Nam in iure cauere] Possumus augere opes gloriamq; nostram in præstāda opera; quæ maximè consistit in scientia iuris ciuilis. [Iuuare] Cliētes, & amicos. [Itaque cūm propter] Ex quo sequitur, ut cum multa præclara maiorum instituta fuerint, quæ sine dubio laudanda sunt, illud magna laude dignum fuerit, ut in summo honore cognitio esset iuris ciuilis, & interpretatio. [Cōstituta] .s. fuere, sicut apud Val. Max. legitur tit. de instit. antiq. vt illud, q̄ mulieres quæ contentæ uiro corona pudicitiæ donarentur, quòd uini usus fœminis esset ignotus, & magnus honor senectuti exhiberetur. [Cognitio, atque interpretatio] Alterum sine altero, parum utile est, multiq; sunt qui scientiam habent maximam iuris ciuilis, quam tamen ipsi intelligunt alijs exponere nesciunt. Non .n. tantum optandum est, ut sciamus, sed ut exprimere etiam sensa possimus. [Quam] Quidem cūm inquit, optima rep. usi sumus, principes ciuitatis iure ciuili plurimū ualebant, nunc confusis omnibus postquam bellis ciuilibus perturbari cœpit respublica, ars iuris ciuilis ad uiles redacta est, & sit eius splendor, ut ceterarum bonarum artium extinctus. [Principes] Viri principes, ut Scæuola, ut Crassus [Nunc &c.] Temporibus nostris. [Ideo indignius &c.] Extinctam esse iuris ciuilis, ut aliarum rerum scientiam, eo molestius ferēdum est, quòd illo omnia tenente, & occupante contigit, qui scientia erat eminentissimus, & superiores omnes anteibat: Cæsarem significat qui re uera omnium bonarum artium cognitione ceteros sui temporis superauit. & ut ait Quint. si tantum foro quantum bellis uacasset, primum in dicendo locum tenuisset, vt secundum tenere iudicatur. Nam secundus post Cic. habetur. [Hac scientia] Iuris ciuilis [Hæc igitur] Concludit. [Atque huic] Proximam iuri ciuili eloquentiam, dicit, vtilitate & rectè. nam iuris ciuilis peritus sine eloquentia haud multum ualet. [Grauior] quoniam in magnis causis, & forēsibus, & senatorijs uersatur. Eloquentiam autem intelligit, quam supra contentionem appellauit. Est .n. alia quæ in sermone uersatur. [Gratior] Nam audientes mirificè delectat. [Quid enim] Ratio est. Cice. ubique rebus omnibus anteponit eloquentiam, quantum attinet ad rerum publicarum gubernationem. hic autem tres maximos eloquentiæ fructus ostendit, uidelicet admirationem, in quam adducit audientes. [Spe indigentium] Qui causam suam sperant ab oratore etiam contra potentissimos, & improbissimos posse defendi, & gratiam magnam parit defensio, quia is quem defendimus excitatur ad amorem nostrū, nobis debet, & semper referre gratiam studet. [Huic quoque &c.] In omni dignitate quantacunque esset defendenda, principatus est datus eloquentiæ. Cice. lib. de Or. dicit, semper excelluisse eos quibus inerat uis dicendi maior. [Diserti igitur &c.] Hoc est eloquentis, & boni huius diserti hominis, & bonis moribus instituti, beneficia, ac patrocinia dicit plurimos iuuare, & utilissima reip. esse, si modo laborem non subterfugiat, & gratuito, non autem spe quæstus defensiones suscipiat. [Diserti] Eloquentis. est propriè disertus qui ornatu uerborum, & copia ualet. [Eloquens etiam qui rebus, & sententijs pollet. & esse nisi uir bonus non potest. Antonius apud Cice. dicebat se multos uidisse disertos, eloquentem nullum. [In patrijs moribus] In moribus patriæ nostræ. sic enim maiores nostri facere constituerunt, gratis, scilicet, & non grauatè defendere. [Admonebat &c.] sicut deploraui iuris ciuilis interitum, ita me hic locus admonebat, ut eloquentiæ facta mētione, eius quoque interitum lugerem, sed ideo prætermitto ne mea tantum causa non etiam aliorum facta hæc deploratio uideatur. [Res ipsæ] Eloquentiæ mentio. [De me ipso] Qui agere causas nunc non possum, sicuti ante, occupata & perturbata repu. solebam. [Quibus extinctis oratoribus] Qui illa tempestate innumerabiles penè fuere. De multis ipse loquitur Cice. lib. de cl. or. ad Brutum. [Facultas] Vis dicendi. [Audacia] Quia multi uideri uolunt oratores cum non sint, & maiora audent suis uiribus. [Cum autem omnes &c.] uidetur nunc obiectioni occurrere. posset enim quispiam dicere, non omnes iuris peritos, & oratores esse posse, & illis facultatibus alios iuuare, & propterea dicit multis alijs modis operam præstare licere, ex quo ostendit quam quilibet non iuris consultus, & orator præstare potest. [Ne multi quidem] Paucorum enim est iuris ciuilis scientiam adipisci. [Aut diserti] oratores ij multo rariores contingunt. [Licèt tantum &c.] Enumerat quibus modis, ij qui non sunt iureconsulti, aut oratores, operam suam præstare possint hominibus, illosq; iuuare. [Beneficia &c.] Vt aliquid beneficij pro alio petamus ab illis, qui nobis amici sunt, & conferre beneficium possunt, idque nostris precibus moti facere non grauantur. [Commendantem iudicibus, & magistratibus] Vt amici nostri causam, & negocia magistratibus, uel iudicibus commendemus, si nobis amici fuerunt, & hoc quotidie fieri solet, cum dicimus commendo tibi hunc, qui est dignus commendatione mea, & quoniam multa eius non uulgaria sint in me officia, & quoniam uirtute præditus est, aut innocens est &c. [Vigilantem] Cur autem diligenter alterius negocia. [Consulunt] Quantum ad iureconsultos, quorum est propriè consulere. [Defendunt] Quantum ad oratores. [Latissimè manat] Maximè diffunditur. [Iam illud &c.] Superius admonuit ne cui faciamus iniuriam. Ideo nunc non uidentur, inquit, admonendi homines, ut animaduertant ne dum alios iuuare uolunt, alios offendant. solet enim accidere, & frequenter, sed non sunt alicuius commoda ex alterius incommodis quærenda, quod dicunt philosophi. [Est enim in promptu] Omnibus notum est, omnes sciunt. [Animaduertent] Qui opera præstant, sed si fieri non potest, quin alium offendas si alium iuuare uis, quid agendum erit? hæc adhibenda cautio erit, ut cō sideremus, an maior sit iniuria, an beneficium, si iniuria maior est; abstinere debes, si beneficium maius est, illum iuuare debes, quem defendendum semel suscepisti, postea excusare te,

Gratiam magnam parit defensio.

Multos disertos eloquētē uero neminem.

Beneficium in repu. est etiā priuatum.

te,quòd inuitus feceris,& rationem ſubijcere, cui feceris, quia
uidebas iniuriam multo maiorem beneficio,& te ſperabã. (Di
ces)æquo animo laturum,cum te uirum bonum noſſem. [Sæ-
pe.n]Oſtẽdit cuiuſmodi iniuriæ efficaces ſint,ne uelimus alios
iuuare , uidelicet cum iniuria eſt contra alicuius honeſtatem ,
aut contra utilitatem. [Non exp.] Non utile eſt ut lædas bene-
meritum de reg. aut priuatum iuues, alios ad benemerendum
de rep. reddas negligentiores , etiam ſi priuatæ fuerint utilita-
tes . nam ſemper utilitas maior eſt , & quæ ad plures pertinet ,
anteponenda eſt ei quæ ad pauciores,ſi peregrinum læderes,ut
ciuem iuuares,tolerabile eſſet, at uero ſi amicum peregrinum
iuuando , ciuem læderes , non eſſet tolerabile. [Non debet]
Contra honeſtatem , ut ſi contra famam ſit boni uiri. [Si im-
prudentes &c.] non omnis ignorantia non excuſat , ſed quan-
do id , quod ignoramus eiuſmodi eſt , ut ſcire non poſſumus ,
aut ullo humano ingenio comprehendere , tunc excuſandi ſu-
mus quando uero id , quod ignoramus ſcire potuimus , tunc
excuſationem non meremur.[Imprudentes]Quod animaduer
tere uoluerimus , & eſt dedita opera aliquem lædere. [Vten-
dum eſt etiam &c.] Dicit excuſatione utendum eſſe , ut oſten-
damus mitiorem iniuriam fuiſſe , quam beneficium alteri col-
latum,& quòd ſine iniuria cuiuſquam uoluiſſes amicum bene
ficio afficere,& quòd neceſſe fuit , & quòd fretus ipſius bonita-
te æquo animo laturum putaſti. [Cæteriſq; operis &c.] Si in
hoc inquies offendimus , ceteris in rebus prodeſſe curabimus ,
& quod , aut honeſtati , aut utilitate detractum erit reſarcien-
do compenſabimns , exempli gratia , Dixiſti contra aliquem
pro cliente tuo , cuius cauſam exiſtimaſti meliorem,ſic te excu
ſabis,eram patronus,ad me confugit , non potui recuſare . feci
tamen inuitus tua cauſa,nec tamen exiſtimaui tam iniquo ani
mo,te laturum, cum ſis bonus uir, & ſcias turpe eſſe clienti nõ
adeſſe. Idem faciam contra alium in re tua , ſi caſus acciderit ,
ut mea opera uti uelis .

Imprudẽs dici.

QVAE autem opera]Proſequitur alterum genus liberali-
tatis,quod opera.i. operatione, & labore conferentis impendi-
tur.Ordo eſt. Autem pro ſed, beneficia quæ dantur opera,ideſt
per operam,& laborem non largitione.i. donatione hæc confe-
runtur,tum.i.partim in uniuerſam rem , tum.i. partim in ſin.
gulos ciues. Nam cauere .i. proſpicere , & cautionem facere in
iure,iuuare conſilio,atque prodeſſe hoc genere ſcientiæ, perti-
net uehementer quamplurimis .i. ualde multis .i. & pariter ad
opes augendas,& .i. pariter ad gratiam .i. beneuolentiam ſup.
augendam. Itaq; cum multa præclara maiorum ſup. fuerunt ,
tum.i. multo magis cognitio , atque interpretatio iuris ciuilis
quam optimè.i.ualde bene conſtituti ſint ſemper in ſummo ho
nore. Quam quidem interpretationem , & cognitionem iuris,
principes.i primores ciuitatis retinuerunt in ſua poſſeſſione
ante hanc confuſionem temporum,quam Cæſar induxit Nũc,
ideſt quemadmodum honores ſup. deleti ſunt , ut omnis gra-
dus dignitatis deletus , ſic ſplendor huius ſcientiæ eſt deletus,
Idq; .i. id ſup. contingit indignius .i. quia hoc contingit eo tẽ-
pore,cum is,ſcilicet Cæſar eſſet,qui uiciſſet facilè ſcientia.i.per
ſcientiam omnes ſuperiores, quibus eſſet par .i. æqualis hono-
re . Igitur hæc opera quæ.ſ præſtantur in iure ciuili ſint ſup. gra
ta,ideſt utilia, & commoda multis , & accommodata ad aſtrin-
gendos homines beneficiis , ideſt per beneficia . atque facultas
dicendi grauior,& gratior,& ornatior eſt finitima huic arti,ſci-
licet iuris ciuilis.Quid.n. laudabilius, & præſtabilius,uel admi-
ratione audientium uel ſpe indigentium , uel gratia eorum,
qui defenſi ſunt?q.d.nihil ergo principatus eſt quoque.i.etiam
datus acti à maioribus noſtris in tota dignitate . Igitur benefi-
cia,& patrocinia hominis diſerti, & laborãtis facilè .i. faciliter,
que pro &, defendentis cauſas multorum, & non grauate , ſed
gratuito. Quod.i. quæ res eſt in moribus patrijs .i. inter mores
patriæ patent latè .i. faciunt defenſorem late patere. Res,ideſt
commoditas , & opportunitas negocij admonebat me , ut ego
deplorarem quoque, ideſt etiam hoc loco intermiſſionem ne
dicam interitum eloquentiæ,ne,ideſt ſi non vererer queri,ideſt
conqueri aliquid de me ipſo , ſed tamen(quamuis conqueri nõ
placeat) nos uidemus quibus oratoribus extinctis , q.d. maxi-
mis, in quam paucis ſit ſpes,& in quam .i. quanto paucioribus
ſit facultas, & in quam .i. quantum multis ſit audacia . Autem
pro ſed, cum.i.quamuis non omnes,imò ne multi quidem poſ
ſint eſſe,aut iuriſperiti,aut diſerti,tamen licet,ideſt licitum eſt,
commendantem, ideſt eum, qui commendauit iudicibus , aut
magiſtratibus ſupp.aliquem petentem beneficia,ideſt eum,qui
requirit beneficia,& uigilantem,ideſt eum,qui uigilauerit, pro
re,ideſt utilitate alterius,aut rogantem,ideſt eũ,qui rogat eoſi
pſos,ſcilicet iuriſconſultos,& cauſidicos,qui hoc conſulũt , aut
defendunt,prodeſſe multis opera,ideſt per operam ſuã,quod,
ideſt quam rem hi ſup. qui faciunt,conſequuntur, ideſt acqui-
runt plurimum gratiæ,& eorum induſtria manat,ideſt diffun-
ditur,& diuulgatur latiſſimè [Ne quis propter multos accuſa-
tiuos adhuc ordinem non intelligat,ſciat commendantem,ui-
gilantem,& rogantem regi à parte ante à uerbo prodeſſe in ra
tione ſuppoſiti , ſed beneficia regi ab accuſatiuo petentem , &
eum ab accuſatiuo commendãtem . Item eos ipſos ab accuſa-
tiuo rogantem,qui regitur, ut dixi à uerbo prodeſſe] At , ideſt
ſed ſup. lectores non ſunt admonendi illud , ideſt non debent
admoneri illud,enim pro quia , ſup. ipſum eſt in promptu , ut
ipſi animaduertant,ideſt attendant,ne,ideſt,ut non offendant,
ideſt lędant quos,ideſt aliquos,cum uelint iuuare alios . Enim
pro quia, qui ſup. id nõ animaduertũt , lædunt ſæpe eos,quos
non debẽt,ſup. lædere, aut eos quos non expedit , ſup. lædere,
ſi ſup ſic lædunt.Imprudentes.i.neſcientes,eſt negligentiæ.i.ad
negligentiam ſpectat, ſi ſcientes ſup. lædunt , temeritatis.i. ad
temeritatem ſpectat,utendum eſt.i. oportet, aut decet,ut etiã
excuſatione aduerſus eos , quos tu offendas inuitus quacun-
que ſup. uia,& ratione poſſis, oſtendendo,ſcilicet quare id quã
do feceris , fuerit neceſſe ſup. facere : nec,ideſt , quod non po-
tueris facere aliter . Et id , quod uiolatum , ideſt læſum , aut
corruptum eſt,eſt compenſandam.i.reponendũ,ſatis faciendũ,
aut inſtaurandum certis operis.i.operationibus,& officijs.

ARGVMENTVM.

*Operam apud tenues,& bonos rectius , quam apud locupletes collo-
cari:nulli tamen niſi iuſta in re præſtandam eſſe .*

SEd cum in hominibus iuuandis , aut mores
ſpectari , aut fortuna ſoleat ; dictu quidem
eſt procliuè, itaque uulgo loquuntur, ſeſe
in beneficijs collocandis mores hominum ,
non fortunam ſequi:honeſta oratio eſt: ſed quis eſt tan-
dem , qui inopis , & optimi uiri cauſæ non anteponat in
opera danda gratiam fortunati, & potentis? à quo enim
expeditior,& celerior remuneratio fore uidetur, in eum
ferè eſt uoluntas noſtra propenſior.ſed animaduertendũ
eſt diligentius,quæ natura rerum ſit.nimirũ enim inops
ille,ſi bonus eſt vir,etiam ſi referre gratiam non poteſt,
habere certe poteſt Commode autem,quicunque dixit:
pecuniam qui habeat,non reddidiſſe ; & qui reddiderit ,
non habere:gratiam autem,&,qui reddiderit, habere;&,
qui habeat,retuliſſe. At qui ſe locupletes, honoratos, &
beatos putant,hi ne obligari quidem beneficio uolunt:
quin etiam beneficium ſe dediſſe arbitrantur , cum ipſi,
quamuis aliquod magnum acceperint , æquè etiam à ſe,
aut poſtulari,aut expectari aliquid ſuſpicentur : patroci-
nio uero ſe uſos,aut clientes appellari , mortis inſtar pu-
tant. at uero ille tenuis cum quid factum ſit ſeſe ſpecta-
tum,non fortunam putans,non modo illi , qui eſt meri-
tus, ſed etiam illis,à quib. expectat . (eget enim multis)
gratum ſe uideri ſtudet , neque uero uerbis auget ſuum
munus,ſi quo forte fungitur,ſed etiam extenuat. Viden-
dumq; illud item,quòd,ſi opulentum,fortunatumq; de
fenderis,in illo uno , aut forte in liberis eius maneat gra-
tia; ſin autem inopem, probum tamen,& modeſtum,om
nes non improbi humiles,quæ magna in populo multi-
tudo eſt,præſidium ſibi paratum uidẽt. quamobrem me
lius apud bonos, quam apud fortunatos,beneficium col
locari puto. danda omnino opera eſt, ut omni generi ſa-
tisfacere poſſimus.ſed,ſi res in contentionem ueniet,ni-

mirum

mirum Themistocles est auctor adhibendus: qui, cum
consuleretur utrum bono uiro pauperi, an minus proba
to diuiti filiam collocaret; ego, inquit, malo uirum, qui
pecunia egeat, quàm pecuniam, quæ uiro: sed corrupti
mores, deprauatique sunt admiratione diuitiarum, qua-
rum magnitudo quid unumquemq; nostrum pertinet?
illum fortasse adiuuat, qui habet: ne id quidem semper:
sed fac iuuare: potentior sane sit, honestior uero quomo
do? quòd si etiam bonus erit uir; ne impediant diuitiæ,
quo minus iuuetur; modo ne adiuuent, sitque omne iu
dicium, non quàm locuples, sed qualis quisque sit. Ex-
tremum autem præceptum in beneficijs, operaque dan-
da est, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid
per iniuriam. fundamentum enim perpetuæ commen-
dationis, & famæ est iustitia: sine qua nihil potest esse
laudabile.

PETR. MARS.

SEd cum in hominibus iuuandis] Dixit hactenus iu-
uandos esse homines, aut pecunia, aut opera. mo-
net nunc potius iuuandos esse bonos uiros ino
pes, quam fortunatos, & potentes, quoniam sequi
debemus virtutem, non fortunam, & diuitias. [Dictu est pro-
cliue] Omnes hoc facilè dicunt, sed non ita facilè fit. [Vulgo]
Vbique. [Non fortunam] Diuitias, & potentias aliorum, cum
uolunt beneficia in aliquem collocare. [Honesta] plena hono-
ris, & laudis. [Gratiam] Beneuolentiam illius, qui est diues, &
potens. [Ferè] quasi uoluntas omnium ad id, est inclinatior.
[Sed animaduertendum est diligentius) quoniam nostra uo-
luntas propensior est ad iuuandos potentes, monet Cic. consi-
derandum esse, quæ sit natura rerum, & proprietas. & ostendit
potius esse iuuandum bonum uirum, & inopem, qui semper
habebit gratiam, si referre non poterit, & diuites obligari bene
ficio nolunt. Inde docet maiorem nos cõsequi gratiam si ino-
pem probum uirum, potius quam si diuitem iuuerimus. [Ni-
mirum] certè declarat harum rerum naturã. agere gratias est
uerbo, habere gratiam est animo, cum memores beneficii su-
mus. referre autem est facto, & re ipsa. ergo si bonus non po-
test gratiam referre. i. par beneficium reddere, certè gratiã ha-
bere potest. i. esse memor beneficij accepti. [Commodè] Aptè,
affert quandam sententiam, quæ circumferebatur incerto au-
ctore, ideo ait quicunque dixit. In oratione pro Planco respõ-
dens Cassio accusatori ait, quanquàm dissimilis est pecuniæ
debitio, & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit statim non ha
bet id, quod reddidit, qui autem debet, æs retinet alienũ, gra-
tiam autem, & qui refert habet, & qui habet in eo ipso, quòd
habet, refert. Neque ego nunc Planco desinam debere, si hoc
soluero, nec minus ei redderem uolũtate ipsa, si hoc molestiæ
non accidisset. Et in oratione, qua senatui de reditu suo gra-
tias agit, dicit, At qui in officio persoluendo dissimilis ratio pe
cuniæ debitæ est, propterea quòd pecuniam qui retinet non
dissoluit. qui reddidit non habet, gratiam & qui retulit habet,
& qui habet dissoluit. hoc etiam scribit Gell. [Qui reddiderit]
Reddere gratiam siue referre est idẽ, quod reddere beneficiũ,
habere autem est gratificandi uoluntatem inuicem habere. Re
ferre, inquit Sen. est ultro, quod debeas afferre. non dicimus
gratiam reddidit. reddunt. n. & qui reposcuntur, & qui inuiti, &
alibi, plus debetur beneficij, quam pecuniæ creditori, quoniam
de beneficio plus soluendum est, & nihilominus relata gratia
etiam cohæremus. debeo. n. cum reddidit rursus incipere. [At
qui se locupletes? Ponit nunc oppositum de locupletibus, qui
uolunt beneficio obligari. [Beatos] Felices, & nullius rei indi-
gentes. [Aequè] Tantundem. [Postulari] Ab eo qui cõfert be-
neficium. [Patrocinio uero] Ecce aliud quo ostendit ipsos nol-
le obligari beneficio [Patrocinio] Defensione alicuius in cau-
sa sua. i. si fuerunt clientes, & usi sunt alicuius patrocinio, pu-
tat id esse morti simile, potius, inquit, vellent mori, quam ui-
deri clientes. qui à colendo dicuntur, quoniam colunt patro-
num. [Tenuis] Pauper, & bonus uir. [Sese spectatum] Habitam
esse rationem suæ uirtutis, non fortunæ, & quòd ille qui bene-
ficium contulit, spectauit uirtutem ipsius pauperis, non bona
fortunæ. [Non fortunam] Diuitias, ut postea retributionẽ ac-
cipiat, & eq; beneficium à fortunato reddatur. Seneca sic ait,
Non est beneficium, quod fortunam spectat. [Illi qui est meri-
tus] qui in se beneficia contulit, sed etiam alijs locupletibus, ut
etiam ab illis accipere aliquid possit. [Eget enim multis] Hoc
dictum est per parenthesin, & est ratio quare inops cum mul-
tis indigeat, studet etiã alijs uidere gratus. [Si quo fortè fun-
gitur]. i. si ipse inops aliquid facit pro eo, qui de se benemeri-
tus est, dicit parum id esse, & se maiora illi debere, ut parẽ gra
tiam referre possit, & sic semper munus suum extenuat. [Mu-
nus]. i officium [Videndumq; illud] Affert aliud quo ostendit
potius habendam esse rationem, ut gratiam consequamur, &
ideo dixit diligentius animaduertendum, quæ sit natura rerũ.
[Gratia[. i. beneuola obligatio. [Humiles] Pauperes quorũ est
magna multitudo. [Præsidium] Auxilium suæ paupertatis si
defendimus diuitem, ipse solus nobis debet, & forte filij, sed si
inopem, & bonum uirum, omnes pauperes amabunt, expectan
tes & ipsi aliquod subsidium. ergo melius est in pauperẽ, quã
in diuitem beneficiũ collocare. [Melius] Vtilius, & honestius.
[In contentionem] Disceptationem, cuius potius ratio haben-
da sit. [Themistocles] Auctore Plut. ex his, qui filiam uxorem
petebant, frugi ac modestum anteposuit locupleti dicens, se vi
rum pecunijs indigentem magis, quã sine uiro pecunias quæ-
rere. Cic. aliter hoc narrat. [Sed corrupti mores] Deplorat Ci-
ce. statum suorum temporum in quibus mores corrupti erãt,
& uersi in luxum propter diuitias. Vnde exclamauit Iuu. Nũc
patimur longè pacis mala, sæuior armis. Luxuria incubuit, ui-
ctumque uiciscitur orbem. Et, uincant diuitiæ. Silius etiam di
cit, Diuitijs probrosus honor. Asia deuicta, inquit Plin. primũ
luxuriam misit in Italiam L. Scipio transtulit in triumpho ar-
genti cælati pondo milia quadringenta, & uasorum aureorũ
pondo 200 millia. eadem Asia domita multo etiam grauius af
flixit mores, inutiliorque uictoria hæreditas. Attalo rege mor
tuo fuit erudita ciuitas amare etiam non solum admirari opu
lentiam externam. immenso & Achaicæ uictoriæ momento ad
impellendos mores. hinc aliqui veterum, ut Caius Marius post
uictoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exẽplo
traditur, ille arator Arpinas manipularis imperator. [Quid per
tinet,] q. d. nihil, quoniam philosophi sumus, & bona fortunæ
admirari non debemus, sed mores, & si diuitiæ adiuuant ho-
mines, tamen per se non efficiunt, ut sint honestiores. [Ne id
quidem semper] quoniam multi propter diuitias interficiun-
tur, aliqui patiuntur incommoda. Vnde scr. Plut. in uita Syllæ,
nonnullos pecuniarũ gratia obtruncatos fuisse, proscriptosq;.
Q. Aur. inquit, Nullis se negocijs implicans forum ingressus no
mina proscriptorum legebat, inter quos cum se inuenisset, Væ
mihi misero, dixit: Albana me uilla persequitur, & statim iugu-
latus est. Diuitiæ, inquit Posidonius, sunt causa malorum, non
quia ipsæ faciunt aliquid, sed facturos irritant. philosophus in
j. Eth sic ait: Compluribus hominibus ex ipsis bonis accidunt
detrimenta. iam. n. quidam ob diuitias perierunt. Plat. in xij de
leg. sic ait: Aurum atque argentum. & priuatim, & in tẽplis, in-
uidiosa possessio est. [Sed fac iuuare] Esto quod iuuet. [Hone-
stior uero quomodo]. s. erit, q. d. non erit. [Honestior] Dignior
laude uirtutis, propter diuitias. quoniam non laudamus ho-
minem ob diuitias, sed ob uirtutes, quæ sunt bona animi, &
amitti non possunt. diuitiæ igitur quamuis faciant homines
potentiores, tamen honestiores non faciunt. [Quod si etiam]
Quia dixit iuuandum esse potius inopem, monet nunc iuuan-
dum esse etiam diuitem, si est uir bonus. sed hoc non debet fie
ri propter diuitias, sed propter bonitatem, ideo dicit. [Modo]
. i. solum modo ne adiuuent ipsæ diuitiæ, & causa sint, vt ille iu
uetur. [Quominus] Vt non iuuetur. [Iudicium] Illius, qui iu-
dicat aliquando iuuandum esse opera. [Sed qualis] Quam
bonus sit qualitas est illa per quam quales esse dicimur, boni
. s. aut mali. [Extremum] Vltimum in beneficijs collocandis, &
opera præstanda. [Contendas] Coneris efficere contra iustitiã,
à qua omnis commendatio proficiscitur, & qua remota nihil
honeste, & cum laude fieri potest, etenim iustitia causa est, ut
homo perpetuam commendationem assequatur, & famam.

SED cum in hominibus &c.] Ostendit nunc cui sit benefa-
ciendum, postquam docuit quid agendum est quãtum ad ope
ram attinet. Et qui beneficium, inquit, præstant, duo sibi pro-
ponere dicunt, quæ ad personam pertinẽt, cui benefaciunt, aut
indigentiam, aut dignitatem. sed nemini dubium magis ino-
pi, quam potenti bene faciendum esse, cum tamen contra fiat,
ut

ut ipſe aít. Qui tamen potenti benefacere maluerit,quam ino
pi,non liberalis eſt,ſed mercator potius,quoniam maius expe-
ɛ̃tat beneficium. At uero, qui inopi benefacit,ſine ulla ſpe reci
piẽdi,uere liberalis hr̃ ; ſed tñ,quibus benefacit aduertere de-
bet,ut gratis uiris. facilè ergo, inquit, eſt dicere cui potius be-
nefacere. omnes.n. dicunt non ſpectandam perſonam,ſed per-
ſonæ indigentiam,ſed pauci ſunt,qui hoc faciant , nã pars ma-
ior beneficia ſua præſtat pro dignitate hominis. [Sed cum in
hominibus] Cum benefacere cogitas duo tibi proponis , quæ
pertinent ad perſonam , aut fortunam, aut mores , qui mores
conſiderat uere liberalis eſt,qui autem fortunam, is mercator
potius dicendus eſt,quoniam recipere plura expectat. [Mores]
Num bonus ſit,& dignus beneficio. [Fortuna] Nunquid po-
tens ſit,& opulentus. [Dictu quidem procliuè] utrum melius
ſit, mores an fortunam ſpectare, omnes quidem ſciunt . nemo
.n. eſt,qui non dicat , quod negari non poteſt , uidelicet mores
magis ſpectandos eſſe,pauci tamen ſunt,qui hoc faciant.[Pro-
cliuè dictu] Facilè ut Terent. Nil facilius dictu. [Honeſta ora-
tio] Vt dicant mores ſpectandos eſſe in collocandis beneficijs,
cum tamen diuitem potius,& potentem adiuuent, quam ino
pem,& imbecillem,utrumq; eſt, quod Mar. ſcr. Sẽper eris pau-
per quia pauper es Aemiliane, Dantur opes nullis nunc niſi di-
uitibus.[Tandem] ſemper aliquid difficile ſignificat hæc parti-
cula. [Non anteponunt,] q.d. nullus eſt , qui cum benefacere
uult gratiam diuitis,& potentis , pauperis, & imbecillis cauſæ
non anteponat.[A quo.n. &c.]Ratio eſt eius,quod dixit,faciũt
hoc,vt benefaciant potius diuiti,& potenti quia citius accidere
poſſunt remunerationem. [Propenſior] Inclinatior. [Sed ani-
maduertendum &c.] Probare uult Cic. inopi potius, & probo
uiro,quam diuiti,& potenti eſſe benefaciendum,nam ſupra di
xit facilè dictu eſſe in collocandis beneficijs mores hominis ſpe-
ctari debere, non fortunam , paucosq; id facere. Falluntur er-
go,inquit, homines, quoniam potius inopi,& probo viro, quã
diuiti ,& fortunato beneficium præſtandum eſt:probat autem
hoc à parte iuris naturalis,uidelicet à gratia,quæ ſic diffinitur,
Gratia eſt in qua amicitiarum , & officiorum alterius , memo-
ria,& remunerandi uoluntas cõtinetur,hęc gratia inopi,& pro
bo uiro ineſſe uidetur, diuiti uero,atq; potenti minimè. Nam
inpos,& probus ſemper eſt gratus, ſiue referat gratiã,ſiue non,
quia cũ non referat,quia non poteſt , uult tamen referre,& ſic
animo obligatus eſt,quia gratus eſt.hoc ipſo autem,quod gra-
tus eſt,uidetur gratiam referre:contra diues non uult eſſe obli
gatus, imò , vult ſibi debeas, quòd à te aliquid accipere digna-
tus ſit. quare potius inopi benefaciendum eſt , & probo viro
quam diuiti,& potenti . aſſumptum uerum eſt , ſed hoc nega-
ri poteſt , quod uĩr inops ſit gratus magis quam diues , & pro-
pterea probat hoc modo . Impos uir eſt gratus,nã ſemper vult,
nunquam autem poteſt eſſe non gratus , qui uult eſſe gratus
ſemper . memor eſt uir probus, ergo gratus, quod , aut ſit ita,
probat auctoritate cuiuſdam poetæ , quæ talis eſt : Qui pecu
niam habet,non reddit,& qui reddit non habet . Non idem di-
cebat poeta ille, quicunq; eſſet , accidere in pecunia , quod in
gratia, nam,qui pecuniam ab aliquo accepit mutuam eam ha-
bet donec reddit,cum vero reddiderit amplius non habet, quia
reddidit. contra accidit in gratia , nam, & ille qui reddidit gra-
tiam , hoc eſt, qui beneficium pro accepto beneficio reddit,ad-
huc debet , quia, & ſi ipſe etiam gratiam retulerit,tamen reti-
net illius beneficii memoriam , & qui non refert quidem gra-
tiam,ſed tantum habet,quia non poteſt referre,& uellet ſi poſ-
ſet,hoc ipſe,quòd memor eſt, retuliſſe videtur . Contingit hoc
in paupere, ſed probo,vt gratiam,& habendo referat,ergo ſem
per refert gratiam, quia gratus,& quia gratiam habet , habere
autem gratiam aĩo eſt.Qui igitur cum non poſſunt referre gra
tiam , hoc eſt beneficium pro beneficio reddere , habet ta-
men gratiam,hoc ipſo videtur gratiam referre. vellet .n.ſi poſ-
ſet,ergo inopi,& probo potius quam diuiti , & potenti benefa-
ciendum eſt , quia inops ſemper eſt gratus , at uero diues nun-
quam, nec cum accipiet, quia non uult eſſe obligatus , nec po-
ſtea vſus eſt Cic. hoc enthymemate in oratione pro Cn. Plan-
cio paulum mutatis verbis, ſic ſcr. Nam , qui pecuniam diſſol-
uit, ſtatim non habet id , quod reddidit , qui autem habet æs,
retinet alienum.gratiam autem, & qui refert habet, & qui ha-
bet id eo ipſo eſt , quod habet refert . Neq; ego nunc Plancio
deſinam debere, ſi hoc ſoluero, nec minus ei redderem volũta-
te ipſa, ſi hoc non accidiſſet . In quibus uerbis deditionem gra-
tiæ,& pecuniæ confert Cic. quam oſtendit inter ſe oppoſitam.
nam,qui pecuniam diſſoluit , ſtatim non habet , qui uero non
reddit,habet.vt uero gratiam,& qui refert habet,eo ipſo,quòd
habet,hoc eſt memor eſt.de quo Antonius Iulianus apud Gell.
lib. noct. Att.j. diſputat, cap.4 [At qui locupletes &c.] Oſtẽdit
diuitem non eſſe eiuſmodi , uel habeat gratiam vel referat ; &
ſic ingratum eſt, proptereaq; ei minimè benefaciendum , cum
paruifaciat beneficium,vel quia dedignatur beneficiendum ac-
cipere. Vnum autem ex reliquo ſequitur. Ideo .n .dedignatur,
quia non vult, quòd ſi acceperit adhuc non debet , & dedigna-
tur.Quoniam ueluti mercedis loco ſibi dari exiſtimat, non au-
tem beneficij,& ideo ſemper eſt ingratus.[Ne obligari &c.] Nõ
volunt obligari,quia non indigent, & beatos ſe putant.Quod
ſi beneficium ab inferiore acceperunt , exiſtimant non ſe obli-
gari illi , à quo beneficium acceperunt , imò eum dederit ſibi
obligari, quòd ipſi accipere dignati ſint. Sic.n. inſolentis, & ſu-
perbi loqui ſolent : Volo hic mihi debeat , quòd eius beneficiũ
uel operam accipere dignatus ſum. [Aeque] Putant præterea
aliquid accipientes id ſibi propterea dari , ut aliquid ſibi red-
dant . Et dicunt , hic qui mihi hoc præſtitit,aliquid, à me uult,
propterea hoc fecit [Aeque]Aequaliter. [Poſtulari]In præſen-
ti. [Expectari] In futuro. [Patrocinio &c.] Adeo inſolentes
ſunt diuites, ut ſi quis patronus eorum cauſam defenderit,de-
dignentur poſtea ipſi confiteri , ſe eius patrocinio uſos, & non
aliter à nomine clientis abhorreant quam à morte . Nolunt
enim clientes uocari. Patronus, & Cliens correlatiua ſunt.ma-
gna ergo ingratitudo oſtẽditur diuitum. [Vt uero ille tenuis]
Diues,quia ſe honoratum putat,& beatum,ideo ſibi beneficiũ
conferri exiſtimat.At contra pauper ſemper debet,& eum,qui
benefecit ductum bonitate ſua,& paupertate credit,nec aliquã
ſpem habuiſſe remunerationis. [Seſe ſpe]Suſpſius habitam ra-
tionem non fortunæ . contrarium accidit in diuite. [Non mo-
do &c.] Id agit pauper , vt non ſolum illi à quo accepit gratus
uideatur,ſed alijs à quibus accipere ſperat beneficium,ita ſecũ
animo cogitat ; ſi me uideat in hunc qui benefecit gratum,ho-
mines,mouebuntur,& ipſi, vt benefaciant. nam ſperabunt , ut
in ipſos quoq; gratus ſim. [Expectat]Accipere. [Eget multis]
quia non ſufficit ei ab uno accipere. [Neq; vero uerbis &c.] Et
ſi fortè,inquit,pauper aliquid pro eo egerit, qui de ſe beneme-
ritus ſit, non facit, vt diuites ſolent . Nam quidquid fecit exte-
nuat,& multo minus ſe egiſſe dicit,quam ille meretur,nec poſ-
ſe ſe illi unquam pro tantis beneficijs ſatisfacere. [Si quo fortè
fungitur]Vt ſi mittatur ad locum aliquem longinquum, vt il-
lic noſtra obeat negocia. [Videndum &c]Eſt alia ratio cur po-
tius inopi , & probo , quam diuiti minus probato benefacien-
dum ſit,quia ſi opulento benefeceris uiro,& fortunato , gratia
manet in uno illo,aut forte in filijs eius. At uero ſi inopem de-
fenderis,omnes eiuſdem ſortis,& conditionis homines tibi de-
bent,quia ſperant omnes,quod uni feciſti,te multis facturum.
[Quamobrem] Concludit , & dicit ſupradictis cauſis colligi
melius eſſe inopi,& probo , quam opulento benefacere.[Dan-
da omnino opera eſt]Quia probauit optimis rationibus in cõ-
ferendis beneficijs ſpectandos eſſe hominũ mores,potiusquàm
fortunam,qui potius inopi,& probo uiro ; quam diuiti, & for-
tunato benefaciendum eſſe , ſequebatur neceſſario quodam-
modo iſta concluſio.ergo nunquam diuiti benefaciendum eſt.
ſatisfaciendum quidem omnibus eſt.ſed ſi comparatio fiat vtri
potius benefaciendum ſit, diligendus eſt probus,& inops, idq;
auctoritate probat Themiſtoclis, quam cum à quodam conſu-
leretur filiem ſuam daret ne diuiti,& minus probo , an paupe-
ri,& probo, reſpondit ſe malle uirtutẽ ſine pecunia,quam ſine
uiro: Idem,& nos intueri debemus. [Vt omni generi] Tam di-
uitum quam pauperum.[In contentionem]Comparationem,
nam contendere comparare eſt. [Sed corrupti &c.] Sed unde
hoc uitium manauit , cur in benefaciendo tantum fortunam,
non autem bonum uirum reſpiciamus ? cauſa eſt quia magni-
tudinem diuitiarum illius admiramur,ſed ſtultè. nihil.n. inde
nobis utilitatis eſt, Illum ipſum adiuuat non nos, cũ ergo ma-
gnitudo diuitiarum adiuuet illum non nos , quæ cauſa eſt cur
non probo potiusquam diuiti benefaciamus ? aliqua ratio eſ-
ſet,ſi illius diuitiæ nobis aliquid prodeſſent,ſed non adiuuant,
fac tamen ita eſſe , ut adiuuent, non tamen honeſtatem adiu-
uant , uerum eſt,quod potentiores faciunt homines . Sed non
dixerim , interdicendum eſſe hominibus , non benefaciant di-
uitibus , ſed ita tamen ſi probi fuerint,ut uidelicet nõ ſit cauſa
diuitiæ,

Probo uiro inopi potius, quã diuiti eſt beneficiendum.

Quare diuitibus potius, quã pauperibus largimur.

diuitiæ,cur benefacias diuiti si.n. rationem diuitiarum potius habebis hominum, beneficium tuum nunquam bene locatū erit. [Corrupti] eorum,qui benefaciunt. [Deprauati] corruptus est penitus deprauatus ex aliqua parte, vt liber corruptus dicitur totus mendosus,deprauatus in aliqua parte non sincerus. [Admiratione diuitiarum] Quoniam in tanta admiratione diuitiæ sunt,ut nullius ratio præter quam ipsarum habeatur. [Quarum magnitudo &c.]Magnitudo hæc diuitiarum tā tum adiuuat eos,qui possident, sed mores bene instituti,atq; compositi in hoc iuuare possunt,quia grati sunt,& si rem non afferunt, animum tamen oblectant. [Quid pertinet]q.d.nihil nobis utilitatis afferunt. [Illum fortasse &c.] Adiuuāt, inquit, diuitiæ illum,qui habet,nec tamen semper, nam multi etiam innocentes ob diuitias perierunt,& Iuuen ait: Congesta pecunia multos strangulat.cum Sylla tabulam proscriptionis in foro posuisset, quidā Aurelius uir bonus, & qui neutram factionem secutus fuerat,cum in forum descendisset, & legeret proscriptorum nomina: seipsum legit, & exclamans, Albanū (inquit) me meum perdit. paulum autem à tabula cum abiisset,occisus est. [Fac iuuare]Esto,inquit, iuuent diuitiæ potentiorem, faciunt non meliorem. sunt .n. adminicula quædam non ad honestatem, sed ad uoluptatem, & diuites multo plures malos quam probos inuenies, & moderatos. [Etsi etiā bonus uir &c.] Dicit beneficium nostrum non omnino negandum diuitibus, si modo boni erunt; & si modo opera nostra egeant,diuitiæ non obstent,quo minus opera nostra prestetur si indiguerit vir bonus diues nostra opera. [Bonus uir]Nō solum diues,sed etiam bonus.[Quo minus iuuetur].s. à nobis.i. ue diuitiæ causa sint cur iuuetur. Quia sequeretur nos iuuare noluisse nisi diuitiæ fuissent. [Modo ne adiuuent] modo non habeatur tantum diuitiarum ratio,& propter eas tantum benefiat diuiti. [Sitque omne &c.] Expositio est eius, quod dixit modo ne adiuuent. mos est iis,qui scribunt,vt cum aliquid obscurius dixerint; aliquod, quod illud exponat,statim subiū gant. [Sed qualis &c.] Videlicet bonus an malus. [Extremum autem preceptum]hoc est ultimum præceptum,quod seruandum est in omni liberalitate,ut à iustitia non discedamus, cui liberalitas,& beneficētia (ut superiore libro ostensum est) cōiū ctæ sunt,nec potest esse uere beneficus, & liberalis,qui idem iustus non sit. [Fundamentum &c.] Quidquid facimus nisi cum iustitia coniunctum fuerit laudari non potest.

ASC.

SED cum in hominibus] Sancte docet uirum bonum locupleti præferendum.Ordo est. Sed cum, aut amores sup. soleant spectari .i. attendi, aut fortuna .i. rerum possessio soleat spectari in hominibus,est quidem procliuè .i. promptum,& facile (sicut in procliui facilis est descensus) dictū.i. vt dicatur,vel ad dicendum.itaque.i.& ita loquuntur uulgo.i.uulgares ita loquūtur uidelicet,sese sequi in beneficiis collocandis mores hominum,non fortunam. Oratio,idest propositio aut sapiētia illa est honesta, sed quis tandem, idest post multam indagationem,respondeatur,qu is est,qui non anteponat in opera, idest seruitio,& obsequio corporali dando,idest prestando gratiam fortunati,& potentis,causæ inopis uiri, &c.i. sed,si optimi;q.d. nemo, cum tamen quemlibet contra facere deceat. Enim pro quia, an benefaciendum à quo remuneratio fortunæ uidetur expeditior, & celerior. Sed animaduertendum est diligentius, idest valde diligenter.quæ.i.qualis sit natura rerum.Enim pro quia, ille iuops si est bonus uir, nimirum, idest haud dubie ēt si non potest referre gratiam,idest rebus cōpensare,potest certè,scilicet saltem habere,scilicet in animo, hoc est uoluntatem referendi, quod uulgo dicitur scire gratiam. Autem pro sed, commodè,idest conuenienter sup. dixit quicunque dixit,idest quicunque is fuerit, qui dixit eum, qui habeat pecuniam sup. quam accepit non reddidisse sup. eam, & qui reddiderit pecuniam non sup. eam. Autem pro sed, sup.dixit,&.i. simul cum, qui reddiderit gratiam.habere gratiam,& eum;qui habeat gratiam retulisse gratiam,quia habere gratiam est quodammodo referre. At,idest,sed ii, qui se putant locupletes, & honoratos, beatos ne quidem, idest non uolunt saltem obligari beneficio .i.ad beneficium referendum, qui etiam arbitrantur se dedisse beneficium,cum ipsi quamuis acceperint aliquid magnum suspicantur.æquè.i.æqualiter etiam aliquid magnum,aut postulari,aut expectari à se. Vero pro sed, putant.i.reputant instar mortis.i.tam acerbum,ut mors est, se usus sup.esse patrocinio .i.defensione in iudicio, aut appellari clientes quorum est defendi à patronis. At uero ille tenuis.i.pauper, qui gratiam hēt, cum aliquid.i. beneficii sit factum,uidelicet sibi putat sese s.semetipsum spectatum.i. respectum ad personam suum habitū non fortunam.i. diuitias suas, opes nullas,habet. Et studet.i.conatur se uideri gratum,modo.i. non solum illi,qui est meritus .s. qui iam beneficium contulit, sed etiā illis à quibus expectat sup.beneficium.Enim pro quia,ipse eget multis.i.multorū auxilio.Neque.n.auget uerbis suum munus .i. officium si fungitur fortè,quo aliquo,sed extenuat.i.imminuit ipsum sup.uerbis, que pro &,uidendum sup.est illud idem, quod si defenderis opulentum .i.plenum opibus,& fortunatum gratia manet in illo uno solo,aut in liberis.i.filiis eius. Sin autem .i. sed si supp. defenderis inopem,tamen probum,& modestum, omnes humiles.i.modicæ conditionis,& fortunæ(quæ multitudo est magna in populo)non improbi.i. si sint non improbi, vident præsidium patatum sibi.i.consimilem defensionem,& cōsimile beneficium expectare possunt. Quamobrem ergo [inquit Cice.] puto beneficium collocari melius apud bonos,quàm apud fortunatos.Opera.i.diligentia est danda .i. adhibenda omnino,ut possimus satisfacere omni generi, sed si res ueniret in contentionem.i.cōtrouersiam,& litem Themistocles nimirum est adhibendus auctor,qui cum consuleretur.i.cum ad consilium peteretur vtrum collocaret.i.impenderet filiam uiro bono pauperi,an uiro minus probato diuiti,inquit,ego malo.i. magis uolo uirum qui egeat pecunia, quàm pecuniam, quæ sup. egeat uiro. [Improbus.n.uir,qui à uirtute dicitur censendus nō est.] Sed mores sunt corrupti, & deprauati admiratione diuitiarū, quarum magnitudo quid pertinet ad unumquenque nostrū? q.d.nihil forrasse ipsa magnitudo diuitiarum iuuat illum, qui habet sup. eam,ne id quidem.i. sed nec illud semper sup. facit .i.non tamen semper iuuat. Sed fac .i. concedas iuuare.i.quod semper iuuet sup. qui eam habet, sit sanè potentior. Vero pro sed,quomodo sup.erit per eam honestior? q. d. nullo. Quod si erit etiam bonus uir.s.qui diues,ne diuitiæ impediant quo minus.i.ut non, vel ut minus iuuetur,modo.i.dummodo ne.s.diuitiæ adiuuent eum,& omne iudicium.i.omnis cōsideratio sit non quam.i.quantum locuples sit, quisque,sed qualis. Autem pro sed,extremum.i.præcipuum præceptum in beneficiis sup. dandis,& opera danda est ne contendas .i. certes,aut facias pro iniuria. Enim pro quia,iustitia sine qua nihil potest esse laudabile, est fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ. Non ergo sic pauperi benefaciendum est, ut fiat iniuria diuiti, nec econuerso.

ARGVMENTVM.

Liberalitas in uniuersam multitudinem modicè exercenda, ex actiones:non nisi in iusta necessitudine.

SEd quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad singulos spectat: deinceps de iis,quæ ad vniuersos, quæq; ad rempub. pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ad uniuersos ciues pertineant,partim singulos, vt attingant; quæ sunt etiam grauiora. danda est opera omnino,si posit, utriusque, nec minus, ut etiam singulis consulatur. sed ita, ut ea res aut prosit, aut certe ne obsit reip.C.Helii,& P.Gracchi frumētaria magna largitio fuit;exhauriebat igitur ærarium: modica M Octauii, & reip.tolerabilis,& plebi necessaria; ergo & ciuibus,& reip.salutaris. In primis autem uidendum erit ei,qui remp. administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis priuatorū publice diminutio fiat. perniciose enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret; quam tamen antiquari facile passus est.& in eo uehementer se moderatum præbuit:sed cum in agendo multa populariter,tum illud male; non esse in ciuitate duo millia hominum,qui rem haberent.capitalis oratio, & ad æquationem bonorum pertinens; qua peste quæ potest esse maior? hanc enim ob causam maxime, ut sua tueren-

euerentur,resp. ciuitatesque constitutæ sunt. nam etsi du-
ce natura congregabantur homines tamen, spe custodiæ
rerum suarum, vrbium præsidia quærebant. Danda etiã
opera est, ne, quòd apud maiores nostros sæpe fiebat, pro
pter ærarij tenuitatem, assiduitatemque bellorum tribu-
tum, sit cõferendum: idq; ne eueniat, multo ante erit pro
uidendum. sin qua necessitas huius muneris alicui reip.
obuenerit (malo enim alteri quàm nostræ ominari: ne-
que tantum de nostra, sed de omni rep. disputo) danda
erit opera, ut omnes intelligant, si salui esse uelint, neces-
sitati esse parendum. Atque etiam omnes, qui remp. gu-
bernabunt consulere debebunt, ut earum rerum copia
sit, quæ sunt necessariæ. quarum qualis comparatio fieri
soleat, & debeat, non est necesse disputare. est enim in
promptu. tantum locus attingendus fuit.

PETR. MARS.

SEd quoniam de eo genere] postquam dissentit de be-
neficijs quę in singulos conferuntur à singulis, ad il-
la transit quæ ad uniuersos, & remp. cum .s. ex pu-
blico aliquid communiter, aut uiritim distribuitur,
vt cum ex publico frumentum datur, aut agri reip. uectigales
diuiduntur. [Eorum autem ipso.] Subdiuidit hanc partem,
& dicit istorum beneficiorum aliqua pertinere ad uniuersos, cũ
.s. resp. aliquid facit, quod omnibus commune est, ut pontes,
fora, strata uiarum &c. id genus, aliqua ad singulos, ut cũ an-
nona, aut pecunia populo diuiditur siue aliquid aliud datur,
quod ad unumquenque pertinet. Ista inquam sunt grauiora
illis quæ pertinent ad uniuersos, quoniam ex his maiorem sin-
guli capiunt uoluptatem, quippę consulitur eorum necessita-
ti. dantur à principe uniuersis mille numi, singulis dãtur duo,
qui sunt gratiores, quoniam singuli habent. ideo dicit Cicero,
quæ sunt etiam gratiora. [At uniuersos] Cum beneficia in vni
uersos conferuntur. [Singulos] Cum uiritim aliquid distribui
tur. [Danda est opera omnino] Præcipitur Cic. Si fieri potest
uniuersis, & singulis consulendum, ut scilicet omnium singulo
rumq; ratio habeatur, & hoc ad eos, qui remp. gerunt, perti-
net. [Consulatur] Prouideatur. [Sed ita] Docet quomodo hoc
sit agendum, ut .s. ratio reip. habeatur, & caueamus ne profu-
sa largitio ex publico noceat reip. & ærario. [Vt ea res] Ipsum
consulere, & prouidere .i. ipsa largitio frumentaria, aut pecunia
ria, & ponit exemplum. C. Helii, & P. Gracchi, quorum nimia
largitio ærarium exhauriebat. non .n. habebant rationem reip.
sed plebis. Et contra ponit exemplum M. Octauij, cuius largitio
tolerabilis fuit. habebat .n. reip. rationem, & singulorum. Vn-
de salutem attulit ciuibus, qui acceperunt, & reip. quæ omni-
bus consulere debet, cuius salus in salute ciuium consistit, quo
niam sunt membra, quibus perditis, vt ipsa etiam perdatur ne-
cesse est, qđ accidit exhausto ærario, & ciuibus famè inopiaq; la-
borantibus. Vnde decet principem esse opulentum, vt huic ma
lo alijsq; occurrere possit, nec debet pecunijs parcere pro salute
suorum, quoniam, ut dictum est magistratus est ad alium, non
ad se. Rex has uirtutes habere debet, prudentiam, fortitudinẽ,
iustitiam, seueritatem, grauitatem, magnanimitatem, largita-
tem, beneficentiam, liberalitatem, hæ certè sunt regiæ laudes.
[Frumẽtaria] Ex frumento publico plebi diuidundo. [Modica]
Adhibita moderatione, & iccirco ciuibus famę laborantibus, &
reip. quæ ciuium salute continetur, salutaris fuit. [In primis
autem] Datur aliud præceptum rẽp. gerentibus, ut .s. quisque
suum possideat, & ne fiat alicui iniuria in bonis suis, quæ iure
possidet. [Publicè] Pro impensis publicis .i. non debet is, qui
remp. administrat diminuere res ciuis priuati, & eas absumere
in impensis, quę ex publico fieri debent, debet verbi gratia prin
ceps dare subditis suis mille tritici modios, hanc uim annonæ
nõ debet priuato ciui, & opulento eripere, ut alijs tribuat, quo-
niam hoc est contra iustitiam. [Perniciosè .n.] Notat L. Philip-
pum, qui populo studuit contra optimates, & in suo tribunatu
legem agrariam ferre uoluit, & diffiniebat, quot agri iugera
cuique possidere liceret, quingenta .s. hoc autem eo spectabat,
ut bona locupletum cum pauperibus communicarentur, & sic
non potuisset quisq; habere, quod suum erat. Vnde Philippus
bona ciuium priuatorum ad æqualitatem redigere cupiens, ut
magis populum excitaret, & optimatibus inuidiam faceret, di-
xit, non esse duo millia hominum Romæ, qui rem haberent i.
patrimonium, & aliquam cõditionem census, ut ostenderet di
uitias esse apud paucos principes ciuitatis, ceteram uero mul
titudinem, vel maximè egere. [Legem agrariam] Quæ modum
agris possidendis imponebat. [Antiquari] Abrogari, & cessare,
nam antiquare legem est delere, vt, inquit Pompeius in morẽ
pristinum reducere. derogatur legi cum pars detrahitur, dero-
gatur vero cum prorsus tollitur. [In eo] quod passus est legem
antiquari. [In agendo] In ipsa actione; qua legem suam fere-
bat. i. cum haberet orationem pro lege Agr. [Populariter] In
populi fauorem. [Capitalis] Perniciosa, & detestabilis. [Ad ęqua
tionem bonorum] Vt omnęs tantum haberent in bonus, quo-
niam uolebat aliquem posse supra quingenta iugera posside-
re, ut ea quæ super essent ex tanta agrorum copia plebi diuide-
rentur, ut tandem non esset ferè aliquod discrimen inter prin-
cipes, & plebeios, quo nihil potest esse perniciosius, cum non li
ceat vnicuiq; quod suum est possidere, & desides bona aliorum
inuadant. [Hanc .n. ob causam] Ratio quare non posset esse
maior pestis, & illa oratio capitalis erat. [Maximè] Potissimum
quoniam non solum, ut bona custodirentur, congregati sunt,
licet hæc fuerit maxima causa. homo .n. est animal congregabi
le natura. [Respublica] Communes utilitates, & congregatio-
nes ciuium, urbesque. [Duce natura] Quoniam homo appetit
societatem naturaliter. [Spe custodiæ] Sperantes res suas hoc
modo posse culto custodiri. vnde munita sunt oppida, & latæ
leges. [Dãda etiam opera est] Aliud præceptum de tributis exi-
gendis [Aerarij tenuitatem] Quoniam urgentibus bellis opus
erat tributa exigere, cum in ærario publico nõ essent pecuniæ.
[Tributum] A contributione dicitur, uel ex eo, ut inquit iu-
risconsultus, quòd à multis tribuatur. [Idque] Conferre tribu-
tum, quod nostris tẽporibus quotidie fit nullo bello, nulla ne-
cessitate, nulla religione urgente, sed auaritia, & luxuria. nemo
patriam propter se diligit, non bonis consulitur, non posterita-
ti, & gloriæ prospicitur, sed abdomini, & gulæ. [Prouidẽdum]
Diligenter precauendum, ne sit opus exigere a ciuibus tribu-
tum. [Huius muneris] Tributi conferendi. [Ominari] Signifi-
care hoc aliquando futurum necessitate omen est in ore, cum
.s. aliquid dicimus, quod bonum, aut malum significet. omina-
ri est aliquid futurum uoce significare. quod tamen non ideo
dicitur, quia certè futurum sit, sed uidetur esse quoddam
præsagium. Vnde Annibal, ut est apud Silium, uidens Imilcem
uxorem lacrymantem de suo in Italiam aduentu, quoniam pe-
ricula timebat, & uiro dixit, Ominibus parce, & lacrymis fidis-
sima coniux. i. noli mihi aliquam infelicitatem ominari. In j. de
Diu. ait: Neque solum deorum uoces Pythagorei obseruaue-
runt, sed etiam hominum, quæ uocant omnia, quæ maiores
nostri, quia ualere censebant, iccirco omnibus rebus agendis,
quod bonum faustum fœlix fortunatum esset, præfabantur, re
busque diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis impe-
rabatur. Inq; ferijs imperandis, vt litibus & iurgijs abstinerent.
Quid sit fauere linguis interpretatur Seneca his verbis, quoties
mentio sacrarum literarum interuenerit, fauere linguis. hoc
uerbum non, ut pleriq; existimant à fauore trahitur, sed impe-
ratur silentium, ut rite peragi possit sacrum nulla mala uoce
obstrepente. Ostenta dicuntur, quia ostendunt. Portenta quia
portendunt. i. significant. Monstra quia monstrant prodigia,
quia prædicunt, & rem futuram significant. [Si salui] Si nolunt
peruenire in hostium potestatem, necesse est, ut bella gerantur
pro tuenda libertate. [Atq; etiam] Aliud præceptum, quod in-
terpretatione non indiget. debet prospicere is qui remp gerit,
ut sit copia earum rerum sine quibus uiui non potest, ut sunt
annona, uinum, animalia, pecuniæ &c. quæ hominum usui, &
defensioni necessaria sunt, ut sine penuria, & iniuria in pa-
ce uiuatur.

FR. M

SED quoniam &c.] Bifariam superius diuisit liberalitatis
officia alia .n. in opera alia in pecunia posita, quæ dixit erogan-
da, utraque vero modo publica, modo priuata, & publica qui-
dem sunt, quæ ad uniuersos. priuata, quæ ad singulos pertinẽt.
De priuatis iam dixit nunc de beneficijs præcipere incipit, quæ
ad uniuersos spectant. [Eorum autem ipsorum.] Hoc est ex
beneficiis, quæ ad uniuersos pertinent. [Vt ad uniuersos &c.]
Quod beneficium pertinet ad uniuersos, idem pertinet ad sin-
gulos. Nec contrarium uideatur cuipiam, quod cum de his
beneficijs se dicturum polliceatur, quæ ad uniuersos pertinet,
nunc

nūc dicat quædā ad uniuersos pertinere, & singulos attingere. Quod enim fit ad commodum uniuersitatis de eo singuli participant. Sunt enim quædam beneficia, quæ pertinent ad uniuersos, ut si quis ærarium ditauerit, hoc beneficium vtile est ad singulos, pertinere non uidetur. quia singuli pecunias illas nō attingunt. Lex autem agraria, & frumentaria, & ad uniuersos pertinent, & ad singulos. Nam uniuersi, & singuli separatim commoditatem sentiunt. nihil potest fieri in remp. quod idem ad singulos non pertineat, ut si quis faciat muros, portus, naualia, publica sunt, & tamen continent priuatam utilitatem, ergo ait partem huiusmodi esse publica beneficia, ut pertineant ad uniuersos, ut dicare ærarium, augere urbem muris, quæ ad uniuersos magis quam, ad singulos pertinere uidentur. nihil.n. singulis in manus datur, sicuti cum frumentum uiritim diuidi tur. [Danda opera omnino &c.] Nunc dixit utrum beneficium anteponendum sit [Illud ne, quod cum uniuersale sit, non extenditur ad singulos, an aliud quod, & uniuersale est, & ad singulos porrigitur, ut utrunque coniunctum sit fieri possit. laudabilius dicit esse uidelicet beneficium, quod ad uniuersos, & singulos pertinet, sed tamen, quod in singulos sit anteponendum est. [Sed, ita hac &c.] Ita faciendum, ut aut prosit, aut non obsit reip. & quod dixit exemplo declarat. [C. Gracchi &c.] C. Gracchus Tiberii frater, eoq; eloquentior, Trib. pl. perniciosas aliquas leges tulit, inter quas frumentariam, ut semissibus, & trientibus frumentum plebi daretur. Tribunatu acto, cum Auentinum armata multitudine occupasset à L. Opimio consule ex S. C. uocato ad arma populo pulsus interemptusque est, & cum eo Fuluius Flaccus eiusdem socius. M. Octauius Caij collegæ aduersam partem uidelicet Senatus uoluntatem defendens, & ipse largitione usus est, sed modica, & quam ærarium sustinere posset. [M. Octauij] Et hic legem tulit frumentariam non, vt Caius tulerat, vt uiritim diuideretur, sed, vt paruulo precio daretur. [Necessaria] quia magna erat annonæ caritas. [Salutaris] nā tumultuabatur plebs negata oīno largitione quam promiserat Gracchus. [In primis] Vt, inquit, uolo ita operam nostram prodesse uobis ne reip. obsit, sic uolo reip. prodesse ne uobis obsit. Duæ autem sunt proprietates liberalis, altera, ut semper libenter eroget, secunda, ut inuitus accipiat. Sed tamē duo tempora præscribuntur tam erogādi quam etiam accipiēdi, quamquam semper eroget libens. Tamen præscribitur ne tunc eroget, cum id, quod erogat alijs incommoda est: Item quāquam non libenter accipit, tamen tunc accipere debet, cū necessitas postulat. Sunt ergo duæ proprietates liberalis, dare, sed ita ne cui noceat, non accipere, nisi necessitas compulerit. [Neq; de bonis &c.] hoc est ne causa benefaciendi reipu. priuatis noceant, sed, ut erogent reip. quod alijs non noceat. [Publice] propter publicam utilitatem. [Perniciosè enim Philippus in tribunatu &c.] Exemplum est Philippi, qui perniciose fecit tunc, cum legem agrariam tulit, quæ diffiniebat quot agri iugera quisque possidere posset, quingenta uidelicet, quod eo tendebat, ut locupletum bona pauperibus communicarentur, ex quo si constitutus esset, non potuisset quisq. quod suū erat possidere, & omnino sine maxima perturbatione fieri non poterat. Qui enim diu agros possederant, illos inuiti relinquebāt, & bellum ciuile suscitari uidebatur. Ergo perniciose fecit L. Philippus, qui legem agrariam tulit. cum enim publicè prodesse uellet, priuatim multis nocebat, cum illis possessiones extorqueret, qui eas multo tempore possederant. [Antiquari] Abrogari. Antiquari tunc lex dicitur, quādo in pristinum redigitur, quia redigit ad id, quod prius erat. [Male] Non populariter tantum, sed etiam male. [Multa.s. egit, quia dum concionaretur, & populum ad legem ferendam hortaretur. Non est ferendum (inquit) Quirites, ut quæ coīa esse deberent, ea à paucis possideantur, & subditis: Non sunt in ciuitate duo millia hominum, qui diuitias, & opes possideant. Cum omnes diuitiæ P. R. diuisæ sunt inter duo millia hominum, magna malignitas, inquit, est, & nullo pacto sustinenda. [Rem. haberent] .i. diuitias, non sunt nisi duo millia hominum, qui diuites sint, reliqui pauperes sunt. Capitalis oratio] Perniciosa, & quæ capitis periculum induceret. [Ad æquationem bonorum pertinens &c.] Quid .n. sibi uoluit Philippus cum dixit, non sunt in ciuitate &c. nisi, ut diuitibus bona auferrentur, & uiritim diuiderētur? sicq; æquarentur, quod fieri non poterat. nam, ut ait Florus, redduci plebs in agrum unde poterat, sine possidentium euersione? Qui ipsi pars populi erant, qui relictas sibi à maioribus sedes ætate quasi iure hereditario possidebant. [Nam, & si duce natura congregabantur homines &c.] Natura homines in vnū conueniunt. Nam homo est animal ciuile, delectatur societate, & consuetudine aliorum hominum. [Spe custodiæ rerum suarum &c.] Vt suę res custodirentur. [Danda etiam opera est] Ne, quod apud maiores nostros sæpe fiebat &c. Nunc transit ad id quomodo uidelicet liberalis accipiat, nunquam, inquit, liberalis accipiat, nisi cum necessitas cogit. Est .n. proprium liberalis, ut libentius eroget quam accipiat, sed tamen præscriptum est tempus, uidelicet cum necesse fuerit. [Aerarij tenuitatem, assiduitatem bellorum, tributum &c.] Cum id exhaustum fuerit. tunc .n. imminentibus bellis tributa imperare cogebantur. [Prouidendum] Vt non expectemus ingruentem necessitatem, ut aliunde pecuniam parare non possimus, nisi tributum imperauerimus. Multo .n. ante prouidere debemus, ut pecuniæ adsint, & commeatus, arma, & alia necessaria. Tributum dictum, quod à multis tribuitur, vt ait Iureconsultus. [Sin qua necessitas &c.] sed quando contigerit, ut tributum imperādum sit, ostendendum est id non uoluptate, sed necessitate fieri, ut cum intellexerint necessitate ducta remp. id postulare æquiore animo pendant, cum sciant aliunde haberi pecunias nō potuisse, & aliter suam suorumque conseruari non potuisse. [Malo .n. &c.] Parenthesis. [Ominari] Omen facere. [Alteri reipu.] Augurari est propriè uerbis. [Omnes] Quibus tributū imperatur. [Atq. omnes, qui rem &c.] Admonet eos, qui præsunt rebus publicis, dare operam, ut rerum necessariarum in ciuitate copia sit. sunt autem necessaria, quibus Ciuitas carere nō potest, uinum, triticum, oleum &c. sine quibus uita esse non potest. [Quarum qualis &c.] Quæ sunt necessaria omnes sciunt, & quibus rebus ciuitates indigeant. ideo de illis differere opus non est. [Comparatio] Acquisitio. comparare enim acquirere est, legitur & apparitio. [In promptu] Manifestum, & apertum. Xenophon (ut Cic. ait in epistola ad Atticum) quemadmodū (dicebat) optimi pastoris est optimè gregem regere, ita optimi principis est ciues suos, quam opulentissimos facere.

SED] quoniam de eo &c.] Docet beneficia quæ ad uniuersos pertinent. Ordo est, Sed quoniam dictum est de eo genere beneficiorum, quæ spectant ad singulos .i. ad unumquenque seorsum, disputandum est deinceps de his, quæ pertinent ad uniuersos, & quæ pertinent ad remp. Autem pro sed, partim eorum ipsorum .i. ea ipsa pro parte sunt eiusmodi, ut attingant singulos, quæ.s. singulos attingentia sunt gratiora. Opera est danda omnino si possit sup. dari utrisque, nec .i. & non minus .i. tantundem, ut consulatus .i. prouideatur, & auxilietur etiam singulis, sed ita sup. consulatur singulis, ut ea res, aut prosit, aut certè non obsit reip. Largitio frumentaria .i. in frumento ciuibus distribuendo. Caij Helij, & Publij Gracchi .i. quam illi fecerunt fuit magna .igitur .i & ideo ipsa exhauriebat .i. euacuabat ærarium .i. thesaurum reip. Largitio sup. frumentaria M. Octa. fuit sup. modica, & tolerabilis reip. & necessaria Plebi. Ergo .i. & ideo sup. fuit salutaris, & ciuibus, & reip. Autem pro sed. uidendum .i. considerandum erit in primis .i. præcipuè ei, nam administrabit remp. ut quisque teneat suum, neque fiat diminutio publicè .i. Communiter de bonis priuatorum. Enim pro quia, Philippus.s. Lucius perniciosè sup. egit, cum referret in tribunatu sup. suo legem agrariam .i. agris æqua portione populo condiuidendis. quam tamen .s. legem agrariam passus est facilè antiquari .i. aboleri, & in desuetudinem abire, & sup. præbuit .i. exhibuit se in eo .i. in ea re uehementer moderatum. sed cum sup. dixisset in agendo .i. cum ageret multa populariter .i. in fauorem populi, tum .i. etiam, uel tunc dixit illud male, uidelicet, non esse in ciuitate .s. Romana duo millia hominum, qui haberent rem .i. diuitias. Oratio sup. talis est capitalis .i. ad periculum, & perniciem capitis spectans, pertinens .s. ad æquationem .i. æqualē possessionem bonorum, qua peste .i. pernicie, quæ sup. pœna potest esse maior? q. d. nulla. Enim pro quia, res sp. ciuitates sunt constitutæ maximè ob hanc causam, ut sup. singuli tuerentur sua .i. propria bona. Nam etsi .i. quamquam homines congregabantur natura duce .i. cum sub lege naturæ uiuerent, tamen ipsi quærebant præsidia .i. munitiones urbiū spe custodiæ suarum rerum. Danda est etiam opera, ne tributum .i. modicitatem ærarij .i. fisci seu thesauri publici, & propter assiduitatem belli. Quid .i. quæ res fiebat sæpe apud maiores nostros, que, pro, & videndum erit multo ante ne idem eueniat, simul, idest sed si qua .i. aliqua necessitas huius muneris .i. talis

Natura hoīes in unū cōueniunt.

Lex Agraria, & frumentaria.

Duæ partes liberalis.

Antiquari quid dicitur.

ASC.

talis tributi obuenerit, idest ex insperato uenerit reip. (dico, si qua. Enim pro quia ego malo ominari, idest omne infaustu protendere alteri .s. reip. quam nostræ. Neque enim disputo tantum de nostra, sed omni rep.) tunc sup. danda est opera, vt omnes intelligant parendum .s. obtemperandam esse necessitati, si uelint esse salui. Atque etiam omnes, qui gubernabunt remp. debebunt consulere, i. prospicere, ut sit copia earum rerum, quæ sunt necessariæ, quarũ sup. rerum necessariarũ qualis apparitio soleat fieri, & debeat fieri non est necesse disputare. Enim pro quia, est in promptu. i. manifestum, locus fuit tantum attingendus, vt. s. vniuersalis sit præceptio.

ARGVMENTVM.

Ad gratiam multitudinis comparandam maximè ualere abstinentiam, contraq; ex inuasione alieni summam existere perniciem.

Caput autem est in omni procuratione, negocij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non essem passus diutius eos imperare. ne illi quidem multa sæcula expectanda fuerunt. modo enim hoc malum in hanc remp. inuasit: itaque facile patior tunc potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit roboris. non dum centum, & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis à Lucio Pisone lata est lex, nulla antea cũ fuisset. at uero postea tot leges, & proximæ quæque duriores; tot rei damnati; tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum; tanta sublatis legibus, & iudicijs, expilatio, direptioque sociorum; ut imbecillitate aliorum, non nostra uirtute, ualeamus. Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens. quid ni laudetur? sed in illo alia maiora laus enim abstinentiæ non hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus: tantum in ærarium pecuniæ inuexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum. at hic nihil in domum suam intulit præter memoriam nominis sempiternam. Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior. Carthagine euersa. Quid, qui eius collega in censura fuit, L. Mummius? nunquid copiosior, cum copiosissimã urbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quàm domum suam, maluit. quãquàm, Italia ornata, domus ipsa mihi uidetur ornatior. Nullum igitur uitium est tetrius (ut eo, unde egressa est, referat se oratio) quàm auaritia præsertim in principibus, & remp. gubernantibus. habere. n. quæstui rempu. non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. itaque, quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia, esse perituram, id videtur non solũ Lacedæmonijs, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Nulla autem reconciliare facilius beneuolentiã multitudinis possunt ij, qui reip. præsunt, quàm abstinentia, & continentia. qui uero populares esse uolunt, ob eamque caussam, aut agrariam rem tentant, ut possessores suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant; labefactant fundamenta reip. concordiam primũ tollunt, quæ esse non potest, cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ: deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique: non licèt. id enim est proprium, vt sup. dixi, ciuitatis, atque vrbis, vt sit libera, & non solicita suæ rei cuiusque custodia. Atque in hac pernicie reip. ne illam quidem consequuntur, quam putãt, gratiam. nam cui res erepta est, inimicus; cui data est, etiã dissimulat se accipere uoluisse, & maximè in pecunijs creditis occultat suum gaudium, ne uideatur non fuisse soluendo. at uero ille, qui recipit iniuriam, & meminit, & præsefert dolorem suum. Nec si plures sunt ij, quibus improbe datum est, quàm illi, quibus iniuste ademptũ est, iccirco plus etiam valeat. non. n. numero hæc iudicantur, sed pondere. quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam sæculis ante possessum, qui nullum habuit habeat, qui autem habuit, amittat? at propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt, Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt. ex quo eo tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, ut & tyranni existerent, & optimates exterminarentur, & præclarissimè constituta resp. dilaberetur. nec uero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertit contagionibus malorum, quæ à Lacedæmoniis profectæ manarunt latius. Quid? nostros Gracchos Tib. Gracchi summi uiri filios, Africani nepotes nonne agrariæ cõtentiones perdiderunt? At uero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui, cum eius ciuitas quinquaginta annos à tyrannis teneretur; profectus Argis Sicyonem, clã destino introitu urbe est potitus; cumq; tyrannum Nicoclem improuiso oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, restituit: remque pub. aduentu suo liberauit. sed, cum magnam animaduerteret in bonis, & possessionibus difficultatem, quod & eos, quos & ipse restituerat, quorum bona alij possederant, egere iniquissimum arbitrabatur; & quinquaginta annorum possessione mouere, nõ nimis æquum putabat; propterea quòd tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur sine iniuria iudicauit, neque illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant oportere. cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandrum se proficisci uelle dixit, remq; integram ad reditum suum iussit esse: isq; celeriter ad Ptolemæum, suum hospitem, uenit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, caussamque docuisset; à rege opulento vir summus facilè impetrauit, vt grandi pecunia adiuuaretur: quã ut in Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cũ quib. caussas cognouit, & eorum, qui aliena detinebant, & eorum, qui sua amiserant; præfecitq; æstimandis possessionibus, persuaderent alijs, & uti vt pecuniã accipere mallent, & possessionibus cederent; aliis, ut commodius putarent numerari sibi quòd tanti esset, quàm suum recuperare. ita perfectum est, ut omnes, constituta concordia, sine querela discederent. O virum magnum, dignũq; qui in nostra rep. natus esset. sic par est agere cum ciuib. non ut bis iam uidimus, hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subijcere præconis. At ille Græcus, id quod fuit sapientis, & præstantis uiri, omnibus consulendum putauit; eaque est summa ratio, & sapientia summi ciuis, commoda ciuium defendere, nõ diuellere, atque omnes æquitatem eãdem continere. habitent gratis in alieno quid ita? ut, cum ego emerim, ædificauerim, tuear, impendam, tu me inuito fruare meo? quid est aliud, nisi alijs sua eripere, aliis dare aliena? Tabulæ uero nouæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, & cum

niam laus abstinentiæ, non solum pertinet ad personam Africani, sed etiam tempora illa, in quib. homines erant abstinentes. [Hominis] Africani quem tanquam abstinentem laudat. [Temporum illorum] Quoniam tunc non irrepserat tāta auaritia, & habendi cupiditas. Abstinentiā Africani sic laudat Val. Max. Exultat animus maximorum uirorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus totideq; suæ præcipuè gloriæ triumphos 7. seruos sequentibus officio legationis functus est, & puto Carthaginis, & Numantiæ spoliis comparare plures potuerat, nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaque cum per socios, & exteras gentes iter faceret, nō mancipia eius, sed uictoriæ numerabantur. Nec quantum auri, & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum referret, æstimabatur. [Omni Macedonum gaza] Exemplis abstinentissimorum Imperatorum probat laudem abstinentiæ non solum hominis, sed etiam temporum fuisse. Paulus Aemilianus filius fuit Pauli consulis, qui in pugna Cannensi occubuit, missus in Macedoniam Persen regem vicit, captumq; Romam in triumphum duxit, quo amplissimo urbem, & Capitolium inuectus est, & Macedonicus cognominatus agens annum quadragesimum. Tres dies in Triumpho consumpti sunt, tantum signorum, armorum, auri, atq; argenti inuexit. Filij regis præibant, & ipse rex fusca ueste miserandum indutus. De pompa huius triumphi lege Plut. in uita Pauli Aemilij. Centum talenta quotannis Paulus iussit Macedones P.R. pendere. [Omni gaza] Omni regia priuataq supellectili, & pecunia, quoniam Persę pecuniam gaza appellant, & Paulus capto rege omnia in suum arbitrium habuit. [Finem tri.] Per hoc ostenditur ingens pecunia. Plut. ait. Tantum auri argentique in ærarium Aemilius inuexit, ut nullum tributum persolui à ciuibus opus fuerit vsque ad Hirtij, & Pansæ consulatum, qui circa primum Antonij, & Octauij bellum consules fuerunt. Plin. ait: Intulit, & Aemil. Paulus Perse rege Macedonico deuicto prædam pondo trium milium, à quo tempore P.R. tributum pendere desiit. App. scr. Paulum Aemilium clam uenisse Romam, & celeriter in Macedoniam redisse, ac delecti impunitatem promisisse Macedonibus, allato quodcunque haberent argento, & auro. quibus assentiētibus milites ad oppida destinatos, & omnem pecuniam ad forum delatam, & reliqua bona passim direpta. sic Paulus, inquit App. 70. spoliauit urbes. [Nihil in domum suam intulit] Laudata est, inquit Plut. magnitudo animi in Paulo Aemilio ac liberalitas, quod multum auri multumq. argenti ex regia gaza coactum, ne aspicere quidem uoluit, sed quæstorib. negocium dedit, ut in publicum referrent, libros duntaxat regios filij literarum studiosis deligere permisit. [Memoriam nominis] Laudē, & gloriam. [Imitatus patrem Afr.] Scipio Aemilianus Pauli Macedonici filius. hic Scip. minor Afr. cognominatus est. filius Pauli fuit ex Papyria uxore, & Fab. etiam eius frater, qui à Fab. Max. quinquies consule adoptatus est. Aemilia filia Pauli Aemilij nupserat Africano maiori, & propter hanc affinitatem Scipio adoptatus fuit à filio superioris Africani. Plut. ait patrimonium uix 38. millium reliquisse tradunt Paulum Aemilium, in hoc ambo sibi filios hæredes instituit, à Scipione tantum, qui erat minor natu, integra hæreditas fratri concessa est, cum in familiam Africani locupletiorem transisset. Tales mores uitaq. Pauli Aemilij fuisse dicuntur. [Nihil loc.] i. euersa Carthagine in 3. bello punico, & omni gaza in ærarium relata ipse Scipio non est factus locupletior, quoniam in domum suā nihil illius prædæ inuexit, quo ditior esset. Scipio. n. abstinentissimus fuit. de quo Plin. libras 22. argenti Africanus sequens hæredi reliquit. Idemq; cūm de Pœnis triumpharet 4. millia 270. pondo transtulit, hoc argentum tota Carthago habuit, illa terrarum æmula, quod nunc in mensarum est apparatu. Victa, inquit Numantia, & deleta, idem Africanus in triumpho militib. 17000. pondo. dedit. O uiros Imperatore illo dignos, quib. hoc satis fuit. [In censura] Censura, ut inquit Plut. in uita Cat. Censorij, omnium magistratuum facilè princeps erat, & uniuersæ reip. supremum, & perfectissimum locum habebat, & plurimum imperij potestatisq. quoniam de nuptis, liberorum procreatione. de ratione uiuendi, conuiuijsque diligenter inquirebat, nulla denique institutio est, de qua non inquireret, iudicaretq;. Censores duo erant, unus patricius, alter vero plebeius, quib. licebat eos à Senatu mouere, & equum illis ignominię causa adimere, qui flagitiosè, ac intemperanter uixissent ac uiuerēt, etiam sacrorum impensas curabant, & officia distinguebant, condebantq; lustrum, deniq. censores omnia male facta corrigebant. Vnde exclamauit Iuuen. O proceres censore opus est, an haruspice nobis? Africanus hic de quo nunc agitur, fuit collega L. Mummij in censura L. Mummius uicit Achaiā, & Corinthum opulentissimam urbem deleuit, & Achaicus cognominatus est post euersam Carthaginem secutum est bellum Achaicum ob legatos Rom. ab Achæis nō bene acceptos, qui Corinthū missi erant, ut hæ ciuitates quæ sub ditione Philippi fuerant ab Achaico cōcilio secernerentur cum Achæis Q. Cæcilius Metellus prætor ad Thermopylas pugnauit. quibus victis Critolaus eorum dux veneno se peremit, in cuius locum Dæus suffectus in Isthmo à L. Mummio consule uictus est, qui omni potitus Achaia Corinthum ex decreto patrum funditus sustulit, quia illic Romanorum legati uiolati fuerant L. Mūmius, auctore Liuio, omni præda abstinuit. Nihil. n. ex his opibus, nec non ornamentis, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum inuexit suam. de quo Pli. L. Mūmius deuicta Achaia repleuit urbem, & ipse excessit non relicturus filiæ dotem. Corinthia æra ab hominibus celebrantur, quibus ante argentum ac penè ante aurum precium erat, & Corinthium æs casus miscuit. Vnde dicit Eutropius. Eodem tempore, tunc toto orbe omnium urbium longè opulentissimam Mummius deuicit. in qua infinitum aurum, æs, ferrum, in conflagratione commistam est, unde nouum fluxit metalli genus, ad cuius misturæ similitudinem usq; hodie æs Corinthium, & uasa dicuntur. Ideo Plin. scripserat ex illa antiqua gloria, Corinthium maximè laudatur, hoc casus miscuit Corintho cum caperetur incensa, miraq. circa hoc multorum affectatio fuit, quippe cum tradatur non alia de causa Verrem quem Cic. dānauerat, proscriptum esse ab Antonio. quam, quod Corinthijs se ei cessurum negasset. L. Mummius uictor sancto Fidio, semipatri deo Sabinorum donum fecit, unde hoc epigramma in quodam marmore literis antiquis scriptum, apud Reate uisitur. De decuma uictor tibi L. Mummius donum morib. antiquis pro usura hoc dare sese uisum animo suo perficit, tua pace rogans, te cogendi, dissoluendi, tu, ut facilia saxis, perficias Decumam, ut faciat ueræ rationis, proq. hoc atque alienis donis, des cuncta merenti. [Copiosissimi] Vrbem Corinthum caput Achaiæ in faucib. Isthmi. [Nunquid copiosior]. f. fuit post euersam Corinthum? q. d. non [Videtur ornatior gloria] .i. rei bene gestæ & fama, abstinentiæ, quam L. Mummius habuit, qui præda Corinthia, & signis, inde aduectis Italiam ornauit. [Nullum igitur uitium] Concludit nullum uitium esse fędius auaritia. [Tertius] Fędius, turpius [Vnde egressa est] qm̄ mouere cœperat, auaritiæ suspicio etiam minima pelleretur. postea fecit digressionem de C. pontio Sannite alijsque, quorū abstinentiam laudauit. [Referat se oratio] Vt ad id redeam, quod de auaritia dicere cœperam. [Præsertim] Maximè in his qui principatum habent, & remp. gerunt. [Quæstui] Ad quæstum, & lucrum .i. uelle lucrari in administratione reip. quoniā magistratus est ad alium, non ad se, & ille, qui rep. regit, omnia ad communem utilitatem, non ad priuatum commodum referre dēt, & probat sapientiam suam oraculo Apollinis, qui ruinam Lacedæmonijs prædixit propter auaritiam. Oraculum Appollinis pythij erat in toto orbe celeberrimum, & minimè fallax putabatur. In medio templo erat foramen, vnde spūs exibat, super quod tripodem ponebat pythia uates, & super illum ascendens diuinabat. phemonoe Apollinis filia prima diuinatrix fuit in templo Delphico. Delphi oppidum in parnasso mōte phocidis, parnassus dicitur esse umbilicus totius orbis, ut Reate umbilicus Italiæ. [Sparta] Vrbem caput Laconicę regionis in peloponneso Plut. in Cleomene dixit antiqua deorum oracula in memoriam reuocabant iubentia auaritiam tāquam rerum omnium perniciosissimam cauere. Idem agēs de Laconicis institutis, & parsimonia, inquit, Qui ad Lacedæmonios primum inuexerunt pecunias damnati uitam cum morte commutare coacti sunt. Nam Alcamene, & Theopompo regib. oraculum datum erat, fore, ut Sparta periret ob auaritiam. [Qui uero se populares] Eos notat, qui multitudinem largitionib. captant, & remp. euertunt, quoniam de bonis priuatorū fit publice diminutio, cum. f. possessores pelluntur, & alijs dimittūtur, & ponit exēplum Lacedæmoniorum Gracchorumque, qui propter leges agrarias. & contentiones perierunt. [Populares] Volunt, populo multitudiniq; placere. [Rem agrariā]

Pro-

Promulgationem legum de agris plebi diuidendis.[Condonã das]hoc est contra iustitiã,si denegatur alicui, quod suum est. De hac re paulo post dicetur, nam promulgabantur aliquãdo leges nouarum tabularum in gratiam obæratorum, & multitudinis, ut pecuniæ creditæ debitoribus donarentur. [Labefactant]Euertunt,quoniam concordia,& iustitia sunt fundamẽta reip. [Id]Retinere quod suum est, ob hanc causam, inquit, ciuitates & leges constitutæ sunt,ut quisque suũ possidere posset.[Non solicita]Anxia,& inquieta propter metũ tyrannorũ, & eorum qui bona cupiunt alijs eripere [Atq;]In hac pernicie. Dixit populares labefactare fundamenta reip.cui omnia debemus,quippe omniũ caritatem complectitur nũc,ut magis populares à tali largitione deterreat,dicit ipsos non consequi gloriam,quã putant,sed potius odium,qm̃ hi qui bona amiserũt, ipsum capitali odio prosequuntur,qui auctor fuit, vt eriperentur,& ipsum possidentem,& sic emergunt inimicitiæ, homicidia,discordiæ,f. ctiones,& omnia deniq; mala,quæ remp. constitutam labefactant.[Etiam dissimulat]i.etiam si negat se uoluisse accipere.i quãuis dicat se inuitũ accepisse, tñ inimicũ habet illũ,cuius bona prius fuerunt. [In pecuniis creditis] f. promulgatur lex nouarum tabularum, quibus fit, ut debitoribus pecuniæ creditæ condonentur.[Gaudium] Quod hẽt,quia nõ tenetur soluere creditam pecuniam.[Non fuisse soluendo]Ne uideatur non potuisse aliter æs alienum dissoluere,quod contraxerat.ille non est soluendo,qui non potest soluere,uerbũ est iuris.Idẽ dicit in Philip.Tum soluendo non ætas[At.Ille cui bona erepta sunt,meminit iniuriæ,& in vultu dolorẽ ostẽdit suũ, & iñã sine aliqua dissimulatione,& paratus est,vt vlciscat. Nec] Si plures. Respondet tacitæ obiect. potuisset aliquis dicere, si plures sunt hi qui iniustè acceperunt his, quibus ademptũ est, plus ualent, quoniam pauciores nõ possunt ulcisci multorum iniuriam dicit Cic. hæc non iudicari numero, sed pondere, qm̃ unus,cui aliquid ademptũ est, plus potest ad ultionem, quam omnes illi qui acceperunt,quod exitus probat tyrannorũ,qđ & Cæsar sua nece expertus est. Vnde dicit Salust. Regibus boni, quam mali suspectiores sunt,semperq; his aliena uirtus formidolosa est. [Hæc]Plus valere,& maioris esse momenti. [Numero]Quia sint plura.[Pondere]Quantum unumquodq; possit, qm̃ unus plus ponderis in se habebit ad vlciscẽdum,quam omnes alij ad defendendum. [Quam etiam habet æquitatem] Dixit supra populares è medio tollere concordiam, & æquitatẽ. quod concordia tollatur,iam probauit,nunc ostendit quomodo æquitas tollitur. [Seculis] Multis annis.seculum significat spatium centum annorum. [Propter hoc iniuriæ genus] quia uolebant agros diuidere,& liberare obæratos. [Lacedæmonii] ponit exempla eorum qui tandem corruerunt, cum studerent nimium populo placere, & legem agrariam nouasque tabulas promulgare,cum aliorum detrimẽto,& iniuria.[Agis,& Cleomenes]Auctore Plut.populum studiosè fouentes, cum remp. iustè pulchreq; ex multo tempore institutam suscepissent,optimatibus aduersari cœperunt,quod illi diuitiarum,quibus assueuerant abundãtiam relinquere nollent. Agis fuit sextus ab Agesilao,cuius filius fuit Archidamus,Archidami filius Agis,& Eudamidas natu minor,qui mortuo patre regnauit: huius filius fuit Archidamus,ex quo natus est alius Eudamidas, cuius filius fuit hic Agis,de quo nunc agitur, qui in delicijs à matre Agesistrata,& auia Archidamia opulentissimis mulierib. educatus,priusquã ad uigesimum peruenisset annum, oẽm uoluptatem,cultumq; corporis cum formosissimus esset, neglexit, accusans Laconicam disciplinam corruptam, & lautiores epulas, dicebatq; se nolle esse regem, si pristinam disciplinam, & mores auitos in patriam reuocare non posset. Huius labis, & veluti morbi principium accepisse Lacedæmoniorum resp. uidetur,ex quo primum soluta per ipsos Atheniensium potestate,auro & argento sese ac domos expleuerunt. Cum pater ex lege Lycurgi hæreditatem filio relinquere cogeretur. Epitades uir iniquus,cum esset Ephorus,& filio iratus,legem tulit, ut liceret domum hæreditatemque suam cuicunq; libuisset relinquere. Et propter hoc soluta est bene uiuendi disciplina.Vnde potentes in ciuitate propinquos ex hæreditate deturbabãt,omnesq; diuitias ad se rapiebant, & inopia ciuitatem inuasit, & seruitus secuta est odium,atq; inuidia aduersus potentes,& diuites exorta. Rex Agis rem optimam,qualis ipse erat, meditatus est,ut omnes ad æqualitatem redigeret,& urbem hominibus repleret. Cui iuuenes peruenerunt studiosè cum illo ad virtutem sese expedientes. Seniores qui in tali uixerant labe, non secus quam serui ad dominum,sic ad Lycurgum i.ad Lycurgi leges reduci timebant, & ob id Agin regem accusabant. qui adhuc adolescens erat,cuius ambitionem Lysander cognomento Lyuius,Mandroclidas,& Agesilaus fouebant, irritabãtque.Agesilaus Regis auunculus erat,quem facundum,uerum, mollem, & pecuniæ cupidum filius incitabat Hippomedon. Agesilaus n.æs alienum contraxerat,quõ sperabat facilè solui, mutato ciuitatis statu. Omnes ferè diuitiæ Spartanorum erãt penes mulieres.Agis effecit,ut Lysander Ephorus crearetur,q statim contra seniores legem tulit, ut debitorib. omne debitũ penitus dimitteretur, agrorum diuisio fieret. Super hac re Agis concionem habuit,dicens,se uelle primum omnium proprias facultates in medium ponere,non certè paruas ob agrorum multitudinem,quos partim ad colendum, partim ad pascenda pecora idoneos haberet. insuper talenta sexcenta signati argenti.idem quoq; matrem,atq; auiam, amicos prætereа, domesticos omnes,quos dilectissimos esse omnium Spartanorum cõstaret,facere paratos esse. His auditis obstupefacta multitudo,adolescentis Regis magnitudinem admirabatur.Agis, & Cleombrotus coacta multitudine amicorum Ephoros è sellis deturbant,alijs in eorum locum suffectis,è quorum numero fuit Agesilaus. Inde ad eos soluendos,qui in carcere erãt,ire pertrexerunt,qua propter aduersarios terruere. Postea tabulas in quibus nomina debitorum erant,omnes in forũ,quod Clarium uocabatur, comportari iusserunt.hisq; in unum coactis ignis iniectus est,quod creditores molestissimè tulerunt. Agesilaus quasi insultans se clarius lumen,aut ignẽ puriorem nunquam uidisse iactabat. Tandem à coniuratis reuocato Leonida,& in regnum restituto Agis in asylum se receperat. Deniq; cum à balneo rediret, Amphares ephorus eum per uestem capiens dixit,ad ephoros adduco te rationem eorum quæ gessisti dicturum.Democrates uiribus præstans,ueste circa eius collum obuoluta,eum reluctantem trahebat,& sic in carcerẽ coniectus est. Cum ephori accessissent, iusserunt ministris ipsum damnatum ad locum trahi,in quo damnati strangulabantur. Agis plorante lictore caput laqueo nectendum præstauit, & sic supplicio unam finiuit. [Ephorum] Prius apud Lacedæmonios auct.Plut.in uita Cleomenis duo regnabant Reges, iusq; dicebant,qui quosdam seniores ad consultandum adhibebãt. Inde reges implicati bello cum diu abessent,nec iuri dicũdo uacare possent,quosdam ex amicorum numero eligerent, qui domi,apud ciues Regnum gerentes ephori sunt appellati,& habebantur ministri Regum. Inde paulatim omnem ad se traxerũt potentiam, & per se proprium magistratum ephoriam constituerunt. Primus Asteropæus fuit,qui maximè ephorum potẽtiam auxit. Lysander ergo cum esset ephorus,ut dictum est,expulsus fuit à Spartiariis,propter leges, quas tulerat,& Agis rex necatus. Theopompus Spartanorum Rex auctore Valer.Max. ephoros primus instituit, ita futuros regiæ maiestati oppositos,quemadmodum Romæ consulari imperio trib. pl. obiecti sunt,cui cum dixisset uxor illum id egisse,ut filiis minorem potestatem relinqueret,relinquam dixit,sed diuturniorẽ. [Agin regem]Reges Lacedæmonij ex Heraclidarũ genere creabãtur, qui in Peloponnesum reuocati, auctore Plut.in uita Lysandri Doriensibus se immiscuerãt.Amplissimũ, & illustre hoc genus Spartæ floruit,sed non unicuiq; illorum regalis fastigij cõcta erat successio duab. tantum ex familiis reges eligebantur, quas Euencidas,& Agidas appellabant. Aemilius Probus in uita Agesilai scribit morẽ fuisse à maioribus Lacedæmoniis traditum,ut duos semper haberent reges nomine potius quã imperio ex duabus familijs,Procli,& Euristhenis,qui principes ex progenie Herculis Spartæ reges fuerunt, Lysander decreuit regiam dignitatem duabus de familijs traducens omnibus Heraclidis communem reddere, cum patre ipsius Aristolycus ex prosapia minimè regia ortus esset, sed ex Heraclidarum genere,[idest ex his qui ducebant genus ab Hercule.[Quod nunquam antea acciderat] hoc dicit, etiam Plutar. his uerbis Cleombrotus Rex Lacedæmoniorum in Leuctris uulneratus occubuit. Lacedæmoniorum enim Regiȩ in pugna quidem obuij hostes temere manus afferre consueuerunt, sed potius retrocedere regiam maiestatem uenerantes. Itaque cum per multa aduersus Græcos Lacedæmonij bella gesserint, vnum dũtaxat Cleombrotum ante Philippi tempora in Leuctris uulneratum occubuisse memoriæ proditum est. Sed Spartæ qui-

dem primum Agin ex his, qui regnauerunt ab ephoris interfe-
ctum fuisse constat. ἔφορος Græcè dicitur præses, aut præfectus.
Latinè. [Vt tyranni existerent] emergerent, quoniam post mor
tem Leonidæ de quo dictum est, Cleomenes filius successit, qui
Agis consilium probans, quamuis Leonidæ patris sui ille ini-
micus fuerit, ephoris interfectus 80. ciues proscriptor in exiliū
misit. Hunc Cleomenem Aratus Sicyonius, de quo paulo post
dicitur, tyrannum appellabat, cuius ingenium in omnes tyran-
nos exarserat. Vnde cum Democratem Lacedæmoniorum exu
lem interrogasset, qualis nam esset adolescens, Cleomenes re-
spondit, Arate, si quid aduersus Lacedæmonios moliris, prope-
randum censeo, antequam pullus hic per ætatē aculeo uti pos-
sit. Superatus Cleomenes ab Antigono Macedonum rege, ma-
gno prælio, in Aegyptum confugit ad Ptol. quo mortuo, & filio
eius regnante cum 13. socijs in custodia detentus egrediens si-
bi mortem consciuit. Idem socij fecerunt. Antigonus Spartā oc-
cupauit, & sic optimè constituta resp. corruit, & oraculum Del-
phicum uerum fuit. Prædixerat n. ut dictum est Pythius Apol-
lo, Spartam nulla alia re quam auaritiam parituram. [Optima
tes] principes ciuitatis, & boni uiri eijcerentur, quod fecit Cleo-
menes. Exterminare, est extra terminos mittere .i. in exilium.
[Constituta] Legibus Lycurgi. [Contagionibus] Malis exem-
plis contagio est morbus, qui tactu contrahitur, inde per trans-
lationem dicitur aliquod malum exemplum, quod alios in er-
rorem inducit, ut malum. Lacedæmoniorum in rep. administrā
da totam Græciam contaminat, quoniam simili labe respub. in
fectæ sunt [Quæ] contagiones, & mala exempla ad remp. euer-
tendam. [Manarunt latius] propagatæ sunt per omnem Græ
ciam, & etiam ad nos uenerunt, inquit Cic. quoniam à Græcis
nostri acceperunt exempla promulgandæ legis Agrariæ, & no
uarum tabularum, & in primis Gracchi populares. [Quid no-
stras Grac.] Posuit hactenus exempla Græcorum, nunc de Ro-
manis loquitur Gracchis, qui propter leges Agr. perierūt, quo
rum pater fuit Tib. Gracchus uir optimus, & clarus, qui mo-
riens ex Cornelia filia maioris Africani 12. filios reliquit, qui
omnes diem obierunt suum præter unam puellam, quæ nupsit
Africano minori, & Tiberium, & C. Gracchos, de quib. nunc
agitur Tiberius auct. Plut. uultu, aspectu, & motu corporis mi-
tis, & placidus erat. Caius autem uehemens, & ingentis spiri
tus, cuius sermo erat terribilis, & ad indignationem promptus,
Tiberij uero dulcis, & ad miserationem aptior. oratio dilucida,
& planè elaborata, Gaij uero efficax, & redundans. Tiberius an-
teibat Caium ætate nouem annis creatus trib. pl. legem agr. tu-
lit, cuius ferendæ talis fuit, auct. Plut. Romani quantum uici-
nis agri hostibus adimebant, partim uenundare, partim in publi-
cum redigere, ac egenis ciuib. pro modica pensione utendum
tradere consueuerunt, sed cum diuites eas pensiones augere cœ
pissent, pauperesq. excludere, lata lex est, quæ supra quingen-
ta agri iugera ciuem R. habere prohibebat. At res paucos an-
nos contra locupletes ipsis tenuioribus auxilio fuit. Nam pri-
mo subornatis ad concludendum personis, fraus legi fiebat,
deinde aperte iam ipsi diuites occupare agros cœperunt. Ita
igitur hominibus exagitatis, neq. militiæ dare nomina, atq. fi-
lios educare cura erat. Eoque processura uidebatur res, ut bre-
ui exhausta liberorum multitudine seruis ac barbaris, per quos
diuites agros colebant tota Italia compleretur. Huic malo Lęl.
Scipionis amicus occurrere primus uoluit, sed aduersante locu
pletum factione, ueritus tumultū atque discordiam ab incepto
destitit, unde sapiens postea est appellatus. Tiberius cum pri-
mum trib. pl. creatus est, eam actionē susceperat auctorib. Dios
phane Mitylenęo rhetore, & Blosio Cumano Antipatri Tarsen
sis discipulo. consuluit prius, & Crassum pontificē Max. & Mut.
Scæuolam iurisconsultum, & Appium Claudium socerum iu-
bebat sua lege Tib. possessores agrum dimittere, egenisq. tra-
dere. Inde aduersante Octauio collega suo aliam tulit uehemē
tiorem, ut agri, qui contra legem possessi erant dimitterentur,
nulla mentione precij facta. Et cum Octauium ab intercessio-
ne dimouere nō posset, edictum proposuit, quo prohibuit om-
nes urbanos magistratus quidquā agere, potius quā de l. agraria
ad populū referretur. ærario autē sigilla impressit, & per quæsto
res quidquā depromi, aut importari uetuit, pœna proposita si
qui cōtra fecissent, quare cōterriti magistratus, singuli propria
officia dimiserūt. Ob hoc edictū locupletes oēs uestē mutarūt, &
mœsti ac sordidati forum circuibant, & clā percussoribus com-
paratis necem Tib. parabant. Tandem Octauio per suffragia

tribuum priuato tribunitia potestate trib. legem tulit. tres uiri
ad agros diuidendos creantur. Tiberius ipse legis lator, Appius
Claud. socer, & C. Grac. frater, nō tunc pſens, quoniā apud Nu-
mantiam sub Scipione affini suo militabat. Attalus rex Perga-
mi P. R. heredem reliquerat. Tiberius statim ad populum tulit,
ut regia pecunia ciuib. R. quibus agri dabantur pro cultura as-
signarentur. De oppidis autē quæ Attali regis fuissent, nihil ad
Senatum, sed P. R. pertinerent. Et cum concionaretur, tangens
suum caput, ut sibi periculum imminere significaret, inimici
tanquā regem diadema petere, Senatui indicarūt. Nasica cum
consulē Mutium cessare uidisset patres n. conscripti in æde. Fi-
dei publicę conuocati erant, censentes, ut consul rēp. armis de-
fenderet, qui negauit quidquā uise esse acturū, inquit, quoniā
consul dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cū omnibus legi
bus. R. imperiū corruat, qui leges saluas esse cupiunt, me sequā
tur, & sic pedibus subselliorum Tiberius interfectus est, & in Ti
berim unco tractus. C. Grac. eius frater quæstor in Sardiniam
cum Oreste consule nauigauit. Inde Romam rediēs trib. pl. crea
tus est duas leges tulit, quarū altera iubebat, vt qui ex magistra
tu per populū motus esset, facultatem alterius magistratus in-
eundi nō haberet. Altera, ut si quis in magistratu constitutus
ciuē R. sine iudicio necasset, in eū populi animaduersio foret.
Altera M. Octauius notabatur, altera in Pōpilium, qui præter
amicos Tib. in exiliū eiecerat, iudicium parabatur. Sed Pompi-
lius statim fuga sibi consuluit. Tulit postea nonnullas leg. de
suffragiis sociorum pares Italos, & Ciues R. constituens de iudi
cibus deligendis. nā cum soli antea Senatores iudicarēt, ob idq;
à plebe timerentur 300. ex equestri ordine iudices adiecit, pa-
rent Senatoribus numerum statuens, hæc lex potentiam Sena-
tus magna ex parte fregit, iterum trib. pl. C. Gracchus leges tu-
lit, colonias Tarentū atq. Capuam mittendas, & Latinos ciuita
te donandos decernēs. Talem optimatibus exagitatis, & in eius
necem conspirantibus fugiens Graccus Opemium consulem,
& armatos, ad pontem Sublicium uenit: duo eius amici Licinius
& Pōpilium præcedere iubentes, non prius aliquem transire
permiserunt, quam ipsi pugnando sint occisi. Grac in sacrum
deorum nemus se proripiens à Polycrate seruo est interfectus,
qui postea sibi mortem consciuit. Caput Grac. Septumuleius
quidam abstulit, qui prius illud absciderat. Nam principio pu-
gnæ promissum erat, ut qui C. & Fuluii capita referret, tantun-
dem auri ex publico acciperet. Relatum est igitur à Septumu-
leio transfixum pilo stateræ postea impositum librarū decem,
& septem ac dimidiæ pondus traxit, nam detracto cerebro plū-
bum infuderat. [Summi uiri. Tib. Gracchi] qui Corneliam du-
xit uxorem. Ideo Tiber. & C. nepotes erant maioris Africani.
[Non ne perdiderunt] q. d. perdiderunt, duxeruntq. ad mortē
leg. agrariæ, quas ferebant cū summa contentione in gratiam
populiq. fauorē. Nonne interrogatiuè positum, semper inclu-
dit affirmationem, dicimus, nonne dixi tibi? q. d. dixi. Num vero
includit negationem, vt Num dixi tibi? q. d. nō dixi. & num fletu
ingemuit nostro? [At vero Aratus] Si posuit hactenus eos, quos
agrariæ contentiones perdiderunt, nunc ponit Aratum Sicyo-
nium summo præconio dignum, qui exortas contentiones alio
rum culpa prudentissimè composuit, cum patriam suam Sicyo
nem asseruisset. Sicyon urbs Achaiæ intra Isthmum Pelopon-
nesi antiquissima, olearum prouentu, & picturis clara, Arati pa
tria fuit, plures mutationes rerum perpessa successiuè insignē-
tium tyrannorum. Non prius ex ea se contagione, & turbatio-
ne recepit, quam Cleone interfecto, Timoclidam, & Cliniā cla-
ros, & opulentos in ciuitate uiros deletos, summæ rerum Si-
cyonii præfecerunt. Sed cum resp. certum iam aliquem statum
obtinere uideretur, Timoclidas vita functus est. Paulo post Abā
tidas Basçæ filius sublato Clinia tyrannidem inuasit, Cliniæq.
amicis ac domesticis partim eiectis, partim interęptis filium
Aratum 7. annos natum perdere cupiebat. Sed puer pauidus
fugiens, casus quodam inscius domum mulieris intrauit, quæ
Abantidæ soror Periphanto Laciniæ fratri nupta erat. Sosa
uocabatur mulier, quæ noctu cum Argos urbem misit, pu-
tans ad se diuinitus puerum delatum. Inde Argis apud hospi-
tes paternos educatus est, & cum robustum corpus haberet, se
se in palæstra gymnasiisq. ceteris exercuit. Clinias, & Aristo
dialecticus Abantidam tyrannum in foro trucidantur. Inde
Nicocles interempto postea Abantide patre, qui in filii lo-
cum successerat, tyrannum intefecit, cum Aratus plurimum
nominis haberet, Sicionij exules ad eum se conuerterunt.

Inde Aratus coacta exulum,& quorundam aliorum manu. Si-
cyonē noctu scalis ingreditur, & incēsa tyranni domo ipse Ni-
cocles p cuniculos euasit, exules reuocati sunt in ciuitatē, tū q̃
à Nicocle numero 80 tum, qui à superiorib. tyrannis non pau-
ciores. 30. eiecti è ciuitate fuerant. Cumq. inopes plurimum
rediissent, possessiones suas repetebāt, uillasq. ac domos adeū-
tes, in magnā difficultatem,& animi solicitudinem adduxerūt
Aratum cernentem seditionibus ciuitatem agitari. [His rebus
anxius optimum consilium excogitans, rerum summum ad
Achæos detulit, atq. ita Sicyonios Achæis coniungens, unum
corpus effecit 15. talentis dono à Ptolomæo rege acceptis, sta-
tuit suorum necessitati consulere, ea quippe ciuib. suis ad re-
dimendos captiuos, siue ad aliam necessitatem egentib. diuisit.
Instantib. uero exulibus, vt sua sibi bona redderentur, possesso-
resque deturbare uolentibus, cum sanari id malum nulla ratio
ne posset,& exitium ciuitati instare uideretur, perspexit unam
tantum rem in Ptol. liberalitate sitam esse. Igitur in Aegyptū
nauigatis, à rege opulentissimo precibus impetrauit, ut disso-
lutionem debitorum ad componēdas ciuium discordias nume
rosa pecunia leuaret. Ptolomæo Aratus ualde familiariter ute-
batur, quem signis, & tabulis ex Græcia missis sibi deuinxerat.
Nam cum in eiusmodi rebus non parū iudicij haberet, & quo-
tidie aliquid opis summorum artificum in primisq. Pāphili, &
Melanthij studiose conquirēs ad regem mittebat. 50. tal ab eo
accepit ad componendum statum ciuitatis, quorum 40. secum
asportās in Peloponensum rediit, reliqua missa sunt. Fuit igr̃
magnū & laude dignū tātā pecuniæ ui ciuib⁹ parare suis, cuius
exigua parte alij Imperatores,& principes ciuitatū accepta à re-
gibus, suam sibi patriam turpiter seruire coegerunt. Maius et iã
quod his pecunijs sublatis simultatib. inter pauperes,& locuple
tes reconciliata pax est, populo autem vniuerso salus cum secu-
ritate parata. Admirabilis pfecto illius in tantis operib. inquit
Plut. tantisq. honorib. modestia fuit. Honores Arato publicè
decreti fuerunt,& ab exulib. priuatim erecta statua. Eius ciui-
tas Sicyon urbs Achaiæ iuxta Isthmū, vbi dicitur pictura inuen-
ta. [Profectus] Discedēs ab Argis, vbi fuerat educatus apud ami
cos paternos. Argi non multum distabant à Sicyone. [Clande-
stino] Nocturno, quoniam noctu ingressus est vrbem cum exu-
libus,& tyrannis. Nicoclis domum incendit,& patriam asseruit
suam per 50. annos à tyrannis uexatam [Methodum] Plut. di-
cit fuisse Nicoclē, forte Methodeus Nicoles appellabatur, aut
Plut. secutus est alios annales. [Improuiso] repente. i. clandesti-
na inuasione, ac impetu oppressisset. Plut. dicit tyrannum eua
sisse noctu per cuniculos. [In bonis] rebus amissis prius, cum
amitterētur in exilium. [Quod,& eos] Hæc erat difficultas. [Re
stituerat] Reuocauerat ab exilio. [Egere] Inopes esse amissis bo
nis, quæ ab alijs possidebantur. [Et 50. annorum] Hæc erat alte
ra difficultas, quantum ad eos qui iam per 50. annos bona do-
nata à tyrānis possederant, pulsis iustis dn̄is. Mutare igitur has
possessiones arbitrabatur iustum non esse. [Propterea quod]
Nō quare nō videbat̃ iustū. Iudicauit ergo has possessiones nō
eē adimēdas possessoribus,& satisfaciēdū esse illis quorū prius
fuerāt. Hæreditatib.] Relicto iure hæreditatis,& multa uēdita,
& tradita dotis noīe. [Illis] qui possidebāt. [His] quorū fuerant
prius possessiones. [Cum statuisset] Pro certo habuisset,& ple-
nè cerneret, indicassetque. sic alibi, dicit, statuere autem, qui
sit sapiēs. Hoc maximè videtur esse sapientis. [Alexandriā] quæ
est vrbs Aegypti. [Hospitem] Amicū, quoniā eo familiariter vte
batur Aratus. [Alter] Secundus postquā cōdita fuit Alexādria.
[Docuisset] Aperuisset causam, quare illuc nauigasset, quoniā
nō poterat suos ciues cōponere sine pecunijs. [Vir summus] Sū
mę auctoritatis, & laudis [Grādi] numerosa, qm̄ Ptolomęus
erat opulētissimus, à quo accepit. 150. tal. [Principes] Primos ci
uitatis. [Cognouit] Iudicauit, & perscrutatus est. inde cognitio
dicitur indiciū, siue iudicatio. [Præfecit] Præposuit, & elegit
quosdā, qui agris æstimandis præessent. æstimare est preciū im-
ponere. [Cederent] Habendas alijs permitterent. [Quod tanti
esset] i. accipere pecunias, quæ tantū valerent, quantū possessio
nes ab alijs occupatæ. [Suum] possessiones quas amiserant. [O
uirum magnum] laudat Cic. prudentiam Arati, modestiamq;,
& studium erga patriam, & ciues, detestaturque Syllam, &
Cæs. tyrannos, qui bona ciuium sub hasta uenire iusserunt vo-
ce preconis. [Magnum] Magni nominis, & auctoritatis, ac
dignum, qui Romæ natus esset. [Sic est par] Decet. [Bis]
tempore Syllæ,& Cæs. [Hastam ponere] Vēdere bona ciuiū sub
hasta voce preconis. Vnde Mar. Venderet excultos colles cū pre
co facetus. [At ille Grecus] Aratus Sicyonius putauit omnibus
consulendum esse, quod fuit officium prudentis uiri,& sapien
tis. [Eaq; est] Ponit nunc quid deceat sapientiam summi ciuis,
omnes. s. eodem iure continere,& bona ciuium defendere [Ra
tio]. i. ars prudenter iusteque uiuendi. [Summa] perfecta pru-
dentia seruire commudis reip.& ciuium. [Diuellere] Diripere,
distrahere, atque dissipare. Plato in epist. ad Dionis amicos sic
scribit: Ei uero qui præclarissima sibi patriæq; affectant, nihil
unquam nisi rectum pulchrumq. potest accidere. [Eadē æqui-
tate] Pari iustitia, ut non præualeant aliqui potentes,& inopes
deprimantur, & cauendum est ne diuitijs affluentes in aliena
bona possessionesq. inuadant,& ne alij è suis locis bonisq; pel-
lantur, quod est contra iustitiam, Vnde dicit Cic. faciēs de hac
re contētionem,& propositionem, habitatur gratis. [In al.] In
re non sua. [Quid ita?] cur? quęrit à se Cic. cur in alieno gratis
habitatur, quoniam. s. eripiuntur bona aliquibus, quamuis in
ipsis comparandis multum impenderint,& alijs dantur, qui in-
uito priore domino bonis fruuntur, & gratis in alio habitant.
[Tuear] Defendam [Fruare meo] Vtaris,& uoluptate. Capias
ex rebus meis. [Quid est aliud?] q. d. nil aliud est, quam id quod
dixit, ut quis emat, & alius fruatur rebus emptis aliena pecu-
nia. [Tabulæ uero nouæ] nunc de creditoribus debitoribusq;
intelligit, qui ęs alienum soluere nolunt, in quorū gratiam ta-
bulæ in foro ponebātur,& leges quibus uolebant, statuebātq;
illarū auctores, ut æs alienum debitorib. donaretur, quod rei-
pu. perniciosissimum est. Tabulæ nouæ dicebantur, quādo vel
Senatus decreto, uel imperatoris edicto decernebatur, ne alie-
num æs à debitoribus exigi posset. Id fiebat in plebis subsidiū,
quæ potentiorum fœnore ita interdum opprimebatur, ut sol-
uere non posset. Lex nouarum tabularum erat nominū. i. debi
torum, quæ in tabulis scribebantur abolitio,& expunctio. qua
propter expunctum nomen, deletum significat debitum. Vnde
Plaut. in Cist. Quod restat uolo persoluere, ut expungatur no-
men, ne quid debeā. Cū igitur tales proponuntur tabulæ, quid
significant, nisi ut ex pecunia credita quis emat fundum? & cre
ditor pecuniam non habeat? debitor autem habeat fundum a-
liena pecunia emptum? quod est contra omnem æquitatem.
Seneca dicit: Nisi fortè existimas tenui,& fabuloso sermone,&
agilibus argumentis prohiberi posse rem perniciosam benefi-
ciorum nouas tabulas. [Quid argumenti] quid sententiæ. [De
monstrationis] Proprietatis, significationis. Argumētū in hoc
loco sententiam significat, ab arguo, quod idē est, idem q̃d de-
mōstro, sic apud Ouid. Qui latus argueret, corneus arcus erat.
[Quamobrem] concludit Cic. quid agēdum sit. [Ne sit æs alie-
num] Ne sint debitores, qui reip. noceant. [Potest caueri] Vita-
ri potest multis modis, ne s. æs alienum noceat reipub. n si erit
istud, vt creditores suam pecuniam perdant,& debitores aliena
lucrentur, quod maximè noceat reip. p p dissensiones, quæ uio
lata fide oriūtur: fides autē uiolatur, cum pecunia credita non
soluitur,& sic uiolatur iustitia, cuius fundamentum est fides.
[Si hoc non fuerit] Pōt inquit caueri, nisi tabulæ nouæ propo
nantur, quib. pecuniæ donantur debitoribus. [Vt locupletes,]
Hoc est quantum ad legem agrariā, qua locupletibus agri adi-
muntur,& dantur egenis [Debitores lucrentur] Hoc pertinet
ad nouas tabulas, quę proponebantur in gratiam debitorū. Et
go, inquit, si hoc non fuerit, alia uia prouideri potest, ut æs alie
num dissoluatur. [Nunquam uehementius actū est] Prima Ci-
ce. cura,& cōmendatio in consulatu fuit legis agrariæ dissua-
sio. Inde furores Catilinæ,& aliorum cōiuratorum oppressio,
qui p p magnitudinē æris alieni bellum ciuile optauerant, &
tribunos legis auctores in senatu grauissima oratione adeo fre
git, vt loqui amplius nō auderēt. Oēs obęrati Catilinæ fauebāt,
& cū pleriq; postularēt, vt Cati. belli p̄mia proponeret, auct. Sal.
ille nouas tabulas, proscriptiones locupletū, magistratus, sacer-
dotia, rapinas, oīa deniq;, q̄ bellū atq; libido uictorū desiderat,
pollicebatur. Adde ēt, q̃d ipse C. Antonius Cic. collega propter
magnitudinē æris alieni, non inuitus de cōiuratione audiebat,
huic malo Cic. industria occursum est. [Vehemētius] Maiori co
natu cū ego essem cōsul. Armis, & castris] h. d. propter Catil. &
alios coniuratos, qui æs alienum conflauerant,& arma sumpse
rant cōtra rēp. & Cic. consulem, & optimates trucidare para-
bāt. [Ab omni genere hominū] Et ordine senatorio, quoniā ex
ordine senatorio, vt scr. Sal.& equestri,& nonnulli nobis ex mu
nicipijs cum Catil. erant ex plebe. [Vt hoc malum] ne. s. pecu-

ni a credita solueretur.[Nec maius]Aes aliȩ.nunquàm fuerunt
tot obærati. His amicis socijsq; confixus Catilina,inquit Sal.si-
mulq; quod æs alienum per omnes terras ingens erat.[Fraudã
di.n.]Ratio quare facilè, & bene dissolutum fuit æs alienum .
[Sublata]Amota fraude,quoniam oppresso Catil. non potue-
runt obtinere,ut æs alienum condonaretur.[Spe] Apparentia
fraudandi creditores.quoniã nulla spes fraudis relicta erat cum
Cic.consul summa prudentia reip.gubernacula teneret.[Vt ue
ro hic noster uictor]Cæs.taxat,& qui agros populo diuisit,ue-
ctigales reip.& largitionib.alijsq; rebus per æquitatem,sibi ple
be deuinxit, ut ad id quod cupiebat perueniret p fas, & nefas .
[Hic uidetur uictor]Cæs.qui remp.occupauit. [Nũc victus] Ex
stomacho loquitur in Cæs. qui cũ uoluisset esse uictor,postea
fuit uictus,& à coniuratis oppressus. [Quæ cogitarat] Cum.s.
ad imperium tenderet.vnde dicit in quadam epist.ad Atti.Cæs.
in consulatu confirmasse regnum,de quo ędilis cogitarat.[Per
fecit]Executus est cumulatissimè.[Cum eius iam nihil interes-
set].i.cum ad ipsum iam nihil pertineret , & non ageret gratia
populari, quoniam potiebatur iam rerum . Cum igitur nullã
utilitatem ex largitionib.expectaret, quoniã habebat id quod
optauerat,tamen hic largitionib.usus est.Sẽsus est:Alij qui no-
uas tabulas proposuerunt,fauorem captabant , & ob id supre-
mum locum quærebant, aspirabantq; ad principatum fauorẽ
populi.Cęs.uero cum iam esset imperator,& nihil eius interes-
set,quoniam ad optata peruenerat,tamẽ ea perfecit,quæ prius
cogitarat,cum ad principatum quẽ animo suo effinxerat,om-
ni uia properaret. Adde etiam,quod Cæs. in coniuratione Ca-
til. nominatus fuit , & sic Cæs. malum animum notat,qui pec-
candi libidine tenebatur.Nam cum nullam vtilitatem caperet,
aut expectaret ex his largitionib. tamen ut peccaret , dilargie-
batur.Suet.in hac re Cæs.laudat,nec Cic.adstipulatur . ait.n.in
Cæs.de pecuniis mutuis disiecta nouarum tabularum expecta-
tione,quæ crebro mouebatur , decreuit tandem , ut debitores
creditorib. satisfaceret per æstimationem possessionũ , quanti
quisq; ante ciuile bellum comparuisset deducta summa æris
alieni, si quid usuræ nomine numeratum , aut perscriptũ fuis-
set, qua conditione quarta pars penè debiti deperiebat.[Libi-
do]Effrenata uoluntas. Etiam si non esset causa peccandi, qm̃
iam rerum potiebatur,& non egebat auræ popularis, ut illa e-
uectus ad summum gradũ ascenderet.[Ab hoc igitur]Conclu-
dit Cic.fugiendum esse à talib. largitionibus,quæ sunt cõtra ę-
quitatem.[Tuebuntur]Defendent,gubernabũt,regentq;.præ-
cipit Cic. quid agendum in tali re sit his,qui reipu.præsunt qm̃
seruata iudiciorum æquitate, suum quisq; possidere debet.
[Circunueniantur]Decipiantur à potentioribus, & ꝙ ipsi diui
tes possint sua defendere,& amissa recuperare,nec ipsis noceat
inuidia,qui sunt diuites.[Obsit]Impediat,qm̃ solemus inuide
re potentioribus. [Vectigalibus]Redditibus,pub.uectigalia in
telligũtur ex quibus vectigal fiscus capit,quale est uectigal por
tus,uel rerum uenalium item,& salinarũ,& metallorum.[Hæc
genera off.]De quib.disputatũ est.[Persequuntur] qui studio-
sè amplectuntur,& diligenter exercent. [Cum utilitate reip.]
quod est valde optandum curandumq;,ut omnia ad illius uti-
litatem referantur. [Gratiam]Beneuolentiã . [In his autem]
Ponit ea , quæ Antipater philosophus putabat esse à Panætio
prætermissa,quæ ad utilitatem pertinent,de qua in hoc uol.di
sputatum est. Antipater fuit ex Tyro phœniciæ,& Stoicæ disci-
plinæ addictus, qui post Panætium de officiis scripsit,& quædã
necessaria omisisse Panætium dixit,quæ Cice. perstringit, cum
sint in promptu.[Censet]Iudicat,& putat.[Curationem] quo
debeamus curare ualetudinẽ,& pecuniam,quæ duo circa utili-
tatẽ uersantur.[Præteritas]omissas à Panætio certo cõsilio,qm̃
essent faciles,& in prõptus.omnes.n.hoc sciunt . [Sunt utiles]
Pertinent ad hanc disputationem , quã in manibus habemus
de utili.[Sed ualetudo]Dat Cic.præcepta de his quæ à Panętio
prætermissa sunt tanquàm facilia . [Notitia sui corporis] Vt
unusquisq; sciat suã naturã,& dispositionẽ naturalem,& quid
illi prosit,obsitq;,ut cauere possit obseruatione,adnotatione,
animaduersioneq;.[Et continentia]qm̃ incontinens diu uiue-
re non põt,cum omnib.vtatur sine aliquo discrimine.[Tuẽdi]
Conseruandi in prospera ualetudine, [Et prætermittẽdis uolu
ptatib.]Prætermittendo uoluptates , quæ sunt esca malorũ , &
uirile corpus eneruant. Vnde Plin.in epist.laudat Spurinã,ꝙ ha
beret uiuidum corpus,& validum , perspicuamq; oculorũ aciẽ
p.p cõtinentiã,quæ auct.Laertio,Socratẽ à peste tutũ reddidit
Athenis,quæ totam urbem infecerat.[parsimonia] Vt finit Se-
neca,est scientia uitandi superuacuos sumptus,aut ars re fami
liari moderatè utendi.[Arte]Eorum medicina, & medicorum
præceptis.[Res autẽ familiaris]Transit ad alteram partem, do
cens qũo res familiaris quærẽnda sit. [Turpitudo] .i.honesto
lucro quærenda est res domestica,& augẽda. [Has res] quibus
est quærenda res familiaris, & augenda[Xenophõ Socraticus]
Discipulus Socratis. [Oeconomicus] De re familiari tuenda .
[Commodissimè].i.aptissimè ac eruditissimè,Soc. Xenophon-
tẽ in œconomico dicit , œconomiam esse scientiam augendæ
domus,cuius applicatione omnis possessio cõtinetur, quæ vti-
les fructus parit his uerbis,possessionem ꝙ cuique utile sit ap-
pello. Hæc Cice. interpretatio non extat, nec extabat tempore
Quin.Arist. autem , ut dictum est,composuit lib.œconomicos
in quib. præcipit qũo paterfamilias dẽt gubernare suã domũ,
& quærere atq; augere rẽ domesticam , sic ẽt facit Xenophon.

ADD.

NAE illi quidem multa secula expectanda fuerunt. Sensus
est. Certè multa secula expectanda Pontio fuerunt , quoniam
in urbem Romam, & mores principum sero auaritia immigra
uit. [Modo.n.].i.non multo ante auaritia urbem inuasit, at-
que corrupit .

FRAN. MAT.

Capit autem &c.]Sed in uniuersa reip. administratione hoc
præceptum primum est,& maximum, ut uitent principes aua-
ritiæ suspicionem,quia nihil sordidius principib.auaritia, & re
ctè hoc præcipit,nam cum de liberalitate loquatur,uitiũ osten
dit illi maximè contrarium . Quid.n. tam contrarium liberali-
tati,quàm auaritia?[Vtinam,inquit C.Pontius &c.]Hic est ille
Pontius Herennius dux Sannitum,qui ad furcas caudinas sub
iugum misit exercitum R.& Minutium,atque A.Pisonem du-
ces eius.Fertur hic,M.Curio ,qui consul contra Sãnites pugna-
bat,magnũ auri pondus misisse , quod Curius respuit,dicens,
Nõ aurũ habere præclarũ sibi uideri , sed eis qui haberent im-
perare.Iccirco Põtius Sãnis optauit se tunc nasci,cũ Rom.auiũ
acciperẽt. hunc excitauit ab inferis Enn.& sic loqui fecit, cũ de
rep.Rom.loqueretur,& uideret uiros longè dissimiles factos il
lis quorũ ipse tempestate fuerat:Vtinam illis temporib.serua-
tus essem,quibus pop.R.munera accipere cœpisset.statim.n.ef
fecissem,ut illorũ imperium rueret.hæc autem dicens ostendit
nullũ peius uitiũ in iis qui gubernant,auaritia. Iugurtha quo
que dixisse traditur;O urbem uenalem,& cito periturã, si em-
ptorẽ inueneris.[Næ illi quidem &c.]Ducenti anni satis erant.
Quadringẽtesimo.n.anno ab urbe cõdita mortuus est Põtius .
Cic.tpe annus agebatur sexcentesimus,seculũ aũt est centũ an
norũ spatium,igitur duo tm̃ secula expectanda fuerunt.[Ne il
li quidem]Non erat,inquit,diu expectandũ , & ducenti propè
anni fluxere ab illo tẽpore,qñ omnia corrupta sunt.[Modo.n.
hoc malũ].i.paulo ante.[Malũ]Auaritia , & studium munera
accipiendi.[Inuasit]Tanquàm hostis Iuuen. Sæuior armis lu-
xuria incubuit.[Tantũ fuit rob.]placet ante hæc tẽpora Põtiũ
fuisse.si.n.nunc esset,facilè uos uinceret,tũ donis,tum fortitu-
dine.[Nondũ centũ &c.] Antea non fuisse auaros magistratus
Rom.ex eo probat,ꝙ lex repetundarũ lata nõ fuerat,quæ aua
ritiæ causa lata postea est. repetundarum accusatur aliquis , ꝗ
cum esset magistratus prouincialib. aut vi,aut dolo eripuerit
pecunias,aut uasa preciosa,uestẽ,frumentũ,nauigia . Et cũ re-
petundarũ dicimus aliquem accusari,intelligimus pecuniarũ,
quo nomine omnia cõtinentur,quibus diuitiæ consistant L.Pi
so frugi contra repetundarum crimen, ut scrib. Ascon. primus
tulit legem,ut qui accepta pecunia, uel iniquè sentẽtiã protu-
lisset,vel impeditus per largitionẽ, æquã non tulisset,aliud ue
iniustè fecisset,dãnaretur.Tulit legem hanc,Piso.Censorino,&
Mãlio Coss.Antea qõnes nullæ erãt,causas egit idẽ Piso , & an-
nales scripsit satis exiliter.auct.Cic.lib. de Cl. Or. [At uero po-
stea &c.]Post hãc legẽ latã aucta sunt hominũ vitia, & aliæ du-
riores sunt latæ,ut peculat᷒.M.Attilius Glabrio, & legẽ, & ipse
tulit de pecunijs repetũdis,sed multo seuerìorẽ,in qua ne cõpe
tẽdarij quidẽ sint.[Tot rei qui dãnati sunt,ut Verres.]Tãtũ Ita
licũ bellũ p.p iudiciorũ metũ.Italicum,quod,& sociale uocatũ
est,exortum dicit.qui.n.rapinarũ conscii erant, iudicia metue-
bant,ne qõnes repetundarũ contra se exercerentur,& cũ penes
equites essent iudicia , nõ aliã ob causam nisi eorũ metu ea ad
se transferre senatus conatus est.Res aũt ita hẽt , C. Gracchus
Tiberij frater trib.pl.aliquas leges tulit,inter quas, frumẽtariã
tulit, ut semisse,& triente frumentum plebi daretur. Altera le-
gem agrariam , quam frater ius tulerat , ne quis ex publico

agro

agro plusquã decem iugera possideret. Tertiam quæ equestrẽ cum senatu consentiente coniũgeret, 300. senatores erant, 6. equites, ut 300. senatoribus admiscerentur. i. ut equester ordo bis tãtum uirium in senatu haberet, & sic equester ordo q̃dq̃d uolebat in republ. statuebat, & iudicia penes eum erant indignante senatu. & timẽte ne contra se iudicarent, metus autem proficiscebatur ex conscientia mali. notant. n. quas fecissent in magistratib. rapinas. Cum ergo senatus potentiam equestris ordinis in iudicijs exercendis ferre noller, uectigalia tantum interceperat, suo que iure remp. peculabatur. Metellum, & Rutilium uirum summæ innocentiæ exilio damnauerat, omnique ui niti cœpit, ut ad se iudicia transferrentur. Seruilius Cœpio equitum partes asserebat. M. Liu. Drusus, causam senatus sustinebat, uterque trib. pl. erat, sed Drusus, ut uires sibi acquireret perniciosa spe largitionis plebem concitauerat. Idẽ, ut maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur, socios, & Italicos populos spe ciuitas R. solicitauerat. hisq; adiuuantibus, per uim leges frumentariam, agrariamque tulit, & iudicialem, ut æqua parte iudicia penes senatum, & equestrem ordinem essent, cum deinde promissa socijs ciuitas præstari non posset, irati Italici defectionem cœperunt agitare, & bellum ingens multiplex ac periculosum excitatum est. Liu. Drusus etiam Senatui inuisus factus, uelut sociali belli auctor, incertum à quo domi occisus est. Gladius sutoris eius femori infixus compertus est. uides ergo quomodo metu iudiciorum dum ab equitibus ad se ea transferre vellent senatores, tantum bellum excitatum est, quod ait Cic. [Direptio so.] præpositi n. prouincijs prætores proconsules socios spoliabant. vade, & Iuuen. ait, Inde Dolabella. atque hinc Ant. Illinc sacrilegus Verres referebant puppibus altis occulta spolia, & plures de pace triumphos. [Legibus] scriptis. [Iudicijs] quando habentur secundum leges. [Imbecillitate al.] si populi uiribus suis possent nos inuadere, non uiuerent sub imperio nostro, & nos non uirtute, imperamus, sed uiribus, quas si populi haberent, quibus ac iniurijs nostris se uendicarent, nunquam nobis parerent. antea uirtute parebant cum in illos, & nos æqui eramus, nũc uero iniqui, cum eos expilemus. [Laudat &c.] ostendit, quomodo à maiorum parsimonia, & frugalitate Rom. multum discesserunt. Et Panæt. inquit, laudat Africanum, quòd abstinens fuerit, sed laus illa fuit illi communis cum multis, cum omnes ferrè illo tempore continentes essent. Panæt. Africani superioris præceptor fuit, quem omni uirtute insignẽ esse prædicabat, sed in primis abstinentia. [Sed in il. alia ma.] Vt liberalitas, pudicitia, imperatoria maiestas, uirtus bellica. [Sed etiã temporum illorum &c. [tempora. n. ipsa eiusmodi erãt, vt tũc omnes bene uiuerent tempora, & derogat multum uirtuti, & adiuuant. Nam qualia ipsa sunt, tales homines solent esse, si fuerint pacifica, & homines pacifici sunt, si bellis plena, & homines sunt bellicosi, & Virgilius ait, Nati melioribus annis. [Omni Macedon. &c.] Laudat abstinentiam, & continentiam Pauli Aem. qui cum de Perse Macedonum rege triũphasset, & tantum auri atq. argenti aliarumq. rerum præciosarum ex Macedonia aduexisset, ut ærarium impleretur, & finis tributis imponeretur, nihil in domum suam tulit, ergo illi ueteres imperatores non solũ à sociorum bonis, sed etiam hostium abstinebant. [Gaza] omnibus opibus, Persicum est uocabulum, sic Persæ ærarium uocant. fuit hoc nomine ingens, & munita ciuitas Palæstinæ, in qua Cambyses cum armis Aegyptum peteret, belli opes, & pecuniam intulit. [Finem trib.] Antea tributum imperabatur, ut stipendia militibus tribuerentur, post deuictũ Persen tantum auri, & argenti illatum est in ærarium, ut ex publico stipendium militibus daretur, non autẽ tributum imperaretur. [Imitatus patrem Africanus] posterior. s. qui Numãtã deleuit, & Carthaginẽ sustulit, patrẽ imitatus est. s. Paulũ Aemil. cuius naturalis fuit, sed trãsiuit in familiã Scipionũ ad optatus à P. Scipione valetudinario maior Scip. filio, qui procreare filios non poterat. [Quod, q. &c.] L. Mũmius bellũ gessit cõtra Achaicos, vrbẽ opulẽtissima, & munitissima pelopõnesi Corĩthũ euertit, Achaię caput, & Gręciæ decus. Quãtas illinc opes aduexerit Mumius, Florus declarat his verbis, Quid signorũ, q̃d vrbiũ? q̃d ue tabularũ raptũ, incẽsum, atq. proiectũ est? quantas opes, & abstulerint, & cremauerint, hinc scias, quod q̃dquid Corinthi æris toto orbe laudatur, incẽdio su pfuisse cõperimus, nã, & ęris notã præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria, quia incendio permixtis plurimis statuis, atq; simulacris, æris auri

gentique, uerè in commune fluxerunt. [Quamq; &c.] non potest esse Italia ornata, quin cuiusq; Itali ornatior domus sit, cũ Italorum patria, & domicilium sit Italia [Nullum igitur &c.] Concludit nunc dicans, nullum uiriũ fœdius esse auaritia gubernantibus remp. turpe contra uirtutem. [Sceleratum] Contra ius humanum. [Nefarium] Contra ius diuinum. [Itaque quod &c.] Rationem suam auctritate Apollinis confirmat, qua nulla maior, nisi Iouis. Cũ Lycurgus leges Spartiatis dedisset, Apollinem sciscitatus est, quamdiu Lacedæmoniorum imperium duraturum esset. Respondit illud perpetuo duraturum, nisi auaritia perderet. hoc responsum, inquit Cic. non Lacedæmoniis tantũ, sed omnibus rebuspub. datũ arbitror. Apud Roma. quãdiu paupertati, & parsimoniæ honos habitus fuit, incolume fuit imperium, postquã uero auaritia, & luxuria inuaserunt, corruit resp. [Nulla autem re &c.] Beneuolentiam populi nulla re facilius comparari posse dicit, quã abstinentia, & continentia, hæ uirtutes contrariæ omnino sunt auaritiæ, & non nihil inter se habent differentiæ. Abstinentia. n. est à reb. alienis, cõtinentia à suis. verbi causa licet uti reb. tuis, sed tamen si moderatè uteris continens. Abstinens uero si non attigeris res alienas, etiam si id fieri per te possit impunè. Tales illi reges Lacedæmonii fuerunt, ut Agesilaus, qui abstinentes, & continentes erant. Nã in bello iisdem cibariis quibus gregarij milites utebãtur, iisdem sagis, nec uictu, aut cultu corporis utebantur sumptuosiore, nulla deniq; in re ipsi militibus superiores uidebantur. Erat hæc continẽtia. licebat n. illis cum reges essent formosiorib. armis, & sumptuosiore cultu, ac uictu uti. Erant, & abstinẽtes, nã uictis hostib. spolia sibi nõ assumebãt, sed ĩter milites diuidebãt, prædam in ærariũ referebãt, nihil ipsi attingebant, & solam gloriã reportare contenti erãt. [Qui uero populares] Nunc præcipit nõ esse eam publicè largitionẽ faciendã, ex qua discordia sequatur in ciuitate, aut contra iustitiã fiat, cuius proprium est, ut ex dignitate omnibus prosit, obsit nemini. est autẽ id q̃d præcepit superius, nõ esse liberalitate utendũ cum incõmodo cuiusquam, ut aliis prosis, aliis noceas, non tamẽ est repetitio, nã quod superius proposuit, nunc tractat, & ostendit exẽplo, qualis sit illa largitio, q̃ cum alicuius fit incõmodo. Illã aũt dicit esse laudabilẽ, quæ omnib in uniuersum utilis est. [Populares] qui uolũt populo grati esse. [Agrariã rẽ] videlicet legem, ut ager q̃ aliquãdo publicus fuerat, & à nobilib. occupatus possidebatur, rursus publicus fieret, & uiritim diuideretur, q̃d sine perturbatione reip. fieri non poterat [Creditor] Multi fuerunt qui legẽ tulerunt de nexis, ut apud Liu. legitur, ut qui à credito rib. tenebantur, cum soluẽdo non essent, dimitterentur, & liberarentur, q̃d sine dãno creditorũ fieri, & detrimento non poterat, ut nouæ fierent tabulæ, & uetera debita abolerentur, quod post dicetur. [Concordiam. n. &c.] Rõ. nã ita diffinitur: Iustitia est uirtus unicuiq; ius suũ tribuẽs ex dignitate, sed cum ea quæ auferũtur alis, aliis donãtur, iustitia esse non põt, ubi uero ea nõ est, discordia sit necesse est. [Aequitas] ut æquo iure oẽs uiuãt, nec plus cõmodi habeat hic quàm ille, aut plus incõmodi suscipiat.] Id. n. &c.] Eã, inq̃t ob cãm sup. dixit conditas ciuitates, ut secure sua quisq; possideat, licet natura oẽs in unũ congregare uoluerit, quæ fecit hoĩem aĩal sociabile. [Suæ rei] propriè cuiusq; rei. [Atq. in hac pernicie] Cũ ergo discordia sequatur tales largitiones, sæpe accidit, ut illis utentes dũ se conciliaturos sibi populi fauorem sperant, in odia incidant capitalia. [Nã cui res &c.] Ratio primo quidem inimicum illum habent, cui abstulerint res suas, deinde q̃ nec etiam amicitiam eorũ cõparãt, quib. dãt. aliq̃s. n. cui pecunia credita, condonatur, dissimulat se accipere uelle, timẽs ne adeo pauper existimet, ut satisfacere non possit. dissimulat ergo se accipere nolle, quasi iniu- tus acceperit. [Dissimulãt &c.] ꝓpea nõ debent iis, qui benefaciunt [Non fuis. sol.] Ne ideo pauperes existiment, ut satisfacere creditorib. non potuerint. [At uero ille &c.] qui aufert, id q̃d suum erat, ut agri, ut pecuniæ creditæ. [Præ se fert] ostẽdit dolorẽ suum, nec efficere potest, quin ulciscatũ possit. [Nec si plures &c.] quia illud occurrebat, quid illud refert, si auferã ingentes pecunias, deinde conferantur multis? nõne plures erũt, qui mihi fauebunt, quã qui aduersi sint? non. nã si etiam plures sunt, non tñ potẽtiores habendi, qm̃ ad amicitias cõparandas, non est cõsiderandus numerus hominũ, sed pondus, & æstimatio. [Quã autẽ &c.] redit ad rẽ, & oñdit nõ agi, q̃d intẽdũt, sed discordiã inuehi in ciuitatẽ ab iis, qui hãc largitionẽ faciũt. nũc oñdit cõtra æquitatẽ facere. nõ. n. æquitas esse põt in agri diuisione,

Gregarij mil.

Lex de nexis.

ſione,ut his auferatur, qui multis annis poſſederunt,cum præſertim præſcriptione ipſa poſſit agrũ ſuũ dicere, quoniam diutiſſimè poſſedit. [Atque propter hoc] Quod probauit rationibus,nunc exemplis oſtendit, uidelicet eiuſmodi leges agrarias, & de addictis non eſſe ferendas,quoniam fit contra æquitatem eſt autem primo exemplum Lyſandri , deinde Agidis Hiſtoria hoc debet,Cum Agis Lacedęmoniorũ rex eſſet,Lyſander Ephorus cum eo ſentiebat,ut uidelicet primũ credita pecunia multitudini donaretur deinde,ut agri uiritim diuiderentur:& ſic, erant duæ leges,fœnebris,& agraria,& etiam ciuitas in eum ſtatum redigeretur,in quo fuerat à Lycurgo conſtituta.Cum hæc ageret Lyſander, ſtatim pulſus eſt cum duob. regib. Cleõbroto,& Agide, Leonida in regnum reuocato. Cleonbrotum,qui metu reuocati Leonidæ in Neptuni templum confugerat cõplexum aras filiæ ſuæ. Cleanidi Leonidas condonauit. Agin vero,qui ad templum Calcheæ Palladis , quod erat ex ære confugerat,rediens ex Balneo proditum ab Amphereo,& Demochate,in uincula coniectum,ut mos eſt latronum, ſtrangulauerũt hæc ergo mala dicit contigiſſe Lacedæmonij propter has leges latas à Lyſandro. Ephori antem magiſtratus erat apud Lacedæmonios,penes quos ſummum imperium erat,ut ait Probus.ijs etiam regib.prætereant.nam eos,ſi contra leges præſcriptas feciſſent,puniebant. ſic dicti,quoniam prouiderent ne quid reſp. detrimenti caperet ἐφορᾶν enim reſpicere, & obſeruare eſt , vnde ἔφορος præſes,præfectus,epiſcopus.[Expulerunt]Leonida reuocato. [Quod nunquam acciderat , necauerunt] Nihil ſceleſtius Spartani ędidiſſe creduntur,cum ipſi hoſtes manus regib. inferre uererentur. Et in toto bellis quæ Lacedæmonij geſſerunt vnum tantum mõ regem eorum Cleonbrotum à Macedonib. ad Leuctras haſta ictum occiſum conſtat Meſſenij etiam Theopompum ab Ariſtomene occiſum fuiſſe dicunt, ſed res in dubium trahitur , Agin uero primum conſtat ab Ephoris Lacedæmoniorũ occiſum fuiſſe.[Conſtituta]legib.Lycurgi.[Nec ſolum ipſa accidit &c.]Corrupta rep.Lacedæmoniorum etiam reliqua Gręcia eius imitatione corrupta eſt.[Cõtagionib.]quia quædam quaſi contagio in reliquã græciam diffuſa eſt . [Quid noſtros Gracchos &c.]Dixit de externis,nunc tranſit ad R.[Africani nepotes?]Filij Corneliæ filiæ Scip.ex T. Sempronio Grac. qui ambo agrarijs legibus,& frumentarijs,ac iudiciarijs latis periérunt, alter à Scip. Naſica,alter à L. Opimio cos.ſeruata occiſus. [At uero Aratus] contrarijs nunc utitur exemplis , eorum uidelicet,qui æqualitate euerſa rep. in optimum ſtatum reuocauerunt , ut Aratus Sicyonius.hic magnę fuit auctoritatis, & propterea ab Argiuis accitus,ut eorum remp. componeret.Dũ abeſſet,patriam ſuam tyranni occupauerũt.Quare,& ſi in ſummo honore erat Argiuis,tamẽ animus eius cõquieſcere nõ poterat.captata igitur occaſione auxilio Argiuorũ, clã nocte profectus patriam ingreſſus eſt,& Meteoclem tyrãnum in uiucula coniecit, cõplures in exiliũ miſſos reuocauit,huius vitam Plut. ſcripſit,quæ habetur.Sicyõ ciuitas fuit Achaiæ ægialos prius,& Mechona appellabatur,in tumulto poſita Ceteri dicato lõge à mari ſtadijs 20.ut alij dicũt 12.Sicyonię terrę,atq.Corinthiæ terminus eſt,Ne mea fluuius auct.Strabo. [Argis] Vbi principatũ tenebat.[Exules]A tyrannis in exiliũ miſſi.[In bonis]Et poſſeſſionib.quia alii exulũ bona, & poſſeſſiones occupauerunt, & ſi exulib.reuocatis reſtituere voluiſſent,id ſine tumultu,& ſeditiones fieri nõ poterat,cũ diu poſſediſſent,vt relinquere eas nõ vellent.[Hæreditatibus]tranſierant multa in hæredis,in dotẽ venditæ fuerant,& mutauerant poſſeſſores.[Cũ igitur &c.]optimũ excogitandi conſ.uidit.n.pecuniam opus eẽ, poſſeſſiones ergo, æſtimabat,præcium quarum illis dabat,qui tenere uolebant.Illis vero,qui tenere uolebant, eas relinquebat, & præciũ illis dabat quib. fuerunt ablatæ. [Alter poſt &c.]nam hic Ale.ſucceſſit qui Alex. condidit.Dictus autem Ptolomæus lagi.[O uirũ &c.] laudat mire Aratum, qui ciues Sycionius in cõcordia ſine quærela conſtituit.[Bis uidimus]primum à Sylla,iterum à C. Iulio Cæſ.[At ille græcus].ſ.Aratus.[Summa] ratio.[In æquitate]Id quod eſt maximũ iuſtitiæ munus, ut ſuũ cuiq. tribuatur communi utilitate ſeruata.[Habirent gratis]Hic nunc quaſi ali quẽ ex his inducit loquentẽ,quorum bona uenundata eſſent, uerbi cauſa,ſi ab inferis excitaretur Pomp.& diceret,O M. Ant.habitas grati domi meæ . Iuſte ne cauſa eſt, ut graris habites in alieno ? [Tabulæ uero nouæ] .ſ.de mutuis pecunii,ut debitorib. cõdonarẽtur.quod erat iniquiſſimum,vt mutuis alicuius pecunijs alius fundũ emeret,& illũ poſſiderer. is uero , qui pecunias dediſſe mutuas ſuas pecunias non haberet,ergo nouæ tabulæ, uel noua inſtrã, uel nouæ leges,& conſtitutiones, ut debita remittantur,& illud accidat,ut aliquis pecunijs alterius fundum emant,qui cum nunc ſit illius cuius fuit pecunia, qua emptus eſt,ab alio tamen poſſideatur,& ille , qui pecunias mutuas dedit,ſuas pecunias non habeat,ſi ſic ſtatuatur,ut non reddãtur, harum nouarum tabularum expectationem Cæſ.diſiecit,ut in eius uita Tranq.ſcribit.Decreuit, aut ut debitores creditorib. ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum,quanti quiſque ante ciuile bellum comparauiſſes , deducto à ſumma æris alienum,ſiquid uſuræ nomine numeratum,aut præſcriptum fuiſſet.Qua conditione quarta pars penè crediti deperibat. [Tabulæ uero nouæ]Frgo dicebantur tabulæ nouæ quando,uel ſenatus decreto,uel imperatoris edicto decernebatur, ut æs alienũ à debitoribus exigi poſſet. Quod in plebis ſubſidium fieri ſolebat,cum obrupta erat fœnore potentiorum,ut ſoluendo modo eſſet,cum tales proponebantur tabulæ quib.debita ob oleãtur.Quid aliud ſtatuebatur,niſi,ut pecunia credita , quis emeret fundum ? Creditor uero non haberet pecuniam ? quod eſt contra omnem æquitatem.Sen.niſi fortè exiſtimas Lecii,& fabuloſo ſermone,& agilibus argumentis prohiberi poſſem rem perniciosſimam beneficiorum nouas tabulas.[Quid habẽt argumentis]quid ſententiæ habeant,quid aliud contineant , nã materia cuiuſq. rei argumentum dicitur.[Quamobrem]quãdo quidem iniquũ,hoc eſt prouidere debet, qui rẽp. gubernat ne ſit æs alienum. [Si non fuerit ut &c.] Si non accidet , quod latis nouis tabulis ſolet accidere, ut creditores ſuam perdãt pecuniam,debitores retineant , & ea quæ coemerint poſſideant. [Multis rationibus]Vt lege ſumptuaria.[Nec.n.&c.] Ratio eſt ſuperius dicti,nam ubi fides ſeruatur,reſp. labefactari non poteſt,quia fides eſt iuſtitiæ fundamentum, eſſe autem ſine iuſtitia reſp.non poteſt.[Niſi erit neceſſaria &c.]Niſi ita inſtituerętur reſp.ut ſoluere creditoribus neceſſarium putetur. Quod adeo ſeruarunt illi priſci,ut lex eſſet quod ſcr.Gel.quæ cauebat, ut ſi quis moreretur ,& ante debita non perſolueret, cadauer eius creditoribus diuideretur , quod ut idẽ ait accidit nũquã, hoc.n. timorem cauebant omnes ne plura mutuo ſumerent, quam poſſent perſoluere. [Nunquam eſt uehementius actum &c.]Nullo tẽpore maius æs alienum fuit in ciuitate, quàm cõſule Cic.& hæc potiſſimũ cauſa coniurationem illam Catilinę ſuſcitauit.Nã cum inuadere remp.Catilina tentaret,multos inuenit ſocios,qui ære alieno ſtricti uiam quærebant,qua ſoluere non cogerentur. Cic. coniurationem illam ſua ſapientia detexit,nec tantum à ſeruitute patriam, ſed à multis uitijs liberauit.Effecit.n. ut putarent neceſſe eſſe creditoribus ſoluere, q̃a aliter durare ciuitas non poſſet. Decreuit , vt hæc ratio ſeruaretur,qui debitores creditoribus ſatisfacere poſſent, ut ex fructibus quos debitores percipiebant,tres partes creditoribus darentur,unã uero debitores ipſi retinerẽt, quo uiuere poſſent. [Armis,& caſtris]Quia comparato exercitu Catilina bellum intulit patriæ.[Ab omni genere hominum]Quia illa in coniuratione fuere equites Patricii ſenatores.Item ex municipiis ex ꝓuinciis, & omnis generis homines.[Melius]Sine diminutione. [Facilius]Sine diſſenſione.[At hic noſter uictor]Licèt non nominet,planè tamen Cæſ.intelligitur.hic apparet Cæſ. coniurationis Catil. fuiſſe conſciũ,quod quidẽ Cic.nõ latuit,quamuis nunquam induci potuerit,vt eũ nominaret.Quinimò cũ ſenatu egreſſurus eſſet Cæſ.equites ibi parati erant,ut eum occiderent. Quem Cic.cõplexus eſt ne offenderetur. uidebatur.n.magnam fore diſſenſionem,ſi tantus uir occideretur , fuiſſe autẽ nominatũ in Catil.coniuratione,Tranq.auct. eſt.[Tunc]Cum à me Catil.coniuratio detecta eſt,uictus eſt,nã nõ potuit perficere,quod volebat.[Quę cogitarat]Vt cũ princeps factus eſſet, plebi faueret,& debita remitteret.[Ea perfecit] Poſtquã tyrãnus eſt factus,ut debitores nõ ſoluerẽt creditoribus . [Cũ eius iã &c.]quoniã cũ rerũ potitus eſſet æris alieni timore ſolutus erat,nihil ergo eius intererat ſicut prius ſoluerẽt ne debitores an nõ,cũ ergo remiſit quartã partẽ æris aliã libidine fecit peccãdi. [Ab hoc igitur] Cõcludit ꝑ numerationẽ, quæ dicta ſunt prius.[Hic nr̃ uictor]Cæſ.taxat ,& cũ ſtomacho loqͣ̃ dicẽs, nũc uictus oppreſſus à cõiuratis.[Hoc igiẽ gñe largitionis] ut aliis auferas,aliis dei.[Iuris,& iudiciorũ]Bono utiẽ ordine,qñ ex iure iudicia ſequunẽ.nã ſcd̃m i' iudicam'.Et neq; tenuiores &c.] Dua uitia tãgit,q̃ b.reſiſtẽdũ eẽ dicet, vt neq; tenuiores offendanẽ,neq; diuites ob ĩuidiã ſuis priuẽẽ.ſępe.n.accedit,ut tenuiores

iores propter imbecillitatem ſuã amittant. Diuites uero mul-
torum odium in ſe excitent, quibus diuitijs ſpolientur. Præ-
terea &c.non ſolũ prouidere dicunt, qui rẽp.gubernãt, ne ea læ
datur, ſed eã augere, & locupletare ſtudere debent. [Vel belli,
uel domi]In bello, & in pace. [Vectigalibus] Vectigalia ſunt
fructus, & prouentus ex uectura propriè rerum, quãuis pro oĩ
fructu accipiantur. Nam & agri uectigales ſunt pro quibus pẽ-
ditur aliquid, ijſdem, & emphiteotici uocantur. Eſt autem em-
phyteoticus, ſiue uectigalis ager qui alteri eſt inſertus, ita ut
eius ſint, fructus: proprietas uero eius, qui inſeruit certã pẽſio-
ne ſeruata. [Hæc genera officiorum &c.] Fructum nũc oſten-
dit quẽ aſſecuturi ſunt, qui ſuperius dicta officia ſeruauerint.
Nam & utiles reip. & ipſi gloria, & vna hominũ beneuolentiã
nanciſcerentur. [In his autem &c.] in diuiſione utilitatis duo
Antipater philoſophus Stoicus prætermiſſa eſſe inquit à Panæ
tio de ualetudinis curatione, & pecuniæ conſeruatione, quorũ
utrunque ad utilitatẽ ſpectat. nam ſine bona ualetudine utiles
eſſe reip. non poterimus, & acquirere pecuniã non ſatis eſt, niſi
eam conſeruare didiceris. Cic. excuſat Panætiũ, & nõ propterea
prætermiſſe ait, quod ignoraret, ſed quod facilè eſſet ea intelli-
gere, ut ſuperfluum uideretur præcipere. Antipater autem na-
tione Tyrius, ſecta Stoicus, floruit Athenis, & poſt cædem Iulii
mortuus eſt. meminit huius etiam Str. & Cic. in alijs locis. [Sed
ualetudo]Siquis tamẽ de his rebus præcepta habere uoluerit,
hæc ſunt, vt quiſq; corporis ſui notitiam habeat, hoc eſt, ut co-
gnoſcat, q̃ corporis ſui ſit diſpoſitio, affectus, & cõplexio ſiue
melancholica, ſiue colerica, ſiue ſanguinea. horum.n. triũ ha-
bituum aliqua ſingula habent corpora, interdum complexio-
nis mixtæ ſunt, alia autem alijs cõplexionibus nocent aut pro-
ſunt. [Continentia]quantum ad uictum. Nam ſiquis hoc ſer-
uaret, ut parce uiueret, & modum in cibo, ac potu cuſtodiret,
raro in aliquam grauem ægritudinem incideret, & ſi incideret
facilè curari poſſet. [Cultu corporis &c.] Vt ueſtib. utatur po-
tius utilibus, quam pulchris. [Voluptatib.]Libidinibus, & Ve-
nere. Coitus autem neque minus concupiſcendus eſt, neq; ni-
mis pertimeſcendus, Rarus, corpus excitat, frequens ſoluit, ut
ait Celſ. Qui lib. j. de medicina docet, quemadmodum ſanos a-
gere conueniat cap j. Idem lib. 3. de abſtinentia præcipit, & de
cibis potionib.ue, quæ ſunt, aut ualentis, aut mediæ, aut imbe-
cillæ materiæ. [Arte] ſ. medicinæ. [Res autem familiaris] Breui
ter de pecuniæ conſeruatione præcepta tradidit, primo autem
dicit honeſtis artibus quærendam. quod Thucyd. eſt præceptũ
apud græcos, μήπλουτανέσικος ἀλγεξο σιοονβιοτεόν. [Diligẽ-
tia]Labore, & induſtria, ut ſemper adſit. [Parſimonia] Vt mo-
deratè paratis utere. [Eiſdem &c.] Quibus rebus conſeruatur
diligentia, ſi laborem tuum, & induſtriã adhibeas parſimonia,
ſi non effundas ijſdem, & augetur. [Has res &c.] Siquis, inquit,
quæ ad hanc rem pertinent latius perdiſcere uoluerit, legat œ-
conomicum Xenoph. Is philoſophus fuit, & orator celebris, ac
dux exercitus. Multa ſcripſit, inter quæ ἀναβάσιν κυρού καὶ παι-
δίαν, ſcripſit præterea οἰκονόμικα, hoc eſt librum de re familia-
ri, quem adoleſcens Cice. tranſtulit. Fuit Xenophon Plat. in elo
quentia æmulus, Socr. diſcipulus, quos duos Socr. ſuauitatis,
& amœnitatis lumina appellat Gell.

ASC. Caput autem eſt] Hic ſæuiſſimam reip. peſtem auaritiam
exagitare ſtudet, Ordo eſt, Autem pro ſed, caput.i. principalis
pars in omni procuratione publici negocij, & muneris eſt, ut ſu
ſpicio auaritiæ etiam minimæ pellatur .i. eijciatur pectoribus
hominum. C. Pontius Sãnis, inquit, utinam fortuna ſeruaſſet
me ad illa tempora, & utinam ego eſſem tũc natus, qñ Roma-
ni cœpiſſent accipere dona, ego non paſſus eſſem eos imperare
diutius, quidẽ.i. certè multa ſecula ne.i. non fuerunt illi ſ. Pon
tio Sãnitu expectanda. Enim pro quia, hoc malum. ſ. accipere do
na in perniciem reip. inuaſit modo.i. hanc remp. Itaq; .i. & ita
ego facilè patior Pontium fuiſſe potius, tunc ſup. quam nunc,
quidem.i. certè ſit tantum roboris fuit in illo, ut ſup. imperia
auferre, nondum ſunt centum, & decem anni, cum lex eſt à L.
Piſone de pecunijs. ſ. ablatis repetundis, cum nulla ſup. talis fuiſ
ſet antea, quod ſignum eſt caſum non eueniſſe, ut quis repe-
tundarum poſtularetur. At uero poſtea tot leges ſup. latę ſunt,
& quæq; proximæ .i. proximis temporibus latæ ſup. ſunt du-
riores .i. auſteriores ſuperioribus, tot ſup. ſunt rei .i. accuſati,
tot damnati.i. conuicti. Tantum.i. tam magnum Italicum, id-
eſt ſociale inter Italos propter metum iudiciorum excitatum.
Tanta expilatio. ſ. ſpoliatio, que pro &, direptio ſociorum ſup.
eſt legib. iudiciis ſublatis. i. poſtquam leges, & iudicia ſublata
ſunt, vt nos valeamus imbecillitate.i. potẽtia, & paupertate alio
rum non uirtute noſtra. Fanętius philophus ille Stoicus laudat
Africanum, uidelicet Scipionem, qui fuerat abſtinens ſ. à reb.
alienis. quid ni.i. cur non laudetur, ſed alia maiora, ſup. bona
animi fuerunt in illo ſ. Africano: enim pro quia, laus abſtinen-
tiæ non eſt ſolum hominis ſup. vnius, videlicet Africani, ſed etiã
illorum temporum. Paulus ſ. Aemilius potius eſt omni gaza.i.
theſauro, & diuitiis Macedonum illorum populorum, quorũ
Alc. Magnus rex fuit, quæ gaza fuit maxima, & inuexit tãtum
pecuniæ in ærarium .i. publicũ gazophylacium, vt prędę vnius
imperatoris. ſ. Pauli attulerit finem tributorum. At.i. ſed hic ſ.
imperator Paulus nihil intulit in ſuam domũ pręter ſempiter
nam memoriam nominis ſui. Africanus. ſ. Scipio Aemilianus
Macedonici filius imitatus patrem. ſ. Aemilium nihil in nullo
ſup. fuit loclupetior Carthagine euerſa, quid ſup. dicam de eo,
qui fuit in cenſura eius collega, uidelicet L. Mummius? Nun-
quid copioſior ſup. fuit i. rerum abundantior, cum.i. poſtquam
ſuſtuliſſet.i. ſecum penè abſtuliſſet urbem copioſiſſimam, uide-
licet Corinthum? q.d. minimè, quia maluit ornare Italicam quã
domum ſuam, quanquam Italia .i. poſtquam Italia .i. ſua cu-
iuſq; patria ornata, domus ipſa uidetur mihi ornatior. Igitur,
ut oratio referat ſe eo unde egreſſa eſt.i. ad deteſtationẽ auari-
tiæ, nullum uitium eſt tetrius .i. durius, & execrabilius quam
auaritia, præſertim in principib. & gubernãtib. remp. Enim
pro quia, habere quæſtu .i. ad quæſtum, & lucrum priuatum,
remp. non modo.i. non ſolum eſt turpe, ſed etiam ſceleratum,
& nefarium. Itaque .i. & ita Apollo Pythius in templo Delphi-
co uidetur prædixiſſe non ſolum Lacedæmonijs, ſed, & omni-
bus opulẽtis, & populis id, quod addidit oraculo, videlicet Spar
tam opulentiſſimam illam Laconicæ regionis vrbem, nulla alia
re eſſe perituram, niſi auaritia. Autem pro ſed, hi, qui præſunt
reip. nullã poſſunt reconciliare.i. impetrare facilius beneuolen
tiam multitudinis, quàm abſtinentia à rebus externis, & conti-
nentia, affectionum interiorum. qui uero uolunt ſe popula-
res ſup. eſſe, aut uideri, & tentant .i. conantur introducere ob
eam cauſam. ſ. populares ſint, aut rem agrariam, ut poſſeſſo-
res expellantur ſuis ſedibus, aut putant pecunias creditas debi-
toribus condonandas ſup. eis labefactant .i. diuellunt, labefa-
ciunt fundamenta iuſtitiæ, nam tollunt primum concordiam,
quę non poteſt eſſe cum pecunię adimuntur.i. auferuntur alijs,
& condonantur alijs, deinde ſup. tollunt æquitatem, quæ tolli-
tur omnis.i. tota, ſi non licet cuique habere ſuum.n. id.n. eſt pro
prium ciuitatis atq. urbis (ut dixit ſupra) ut ipſa ſit libera, &
non ſolicita ſine cuiuſque rei cuſtodia. Atq. ipſi ne illam qui-
dem gloriã, quã putãt ſup. cõſequi cõſequuntur in hac pnicie
reip. Nã ille cui res erepta p talẽ codonationẽ eſt ſup inimicus
eorũ, & is ſup. cui. ſ. res aliena data eſt, diſſimulat.i. nõ uult fate
ri ẽt ſe uoluiſſe accipere talẽ cõdonationẽ, & occultat ſuũ gau
diũ maximè.i. præcipuè in rebus creditis, ne uideatur fuiſſe nõ
ſoluendo.i. impos ſoluendi. at uero.i. ſed præcipuè is, qui acci-
pit iniuriã, & meminit, & præ ſe fert.i. manifeſtis indicijs oſten-
dit dolorẽ ſuũ. Nec ſi plures ſunt hi q bus datũ eſt improbe, q̃
illi quib. ademptũ eſt iniuſtè, ipſi ualet etiã iccirco plus. Enim
pro quia, hoc i. hmõi. ſ. plus ualere non iudicatur numero .i.
multitudine, ſed põdere.i. uirtute, quę ex põdere rerũ uenaliũ
deprehenditur. Autẽ pro ſed, q̃ æquitatẽ habet ſup. id, quod ſe
quitur, videlicet, vt is qui nullum habuit agrũ habeat agrum
poſſeſſum ante.i. prius multis annis, aut ẽt ſeculis. Aũt pro ſed,
is q habuit ſup. cum amittat ſup. eũ, q.d. nullã, q a licet ager ca-
rens poſſeſſore occupãti concedatur, nõ tamẽ diu poſſeſſionis
viuo iuſto poſſeſſore, at.i. ſcilicet Lacedæmonij, ciues Lacede-
monij ciuitatis Spartanę expulerũt ppter hoc.i. tale gen⁹ iniu-
riæ Lyſandrũ Ephorũ principẽ ſuũ, & necauerunt Agin regem
ſuũ, quod nũquã antea acciderat apud eos, ex quo eo.i. tali tpe
tãtæ diſcordiæ ſecutæ ſunt, vt tyrãni exiſterẽt.i. eminerẽt, quaſi
extarẽt, & emergerẽt, & optimates ſup. utiles exterminarẽtur.i.
extra terminos ſuos pellerẽtur, & reſp. cõſtituta pclariſſimè di
laberetur. Nec vero ipſa. ſ. reſp. cecidit ſola, ſed euertit ẽt reliq̃
Græciã cõtagionibus.i. infectionibus quaſi cõtactu malorum,
quæ. ſ. malorũ cõ tagiones profectæ.i. ortæ, & deſcendẽtes à La-
cedæmonijs manarũt.i. diffuſæ ſunt latius. Quid noſtros Grac-
chos &c. dixit de externis, nũc trãſit ad Rom. Africani nepotes?
filii Corneliæ filiæ Scip. ex Tib. Sẽpronio Grac. qui ambo agra-
riis legibus, & frumentariis ac iudiciariis latis perierunt, alter

 à Scip.

à Scip. Nasica, alter à L. Opimio cos. occisus, quid sup. dicam
nonne contentiones agrariæ.i. de agris condendis perdiderunt
.i. in seditionib. interemerunt Gracchos nostros.i. Rom. filios
Tib. Gracchi, summi .i. excellentissimi uiri, & nepotes Africa-
cani? q.d. manifestissimè. At uero Aratus Sicyonius.i.Sicyone
urbe Achaiæ laudatur iure, quæ cum eius ciuitatis teneretur à
tyrannis 50. annos.i.per spatium. 50. annorum profectus.i.vbi
discesserat Argis ab ea ciuitate Argiuorum Sicyonem ad ciuita
tem suam, potitus est urbe clandestino.i. secreto, & latente in-
troitu. Cumq. oppressisset improuiso.i.quia improuisus esset,
Methodeum tyrannum, restituit.i. in proprias possessiones sta
tuit 600. exules, qui fuerant locupletissimi eius ciuitatis, & li-
berauit aduentu remp. Sed cum aduerteret magnam difficul-
tatem in bonis, & possessionibus, quod.i.quia arbitrabatur ini-
quissimum, eos quos ipse restituerat, & quorum bona alij pos-
sederāt, egere. Etiam quia putabat non minus æquum moue-
re possessiones 50. annorum, quas.s.sub tyranno possederant.
propterea quod multa detinebantur tam longo spatio.s. 50. an
norum hæreditatibus, idest per successionem hæreditariam,
multa emptionibus, idest per emptiones, multa dotibus
quas cum vxoribus acceperant, iudicauit oportere sine iniuria,
neq. sup. detenta adimi illis, qui sic detinebant, neq. non .i. &
etiam satis fieri his quorum illa fuerat. Cum igitur statuisset
opus esse pecunia ad eam rem dixit se uelle proficisci Alexan-
driam, & iustis rem esse integram .i. indiscussam usque sup. ad
suum reditum. Et is uenit celeriter ad suum hospitem Ptol. qui
regnabat tum.i. tunc secundus post Alexandriam conditā. Cui
cum exposuisset .i. declarasset se uelle liberare patriam, & do-
cuisset cām, vir summus.i.p̄stātissimus impetrauit facilè ab opu
lento .i. prædiuite rege, ut adiuaretur grandi pecunia, quam
cum attulisset Sicyonem adhibuit sibi in consilium 15. princi-
pes.i.optimates ciuitatis, cum quibus causas cognouit, & eorū
qui detinebant aliena, & eorum qui amiserant sua, & præfecit
sup. illos 15. uiros, æstimandis i.appreciandis possessionibus, &
ut persuaderent alijs.i.quib. eorum, ut mallent accipere pecu-
niam, & cederent.i. abirent possessionibus, & ut persuaderent
alijs, ut putarent commodius illud sup, quod esset tanti.i.tan-
ti ualoris numerari .i. in numerata pecunia restitui sibi, quàm
recuperare suum, quod.s.per exilium amiserant. Ita perfectum
est, ut omnes discederent sine querela, & hoc concordia consti-
tuta. O uirum magnum, & dignum, qui natus esset in rep. no-
stra.i.Romana, quæ summa erat. Par.i.æquum est agere cum ci
uibus, sic.i.sicut ipse egit, & non ponere hastam in foro .i. uen-
dere bona ciuium sub hasta more direptorum ab hostibus in
bello, ut uidimus bis sup. ponere s.tempore Syllæ, & Cæsaris, &
non est par, vt vidimus bona ciuium subiacere uoci præconis.i.
ea publicè uendentis. At ille græcus.i. Aratus putauit id, quod
fuit sapientis, & præstantis uiri, uidelicet consulendum.i.prospi
ciendum, & benefaciendū omnibus sup. ciuibus. Et ea est sum-
ma ratio.i.consideratio, & sapientia summi ciuis defendere cō-
moda ciuium, diuellere.i. pessundare, atque continere omnes
vna æquitate. Habitatur gratis.i.sine mercede locationis in alie
no. Quid, idest cur ita sup. fit, ut cū ego emerim, ædificauerim,
tuear.s.ab incendio, & ruina impendam.s.necessaria, tu fruare
meo.i.re mea inuito me, quid aliud est eripere alijs sua, & dare
alijs aliena? q. d. nihil. Vero pro sed, tabulæ nouæ.i.quales sunt,
quæ nunc annales, aut quinquennales conceduntur, quibus in-
uitis creditoribus differtur solutio, quid argumenti.s.sentētiæ,
aut approbationis habent? hoc est quid sibi uolūt nisi, ut emas
mea pecunia fundum, & habeas eum tu, ego non habeam pe-
cuniam,? q.d. nihil aliud. Quamobrem prouidendum est ne sit
æs alienum, idest debitum, quod noceat reip. quod potest caue
ri multis rationibus, si .s. non fuerit sup. ita ut locupletes per-
dant suum, & ut debitores lucrentur alienum. Nec.n. ulla res cō
tinet uehementius remp. quā fides, quæ nulla esse potest, nisi
solutio rerum creditarum erit necessaria. Nunquàm.n. actum
est uehementius, ne solueretur, quàm me consule.i.cum essem
consul. nam res est tunc tentata.s.à Catilina armis, & castris. Ab
omni genere, & ordine hominum, quibus ego restiti sic, ut hoc
tantum.i.tam magnum malum tolleretur de rep. nunquā fuit,
nec maius æs alienum.i.maius debitum, nec dissolutum est fa-
cilius. Enim pro quia, spe fraudandi sublata, necessitas soluen-
di consecuta est. At uero hic noster uictor.s.Cæsar nunc quidem
uictus.i.occisus perfecit ea, quæ cogitaret, cum nihil iam inter-
esset eius, idest cum iam nullum discrimen haberet. tanta libi-
do, idest mala uoluntas peccandi fuit in eo, ut hoc ipsum pec-
care delectaret eum, etiam si causa non esset, cur.s. in aliquem
peccaret. Igitur hi qui tuebuntur rem aberunt .i. alieni erunt
ab hoc genere largitionis, ut detur alijs, & auferatur alijs. & da-
bunt in primis operam, ut quisque teneat suum æquitate iu-
ris, & iudiciorum, & ut sup neque tenuiores.i.pauperiores cir-
cunueniantur.i.defraudentur propter imbecillitatem, neq; in-
uidia obsit locupletibus ad tuenda, uel recuperanda sua. Præ-
terea sup. operam dabunt, ut augeant remp. quibuscunque re-
bus, vel belli, vel domi .i.pacis, uidelicet imperio, agris uectigali
bus.i.redditibus publicis. Hæc.i.huiusmodi officia sunt magno
rum hominum, hæc sunt factitata.i.frequenter facta apud ma-
iores nostros. Ipsi persequuntur.i.ad finem usque sequuntur, &
obseruant. Hæc genera officiorum adipiscentur cum summa
utilitate reip. magnam, & gratiam, & gloriam. Autem pro sed,
Antipater Tyrius.i.de Tyro Stoicus .i. de secta Stoicorū censet
.i.iudicat duo præcepta esse prætermissa in his præceptis utili-
tatum à Panætio, uidelicet curam, & rationem ualetudinis.i.in
columitatis, & pecuniæ, quae res ego arbitror præteritas.i.præ-
termissas à summo philosopho, uidelicet Panætio, quod essent
faciles, sunt sup. tamen certè utiles. Sed ualetudo sustentatur
notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ res so-
leant, aut prodesse, aut obesse, & cōtinentia.i. sobrietate, & par
citate in omni uictu, atque in cultu, causa tuendi, idest protegē
di corporis, & in prætermittendis uoluptatibus. quia ut dicit in
epist. Flac. Nocet empta dolore uoluptas. Postremo arte eorum
ad quorum scientiam hæc pertinent, uidelicet medicorum. Au-
tem pro sed, res familiaris debet quæri, idest accumulari in his
rebus, quibus turpitudo abest, idest cum honestate. Autē pro
sed, debet sup. conseruari diligentia, & parsimonia, & augeri
etiam iisdem rebus. Xenophon Socraticus, idest Socratis se-
ctator, persecutus est, descripsit commodissimè has res in libro,
qui inscribitur, idest cuius titulus est œconomicus, idest de
œconomia, idest re familiari tuenda, quem librum nos cum
essemus ferè ista ætate, qua tu nunc es, conuertimus è græco
in latinum.

ARGVMENTVM.

Quartum genus deliberationis, inter vtilia, vtrum vtilius, aut quid utilissimum.

SEd vtilitatum comparatio (quoniam hic lo-
cus erat quartus à Panætio prætermissus) sæ-
pe est necessaria. nam & corporis commoda
cum externis, & externa cum corporis, &
ipsa inter se corporis, & externa cum externis compara-
ri solent. Cum externis corporis hoc modo comparan-
tur; ualere, vt malis, quàm diues esse: cum corporis exter
na, hoc modo, diues esse potius, quàm maximis corporis
uiribus. Ipsa inter se corporis comparantur sic: bona ua-
letudo uoluptati anteponatur, uires celeritati: externorū
autē, ut gloria diuitijs, uectigalia urbana rusticis: ex quo
genere comparationis illud est Catonis senis: à quo cum
quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, re-
spondit, bene pascere: quid secundum, satis bene pascere:
quid tertium, bene uitire: quid quartum, arare: &, cum il
le, qui quæsierat, dixisset; quid fœnerari? cui Cato, quid
hominem; inquit, occidere? ex quo, & multis alijs intelli-
gi debet, utilitatum comparatione solere fieri, recteque
hoc adiunctum esse: quartum exquirendorum officiorū
genus. sed toto hoc genere, de quærenda, de collocan-
da pecunia, etiam de utenda commodius à quibusdam
optimis uiris ad medium Ianum sedentibus, quàm ab
ullis philosophis ulla in schola disputatur. sunt tamen ea
cognoscenda. pertinent.n. ad utilitatem, de qua hoc libro
disputatum est. reliqua deinceps persequemur.

TR.
AF.

SEd utilitatum comparatio]Poſtquam abundè Cice. diſſeruit de vtili, vt propoſuit, iam de comparatione vtilium inter ſe dicet, vt pars propoſitionis abſoluatur, quam Panætius prætermiſit. [Erat quartus] quoniam prius uidendum erat de honeſto, inde duobus propoſitis honeſtis utrum honeſtius, quod in i.vol. fecit, poſtea tertio loco de utili, inde quarto de duobus vtilibus utrũ vtilius. [Nam &c.] Docet quomodo ſit hæc comparatio, & ponit exẽpla. [Corporis commoda]Bona ualetudo, uires, pulchritudo, celeritas in pedibus, clara, & beata uox, & ipſius explanata impreſſio. [Cum externis] Bonis fortunæ, quæ ſunt extra corpus, & animum, ut diuitiæ, & magiſtratus, & ſimilia. [Hoc modo] Inquit, bona corporis comparantur cum externis, & ponit exemplum, & externa comparantur cum bonis corporis, & ipſa bona corporis inter ſe comparantur. [Externorum autem] Eſt inter ſe comparatio, ut gloria diuitijs anteponatur, redditus urbani ruſticis. [Vectigalia urbana] Redditus ex aliqua re, quæ ſit in urbe. [Ruſticis] Vectigalibus, q̃ ex re ruſtica percipiuntur. [Ex quo genere comparationis] Affert reſponſum Catonis Cenſorij, quo ille uſus eſt, cum ab eo quiſpiam quæreret, quod maximè utile eſſet in re familiari. [Catonis ſenis]Ad differentiam Catonis Iunioris, qui Vticenſis cognominatus eſt. Cato ſenior omnium bonarum artium magiſter fuit, rei ruſticæ ſtudioſus, de qua etiam ſcripſit, & clariſſimum uitæ exemplum præbuit nepotibus ſuis. [Quid maximè in re familiari expediret]Valde utilis eſſet, & quis eſſet certiſſimus quæſtus. [Bene paſcere] Facere pecuariam, & habere animalia quæ non ſint oneri fundo. in iiij. loco poſuit rationem, quoniam requirit impenſam. & ſic oſtendit quęſtum ex cultura agrorum, pecuniarijs, & uillatica paſtione præponendum eſſe cęteris, cum ſit iuſtus, & citra iniuriam aliorum. hunc quæſtum Rom. diu coluerunt. Colebant enim agros, & inde ad militiam eligebant, faciebant pecuariam. inde cognomina nec non peculium, & pecunia dicta, & ipſa denique Italia ab itulis i. uitulis priſca lingua. Ille igitur bene paſcit, qui pecuariam facit, & uillaticam paſtionem curat. [Et cum ille diceret]Non ne utile eſt fœnerari? reſpondit Cato, idem eſſe, quod occidere hominem, ut oſtenderet rem domeſticam non eſſe augendam illicito, & inhoneſto lucro, ſed proprijs redditibus agrorum, & animalium. Dictum eſt ſupra, quare fœneratio habetur odio, cum ſit contra naturam. Quid enim eſt fœnus, inquit Sen. & uſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturã quæſita nomina? In principio de re ruſt. ſcr. Cato, maiores noſtri ſic habuere, & ita in legibus poſuere ſucem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. [Bene uitire]i. bonas habere uites, & uineas. quod uerbum Catoni conuenit, qui nepotibus proſpiciens de ratione impenſæ cauit in primis. Nam primum, & ſecundum quæſtum dixit eſſe in paſtionibus, in uineis tertium, in agris aratis quartum, quoniam hi maiori coluntur impendio, quam uineæ, aut paſcua. Et ſic maximè probabatur à Catone is quæſtus, quãquam minimo impendio conſtaret. Quæſtuoſiſſimam Cat iudicauit uitem proximè hortos riguos, nec id falſo ſi ſub oppido ſint, & prata, quæ antiqui parata dixerunt. [Quid hominem occidere?]q.d. Idem eſt fœnerari, & hominem occidere. [Ex quo] propter hoc, probat ſapientiam ſuam auctoritate Catonis. [Et multis alijs,] quæ ad hoc probandum dici poſſent. [Quartum] Hanc quartam diſputationem de utilibus utrum utilius, ut officium perfecte exquiſitũ inueniatur. [Sed toto hoc de genere] Vult Cic. numularios longa experientia edoctos longe melius de hac re diſputare poſſe, quam poſſint philoſophi in ſuis ſcholis, qui non habent uſum rerum, philoſophi poſſunt præcipere non eſſe fœnerandum, bene quærendam eſſe pecuniam, & bene locandam, ſed ipſi omnia contenentes talia non ſunt experti. At illi experti ſunt, quid ſit fœnerari, & quid afferat incommodi, quomodo quis pecuniam debeat vti. & ideo longe melius de re tali diſputare, & præcipere poſſunt. Vnde Scipio, Annibal, Pyrrhus, Alex. Pomp. Cæſar melius de re milit. diſſerere potuiſſent, quam hi qui de ea re ſcripſerunt, & in acie uerſati non ſunt. Ideo Annibal deriſit Phormionem coram ſe de re militari diſputantem, cum nunquam acies vidiſſet. Idem de agricultura dicit Col. lib. 5. alloquens Syluinum ad quem ſcr. hoc igitur Syluine, inquit, priuſquam cum agricolatione contrahas, aduocato in conſilium, nec tamen ſic mente diſpoſitus, velut ſummam totius rei ſententijs eorum conſecuturus, quippe eiuſmodi ſcriptorum monumenta magis inſtruunt, quàm faciunt artificem, & experiẽtia dominatur in artibus, neq; eſt ulla diſciplina, in qua non peccando diſcatur. neq: ſtatim quis cõpos agricolationis erit, his perlectis rationibus, niſi & obire eas uoluerit, & per facultates poterit. Plat. in 3. de rep. dicit, Non iuuenem, ſed ſenem potius bonum iudicem eſſe conuenit, & qui ſero qualis ſit iniuria didicerit, nec conſuetam ſibi, aut inhærentem, uerum alienam, & in alijs longo tempore perceperit, qualeque à natura malum ſit, ſapientia non experienda ſoleat cognoſcere. [Commodius]Melius, & aptius, quàm à philoſophis. [Ad medium Ianum] i. ad menſam fęneratorum, qui argentariam faciebant in medio Iano. [Optimis uiris].i. ſimpliciſſimis, & philoſophici decreti omnino ignaris. uide in reformatione diffuſius. [Quam à ph.] quoniam hæc magis acquirunt experientia rerum, quàm diſciplina. [Tamen]quãuis ita ſit, ut magis in uſu poſita ſint, tamen cognoſcenda ſunt ex præceptis philoſophorum, quoniam ſunt utilia, inde adhibendus eſt uſus. Reliqua] Vltimam partem primę propoſitionis, quæ eſt de repugnantia utilis, & honeſti, & iudicio quo eligimus id, quod præſtat. & utitur Cice. tranſitione captans attentionem, quoniam ſe perſecuturum pollicetur, quæ dicenda reſtant. [Deinceps]Poſt hac, & iam poſt quam de omnibus alijs rebus diſputatum eſt.

A quo cum quæreretur, quid maximè in re familiari expediret, r̃ndit, bene paſcere]Col principio vij. li. ſcripturus de pecuniaria, ſiue paſtione dicit, Itaq. ſicut ueteres Rom. præceperũt, ipſe quoque cen ſeo tam pecorum, quàm agrorum cultum pernoſcere. Nam in ruſticatione, vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademq; quæſtuoſiſſima, & ne apud noſtros quidem colonos alia res ſuperior, ut M. Cato credidit, qui conſulenti, quam partem rei ruſticæ exercendo celeriter locupletari poſſet, reſpõdit, ſi bene paſceret. Rurſusq; interroganti quid deinde faciendo ſatis uberes fructus percepturus eſſet: Affirmauit ſi mediocriter paſceret. Ceterum de tam ſapieti uiro piget dicere, quod cum quidam auctores memorant. Quid nam quærenti cuidã tertiũ in agricolatione quæſtuoſum eſſet? aſſeueraſſe, ſi quis, vel male paſceret. Cum præſertim maius diſpendium ſequatur inertem, & ſæuum paſtorem, quàm prudentem, diligentemq; compendium. Vnde ſecundo tamen reſponſo dubium nõ eſt, quin mediocrem negligentiam domini fructus pecoris exuperet: Hæc Colum. [In re familiari] Domeſtica ratione, ac ruſtica, quæ habet agrorum, & uinearum cultus, nec non ruralem paſtionem, neque uillaticam. Græci peritiam hanc œconomiã appellant, & nomine domus poſſeſſionem intelligunt omnẽ. [Maxime expediret]Quæſtuoſiſſimũ eſſet. [Bene paſcere]Prudenter, & diligentes pecuariam facere, ſolertiſq; paſtoris officio fungi. [Satis bene paſcere] .i. mediocrem prudentiã adhibere, ac diligentiam. tantus quippe eſt pecuariæ fructus, ut uel hallucinantem, & oſcitantẽ paſtorem locupletaret. [Quid tertium, bene uitire].i. prudenter, & diligenter uites pangere, atq; colere. Quoniam in ratione agricolationis primum habetur fertile uinea locum. uinea, inquit Cato, prima eſt ſi uino multo eſt. [Vitire]Et uitiſcere priſca uerba ſunt, & latina. Colu. lib. 3. agens de propagatione dicit, nec in ſumma radice uitiſcat. [A quibuſdam optimis uiris] .i. philoſophicarum rationum penitus ignaris, ſed uſu edoctis, quomodo ſit collocanda pecunia, & ubi ſit quæſtuoſiſſima. Epicureos dialecticarum rationum expertes, ac per hoc in diſſerendo ſimplices, optimos uiros appellat alibi Cic. & ipſum Epicurum optimum. i. ſimpliciſſimum, & nulla uia, nullisq; formulis diſſerentem, atq; ſcribentem. [Ad medium Ianum] i. ad menſas numulariorum, & argentariorum, qui in Iano medio faciebant argentariam. eſt autem Ianus fornicarium, & peruium ædificium. Vnde tranſitio quęque per uia dicitur Ianus, inde Ianua, & Ianiculus. Ianũ medium Cic. appellat ad differentiam, quoniam mundi erant in foro Iani. Vnde Ouid. Cum tot ſint Iani, & Horat. Hæc Ianus ſummus ab imo Perdo:et. Iam medij meminit idem Cice. in 6. Phil. & Damaſippus apud Horat. dicens poſtquam omnis res mea Ianum, Ad medium fracta eſt.

SED utilitatum comparatio] Illud nunc attingit, quod ã Panætio prætermiſſum dixit. Duobus propoſitis, utilibus, utrum ſit utilius. fecit idem ſupra in comparatione honeſti. Quæ autem utilia ſunt, aut animi, aut corporis ſunt, aut externa, ita autem diffiniuit Cic. bonis corporis, bona animi anteponenda eſſe, corporis uero bona exernis anteferenda, quia pro animi bonis conſeruandis corpus, cum omnibus bonis

FRAN. MAT. Bona animi sũt bona corporis anteponenda.

cius

eius est contemnendum, & pro conseruando corpore omnia externa sunt abijcienda, quod non dissentit à religione nostra. [Quartus locus] Primus locus fuit honestum, aut turpe. Secundus, duobus propositis honestis, utrum honestius. Tertius utile, an contra. Quartus uero est, de quo nunc agitur, duobus propositis utrum utilius. Nam, & corporis &c.] De animi cōmodis non loquitur, quia cum de honesto disputauit affatim dixi: Et minimè dubium est bona animi corporis bonis anteponenda esse. primum quidem bona corporis cum bonis externis comparantur inter se, v. g. utrum melius [sit] bene ualere, an formosum esse. [Externa] Cum commodis corporis. Exempli gratia, Vtrum melius bene ualere, an diuitem esse. Sed ipse Cice. singulis sua exēpla subijcit. [Vires celeritati] Bona sunt corporis vires, & celeritas, uires sunt eius quam robore ualet, & lacertis. Celeritas eius qui fugam præstat, uir fortis non fugit. Celeritas incidi docuisset, quam fortis, & Virg. ait, Pedib. timor addidit alas. [Ex quo genere) videlicet cum externa bona inter se comparantur. [Illud Cato] Illum superiorem intelligit, qui scripsit de Originibus, & de re Rust. ac de alijs rebus multis, cuius pronepos fuit Cato Vtic. [Bene pascere] Bene nutrire, & bruta, & homines, ut. s. labori sufficerent. qd̄ idē tradit lib. de re Rust. [Satis bene &c.] Mediocriter. s. pascere, si uidelicet paterfamilias satis diues non fuerit. [Quid fœnerari?] Cum ille quæsisset, quod fœnerari est utile in re familiari, respondit Cato, quid hominem occidere? quærens quid esset hominem occidere, ex quo significauit nihil crudelius ullum, aut tetrius scelus esse quàm usuram facere. [Sed toto &c.] Dicit hanc utilitatum comparationem, & disputationem uniuersam melius cognosci experiētia, quàm scientia, & hoc est, quod dicit melius disputari ab optimis quibusdam uiris ad Ianuæ medium sedentibus, qui naturali quadam prudentia vtuntur, quàm à philosophis. [Ad medium Ianuæ] Mercatores intelligit, & patresfamilias senes, qui ad medium Ianuæ sedere solēt, & de utilitatibus, atque huiusmodi rebus cum uicinis suis, & amicis colloqui possumus. Hemiclyclus accipere, hoc est locū ianuæ proximum semirotundum, in quem patresfamilias conueniebant, & fabulabantur. Cic. in Læl. Tū memini domini in hemicyclo sedentem, hemi, semis, & cyclos, circulus. Alij hemicyclum magis sedem intelligunt. est autem prouerbialiter dictum, & ab ijs tractum, qui inter familiares alique de re transfabulantur, quorum mos est in medio ipsius Ianuæ sedere, aut certè minutiores intelligit philosophos, qui ad ingressum tantummodo philosophiæ uenerunt, ad secretiorem uero ipsius scientiam non peruenerunt, melior tamē superior intellectus. [Sunt tamen ea &c.] Quamuis ab imperitis tradantur, cognoscenda tamen sunt, & rationem statim subiungit, quia pertinent ad utilitatem &c.

Cice. in omnib. fere sua subiicit exēpla.

Hemicyclus.

SED utilitatem] Sicut ad finem primi, ita in fine huius ponit comparationem duorum utilium inter se di. sed comparatio utilitatum (quoniam hic locus erat quartus prætermissus à Panætio) est sæpe necessaria. Nam, & commoda corporis solent comparari cum externis, & externa sup. commoda cū corporis sup. commodis, & ipsa sup commoda corporis solent cōparari inter se alia. s. cum alijs commodis corporis, & externa cum externis. Corporis sup. commoda comparantur cum externis, hoc modo, ut malis. i. magis uelis ualere. i. sanus, & incolumis esse, quam diues esse. Externa sup. commoda comparantur corporis sup commodis, hoc modo. s. ut malis prorsus esse diues, quàm maximis uiribus corporis. Ipsa sup. commoda corporis comparantur sic inter se, vt bona ualetudo anteponatur uoluptati, & uires sup. anteponantur celeritati. i. pernicitati, & agilitati. Autem, pro sed, externorum sup commoda comparantur sic, ut gloria sup. anteponatur sup. diuitijs, & uectigalia urbana. i. quæ recipiuntur à rebus urbanis, quæ tutiores, & honestiores sunt, anteponantur sup. rusticis. Ex quo genere comparationis est illud Catonis senis, à quo cum quæreretur, quid maxime expediret in re familiari, respōdit bene pascere. Quid secundum sup. expediret, respondit, Satis bene pascere. Quid tertium. i. tertio loco expediret supp. interrogatus respondit, bene uitire. Quid quartum supp. expediret respondit, arare, & cum ille, qui quęsierat, dixisset, Quid fœnerari sup. censes expedire? tum Cato inquit, Quid occidere hominē sup. expedire censes? Ex quo, & multis alijs debet intelligi comparationes utilitatum solere fieri, & hoc quartum genus officiorū exquirendorum esse adiunctum rectè. Sed commodius disputatur de hoc toto genere, s. de quærenda, & de collocanda pecunia, & etiam de utenda à quibusdam optimis uiris sedentibus ad medium Ianuæ. i. in hemicyclo, in quo seniores rerū experti, & periti consedere solent (nisi forte dicat ad medium Ianuæ, quod Flaccus ad medium Ianum) disputatur dico cōmodius ab illis, quàm ab ullis philosophis in ulla schola. Enim, pro quia, ipsæ pertinent ad utilitatem, de qua disputatum est hoc libro, nos persequamur deinceps uidelicet in iij. lib. reliqua. i. quæ restant.

M. TVLLII CICERONIS OFFICIORVM AD MARCVM FILIVM LIBER TERTIVS.

PVBLIVM Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum, scripsit Cato, qui fuit fere eius ęqualis, nunquàm se minus ociosum esse, quàm cum ociosus; nec minus solum, quàm cum solus esset; magnifica uero uox, & magno uiro, & sapiente digna; quæ declarat, illum & in ocio de negocijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum; ut neque cessaret unquam, & interdum colloquio alterius non egeret ita duæ res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant, ocium, & solitudo. vellem, & nobis hoc idem uere dicere liceret: sed, si minus imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus, uoluntate certe proxime accedimus. nam &, à rep. forensibusq; negocijs armis impiis, uiq; prohibiti, ociū persequimur: &, ob eam caussam urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus. sed nec ocium hoc cū Africani ocio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est: ille n. requiescens à rei pu. pulcherrimis muneribus, ocium sibi sumebat aliquādo, & à cœtu hominum frequentiaque interdum tanquàm in portum, se in solitudinem recipiebat. nostrum autem ocium negocij inopia, nec requiescendi studio, constitutum est. extincto. n. senatu, deletisque iudicijs, quid est, quod dignū nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? ita, qui in maxima celebritate, atque in oculis ciuium quondam uiximus, nunc fugientes conspectū sceleratorum, quib. omnia redundant, abdimus nos, quātum licet, & sæpe solemus. sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, nō solum ex malis eligere minima oportere, sed etiam excerpere ex ipsis, si quid inesset boni: propterea, & ocio fruor, non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperisset ocium ciuitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi affert necessitas, non uoluntas quāquam Africanus maiorem laudem, uel meo iudicio

cio assequebatur: nulla tamen eius ingenij monimenta
mandata literis, nullum opus ocii, nullum solitudinis mu
nus extat. ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione,
inuestigationeque earum rerum, quas cogitando conse
quebatur, nec ociosum, nec solum unquam fuisse. nos au-
tem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione
tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operá
omne studium, curamque conuertimus itaq; plura breui
tempore euersa, quàm multis annis stante rep. scripsimus.
Sed cum tota philosophia, mi Cic. frugifera, & fructuosa,
nec ulla pars eius inculta, ac deserta sit, tũ nullus feracior
in ea locus est, nec uberior, quàm de officiis; à quibus
cõstanter, honesteque uiuendi præcepta ducuntur. qua-
re, quamquam à Cratippo nostro, principe huius me-
moriæ philosophorum, hæc te assiduè audire, atq; acci-
pere confido, tamẽ cõducere arbitror, talibus aures tuas
uocibus undiq; circunsonare, nec eas si fieri possit, quid
quam aliud audire, quod cum omnibus est faciendum,
qui uitam honestam ingredi cogitant; tum haud scio, an
nemini potius, quam tibi. sustines enim non paruam ex-
pectationem imitandę industriæ nostræ, magnam hono
rum, nonnullam fortasse nominis. suscepisti onus præte-
rea graue, & Athenarum, & Cratippi: ad quos cum tan-
quàm ad mercaturam bonarum artiũ sis profectus, ina-
nem rediretur turpissimum est, dedecorantem & urbis
auctoritatem, & magistri. quare, quantum cõniti animo
potes, quantum labore contendere (si discendi labor est
potius, quàm uoluptas) tantum fac ut efficias, ne ve com
mittas, ut cũ omnis suppeditata sint à nobis, tibi defuisse
uideare. Sed hæc hactenus. multa enim sæpe ad te cohor
tandi gratia scripsimus. nunc ad reliquam partem propo
sitæ diuisionis reuertamur.

PVblium Scipionem] Duobus voluminibus quorum
interpretatio ad calcem deducta est, ut subiecta ma
teria requirebat, dissimiles præfationes præposuit
Cic. & secunda præfatione docuit, cur se ad scriben-
dum in philosophia contulerit, hoc idem in præfatione, facit,
sed alio modo. Vnde in tres partes diuiditur. In prima uolens
docere, cur se ad scribendum talia conuerterit eo tempore, po-
nit se id fecisse propter ocium cum senatus esset extinctus, iu-
dicia essent deleta, & nihil esset agendum cum sua laude, aut
in curia, aut in foro, & adducit ocium Africani maioris præcla-
ri, & summi uiri, cuius ingenij præstantiam ostendit se imitari
uoluisse, & ocium. In ij. parte, quæ incipit ibi, Sed nec ociũ hoc,
comparat ocium suam cum ocio Scipionis, & ostendit inter
utrunque multum interesse, quoniam Africani ocium uolun-
tarium erat Cic. autem necessarium, quoniam eo tempore sce-
lerati eorum potiebantur, & Octauius ad Tyrannidem aspira-
bat. Et sic damnat tempora sua uir optimus, & salutis patriæ
studiosus, & maximè notat M. Ant. qui iugulo Cic. intentũ gla-
dium habebat suorum scelerum conscius, & bonorum omniũ
inimicus. & docet Cic. se plura breui tempore scripsisse, iam re-
pu. occupata, quàm antea multis annis. Cum. n. Cæs. rerum po-
titus esset, in prædijs suis Cic. se continebat, cedens urbi, foro,
senatorijsq; muneribus, & raro ad urbem se conferebat, nisi
Cæs. salutandi gratia, aut orandi pro alicu ius salute, ut pro M.
Marc. pro Q. Ligario, pro Rege Deiotaro, quos apud Cæs. de-
fendit, illis uehementer iratum omne tempus disputando, &
scribendo conferebat uir ad communem natus utilitatem. co-
nabatur enim prodesse Romanis suis eo modo quo poterat,
cum dominatu unius omnia tenerentur, & nullum reip. uesti-
gium extaret. In iij. parte, quæ incipit ibi, Sed cum tota philoso
phia, extollens ipsam philosophiam, & maximè eam partẽ, quæ
est de officijs, filium suum ad illam hortatur, monetque ut ex-
pectationem de se, & spem iam conceptam non fallat. Inde ag-
greditur tractum ibi, Panætius igitur. Et disputat in hoc vol. vt
in princ. dictum est, de repugnantia, quæ uidetur esse inter uti,
le, & honestum, præscribitq; formulam qua iudicari possit, q. d
sit agendum, ne ab officio discedatur. [Publium Scip.] P. Scipio
qui primum Africanus cognominatus est à deuicto Annibale,
& Carthagine ad tributum redacta, filius fuit, ut dictum est P.
Scipionis, qui rediens è Massilia, quo transmiserat per oram Li
gusticam Annibali ex alpibus descendenti occurrit, & ad Tici-
num uictus fuit, hoc inquàm Africanus Iouis filius ex Pompo
nia habitus est, & in bello contra Annibalem fortunatissimus
fuit, & optimus Senator, & in bello, quod cõtra Antiochũ Asię
regem P. R. gessit. fratri suo L. Scipioni consuli legatus profici-
sci uoluit, postea apud Linternum vita functus est omissi reip.
muneribus, propter aliquorum simultates, ut diffusius in cõ-
mentarijs Silij dictum est. [Primum] ad differentiam Africani
minoris, qui fuit nepos prioris per adoptionem. [Scripsit Ca-
to] In princ. suarum Originum, ubi dixit clarorum uirorũ non
minus ocij, quàm negocii rationẽ extare oportere. Auctor est
Cic. in orat. pro Pl. Origines Catonis desideramus, si est Cato il
le Censorius, qui ij. bello pun. quæstor Scipionis in Sicilia fuit,
quem in senatu accusauit, quod pub. pecuniam prodigeret, &
prætor erat in castris apud Metaurum, cum Asdrubal à Clau-
dio Ner. & Liu. Salinatore consulibus interfectus fuit In sene-
ctute scripsit historias quarum erant vij lib. Primus cõtinebat
regnum P. R. Secundus, & tertius, unde quæque Italica ciuitas
orta sit, ob quam rem omnes appellauit Origines. In iiij. erat
primum bellum Pun. In v. secundum. In aliis duobus reliqua
bella prosecutus est usque ad præturam Sergij Galbæ, qui Lu-
sitanos diripuit. [Ferè eius æqualis] quasi eiusdem ætatis. Et
ideo Catoni credendum erat, quoniam hæc uiderat, audiue-
ratq; [Nunquã se minus ociosum] quoniam exercebat inge-
nium, & tacita cogitatione ab ocio, & solitudine abstraheba-
tur, & nunquam erat ociosus, etiam si à negociis reip. domesti
cisq; cessaret. quoniam semper de negociis cogitabat. [Quàm
cum ociosus] Cum cessaret à muneribus reip. & ociosus esset. i.
in studijs literarum uersaretur. nam ociosus etiam dicitur, qui
cognitioni rerum dat operam, unde philosophorum uita dici
tur ociosa, quoniam cessat à muneribus publicis, & in contem
platione rerum uersatur. [Nec minus solum] quoniam euo-
luebat monimenta antiquorum, & philosophorum præcepta
legens cum illis loquebatur, & eciam secum, ut tacita cogitatio
ne ita abstraheretur à solitudine, ut nullo modo posset esse so-
lus. [Magnifica uero uox] Laudat uocem Africani, qua dicebat
se nunquam minus ociosum, quàm cum esset ociosus, [Magni
fica] magnifico, & claro uiro digna [Magno uiro] Alti nominis
summæ prudentiæ. [Quæ declarat] Ostendit. Interpretatur, Ci-
cc. uerba ipsius Scipionis. [In ocio] Cum à muneribus publicis
cessaret, cogitabat de negociis [In solitudine] Cum esset solus,
& remotus à frequentia hominum, [Secũ] Tacita agitatione,
& mentis cogitatione, qua res cognitione dignissimas, conse-
quebatur. [Vt neque cessaret unquàm] Vt semper esset in ne-
gociis cessare significat odiosum esse, ignatum, atque feriatũ,
unde Horat. dicit, Nequam & cessator Dauus. [Et interdũ] Cũ
esset solus, quia secum loquebatur, mentisque agitatione, quę
nunquam acquiescit, & solertia utebatur, non egebat colloquio
alterius. quia secum, & cum libris mortuisq; loquebatur, & sic
non erat solus. [Languorem] Torporem, & inertiam. [Acue-
bant] Excitabant, & ad negocia, contemplationemque irrita-
bant [Vellem, & nobis hoc idem,] h. d. ut deuitet arrogãtiã,
pręponitque ingenio suo præstantiam ingenii Scipionis, quod
nunquam acquiescens tantum roboris habebat, ut illum à so-
litudine abstraheret cum esset solus. [Hoc idem] quod de se
dicebat Africanus. [Sed si minus] si non possum, inquit, emi-
nens ingenium Scipionis imitari, uoluntate tamen proximè
accedo. quoniam persequor ocium, ut ille faciebat. Nã in qua-
dam epist. scr. cum se in agrum Arpinatem contulisset. In hac
solitudine careo omnium colloquio, cumq; maximè in siluam
me abstrusi densam, & asperam, non ex eo usque ad uesperam
nihil est mihi amicitius solitudine, in ea mihi omnis sermo est
cum literis. [Si minus] Si non consequor imitando tantam in-
genii præstantiam. [Nam & à rep.] Probat quare uoluntate pro-
ximè accedit. [A rep.] A senatu, & reip. administratione. [Foren
sibusque negociis] causis iudicialibus, quæ in foro agebantur.
[Armis impiis] & sic damnat bella ciuilia, & eorum auctores.
Octauii aspirantis ad tyrannidem, Antonii & Lepidi trium ui-
rorum.

rorum. Armis, inquit, ciuilibus prohibeor à senatorijs, forensibusq; negocijs, quoniam illa arma erant ad perniciem bonorũ & patriæ, cui pietatẽ debemus. ideo appellat arma impia, quoniam impium est patriam lacerare, & opprimere. [Violentia] Et sic M. Antonij uiolentiam taxat, qui Cic. usque ad necem insectatus est. [Persequimur] Studiosè, & libenter ociũ amplectimur, postquàm in rep. nullus est locus. [Ob eam caussam] quia prohibitus sum à rep. & causis forensibus in quibus uersabat. [Rura peragrantes] Inquirentes rura. & siluas, solitudinemque potissimum in suo Arpinati, & Formiano, nam cum in his locis versaretur, frequentibus literis hortabatur optimates, ut Octauium adolescentem à M. Antonio seiungerent, & scribens ad Atticum hæc verba inseruit: Nos hic philosophamur: quid .n. aliud nobis reliquũ est? & de officio magnificè explicamus, alloquimur Cic. filium. quã de re .n. potius pater filio? [Sed nec ocium hoc] hæc est secunda pars, qua ostendit ocium suum, & causam ipsius multum differre ab ocio Scip. Ille .n.] Ratio quare ocium suum non est cum illo comparandum, quoniã s. Scipio sumebat sibi ocium colligendi sui causa sponte cessans à muneribus publicis. Cic. autem necessitas afferebat ocium, qm̃ impijs armis, & ui à rep. prohibitus erat. [Pulcherrimis muneribus] honestissima reip. administratione, & officijs quibus nihil est pulchrius. illius enim publ. saluti cum summa honestate, & uirtutis laude consulitur. [Pulcherrimis] quoniam nihil est pulchrius, nihil laudabilius, quam diligenter prudenterq; munera reip. obire [Sumebat] Arbitrio suo nulla cogente necessitate. [Tanquam in portum] ac si ex tempestate maris nauigasset in portum, & locum quietis. sunt enim in rep. tempestates, motus uarii, & occupationum negociorumq; agmina, quę Scipio interdum fugiens in uillis animi relaxandi gratia honestum sumebat ocium, & tanquam in tuto portu sic in solitudine quiescebat [Nostrum autem ocium] Ponit differentiam vtriusque ocij [Negocij inopia] quoniam extincto senatu, & repu. penè euersa nullum Cic. negocium in ea relictum erat. non .n licebat communi saluti consulere, & in causis uersari. [Senatu] Apud quem de summa rerum consultabatur, & in genere deliberatiuo causæ agebãtur, pro salute communi. [Deletisq; iudicijs] causis forensibus sublata, inquit, omni dignitate senatus, & iudicijs, in quibus mea uigebat industria, nil mihi agendum cum laude relictum erat. [Aut in curia] In senatu. Curia locus erat, ubi publicas curas gerebant. [Aut in foro] in causis iudicialibus, quæ in foro agebantur. [Dignum nobis] Auctoritate nostra, & dignitate. [Ita, qui in maxima] A fortunæ mutatione affectum mouet, & nefarios in odium trahit, & inuidiã, quale est Virgilianum illud, Tot quondam populis terrisq; superbum regnatorem Asiæ. [Celebritate] frequentia, & laude. [Sceleratorum] Octauij, Lepidi, Antonij, qui capitali odio Cic. prosequebatur non solum de his intelligit, sed de omnibus omnia plena erant, & ad votum cuncta succedebant. [Quantum licèt] quatenus permittitur à negociis domesticis. [Sed quia sic ab hominibus.] Auctoritate doctorum mirorum probat, quare in tantis malis debebat frui ocio, & id efficere, quod in ocio fieri potest, quoniam ex ipsis malis excerpere debemus, si quid inest boni. In malis quæ Cic. patiebatur hoc bonum inerat. quoniã in ocio, quod necessitate constitutum erat, & susceptum poterat aliquid comminisci, & scribere dignum laude, & contemplari res cognitione dignissimas. [Fruor ocio] Id efficio, quod in ocio fieri debet, ut docti homines monẽt [Qui peperisset ociũ ciuitati] quoniam liberauerat Romam à fauoribus Catilinæ, & ocium Rom. ciuibus pepererat, qui per id temporis propter nefariam coniurationem consternati erant. [Languere] In desidia esse atque pigritia. [Non uoluntas] Vt accidebat Africano, qui aliquando sponte sua in solitudinem, se recipiebat. [Quanquàm Africanus] In hoc Cic. præponit ocium suũ ocio Scipionis propter effectum, & communem utilitatem. quoniam Scipio nihil in ocio scripsit, quod ad bene beateq; uiuendum posteris prodesset, & humano generi. Cice autem clarissima optimaq; ocij sui mouimenta reliquit. dicit tamen Africanum cõsecutum fuisse ex ocio maiorem laudem, ne uideatur se illi pferre, qui principes senatus sui temporis fuit, & cui posteritas parem inuenire uix potuisset. [Maiorem] Quã ego consequar. [Vel etiam iudicio meo] h. d. ut uitet arrogantiam, & per insinuationem fructum ocij sui Africani ocio præponat. [Tamen] quamuis assecutus fuerit maiorem laudem, tamen nihil scripsit, quod illius ocij, & clarissimi ingenij monimentum esset. [Nullum opus, quod in solitudine composuerit. [Ex quo] propter hoc, quia non reliquit monimentum aliquod, & opus in ocio elaboratum. [Intelligi debet] Ex his quæ dicta sunt Cic. cõcludit, Scipionem nũquàm fuisse ociosum, aut solum propter mentis agitationem, quæ hominibus innata est, & rerum inuestigationem, quas cogitando consequebatur. cum igitur nullũ opus reliquerit, intelligendum est ipsum in ocio contemplationi rerum fuisse intentum [Inuestigatione] Inquisitione. & contemplatione dictum est hoc uerbum à uestigijs, tanquã signis iudicijsq; quibus ad notitiam peruenimus. Vnde inuestigare plerunque est quærendo inuenire. Idem in orat. pro Q. Lig. qm̃ diligentia inimici inuestigatum est, quod latebat. Et Terent. Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari possit. [Nos autem] Ponit causam Cic. deuitans arrogantiam, quare operã in ocio consumpsit scribendo, quoniam non tam firmum solidumq; ingenium habebat. [Vt cogitatione tacita] i. contẽplatione humanarum diuinarumq; rerum distraheretur à solitudine nunquàm erat solus, & in ocio nunquàm ociosus. [Non tantum roboris] uigoris, ingenij, quod tanto ponderi rerũ sufficiat, quæ sunt remotissimę. Sũt .n. separatæ à materia penitus, & non obijciuntur sensibus exterioribus. Vnde D. Hieron dixit, Grandes materias parua ingenia non sufferũt. Sed certè ingenium Cic. tanti erat roboris, ut ad omnes materias aptissimum esset, & nihil tam arduum esse poterat, quod illa eminẽtissimi ingenii felicitas non facilè superaret, si per nefandissimum Antonium licuisset omne genus philosophiæ, vt animo proposuerat latinis literis celebrare. [A solitudine] ut non uideamur esse soli, & colloquio alterius non egere, quod præclarissimi ingenii opus est, & quòd Africano contingebat. [Ad hãc scribendi operam] industriam, & laborem. [Omne studium] voluntatem. [Curamq.] Diligentiam. [Itaque] quia in ocio conuerti animum ad scribendum [Euersa] à Cæsa. s. & nouissimè ab Augusto Antonio. [Breui tẽpore &c.] Fuit in potestate Cę. [Stante rep.] uigente, & florente, cum s. per eos regebatur quibus seipsa commiserat, postea cum dominatu unius omnia tenerentur, Cic. ad philosophiam diuertit, & in ea scripsit stare, significat erectum esse, ut stant aræ, & stat resp. Inde per contrarium dicitur euersa, cum ab aliquo tyrãno occupatur. [Sed cũ tota philosophi] hæc est tertia pars, qua philosophiã laudat, & ad eam hortatur filium qui Athenis erat, philosophięq; operam dabat præceptore Cratippo. [Frugifera] A fructibus, quæ sunt quidquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. [Fructuosa] A fructibus, qui etiam arborum sunt. [Inculta, ac deserta] præstant in translatione agrorum frugiferorum, quorum nulla pars propter utilitatem inculta est. sic est philosophia, & maximè moralis, quæ ad bene beatèq; uiuẽdum magistra est, atque certissimum iter. & ipsa naturalis philosophia, ꝗ̃ deest morali, quoniam physicus cognoscet se esse compositum ex quatuor principiis contrariis, ut necesse sit aliquando ipsum compositum ex defatigatione elementorum in sua principia resolui, & omnino interiturum esse, erit fortior, nec mortem timebit, cum omnino sciat se moriturum erit magnanimus, liberalis, cum sciat se tandem diuitias relicturum, & nihil habiturum præter famam nominis sempiternam si uirtuti operam dedit, & iustitiam coluit. [Tamen nullus] laudat moralem philosophiam, & officia, quæ unicuique ætati accommodantur, & uitæ communis institutione spectant, & etiam ad finem bonorũ, ut filium attentũ reddat, ad perlegendum hoc opus promptiorem magnitudine utilitatis, proposita, & captat beneuolentiã à re ipsa quam scribit. [Feracior] Fructuosior. [Vberior] Copiosior, quoniam latissimè patet. [Ducuntur] Sumuntur, accipiũtur. [Constantes] Quoniam ille, qui uult esse, & haberi officiosus, debet esse constans in suo proposito, & ab officio nunquã in officio claudicare. [Honestè] cum laude uirtutis. quoniam officium semper ad bonum tendit, & ille qui honestè uult uiuere, necesse est, ut fungatur officijs, & is qui seruit affectibus, non potest esse cõstans, aut honestus, ideo complecti debemus officia, ab ipsis nunquã discedere, ut cõstanter, & honestè uiuamus. [Quare quãquàm à Cratippo] concludit Cice. ex his quæ dixit multum conducere filio talia audire quoniam talis ætas debet formari, & dirigi ad constantiam, & honestatem ipsis officiis, quamquam hoc audire poterat à Cratippo [Hoc] ut des operam philosophiæ morali, & officiis, à quibus constanter, & honestè uiuendi præcepta dicuntur. [Accipere intelligere. [Cõducere arbitror] puto esse utile, ut ad uirtutem constituaris, & formeris.

formeris. [Talibus auris tua uocibus] .s. esse utilius ipsis officijs. Vnde pueri hæc præcepta edisccere debent teneris unguiculis, ut eorum tenera ætas ad ueram honestamq; imaginem effingatur, & optimam doctrinam imbibant, cetera uero respuere quæ ad luxum, & turpitudinem ducunt. Illa.n. infirma ętas, & prudentiæ ex pers satis per se aliorum libidinibus obnoxia est, ut multo magis fræno, quam calcaribus opus sit. Ideo ex eorum manibus lasciui poetæ excutiendi sunt, & tenera mēs optimis pręceptis monimentisq; historiarum imbuenda, maiestateq; heroici carminis attolenda est, vt inde animi magnitudinē liberorum erga parentes obseruantiam, in deum pietatem, in alios officium ediscant [Quod cum omnibus] Hoc, inquit, omnibus faciendum est, ut .s. officijs delectentur, & cognoscant. his nihil esse in uita actiua utilius, qui uolunt honeste uiuere, tamen ò fili maximè faciendum, tibi habes exempla domestica, & me patrem imitari debes, & meis uestigijs insistere in doctrina consequenda, & honoribus, quos ego nouus homo omnibus suffragijs adeptus sum, & Athenas profectus es Gymnasiū totius orbis, & bonarum disciplinarum quasi emptoriū, pręceptionem præterea eminentissimum habes, ut sine doctrina, & moribus redire huc non possis, nisi cum maximo dedecore, & sic his circunstantijs filio necessitatem imponit, ut in utroq. proficiat. [Industriæ] Studij, & laboris [Honorū] quos Cic. erat adeptus. fuerat.n. ædilis, quæstor, prætor, augur, consul anno quidem suo creatus, quod ante cū homini nouo non contigerat. [Nominis] Famæ, & gloriæ, quoniam ipsius nomen plus quam Rom. imperium promouebatur. maxima igitur expectatio erat de filio, ut p̄ris studium, honores, & famam imitaretur, & nomen de se relinqueret ad imitationem patris cleri, & summi uiri. degenerare.n. à uirtutibus maiorum, & spē parentum iam conceptam fallere turpissimum est, flagitiosum, & sceleratum. [Suscepisti onus præterea] addit circunstantiam loci, & personę, idest Cratippi, qui princeps erat illius ętatis philosophorum. [Præterea] Vltra hæc quæ dicta sunt, & à re spectantur. [Ad mercaturam bonarum artium] quoniam Athenę erant Gymnasium omnium bonarum artium, & tanquā mercatus, & emporium. Et loquitur per translationem, ideo dixit tanquam, quoniam mercatura dicitur à mercando, inde mercatus dicitur, ubi res uenduntur, & mercatura est ipsa emptio. [Inanem] Vacuum, sine literis, & moribus.i. sine bonis artibus quantum Athenæ fuerūt inuentrices. [Turpissimum] Infamē. [Decorantem] Deturpantes Athenas, & Cratippum. [Quare quantum conniti] concludit exhortans filium ad studia, & decorum præstādum, monetq. ut non fugiat labores, sed omnia summæ uoluptati ascribat, ne uideatur sibi defuisse, cū omnia à patre habuerit. quæ illū ad perfectionem facilè possent ducere. [Cōniti animo] tota mente, & animi uiribus niti. [Contendere] Conari cū labore, q.d. animo, & corpore tibi enitendum est. [Si enitendi labor est] q.d. uoluptas est nō labor, quoniam uirtute nihil est præstabilius, nihil dulcius, & uarias habet uoluptates cognitio rerum, & cōtemplatio. [Tantum fac, ut efficias] Vt tantum assequaris, & quantū potes omni conatu, & labore animi, & corporis. Ordo est, fac, ut tantum efficias, quantum potes conniti animo, & labore cōtendere, q.d. nullum remittas tēpus, & effice quātum potes omni cōtentione.i. perseuerantia, & conatu. [Nec committas] non incidas in hoc erratū, commissa, inquit Ascon. Ped. dicuntur quæ cōtra testatoris uoluntatem facta, aut nō facta ab hærede mulcta aliqua pęnaque plectūtur [Suppeditata] subministrātia ea omnia quæ ad te instituendum, & excitandū pertinebāt, & quorum usu ad studiū indigebas tuū.i. omnia à me habuisti, quæ à patre dari possunt, & debēt. Caue igitur ne uidearis tibi defuisse, quod turpe est, & flagitiosum. [Sed hæc hactenus] Dixisse sufficiat, & talia iā missa faciamus. [Cohortādi] Ad bonas artes, & studia, Cato ille Censorius, auct. Plut. filium suū literas, legesq. edocuit, ad militięq. labores effinxit, presente antē illo tanquā uirginibus Vestalib. omni verborū turpitudine penitus abstinuit. vt vera imago Catonis effingeret. Arist. in 8. Eth. sic ait, Cū liberi ea parentibus tribuunt, quæ genitoribus tribuendi sunt, parētes autē filijs, quæ natis tribui debent, stabilis taliū, & bona fit amicitia, & alibi, Pater eas filio uitam, nutrit, & erudit. Plato in Tege. sic ait: Non noui profectò cui rei maiorem diligentiā, quisquis mentē habet, adhibere debeat, quam ut filiū optimū reddat. [Propositæ diuisionis] Quoniā proposuit in principio se disputaturum de comparatione, & repugnantia vtilis, & honesti.

PVBLIVM Scipionem] Præfatur Cic. & in hac præfatione, & beneuolentiam atq. attentionem à persona colligit auditoris, suum laudant officium sine arrogantia, & incommoda, quibus afficitur enumerans, facit præterea attentum à rebus ipsis. Nam cum omnes philosophiæ partes fructuosas dicat esse nullam ea quæ in officijs tradendis uersatur, dicit esse ferociorem atq. utiliorem. Trahit à persona beneuolentiam, ostendens primum esse de eo spem atque expectationem hortatur, ut nihil temporis incassum elabi sinat. Et facilè fore ostendit, ut proficiat, cum omnia superant necessaria primo ocium sibi tributum dicit frustra voluisse conterere, idq. exemplo Africani facere, qui dicere solebant nunquam se minus ocio sum esse, quam cum ociosus esset, nec minus solum, quam cum solus esset. Materia huius iij. libri comparatio est utilis, & honesti. Nā j. lib. pollicitus est de honesto prius dicturum, deinde de honestorum inter se comparatione. Item de utili, & duorum utiliū contentione. Vltimo uero de vtilis, & honesti pugna, quod nūc facit. [Publium Scipionem] Qui Carthaginem tributariam fecit, & uir fuit continentia, & rei militaris peritia omnium primus. [Primum] natura, & Aemilius Scip. Africanus appellatus est. [Cato ille senior] scripsit autem hoc lib. de orig. de quo sic apud Cic. ipse: ait Septimius originum liber mihi est in manibus. [Aequalis].i. æquæuus [Minus ocium] Mente .s. & cogitatione, præclara uox fuit Fran. Petrarchæ, qui cum libros euolueret, & rudis quidam superueniens interrogasset, quod ita solus esset, respōdit, nūc solus esse incipio, postquā .s. uenisti, quod .s. me libris abstraxisti. Cogitabat autem Scipio cum ociosus esset à laboribus .s. requiescens corporis, quæ erāt reipu. utilia. [Nec minus solum] Non cogitatione eos adesse uidebat, cum quibus aliquid quod ad remp. pertineret tractaturus erat. [Magnifica &c.] Laudat hāc Scip. uocē. [Quæ declarat] Dictū sapiēs Scipionis declarat, in ocio non fuisse ociosum, neq; in solitudine solū. Nam cū in ocio esset de negocijs cogitabat, & sic solus non erat, quia socios cū quibus colloqueretur habere uidebatur. Vt neq. cessaret, quia ēt si nihil rerū gerebat, tamen cogitabat. [Hæ duæ res] ociū, & solitudo. [Acuebāt] ingeniosiorem faciebāt. [Vellē &c.] Vellē, inquit, ut ego quoq; sit dicere possem me .s. nō minus ociosum, quā cū sum ociosus, nec minus solū, quā cū sum solus. Sed non possum tantū ingenij præstantiā cōsequi aliquid, tamē in ocio ago. [Voluntate] Quia & si nō possum, uellē tamē. [Nam &c.] Incōmoda suæ profert, & ostēdit se nō uoluntate, sed necessitate ocium persequi. [A rep.] A senatu. [Forensibus negocijs] Defensionibus amicorū, idē in princ. dixit Tusc. Cū defensionū laboribus. Senatorijsq; muneribus, aut omnino, aut magna ex parte esse aliquādo liberatus. [Armis impijs] Iulij prius deinde, & Octauij, & M. Antonij. nā hunc librum tūc scripsit. cū Oct. & Ant. bella gererent contra Br. & Cass. [Vi] hominū prædictorū. [Rura] Vt Tusc. Pompeianū, ubi prædia habuit Cic. [Sed &c.] Doctrinā ostēdit inter suū, & Africani ociū. Nam illius uoluntariū fuit, Cic. uero necessarium. [Ille.n. &c.] Nō habemus, qđ in rep. & foro agamus, ideo in ocio esse cogimur. At uero Scip. non idē confugiebat. Qui ociū aliquādo sibi assumebat, ut cōquiesceret. [Extīcto.n. senatu] Mortuis senatoribus maiori ex parte in ciuilibus bellis. [In curia] ubi sententiā dicebat. [In foro] Vbi causas defendebat. [Abdimus] occultamus, & in solitudinem recipimus. [Sed quia &c.] Ergo postquā sublatis negocijs ociū mihi relictū erat ad scribēdū me contuli, ut doctorū sententiā sequerer, qui dn̄t nō solū minima ex malis seligere oportere, sed etiā siquid malis, inest boni id accipere Malū quidē est, qđ oportet, ut in ocio uiuam. Qui in reip. administratione uersari solebant, sed minima elegi ne uidelicet ociū frustra consumerē nec solū minima, sed bonū aliqđ ex his malis excerpsi, nā me ad scribendū contuli, ex quo, & uiui, & poster, nō mediocrē utilitatē sunt consecuturi. [Sed nō eo &c.] Nō eo furor ocio, quo frui deberet auctor pacis, & qui rēp. conseruauit. Nō potest p̄terire quin se laudet, & illud cōmemoret egregiū facinus, quo Catilinæ sopiui coniurationē, & patriā ab interitu liberauit. [Langueret] Torpescere ac frustra consumi. [Non uoluntas] Mallē stante rep. in eius uersari administratione. [Quāquā Africanus] meritū suū extenuat, & maiorē laudē ex illo ocio assecutū Afric. dicit se tamen aliquid assecuturū, qđ Africano nō cōtigit. Qm̄ ille nihil literis mādauit. Cice. uero ipse monimēta relicturus sit ingenij cum aliquid scribat, qđ & præsentibus, & posteris prosit. [Maiorem laudē] Plus.n. laudis habet inuestigare aliquid, & inuestigādo agere,

FRAN. MAT.

ASC.

agere quod faciebat Africanus, quàm inuestigata ab alijs, & cogitata literis mandare, quod Cic. agebat. Quemadmodum facta uerbis anteponenda sunt, Ita laus, quæ ex rebus comparatur laudi anteponitur, quæ ex scriptis colligitur. [Ex quo.] Quamuis nihil literis mandauerit. [Nos aũt] se deprimit plurimũ cum Scipionis ocium suum comparat. [Tantum roboris] Quantum Scip habuit. [Tacita sol.] Nõ scribentis, ut ille faciebat. [Abstrahamur] remoueamur. [Itaque pl. &c.] occupata rep. sublatis forensibus, & senatorijs muneribus inuitus ad scribendum se contulit Cic. & plura scripsit breui tempore de philosophia præsertim euersa rep. tunc. n. cum esset familiaribus negocijs, & senatorijs impeditus, scribere non poterat. itaque ædidit Tusc quæstiones de off. de fin. de nat. deor. de sen. de amic. & alia opera complura. [Tota philosophia] facit attentum ab utilitate, ut diximus. Commendat. n. præcipuè hanc philosophiæ partem, quæ ad officia pertinet. [Tota philosophia] quæ tripartita est. diuidit. n. in physicam, ethicam, logicam, & ethica etiã ipsa trifariam scinditur, in monosticam, politicam, œconomicam. [Frugifera, & fructuosa] Frugifera usufructuosa cogitur, ut illa ethicè, hac physicè intelligatur, quod sequentia indicãt inculta ratione, uiuendi, deserta studio sciendi. [Inculta, ac deserta] Multi enim fuere, qui & physicem, & ethicem coluerunt. [Tamen nul. &c.] quamuis tam naturalis philosophia, quã moralis celebretur, tamen &c. Feracior translatio est ab agris. [Cõstanter &c.] Et uerum est, nam si officium est congruus actus uniuscuiusq; personæ sequitur præcepta officiorum latissimè patere. [Quare, quamquam &c.] hic idem facit, quod in operis exordio fecerat. hortatur. n. vt sua legata, quamquam à Cratippo principe philosophorum eius ætatis eruditur. [Atque accipere] Non. n. satis est audire, nisi etiam accipias, & memoriæ cõmendes. [quod cum omnibus &c.] hæc, inquit, ut talia præcepta audire, & perdiscere semper uelit, omnes facere debent, qui ad eam ætatem peruenerunt, ut aliquam honestam uitam ingredi possint, sicuti Xenophon scribit, adolescenti Herculi duas mulieres obuiam in solitudine factas esse, uoluptatem & uirtutem, Herculẽ relicta uoluptate uirtuti hæsisse. [Tantum haud scio an &c.] hic metum quodammodo inijcere uidetur filio, si non responderit uirtuti, & claritati parentis omnibus merito sit derisui, & re uera q. ex præstãtibus parentibus nati sunt, hos multo magis quam ceteros operam dare conuenit, ut illis simillimi euadant, quod si degenerauerint, omnibus sunt contemptui. [Sustines. n. &c.] omnes enim spectant, ut similis mihi euadas. [Nominis] Famæ. [Suscepisti] alia ratio, quod negociũ suscepisti literarum Athenis, ut nisi profeceris magnum dedecus sis incursurus Cum nec tibi idoneus præceptor, nec locus ubi erudiaris aptissimus defuerit, [quare, quantum &c.] Ergo quantum, & animo, & corpore eniti potes, tantum etiam efficias. [Si discendi &c.] quia non est labor, sed uolnptas potius, nam qui sequuntur doctrinam amore doctrinæ non lucri, ij incredibilem sentiunt uoluptatem. [Omnia suppeditata sint] arguit à facili.

ASC. PVBLIVM Scipionẽ] Huius in iij. librũ præfationis est ordo. O Marce fili, Cato scripsit Publium Scipionem eum, qui appellatus est primum. i. ante omnes alios Africanus à deuicta. s. Africa ciuitate Carthagine, hoc est Scipionẽ maiorem solitum dicere Scripsit inquàm Cato, qui fuit ferè æqualis eius uidelicet Scipionis, eum solitum dicere, se nunquàm esse minus ocio sum. i. cessantem, quam cum esset ociosus. i. extva administrationem reip. Nec se esse minus solum, quam cum esset solus, quia tunc cum literis, aut animo suo versabatur, cum extra turbam esset. Vero, idest certè illa sup. uox est magnifica, & digna magno, & sapiente uiro, quæ declarat illum cogitare in ocio de negocijs, & solitum loqui secũ in solitudine. i. cũ solus esset, ut neq; cessaret unquàm, & interdũ nõ egeret colloquio alterius. Itaque quæ res, quæ afferunt ceteris languorem. s. ociũ, & solitudo acuebant illum. Vellem, ut sup. liceret, & i. etiam nobis dicere hoc uerè. Sed si minus. i. non possumus consequi imitatione. i. imitando tantam præstantiam ingenij, certè nos accedimus proximè uoluntate. Nam nos prohibiti à rep. & negocijs forensibus. i. quæ egimus stante rep. in foro iudiciali prohibiti dico impijs, quia tyrãnicis armis, & ui. i. uiolentia persequimur. i. sectamur, ut ex eo lucrũ faciamus ocium, & nos relicta urbe peragrantes rura ob eã causam. q. prohibiti sumus, & ocium persequimur, sumus ferè. i. quasi semper soli. Sed ne hoc .i. meum ociũ est sup. cõparandũ cũ ocio Africani, nec hæc solitudo est comparanda, cum illa. i. cum illius solitudine. Ille. n. re quiescens à pulcherrimis muneribus reip. sumebat, i. sua sponte cupiebat aliquando ocium, & recipiebat se interdum à cœtu, & frequentia hominum, in solitudinẽ tanquã in portum. i. locũ quietis, & securitatis. Nostrũ autem ociũ constitutum est inopia. i. penuria, & carentia negocij, quia. s. resp. perijt, nec. i. & non studio. i. desiderio quiescendi, q. d. nollem quiescere si resp. uigeret. Enim pro quia, quidem quid agere possumus? aut in curia, aut in foro dignum nobis, extincto Senatu. i. postquam Senatus extinctus, & per Cæs. oppressus est? & iudicijs deletis? q. d. nihil. Ita nos qui uixerimus quondam in maxima celebritate atque in oculis ciuium, nunc fugientes conspectum sceleratorũ, quibus omnia redundant. i. nimis plena sunt abdimus .i. occultamus nos quantum licet, & sumus sæpe soli. Sed quia nos accepimus. i. audiuimus, & didicimus, sic à doctis hominibus, uidelicet oportere nõ solũ eligere electione. s. coacta. i. minus fugere ex malis. i. inter mala minima. i. ea q̃ minima sunt, sed etiã excerpere ex his ipsis. s. malis, supple aliquid boni, si qđ boni inesset. Propterea ego fruor. i. iucundè utor, & i. etiã ocio, quidem. i. certè non ullo quo is debeat sup. frui, qui peperisset, quoniã ciuitati ociũ i. tranquillitatẽ, sicut ipse Cic. de uicto Catil. Nec ego patior eam solitudinem, quam necessitas non uoluntas affert mihi. Languere. i. ignauum, & inertem esse, quã quã Afric. assequebatur, uel. i. etiam meo iudicio maiorẽ. i. ual de inanẽ, tamen nulla monimẽta. i. testimonia eius ingenij supple extãt mandata literis. i. scripta, & nullum opus eius, & nullum munus solitudinis eius extat. Ex quo debet intelligi illũ, nec ociosum, nec solũ fuisse unquam agitatione. i. propter agitationem mentis, & inuestigatione. i. propter inuestigationem earum rerũ, quas consequebatur cogitando Nos autem, qui nõ habemus tãtũ roboris, ut abstrahamur tacita cogitatione.

ARGVMENTVM.

Reprehensus Panætius, quod tria genera pollicitur, tertiũ non exoluerit. Ab alijs item notatus, quod ea partem homo Stoicus induxerit, in qua diceretur cũ honestate pugnare utilitas, atq; à Cicerone defensus.

PAnætius igitur, qui sine cõtrouersia de officijs accuratissimè disputauit: quẽq; nos, correctione quadã adhibita, potissimum secuti sumus; tribus gñibus propositis, in qbus deliberare hoĩes, & cõsultare de officio solerent, uno, cũ dubitarent, honestũ ne id esset, de quo ageretur, an turpe; altero, utile ne esset, an inutile; tertio, si id, qđ speciẽ haberet honesti, pugnaret cum eo, qđ utile uideretur, quo modo ea discerni oporteret; de duobus generibus primus tribus libris explicauit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturũ; nec exoluit, quod promiserat quod eo magis miror, quia scriptum à discipulo eius Posidonio est, triginta annos uixisse Panætium postquàm illos libros edidisset. quem locum miror à Posidonio breuiter esse tractatum in quibusdam commentarijs, præsertim cũ scribat, nullum esse locum in tota philosophia, tam necessarium minimè uero assentior ijs, qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed cõsulto relictũ, nec omnino scribendum fuisse; quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare, de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendum ne fuerit hoc genus, quod in diuisione Panætij tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non potest, quin à Panætio susceptum sit, sed derelictum. nam, qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Præterea in extremo libro 3. de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. accedit eodem testis locuples Posidonius; qui etiam scribit in quadam epistola, P. R. Rutilium Rufum dicere solere, qui

Panætium

Panætium audiuerat; ut nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolueret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, quæ Panætius prætermisisset, & non præfecisset, propter eorum, quæ fecisset præstantiam neminem esse persecutum. quamobrem de iudicio Panætii dubitari non potest. rectè ne autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus de eo fortasse dubitari potest. nam siue honestũ solum bonum est, ut ita Stoicis placet: siue, quod honestum est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis nostris uidetur, ut omnia ex altera parte collocata, uix minimi momenti instar habeant; dubitandum non est, quin nunquàm possit utilitas cum honestate contendere. itaque accepimus, Socratem solitum execrari eos, qui primum hæc, natura coherentia, opinione distraxissent. cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut etiam, quidquid honestum esset, id utile esse censerent: nec utile quidquam, quod non honestum. quòd si is esset Panætius, qui uirtutem propterea colendam diceret, quòd ea efficiens utilitatis esset; ut, ij qui res expetendas, uel uoluptate, uel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare. sed, cum sit is, qui id sollum bonum iudicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem uitam fieri, nec discessione peiorem: non uidetur huiusmodi debuisse deliberationem introducere; in qua, quod utile uideretur, cum eo, quod honestum est, compararetur. etenim, quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, naturam cum uirtute congruere semper; cetera autem, quæ secũdum naturam essent ita legere, si ea uirtuti non repugnarent. quod cum ita sit, putant quidam hanc comparationem rectè non esse introductam, nec omnino de eo genere quidquàm præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod propriè, uereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque à uirtute diuelli unquam potest: in iis autem in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest, similitudines honesti esse possunt. Hæc igitur omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant; & ea communia sunt, & latè patent: quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Illud autem, quod rectum iidem appellant, perfectum, atque absolutum est, &, ut ijdem dicũt, omnes numeros habet, nec, præter sapientem, cadere in quenquam potest. cum autem aliquid actum est, in quo media officia comparantur, id cumulatè uidetur esse perfectum: propterea quòd uulgus, quid absit à perfecto, ferè non ex toto intelligit; quatenus autem intelligit nihil putat prætermissum. quod autem in poematibus, & in picturis usu uenit, in alijsque compluribus, ut delectẽtur imperiti, laudentque ea, quæ laudanda non sint; ob eam, credo, causam, quòd insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidem, quid in unaquaque re uitii sit, nequeant iudicare. itaque, cum sint docti à peritis, desistunt facilè à sententia. hęc igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda quædam honesta dicunt esse, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia: itaque ij omnes, in quibus est uirtutis indoles, commouentur. Nec uero, cum duo Decij, aut duo Scipiones fortes uiri cõmemorantur, aut cum Fabricius, aut Aristides iustus nominatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ, tanquam à sapientibus, petitur exemplum. nemo enim horum sic sapiens est, ut sapientem intelligi hic uolumus: nec ij, qui sapientes habiti sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapiẽtes fuerunt; nec illi quidem septem; sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant, speciemque sapientum. quocirca nec id, quod uerè honestum est, fas est, cum utilis repugnantia comparari: nec id, quod communiter appellamus honestum, quodque colitur ab ijs, qui bonos se uiros haberi uolũt, cum emolumentis unquam est comparandum. tamque id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuendum, conseruandumque est nobis, quàm id quod propriè dicitur, uereque est honestum sapientibus. aliter enim teneri non potest, si qua ad uirtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de ijs, qui conseruatione officiorum existimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neque ea uolunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare; boni uiri non solent. itaque existimo Panætium, cum dixerit homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiam oportere. etenim non modo pluris putare, quod utile uideatur, quàm quod honestum, sed hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare, turpissimum est. Quid est ergo, quod nonnunquam ad dubitationem afferre soleat, considerandumq; uideatur? credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. sæpe enim tempore fit, ut, quod plerunque turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe. exempli caussa ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest esse maius scelus, quàm non modo hominem, sed etiam familiarem occidere? num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? populo quidem Romano non uidetur: qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. uincit igitur utilitas honestatem: imò uero honestas utilitatem secuta est.

PETR. MAR.

PAnætius igitur] Repetit Cic. diuisionem Panætii, & ostendit illum duas propositionis partes absoluisse, & omisisse tertiam de repugnantia utilis, & honesti, quam partem se executurum promiserat. Disputat igitur an hec pars à Panętio Stoico rectè fuerit introducta. Et probat, quod non, quoniam apud Stoicos nihil est utile, qđ non sit honestum. Postea excusat Panætium, & dicit illum intellexisse homines soluere dubitare, sed non oportere. Inde aggreditur hanc partem cõstituens formulam, quæ obseruari debet, & discurrens per uirtutes ostendit, nihil esse utile, quod uirtutibus non sit consentaneum. igitur, cum redeundum sit ad ultimam partem propositæ diuisionis [Sine controuersia] Sine dubio. [Correctione adhibita] quoniam correxit diuisionẽ Panætii, & officium diffiniuit, quod Panætius prætermiserat. [Potissimum] Maximè, quoniam & alios secutus est. [Propositis tribus generibus] Cum tria genera proposuisset. quoniã dixit triplicem esse consilij capiendi deliberationẽ. [Speciem] Apparentiam honesti. & bene dixit speciem, quoniam id, quod uerè honestum est, non pugnat cum utili. hæc. n. duo natura coniuncta sunt, sed distracta opinionibus hominum. [Quomodo] qua uia, quibus rationibus. [Discerni] Cognosci, & iudicari. [De duobus generibus] De honesto, & utili dixit in trib. uol & in fine 3. pollicitus est se de tertio genere dicturum, quod non fecit,

fecit, quamuis post editos illos lib. 30. annis uixerit. [De tertio autem genere] de repugnantia utilis, & honesti scripsit in fine. 3. uol. [Hec exoluit] Non persoluit, tractum à debitoribus, nec est executus, quod promiserat. [Eo magis] Tanto magis miror affert rationem, qua re miratur hanc partem promissam non exoluisse Panętium. [Edidisset] Promulgasset atque in publicũ emisisset [Quem locum] De repugnantia vtilis, & honesti [Cōmentariis] Cōmentarij dicũtur libelli in quibus res non diffusè, sed breuius quam tractari poterant, scribuntur. Inde dicuntur Cæs. comm. Sen. lib. 3. declam. ait: Nec commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. epist. ad Att. agens de hoc iudicio dicit, Posidonius eum locum tractauit, ego autem eius librum accersiui, & ad Athenodorum scripsit, ut ad me capita mitteret, quæ expecto, in eo libro est de officio secundum circunstantiam. [Tam necessarium] Quem disputare de repugnantia, & comparatione vtilis, & honesti. [Minimè uero assentior] Refellit eorum opinionem, qui dicebant, hanc partem nō fuisse prætermissam à Panæt sed consulto relictam. [Minimè uero assentior] Non accedo eorum opinioni. [Sed consulto] De industria, & certo consilio prætermittitur, id quod tempus differtur, relinquitur autem, quod resumitur. [De quo alterũ] Vnum ex his duobus, potest, inquit Cic. dubitari, an hæc pars fuerit adhibenda à Panætio. Alterum non habet dubitationē, quoniam in sua propōne, & diuisione hanc tertiam partem posuit. promisitq; in fine 3. li. se illam executurum postquam de honesto, & utili disputauerat. ergo non fuit consulto relicta, sed prætermissa. [Nam, qui] Probat hanc partem susceptā fuisse à Panætio, asserens duas rationes, una est ipsum habuisse scribere tertiam partem, cum duas absoluerit, quoniā quibus propositis, & duobus absolutis, tertium restat. [Pręterea] Hęc est altera ratio [In extremo] In extrema parte 3. lib. ut ipse Cice etiā fecit in superioribus uoluminib. in quorum calce de reliquis se dicturum pollicitus est. [Accedit eodem] Ad hoc probandũ additur duabus rationibus allatis hoc tertium. [Eodem] Ad illam opinionem, & sapientiam probandam. [Locuples] Fide plenus, & auctoritate, maximus, inquit, testis, cui nihil deest ad faciendam fidem. [P. Rutilium] Hic Rutilius Rom. fuit, & Stoicorũ disciplina clarus, auditor Panætij de quo sup. mentionem habuimus. [Qui Veneris eam partē] Appelles ingeniosissimus pictor fuit, de quo Pli. lib. 35. Verum, ut omnes prius genitos, futurosq; postea superauit Appelles, eosq; Olympia de 112. in pictura prouectus, ut plura solus propè quam ceteri omnes contulerit, voluminibus editis, quæ doctrinam eam continent, pręcipua eius in arte uenustas fuit. Pinxit Venerem è mari exeuntem, quam D. Aug. dicauit in delubro patris Cæsaris, cuius inferiorem partem corruptam, qui reficeret non poterat inueniri. Appelles inchoauit aliam Venerem Cois superaturus suā illam priorem. Inuidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est, de hac parte Veneris Cic. intelligit. Strab. uol. 14. agens de Co insula dicit, Inerat etiam Venus nuda, quæ nunc diuo Cęsari Romæ dicata est. nam Augustus eam patri posuit, ut generis parentem. dicunt pro ea pictura dimissa fuisse Cois centum tal. ex imperato illis tributo. [Oris. n. pulchritudo] capitis, quod ille depinxerat, os prius depingitur, inde ad illius proportionem reliqua pars corporis. [Quamobrem] concludit Cicer. ex illis duabus rationibus, & testimonio Possidonij, atq; uerbis Rutilij hanc partem non fuisse consulto relictam à Panætio, sed iudicium eius fuisse hoc, debere esse tertium genus exquirendorum officiorum. [Rectè ne āt] Nunc affert alteram partem, quæ p̄t habere dubitationem, an hoc. s. genus adhibendum fuerit Stoico philosopho, & probat, quod non, sed potius omittendum. [Nam sine honestum] Affert, quibus ostendit hanc partem nō rectè introductam esse, etiam si Panætius fuisset Peripateticus non modo Stoicus. Stoici. n. dicebant solum honestum esse summum bonum, & nihil vtile, quod non esset honestum. Peripatetici āt dicebant honestum maximè expetendum esse, sed postea adiungebāt ad finem bonorum corporis, & fortunæ commoda [Honestum] Ipsa uirtus, & habitus uirtutis. [Ita summum] Eo modo maximum. [Vt omnia] Bona corporis, & fortunæ [Ex altera parte] Ac si ponerentur in lance, & expenderētur in trutina, tanti ponderis est ipsa uirtus, ut cetera omnia quæ habentur bona ex altera parte posita uix habeant similitudinem minimi momenti. i. ponderis, & impulsus, ut moueat libram ex altera parte. numerantur tamen in bonis à Peripateticis, & Academicis, sed minima sunt comparatione uirtutis. debet. n. honesto maximas partes. Stoici quorum disciplinam sectabatur Panætius omnino seiungebant bona corporis, & fortunæ à fine bonorum, dicebantq; uirtutem satis esse ad bene beateq; uiuendū, ergo utilitas cum honestate pugnare non p̄t, etiam ex dogmate Peripateticorum, quoniam minimi momenti instar habet, & ipsa uirtus nixa suis uiribus maximum habet pondus. [Quam nunquam] quod nunquam. [Ita accepimus] Audiuimus, affert sapientiā Socratis, qui moralis philosophiæ auctor fuit, & fons uberrimus, à quo tot riuuli, & sectæ defluxerunt. [Execrari] Detestari, accusare, [Cohærentia] cōiuncta naturaliter dicebat Socrates solum honestum esse summum bonum, & omne honestum esse utile, & honestum si vere vtile est. hanc opinionem Stoici tenentes suum dogma constituerunt, quoniam, ut dictum est supra, à disputationib. Socr. omnes sectæ manarunt. [Opinione] Opinantes aliquid esse utile, quod non honestum & econtra. [Detraxissent] Separassent. [Cui] Socrati ita crediderunt stoici, ut inde constituerint suum decretum, quod acerrimè defendebant. [Quod si is esset Panætius] Si Panætius, inquit Cic. non fuisset Stoicus, sed esset is, qui putaret uirtutem expetendā esse propter utilitatem, aut propter uoluptatem posset, apud ipsum utilitas cum honestate pugnare, sed cum sit stoicus, & stoica grauitate affirmet honestum esse solum bonum, & utilitates non addat summo bono ex placito stoicorū, apud eum si sibi constare vult, non potest esse talis pugna, quoniam ipse omnino exterminat utilitatem, quę non sit cum honestate coniuncta, cuius utilitatis accessione, ut stoici dicūt, nō sit melior, nec discessione peior. [Metiuntur] Mensurāt utilitatem, & ponunt summum bonum in diuitijs, aut uoluptatibus, ut dictum est in 3 uol. 1. hi, qui omnia, quæ expetunt referunt ad utilitatem, aut uoluptatem, & illarum gratia omnia faciūt. [Quæ āt] Bona fortunæ, & utilitates quæ propter se non sunt expetēdæ. [Huic] Solo bono. [Repugnent] Contrariæ sint, & videantur cum honestate pugnare. [Specie quadam] Apparentia, quoniam re vera nihil est utile, quod non idem sit honestū. [Neque accessione meliorem uitam fieri] quoniam ista non suscipiunt gradus apud stoicos, qui dicebant bonum esse beatū, & felicem, nec fieri meliorem accessionem diuitiarum, quas ipsi non numerabant in bonis, sed quadam existimatione dignas censebant. Vnde dicebāt uirtutem satis esse per se ad bene beateq; viuēdum, etiam si torqueretur in tauro Phalaridis, quod negabant Peripatetici, & Platonici, dicentes hominem uirtute præditum, cum est in tormentis esse bonum, sed non beatum, qui magis adhærent naturæ, & non relinquunt corpus, ut faciunt Stoici. [Non uidetur huiusmodi debuisse deliberationem] Non vult planè affirmare Cic ne uideatur nimis studiosè insectari Panætium, & urgere. [Comparetur] i. aliquam similitudinem habere dicatur. Illam siquidem comparationem admittunt, quæ ratione accidentium. i. qualitatis, & quantitatis aliquam similitudinem habere uidentur. [Etenim, quod summum bonum] Interpretatur Cic. summum bonū, quod Stoici constituebant, qua interpretatione ostendit hanc comparationem non rectè à Panætio introductam. [Vt opinor] Vt puto, utitur mediocritate, & non uult affirmare hanc esse sententiam summi boni, quod Stoici constituebant congruenter naturæ uiuere. nam vt supra dictum est, Zeno primus in lib. de natura hominis dixit finem esse secūdum naturam uiuere, id autem est, inquit Laert. secundum uirtutem uiuere, ad eā quippe natura nos ducit. [Congruere] Conuenire, & nunquam discrepare à uirtute. [Cetera autem] Bona fortunæ, & corporis, quorum honesto usu natura indiget, aliter uita sustentari non potest, sed ita eligenda sunt, ut uirtuti nō repugnent. Ergo apud Stoicos si eorum finem rectè sequi uolunt, utilitas non potest cum honestate pugnare, quoniam spernere debent, & pro nihilo ducere ea, quæ uirtuti repugnent [Secundum naturam] Accommodata naturæ, & quibus natura ipsa sustentatur, & alitur. [Quod cum ita sit] Ex supradictis infert conclusionem. [De eo genere] Repugnantia, & comparatione utilis, & honesti. [Atq; illud quidem honestum] Probat Cic. nec perfectum honestum, quod in solos sapientes cadit, nec secundum honestum, quod est commune, quodq; officium medium dicitur, cū utili comparari posse, ut multo magis ostendat hanc partem à Panætio non rectè introductam, quoniam eius professio aliter sentire debet de honesto, & utili ipsorum repugnantia, prius affirmat perfectum officium, inde mediū siue cōc, & ponit doctrinam utriusq;

utriusq; officii, ut concludat talem comparationem non rectè introduci à Stoico, cum ea etiam Peripatetico non esset consentanea. [Sapientibus] perfectis hominibus, qui habent habitum uirtutis, & officium perfectum exercent, quòd à uirtute diuelli non potest, quoniam habet omnem perfectionem. [Sapientia perfecta non est] Non perfecta virtus, sed aliqua ad uirtutē, sapientiamq; progressio, & cum in ipsis non sit perfecta sapientia, etiam perfectum honestum esse nō potest, sed similitudo quædā honesti, ut est ipsum officiū mediū. [Similitudines] Vt sunt media officia de quibus certa ratio reddi pōt. [Hęc .n.] omnia, probat ex diffinitione Stoicorū similitudines honesti esse in homine non perfecto, quoniā uersatur in medijs officiis, quę sunt secunda honesta. [Cōmunia sunt] oībus hominibus, tā perfectis, quā imperfectis. [Latè patet] Ad plures se extēdūt, & omnibus cōmunia sunt, & ab omnibus exerceri pñt. perfecta vero officia à solis sapiētibus, de medijs pōt reddi ratio. [Omnes numeros] Omnē perfectionē. cū aūt aliquid dicit Cic. imperitā multitudinē non rectè de ipsis officiis iudicare, quoniā putant media officia esse perfecta, vt hi qui picturā laudāt, cū omnino ignorent eā artem, & erratū dignoscere nequeant. [Cōparantur] Fit cōparatio mediocrium officiorum inter se. [Id] In quo media officia comparantur. [Propterea quod] Affert rationem quare id accidat. [Quid absit à perfecto] Quantum ei desit ad perfectionem, quod imperiti cumulatè perfectum opinantur. [Non ex toto] Nō omnino, & penitus. [quatenus] Inquantum intelligit. i. secundum opinionem suam, & intelligentiam putat esse perfectum. [quod] Iudicare aliquid esse perfectum cum non sit. [Visu] consuetudine. [In his] quæ laudāt. [Aliquid probi] Probe facti, & cū perfectione artis. [quod capiat] Delectet, sic apud Mart. Te fortasse magis capiet de uirgine porca. [Cum sint docti] Admoniti à sapientibus ipsi imperiti, & edocti existunt à scientia, & aliter esse ac ipsi opinabātur, intelligunt. [Itaque] quia propter, inquit, omnes, qui nō habent habitum, sed quoddam signum ipsius uirtutis, commouentur cum uident aliquod medium honestum, & laudant ipsum tanquam perfectum, quoniam ipsi nō habent vsum perfectæ virtutis, & non sunt sapientes, vt possint iudicare an illud sit perfectum, quemadmodum ignari malè iudicant de poematibus, & picturis. Tunc .n. officium dicitur esse perfectum, cum agens agit sciens, eligēs, & perseuerans. hæ tres conditiones ad officij perfectionem requiruntur. Malus homo rem iustā agit interdum, vt dictum est, sed non iustè, & ideo non fungitur officio perfecto, sed medio siue communi. itaq; una eademq; actio respectu agentium dicitur perfectum officium, & mediū. perfectiones autē officiorum sapientes tantum cognoscunt. [His. i. officiis, mediis, & quasi secundis honestis. [Commouentur]. i. afficiuntur. i. laudant, & amant, quoniam suo simili gaudent, & eatenus iudicant, quatenus intelligunt. [Indoles] Signum uirtutis, non perfecta uirtus, & sapientia, ut possint bene iudicare, sed habent quoddam medium honestum. i. aliquā progressionem ad uirtutem. Iudicare autem quid in quacunque re perfectum sit prudentiæ est, atque sapientiæ. homines igitur imperfecti de perfectione officii iudicare non possunt. quatenus autem intelligunt, & iudicant media officia, putant esse perfecta. Vnde multitudinis iudicio multi putantur sapiētes, qui nō sunt, sed in mediis uersantur officiis, & quandam similitudinem gerunt uerè sapiētis, & adumbratam imaginem, non solidam, & expressam. Videntur .n. esse sapientes, cum non sint. [Nec uero] affert quosdam, & qui fortes, & sapientes habiti sunt, & ostendit illos non fuisse, aut perfectè fortes, aut planè sapientes, sed uersatos fuisse in medijs officiis. Duo Decij, pater & filius, qui magno animo se pro totis legionibus deuouerunt. [Duo Scipiones] Publius, & Cneus fratres, qui in Hispania occuberūt in ij. bel. pun. Fabricius] Romanus iustus fuit, & cōtra Pyrrhum pugnauit, ut dictum est, & dicetur loco suo, Pyrrhus certior factus à Fabricio de ueneno, quod medicus parabat, dixit, Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quàm sol à cursu suo auerti potest. [Aristides] Atheniensis Lysimachi filius fuit, & eximiæ iustitię, fisci procurator designatus non ætatis suę solum magistratus, sed & superiores multa, quæ ad rē pu. pertinebant, in rem suam uertisse ostendit. In primisque Themistoclem, qui tametsi sapiens uir, parum tamen continētes manus habuisse iudicatur. Aristides, inquit Plut. cum omnis uirtutis, tum maxime æquitatis, & iustitiæ apud populum periculum fecisse, quæ ad summam semper utilitatem, ac fructum referuntur, ex quibus Aristides, quamquam uir inops, & plebeius, regium tamen in primis, ac diuinissimum iusti. s. cognomen, adeptus est. [Aut ab illis] Decijs, & Scipionibus. [Aut ab his] Fabricio, & Aristide. [Sic sapiens] Sic perfectus in omni uirtute. [Vt sapientem] Perfectissimum. s. qualem Stoici constituebant, & uolebant. [Nec ij, qui sapientes] Nunc ostendit illos non fuisse planè sapientes, qui habiti sunt, & apud nostros, & apud Græcos [C. Lælius] Scipionis amicus. in Læl. ait, Vnum te sapientem appellant, & existimant. attribuebatur hoc modo M. Catoni. Scimus L. Acilium apud partes nostros appellatum fuisse sapientem, sed uterq; alio quodam modo. Cato, quia multarum rerum usum habebat, multaque eius, & in Senatu, & in foro, uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel respōsa acutè ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Te autem alio quodam modo dicunt non solum natura, & moribus, uerumetiam studio, & doctrina esse sapientem, nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminē. Nam qui septē appellantur, eos qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent, hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia sua in te posita esse ducas, humanosque casus uirtute inferiores putes. [M. Cato] Censorius. s. [Nec illi quidem] Septem sapientes habiti sunt, auct. Laertio, Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chilon, Bias, Pittacus, his adnumerant plerique Anacharsin Scytham, Mysonem Chium, Pherecydem Syrum, Epimenidemq; Cretensem, addunt aliqui, & Pysistratum tyrānum. [Frequentia] Multitudine, quoniam medijs officijs peruenitur tandem ad perfectum [Similitudinem] Videbantur, inquit sapientes, sed non erant, ut uerè sapientes intelligūtur. [quocirca] Concludit Cic. ex supradictis, nec perfectum honestum, nec medium debere comparari cum utilis repugnantia. [Comparari] Adęquari, & habere similitudinem asseuerant, cū diuersam habeant uim, & naturam. [Communiter] quod est omnibus commune, & medium quoddam honestum, quoniā constat ex medijs officijs. [quod] Commune honestum, & medium, quoniam illi boni uolūt uideri, in medijs officijs uersantur. [Emolumentis] Vtilitatibus, quoniam non essent boni uiri, si potius utilitates, quam honestè sectarentur, quibus rationibus urgetur Panæt. qui cum esset Stoicus, hanc partem introduxit [Tanquam id honestum] Affert rationem quare cōe honestum non debet comparari cum emolumentis. quoniam. s. hi qui uersantur in medijs officijs, ut ad perfecta tandem perueniant, & progressionem iam factam ad uirtutem retineant, non aliter ipsum medium honestum debent tueri, quam perfectè sapientes, illud perfectum honestum tuentur, & colunt. [In nostram intelligentiam] quoniam non sumus sapientes, & intelligimus media quædam honesta, non perfectum. i. mediū honestum, de quo nos intelligimus. [quàm id] Est conseruandum sapientibus, id quod uerè est honestum. [Aliter. n.] Ratio, quoniam si à medijs officijs disceditur, progressio quæ facta est ad ipsum uirtutis habitum consequendum, teneri nō pōt, sed ad uitium fit ingressio Vnde in medijs officijs perseuerandum est, ut ad perfecta perueniatur, quæ non aliunde, quàm à uirtutibus habitu proficiscuntur. Ordo est. Aliter teneri non pōt progressio, si qua facta est ad uirtutem. progredimur ad uirtutem medijs officiis, quibus relictis ad uitium regredimur. ergo totis uiribus enitendum est, ut progressio ad uirtutem non deseratur, quod omnibus qui boni uolunt haberi faciendū est. [Sed hoc] sup. dictum sit, De his qui habentur boni, quoniam mediis funguntur officiis, q. d. apud illos, qui officiis funguntur, & ob id boni existimātur, non est repugnantia utilis, & honesti, sed apud illos qui omnia dicunt expetenda propter utilitatem, & summum bonum in diuitijs posuerunt, ideo dicit. [Qui autem omnia metiuntur] Mensurant, & dicunt expetenda propter utilitatem. Omnia quæ faciunt, & appetunt non propter honestatem, sed propter diuitias. [Commodis] Vtilitatibus. [Præponderari] idest existimare, dirigi, iudicari præponderari propriè est anteponi in pondere, ac iudicatura, siue existimatione dicimus etiam absolute hoc præponderat. Seneca libro sexto, de beneficijs. Vbi in comparatione beneficij præponderauit iniuriam boni uiri, & officiosi, omnia quæ faciunt, & appetunt honestate non utilitati ponderare debent, & cogitare, quam sit honestum, non quantum afferat utilitatis id, quod facere uolunt, & appetunt. Illi autē qui nondū media officia

ficia ingressi sunt omnia vtilitatibus metiuntur, & sic apud ipsos vtilitas cum honestate, quam non curant pugnare, potest, apud officiosos non potest, nec debet. [Boni uiri] Qui uersantur in medijs officijs. [Itaq;] Qui propter. interpretatur Cic. verba, & mentem Panætij, eumq; excusat. [Hoc ipsum sensisse, qđ dixerit] Hanc sententiam habuisse, id quod duxit Panætius homines. s. solere dubitare, sed non oportere, quoniam honestum cum utili pugnare non potest. [Solere modo] Solum modo solere, sed non oportere, quoniã non debet quis dubitare de hoc, nisi ab officio sit omnino alienus. quod cum ita sit, Panætius nõ est reprehendendus, imo laudandus, quoniam intellexerit non oportere, ut suam decebat professionem, & profectò si hãc partem absoluisset, nil aliud, ut opinor, fecisset, nisi eos refelleret, qui in tali comparatione dubitare solerent, cum nõ oporteat. & hæc pars certè admodum necessaria erat, sed quare omiserit incertum est, & ipse uiderit. Vnde Posidonius bene dicebat nullum esse locum in philosophia tam necessarium. homines. n. hac parte intellecta, magno liberantur errore, cum. s. cognouerint honestum cum utili pugnare non posse, & in hac comparatione dubitandum non esse nec talem comparationem fieri debere, & sic sententiæ Rutilij accedendum est, qui reddidit rationem, quare alij post Panætium hanc partem ab illo relictã non sunt persecuti. [Pluris] Maioris precij, & mometi. Sed hęc] Vtile, & honestum. [Comparare]. i. conferre, & qualitatum differentiam præponere, aut postponere. Nam comparatiuũ addit positiuo, magis, ut honestius, magis honestum. [Quid ergo est] Quærit à se quid sit illud, quod talem addubitationem affert, & soluit dicens tunc oriri talem dubitationem, cum exploratum non habemus quale illud sit de quo consideratur, quoniam si esset certum cuiusmodi esset, nullam haberet dubitationem, sed pateret, aut esse honestum, aut inhonestum. circũstantiæ. n. temporum, & personarum sunt causa huius dubitationis, quoniam id, quod uidetur per se turpe non est ratione temporis, aut personæ. Interficere. n. hominem turpe est, sed interficere tyrannum est honestum. [Addubitationem]. i. ambiguitatem alibi dicit: solebat addubitare Panæt. Addubitare ꝓpriè est ad aliquid, siue in aliqua parte ambigere. unde Liu. dicit, De legatis paululũ addubitatum est. [Considerãdum] Examinandum, & iudicandum. [Quale sit] Honestum an turpe. Sæpe. n.] Ratio quare oritur dubitatio, cum ignoratur quale id sit, de quo deliberamus, & affert ancipitem curam cogitandi. [Tempore] Conditione temporis, & sic circunstantia facit, ut id non sit turpe, quod erat, & id non honestum, quod ꝑ se erat honestum. [Plerunque] Ferè semper. [Inueniatur] Aliqua. s. circunstantia temporis, aut personæ, & ponit exemplum de nece Cæs. [Quod patet latius] Quod ad plura se extendat, & ad multa possit transferri. nam uno hoc exemplo, alia possumus intelligere. [Familiarem] Amicum, quoniam Br. nõ modo amicus, sed etiam filius Cæs. habebatur. Nam dicitur Cæs. concubuisse cum Seruilia matre Bruti, & sorore Catonis. Vnde Cæs. cultu filij Brutum apud se habebat, & eum maximè ornabat. Cũ uulneribus appeteretur à coniuratis, & uidisset Brutum stricto pugione in se irruentem, Græcè dixit, καὶ σὺ τέκνον. i. & tu fili, & sic omni spe iam euadendi deposita, caput toga obuoluit, & ad imos pedes deduxit, ut honestè caderet. [Nam igitur]. i. an sceleratus habendus est, q. d. non est reus sceleris tyrannicida, imo dignus laude. [Populo R.] Qui laudauit necem Cæs. & percussoribus pręmia decreuit. [Præclaris] Summa laude dignis. [Illud] Cædem Cæs. tyranni. [Pulcherrimum] Maxima laude uirtutis dignum, & Athenienses Harmodio, & Aristogitoni tyrãnicidis statuas erexerunt. [Vtilitas] Publica, quę secuta est ex morte tyranni. [Vicit igitur] Dicet aliquis, inquit Cic. Vtilitas in tali re uicit honestatem, imo respondet, utilitas secuta est honestatẽ, quoniam omne honestum est utile. [Honestatẽ] quod familiaris occidit amicum, non fuit turpe, inquit, amicũ occidere, sed honestum, & utile, quoniam erat tyrãnus, cuius cędes utilis est omnibus, & laude honestatis ornata, quippe talis lues è medio tollẽda est, ne alij noceat. Qui igitur hoc malum ex hominum societate emouet, summa laude dignus est. Nec erat Cęs. bonorum amicus, cum esset tyrannus, sed potius inimicus. Vnde à Bruto reip. oppressæ studioso potuit cũ laude interfici. Plato in 9. de rep. sic ait, Libertatem, & amicitiam ueram natura nũquam tyrannica gustat.

FRAN. MAT. PANAETIVS igitur] Repetit, quod in principio operis dixit, & Panætium reprehendit, qui cum triplicem fecisset officij diuisionem, tertiam partem reliquit penitus intactam. Consulto autem hoc fecisse, quia grauior esset materia, quam ipse tractare ualeret, ipsius comprobat dictis, & Posidonij, ac Rutilij Rufi auctoritate, nam triplicem capiendi cõsilij deliberationem Panæt. esse dixit: Primam cum quæritur honestum ne sit aliquid an turpe. Secundam utile, an inutile. Tertiam, cum utilitas pugnare uidetur cum honestate. hanc tertiam partem intactam reliquit, de qua dicturum tamen se pollicitus erat. Reprehendit autem Panætium Cic. quod duo prætermiserit, quoniam non solum quæritur quid honestum, sed duobus propositis honestis, utrum honestius, nec solũ quid utile, sed ex duobus vtilibus utrum utilius. Quam ille triplicem fecit diuisionẽ, Cic. fecit quinque partitam, nunc eundem reprehendit, quod cum tria proposuerit, duo tantum executus sit, tertium omnino reliquerit. [Sine controuersia] Nullo dissentiente. [Correctione] De quo est dictum. [Consultare] Cum ad consultationem homo peruenerit quid sibi agendum sit. [De tertio gñe] Videlicet cũ honestum, & utile, & pugnare inter se uidentur. Posidonio &c.] Hic Apolloniates fuit. alius quoq; hoc nomine habetur, Cn. Pompeio, & Cic. familiaris, Alexandrinus. [Commentarijs] Nam commentaria quædam scripsit de officijs, in quibus de hac tertia parte à Panætio prætermissa nonnulla dixit, & tamen miror, inquit Cic. hũc locum breuiter à Posidonio etiam tractatum, cum idẽ dicat esse nullũ in tota philosophia, tam necessarium. [Minimè uero &c.] Illis respondet, qui consulto Panætium reliquisse dicebant tertiam partem, quod nõ uideretur necessaria, & rationẽ afferebãt. Quia nihil potest esse honestum, quod nõ sit utile, & contra, ergo superfluum esse præcepta dare de eo, quod esse non potest. refellit hoc Cice. dicens, quomodo eius opinionis Panætius fuit, cum tria mẽbra proposuerit, & in hoc iij. lib. de hoc tertio membro se scripturum dixerit, nihil bonum fecisset, si hæc eius sapientia fuisset, ergo sequitur magnitudine rei deterritũ id, quod tradere erat necessarium eum reliquisse. [Consulto] Dedita opera, & ex industria. [Quia nunquam &c.] Hæc erat Panætium defendentiũ ratio. [De quo &c.] Non negamus, inquit, hoc in dubitationẽ uenire posse, uidelicet uirum honestum uti pugnare possit, illud tamen manifestũ est tertium mẽbrum posuisse Panætium. [Omittendum] Cũ multi, & Peripatetici, & Stoici dicunt, nihil utile, qu od idẽ honestum non sit. [Alterum] Quod in diuisione Panęt. hoc tertiũ mẽbrũ nõ posuerit [Accedit eodẽ &c.] Vtitur Posidonij auctoritate, qui fuit Panætij discipulus, & in qua dã epist. scripsit accepisse se à quodam Rutilio Rufo auditore Panætij, contigisse Panętio in hoc tertio mẽbro, quod Apelli, q. adeo mira arte caput, & os Veneris effinxit, ut nemo inuentus sit, qui reliquũ corpus perficere auderet, qm̃ se illi parti respon surum nõ putaret. eodem modo, quæ reliquisset Panætius ꝑꝑ eorũ, quæ perfecerat præstãtiam neminẽ cõplere ausum. P. Rutilium Rufum. hic est, qui unà cum Metello ab equitibus R. cũ ad eos lege C. Gracchi iudicia, trãslata essent, qm̃ repugnabat, damnatus est exilio: Vir (ut ait Liu.) summæ innocentiæ exulauit Smyrnæ. cumq; ad eum literæ reuocationis in patriam allatæ fuissent, & ludos spectaret, non prius explicuit, quam ludi sunt finiti, & cum redire posset, contempsit, auct. Val. Max. meminit Liu. Cic. lib. de Cl. Or. Fuit orator, & in quodam tristi, ac seuero genere dicendi uersatus est, multa præclara de iure doctus, & Græcis literis eruditus, Panętii auditor propè perfectus in Stoicis. [Apelles] Hic, ut Plin. scribit superauit omnes prius genitos futurosque, postea eo usque Olimpiade 13. in pictura prouectus, vt plura solus propè, quam ceteri omnes contulerit uoluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent. Ephesius fuit, pinxit Venerem exeuntem è mari, quam D. Augustus dicauit in delubro patris Cæs. inchoauit aliam Cois, de qua hic Cicer. superaturus illam suam priorem inuidit mors peracta parte, nec, qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est. Plin. de Apelle plura lib. 35 [Quãmobrẽ &c.] Concludit, & quãdoquidẽ ita diuisit Panæt. de eius iudicio dubitari nõ potest. [Quin.]. s. uoluerit tertiam partẽ exequi, deinde executus non sit, potest tamẽ dubitari, nunquid tertia illa pars de pugna utilis, & honesti omnino proponẽda fuerit. [De iudicio] quia iudicat tria mẽbra esse. [Nã siue &c.] quod dubitari possit, faciẽda ne sit cõparatio vtilis, & honesti probat, siue, inquit, solũ bonũ in uirtute ponimus, qđ Stoici sentiunt, siue nõ solũ bonũ, sed summũ bonum in virtute collocamus, quod Peripateticis vr̃, nõ vr̃ hæc qõ incidere posse. nã siue solũ bonum

Quando utilitas cum honesta repugnat.

Stoicu... Solum ... dicat ... nã qu... sit ho... stum.

bonum sit virtutis, siue summum, nihil potest esse honestum, quod idem non sit utile, nam quod ab honesto seiunctum est, id vtile esse nullo pacto potest. [Vt omnia &c.] nam corporis bona Peripatetici, & externa commoda appellabāt, & adminicula quædam ad uirtutē. Nam ut ait Arist. impossibile est aut certè non facilè, præclara ab eo agi, cui desunt facultates. [In altera parte]Tanquā in bilance.[Cohærentia] coniuncta naturaliter. Socrates eos execrabatur, qui primi hæc duo, vtile, & honestū naturaliter cōiuncta diuisissent. Fuit autē imperitū vulgus, quod prius existimauit esse aliquid honestū, quod non esset utile. [Opiniones]Quoniā re ipsa separari nequeunt.[Stoici]qui ab eo fluxerunt. [Quidquid honestū] Vt conuertantur inter se utile, & honestum. Si honestum vtile, si utile honestum. [Quod si is esset &c.]si inquit, non ex eorū numero esset Panętius, qui honestatē summum bonū uolunt esse, sed ex eorum numero, qui ad uoluptatē omnia referunt, ut Epicurei, & Eudoxus, fortasse liceret ei ita statuere, vt aliquando utilitas cum honestate pugnaret, cum uero Stoicus fuerit, non licet, & ita arguit posuisse illud tertium membrū non necessariū, sed cum posuerit exequi debuisse dicit, & sine uitio prætermittere non potuisse.[Efficient ut]Et propterea colendā, & amplectendam virtutē, quia causa esset nobis utilitatis, non autē propter seipsam, nam ꝑꝑ seipsam nullo alio respectu colenda est virtus, ut Stoici uolebat.[Vel indolentia]quia indigent, & ideo aliorum amicitiā requirunt, & ij sunt, qui non uere amant. nec.n. ad ipsos quos amant, sed ad sua ipsorū cōmoda omnia referunt, ut Cic. dicit in Lælio. [Voluptate]Vt absit omnis dolor.[Indigentia]Vt adsint omnia cōmoda.[Sed cum sit &c.]Concludit nūc dicens, sed cum Panætius ex eorū numero fuerit, qui honestū ceteris rebus anteponūt, ut si cetera bona accesserint, uita beatior nō fiat, nec si decesserint miserior, nō debuit hanc tertiam partem in officijs ponere.[Sed cum is sit].i. talis qualis est perfectus Stoicus, qui solū bonū iudicat, quod honestum est.[Specie quadā]non re uera, qm̄ est apparens utilitas, noa re uera. [Etenim &c.]Ratio est eius, quod dixit Stoici summum bonū (inquit) dicunt esse uiuere secundū naturam, secundū aūt naturā uiuere, est cū virtute viuere. Natura.n. nihil turpe docet, sed ad uirtutē ducit. uultq; ut ratio præcedat, sensus ueluti pedisse qui subsequantur, ergo nihil facere possumus nos, qđ nō sit cum uirtute coniunctū. Superflua itaq; Panætij fuit deliberatio illa tertia de honesti, & utilis cōparatione, Zeno Creticus lib. de natura hominis, finē ait consentaneè, secundū naturam uiuere. Id aūt est secundū uirtutē, uiuere, ad ea quippe natura nos ducit. Similiter, & Cleanthes in lib. de uoluptate, & Posidonius, & Hecato in lib. de fin. Rursus secūdū virtutē uiuere idem est, quod secundū peritiam eorū, quæ secundū naturā accidūt uiuere, ut Chrysippus in j. de fin. ait. partes .n. naturæ uniuersi sunt naturæ nostræ. iccirco finis efficitur cōsentaneè, secūdum naturā uiuere, secundū suā omniumq; naturā, nihil eorū faciēdo, quę à cōi lege prohibētur, quæ est recta rō in oēs permeās, eademq; in Ioue hæc est in principe gubernationis omniū quę sunt existente.[Ita legere]pro eligere [Si ea uirtuti &c.] nā ducit ad uoluptatē, ea cōplectenda est, si à uirtute seiūcta nō est. Et Diog. dixit, finē hominis esse rōni ritè obtēperare, in eis deligendis, quę secundū naturam sunt. Naturam Chrysip. eam decebat esse, cui consentaneè oporteat uiuere, & cōem intelligebat, & propriè humanitatis. Cleanthes cōem tantūmodo naturam suspiciebat, quā sequi oporteret, non ēt particularem, uirtutemq; affectionē esse consentientē, & ipsam ꝑꝑ seipsam esse virtutē, non ob metum aliquem aut spē, aut aliquid eorū, quæ sunt exterius, inq; ipsa constitutam esse beatā uitā. [Quod cū sit].i. concludit cū summum bonum sit uiuere secundū naturam, & uiuere secundū naturā sit cū uirtute congruere, sequitur non posse aliquid utile, quod appetat homo sine uirtute, nec aliquid eligendum, quod uirtuti repugnet, malè ergo Panætius tertiū membrum posuit Atq; illud quidē honesti &c.] Disputanit contra Panætiū, & ostendit in exquirendis officijs non fuisse adiungendum 3. membrum, quando s. utile cū honesto pugnet, siue Stoicos sequamur siue Peripateticos. Quorū illi solum bonū dicunt uirtutem, ij uero summum, nihil est solum. quod si secundū eos, qui rectè philosophantur, nihil est honestum, quod idem non sit utile, & contra, illa tertia consultatio Panætij omnino superflua est. Sed qm̄ non semper loquimur secundum uerè sapientes, sed aliquando secundū eos, qui cōiter sapientes habentur, accidere potest plerunq; illud tertiū

membrum, præterea in principio huius operis cum officia per diuisionem diffinire dixit duo genera esse, unum rectum, κατόρθωμα Græci uocant, alterum Meson, quod cōmune dici potest, illud sapientis esse, hoc uero uulgi, cui satis est si medium inspiciat officium. quod cur factum sit ratio probabilis reddi potest. Et sic accidere potest illa consultatio, quam gratia uulgi etiam philosophus sine reprehensione tractare potest.[Id in sapientibus est solis]Quales fuerunt Stoici; nam ita ipsi honestum diffiniunt perfectum bonum, quod omnes à natura quæsitos numeros habeat, atq; perfectè moderatum. Dicunt præterea, quòd honestum sit id solum esse bonum, & honestū bonum esse æquale, ac tantundem ualere. nam quia bonū est honestum est, est autem honestum, bonum ergo est. Putant ijdem omnia bona esse paria, bonumq; omne summopere esse appetendum, id neq; augmentum suscipere, neq; detrimentum. eorum autem qui sunt, alia aiūt bona esse, alia mala, alia neutra. bona uirtutis esse prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam &c. id genus. mala uero his contraria uitia, imprudentiam, iniustitiam &c neutra uero, quę neq; prosunt, neque obsunt, ut est vita, sanitas, pulchritudo, uoluptas, robustitas, opes, gloria, nobilitas, & quæ his opposita sunt, mors, ægritudo, dolor, turpitudo, infirmitas, inopia, obscuritas, atq; ignobilitas, & his similia. Non.n. ista bona, sed indifferentia per speciem deducta. sicut.n. caloris proprium est calefacere, non refrigerare, ita & boni proprium prodesse est, & nō nocere. non autem magis prosunt, quā noceant opes, atq; sanitas. quo āt bene uti, & male possumus, id bonum non est, diuitijs autem, & sanitate bene uti, & male possumus, non est igitur bonum opulentia, & sanitas.[In his autem &c.]In illis qui medium officium sequūtur, medium sit, officium est siue commune, quod cur factum ratio probabilis reddi potest.[Vt uerbi causa]Cur non renuis honores? ut remp. administrem, administrādo bene de ea merear. Cur studes parandis diuitijs? vt liberalis esse possim in propinquos, in amicos, in indigentes, & ideo cōe officiū est, quia reddi ratio probabilis potest cur aliquid fiat. sapientia ergo perfecta est in paucis, aut fortasse nullis, sed hæc effigies sapiētiæ est in multis, de qua loquitur Cic.[Bonitate ingenij]Ac si diceret hæc media officia, tum bonitate naturæ, tum studio, & doctrina comparantur, & duos tangit hominum gradus quos ponit Hesiodus. Vnum eorū qui tanta sunt naturæ bonitate, ut omnia per seipsos intelligant. Alterum eorum qui cum ipsi per se non intelligunt, ab alijs instituti, & erudiri quærunt. sunt autē aliqui quibus ab initio diuina constansq; mens est, quæ supra hominem putanda, deo attribuenda est. perfectionem, & absolutionem, ut Socr. ἅπαντας τοὺς ἀριθμοὺς κατε. Bonitate ergo ingenij etiam sine doctrina. Et vt ijdem dicunt &c. omnē λάβεν. Et constare suis numeris dicatur res, hoc est suis partibus, & perfectione.[Illud autem &c.]Perfectum hoc officium, de quo loquitur in solum cadit sapientem, Indocti apprehēdunt, quæ communiter nota sunt, quia interius uidere non possunt. non .n. ipsi rerum principia uident, & superficiem rerum tantū cernunt.[Cum autem &c.]Officium quod rectum est in solum sapientem cadere potest, at vero medium etiam in imperitos, q-bus etiam perfectum uidetur, quoniam quæ faciunt quantum absit à perfecto officio nō intelligūt, & quousq; intelligunt nihil existimant relictum esse. exempli causa, sunt duo liberales, uterq; largitur, sed hic plus, hic minus, hic plus indigenti, ille non adeo indigenti, vterq; putat officium suum perfectum. Et quatenus ipse intelligit, nihil in eo officio arbitratur prætermissum, sed neuter tamen perfecto officio usus est, quoniam quid illud esset non intellexit, nam neq; hunc plus indigēti dare parum conueniebat, neq; hunc minus indigenti multū erogare. Ordo est. Vsu venit in officijs medijs, quod in poematibus &c.[Quod autem in &c.]similitudine ostēdit qūo uulgus laudat ēt imperfectū officium, quod in eo aliquid perfectionis est. ita, inquit, vulgus laudat, quæ perfecta non sunt, & perfecta existimant, quemadmodum qui non planè doctus poema laudat, in quo aliquid bonū sit, nec aduerit, quod in eo uitij fuerit, idem etiam in pictura accidit.[Ob eā, credo &c. [Ratio cur hoc faciāt, quia quæ extrinsecus sunt apprehendunt dūtaxat. [Hæc igitur officia &c.]Dixit recta officia tantum sapientibus cōuenire, cōia uero ēt indoctis patere, qui hoc nomine sapiētis indigni cum sint, haberi tū sapientes possunt, sed ut, & superiora, & sequentia melius percipiātur, notandū est, duo esse humanorum actuū principia, unū finē, principia quæ ad finem tendunt,

Perfectū officium in solum cadit sapientē.

dunt,sunt intellectus,& appetitus, intellectus duę sunt partes, speculatione, & actio speculationis obiectum est ueritas, ad q̃ per doctrinam peruenitur,actionis uero obiectum opus. Nam actio ad aliquod opus tanquam ad finem tēdit, & ad illud per artem peruenit,ergo sicut speculationis ueritas,ita actionis opus obiectum est. ad ueritatem per doctrinam ad opus per artem peruenitur. Appetitus uero duplex est rationalis,& irrationalis. Rationalis est electio, & executio,hæc autem omnia ad bonum tendunt,uidelicet ad finem suum.unde rectè Arist. dixit,omnis ars omnisq; doctrina,similiter autē actus, & electio bonum quoddam appetere uidentur,idem ait bonum est, qđ omnia naturaliter appetunt. Ex quibus comprehenditur,qūo sapientis,& uulgi officium discernatur.Nā officium cuius principium est intellectus,& speculatiuus,& actiuus est sapientis ꝓprium,sed illud officium ad quod per electionem peruenitur, dicitur cōe officium omnium,illud officium rectum, siue perfectum immediatè sapiens implet. At uero cōe omnium officium non immediatè,sed per electionem, qm̃ primo est necessaria electio.,postquā.n.elegeris ad illud officiū necessario peruenitur,unde officium medium diffinierunt Stoici. Quod cur factum sit ratio probabilis reddi potest. Zeno ipse Stoicorum princeps officium esse dixit actionem quandam naturalibus appetitibus propriam,eorum autem, quæ secundum appetitum geruntur,alia quidem esse officia,alia præter officium,ea uero officia intelligenda,quæ ratio facienda suaserit parentes honorare, fratresq; ac patriam tueri,amicos parare,illisque adesse, præter officium sunt,quæ ratio fugienda suggesserit, ut est parentes,negligere fratrem, omittere curam, & cetera huiusmodi,quæ autem ratio fieri neq; uetat,neq; iubet,ea neq; officiū sunt,neq; præter officium,ut est festucam tollere, tenere stylū uitreum &c.id genus,ex quibus intelligitur, quæ sunt officia; de quibus præcipit Cic.[Hæc igitur &c.]Illa prima sunt sapientum tantum,ad quem, ut dictum est,immediatè peruenitur. Nam qui speculando cognoscunt,& operādo, habitum habēt rei honestæ,ij sine medio ad ipsum honestum statim tendunt, non idem contingit in cōi officio, nam aliquo medio utuntur homines,ut ad illud perueniant. [Indoles] Significatio speciemen q;, Cic.pro Cœl.Quis iudicet hoc robore animi,atque hac indole uirtutis,& continentiæ fuit?[Commouentur] Natura .n.ducuntur,& ratione,ut eligant,quæ meliora uidentur,& ea sequantur.[Nec uero]Vt intelligi differentia possit,& perfecti officij,& huiusmodi siue cōis exēpla ponit,cum inquit, Scipones fortes dicuntur,& Fabricius,atque Aristides iusti.Exempla eorum non tanquā sapientum, sed tanquā cōium uirorum ponuntur.non.n.ipsi immediatè rectum illud,& honestum sequebantur,quamuis sequerentur,sed mediatè à Decijs, à Scipionibus non tanquàm à sapientibus exemplum sumitur fortitudinis.non .n.fuerunt uerè perfecteq; sapientes,quāuis fortes uiri habiti sint,nec ab ipsis tanquam à sapientibus exempla querūtur.Ducti tamen sunt ad cōe officium amore patriæ in quo putarunt ipsi se pleno,& perfectè functos officio.[Decij]Ii pro salute exercitus,& uictoria se deuouerunt,alter bello Gallico, alter bello Latino.[Duo Scip.Cn.& Pub. fratres,qui in Hispania periere, cum corporibus suis aduētum Carthaginiensiū intercluderent.[Fabricius]Nec à Fabricio exemplum iustitiæ, aut ab Aristide tanquàm à sapiētibus petitur, sed tanquam ab ijs, quos uulgus appellat sapientes, cum plenè perfecteq; sapientes non fuerint.Fabricius tanta iustitia fuit, ut cum Pyrrhi regis medicus ad eum uenisset,& præmium posceret,ut ueneno Pyrrhum necaret,secundum aliquos uinctū remiserit,secundū alios aspernatus sit,& Pyrrhum admonuerit, ut diligenter caueret,quibus corpus suum cōmitteret, quia nisi sibi cauisset, cito periturus esset.Magna fuit iustitia Fabricij,qui maluit honestem uiuere,quam turpiter,& per insidias uincere. [Aristides] Hic adeo iustus fuit,ut cum Themistocles in populo Atheniēsi dixisset optimum se consilium inuenisse, sed illud occultādū esse,quo principatū totius Græciæ Athenienses obtinerent,responderint Athenienses,si id exequi uellet,quod animo conceperat,oportere cum Aristide cōicare,& si is laudasset, tunc exequeretur.Id ex populi uoluntate fecit Themistocles. erat aūt consilium eiusmodi, ut classem Lacedæmoniorum comburerent,quo facto ipsi totius Græciæ principes essent,quod consilium cum Aristide aperuisset,respondit,consilium quidē Themistoclis utile uiderit,sed turpe,& inhonestum esse.tunc Athenienses subclamarunt,non esse faciendum. Maluit ergo Aristides iustitiam seruare, quam totius Græciæ principatum obtinere.[Nemo.n.&c.] Verè inquam non petuntur ab his supradictis exempla tanquàm à sapientibus, quia nemo eorum fuit sapiens,ut à doctis intelligitur, & ut accipit Arist. qui dixit sapientes illos esse,qui uident eximia quædam, & admiranda, & difficilia,& diuina, & sapientia esse intellectum preciosissimorum natura,quàm alij diffinierunt diuinarū humanarumque rerum scientiam.[M. Cat. de quo lib. de Sen. nomen habebat sapientis.[C.Lælius]hic omnium apud R.habitus est sapientissimus,de quo in Lel. hanc in te sapientiam esse existimant, & omnes te sapientem,& appellant, & existimant. Fuit Scipionis superioris amicus.etiam Orator illustris,quoniam Cic. laudat in lib.de Cl. Or.[Illi septem] Thales Mil.Pittacus Mitylenaeus, Chilon Lacedæmonius,Bias Prieneus,Cleobulus Lydius, Periander Corinthius,Solon Salaminius,quidam Ionici adolescētes auct. Callimacho à piscatoribus Milesijs iactum retis emerunt. Capto deinde,& educto aureo tripode,orta cōtentio, nō ante sedata est,quam Delphos à Milesijs missum,responsumq; est à deo,illius esse debere,qui omnes sapientia excederet. Datur ergo Thaleti.Talesq; illum alij dat, & rursus alius alij, donec ad Solonem uentum est, qui deum primam esse sapientiā asserens,illum Delphos misit.Sed quāuis ij septem habiti sint à Græcis sapientes,non tamen re uera fuere sapientes.[Sed ex me.&c.]Quia frequenter medijs utebantur officijs, quæ non sunt perfecta,ideo speciem,& imaginē præ se ferebāt sapientū, cum tamē nō essent sapientes,media officia,alia minora sunt, alia maiora,ut supra est in præceptis ostensum.Quo circa &c.] Concludit nunc,& quando quidem,inquit, duo gña officiorū esse ostendimus,quorū alterū perfectū est,idq; sapientis tm̄,alterū medium,sic cōe,quod omniū est hominū, & tam hoc quā illum honesti finem habere,adeo ut utile in comparatione honesti minimū momenti habeat, siue in sola uirtute consistat secundū Stoicos,siue præcipuè in uirtute, sed non sola secūdū Peripateticos,& si sequitur utile cum honesto pugnare nō posse,Ex quo efficitur tertium illud mēbrū à Panætio prætermissum non fuisse necessarium.[Vere ho.]videlicet illud perfectū, quod absolutum est,& omnes suos numeros habet.Id qđ &c.] Medium honestum secundum opera, quæ cur egerimus ratio probabilis reddi pōt. Ad hoc honestū naturaliter inclinamur, illud prius solis sapientibus attribuitur.qui rari aut nulli sunt. [Bonos ui.]Non autem sapientes,qui bonus, idem iustus. Nā bonum,& iustum,ut supra dictum est,conuertūtur cum emolumentis,cum utilitatibus. [In nostrā intelligentiam] Videlicet in cōem.Arist.cōem sensum appellat,est autē potentia animæ quæ discernit sensibilia diuersorū sensuum in uno,& eodē. Exēpli gratia,in lacte unum,& idē est,& tn̄ duo discernunt,dulcedo,& albedo.Quæ duorum sensuum sunt oculorū,& gustus. qualis autē est sensus imaginarius ad aīum,talis est uirtus æstimatiua ad memoratiuā. Sicut.n. imaginatio sensibiles formas retinet,quas sensus cōis appræhendit,ita memoratiua thesaurus est,qui sensibiliū formas cōseruat, quas uirtus æstimatiua apprehendit Sic.n.ipse Cic.lib.de Leg. Etenim cōis intelligētia nobis res notas efficit,easq; animis nostris inchoat. ea q̃ sunt, ut honesta in uirtute ponantur,in uitijs contraria, ea uero in opinione posita,existimare non in natura dementis est. Quanta uis est naturalis rationis,ut ea nos impellat ad honesta, & à uitijs deterreat.Rectè ergo dicit Cic.hoīem cōem intelligentiā animis nostris res notas facere,& ea in his inchoare.i. principia dare rerū animis nostris,ut honesta in uirtute ponant,in uitijs contraria.quid est autem, quod nos faciat res honestas in uirtute ponere?nihil profecto,nisi naturalis ratio.id eo rectè subiungit,eaque non in natura existimare &c. [Progressio] Accessio.[Aliter enim teneri &c.] Nisi adhibeamus diligentiam in medio officio conseruando semper, & in animi actione, nihil prodest recepisse illud exercere, nam illi dicuntur, & habentur sapientes opinione multitudinis, qui in omni actione seruant hoc officium, ut nunquam à uirtute declinent, & ideo subiungit. [Conseruatione offic.] Ab ijs, qui in eodem sunt tenore semper rectè agendi, & nunquam ab honesto discedunt, quidquid agunt. [Aestimantur bo.] Non aut sapientes, hoc est, qui uirtutem sibi proponunt in omnibus actionibus. [Qui autem &c.] Probauit hactenus rationibus superfluum fuisse membrum à Panætio additum de pugna utilis, & honesti. Nunc ostendere incipit quomodo talis questio incipere potest,non sapientibus,sed illis,qui in uirtute

Officiū cuius, pricipiū est intellect᷒ differt ab officio medio.

solum aut summum bonum non statuunt, sed in vtilitate. vulgus. n. omnia ad suam refert utilitatem, & propter eam ei hæc accidere potest consultatio. [qui aūt omnia] Illi, inquit, hanc habent consultationem sit ne unquam utile anteponendum honesto Qui quidquid faciunt utilitatis suæ gratia faciūt. [Ita que exist.] Hac ratione, inquit, dictum Panæt. existimo. Quoniā vsus est hoc uerbo solere non autem oportere. sciebat. n. hanc conclusionem non debere fieri. [Etenim &c.] Si turpe est comparare utile cum honesto, quanto turpius est existimare aliq d vtile esse, quod honesto præferendū sit? & est à minori ad maius comparatio. [Quid ergo est &c.] Quærit, & sibi respondet Cic. paulatimq; ad id descendit, ut ostendat hanc consultationem incidere posse. [Credo si quando &c.] Respondet, & rationē affert suæ interrogationi. [quale sit] Non aūt quid sit non de substantia quæritur, sed de qualitate. substantia rei propositæ, eadem est nonnunquā, at uero qualitas diuersa. Nā occidere hominē substantia est, qualitas potest esse diuersa, q a alia atq; alia de causa homo occidit, si occiditur iniustè scelus est, & cōtra officium, si iustè honestum est, nec fit cōtra officiū. [Sæpe. n. tpa] Tēpora plerunq; incidūt, ut j. lib. disputatū est, q bus id quod per se turpe est honestū sit. [Exēpli gratia] Reddere depositum semper honestū est. At siquis apud te gladium deposuerit, & furiosus factus reposcat, nō facis cōtra honestū, si nō reddis, nam si redderes, aliquid mali facere posset. [Latius] qđ possit multis rebus accommodari. [quod pōt ma. &c.] Si per se consideres quātū scelus sit occidere nō modo hominē, sed etiā familiarē hominē, hoc est amicū, tā ingens scelus esse inuenies, ut uix maius excogitari possit. accidere tñ pōt tēpus, ut nō pro scelere habeatur, sed pro officio. [Nū se scelere] M. Brutus nun quid ab officio discessit cū occidit Cæs. adeo familiarem, ut ab illo hæres esset ex parte constitutus, & re uera filius erat? Nam Seruiliam matrem Bruti, & Catonis sororem adulterare solebat Cæsar. Brutū uero cultu filij habebat apud se, & præcipuè ornabat. Quem cum inter coniuratos irruentem in se pugione stricto uidisset, dixit καὶ σὺ τέκνον, hoc est, & tu fili. [Populo q.] Respondet Cic. nescio quid alijs populis uideatur. P. R. certè nō uidetur scelus occidere tyrannū. [Ex omnibus]. i. ex omnibus, quæ quis præclare facere potest. Vicit ergo &c.] Hic quæstio incidere uidetur nunquid honestū vtili, an utile honestū anteponatur, uidetur turpe hominē familiarē occidere, uř & utile, q a tyranno occiso recuperatur libertas, ergo hic quasi incidit quæstio, sed eā soluit, non ita, inquit, est, nam occidere tyrannū nō vtile solum est, sed honestū. ergo nihil honestū, quod nō utile, & contra. [Vicit] Diceret aliquis quod utilitas uicit honestatē, quæ nolebat, ut amicus amicū occideret. [Imo &c.] Nō est ita, inquit Cic. quia utile quidē fuit tyrannū occidere, sed patriam seruitute liberare honestū est. Quid. n. honestius esse pōt, quam eū de medio tollere, qui iura omnia diuina, & humana occupauerit, & pro libidine sua omnia faciat?

Nunquā utile est anteponendum honesto.

Occidere tyrannum est honestū.

IGITVR, ut. s. propositum aggrediar, Panætius qui sine controuersia. i. omniū iudicio disputauit accuratissimè. i. cū summa cura, & diligentia de officijs, quenque. i. quē non secuti sumus potissimū, & hoc quadam correctione adhibita, explicauit tribus generibus propositis. i. cū tria gña essent proposita, in q bus homines solent deliberare, & consultare de officio uno sup. genere proposito cum dubitarēt, ne pro an, id de quo ageretur, esset honestum, an turpe. Altero sup. gñe proposito cum dubitarent, an id de quo ageretur esset utile, an inutile, & tertio sup. gñe proposito cū dubitarent, si id quod haberet speciē honesti pugnaret cū eo, quod uideretur utile. Qūo oporteret ea discerni explicauit, inquam Panætius, de duobus gñibus, tribus libris. Autē pro sed, scripsit se dicturū deinceps de tertio genere, nec exsoluit. i. effecit, quod promiserat. Quod ego miror magis eo. s. propterea, quia scriptum est à Posidonio discipulo eius Panætiū uixisse 30. annis, postq edidisset eos libros. s. tres dictos de officio, quē locū. s. de repugnātia utilis, & honesti ego miror esse contractū ut dicit, à Posidonio in quibusdam commentarijs, præsertim cū scribat nullū esse locū in tota philosophia tā necessarium. Vero pro sed, ego minimè. i. nequaquā assentior his qui negant eum locum esse prætermissum à Panætio, nec relictum consulto. i. deliberato consilio, nec fuisse omnino scribendum, ideo. s. quia utilitas nunquā posset pugnare. i. dissentire cum honestate. De quo alterū. i. altera pars potest habere dubitationē, uidelicet ne pro an, hoc genus, quod fuit sertium in diuisione Panætij, fuit adhibendum, an planè. i. omnino omittendum. Alterum. i. altera pars non potest dubitari, quin sit susceptum à Panætio, sed derelictum sup. ab eo, nā necesse est tertiam partem restare huic, qui absoluerit duas partes à diuisione tripartita. i. postquā proposuit diuisionem tripartitam. Propterea ipse pollicetur in extremo lib. 3. i. in extrema parte libri 3. uel in lib. 3. qui extremus est, se dicturum esse deinceps. i. consequenter, de hac parte Posidonius testis locuples. i. plenus auctoritatis, accedit. i. adijcitur ad hoc. i. insuper, qui scribit etiam in quadā epistola, P. Rutilium Rufum solere dicere, cum dico, qui audierat Panæt. ut. i. quemadmodū nemo esset inuentus Pictor, qui absolueret eam partem Veneris. i. simulacra ipsius Veneris, quam. s. partem Apelles optimus ille pictor reliquisset inchoatā. Enim pro quia, pulchritudo oris auferebat spem imitandi reliqui corporis, sic sup. dicebat, neminē esse persecutum. i. perfecisse ea quæ Panætius prætermisisset propter præstantiam eorum, quæ fecisset. Quamobrem nō potest dubitari de iudicio Panætij. Autem pro sed, dubitari potest fortasse de eo, ne pro an, adiunxerit rectè, hanc tertiam partem ad exquirendum officium, an secus. i. aliter, hoc est non rectè, sed prauè. Nam siue solum honestum est bonū, ut placet Stoicis, siue id quod honestum est, id sup. non solum ad summū bonum est, quemadmodum uidetur nostris Peripateticis, ut omnia (s. uoluptatis, & utilitatis bona) collocata ex altera parte uix habeant instar. i. magnitudinem, ac pondus minimi momēti, non est dubitandum, quin utilitas nunquàm possit contendere cum honestate. Itaque accepimus Socratem solitum execrari eos, qui detraxissent. i. uiolenter segregassent primū hæc s. honestum, & utile cohærentia natura. i. per naturam, cui quidem uidelicet Socrati Stoici assensi sunt. i. assensum præbuerunt, ita ut censerent quidquid esset honestum, id esse utile, quod non sup. esset honestum. Quod si Panætius esset is qui diceret uirtutem colendam esset propterea, quòd ea esset efficiēs utilitatis, ut hi qui metiuntur res expetēdas, uel uoluptate, uel indigentia, licet ei dicere, honestatem pugnare aliquando cum utilitate. Sed cum sit is, qui iudicet id solum, bonum, quod honestum sit, quæ autem repugnent huic. s. honesto quadā specie utilitatis. i. quia uidentur utilia, & non honesta, & uitam fieri neque meliorē accessione. i. aduentu, aut adiectione eorū, nec peiorem discessione eorum, ipse non uidetur debuisse introducere huiusmodi deliberationem, in qua compararetur id, quod uideretur utile eo, quod honestum. Etenim uiuere conueniēter naturæ, quod dicitur à Stoicis summum bonum, id habet opinor hanc sententiam congruere semper cum uirtute. Autē pro sed, legere ita cetera sup. bona, quæ essent secundum naturam. i. accommodata naturæ, si ea non repugnarent uirtuti. qđ cū ita sit, quidā putant hanc comparationem non esse rectè introductam, nec quidquā omnino. de eo genere fuisse præcipiēdū. Atq; quidem. i. certè, illud honestū, quod dicitur propter se, & uerè in solis sapientibus, neq; potest diuelli. i separari unquam à uirtute. Autem pro sed illud ipsum honestum perfectū. i. nullo modo potest esse in his, in quibus sapientia perfecta nō est, uel sapientia non est adhuc perfecta. Igitur Stoici appellāt hæc omnia officia, de quibus disputamus his libris media sup. officia, & ea sunt communia, & patent late, q;, &. i. etiam multi assequuntur bonitate ingenij, & progressione discendi. Autem pro sed, illud officium, quod ijdem uidelicet Stoici appellant rectum. i. perfectum, atque absolutum, & vt ijdem dicunt hēt, oēs numeros, nec potest cadere in quenquam præter sapientē. Autem pro sed, cum aliquid actum est, ni comparantur mala officia id uidetur esse perfectum cumulatè, propterea qđ uulgus non intelligit ferè ex toto, quid absit à pfecto. Aūt pro sed, uulgus sup. nihil putat prætermissum sup. eatenus quatenus intelligit. Aūt pro sed, illud sup. quod usu uenit. i. contingit in poematib. & in picturis, que, pro &, in alijs cōpluribus. i. ualde multis rebus, ut imperiti delectentur, & laudent ea quæ laudanda non sint, credo ob eam causam, quod aliquid probi. i. probādi, hoc est honesti, & pulchri insit in his. s. poematibus, & picturis, quod capiat. i. afficiat delectationis ignaros, qui quidem ignari nequeant iudicare, quod uitij sit in vnaquaque re. Itaque. i. & ita cum. i. postquā sint docti a peritis desistunt facile a snīa. i. cito derelinquunt opinionem suam erroneam. Igitur sup. Stoici dicūt hęc officia de quibus disserimus. i. disputamus, & disquirimus his libris, esse quasi secunda honesta, sed cōia cū omni genere hominū. itaq;. i. & ita omnes hi in quib⁹ indoles. i. natura, lis inclinatio uirtutis. i. ad uirtutem cōmouetur. i. afficiuntur.

Nec uero cum duo Decij.s.pater,& filius, qui se pro rep. deuouerunt,aut duo Scipiones Africani.s.maior, & minor commemorantur fortes uiri,aut cum Fabricius Rom.ille, aut Aristides Atheniensis nominatur iustus,petitur exemplum, aut fortitudinis ab illis.s.& Scipionibus,aut iustitiæ ab his.s.Fabricio, & Aristide,tanquàm à sapiēte.s.perfectissimo. Nemo.n horum est sic sapiens,vt volumus hic sapientem intelligi,nec hi qui habiti sunt,& nominati sapientes,uidelicet M.Cato, & C. Lælius sapientes.Nec illi quidem septem.s.græciæ sapientes sup.sic fuerunt sapientes,ut uolumus hic sapientem intelligi, sed ipsi tenebant quandā,& similitudinē,& speciē sapientū ex frequentia mediorū officiorū.Quocirca.i.qua propter nec fas est id, quod uerè honestum est comparari cum repugnantia utilis.i.eius, quod utile est,nec id quod appellamus cōiter honestum,& qđ colitur ab his qui uolunt se haberi.i.existimari bonos uiros cōparandum est unquam cum emolumentis.i.utilitatibus. Tanquam(noli legere tāque,sunt autem duæ dictiones).i.& tam .i.in tantum tuendum,& conseruandum est nobis id honestū, quod cadit in nostram intelligentiam,quàm.i.quantum,quod propriè dicitur,& uerè est honestum tuendum,& conseruandū est sapientibus.Aliter.n.non potest teneri, si qua progressio.i. promptio,& augmentatio facta ad uirtutem.Sed hoc quidem sup.dictum est de his qui existimantur.i.iudicantur boni conseruatione officiorum,Autem pro sed,qui metiuntur.i. mensurant omnia emolumentis,& commodis.i.secundum utilitatem,& lucra,neque uolūt ea.s.emolumēta,& cōmoda pponderari.i.maioris authoritatis,& ponderis reputari honestate.i.p.p honestatem,hi solent comparare in deliberando.i. dum deliberant honestum cum eo,quod putant utile, boni uiri non solēt sup.sic comparare.Itaque existimo Panætium, cum dixerit homines solere dubitare in hac comparatione.s.utilis,& honesti, sensisse hoc ipsum,quod dixerit, uidelicet homines sup. solere modo.i.tantum modo,non etiam oportere.s.dubitare.Etenim turpissimum est, non modo.i. nonsolum putare.i.existimare pluris.i.maiore precio,quod uideatur utile,quam quod honestum,uel potius lege,quod,ut sit illud, quod uideatur utile, quam illud,quod uideatur honestum, sed etiam comparare, hoc.s.honestum,& utile inter se(comparatio.n.arguit quandā similitudinem)& dubitare in his,utrum.s.præferendum. Ergo si nulla est comparatio quid est illud, quod soleant afferre ad dubitationem,& quod uideatur considerandum, ut in re dubia,uidelicet credo si quando.i.aliquādo accidit dubitatio quale sit illud,de quo consideratur,an.s.honestum,an turpe.Fit.n. & plerunque turpe,inueniatur non esse turpe,uel esse non turpe.Exempli causa ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest esse maius scelus,quàm occidere non modo hominē,sed etiam familiarem?q.d.nullum. Num.i.nunquid igitur si quis occidit tyrannum quamuis familiarem, obstrinxit.i.illaqueauit se scelere?q.d.minimè.Quidem.i.certè id non uidetur P.R. .i.iudicat illud sup.factum esse pulcherrimum ex omnibus præclaris factis,& hoc dicit ob necem Cæs. Igitur utilitas uicit honestatē,hoc est aliquis dicet,si honestū iudicet illud factū,quia vtile,vtilitas uicit honestatē.Immo uero dicit Cic. honestas secura est ad vtilitatē.i.q.a tā utile fuit,putat etiā honestū fuisse.

ARGVMENTVM.

Formula præscripta,ne quando non falsa utilitatis species ab honestate abducat, ut Iustitiam, uel solum, uel maximum bonum statuamus, in iustitiam malorum maximum, nihilq; ad priuatum commodum, sed ad communem societatem referantur omnia.

ITaque,vt sine ullo errore diiudicare possimus, si quando cum illo,quod honestum intelligitur, pugnare id uidebitur, quod appellamus utile; formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum,ab officio nunquàm recedemus. erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinęq; maximè consentanea,quā quidē in his libris propterea sequimur. Q,quamquam à ueteribus Academicis, & Peripateticis nostris,qui quondam ijdem erāt, qui Academici, quæ honesta sunt,ante ponuntur ijs,quæ uidētur utilia,tamen splendidius hæc ab eis disseruntur, quibus, quidquid,honestum est, idem utile uidetur,nec utile quidquā, quod non honestum, quā ab ijs,quibus est honestum aliquod non utile,aut utile nō honestum. nobis autem nostra Academia magnā licentiā dat,vt, quodcunq; maximè probabile occurrat,id nostro iure liceat defendere,sed redeo ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri,& hominem hominis incōmodo suam augere commodū, magis est contra naturā, quā mors, quā paupertas,quā dolor, quā cetera, quæ possunt aut corpori accidere,aut rebus externis.nam principio tollit conuictum humanū, & societatē.si.n. sic erimus affecti,ut propter suum quisq; emolumentum spoliet, aut uiolet alterum: disrumpi necesse est eam,quæ maximè est secundum naturam,humani generis societatem.ut, si unumquodq; membrū sensum hunc haberet,ut posse putaret se ualere,si proximi mēbri ualetudinē ad se traduxisset, debilitari, & interire totum corpus necesse esset:sic si unusquisq; nostrū rapiat ad se cōmoda aliorū,detrahatq;, quod cuiq; possit,emolumenti sui gratia;societas hominum, & cōitasq; euertatur necesse est.nā, sibi ut quisq; malit, qđ ad vsum vitæ pertineat,quā alteri acquirere,cōcessum est non repugnante natura. illud quidem natura non patitur,ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus.neq; uero hoc solum nam.i.iure gentium,sed & legibus populorū, quibus in singulis ciuitatibus resp.continētur,eodē modo constitutum est, non liceat sui cōmodi caussa nocere alteri. hoc.n.spectant leges,hoc volunt incolumē esse ciuium coniunctionem:quàm qui dirimunt,eos morte,exilio,uinculis,damno coercet atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio,quæ est lex diuina,& humana:cui parere qui uelit(omnes autem parebunt, qui secundum naturā uolent uiuere)nunquàm committet,ut alienum appetat,& id, q alteri detraxerit,sibi assumat.etenim multo magis est secundū natura celsitas animi, & magnitudo,itemq; comitas,iustitia,liberalitas,qui uoluptas,quàm uitia,quā diuitiæ.quæ quidē contemnere, & pro nihilo ducere,comparātem cū utilitate cōi,magni animi,& excelsi est detrahere autem alteri sui cōmodi caussa,magis est cōtra naturā,quam mors, quā dolor,qui cetera generis eiusdē:itemq; magis est secūdum naturam,oro omnibus gētibus,si fieri possit,cōseruandis,aut iuuandis maximos labores,molestiasq; suscipere,imitantes Herculē illum, quem hominū fama beneficiorum memor; in concilio cœlestiū collocauit,quàm uiuere in solitudine, non modo sine ullis molestijs, sed etiā in maximis uoluptatibus, abundātem omnibus copijs,ut excellas etiam pulchritudine, & uiribus quocirca optimo quisque,splendidissimoq; ingenio longè illam uitam huic anteponit. ex quo efficitur,hominē naturæ obediētē,hoī nocere nō posse. Deinde,qui alterū uiolat,ut ipse aliquid commodi cōsequatur;aut nihil se existimat contra naturā facere; aut magis fugiendū censet mortē,paupertatē,dolorē, amissionem etiam liberorum,propinquorum,amicorū, quam facere cuiquam iniuriam. si nihil existimat contra naturam fieri hominibus uiolandis: quid

cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tol lat? sin fugiendum id quidem censet, sed & multo illa peiora, mortem, paupertatem, dolorem: errat in eo, quòd ullum, aut corporis, aut fortunæ uitium, animi uitiis gra uius existimat. Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque, & uniuersorum quàm si ad se quisque rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio, atque si etiam hoc naturam præscribit, ut homo homini, quicunque sit, ob eam ipsam caussam tamen, quod is homo sit, consultum uelit, necesse est secúdum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. quod si ita est, una continemur omnes, & eadem lege naturæ. Idque ipsum, si ita est, certè uiolare alterum lege naturæ prohibemur: uerum autem primum: uerum igitur, & extremum. Nam illud quidem absurdum est, quòd quidam dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos commodi sui caussa, sed aliam rationem esse, ciuium reliquorum. hi sibi nihil iuris, & nullum societatem com munis vtilitatis caussa statuunt esse cum ciuibus: quæ sen tentia omnem societatem distrahit ciuitatis. qui autem ciuium rationem dicunt esse habendam, externorum negant; hi dirimunt communem humani generis societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. quæ qui tollunt, etiam aduersus deos immortales impij iudicandi sunt. ab ijs enim constitutam inter homines societatem euertunt: cuius societatis arctissimum uinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi caussa; quàm omnia incommoda subire, uel externa, uel corporis, uel etiam ipsius animi, quæ uacent iustitia. hæc enim uirtus omnium est domina & regina uirtutū. Forsitan quispiam dixerit: nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullā rem utili? Minimè uero. non enim mihi est uita mea utilior, quàm animi talis affectio neminem, ut uiolem com modi mei gratia. Quid? si Phalarim crudelem tyrannum & immanem, uir bonus, ne ipse frigore conficiatur, ueſtitu spoliare possit, nonne faciat? hæc ad iudicandū sunt facillima. nam si quid ab homine ad nullam partem utilitatis tuæ caussa detraxeris, inhumanè feceris, contraque naturæ legem. sin autem is tu sis, qui multam utilitatem reipu. atque hominum societati, si in uita remaneas, afferre possis: si quid ob eam caussam alteri detraxeris, non sit reprehendendum. sin autem id non sit eiusmodi; suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alterius commodis subtrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi, quàm detractio, atque appetitio alieni. Sed cō munis utilitatis derelictio contra naturam est. est enim iniusta. itaque lex ipsa naturæ, quæ utilitatem hominum conseruat, & continet, decernit profectò, ut ab homine inerti, atque inutili ad sapientem, bonum, fortemque uirum transferantur res ad uiuendum necessariæ: qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne, ipse de se benè existimans, seque diligens, hanc caussam habeat ad iniuriam. itaque semper officio fungatur, utilitati consules hominum, & ei, quàm sæpe commemoro, humanæ societati. nam quòd ad Phalarim attinet, perfacilè iudicium est. nulla est enim societas nobis cum tyrannis, sed potius summa distractio: neque est contra naturam spoliare eum, si possis, quem honestum est necare. atque hoc omne genus pestiferū, atque impium, ex hominum communitate exterminandum est. etenim, ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquàm spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas, & immanitas belluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. huius generis quæstiones sunt omnes eæ, in quibus ex tempore officium exquiritur. Eiusmodi igitur credo res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliquis casus, aut occupatio consilium eius præuenisset. ad quas ipsas consultationes ex superiorib. libris satis multa præcepta sunt, quibus perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid sit id, quòd iccirco fugiendum non sit, quia omnino turpe non sit. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absolu to, tanquàm fastigium imponimus, ut geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi conce dantur, quo facilius, quæ uelint, explicent: sic ego à te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes nihil præ ter id, quod honestum sit, esse propter se expetendum. sin hoc non licet per Cratippum: at illud certè dabis, quod honestum sit, id esse maximè propter se expeten dum. mihi utrumuis satis est; & tum hoc, tum illud pro babilius uidetur, nec præterea quicquam probabile. Ac primum Panætius in hoc loco defendēdus est, quòd nō utilia cum honestis pugnare dixerit aliquando posse (ne que enim ei fas erat) sed ea, quæ uidentur utilia nihil uere utile, quod non idē honestum; nihil honestum, quod non idem utile sit, sæpe testatur; negatque ullam pestem maiorem uitam hominum inuasisse, quàm eorum opinionem qui ista distraxerint. itaque, non, ut aliquando an nionem qui ista distraxerint teponeremus utilia honestis sed ut ea sine errore dijudi caremus, si quando incidissent, induxit eam quæ uidere tur esse, non quæ esset, repugnantiam. hanc igitur par tem relictam explebimus, nullius adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. neque enim quidquam de hac par te post Panætium explicatum est. quod mihi probaretur, de iis, quæ in manus nostras uenerunt.

PETR. MAR.

ITaque, vt sine ullo errore] Allatis rationibus supra dictis regulam quandam constituit Cicero, vt sine errore iudicare possit, si quādo vtile cum honesto pugnare uidebitur. [Formula] Regula, modus quidam, & norma, quæ sit consentanea disciplinæ Stoicorum, qui dicunt nihil esse vtile, quod non sit honestum. [Disciplinæ] Sectæ, & dogmati Stoico [Consentanea] Cōueniens, accommodata, & affert rationem quare [Quam] Formulā, idest regulam inuestigandi officij, idest actionis honestæ, ac per hoc laudabilis. [Qui] Peripatetici dictum est in j. uol. nullam fuisse patriam inter ueteres Academicos, & Peripateticos in opinionibus, tam morum, quam etiam rerum naturalium, sed solis nominibus fuisse separatos. [Veteribus] Quorum auctor fuit Plato. & ueteribus dicit quoniā fuit postea media Academia, & noua, uariæq; opiniones. [Tamen] ab eis Stoicis. [Splendidius] Maiore laude. [Quā ab his] Peripateticis, & Academicis, qui utilia ab honestis separabant; & expetenda esse dicebāt, sed comparatione uirtutis nullius penè momenti esse dicebant. Stoici uero asseuerabant nihilo omnino esse utile, quod non esset honestum. [Nobis autem] Profitetur Cice. se Academicū. Academici nihil affirmabant, sed disputabant in utranque partem, & id iure suo defendebant, quodcunque occurreret probabile, & etiam ab alijs diceretur, qui non essent eiusdem disciplinæ. Vnde Ciceroni Academico magna dabatur licentia, ut sequeretur formulam consentaneam disciplinæ Stoicorū, quia probabilior uidebatur, & id quod in aliis probabile uidetur; Academicus iure suo pōt tueri, & disputatione defendere. Hanc formu-

formulam Cic.sequi non potuisset, si se Peripateticum professus esset, quoniam fuisset contra suum dogma. Certè .n. erant aliorum disciplinæ, & diffinitæ opiniones. Academici uero de omni re disputabant in utranque partem, & nullas positiones seruabant, sed id quod in quoque uidebatur probabile, sequebantur, nihil affirmantes.[Quodcunque] Omne quod uidetur maximè probabile, ex quocunque decreto.[Nostro iure] Libertate ab omnibus concessa nobis, quoniam hic est mos Academicorum, ut probabilia sequantur, & nihil ipsi affirment. Idq; orationis genus auctore Laertio traditum à Platone per interrogationem, ac responsionem ex umbra in certamen, ac puluerem primus eduxit Lacides Alexandri filius Cyreneus nouæ Academiæ princeps, Arcesilæq; successor. Lacidi successit Carneades, qui nouam Academiam illustrauit Carneadi Clitomachus, in quo Academica philosophia desijt. Arist. successit Teophr. in quo atque Clitomacho, & Chrysippo, vt colligit Laertius, Ionica philosophia desijt, Lacides, vt inquit Euseb. putauit ab hominibus nihil penitus cõprehendi posse. [Sed redeo] Quia fecit digressionem, redit ad formulam, quam uult constituere.[Detrahere igitur] Hæc est formula, quam Cic. instituit, & ea ponit quæ sunt fugiẽda, cum sint contra naturam, à qua huius disputationis, & formulæ sumitur fundamentum, quoniam uidendum est è natura.i.secundum uirtutem, quæ honestatem omnibus alijs rebus anteponit. Est inquit contra naturam eripere, quod suum non est, & augere suas utilitates cum incommodo aliorum. Ergo si naturam ducem sequi volumus, ab eo debemus abhorrere, quod est contra naturam, & sic fungemur officio, & nunquam errabimus [Mors] Quæ est ultimũ omnium terribilium, & aufert omne bonum, quod est in uita, & impedit perfectionem naturæ, & eius opes dissoluit. Dolor] qui est motus in corpore contrarius sensibus. [Paupertas] Cũ .s. propter inopiam natura sustentari non potest. Cic. dicit paupertatem esse contra naturam respiciens ad imperitam multitudinem, & ad media officia nondum ingressam, quæ iudicat paupertatem esse summum malum, non intelligens dotes uirtutis, & putans paupertatem esse contra naturam, ad hãc multitudinem instituendam hæc oratio suscepta est, ut exploratũ habeat, & persuasum honestatẽ debere præponi utilitatibus, & nihil esse magis contra naturam, quam aliena eripere. Sed profectò paupertas non est indecora, nisi his quibus inuitis accedit. & animus debet esse diues, non arca. Honesta, inquit Epicurus, res est, læta paupertas, quæ ut inquit Seneca, instãtibus desiderijs satisfacere contenta est. contra naturam est non habere uirtutes, ad quas natura nos creauit, & principia dedit, sed nunc parenti naturæ, tanquàm nouercæ eorum interpretatio ne uis affertur, qui lautiores quam fuerint quondam septem uiri Epulonum, & Aesopi patinam affectantes, & cœnas Saliares, Persicosq; apparatus quippe melius palato, quam corde sapiunt. Isthmi edones sacris operati, nouo argumentorum genere concludunt, & magna uoce contendunt, palatum condito pulmento, & tuccetis replere, Niliacum pusionem, Gaditanãq; puellam tremulo clune prurientem, crissantemque habere, & mensas ex ultima Mauritania aduectas, & indicis dentibus effultas, & exotica nostratiaque unguenta secundum naturam esse, quod tantum abest, ut uerum sit, ut his naturæ, quæ hominum ad honestatem creat, & frugalitatem, nil possit esse magis contrarium. Non bene intelligunt helluones uim naturæ, quæ paucis contenta est. Vnde dum aqualiculo student, bestijs persimiles efficiuntur, & famam, & uirtutis laudem amittunt, quorum uoces eo loco habendæ sunt, ut Demet. philosophus dicere solebat, quo uentre redditi crepitus. Quid .n. inquit mea refert sursum isti, an deorsum ferantur? [Nam princ.] probat quare est id, quod dixit contra naturam.[Principio] i.ante omnia.[Conuictum] Vitam cõmunem, & humanam societatem, quoniam si ita fit homines simul uiuere non possunt. [Si .n.] Ratio quare destruitur humanus conuictus, & societas. [Affecti] Dispositi, & tali animo, ut bona aliorum eripere uelimus, ut nostra commoda augeantur.[Secundum naturam] quoniã homo est sociabilis naturaliter, & ab homine non alienus. [Vt si unumquodque] Probat, & confirmat. Per similitudinem dissumpi humanam societatẽ, si alter spolietur, & uioletur. [Hũc sen.] Si ita sentiret, & opinaretur. [Debilitari] In aliqua parte. [Et interire] Omnino dissolui. [Commoda] Vtilitates. [Communitas] Victus communis, [Nam sibi] Hoc conceditur, ut nobis potius acquiramus ea, quorum usu natura indiget, sed nõ conceditur ex bonis alterius domos nostras locupletare. [Non repugnante natura] Modo iustè acquiramus, quod uult natura, aliter contra naturam est, ut ipse Cic. docet. [Spolijs] Rapinis, & calamitatibus aliorum, [Natura] Dispositione naturali. [Iure gentium] quod est omni humano generi commune, appellaturq; Naturale ius ac primum, & tandem diuinum. [Regibus populorum] Iure ciuili. [quibus] Regibus, quoniam una quæq; resp. suas habet leges, & ius ciuile. ergo nec iure gẽtium, nec ciuili licèt alteri nocere suæ utilitatis causa sed quãuis non essens leges, tamẽ natura humana hoc requirit, ut homini homo non noceat, quoniam homo ab homine non est alienus, & homo hominis causa est generatus, ut alter alteri prosit. [Hoc enim] Ratio est, hoc inquit uolunt leges, ut uictus communis conseruetur, & ut quisque suum habeat, & seruetur societas inter homines, ut uult natura. [Incolumem] Conseruatam. [quid dirimunt] qui uiolant, aut furto, aut homicidio, leges puniunt eos, ut merentur, nam aliqui ultimo supplicio afficiuntur, aliqui aguntur in exilium, aliqui pœna pecuniaria mulctantur, & in uinculis detinentur. ut ratio delicti poscit. [Damno] Pęna pecuniaria, & ablatione bonorũ. nam damnum est in rebus, malum ãt in persona, & fama. Ideo dicit Sosias Terent. Quid facies illi, qui dederit damnum, aut malum? [Atq; hoc] Vt humana societas seruetur incolumis. [Multo magis] Quam ipsæ leges. [Ratio naturæ] Quæ nil aliud est nisi lex diuina, & humana, cui magis quam legib. parendum est, & illi obediunt, qui uolunt è natura uiuere, ratio .i. norma, & præscriptum [Quæ est lex] Quæ complectitur legem diuinã, & humanam. [Nunquam committet] Nunquam incidet in hunc errorem. [Assumas] Accipias, & ascribas, quod tibi iure non debetur [Celsitas animi] Animus excelsus, quoniam harũ virtutum semina habemus à natura. [Communitas] Communitas i. officiorum uicissitudo, & communis fauor atque caritas iustitia, quæ una cum liberalitate est ad communem utilitatem tuendam, & declarat se, nam dicit, communitas: quæ .s. communitas constat ex his duabus iustitia, & liberalitate atq; magnificentia, quibus communitas humana seruatur. [Quam uoluptas] quæ animi lumen extinguit, & est contra naturam, quoniam impedit illius perfectionem, & opus, cum sit esca malorum. [Quàm uita] quoniam natura uult, ut magnanimus cum uersatur in periculo, uitæ non parcat suæ, & pro communi salute mori bonus uir non recusabit uolẽte natura, quæ homines ad iustitiam, fortitudinem, ceteraq; uirtutes creauit. [Quandiu] Quoniam natura uult, ut omnes diuitias exponamus pro utilitate communi, & magis amat iustitiam, & liberalitatem, quam diuitias, quas, qui contemnit magnanimus est. [Quæ] Voluptatem, uitam, diuitias. [Contemnere] Spernere tanquam inferiora hominis pręstantia, & celsitudine animi, qui debet esse inuictus. [Et pro nihilo ducere, comparantẽ] Existimare illum esse nullius momenti, & præcij, qui comparat uoluptates, & diuitias cum utilitate cõmuni. [Comparantem] Illum, qui comparat supradicta cum communi utilitate .i. qui comparando præponit uoluptatem, uitam, & diuitias communi hominum utilitati .i. iustitiæ, liberalitati, & magnificentiæ, quę sunt ad commune commodum, & qui parcit vitæ, cũ opus esset illam pro patria effundere, & fugit labores deditus uoluptati, & amat diuitias, non potest esse iustus, aut liberalis, & sic humanæ societati erit inutilis. Non igitur debet quis ea quæ utilia sunt anteponere communi utilitati, quoniam est contra rationem naturæ, & in hoc uolumine agitur de comparatione vtilis, & honesti, & pluris facienda est communitas quam uita, quam diuitiæ. [Quam mors] Quoniam naturæ ratio vult, ut homo potius moriatur pro communi salute, quam quod detrahat alijs aliquid suæ utilitatis causa, quod est alienum ab hominis humanitate, & id natura non patitur. [Generis eiusdem] Similia incommoda, quod nocere uidentur. [Quam dolor] Quoniam natura uult, ut dolores perpetiamur pro communi utilitate. [Herculem illum] q.d. illum Herculem magnũ, & summa laude dignum, & sic emphasim habet. nam emphasis altiorem præbet intellectum, quam quem uerba per se ipsa declarant, ut, Tu ne ille Aeneas? Et, apud Papinium, quem scire nefastum, Illum, sed taceo, prohibet tranquilla senectus. [Bene ficiorum memor] In lib. de Nat. Deor. ait: Vtilitatum magnitudine constituti sunt hi dii, qui utilitates quasq; gignebant. Suscepit ãt uita hominum, consuetudoq; communis, ut beneficijs, excellentes uiros in cœlum fama ac uoluntate tollerent.

Hinc

Hinc Hercules, hinc Castor. quorum.n. remanerent animi atq; æternitate fruerentur dij rite habiti sunt, cum,& optimi essent & æterni. [Concilio] Cætu deorum. sensus est, præstat pati omnes labores,& molestias pro communi utilitate, quam uiuere in solitudine,& effluere diuitijs,& habere pulchritudinem. Hercules quia in opprimendis monstris pro utilitate communi laborauerat, hominum fama in cœlum collocatus est. [Quocirca] Concludit Cic. ex supradictis vitam cum negocijs,& laboribus pro communi utilitate umbratili, & ociosæ anteponendã esse. [Optimo] A natura bene instituta. [Splendidissimo] Clarissimo,& à natura quodam splendore donatus ingenij,& cognoscit quid natura requirit,& quantum homo homini debet ratione humanitatis,& iure naturali. Vnde, qui patet naturæ nõ potest sustinere, vt homini noceat, quoniam est contra naturã. [Illam vitã] Negociosam,& laboriosam. [Huic] Vmbratili ocio se,& affluenti voluptatibus, & bonis corporis,& fortunæ. [Ex quo efficitur] propter hoc, quod dictum est, concluditur hominem homini non nocere, qui paret naturæ. [Deinde, qui alterum uiolat] Ponit duo, quæ quis existimare potest cui alicui noceat, quæ Cic. refellit, ut imperitis ostendat hominem homini nullo modo debere nocere. [Aut nihil existimat] Hoc est unũ potest arbitrari, inquit, se nihil facere contra naturam cum hominem uiolat. [Aut magis] Hoc est alterum, quoniam putat magis fugiendam esse paupertatem,& reliqua incõmoda, quã facere iniuriam. [Si nihil existimat] Resumit primum. [Quid disseras] Quid disputare possis? q.d. non est cum eo disserendũ, cum sit omnino rudis, & nomine tantum homo, quoniam ab homine aufert humanitatem. [Hominem] Humanitatem ipsam, & ipsum hominem separat ab homine, quod est contra naturam, quoniam homo ab homine, non est alienus. [In uiolandis hominibus] Cum homines uiolat. cum tali igitur uiro disputandum non est, quoniam ignorat naturam,& est una bestia, cum ab homine humanitatem tollat. Sin [fugiendum] Resumit alterum, quod non est ita recuperabile, quoniam putat ille, qui ita opinatur fugiendam esse iniuriam, sed peius esse pati dolorem, mortem, & paupertatem i. si putat non esse aliquẽ uiolandum,& censet illa esse multo peiora, in eo, inquit, errat, quoniam putat, paupertatem, & dolorem peiores esse animi uitio, quoniam talis animi affectio fugienda est magis quam paupertas, quam dolor, & deniq. ipsa mors. [Vllum corporis] Vt dolor, & similia corporis incommoda. [Aut fortuna] Vt paupertas,& ea quæ à fortuna homini accidunt. [Animi vitijs] sceleribus, quoniam peius est esse sceleratum, quam paupertatem. dum.n. quis in uitio est, habetur infelicimus. Vnde uitio animæ nihil est fœdius, nihil terrius, nihilq. magis fugiendum. [Iniuria] Est uitium animæ, dolor est vitium corporis,& quanto animus est præstantior corpore, tanto vitium animi est grauius uitio corporis [Ergo unum [Cum ita sit, inquit, omnes debent sibi vnum proponere.& hoc est optimũ præceptum [Omnibus] Qui ducem naturam sequi volunt. [Propositum] In mẽte constitutum,& decretum. vnde propositum dicitur signum, finis, intentio, summa uita sine proposito uaga est, ait Sen. [Vniuscuiusq;] Singulorum .i. utilitas uniuscuiusq. non minus, quam nostra debet esse cara nobis,& ut omnium,& singulorum eadem sit,& ut omnibus, & singulis consulatur. Eadem sit].i. æque cara communis utilitas, ut propria siue priuata. [Quam] Vtilitatem cuiusq.& uniuersorum siquis ad se rapiet, distrahetur humana societas, quæ est maximè è natura. [Atq; si etiam] probat Cic. omnium utilitatem esse communem, & facit ratiocinationem sumptã à disciplina Stoicorũ, qua demonstrat nos prohiberi lege naturæ, uiolare hominem, quoniam, ut uolunt Stoici, homo id ipsum, quod homo est, non est alienus ab homine. [Præscribit] Præcipit, & diffinit, mouet atq; cõstituit. [Ob eam causam] Ob id ipsum, quod homo est, non ob aliquam aliam causam. [Consultũ uelit]. i. natura hoc præcipit, ut homini quicunq; sit, consulatur. [Necesse est] Quoniam hoc sequitur ex illo, si añs est uerum, & consequens erit uerum. si homo homini consulere debet, oportet omnia esse communia. quod si uerum est homo non debet uiolari ab homine, ita præscribente natura. Añs est uerũ, ergo,& consequẽs, quòd Cic probat. [Quo si ita est] Vt omnis utilitas communis sit. omnes continemur una lege naturæ. [Id ipsum] Si continemur omnes tali lege. [Primum] Añs naturam s. uelle omnibus esse communem. [Extremum] consequens, quoniam si natura vult, ut omnibus consulatur, necesse est omnium utilitates esse communes, etsi omnes continemur una,& eadem lege naturæ, necesse est, ut uiolare hominem à natura prohibeamur. [Nam illud quidem] Probatio est absentis seu primi, ut ipse dixit. Et confutat illorum opinionem, dicentium aliam esse rationem fratrum, propinquorum, & aliam esse ciuium, aliam externorum, quoniam hæc opinio distrahit humanam societatem, si non omnium ratio habebitur,& si hoc non tenetur hominem ab homine, quicunque sit, non esse alienum. & sic probatur primum, & per consequens extremum. Lact. lib. vj. dicit, Ergo pro immanibus belluis habendi sunt, qui hominibus nocent, qui cõtra ius humanitatis,& fas omnes spoliant, cruciãt, occidunt, exterminant. ob hanc necessitudinem germanitatis docet nos Deus mala nunquam facere, bonum autem semper. Deus.n. quoniam pius est, animal nos uoluit esse sociabile. Itaque in alijs hominibus nos ipsos cogitare debemus. non meremur in periculo liberari, si non succurrimus, non meremur auxilia, si negamus. [Absurdum] Non conueniens rationi. [Aliam rationem] Esse ciuium, non idem debere seruari aduersus reliquos, quam sententiam Cic. refellit, ostendens inter ipsos ciues societatem ciuilem, & quoddam ius naturale intercedere. [Aliam reliquorum] Externorum hominum. dicunt aliã esse rationem ciuium, aliam reliquorum. [Hi] qui talia dicunt, refelli primam partem de ciuibus, postea secundam de reliquis hominibus. [Nihil iuris] oblationis nullum ius, quod natura ipsa præscribit, & uinculum ciuilis societatis. i. statuunt, & putant nullum sibi esse ius naturale cum ciuibus, & nullam societatem. [Communis utilitatis] Gratia. i. putant ciuẽ à ciue alienum esse, & nullam esse inter ipsos societatẽ propter cõmunẽ utilitatem, quod falsum est,& absurdum. destrueretur.n. ciuilis societas,& concordia [qui ãt] Hæc est altera pars, qua illorũ sententiam refellit, qui dicebat habẽdam esse rationem ciuiũ, sed aliquorum nullam. Nam si sic esset, destrueretur communis societas gñis humani. maximè iustitia,& liberalitas. [Quæ] supradicta,& societas generis humani,& uirtutes. [Etiam aduersus deos] quoniam non modo offendunt humanam societatem, sed etiam deum; qui hanc societatem inter homines cõstituit, cuius societatis uinculum arctissimum est, si putamus, & persuasum habemus contra naturam esse homini nocere, & nullo modo alicui quidquàm detrahendũ sui commodi causa, sed potius omnia incommoda subeunda,& bonorũ, & corporis ipsius etiam, & animi iniustè. Profecto nisi ita statuerimus, uinculum societatis humanæ dissoluatur. [Arctissimum uinculum] Vt arctè,& bene cõiuncta teneatur, si arbitrabimur esse contra naturam homini nocere. [Vel externa] Vt paupertatem, amissionem filiorum,& alia incommoda in bonis externis. [Vel corporis] Vt si gladio quis, aut uerberibus in corpore lædatur,& aliam incommoditatem patiatur in bonis corporis. [Vel etiam ipsius animi] Quod plus est, quoniam bona animi debent esse cariora. i. virtutes,& bonum nomen. In bonis animi patitur quis incommoda iniustè, cum ab aliquo vituperatur,& intemperans dicitur, aut iniustus, aut timidus, aut fur, aut sacrilegus,& sic de similibus, melius est,& magis consentaneum naturæ, pati incommoda, quæ sunt iniusta in bonis fortunæ, corporis,& etiam animi, quàm uiolare humanam societatem. [Quæ uacent iustitia.] Quæ incommoda iniusta sint, & iustitiam accepit tanquàm reginam omnium uirtutum, ut ostendat multo magis esse contra naturam incommoda pati etiã & detrahere aliquid alicui, quàm omnia incommoda inferre iniuriam; iniuste, quoniam præstabilius est pati, quàm detrahere aliquid alicui. [Hæc.n.] Ratio quare contra naturam, quæ est regina uirtutum, cui, quoniam.s. est contra iustitiam, quæ unicuique suũ distribuẽs, & omnes complectitur,& est uirtus Si autem alicui suum detrahitur, uiolatur iustitia,& per consequens omnes uirtutes. [Hæc una uirtus] Iustitia, quæ aliarũ uirtutum domina est,& sine ipsa nihil ualent,& laudẽ non merentur. oportet.n. liberalem esse iustum, & sic fortem, si uerè fortis uult dici, quoniam fortitudo est uirtus, quæ pugnat pro iustitia,& sic de aliis uirtutibus, quæ ad iustitiam rediguntur. [Forsitan quispiam dixerit] Neminem iniuria esse afficiẽdum conclusit,& hoc omnibus propositum esse debere, vt eadem sit utilitas omnium,& singulorum. [Hoc igitur] Conclusio, uidẽdum est diligenter, an iniuria sit id, quod agitur, quoniam aliquando id, quod simpliciter in se iniuriam habet, quibusdam circunstantijs iniuria uacat. Affert igitur vnũ aliud, quod quis dicere potuisset, an sapiens extrema fame laborans debeat cibum

bum eripere homini inutili, & dicit, quod non non. Poſtea de tyranno aliter ſtatuit, quoniam nulla eſt nobis cum tyrannis ſocietas, quos non monſtrat ſpoliare, ſed etiam necare honeſtum eſt. Et h.d. ut magis probet necem Cæſ. & laudet Brutum, & alios, qui illum è medio tollẽdum curauerunt. [Sapiẽs] Vir perfectæ uirtutis. [Non eſt.n.] Ratio quare non debet auferri cibus à ſapiente, homini ad nullam rem utili, quoniam.ſ. melius eſt mori, quam uiolare aliquem ſui commodi cauſa. [Quàm animi talis affectio].i. talis diſpoſitio pluris debet eſſe apud nos quam uita. [Neminem, ut uio.] Hæc eſt affectio, & diſpoſitio, quæ debet eſſe carior uita. [Quod ſi Phalarem] Affert nunc aliud exemplum de tyranno, & ſic oſtenditur unum, & idem ratione perſonæ, & aliarum circunſtantiarum uacare iniuria. [Immanem] ferini animi, & ab omni humanitate alieni. Vnde interficere tyrannum idem eſt, quod interficere ferã. [Ob eam cauſam] Vt in uita remaneas, ut poſſis humanæ ſocietati prodeſſe. [Sin autem] Id non ſit eiuſmodi .i. ſi non ideo uult in uita remanere, ut utilitatem reip. & humanæ ſocietati afferat. [Non igitur] Concludit ex his quæ dicta ſunt, magis eſſe contra naturam appetere aliena quam pati incommoda, q̃m iuſtitia cauſa eſt, ut communi utilitati conſulatur. Lex naturæ uult, ut ab homine inutili ad ſapientem, & bonum uirum utilemq; transferantur res ad uiuendum neceſſariæ. [Fortem] Aptum ad ſubeunda pericula pro utilitate communi. [Qui ſi occiderit].i. ſi ipſe uir ſapiens bonus fortiſque morietur communi utilitati detrimentum affert, unde uir prudens, & fortis non debet ſibi mortem afferre, quoniam nocet reip. & communi vtilitati. [Modo hoc ita faciat] Dat cautionem. Senſus eſt res neceſſariæ ab homine inerti ad bonum uirium transferri debẽt, dummodo ipſe uir bonus, & fortis id faciat pro utilitate communi, quoniam ſi nimium ſibi placeret, putaretq; ſe ſolum uita dignum, & ob id alijs afferret iniuriam aliquid auferendo, quo ipſe uiuat, contra iuſtitiam eſt. Ideo inquit, ſemper fungatur officio conſulens communi commodo.i. ab actione cũ uirtute non recedat, & quidquid agit, referat ad communem utilitatem, & ſocietatem humani generis tuendam. [Hanc cãm] [Quia nimium ſibi placet, non debet igitur cum detrahit alicui id facere cauſa iniuriæ, ſed ut communi utilitati conſulat. [Semper] In omni actione, & cum aliquid alicui detrahit. [Fungatur officio] non diſcedat ab actione, quæ eſt ſecundum uirtutem, & cum aliquid aufert, non id ideo facit, quia nimium ſibi placet, ſed quia communis utilitas ita expoſcit. [Nam quod ad Phalarim] Nunc de tyrannis determinat, illud, inquit, quod de tyranno dixi, facilè iudicatur. poteſt.n. uir ſapiens ſpoliare tyrãnum, ſine reprehenſione, quoniam nulla amicitia, nulla deniq; coniunctio nobis eſt cum tyrannis, qui inter homines numerãdi non ſunt, cum ab omni humanitate ſint alieni. [Diſtractio] Diſſociatio, quoniam ſunt immanes, & ponendi extra humanam ſocietatem. [Atque hoc genus] Dicit Cic. tyrannos è medio penitus tollendos eſſe, tãquam hoſtes humanæ ſocietatis. Et utitur loco communi, qui dicitur ea pars orationis, quæ nõ de aliquo nominatim diſputat, & agit, ſed de uniuerſa re, ut hic Cic. facit de omnibus tyrannis. quoniam de uniuerſo genere diſputat. [Hoc genus] Tyrannorum.ſ. [Peſtiferum] Perniciosum humanæ ſocietati. [Impium] Quod nullã habet erga deũ pietatem, nec deum timet nec leges, ſed omnia uiolat regnandi cauſa, læſa religione diuina, etiam ægrè ſe habent, nec coli poſſunt, ut inquit Eurip. [Exterminandum] Eijciendum extra humanam ſocietatem, à qua ſunt alieni. Interrogatus Thales Mileſius, quid in uita difficile ac penè incredibile uidiſſet, Reſpondit tyrannum ſenem. Vnde Diog. cum ab eo tyrãnus quæreret, ex quo ære melius eſſet ſtatuam fundere, reſpondit quo Harmodius, & Ariſtogiton fuſi ſunt. hi duo fuerunt tyrannicidæ, ut dictum eſt, quibus Athenienſes ob id ſtatuas erexerunt, quas Praxiteles ex ære fecit. Hos auct. Plin. à Xerxe Perſarum rege captos, uicta Perſide Athenienſibus remiſit Alexander Mac. [Etenim, ut membra] Probat à ſimili tyrannos omnino exterminandos, ne mala contagionem humanam ſocietatem maculent. [Et tanquam ſpiritu].i. ſenſu, quoniam deficience ſanguine in aliquo membro, illic non remanet ſpiritus, cuius ipſæ arteriæ ſunt receptacula, ſuper quas locantur uenæ.i. riuuli ſanguinis, præterquàm in dorſo, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, eſt poſita ſuper uena. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis mixti, confuſiq; cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus uero ſanguinis. Vena eſt conceptaculum ſanguinis mixti confuſiq; cum ſpiritu naturali, in quo plus ſanguinis eſt minus ſpiritus, arefactis uenis, & arterijs uitiatis torpeſcit ea pars corporis, & non habet ſenſum, & caret ſpiritu. [Tanquam ſpiritu] Dixit, quoniam membra non propriè ſpirant, ſed uidetur eſſe in ipſis tanquam ſpiritus quidam arteria, quæ tendit ad pulmonem, & accipiendi reddendique ſpiritus officio fungitur. Pulmones ſunt tanquam folles, & cor amplectuntur. Vena affert ſpiritum nutritiuum, quoniam ſanguis eſt nutrimentum corporis. Neruus affert ſpiritum ſenſitiuum, nerui magni ſicut cauſa motus totius corporis, habent etiam ſenſum. Vbicunque eſt uena, ibi eſt neruus, & arteria. Hoc corporis uitium, quod Cic tangit, tres habet ſpecies, quæ ſunt ſecundum magis, & minus, gangrænam, aſtachilum, & eſthiomenu. Gangræna dicitur quando membrum aptum eſt, ut putre fiat. Aſtachilus quando eſt putrefactum, ſed non habet omnes gradus putrefactionis. Eſthiomenus dicitur, quando habet omnes gradus putrefactionis, tunc membrum ita affectum deſtituitur à natura, & nullum habet ſenſum, ſed caro fit nigra, & nerui aduſti carentes ſpiritu, unde opus eſt eam partem amputare, ne ſerpat uitium per totum corpus, quoniam pars illa putrefacta partes proximas contagione corrumpit. unde dicit Ouid. Ne pars ſincera trahatur. Ita tyrannus è medio tollendus eſt, ne malo exemplo alios inficiat, qui naturam ducem ſequuntur, quam tyrannus omnino reliquit, & eſt tanquam mẽbrum putrefactum. [Iſta feritas] Natura efferata. Feritas eſt plusquã uitium, & cadit in hominem ea ratione qua omnem humanitatem depoſuit, & iam eſt fera, & nomine tantum homo. Feritati opponitur heroica uirtus, quæ humanam naturam tranſcendit, & aliquid in ſe diuinitatis habet, ut dicitur, inquit Ariſto. in vij Moral. loquens de feritate, de quibuſdam efferatis gẽtibus circa Põtum alios crudis, alios humanis carnibus delectari, alios tradere natos inuicem, ut in conuiuijs comedatur. Præterea, inquit, coitus maſculorum feritas eſt, mala conſuetudo. Illos ergo, qui malignitate alios ſuperant, hac infami appellatione notabãt antiqui. Et contra cum aliquem admirabãtur, heroem & diuum appellabant, ut Lacones dicere conſueuerũt. [In figura] Hominis, quoniam tyranni nil habent hominis, niſi figuram, animus autem eſt ferinus, & ingenium. [Belluæ] Tyranni, qui iam eſt bellua in figura hominis. [A communi humanitate corporis] Ex hominum cõmunitate, & commercio, quoniam homines iure humanitatis, & lege naturæ ſunt tanquàm unum corpus, à quo tyranni propter feritatem, & animum immanem ſegregandi ſunt, ne corpus illud communis humanitatis inficiant.ſ. ne malo exemplo noceant humanæ ſocietati. Et profecto tyranni ferè nunquàm, niſi morte uiolenta decedunt. [tanquam humanitate] quoniam non ſumus propriè unum corpus omnes, ſed tanquàm corpus humanitatis quo omnes homines continentur. Ideo dixit tanquam humanitate. [Huius generis] ſunt quæſtiones, ita ſolet quæri inter homines, cum quæritur officium ex tempore, dixit ſupra homines ſolere dubitare, cum.ſ. incertum eſt, quale id ſit, de quo conſideratur, quoniam aliquando tempore ſit, id quod plerumque uidetur turpe, inueniatur non eſſe contra officium. & poſuit exemplum de nece Cæſ. Poſtea ſubiunxit alias quæſtiones, an.ſ. debeat auferri cibus alteri, & an debeat ſpoliari tyrannus, & ipſe perſcripſit, quid pertineret ad officium, & quid contra. In his quæſtionibus ex tempore quæritur, quid ſit agendum, cum aliqua ſit dubitatio. Et hoc pacto, inquit Cic. executurus erat Panætius illam tertiam partem omiſſam. Poſuiſſet enim quæſtiones, & poſtea quid eſſet agendum ex officio docuiſſet. Sed hi qui bene perceperũt libros ſuperiores in quibus agitur de omni genere honeſti, & de utili, poterunt ex tempore iudicare quid agendum ſit, cum aliqua dubitatio orietur, quoniam ſciunt quid ſit honeſtum, & quid utile. Vnde opus eſt ſuperiora præcepta tenaci memoria complecti, ut ab officio nunquam diſcedamus. ad tales enim quæſtiones, & conſultationes, ſi quando acciderint præcepta habemus, ut ſtudioſus errare nõ poſſit. [Huius generis] Similes. [Ex tempore.] Ideſt ex circunſtantia temporis, & ratione. [Omnes quæſtiones] Omnis inquiſitio de aliqua re an ſit officium ratione temporis, & aliarum circunſtantiarum. [Ex tempore] temporis ratione, & qualitate, ſiue ex circunſtantia temporis. [Officium] Actio honeſta. [Res eiuſmodi] ſimiles quæſtiones. [Conſilium] Mente, & propoſitum perſequendi. [Ad quas] Conſultationes, cum quæritur, & dubitatur, an ſit cõtra officiũ ſpoliare tyrãnum, homini ad nullam rem

tem utili eripere cibus,& similia,quæ possunt esse officia à circunstantia,ut sciant homines,inquit, consultare, & eligere, cũ huiusmodi quæstiones inciderint, data sunt præcepta in superioribus uoluminibus,quibus perspicitur quid sit officiũ [Perspici]Rectè uideri,& iudicari quid sit honestum, & per se,& ratione circunstantiarum,& quid sit turpe. [Qua omnino nõ est turpe]quoniam circunstantiarum sit non turpe id , quod simpliciter turpe erat,& contra officium.[Sed, quoniam operi inchoato[Cic. impositurus huic operi extremam manum,exemplo geometriæ petit à filio,ut sibi hoc cõcedat sine aliqua probatione,quo facilius id , quod uult,ostendat. Nihil præter honestum propter se expetendum,ut uolunt Stoici,quos Cic. sequitur in his officijs, aut honestum maximè expetendum , ut uolunt Peripatetici. Hoc āt posito,& concesso,certum est vtilis,& honesti non posse repugnantiam esse , quoniam honestũ aut solum est expetendum , aut maximè , ante omnia alia, ut in secundo loco relinquantur bona corporis, & fortunæ. Inde laudat Panætium . Postea dicit se hanc partem expleturũ proprio ingenio,sine aliorum adminiculis. Demum ipsa præcepta aggreditur.[Operi]huic , quod in manibus habetur de cõmunibus.[Tanquam fastigium]Summitatem. Fastigium est ædificii summum, inde dicimus fastigium domus.i. culmẽ,& summitatem,& fastigia murorum,& scrobiũ etiam dicuntur. Virg. in Georg. Forsitan,& scrobibus quæ sint fastigia quæris.i. profunditates. Et summa fastigia rerum dicuntur à Iuuenale , idest summæ dignitates,& honores. Et,quoniam fastigium propriè summitas ædificiorum,est non āt librorum ,& talium operum,ideo dicit tanquam fastigium.i.summam partem,& finẽ, ut domi imponitur fastigium.[Geometra] Qui uersatur circa mensuras,cum vult facere demonstrationem,petit,ut sibi concedatur linea vna,qua concessa,facit demonstrationem in omnibus figuris, quoniam linea concessa, & uarijs modis protractas uarias figuras facit,& demonstrat. Quinq; sunt petitiones geometræ , ut auctor est Euclides. à quolibet puncto in quodlibet punctum rectam lineam ducere,atque lineam diffinitam in continuum rectumq; quantumlibet protrahere. Super centrum quodlibet,quantumlibet occupando spatium,circulum designare. Omnes rectos angulos sibi inuicem esse æquales. Si recta linea sup. duas rectas lineas ceciderit,atque anguli ex vna parte duobus angulis rectis minores fuerint , illas duas lineas in eandem partem protractas proculdubio coniũctum iri. Itẽ, duas lineas rectas superficiem non includere . Ista sunt tanquã fundamenta,& principia Geometriæ. Vnde, qui negat punctũ & lineam, negat principia huius artis, & sic cum eo non potest disputari, & qui negat motum , non potest disputare de rebus naturalibus . Vnde dixit Arist. Contra negantes principia non est disputandum. Principia.n. cuiusq; disciplinę concedi debẽt, quibus concessis potest disputari,& fieri demonstratio. concessa linea ipsi Geometræ faciũt uarias demõstrationes, quę sunt in primo gradu certitudinis, quoniam uidentur, & nõ possunt aliter esse,ut est circulus, semicirculi , triangulus , & sic de reliquis.[Omnia docere]Disputando demonstrare, sed petere , ut aliqua concedantur,quæ sunt principia Geometræ,quibus postea fiat demonstratio.Sic Cic. non docet aliqua ratione solum honestum propter se expetendum,quoniam hic non agitur de dogmate solum,ut in libris de Fin. sed petit,ut hoc cõcedatur, quo concesso facilè id,quod restat explicari,demonstrariq; potest. Demonstratio propriè est Mathematici . Persuasio autem Oratoris.unde dicit Arist. in morib. petendam esse demonstrationem à Mathematico , & persuasionem ab Oratore.[Explicent] Demonstrent , & protrahendo lineam concessam faciant demonstrationes.Plat. in vj. de Rep. sic ait, Arbitror te non latere,eos,qui circa Geometriam. Arithmeticam,& cetera generis eiusdem uersantur,supponere quidem par,& impar,& figuras,ac tres species angulorum,& horum similia in argumentationibus singulis,& his positis tanquam cuilibet manifestis rationem de his nullam exigendam putat , atq; hinc incipientes ad alia iam descendunt , & ad illud tandem perueniunt , quod quærebant.Sen.in libello de liberalibus studijs dicit:Mathematicus usu quodam,& exercitatione procedit , sed , ut procedat, concedenda illi quædam principia sunt . Non est āt ars sui iuris, cui precarium fundamentum est.[Si potes]Dicit,quoniam Cic. filius peripateticæ disciplinæ tunc studebat, & Peripatetici dicebāt honestum maximè expetendum. uirtutem satis esse ad bene beateq; uiuendum dixit Zeno Stoicorum princeps,ut dictum est, dicebant Stoici, quod honestum sit id solum esse bonum,vt Hecato in j. de bonis ait,& Chrysippus in libris de Honesto,id autem esse virtutem,& solum honestum propter se expetendum,in quo finem humanum constituunt . Arist. autem finem humanum esse dixit, uirtutis usum in uita perfectum. Felicitatem quippe dicit esse plenitudinem bonorum animi, corporis,& fortunæ, uirtutem ad beatam uitam non sufficere, quoniam bonis corporis,& externis indigeret. De his rebus dictum est,vt arbitror,sufficienter in j. vol. Thales dicebat illum esse felicẽ,qui corpore ualeret,fortuna locuples esset,animoq; non ignauus,aut imperitus. [Propter Crat.] Qui erat Peripateticus,& non dicebat solum honestum esse propter se expetẽdum,sed maximè expetendum.[Dabis]Concedes,quoniam ex sententia Peripateticorum est.[Maximè]Ante omnia, quoniã alia restat expetenda post uirtutẽ ex opinione Peripateticorũ, & ueterum Academicorum, quæ opinio magis cõsentanea est naturæ,quàm opinio Stoicorum, qui rapti splendore uirtutis nihil præter illam propter se dixerunt expetẽdum. [Mihi]Qui sum Academicus,& probabilia sequor.[Vtrunuis] Aut hoc postremum,aut primum.Et sic Cic.ostendit se non fuissę addictũ uni sectæ,sed probabilia sequi uoluisse more Academicorum , quibus Academia magnam dabat licentiam,& ideo in suis operibus Cic.nunc Stoicus uidetur,nunc Peripateticus, & in principio operis dixit, Sed tamen nostra legens non multum à Peripateticis dissidentia,quoniam utriq; & Socratici,& Platonici esse uolumus.[Tum hoc] .i. honestum maximè expetendum. [Tum illud nihil præter honestum esse propter se expetẽdum, & sic Cic.probat opinionem Stoicorum , & Peripateticorum , alias reijcit tanquam minimè probabiles. [Quidquã] Aliquid quod ab alijs philosophis dicitur, quorum aliqui dicebant uoluptatem propter se expetendam,aliqui diuitias , aliqui scientiam, aliqui nihil expetendum , sed quodcunque occurreret , quæ opiniones improbãtur.[Ac primũ Pan.] Ad Panętij sentẽtiam descendit,quam supra quibusdam rationibus urgebat,ostendens ipsam ab aliis minimè probari. [Neque.n.] Affert rationem quare non licebat Panætio Stoico dicere utilia cum honestis aliquando pugnare posse,quoniam fuisset contra illius professionem.Sed ea quæ uidentur,non tamen sunt, sed utilia imperitæ multitudini. Nihil.n. apud peritos est utile,quod nõ idem sit honestum [Videntur]Aliquam speciem utilitatis præ se ferunt,ea quæ uidentur utilia, & non sunt,cum honesto interdum pugnare possunt,uerè utilia non possunt . [Testatur] Dicit Panætius in suis Officijs.[Pestem]Damnum,& calamitatem.[In uitam inuasisse]Dicimus inuado uitam,& in uitã. inuado tua bona,& in tua bona,& incũbere saluti , & ad salutẽ. [Itaque] Affertq; rationem quare Panætius eam partem induxit,ut possemus.s. dijudicare sine errore , si quando dubitatio incidisset.[Induxit eam repugnãtiam]Quæ uideretur esse uti, & pone.non quæ esset.quoniam utile si uerè utile est, non potest cum honesto pugnare.[Hanc partem]Quam Panætius reliquit.[Marte nostro] .i.proprio ingenio, & industria, cum aliquid facimus sine auxilio,dicimur facere Marte nostro,ut dicitur.prouerbialis sententia est in eos,qui proprijs uiribus citrà alienam opem,peragunt aliquid.[Quod mihi probaret]Quod placeret,quoniam hunc locum bene tractauerunt Posidonius, & Athenodorus.[In manus nostras] quoniam scripta Posidonij,& Athenodori de repugnantia utilis , & honesti , habuit ex bibliotheca Caulonis. Nam Cic. cum hæc componeret,scripsit ad Caulonem,ut sibi mitteret Athenodorum, & Posidonium, quorum opera non probauit , itaque suo Marte hanc partem absoluit .

ITAQVE &c.] Quandoquidem accidit,ut quod turpe est per se euentu temporis honestum fiat,& contra , certa regula est præscribenda,quam si sequi uoluerimus,nunquam errabimus.[Appellamus utile]Non est, sed appellatur.[Formula] Regula,modus , & norma, quæ docebit, quid sequi debemus, autem infra ponet. [Stoicorum] qui bonum ponunt in sola uirtute. [Quã quidem his &c.] Academicus fuit Cic. & modo hos, modo illos ex institutione sectæ, secutus est, nunc se Stoicos in hac re secutum dicit,& iure hoc facit,nam euidẽtius precipiunt,quod faciendum sit,cum dicunt solum honestum bonum esse : Peripatetici uero in utilitate etiam bonum posuerunt.[A ueteribus Academicis] Socrates primus summum, & solum bonum uirtutem esse dixit, cui Plato successit , qui ueterem Academiam instituit. fuit.n.& media quam Archesilaus

FRAN. MAT.

induxit,

induxit,& noua quam Lacydes inuenit. Plato non omnino sẽ-ctus,quod Socr.uoluerit, qui solam uirtutem bonũ esse prędicauerat, primus tripartitam bonorum diuisionem excogitauit,ut essent bona animi,bona corporis,bona externa. & sic sectæ Peripateticæ,cuius princeps fuit Arist. uiam dedit. is.n.& qui eum secuti sunt,Platonis opinionem amplexi sunt,ut lib.i. diximus. Ex his intelligitur idem sensisse Peripateticos, & Academicos in his quæ ad mores attinent. [Ab his] Stoicis.[Splendidius]Melius, & euidentius.[Quam ab eis,&c.] .f. Peripateticis,qui dicebant aliquid esse honestum, quod idem utile nõ esset,& contra.quamuis Peripatetici nullam vellent inter vtile,& honestum comparationẽ fieri.[Nobis autem &c.] Vt id, quod probabile fuerit,maximè sequamur.multis rationibus cõtradicitur sectæ Academiæ etiam à L. Lactantio. [Sed re &c.] Quia dixerat formulam, & regulam præponendam, ac statuendam quam,qui sequeretur in officijs deligendis errare nunquã posset.Ad hanc se redire nunc dicit,ut eam nobis exponat, hæc autem est regula,quotiescunq; aliquid consultamus,quod ad vtilitatẽ pertinere uideatur,diligenter inspicimus nunquid id vtile sit, quod quærimus, an illud sit inutile. si utile erit, tunc illud cõparare poterimus, si aliis nocebit ab eo declinabimus, nec ulla tanta utilitas sit quam nobis asciscere uelimus cum alterius incommodo, immo omnia potius quamuis difficillima toleranda sunt,quam cuipiam fiat iniuria. Deniq; alteri nõ faciamus.quod nobis nollemus fieri. Detrahere alteris]Instituit argumentationem,cuius est propositio,non oportere alterius incommodo suum commodum augere, detrahere autem sicut prædia,pecunias. [Quam mors]Hæc contra naturam non est,imò naturalis. Nam omnia orta occidunt. ut ait historicus, sed rapere contra naturam est, quæ hominem homini cõciliat, & ad orationis,& ad uitæ societatem, ut lib.j.ait Cic. [Paupertas]Et hæc contra naturam non est,quę nudum hominem producit.[quã dolor]quem tolerare oportet,quin potius ad dolores, & labores, quam ad gaudia, & ocium natura nos genuit. [Rebus externis]Omnia dicit bona,& corporis,& externa postponenda esse communi hominum utilitati. [Nam principio, &c.] ratio est propositionis institutæ,uidelicet nihil esse peius, quam incommodo alterius suum commodum augere. [Conuictum humanum] uidelicet iustitiam distributiuam, quæ sic diffinitur à Cicer. iustitia est uirtus communi utilitate seruata, suum cuiq; tribuens secundum dignitatem. De commutatiua iustitia quomodo uioletur si quisq; studeat per alterius incommodum suum augere,paulo post dicet.[Si.n. sic affecti] Est confirmatio rationis. [Affecti Dispositi, & animati. [Sponliet]Ad res refertur. [Violet]Ad personã. [Disrumpi&c.] Hoc idem in principio j. lib. dictum est. [Secundum naturam] hic oritur quæstio, & si natura ducit nos ad communem utilitatẽ seruandam,in qua humani generis societas consistit. quod est, quòd plerosq; uideamus contra rationem facere,quæ nobis data est à natura,& paucos esse,qui hanc communem utilitatẽ seruẽnt. Natura quidem omnes ducit, ut uelint communem utilitatem quam maximè seruari, iudicio erramus,quia minũ nos amamus. quod si ita faceremus,ut natura suadet,nihil humani unquam à nobis alienum putaremus,neq; à naturali lege discederemus,quæ est recta ratio imperandi,atq; ꝓhibendi, quam legem siquis ignorat,is est iniustus,siue scripta est vspiã, siue non. Nam insita est animis omnium naturaliter, uel esse debet. Esse autem secundum naturam humani generis societatem facilè probatur. Nihil est magis secundum naturam humani generis,quam iustitia. Quia iustitia est recta ratio, & lex est recta ratio, cum nobis à deo data est ratio data est, & recta ratio, quod si recta ratio data est, ergo etiam lex quæ est recta ratio in iubendo iusta,& prohibendo iniusta. nihil autem stultius est quam intelligi nos ad iustitiam non esse natos, & nihil est iustitia, quam societas humani generis, quoniam per iustitiam copulatur,& per iniustitiam disrumpitur.[Vt si unũ &c.] Exornatio est argumentationis. est autem pulchra similitudo, qua ostenditur quomodo societas humani generis diuelleretur,ac dissiparetur,si vnusquisque sua commoda augeret quocunque modo.quemadmodum,inquit, in corpore humano,si mẽbra quæ communia sunt corpori, & alia aliud ministeriũ; habent inter se dissentirent, & ualere posse existimarent, si uicini membri ad se ualetudinem traherent,ut.s.uicino membro vim suam eriperent,& ad se traherent, quo ipsa uiolentiora essent,totum corpus interiret. sic humana societas tota delere-

Natura nos ducit,ut velimus cõmunẽ vtilitatẽ.

tur, si unusquisq; ad se trahens utilitatem alios proprijs commodis priuaret.[Hanc sen.] Hanc opinionem.[Valetudinem] Et uim,& potestatem.[Nam sibi,ut &c.] Antipophora est. non .n. negamus, inquit Cic. si alterutrum necesse sit, aut uitæ alterius, aut nostræ consulere, potius nostræ consulendum esse quam alterius,dum id non fiat consentiente natura. exẽpli causa, cibus propositus est duobus mihi,& alteri in obsidione, uel alia quauis necessitate, quem si sumpsero uitam producam,si socio reliquero moriar.Si cibus communis est mihi cum socio, possum sumere quantum ad me peruenit,si illius tantum contra officium est si totum sumpsero, & potius mori debeo. [Acquirere]Non auferre,non rapere. Nam acquirere est honestè aliquid comparari. [Neq; uero]Non solum, inquit, natura, hoc nobis proposuit, ut ab alienis abstineremus, sed etiam leges quæ sunt singularum ciuitatum, & constant pœna, & præmio. Nam omnes leges siue iubeant, siue uetent: pœnam male merentibus proponunt. Multifariam res dicitur est. n. naturale,quod natura omnia animalia docuit ex quo descendit maris,& fœminæ coniugatio,liberorũ procreatio Nec humani generis solum est, sed de omnium animalium quæ in cœlo,quæ in terra,quæ in mari nascuntur.Est iusgentiũ,quod æque apud omnes populos custoditur, ex hoc iure introducti sunt omnes contractus,ut emptio, uenditio,locatio, societas, mutuum est ius ciuile, quod quisq; populus sibi constituit, & proprium eius ciuitatis est,à quo constitutum est ius scriptum complectimur leges,plebiscita,magistratuũ edicta. Est ius priuatum,ius publicum,ius militare. Duas hic species iuris tãgit. gentium,& ciuile. [Hoc spectant leges]Hoc volunt,hoc imperant.[Ipsa naturæ ratio]lex,vt Cic.ipse lib.de leg. diffinit,est ratio naturalis,quæ iubet quæ facienda sunt,prohibetq; contraria,omnes leges,qua ab hac pendent constitutę sunt cõtra eos, qui aliqua ratione humanam violant societatem.[Atque hoc] quod leges efficiunt.[Lex diuina,& humana]Rectè hoc quidẽ. Nam quibus data est ratio, data est recta ratio, ergo, & lex. sed hæc ratio unde profecta? certe à deo. Nam ratio. est prima cum deo homini societas. [Nunquam committant] Nunquam faciunt contra formulam superius positam,quam nunc repetit.[Etenim multo magis &c.] probat detrahere alteri sui commodi augendi causa, magis esse contra naturam, quam mors est &c.Ex quo ostendit quanta uis sit naturalis rationis, à qua docemur omnia contemnere,ut hæc communis utilitas seruetur, & tanquam uilia habere, ut uoluptatem, uitam &c. [Secundum naturam]quoniam natura docet nos, ut hæc omnia faciamus;utq; ea conseruemus, quæ sequuntur uero contemnamus. [Voluptas] quæ pecudum est, magisq; hominum. [Vita] quæ pro libertate, pro patriæ caritate effundenda est, & natura nos produxit non,ut uiueremus tantum,sed,ut honestè uiueremus.[quam diuitiæ] quæ sunt bona naturę secundum Stoicos,& sæpius obsint,quam prosint, nec merẽtur.[Aliquam lau.] nisi ad liberalitatem conferantur.[quæ contemnere &c.Hoc idem sępe superius dictum est.[Comparantem &c.] quoniam hęc omnia pro utilitate cõmuni contemnenda sunt, & qui facit uere fortis & magnanimus iudicatur. [Detrahere autem]De altero potius mori debemus, quam cuipiam iniuriam facere,& alterius incommodo nostrum commodum augere. [Magis est contra naturam] Nam ad bonum natura nos genuit,mortem autem omnibus proposuit, & dolore &c. huiusmodi. [Itaque magis &c.]contra naturam est ad alicuius iniuriam moueri, è diuerso secundum naturam est omnibus benefacere benemerentibus. [Contrarium eadem est ratio]Si facere iniuriam est contra naturam,ergo benefacere est secundũ naturam. Et sicut contra naturam adeo turpe est, vt moriendum potius sit, ita etiam secundum naturam est benefacere hominibus,adeo,vt mors ipsa recusanda non sit dũmodo ut benefacere possimus. [Imitantem Herculem] More Herculis uiuentem. Quem dicunt terras,& maria à monstris liberasse, unde ait Lucanus. Terras monstris, ęquorque leuantem Magnanimum Alcidem. Qui ob hanc causam in deorum numerum receptus est. [In concilio] In cœtu deorum. [quo circa]Ex quo efficiuntur. [Illam uitam] Plenam laborum,dum studeat humano generi benefacere. [Ex quo efficitur] Ex his concluditur.Siquis naturæ obedire voluerit,hunc nullo modo aliis hominibus nocere posse. [Deinde,qui alterum &c.] Vtitur Dilẽmate. Ilk. Ille, qui quærit suum commodum ex alterius commodo, ex duobus alterum existimat, aut.n. putat se contra naturam

Omnis lex aut iubet, aut uetat.

naturam non facere,aut mortem , paupertatem &c. magis fu-
gienda censet quam cuipiam inferre iniuriā.[Si nihil &c.]cum
alterius incommodo suum quærit commodum. Quia non pu-
tat se facere contra naturam, de eo nihil est opus dicere. Quia
vult id, quod uerisimile est. Nam si homines quemadmodum
natura,ita etiam iudicio humani,ut ait Terent. nihil à se alie-
num putarent , bene res haberet. Sed iudicium errat, & id im-
pugnat,quod natura suadet.uult.n.vt ab iniuria abstineamus,
& omnibus prodesse uelimus . Iudicium nostrum cupiditate
aliqua ducitur,ut ab officio discedat, & cū iniuria alicuius ali-
quam utilitatem assequamur,ergo non est uitium naturæ,sed
hominis, si existimat multum quidem esse iniuriam facere,pe-
ius autem esse mori,liberos amittere &c. [Si nihil] Si existimat
illa grauiora esse damna,& maiora quam facere cuipiam iniu-
riam.[quod ullum &c.] In hoc errat , quod existimat uitia cor-
poris,aut fortunæ maiora esse uitiis animi . Quemadmodum
animus est præstantior corpore, ita in uita deteriora sunt vitiis
corporis,ideoq; magis fugienda. Sed amittere diuitias,liberos
propinquos &c. ciusmodi bona sunt uitia corporis, facere au-
tem homini iniuriam est uitium animi . ergo hoc turpius illo,
& propterea magis fugiēdum.[Corporis]ut dolor,mors.[For-
tunæ]Vt paupertas amissio liberorum. [Animi uitijs] quæ in
iustitia auaritia &c.[Ergo]concludit.[Eadem vtilitas]videlicet
quæ mea utilitas sit,sic & illius. [Atque si hoc &c.] ostendit su-
perius naturale esse, ut homo homini prodesse uelit , quod si
est omnium utilitas debet esse communis . Argumentum hoc
probabile est , & à loco sumitur Rhetorico , qui est probabile.
Quod ex eo fit probatur licet aliter esse possit , ut si mater est
diligit filium.hoc probabile est , licèt habere possit cum aliquæ
matres repertę sunt,quę filios non dilexerunt,sicut Medea,quę
occidit, & Fontia de qua est apud Iuuenalem . si homo est ho-
mini prodesse uult, ergo omnium hominum communis utili-
tas debet esse,nec debemus, & aliorum incommodis nostra cō-
moda quærere . [Præscribit] Admonet , & hoc quantum per-
tinet ad illam generalem societatem,qua omnes homines ho-
minibus deuincti sunt . Qui utilitatis gratia consultum alte-
ri uolunt, non natura ducuntur , neque amore uero . In ho-
minem,ut etiā alibi egregiè ostendit Cic. quod si ita est,quod
omnium utilitas communis est naturaliter.pergit autem ostē-
dere à primo ad ultimum hominem homini esse coniunctum
ut consultum homini uelit homo. [Lege naturę] ut,quod ti-
bi feceris aliis facies . Quod tibi non feceris alijs non facias , ut
honestè uiuas , alterum non lædas,suum cuique tribuas , hanc
legem naturæ uiderunt philosophi. Est.n.unum ius de quo de-
uincta esset hominum societas. quo cōstat unaquęque lex,quæ
est recta ratio imperandi,atq; prohibendi. eam autem ab opi-
nione nō à natura esse existimare demētis est.[Idq; ipsum &c.]
Videlicet,quod omnes eadem continemur lege naturæ, vt ni-
hil humani à nobis alienum putemus. [Lege naturæ] quam
qui uiolat iniustus est, siue nequā . [Verum autem] Primum,
quòd omnes una eademq; legæ naturæ continemur. [Extre-
mum]Videlicet,quòd alterum violare prohibemur,vt lege na-
turæ,si uerum ans,igitur consequens.[Nam illud quidē] Post-
quam rationem suam confirmauit Cic. nunc aduersariorum
dicta refellit. Quidam.n. dicebant se quidem confiteri illud iu-
stum esse, nihil patri,fratri, propinquis detrahere sui commo-
di gratia.at uero aliorum ciuium aliam esse rationem,quòd .s.
aliquid alijs ciuibus proprij commodi causa detrahere liceat ,
sequitur societatem humanā , & ciuium concordiam dissolui .
[Nihil iuris]quod cōmuniter omnibus cōsuluit.[qui autē &c.]
Hæc peius est superiori peccato,nam plures lædit,nam, qui pa-
rentibus,& fratribus abstinēt,ciues reliquos lædunt,paucis ma
le consulunt, qui uero parcunt ciuibus externis, non lædūt vni
uersos.[qua sublata] Genus post speciem ponit. beneficentia
.n. liberalitas,bonitas, species sunt iustitiæ , quod docet Arist.
etiam lib. de uir. dicens iustitiæ comites esse liberalitatem , be-
nignitatem,pietatem,gratiam,legitimam communitatem,uē
dicationem, ergo penitus iustitia interiret , si externorum ra-
tio non haberetur, & contra deos fieret, cum quibus prima ho
mini rationis est societas . Nam cum data est homini ratio, da-
ta est , & recta ratio, quæ deuincit hominum inter se socie-
tatem , & lex est imperandi , & prohibendi , qui vero con-
tra hanc legem facit , contra deos facit , cum quibus homi-
ni ratio est communis . Facit , & contra pietatem , quæ est iu-
stitiæ pars, ex quo sequitur uerum esse, quod Cic. scribit subla-

Natura-le esse , ut homo homini prosit.

Lex est recta rō.

Contra deos fie ut sinō ha iustitia ad terti externorum ratio.

ta humani generis societatis liberalitate, beneficentiam, boni-
tatem, iustitiam funditus tolli. [quæ] Hoc etiam liberalitatē
&c. [Ab ijs enim &c.] Ratio cur impij in deos iudicandi sunt .
[Magis arbitrari] uerè humani generis societatem euertunt,
cuius est arctissimum vinculū,hoc quod sequitur uidelicet &c.
[quam omnia &c.] Nihil omnino prætermittit rerum expetē-
darum. [Externa]quæ propter aliud sunt expetenda, ut hono-
res, diuitiæ, [Vel corporis] Vt bona ualetudo, agilitas,robur,
pulchritudo,& hæc bona propter se, & propter aliud expeten-
da sunt, quidam dicunt bona corporis petendo propter uolu-
ptatem,ut Epicurei. Sed ij facile redarguuntur. [Animi] Hæc
propter se expetenda sunt. [quæ] commoda. [Vacent] Vacua
sint quæ sine iustitia , ideo dixit uacent , quia his bonis aliquis
utitur caliditate ac uersutia ad decipiendum homines. [Regi-
na uirtutum] Alibi Cic. non.n.in spem simulationis sicut cete-
ræ uirtutes iustitia colitur, cum qua amicitiam , & remunera-
tionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio sequitur ,
magis quam confusio , atque haud scio an sublata aduersus
deos pietate, & fides, & societas humani generis,& una omniū
excellentissima uirtus iustitia tollatur , hæc una uirtus domi-
na , & regina omnium uirtutum . [Forsitan] Hoc idem nostri
dicunt theologi , si duo sint quorum alter hominum utilitati
prodesse potest,alter uero non potest . Et qui prodesse potest
cibo careat. Qui uero inutilis est eo non indigerat . Quæritur
nunquid ei qui utilis esse potest, liceat inutili cibum auferre ,
ne ipse fame moriatur. Respondetur,uno modo licere,alio nō,
licet.n. si non ideo cibum abstulisti,ut tu uiueres, & ille more-
retur,sed ut uiuendo multis prodesse posses . At uero si non
propterea facis,ut humano generi prosis,sed tātum, ut uiuas,
non licet. est.n. contra iustitiam. [quispiā dixerit] Hoc est quæ-
ri potest. [Minimè uero] Responsio est. [Non.n.&c.] Non solū,
inquit,& externa,& corporis bona contemnenda sunt Sed ipsa
quoque uita pro nihilo habēda est, potiusquàm hæc humana
societas uioletur , qua homines inter se naturaliter coniuncti
sunt. [Affectio] Videlicet,ut neminem uiolem. [quod si Phala-
rim] ponit aliud exemplum, fac ita esse,ut ex una parte Phala-
ris crudelissimus tyrannus statuatur, ex altera parte vir bonus,
& sapiens,& hic quidem Phalaris bene sit uestitus, sapiens vero
pene nudus,ut frigore conficiatur, quæritur utrum sapiēs pro
prijs illum uestibus spoliare possit,ut uitæ suæ consulat, ad qđ
respondet Cic. [Conficiatur] pereat. [Hæc ad iudicandum] re-
spondet Cic. hæc quæ mihi proponis ad iudicandum facillima.
[Nam siquid ab homine &c.] Si pro uita tui ipsius hęc tantū
modo faceres, iniustè faceres . At uero si non pro uita tua, sed
pro communi omnium utilitate faceres , æquissimum esset .
[Sin autem is tu sis &c.] At si eiusmodi sis , ut si uiuas multis
prodesse possis, & ob hanc causam uitæ illius tuam præponas,
non mereris reprehensionem. uidendum tamen est ne nos ip-
sos decipiamus. [Ob eam causam] Vt utilis multis sis. [Sin au-
rem non id sit] Videlicet si ea causa non sit, ut uita tua multis
prosit, & propterea uitæ inutilis hominis anteponēda sit . [Nō
igitur &c.] Nunc concludit ita, Nullum malum sic fugiendum
esse, quam aliorum commodis detrahere,nisi communis om-
nium utilitas iuuetur. Natura uult hominum societati con-
suli. Si ergo id agitur,ut qui utilis sit multis, præferatur ei,qui
inutilis est,non fit contra naturam; cum ea uult,ut communi
hominum societati consulatur. [Contra natura] Repetit ea ,
quæ in omnibus argumentis supra posuit. [Sequitur non ma-
gis esse contra na.] Morbum, egestatem, quam alteri detrahe
re. [Sed communis utilitatis] Animaduertendum est, ꝙ illa nō
dicitur detractio commodi alieni, quotiescunque id agitur, ut
qui multis prodesse potest superuiuat , immo cōtra consuluit
vtilitati hominum.non est igitur contra naturam , immo secū
dum naturam. [Itaque lex ipsa naturæ] Et ob hanc causam cō-
ceditur, ut ab homine ignauo , & inutili ad hominem pruden-
tem,& utilem transferantur res necessariæ ad uiuendum , ut
ille potius moriatur, qui nullius precij est , quàm is qui multis
prodesse potest. [Modo hoc ita &c.] Modo ne sub prætextu hu
ius causæ, quod multis prodesse uelit, aliud cogitet, intendat,
uidelicet sibiipsi tantum prodesse. nam sic facit iniuriam ei cui
aufert. [Seseq; diligens] ut sit .f. φελαυτος. [Itaque &c.] Si ante
oculos habuerit communem utilitatem, & hominum inter ip-
sos societatē, nunquam errabit. [Nam quod ad Phalarim &c.]
Secundam absoluit dubitationem, quam proposuerat,& ostē
dit honestum esse tyrannum occidere, quia nulla cum ciuibus
socie-

Diuitiæ pp se, & pp aliud expetuntur.

societate coniunctus sit paulo ante dixit nullum esse maius scelus, quam hominem familiarem occidere, si hoc ita est sequitur tyrannum cui nulla est cum ciuibus societas, occidere honestum esse. non uidetur facere contra naturam, qui incommodum affert uiro crudeli, & ab omni prorsus humanitate alieno. desistit.n. homo esse deposita humanitate. Ergo de Phalari iudicare facile est, & tyrannis reliquis. [Neque est contra naturam] A minori à maius arguit.licet interficere tyrannum, licet, & multo magis spoliare, nam plus est necare, quam spoliare, si non est contra naturam necare tyrannum, non est contra naturam etiam spoliare. [Etenim, ut &c.] Pulchra similitudo, quemadmodum aliqua membra si corrupta fuerint recidenda sunt, ne totum corpus corrumpatur, eodem modo huiusmodi homines, qui iam homines esse destiterunt sunt, excidēdi, ne reliquos homines uitient. Ouid. sed, & immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars syncera trahatur. [Spiritu car.] Si mortua fuerint, & putrefacta. [In ista figura &c.] quia nihil hominis nisi figuram, habet, quidem hominis speciem, re ipsa uero fera est. [A communi] Humanitate, omnes homines sunt quasi unum corpus, cuius pleni, atq; perfecti singuli homines membra sumus. [Huius generis &c.] Huiusmodi quæstiones uidelicet quæ incidunt an sit detrahendum alicui, quòd suum est, & in meliores transferendum, sunt quęstiones quæ ex tempore incidunt permutatione. s. temporis, scelus est hominem occidere, sed idem si tyrannus fiat, sine scelere occiditur. [Superioribus libris] Vt in primo, vbi disputauit commutari non sine tempore fundamenta iustitiæ, quæ sunt ne cui quis noceat, & ut communi omnium utilitati inseruiamus. Commutantur autem tempore, ut non idem semper sit officium, ut non reddere depositum, nec furioso facere promissum. Item, quòd licet maius officium anteponere minori; hæc omnia in j. lib. exposita sunt. [Consultationes] Videlicet turpe sit nec ne id de quo consulitur. [Eiusmodi res] Quæ cum honestæ sint tempore turpes efficiūtur. [Sed quia operi &c.] Præcepta daturus Cic. quod seruandum sit, quoties vtile cum honesto videtur pugnare, petit à filio, vt aliquid sibi concedat, quod concedi oporteat, & sicut Geometris, aliquid probaturis quædam conceduntur. [Fastigium] Summitatem, extremam manum. [Geometræ] sunt quinque quæ Geometræ uolunt sibi concedi, primum, ut à quolibet puncto ad quemlibet punctum linea perducatur, secundum, vt linea recta finita, super circulum coniunctum alteri lineæ usque in infinitum perducatur. Tertium, ut omnes anguli sibi inuicem sint æquales. Quartum, ut punctus ponatur sup. circulos quantumlibet spacium occupando circum agantur. Quintum, ut linea recta, quæ ceciderit super duas lineas rectas ab altera parte disconuenientes, ab altera conuenienter, illæ duæ lineæ trahantur, coniungantur nisi hoc concedatur Geometris probare cetera, quæ uolunt non possunt. [Propter se expetendum] Cetera omnia propter aliud expetenda sunt, siue bona sint corporis, siue externa. [Solū hon.] propter se expetendum est, quod consistit in bonis animi quæ sunt virtutes, ut iustitia. [Mihi utrunuis &c.] Et bona corporis atque externa in bonis ponebat, quoniam adminicula essent ad hone consequendum, ergo, inquit, si concedere non potest ho. esse solum bonum, ut Stoici volunt concedere idē hone. esse summum bonum, & non solum atq; non propter se tantum expetendum, ut instituta sectę, & præceptoris sequaris. [Vtrumuis] Vel solum honestum propter se expetendum uel maximè honestum &c. [Probabile] Non dicit utrum, sed probabile. Academicus.n. fuit. Academici uero nihil affirmabant, & quod probabile esset sequebātur, & hic ipsum probabile negabant percipi posse, vt alio loco uides me fateri aliquid esse. Sed idem percipi ac comprehendi, sicut est posse nego. [Ac primum &c.] Panętium defendit, quòd dixerit ea quæ utilia sunt cum honestate nunquam pugnare. cautè.n. locutus est, quòd ait uideri pugnare utile cum honesto non re uera pugnare, quod ei dicere fas non erat. [Negatq;] Multis in locis Panætius asserit pestē omnium maximam in uita hominum fuisse, cum utile ab ho. distinctum diuisumque est. [Itaque &c.] Et ob hāc causam pugnam induxit Panætius utilis, & honesti, non, quod esse possit reuera, sed, quod uideri possit. [Hanc igitur partem] Industriam suam laudare uidetur Cicer. quod rem à Panætio penitus omissam tractauerit, in quam, nullius adminiculo, sui ipsius ingenio tantum usus sit. [Marte no.] Prouerbialiter sic dici solet, cum aliquid nullo adiuuante uiribus tantum nostris fecimus. [Post Panætium] Qui hoc tertium membrum proposuit tantum.

ITAQVE, vt possimus diiudicare sine ullo errore, si quā- do.i. aliquando, id quod appellamus utile, uidebitur pugnare cum illo, quod intelligimus honestum, quædam formula.i. regula est constituenda, quam si sequemur in comparatione rerum, nunquam recedemus ab officio. Autem pro sed, hæc formula erit maximè consentanea rationi, & disciplinæ Stoicorū, quos sequimur in his libris, ideo sup. quanquam à ueteribus Academicis, & Peripateticis nostris, qui erant quondam ijdem, qui Academici, & qui anteponunt ea quæ honesta, his quæ uidentur utilia, tamen, & hæc sup. bene disseruntur, splendidius ab eis.s. Stoicis, quibus quidquid uidetur honestum, idem uidetur utile, nec quidquam utile sup. uidetur, quod non honestum, quam ab his.s. Academicis, & Peripateticis, quib. est aliquid honestum non utile, aut vtile non honestum. Autem pro sed, nostra Academia.i. in qua uersati sumus, dat nobis magnā licentiam, ut quodcunq; maximè probabile occurrat, liceat nobis in defendere nostro iure. Academici.n. cum nihil affirmarent, sed in utranque partem de quolibet disputarent, suo iure quidquid probabile uidebatur, probabant, quod Stoicam sectam profitenti non licebat. Sed redeo (inquit Cic.) ad formulam.s. promissam de hac materia. Detrahere, describit formulam, qua officium cognoscitur, ubi controuersia. est inter honestum, & utile dicens: Igitur detrahere.i. auferre aliquid alteri, & hominem augere suum commodum incommodo.i. damno alterius.s. hominis, est magis contra naturam.i. magis repugnans, & fugiendum humanæ naturæ, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera quę possunt accidere, aut corpori, aut rebus externis. Nam sup. id facere tollit principio.i. in primis conuictum humanum, & societatem sup. humanam. Si.n. erimus affecti sic, ut quisq; spoliet, aut uiolet alterum propter suum emolumētum.i. proprium commodum, necesse est eam societatem humani generis, quæ maximè est secundū naturam humani generis disrumpi.i. uiolenter dissolui. Vt.i. quē admodum si unum quodcunque membrum haberet hūc sensum.i. ita sentiret, ut putaret se posse ualere, si traduxisset ad se ualetudinem proximi membri, necesse esset totum corpus debilitari, & interire, sic si unusquisque nostrum capiat ad se commoda aliorum, & detrahat cuique, quod possit gratia sui emolumenti.i. lucri, & commodi, necesse est, ut sup. societas, & cōmunitas hominum, euertatur. Nam concessum est.i. licitum, & permissum est, natura non repugnante, ut quisque malit accipere sibi, quam alteri, quod pertineat ad usum uitæ, quidem.i. certè natura nō patitur illud uidelicet, ut augeamus nostras facultates, copias, & opes spolijs aliorum. Neque uero est hoc solum constitutum natura.i. iure naturali, & iure gentium, sed etiam legibus populorum, uidelicet singularum ciuitatum, quibus.s. legibus resp. continentur in singulis ciuitatibus. constitutum inquam est eodem modo, ut non liceret ea sui.i. proprij commodi licere alteri. Enim pro quia, leges spectant.i. prætendunt hoc, & leges uolunt hoc, uidelicet coniunctionem ciuium esse incolumen.i. integram, & illæsam, quam sup. coniunctionem, qui dirimunt.i. dissoluunt, eos coercent, uidelicet leges, morte, exilijs, uinculis, damnum.s. rerum. Atque pro &, ratio naturæ, quæ est lex diuina, & humana exigit multo magis hoc. cui.s. legi diuinæ, & humanæ, qui uelit parere.i. obtemperare (omnes autem qui uolunt uiuere secundum naturam parebunt sup. ei.) quam committet.i. patienter, ut appetat alienum, & assumat sibi, quod detraxerit alteri. Etenim celsitas, & magnitudo animi, itemq; communitas, iustitia, liberalitas est multo magis secundum naturam, quam uoluptas, quam uita, quam diuitiæ. Quæ.i. quas res.s. uoluptatem, uitam, & diuitias, quidem.i. certe contemnere, & comparantem.i. eum, qui comparat ea cum utilitate communi ducere pro nihilo.i. nihil impendere in comparatione, uidelicet communis utilitatis est, & excelsi animi. Autem pro sed, detrahere alteri causa sui cōmodi est magis contra naturam.i. magis execratur ab eo, qui secundum naturam uiuit, quam mors, quam dolor, & quam cetera eiusdem generis. Itaque.i. & similiter magis est secundum naturam imitantem.i. eum qui imitari uelit illum.i. nobilissimum Herculem, quam fama hominum memor beneficiorum collocauit in concilio.i. cœtu cœlestium suscipere maximos labores, & molestias, pro conseruandis, atq; iuuandis omnibus gentibus si possit fieri, quam uiuere in solitudine, nō modo.i. non

non solum sine ullis molestijs, sed etiam maximis uoluptati-
bus abundantem omnibus copijs, ita sup. ut tu excellas etiam
pulchritudine, & uiribus. Quo circa quisq; optimo, & splendi-
dissimo ingenio .i. habens optimum, & splendidissimum inge-
nium anteponit illam uitam .s. priorem labores tales suscipiē-
tem huic.s. uoluptuosæ. Ex quo efficitur .i. infertur conclusio,
uidelicet hominem obedientem naturæ non posse nocere ho-
mini. Deinde, qui existimat se nihil facere contra naturam, aut
qui censet mortem magis, fugiendam, aut paupertatem, dolo-
rem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, & amico-
rum, quam facere cuipiam iniuriam, etsi existimas nihil fieri
contra naturam in hominibus uiolandis, quid disseras.i. dispu-
tes cum eo, qui tollat .i. auferat omnino hominem .i. rationē
ex homine, q.d. frustra. Sin.i. sed si censet .i. quidem uidelicet
uiolare homines esse fugiendum, & illa .i. mortem, pauperta-
tem, & dolorem esse multo peiora, errat in eo, quod existimat
.i. iudicat ullum uitiū, aut corporis, aut for tunæ esse grauius
uitijs animæ. Ergo unum debet esse propositum omnibus, ut
eadem sit utilitas, & .i. simul uniuscuiusque, & .i. simul uniuer
sorum, quam.s. utilitatem si quisque rapiat ad se, omnis con-
sociatio humana dissoluetur. Atque si natura præscribit.i. qua-
si pro lege fert, ut homo uelit consultum .i. bene esse homini,
quicunq; sit, tantum .i. ob eam ipsam causam, quod is homo
sit, necesse secundum eandem naturam vtilitatem omnium es-
se communem. Quod si ita est, nos continemur omnes vna in
eadem lege naturæ. Et si idipsum ita est, certè nos prohibemur
lege naturæ uiolare alterum. Autem, pro sed, verum sup. est pri
mum.i. antecedens.i. quod eadem lege continemur, igitur ve-
rum sup. est, & .i. etiam supremum.i. consequens.s. quod lege
naturæ prohibemur alterum uiolare. Quispiam fortè dixerit.i.
obiecerit, non ne igitur sapiens si ipse conficiatur .i. pereat fa-
mè .i. inedia abstulerit sup. iustè alteri homini ad nullam rem
utili.i. penitus inutili cibum? respondet, minimè. uero si sup.
illo oblato cibo etiam conficiatur, quid supp. dices si uir bo-
nus possit spoliare uestitu Phalarim crudelem, & immanem ty
rannum Arigentinum.s. nonne spoliet eum, ne ipse uir bonus
conficiatur frigore? respondet hæc sunt facillima ad iudicandū.
Nam si detraxeris causa tuæ utilitatis, quid.i. aliquid ab homi
ne ad nullam partem utili, tu feceris inique, & contra legē na-
turæ. Sin autem .i. sed si tu sis is .i. talis, qui possis afferre reip.
atque societati hominum multam utilitatem, si remaneas in
uita, si tu detraxeris ob eam causam alteri, non sit reprehendē-
dum. Sin uatem .i. sed si id non sit eiusmodi, ut.s. reip. utilitas
afferatur, cuique est suum incommodum potius inferendum
.i. portandum ac tolerandum, quam subrahendum de commo
dis alterius. igitur morbus, aut egestas, aut quid. i. aliquid hu-
iusmodi non est magis contra naturam, quam detractio, atq;
appetitio alieni. sed derelictio communis utilitatis est contra
naturam. est.n. iniusta. Itaque.i. & ita ipsa lex naturæ quæ con-
seruat, & continet utilitatem hominum, decernit .i. præscribit
profecto .i. reuera, ut res necessariæ ad uiuendum transferan-
tur ab homine inerti.i. sine arte, & industria, & inutili ad uirū
bonum, & fortem, qui .i. bonus fortisq; uir si occiderit .i. casu
mortuus fuerit (ab ob, & cado, non à cædo) ipse detraxerit, id-
est morte sua immutauerit multum de utilitate communi. mo
do .i. dummodo ipse faciat hoc .i. transferat ad se uictum alte-
rius ita, ut ne ipse bene existimans.i. iudicans sup. de se, & dili-
gens sese.i. semetipsum habeat hanc causam ad iniuriam.i. vsur
pet sibi iniustè. Itaque fungatur semper officio consulens idest
quicunque cōsuluerit, & præfecerit utilitati hominum; & ei so-
cietati humanæ, quam ipse i. ego commemoro.i. nunc prædico.
Nam perfacile est iudicium eius sup. quod attinet ad Phalarim.
.i. ad quemuis tyrannum. Enim pro quia nulla societas est no-
bis cum tyrannis, sed potius summa distractio.i. dissociatio, ne-
que est contra naturam spoliare eum.s. tyrannum si possis, quē
honestum est necare (in odium Cæs. Cic. ubique in tyrannos ex-
candescit) atque omne hoc pestiferum atque impium genus.s.
tyrannorum est exterminandum.i. extra terminos eijciendum
ex communitate hominum. Etenim, ut.i. quemadmodū quæ-
dam membra amputantur, si, & ipsa cœperunt carere sanguine
& spiritu, scilicet uitali, & nocent reliquis partibus corporis. sic
illa execrabilis feritas, & immanitas belluæ in figura hominis,
quam, scilicet tyranni exercent, qui nihil hominis præter figu-
ram habent, segreganda est tanquam communi humanitate
corporis. Quæstiones in quibus officium exquiritur ex parte,
idest de repente sunt huius generis. Igitur ego credo Panætiū
persecuturum fuisse eiusmodi res, nisi alius casus, aut occupa-
tio sup. alia peremisset.i. dissipasset cōsilium, idest propositum
eius, ad quas ipsas consultationes multa præcepta sunt ex su-
perioribus libris, quibus possit perspici .i. clarè uideri, quid sit
fugiendum propter turpitudinem, & quid sit id, quod non sit
fugiendū iccirco, quia non est omnino turpe. Sed quoniā nos
imponimus operi inchoato.i. incepto, tantum propriè.i. quasi
absoluto.i. consummato, tanquam fastigium.i. ueluti quoddā
culmen, & summum eius, ut Geometræ solent non omnia do-
cere, sed postulare, ut quædam concedantur.i. pro probatis ha-
beantur, licèt probata non sunt, quo.i. ideo, ut explicent faci-
lius, ea quæ uelint. Sic mi Cic. ego postulo à te, ut mihi conce-
das, si potes, nihil esse expetendum propter se præter id, quod
sit honestum. Sin.i. sed si hoc.s. concedere non licet propter Cra
tippum.i. dogma Peripateticorū, quod Cratippus profitetur,
at certè dabis.i. concedes mihi illud, id.s. esse maximè expeten-
dum propter se, quod sit honestum. Vtrumuis.s. siue hoc, siue
illud concedas, utrunq; est satis mihi, & tum hoc.i. pariter hoc,
tum illud.i. pariter illud uidetur probabilius, uidelicet secun-
dum diuersas rationes, nec quidquàm præterea .i. illis negatis,
quidquam sup. videtur probabile. Ac Panætius est primum de-
fendendus in hoc lib. quod non dixerit utilia posse aliquando
pugnare cum honestis, neque id erat ei fas.s. Stoicam sectam
profitenti, sed quod dixerim, ea quæ uidentur utilia pugnare
cum honestis. Vero pro sed, ipse testatur sæpe nihil utile, quod
non idem.s. etiam honestum sup. sit, nec honestum, quod non
idem utile sit, & negat ullam pestem maiorem inuasisse.i. in-
cursum fecisse in uitam hominum, quam opinionem illorum,
qui distraxerint.i. in diuersas partes traxerint ista.s. utile, & ho-
nestum. Itaq; induxit eam repugnantiā, non quæ esset, sed quæ
uideretur esse, non ut anteponeremus aliquando utilia hone-
stis, sed ut dijudicaremus sine errore, si incidissent.i. concurris-
sent, quando.i. aliquando. Igitur nos explebimus hanc partem
relictam.s. à Panætio, explebimus inquam nullius adminiculis
.i. adiutoriis, sed ut dicitur nostro marte.i. robore, & uiribus in
genij nostri. Neq; enim quidquam est explicatum de hac parte
post Panætium, nihil dico, quod probaretur, idest probabile ui-
deretur de his, quæ uenerunt in nostras manus.

ARGVMENTVM.

Ne qua nos commoditas quantauis cum summa etiam impunitate coniuncta permoueat, ut uel tantillum ab honesto recedamus, sine quo nihil non perniciosum.

CVm igitur aliqua species utilitatis obiecta
est, nos commoueri necesse est. sed si, cū
animum attenderis, turpitudinem videas
adiunctam ei rei, quæ speciem utilitatis
attulerit: tunc utilitas non requirenda est; sed intelli-
gendum, ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse nō pos-
se. quòd si nihil est tam contra naturam, quàm turpi-
tudo (recta.n. & conuenientia, & constantia natura
desiderat, aspernaturque contraria) nihilque tam se-
cundum naturam, quàm utilitas: certè in eadem re uti
li turpitudo esse non potest. itemque, si ad honestatē
nati sumus, eaq; aut sola expetenda est (ut Zenoni est
uisum) aut certè omni pondere grauior est habenda,
quàm reliqua omnia, quod Aristoteli placet: necesse
est, quòd honestum, sit, id esse aut solum, aut summū
bonum; quod autem bonum, id certè utile; itaque,
quidquid honestum, id utile. quare error hominū nō
proborū, cum aliquid, quod utile uisum est, arripuit,
id continuo secernit ab honesto. hinc sicæ, hinc uene
na, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc furta, hinc
peculatus, expilationes, direptionesque sociorum, &
ciuium, hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ:
postremo etiā in liberis ciuitatibus existunt regnādi
cupi-

cupiditates:quibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest. emolumenta.n. rerum fallacibus iudicijs uident: pœnam, non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quę acerbissima est, non uident. quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio (est enim totum sceleratum, & impium) qui deliberant, utrum id sequātur, quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent. in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non peruenerint. ergo ea deliberanda omnino non sunt in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam in omni deliberatione, celandi, & occultandi spes, opinioque remouenda est. satis enim nobis (si modo in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes Deos, homines'q; celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. hinc ille Gyges inducitur à Platone: qui, cũ terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneũq; equum (ut ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui uidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito. quem ut detraxit, ipse induit. erat autem regius pastor. tum in concilium pastorum se recepit: ibi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipse autem omnia uidebat: idem rursus uidebatur, cum in lucem annulum inuerterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit, eaque adiutrice regem dominum interemit, sustulitque quos obstare arbitrabatur: nec in his quisquam cum facinoribus potuit uidere. sic repẽte annuli beneficio rex ortus est Lidiæ. hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quàm si non haberet. honesta enim bonis uiris, non occulta quæruntur. Atque hoc loco philosophi quidam, minimè mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam, & commentitiam fabulam dicunt prolatam à Platone, quasi vero ille, aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. hæc est uis huius annuli, & huius exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid diuitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis caussa feceris, si id dijs, hominibusque futurum sit semper ignotum, sis ne facturus. negant id fieri posse. quamquam non potest id quidẽ: sed quæro. quod negant posse, id si posset, quidnam facerent? urgent rusticè sanè. negant enim posse, & in eo perstant: hoc uerbum quid ualeat, non uident. cum enim quærimus, si possint celare, quid facturi sint; non quærimus, possint ne celare, sed tanquàm tormenta quædam adhibemus, ut si responderint, se impunitate proposita, facturos quod expediat, facinorosos se esse fateantur; si negent, omnia turpia per seipsa fugiẽda esse concedãt. sed iam ad propositum reuertamur. Incidunt sæpe multæ caussæ, quæ conturbant animos utilitatis specie, non, cum hoc deliberetur, relinquenda ne sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud, possit ne id, quod utile uideatur, fieri non turpiter. Cum Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat, poterat uideri facere id iniustè: fuerat enim in regibus expellendis socius Bruti, consiliorum etiam adiutor. cum autem consilium hoc principes cœpissent, cognationem Superbi, nomenq; Tarquiniorum, & memoriam regni esse tollendam; quòd erat utile patriæ consulere; id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. itaque utilitas ualuit propter honestatem: sine qua nec utilitas quidem esse potuisset. at in eo rege, qui urbem cõdidit, non ita. species enim utilitatis animum pepulit eius: cui cum uisum esset vtilius, solum se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic, & pietatem, & humanitatem, ut id, quòd utile uidebatur, neque erat, assequi posset. & tamẽ muri caussam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. peccauit igitur, pace uel Quirini, uel Romuli dixerim.

PETR. MAR.

CVm igitur] Volens Cic. ostendere utilitatem nõ posset coniungi nisi cum honesto, nec posse in re quæ vere vtilis est esse turpitudine, discurrit per quatuor uirtutes, docens nihil esse vtile, quod sit uirtutibus contrarium, sed prius de his quæ uidentur utilia malitiosus, cum sint contra iustitiam, quæ semper est vtilis, & prudentiam, quam, u ult imitari malitia. Docet igitur, quid sit agendũ cum aliqua species utilitatis nobis proponitur. [Obiecta] Posita ante oculos, necesse est, ut commoueatur animus illa utilitate. [Cum animum attenderis] diligenter consideraueris. [Speciẽ] Apparentiam utilitas, cum re uera non sit aliquid utile, quod non est honestum. [Tunc] Cum apparet turpitudo in re, quæ utilis uidebatur, tunc illa non est vtilitas. [Quod si] ostendit veram utilitatem cum turpitudine coniungi non posse, quoniã nihil est tam contra naturam quam turpitudo, & nil tam secũdum naturam qua utilitas. ergo simul duo contraria esse non possunt, & hoc primum argumentum sumitur à natura. [Recta n.] Ratio quare turpitudo est contra naturam. [Recta] ea quæ recta sunt. [Conuenientia] Consentanea excellentiæ humanę. [Constantia] Perseuerantia in bonum, & nihil est tam cõstans quam ipsa uirtus. [Contraria] Ea quæ non sunt recta, nec conueniunt naturæ humanæ, ut est turpitudo, nec sibijpsis cõstant, ut sua uitia. [Quam utilitas] Quoniam natura utile desiderat pro conseruatione sui, quod vacet turpitudine. [Itemq;] Alia ratio, & argumentum sumptum à Stoicorum Paripateticorumq; disciplina. Si ad honestatem, inquit, nati sumus, ut omnes fatentur, & dicunt, nos esse natos ad honestum, & quod est honestum id esse, aut solum, aut maximum bonum, & qđ est bonum utile, sequitur omne honestum esse utile, & secundum naturam, quæ honestatem amat, & vtilitatem. [Eaq;] Honestas, quoniam Zeno dicebat solum honestum esse propter se expetendum. [Omni pondere grauior] maximè expetenda, & omnibus alijs præponenda, quoniam Arist. sapientia omnia alia bona ex altera parte collocata, vix minimum momenti instar habebunt comparatione uirtutis. [Reliqua omnia] Bona corporis, & fortunæ. [Aut solum] Vt placet Stoicis. [Aut summum] ut Peripateticis .i. omnibus alijs bonis præponendum. [Quare error hominum] Homines, inquit, errore ducti id arripiunt, quod utile videtur, & ab honesto separant, quod est contra naturam, & nefarium. ex hoc.n. quia ducuntur vtilitate nulla habita ratione honestatis, fiunt homicidæ, fures, & alijs sceleribus inquinati, ut utilitatẽ consequantur, quam ab honesto contra lege naturæ secernunt. nihil.n. ut ratio naturæ præscribit, utile est, quod non sit honestum. [Non proborum] Malorum hominum. [Quod visum est] Quod habet speciem utilitatis, tamen non iudicat ipse error malorum hominum ibi esse turpitudinem, quod est contra prudentiam, & iustitiam, de quã bus nunc agitur. [Arripuit] Celeriter rapuit sine consideratione. [Secernit] Seiungit ab honesto, & putat esse utile id, quod non est honestum. [Hinc] Ex hoc errore, quia utile ab honesto secernit, & putatur aliquid esse utile, quod uacet honestate. [Sicæ] Gladij insidiosi, idest ipsi sicarii, & homicidæ Sicarii appellãtur à sica, quæ significat ferrum, uel cultrum. Lex Cornelia de sicariis, inquit Instit. homicidas ultore ferro persequebatur, uel eos, qui homines occidendi causa cum telo ambulant. Sica propriè est culter, qui sub uestibus portatur ad insidias. Vnde in

in Paradoxis inuehens in Clodium dicit: Non appellatur inimi
cus, qui cum telo fuerit ante Senatum? tua sica deprehensa est.
in oratione, quæ scribitur de Aruspicum responsis. Tum est il-
la in templo Castoris scelerata ac penè deletrix sica deprehen-
sa. [Venena] Quibus aliqui è medio tolluntur. [Falsa testamē-
ta] Quod est contra honestatem, & iustitiam. Vnde Iuuen. no-
tet M. Regulum, qui dictando signandoq; aliis falsa testamen-
ta dictabatur Signator falso, qui se lautum, atq; beatum exi-
guis tabulis ac gemma fecerat uda. Lex Cornelia lata fuit de fal
sis, quæ & testamentaria dicitur, & pœnam irrogat, & qui testa
mentum, uel instrumentum aliud falsus scripserit, signa uerit,
sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, eiusq; legis pœna in ser-
uos vltimum supplicium est, quod, & in lege de sicariis, & uene-
ficijs seruatur, inquit Iustin. in liberos uero deportatio. Testa
mentum dicitur, ut uult Iustin. quasi testatio mentis. [Furta]
Rerum priuatarum furtum, est, contrectatio rei, vel etiam vsus
eius possessionis ue, quod lege naturali prohibitum est admit-
tere. [Hinc] Ex tali tamque praua opinione. [Peculatus] Furta
publica. Peculatus est furtum publicum, & peculator, qui fa-
cit furtum pecuniæ publicæ. & dicitur peculatus à pecore, si-
cut, & pecuniȩ, furtum, uel à furuo], idest nigro dictum est,
quod clam, & obscurè fit, & plerunque noctu. uel à fraude,
uel à ferendo .i. auferendo, ut inquit Iustin. [Explicationes]
Dicunt ab expilo propter hoc, inquit, quia utile ab honesto se-
cernitur, hi qui sunt in magistratu expilant socios Romani no-
minis, & eorum bona diripiunt ciuiumq; Rom. [Non feren-
dæ] Quoniam propter nimias opes aliqui tyrannicè uiuunt, &
aliorum inopiæ insultant. unde fit, ut ab alijs tolerari non pos-
sint. Apud antiquos erant ob id leges censoriæ. Et Licinius
Stolon legem tulit, ne liceret ciui vltra quingenta iugera possi-
dere, qui sua lege postea damnatus fuit, quoniam substituta fi
lij persona plus possidebat, & lex censoria erat, ne uilla fundum
desideret, i. ne haberet maiores domos, quam agros. Sed tem-
pore Manij Curij perniciosus habebatur ciuis, cui septem iu-
gera non essent satis. [Hæc men.] Vt ait Plin. post exactos re-
ges plebi assignata est. Voconius legem tulit auct. As. Pæd. Ne
quis sensus, hoc est pecuniosus hæredem relinqueret filium.
hæ autem leges eo spectabant, ut nimiæ opes non affectaren-
tur, nec quærerentur per fas, & nefas. Prisci certe Romani pau-
peres domi, & diuites in rep. esse uoluerunt, & præclarum ar-
bitrabantur non habere aurum, sed aurum habentibus impe-
rare. [Cupiditates regnandi] Et hoc accidit propter illum er-
rorem, quia putant id esse utile, quod non est honestum, & sic
tangit tyrannos, quorum uita nihil potest excogitari miserius.
[Quibus] Cupiditatibus Plato dicebat principatum, siue re-
gnum in quinque partes distingui. Nam aliquis principatus
legitimus est, ut cum magistratus à ciuibus electi, ut uolunt
leges imperant, ut erant consules Romani, ceteris que magi-
stratus, qui ciuium suffragiis creabantur. Aliquis est natura-
lis, ut mares lege naturæ imperent fœminis ubique. Aliquid
secundum consuetudinem, ut pædagogi, & magistri imperent
pueris, quoniam ita fert consuetudo. Aliquis est secundum ge-
nus, ut reges, qui regnant per successionem. Aliquis est uio-
lentus, cum aliqui imperant ciuibus ui ad parendum coactis,
ut sunt tyranni. [Tetrius] Crudelius. [Fædius] Turpius, & fla-
gitiosius. [Emolumenta.n.] Ratio, quare illis cupiditatibus ni-
hil est fædius .i. falso iudicant illam esse utilitatem, & præmia
rerum, & non uident pœnam, quæ eos conscientia scelerum ve
xabit, & non uident turpitudinem, quam incurrunt tali cu-
piditate regnandi. [Perrumpunt] Violenter rumpunt, &
contemnunt, quoniam contra leges fasque dominātur, & leges
ipsas in ciuitatibus opprimūt, oīa ad libidinē administrātes, sed
sceleris consciētia torquentur, qm̄ nemo nocēs iudicio suo ab-
soluitur. [Turpitudinis] Vitij, quo nihil pōt esse turpius. quan-
diu.n. hō est in aliqua turpitudine, tādiu nō mō infelix, sed in-
felicissimus est. Vitiū quippe ꝑ se satis est ad miserā uitam fa-
ciendā. Magna est profecto vis cōscientiæ in vtranq; partē, & pæ
na turpitudinis omni supplicio acerbior est. Quāobrē] conclu-
dens Cic. ꝑcipit, quid sit agendū, vt hoc. s. genus deliberādi è me
dio tollatur. [Deliberantiū] Eorū, qui deliberant, & dn̄t aliquid
esse utile, qđ non sit honestū. [E medio] E cōi hominum socie-
tate, & recedant à nobis, qui statuimus nihil esse vtile, qđ vacet
honestate. [Sceleratū] Quia nocet hominū societati. [Impium]
Quia offendit deū, cui pietatē debemus. [Qui deliberāt] Dubi-
tādo consulant. [Vtrū id sequant] Hæc est deliberatio è medio

tollenda, deliberant enim aliqui utrum id solum assequātur,
quod est honestum, an utile quod uacet honestate. [Ipsa] D u
bitatio, inquit, non modo res ipsa cum sit, non est sine scele-
re. [Scientes] Quia sciunt non esse honestum, quod cupiunt,
tamen talia utilitate ducti se scelere contaminant. i. inficiunt,
& deformant uitio. [Dubitatione] Dum deliberant an scien-
tes inquinēt se scelere. [Si ad id] Quod ipsi cupiunt, & de quo
deliberant, hoc est christianæ philosophiæ in primis consenta-
neum & legi diuinæ, quæ præscribit, ut ille qui uoluntate pec-
cat, tam sit uitio, quam si opera id quod cogitarat, effecisset. er
go concludit ea non esse deliberanda, in quibus nō modo ipsa
actio, sed ēt deliberatio turpis est. i. affert infamiā [Atq; ēt] Prę
cepit remouendā esse oīno speciē occultandi, cū aliquid deli-
beramus, qm̄ turpitudo ipsa propter se fugienda est, Vnde
Sophocles dixit hoc, nihil occulte, quoniam cuncta tuens &
cuncta audiēs oīa reuelabit dies. [Opinio] Quod opinemur id
quod facturi sumus posse occultari. [Satis.n.] Nobis, rō quare
talis spes & opinio fugienda est bono uiro, & philosopho cui
nihil est cū turpitudine agendum, etiam si Deus uidere nō pos
set. [Hinc] Ex hoc, quia uir bonus nil tale facere debet. Nā Pla.
in ij. de rep. exemplum hoc de Gyge induxit, ut ostenderet quæ
esset differentia inter hominē iustum & iniustum. Iustus.n. ēt si
posset occultè peccare, non peccat. Iniustus aūt nactus oppor-
tunitatē peccat, & cum non pōt, animum tamen hēt peccādi.
Plato dicit, Progenitorē Gygis Lydi pastorem regis Lydiæ fuis
se, & imbre uehementissimo scissam esse terram, & in eo loco
in quo animalia pascebantur hiatū patuisse, & ipsum descendis
se in specū, & inuenisse equū æneū concauū, & intus cadauer
hominis maioris humana forma hn̄tis aureum annulū, quem
detraxit, & ad pastores se recepit, qui cū annuli latiorē partē,
in qua gēma includitur circa digitum uerteret, eāq; intra ma-
num reflecteret, his qui aderant, statim inuisibilis erat, & cū il-
lam ad suum locum reduceret, uidebatur. quā uim annuli in
telligens curauit at ab his mitteretur nuncius ad Regem, ad
quem añs illius vxorem stuprauit, & cū ea regi parauit insidias,
& illo sublato regnum occupauit. [Inducitor à Plat.] In ii. de
rep. [Gyges] Vt auct. est Herod. lib. j. Dascili filius Satelles fuit
Candauli regis Lydorum, & regneuit Gyges in Lydia duo-
dequadraginta annos, & primus barbarorum, munera apud
Delphos posuit. Secundus Mydas rex Phrygiæ Candau-
lus, ut inquit, Trogus uxorem pulcherrimam habuit quā so-
dali suo nudam ostendit, quo facto & amicum adulterium
uxoris solicitauerit, & hostem sibi fecit, & uxorem ueluti tra-
dito alteri amore à se alienauit. Nam breui post tempore cæ-
des Candauli nuptiarum præmium fuit, & uxor mariti san-
guine dotata, regnum & se pariter adultero tradidit. Ad hunc
Gygem allusit Plato, quē dicit intulisse stuprū reginæ. Fingit
enim quod de Gyge scripsit, ut ostenderet iusti uiri natu-
rā. [Discessisset] Hiatum fecisset propter imbres & motum
terræ. [Fores] Valuæ siue ingressus. [Inusitata] quoniam erat
cadauer illud maius humana forma. ut scribit Plat. [Induit]
Posuit in digitum. [Regius pastor] Vnus ex pastoribus Can-
dauli regis Lydiæ, cui nomen dedit Lydius, Atis filius Lydis
confines sunt Iones & Phryges auroram uersus. [Concilium]
Congregationem, quoniam, ut inquit Plato, Pastores singu-
lis mensibus aduocabant concilium, & nuncios ad regem mit
tebant. [Palam] i. bracteam incertam siue gemmam. Plin. 33.
agens de annulis dicit. Alij bracteas inferunt leuiore materia.
palam dicitur massa, siue bractea nunc uulgo folium annulo
rum appellatur. uocatur Græcis funda annulus, annulum gē-
ma, & gemmæ locus prouerb. Priscum est auct Suida, Gygis an
nulus, in uersutos atque malignos, Gyges ait pastor inuenit ca
dauer hn̄s annulum, cuius natura erat, ut secundū cōuersionē
sphendones uideretur, aut nō uideretur, qui annulū gestasset.
Dicebatur ēt Gyges Sphēdone. Pala est illa planities, annuli &
latior pars in qua gemma inseritur, & ēt sine lapide, sunt tamē
aliqui æquales undiq; non hn̄tes palā. [Ad palmā] Ad interio-
rē partem manus, quoniam pala debet esse extra, ut patet. [In
lucē] Vt pala non esset conuersa ad palmā, sed ext. [Opportu-
nitate [Occasione & vi annuli. Hunc ipsum annulum] Conclu
dit Cic. sapientem nō peccaturū ēt si clam id agere posset, qm̄
uir bonus honesta nō occulta quęrit, scit.n. turpitudinē ꝑ se fu
giendam esse. [Non occulta] Non quæritur occultet, sed ut ho
neste agat [Atq; hoc loco] Deridet quosdā philosophos, q. dice
bant hāc rē de Gyge fuisse fictā à Plat. Certū est, inquit, hoc ne-

que fuisse neque fieri potuisse, & interpretatur quod uoluerit Plato per illum annulum intelligere. Hoc lo.] In hac parte, in qua loquitur de fabula Gygis. [Commentitiam fictã] A comminiscor, unde commentum, fictio & inuentio. Ter. Atque ipsius commentum placet. [Non satis acuti] Quoniam non perspiciũt quod significet talis annulus, aut quare Plato rẽ illam cõmentus fuerit. Hæc est uis annuli] Hoc significat, & ad hoc spectat fabula illa de annulo. [Quid] Aliquid i. si nemo posset suspicari te aliquid facturũ turpiter & iniuste, tñ non est faciendum. [Causa diuitiarũ] Vt sunt rapinæ, furta expilationes & similia. [Potentiæ] ut plus possit ciuitate quam oporteat, & hoc est tyrannicum. [Dñationis] Dñari proprie ad tyrannos pertinet, & quoties quis iniuste imperat, dicitur dominari. Ideo dixit supra. Contra Syllæ dñantis opes [Libidinis] Luxuriæ ac alicuius turpitudinis, quod est contra uerecundiam & temperantiam. [Sis ne facturus] q.d. uir bonus & sapiens non est facturus. Peregrinus philosophus cognomento Proteus auctore Gel. dicebat, Virum sapientem non peccaturum esse, ẽt si peccasse eum dij, atque homines ignoraturi forent. non.n. pœnæ aut infamiæ metu, non esse peccatũ putat, sed iusti honestique studio & officio. si qui tñ non essent tali uel ingenio uel disciplina præditi, uti se ua sponte facile à peccando tenerent eos oẽs, tunc peccare procliuius existimabat, cum latere posse id peccatũ putarent, impunitatemq; ex ea latebra sperarent. At si sciãt inquit homines nihil omnium rerum diutius posse celari, suppressius, prudentiusq; peccabitur. Propterea uersus istos Sophoclis in ore habendos dicebat, Hic nihil occulte, qm̃ cuncta tuẽs, & cuncta audiens, omnia reuelauit dies. Et alius poeta dixit, ueritatem esse filiam tp̃is. Pythagoreorum fuit præceptũ, Te ipsum uerere in primis. Neç cum aliis nec solus turpe quid feceris, iustitiã re ac uerbo cole. [Negant] s. illi philosophi [Id posse fieri] Vt id diis atque hominibus futurum sit incognitum. [Quamquam potest id fieri quidẽ. s. ut aliquid fiat quod ab hominibus ignoretur. [Sed quæro inquit Cic. si possent occultare id quod ipsi negant occultari posse, quod nã facerent? [Vrgent] Instant ipsi philosophi, qui Platonem derident. [Rustice] Inerudite, ineleganter, & inepte, ut decet rusticum. Negant] Posse. s. fieri ut occultetur, & in hoc perstant non posse. s. fieri, ut sit occultum. [Hoc uer. posse] s. non considerant, quid hoc uerbum significet, & hæc interrogatio cum quærimus si possint celare. [Sed tanquam tormenta] Stimulos quibus cogamus eos respondere, quid de hac re sentiant. sensus est, tali interrogatione ad id hos philosophos ueluti quibusdam tormentis adduco, ut cogantur fateri se esse facinorosos si dixerint aliquid se facturos, quod uacet honestate, si clam fieri possit. si autem negauerint se facturos etiam si hominibus incognitum semper sit futurum, ut fateantur turpitudinem propter se fugiendam esse. [Tormenta &c.] Cum in corpore torquetur quis necesse est, ut tormentis coactus fateatur. [Interrogatione igitur & ratio.] Quibus disputantes coguntur aliq̃d affirmare, negare sunt tanquã tormẽta, & ideo dixit tãquã, qm̃ in his rebus non dr̃ proprie tormenta, sed per translationem. [Proposita impunitate. i. quod impune possint facere, id quod utile uidetur. [Quod expediat] Vtile ipsis uideatur, quod tñ uacet honestate. [Facinorosos] Malos uiros, quia nõ fugiunt turpitudinẽ ꝑꝑ se, sed metu infamiæ. [Si negent] Se esse facturos aliquid inhonestum etiam si celare possent. Per se ipsa] Nõ ꝑꝑ metum aliquem infamiæ, si.n. turpitudo non esset fugienda ꝑ se, homines nacti latebras omnia turpia committerent. Et q̃a usus est Cic. digresione, dicit iam redeundum esse ad propositum. Proposuerat aũt in omni deliberatione remouẽdam esse speciem occultandi, & utilitatem non esse requirendam, ubi est turpitudo. [Ad propositum] Ad propositam disputationẽ de repugnãtia utilis & honesti [Incidunt sæpe causæ] dicit Cic. incidere sæpæ causas, quæ animos in ancipitem deliberationẽ trahunt, cũ. s. deliberatur an id, qđ utile uidetur possit fieri nõ turpiter, & ponit exẽpla, ut ostendat nihil esse utile, quod malitiæ coniunctum sit & iniustitiæ. [Turbant] Ancipites agunt [Specie] Apparentia. [Nõ turpiter] Vt non offendatur honestas, dũ fit, id quod speciem utilitatis habet. Cũ Collatino] Ponit exemplum Bruti & Collatini, & ostendit id quod utile uidetur, posse fieri honeste ꝑꝑ circunstantias, post exactos reges auctore Liuio comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Ser. Sulpicij duo consules creati sunt, Brutus & Collatinus, cuius nomen, qm̃ ex familia Tarquiniorum erat in-

visum Romanis fuit. dicebant.n. pulso Tarquinio Superbo penes Collatinum imperium esse nefere. Tarquinios priuatos vi uere, non placere, nomen periculosum libertati esse. Brutus Collatini collega plebem tali suspicione solicitam ad concionẽ uocauit, quod cum iusiurandum populi recitasset, qui decreuerat, ut nemo ex Tarquinijs Romæ regnaret, nec uolebat aliquid esse in urbe, unde periculum libertati esset, dixit inuitũ se dicere hominis causam, nec dicturũ fuisse, ni caritas reip. vinceret, non credere P. R. solidam libertatem recuperatam esse, regium nomen solum in ciuitate, sed etiam in imperio esse. Id obstare libertati, hunc tu, inquit, tua uoluntate L. Tarquinij, rem ouere metum. Meminimus, fatemur, eiecisti reges, ab solue beneficium tuum, aufer hinc regium nomen, res tuas tibi non solum reddunt ciues tui auctore me, sed si quid deest mirificè augebunt, amicus abi, & exonera ciuitatem uano forsan metu. Ita persuasum est animis cum gente Tarquinia, hinc regnum abiturum Collatinus abdicauit se cõsulatu, rebusq; suis omnibus Lauinium translatis urbe cessit. Brutus ex Senatusconsulto ad populum tulit, vt omnes Tarquiniç gentes exules essent. Collatinus à collatia oppido quondam propè Romã dictus est, maritus Lucretiç, quam noctu superbi filius violauit in oppido Collatia absente Collatino. nam cum alijs erat in obsidione Ardeæ urbis. [Abrogabat imperium] Auferebat consulatum, derogamus in partem, abrogamus in totum. [Iniustè] contra iniustitiã, & honestatem, quoniã Collatinus fuerat socius in expellendis Tarquinijs. [Principes] Optimates, & primi in ciuitate, quoniã volebant, vt omnes Tarquinij essent exules. [Superbi] Tarquinij superbi, quem expulerant. hic fuit vltimus rex Romanorum. [Regni] quod nulla esset regum memoria in urbe, & quod nomen Tarquiniorum, & regum penitus tollerentur. Hoc erat vtile patriæ, & ideo honestum à circunstantia fuit abrogare imperium Collatino. id .n. fiebat à Bruto pro salute patriæ, aliter non fuisset honestum. causa igitur faciebat, ut ipsa res honesta esset, & sic erat honestum à circunstantia causæ, quç est vna ex septem, quæ faciunt officium. [Propter honestatem] Quoniam consulere patriæ utile erat, & honestum, sine quo non potuisset dici vtile. [At in eo rege] Nunc ponit cõtrarium exemplum de Romulo, qui Remum fratrem interfici iussit, ut solus regnaret. Vulgatior fama est, inquit Liu. ludibrio fratris Remum transisse muros, inde ab irato Romulo, cum uerbis etiam increpitans adiecisset, sic deinde quicunq; alius transiliet mœnia mea interfectum iri. Celer centurio iussu Romuli Remum interemit. Lucan. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. [In eo rege] Romulo, qui urbem condidit, & à suo nomine denominauit Romam. [Non ita]. i. non ualuit utilitas propter honestatem, sed Romulus specie vtilitatis ductus nulla habita ratione honestatis, fratrem interemi iussit. [Species .n.] Ratio quare non ualuit utilitas propter honestatem. Species] Apparentia, utilitas. illud.n. non erat uerè utile, quoniam uacabat honestate. [Pepulit] commouit, percussit, impulit. nam bello idem est, quod percutio, & ferio. lib. j. de Diu. ait, ut pellantur animi uehementius sæpe, & cura, & timore. & in ij. ait. Num igitur, cum aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum aliqua me pellit? [Hic] Romulus impius, & inhumanus fuit, interficiendo fratrem. [Pietatem] Religionem, misericordiam [Humanitatem] Quia fratrem interemit, ut solus regnaret, quod utile videbatur illi, cum non esset, quia non erat honestum. Pomp. ait lib. j. dig. si quis uiolauerit muros capite puniatur, sicuti hi, qui transcendunt scalis admotis, vel aliqua qualibet ratione. Nam ciues Romanos aliunde, quam per portas egredi nõ licet, cum illud hostile, & abominandum sit. Nam, & frater Romuli Remus occisus traditur ob id, quod muros transcendere voluerit. Muri causam] Qm̃ edixerat, vt nemo sua mœnia trãsiliret. hic murus videbatur facere hãc rẽ honestã, & causã occidendi Remum. causam. i. rõnem. Videbatur n. honestũ esse illũ necare, qui in cõtemptũ muros trãscẽderat, & hãc causam afferebat, sed idonea nõ erat, vt illã cædem posset facere honestã. Et sic ostẽditur circunstantiam debere esse idoneam, qua mouemur, ut aliquid, quod uidetur utile, fiat sine offensione honestatis, & etiam mouemur hoc à natura insitum esse, ut honestum anteponatur utili, quoniam nemo audet rem ipsam inhonestã defendere, sed conantur omnes afferre causam quare sit honesta, vt Romulus, qui quãuis utilitatis tantũ causa, vt solus regnaret fratrẽ interemit, tamẽ opponebat sceleri suo causam

sam muri, & se ideo fecisse dicebat. quoniam mœnia transeat. hæc causa non erat idonea, nec Romulus hoc prætextu potuit turpitudinem excusare suam, quamuis id cogitauerit. [Face] Bona uenia ipsius Romuli dixerim, inquit Cic. [Vel Quirini] Varro ait, Mars dicitur ab eo, quod maribus in bella præest, aut quod à Sabinis acceptus ibi est Mamers. Quirinus à quiritibus, Quirinalis collis, inquit Pompeius, dictus est, quia in eum commigrauere Sabini à Curibus venientes, & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Romulus dictus est Quirinus. Quiris lingua Sabina dicebatur hasta. Vnde Ouid. Hastati cura Quirini. Romulus dictus est Quirinus post mortem, cum Iulio Proculo apparuisset [VEL R.] Quocunque nomine voluerit appellari dicam ipsum peccasse. Romulus dictus est à rumine. i. mamma lupæ, quæ lac infantibus præbuit. Vnde scribit Varro lib. ij. de re rustica, subrumi agni dicũtur sub mamma. rumis. n. quondam mamma dicebatur.

TR. AR.

CVM igitur &c.] Prima regula eiusmodi est, quoties inciderit, ut ex altera parte honestum esse uideatur, ex altera uero utile, uidendum est an contra honestatem facias, si utile illud secutus fueris, hoc est nunquid aliqua insit turpitudo, simul atque turpitudinem inesse videris, tunc statim intelliges, non vtile euidentissimis at rationibus probat, ubi turpitudo sit, illic nullam utilitatem consistere. [Species, ut] loquitur sapienter, & cautè. non enim dixit aliqua utilitas, sed species utilitatis quia non est uera utilitas. [Commouere] Si potest non commoueri animus. verbi gratia, incidis in magnum numerum pecuniarum, scis eas uicini tui esse, commouetur animus tunc utilitatis causa, nec fieri potest, quin utile uideatur, si illas pecunias in tua potestate retribueris. Sed cum diligenter aduerteris turpitudinem inesse. (turpe. n. est, imò non licet aliena occupare) tunc deniq; intelligis, quod utile uidebatur, & animum commouebat, utile non esse. [Quod si nihil est tam contra &c.] id ita esse, vt scribit Cic. vel ex eo intelligitur, quod quãtumuis turpis aliquis sit, nomine tamen turpitudinis appellari grauissimè fert, ut adulter dolet adulter uocari, & fur indignatur, si q̃s eũ furẽ dixerit, natura q̃ppe turpitudini repugnat. Et .n. cõis intelligentia data nobis à deo, quã alij communem sensum appellant, quæ res notas nobis efficit, easq; in animis nostris inchoat ita, ut honesta in uirtute ponantur, in uitiis contraria ea in opinione posita existimare non in natura demẽtis est. [Certè eadem in re] hoc concesso, quod infirmari non potest, uidelicet nihil magis secundum naturam esse, quam utilitatem, nihil magis cõtra naturam, quam turpitudinem, sequetur turpitudinem, & utilitatem vnã esse non posse. Quod ergo turpe id utile nullo modo est. [Itemq; &c.] alia ratio, quod ad honestatem nati sumus. Nam communis intelligentia res notas efficit, & admonet, ut honesta in uirtute, in uitijs turpia ponamus. Zeno hominis finem dixit esse consentaneè secundum naturam uiuere. Id autem est secundum uirtutem uiuere, ad eam quippe natura nos duci. [Quod si est necesse] Est, ãt solum bonum honestatem existimare, aut maximè bonum. [Zenoni] Is Citticus cognominatus est, M. Nassei filius ex Cypri græca ciuitate. Fuit autem princeps Stoicorum. hoc Athenienses honorifico decreto uiuentem adhuc ornarunt, nam duabus columnis, & corona aurea donarũt. Athenas anno ętatis 22. accessit. mortuus est nonagesimo octauo, vel, vt alij dicunt 72. auct. Laer. [Aristoteli] Is Peripateticorum princeps fuit. [Quod bonum &c.] complexio argumẽti, & conclusio [Quare error &c.] Quoties aliquis arripuerit, quod vtile esse uideatur, & ab honesto separauerit improbi hominis more agit. [Visum sit] quoniam re vera vtile non est. [Huic sicæ] Ex hac hominum improborum opinione, qui utile ab honesto separãt, mala omnia nasci ostendit. Sica gladius breuis est, qui sub ueste latet. Cic. in Paradoxis. Sica tua in foro deprehensa est. Vnde sicarii, qui homines occidendi causa cum telo ambulabant, quibus lege Cornelia de sicarijs, mors pena statuta est. [Venena] quæ propinãt cuipiam utilitatis causa, ut s. eius bonis fruantur, quod multi faciunt. Nero uenenum Britannico propinari iussit, ut ipso illo mortuo, secure imperaret. [Falsa testamenta] Vnde à Cornelio lex data est de falsis, quæ, & testamentaria uocatur, pænã irrogans ei, qui testamentum, uel aliud instrumentum falsum scripserit, significauerit, recitauerit, subiecerit, qui ue signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, eiusq; legis pœna in seruos, ut ultimum supplicium est. in liberos uero deportatio in insulam. [Furta] Inter furtum, peculatum, & sacrilegium, hoc est interest, futurum est rei priuatæ, peculatus reip. est sacrilegiũ rei sacræ. [Peculatus] Rerũ publicarũ. Iulius Cæs. de peculatu legẽ sanxit in eos, qui rep. vel religiosam, vel sacrã furati sunt, vel furãtibus ministeriũ p̃buerũt. uel q̃. furto subducta sciẽtes susceperũt, quos, vel capitali aĩaduersione, vel deportationis pena puniri iussit. Põpeius Festus peculatũ, furtũ publicũ dicit esse, & à pecore dictũ opinat̃, sicut pecuniã, eo qđ antiq. Rom. nihil p̃ter pecora habebãt. Vñ peculari, & depeculari verba, & peculator depeculator. Explicationes] Rapinæ à singulis. [Direptiones] Ab vniuersis, expilamus singulos, diripimus urbes. [Hinc] ex his expilationibus, & direptionibus multi sic opes augebãt, vt illæ ferẽdæ nõ essent, qñ ad tyrãnidẽ intẽdebãt. [Regnãdi cupiditates] Dũ. n. utile existimãt aliq̃d esse, q̃ nõ sit honestũ, opes accumulãt, & regnãdi trahũtur cupiditate, sicut Iulius fecit, q̃. sem p̃ illud Euripidis in ore hẽbat, de quo post dicet. Perseuerat n. sibi vtile esse arripere imperiũ, ẽt si honestũ minimè esset. [Fallacibus iudicijs] nõ aũt naturali lege, de qua sæpe dictũ prius. [Quas perrũpũt] Rectè Solõ leges Aranearũ retibus cõparabat, in quas si inferiores muscæ inciderint, retinẽt, maiores vero p̃fringũt. Eodẽ mõ potẽtiores, leges cõtẽnũt, imbecilliores illi sunt obnoxij. [Pœna turpi] q̃. a q̃. peccãt, ẽt si nullo supplicio afficiãtur, tñ cõsciẽtia ipsa torquentur, qua pena nulla est grauior. Iuuen. Exẽplo quodcũq; malo cõmittitur ipsi, Displicet auctori, prima est hæc ultio, qđ se Iudice nemo nocẽs absoluit, improba q̃uis Gratia fallaciã p̃toris uicerit unã. Idẽ, Cur tñ hos tu Euasisse putes, quos diri cõsciẽtia facti Mẽs hẽt attonitos, & surdo verbere cædit, Occultũ quatiẽte aĩo tortore flagellũ? Pœna aũt vehemẽs, ac multo sæuior illis, Quas, & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamãthus, Nocte dieq; suũ gestare in pectore testẽ [Hoc genus] Deliberationem quod in probo uiro incidere non negauit, sed pellendum dicit hoc genus, ut deliberẽt homines utrum sit diligendũ an quod utile uidetur, cum tamen nõ sit, an quod honestum. [Sciẽtes] quorũ maius est scelus, si scientes turpe esse, tamen faciunt specie utilitatis concipientes. [In ipsa. n. &c.] si dubitare scelus est, quanto magis facere? Vnde ait lib. j. Quocirca bene præcipiunt, qui uetant quidquã agere, quod dubitent æquũ sit an iniquũ. Aequitas. n. lucet ipsa per se, Dubitatio aũt cogitationẽ significat iniuriæ. Triplex est ẽm Theologos cogitatio, plena, semiplena, & interpretatiua. plena est cum cogitamus rẽ & perficimus. Semiplena cũ cogitamus quidem, sed nõ perficimus, & hæc mala est, ac uitio & scelere non caret. Interpretatiua discutit turpẽne sit aliquid an contra, & hæc nõ trahit hominẽ in appetitum aliquem, sed detinet in consultatione, ut rem q̃ plis sit intelligat, & propterea bona est cogitatio. [Atq; ẽt in oĩ &c.] Rõnibus suis confirmatis, contrarias impugnat Cic. occurrebat enim illud, Quid si aliquid emolumenti separatum ab honesto arripere possumus, ita ut nemo omnino intelligat, nunquid id facere debemus, respondere non esse faciendum, etiam, si deos & homines latere debemus. [Hinc ille Gyges] Fabula per se hic patet, ob hanc causam autem refertur, ut demonstraretur nullo pacto decere sapientem trahi ad scelus spe celandi, & occultandi. hanc fabulam Plat. lib. i. περὶ τῆς πολιτείας scripsit. Gyges, is Lydus fuit pastor regis Candaulis, uel sodalis, à quo Candaules est occisus, de quo apud Iust. lib. i. [Inducitur] fingitur Nonius Mar. [Discessisset] Diuisa & aperta esset [Planum] Planitiem, & superficiem [In lo.] ut non esset conuersus in palam. [Reginæ] quam formosissimam huic Gygi sodali suo Candaules ostenderat nudam. Scribit hanc hist. Herodo multis uerbis. [Nec ĩ his &c.] Hæc omnia occulta fuere, sed nõ p̃ pea facere licuit. [Hunc igitur redit ad pr.] Et si sapiens, inquit, talem haberet annulum, nihilo magis existimaret sibi licere peccare, quã si nõ haberet, quia qđ ab honastate dissentit, nullo mõ fieri licet. [Honesta, n. &c.] Plat. li. ij. περὶ τῆς πολιτείας Trasymachũ uel inuitũ fateri non uideri sapientẽ, aut iustum, sed esse. Sermo autem Socr. tribuitur. Illic fabula de Gyge recitatur, quã non penitus cõmentus est Plat. plura .n. ex historia sumpsit. [Atque hoc loco philosophi &c.] Sunt, inquit philosophi quidã nõ mali, sed haud satis acuti, qui hanc fabulã a Platone esse cõfictã dicunt, quasi Plato aut uerũ esse, aut fieri potuisse defendat. Subijciunt iidẽ, si fabulã fingebat exẽpli causa Plato, his saltẽ de reb⁹ fingere debuisset, quæ fieri possunt, hoc qđ finxit de Gyge fieri nullo mõ potuit, aut posset. Quã opinionẽ reprehẽdit Cic. dicẽs nõ satis eos intelligere quã uim habeat hæc fictio. Nã si fieri posset, q̃ritur nunquid sapiens ea esset facturus,

Solon leges comparabat retibus aranearum.

Nihil magis secundũ naturam, q̃ utilitas.

cturus, quæ dij hominesq; ignorarent. Quod si concesserint se sic facturos quòd utile esset, sceleratos esse se confitebuntur. Si uero negent se facturos etiam quod deos hominesque lateat ostendent turpia quæ sunt per se etiam sine aliquo alio re pectu fugienda esse. [Minime mali] Non sunt quidem improbi quod censeant aliquid turpe faciendum, sed non ualde docti, qui non intelligant, quam uim habeat hęc sententia, si fieri potuisset. [Sed hu.] Sed hāc uim fabulam habet, & propterea ficta est à Plat. ut quæratur quid uir sapiens diuitias, potentiā, īperia, & alia eiusmodi arripere possit, & si id posit facere diis hominibusq; ignaris, non aūt propterea introducta est, ut uera esse, aut fieri omnino potuisse disputetur, sed exēpli gratia, Sæpe aūt aliquid fingit, ut per illud alicuius rei ueritas eliciatur. [Quanquā potest id quidem] Fieri ut aliquid sit ignotum semper, sed hominibus diis enim ignotum aliquid esse nō pōt. [Nam Deus est, καρδιογνώστης.i. scutator cordiū. Interrogatur Diog. nunquid facere posint homines ignaris diis, respondit, nec cogitare quidem. [Sed quæro proposito, & non cōcesso, ut dicunt dialectici, si fieri posset, [Rustice] Recte ait rustice. est, n. rusticorum pertinacia & imperitorū, qui sæpe rixanntur de lana caprina homine [ut ait philosophus] oportet esse urbanū, neque assentatorē, neq; rusticū, urbanus est qui facere aliquid dicit, sed non insulse. Nā ridicula dicere & insula, neq; urbani est, neque sapientis. Assentatio cum fiat alicuius questus gratia, semper uitiosa est, & urbanitati contraria Rusticitas ab omni loco aliena est, nunquam consentit, ideoque rustice ait. i obstinate rusticorū more. [In eo præstant] Videlicet fieri non posse. [Hoc uerbum &c.] Non intelligunt quàm uim habeat hoc uerbū posse. s. non posse. [Sed tanquam tormenta &c.] Sed tāquam tormentis quibusdam ipsos urgemus, ut respondeant quid facerent, si fieri posit. Quod si impunitate proposita dixerint se qđ utile sit facturos, seipsos esse sceleratos ostendunt, si contra responderint, se ēt sic non facturos ostendunt qđ turpe est, per se esse fugiendum. [Expediat] Conducat, utile sit. [Per se] Vt uirtus est expetenda per se, ita turpitudoque est uirtuti contraria, per se est fugienda. [Sed ad &c.] Post digresionem factam dum confictam à Plat. recitat fabulam, ad id redit quod omiserat ut ostendat, posit ne incidere dubitatio, ut utilitas cum honestate nunquam pugnare uideatur. [Specie] Nō autem uera utilitate. [Improbum est] Quia nulla tāta utilitas uideri debet, quæ nos ab honastate possit seiungere. [Id] Deliberare an relinquenda sit honestas. Cum Collatino exemplum est, quo ostenditur quomodo utilitas pugnare cum honestate potest, ut aliquid utile uideatur, quod idem honestum nō sit. Nota est historia quam Liu. scr. lib. 2. ab urb. cond. Quo Collatinus Lucretiæ maritus, qui fuit ex Tarquiniorum progenie, Egeni filius, & Bruto adiutor in exigendis regibus, cū esset cō- sul una cum Bruto propter nomen Tarquinium, quod ciuitati in uisum erat, abdicare se cōsulatu & in exilium ire iussus est. Erat utile hunc expelli, ut ciuitas metu liberaretur seruitutis. Turpe uidebatur non solum magistratu priuare, sed etiā patria bene merentem de ea ciuem. sed patriæ caritas anteferēda fuit, & honestum etiam ipsi Collatino uideri debuit potius patria carere, quam eandem in asiduo metu tenere. [Cum &c.] Cum populo placuisset ut omne Tarq. nomen patria pelleretur, [Itaque &c.] Quoniam honestum erat. ideo utile erat, & utile non fuisset nisi honestum fuisset [In eo rege &c.] Brutus cum Collatinum collegam pelleret utilitatem ob honestatem secutus est. At uero Romulus Vrbis conditor in occidēdo Remo fratre utilitatis dumtaxat rationem habuit, utilius enim ei uisum est solum regnare, quam cum socio fratre. Et tamen muri &c. [Causam honestam quærere uoluit. edixerat Romulus nequis noua męnia transiliret. quorum angustias Remus irridens ludibrio fratris transiliuit. Quare iratus Romulus eū interfecit. Verbis quoque increpitans ac dicēs: Sic deinde eat quicunque mœnia mea transiliet. Varie tamen tamen causa mortis Remi ab historicis traditur. [Pace uel Quir. &c.] Iam in numerum deorū receptus fuerat, & Quirinus uocabatur, ideo sic dixit ne numinis læderet maiestatem.

A 5C. CVM igitur] Docet nihil esse utile, quod proficiscitur ab iniustitia & malitia. Ordo est. Igitur cum aliqua species utilitatis est obiecta, necesse est nos commoueri. i. affici ad eā s. habendā sed si cum attenderis. i. applicueris animū, tu uideas turpitudinē adiunctā ei rei, quæ attulerit spēm utilitatis, tunc utilitas nō est requirenda, sed intelligendū sup. est ubi utilitatem nō posse esse, ubi sit turpitudo. Quod nihil est tā. s. tm̄ cōtrarium naturā, quam. i. quantū turpitudo. natura, n. desiderat recta conuenientia, & constantia, etsi nihil est tam secundum naturam quā utilitas, certe turpitudo non potest esse in eadem re utili, i. quæ est utilis. Itemq; si nos nati sumus ad honestatem, & ea. s. honestas est, aut sola expetenda ut uisum est Zenoni principi Stoicorū, aut certe si ea, est habenda omni pondere. i. s̄m oē genus mensuræ grauior quā reliqua oīa. s. expetenda, quod placet Aris. necesse est id qđ honestū sit esse solū bonū aut summum bonum. Aūt pro sed, quod bonū sup. sit id certe vtile sup. est, aut necesse est esse, ita quidquid honestum sup. est id utile sup. est, Quare. i. quāobrē error hominum non proborū cū arripuit aliquid quod uisum est utile, secernit. i. seorsum cōsiderat continuo id ab honesto. i. considerat sub rōne utilitatis & non habita ratione honestatis. Hinc. i. ex hac cōsideratione nascuntur sicæ. i. mucrones, quibus sicarij utuntur, qui hoīes latrocinando interimunt, hinc uenena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc furta. s. rerū priuatarū, hinc pe. i. surreptiones publicæ pecuniæ, hinc expilationes. i prædationes & direptiones sociorū & ciuiū nascuntur, hinc potentiæ opū nimiarum non ferendæ. i. non tolerande sup. nascūtur, postremo cupiditates regnādi existunt, etiam in liberis ciuitatibus, hinc. i. ex hac falsa opinione quibus supp. cupiditatibus nihil, nec tetrius. i. execrabilius propter turpitudinē, nec fœdius pōt excogitari, ipsi. s. sicregnare cupientes uident i fallacibus iudiciis. i. erroneis opinionibus emolumenta rerum. i. cōmoda apparentia, non uident pœnā non dico legū, quas sæpe perrūpunt. i sicut feræ, aut magni pisces retia, aut muscæ maiores telas araneārū uiolēter rūpendo pertranseunt, sed dico quod non uident pœnā ipsius turpitudinis, qu. æ. s. pœna est acerbissima. Quāobrem hoc quidē genus deliberantiū pellatur è medio. (est. n. totum sceleratum, & impium) eorum uidelicet, qui deliberant, utrum assequantur id, quod uideant esse honestum, an ipsi scientes contaminent se scelere. Enim pro quia, facimus. i. quoddam genus iniq; facti est in ipsa dubitatione, si etiam non peruenerit ad id. (Vnde Iuuen. Nam scelus intra tacitum, qui cogitat ullum, Facti crimēhēt.) Ergo ea nō sunt oīno deliberāda in q bus ipsa deliberatio est turpis, Atq; autem spes, & opinio celandi, & occultandi est remouenda in omni deliberatione. Debet. n. persuasum esse satis nobis, si modo profecimus aliquid in philosophia, si. i. tametsi possumus celare omnes deos, & homines. i. facere clā dijs, & hominibus, tamē nihil faciendum esse auarè, nihil iniustè, nihil libidinose, nihil incontinenter. Hinc. i. ex hac rōne inducitur ille. i. notissimus Gyges à Plat. qui cum terra discessisset. i. exhausta esset quibusdam magnis imbribus, qui cum cauaret, descendit in illum hiatum. i. aperturam, & uoraginem, & animaduertit. i. annotauit (ut dicunt fabulæ) equum æneū. i. ex ære factum in cuius lateribus essent fores. i. foramina, & introitus, quibus. s. foribus apertis uidit corpus hominis mortui magnitudine inusitata, & uidit annulum in digito illius corporis, quem ut. i. postquam ipse detraxit induit Autem, pro sed ipse erant pastor regis. i. regis ipsius tamen. i. deinde postquam annulum induerat, recidit se in cōsilium. i. congregationem pastorum, ubi cum. i. postquam conuerterat palam. i. latam circunferentiā annulli ad palmā à nullo uidebatur, ipse autem uidebat omnia. Idē. s. pastor Gyges uidebatur rursus cū inuerterat annulū in locum. Itaque ipse vsus hac opportunitate annuli, intulit stuprum reginæ, & interemit ea. s. opportunitate adiutrice. i. adiuuante regē dominū suum, sustulit. i. interemit, aut de medio amouit, quos arbitrabat̄ obstare, nec quisquā potuit eum uidere in his facinoribus. i. turpibus factis, & ortus est sic repente. i. ex insperato, & improuiso rex Lydię beneficio annuli. Igitur in sapiens habeat hūc ipsum annulū, ipse nihil. i. in nullo plus putet licere sibi peccare, quam si non haberet. Enim, pro quia, honesta non occulta petūtur bonis. i. à bonis uiris, Atq; q dā philosophi minimè q dē illi mali i. nequaq̄ mali, sed nō satis acuti dn̄t hoc loco fabulā fictā, & cōmentitiā prolatā à Platone, quasi uero ille defendat aūt id factū esse, aut potuisse fieri, hęc est uis huius annuli. & huius exēpli, si nemo sciturus, nemo ue sit q dē. i. saltē suspicaturus, cū tu feceris aliqd causa diuitiarū, potētia, dnationis, libidinis, si id futurū sit ignotū semper dijs, & hoībus, ne. i. an sis facturus, ipsi negant id posse fieri. s. quod dij ignorant, quāquā id quidē. s. qđ homines ignorēt, potest fieri. Sed quæro quid nā faceret si id posset sup. fieri, quod negant posse ipsi urgeat, idest vrgenter obstāt sane rusticè.

rusticè. Negant.n. posse sup. fieri, ut dij ignorent, & perstant.i.
perseuerant in hoc responso.s. & non uident quid ualeat hoc
uerbum. Cum.n. quærimus quid facturi sint, si possint celare,
non quærimus, ne pro an possit celare, sed adhibemus tanquã
quædam tormenta.s. confitendi, ut si responderint se facturos
quadam impunitate proposita, id quod expediat.i. ipsis vtile vi
deatur, & ut fatentur se esse facinorosos per talem uoluntatẽ,
& si negant sup. se facturos etiam proposita impunitate, ut cõ
cedant omnia turpia esse fugienda. Sed reuertamur iam ad pro
positum, multæ causæ incidunt, ut sæpe, quæ conturbant ani-
mos specie utilitatis, non cum hoc deliberetur, ne pro an, hone
stas sit relinquenda propter magnitudinem utilitatis, nam id
quidem improbum est, sed cum sup. illud deliberetur, ne pro
an, id quod uidetur utile possit fieri non turpiter. Cum.i. quã-
do Brutus collega.s. eiusdem officii abrogabat.i. penitus aufe-
rebat imperium consulatus Collatino Tarquinio, ipse poterat
uidere facere id iniustè. fuerat.n.s. Collatinus marit⁹ Lucretię,
socius Bruti in expellendis regibus, & adiutor etiam consilio-
rum. Autem pro sed, cum principes.i. primores ciuitatis cepis-
sent hoc consilium.s. cognitionem, Superbi.s. Tarquinij, & no-
men Tarquiniorum; & memoriam regni esse tollẽdam, id qđ
erat utile consulere patriæ, erat tam honestum, ut deberet pla-
cere etiam ipsi Collatino. itaque.i. & ita utilitas ualuit propter
honestatem, sine qua, nec utilitas quidem potuisset esse. At.i.
sed non ita sup. factum est in eo rege, qui condidit urbem, ui-
delicet Romulo, qui fratrem Remũ interemit. Enim, pro q a,
species utilitatis.s. ut solus regnaret, pepulit.s. recta rõne, aut
impulit ad tam dirum facinus animum eius, cui cum esset ui-
sum utilius sup. esse se regnare solum, quam cũ altero, intere-
mit fratrem. Hic.s. Romulus Quirinus, aut Romulus omisit hic
.i. in hoc facto pietatem, & humanitatem, ut posset assequi id,
quod uidebatur utile, neque.i. & non erat. Et tamen ipse Ro-
mulus opposuit s. turpitudinem ipsius facti causam muri.s. à
fratre transgressi, speciem.i. quæ habuit speciem honestatis, nec
prouerbialem, nec satis idoneam.i. efficacem ad purgandum fa
cinus. Peccauit igitur dixerim pace, uel Quirini, uel Romuli.i.
siue dicam eum Quirinum, siue Romulum, ipse (quod cum
pace eius dico, quia fertur in numerum deorum receptus) pec-
cauit.

ARGVMENTVM.

Propriis commodis quatenus cuique inseruire permissum.

NEc tamen nostræ nobis vtilitates omittẽdæ sunt, alijsque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuiq; utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiẽdum est. scite Chrysippus, ut multa qui stadium inquit, currit, eniti & contendere debet, quam maximè possit, ut vincat; supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet sic in vita sibi quẽque petere, quod pertineat ad usum, non iniquũ est; alteri surripere ius, non est.

PETR. MARS.

NEc tamen] Quamuis, inquit, utilitas sine honestate
spernenda sit, tamen nostræ utilitates nõ sunt sper-
nendæ tradendæq; alijs, sed consulendũ est propriæ
utilitati, mõ fiat sine alterius iniuria. Quisq; igitur
eam utilitatem coniunctam honestati, quæ ad se pertinet am-
plecti debet, & potest cum laude, quoniam natura hoc non
exigit, ut nostras utilitates tradamus aliis, cum nobis necessa-
riæ sint. [Suæ] Propriæ utilitati. [Scite] Prudenter, & bene.
[Vt multa] Scite scilicet dicit, hæc est una ex sententiis Chry-
sippi Stoici, quas breuiter enunciabat. Et hæ sententiæ dicun-
tur Apophtegmata. Hanc sententiam Chrysippi affert ad pro
bandum, id quod dixit. [Stadium] Dicitur spatium in quo
homines ad brabium currunt, & octo stadia faciunt mille paf-
sus. [Curro stadium] Dicimus curro stadium, & in stadio, &
per stadium. [Contendere] Va de conari. [Supplantare] Plan-
tis calcare, & pedibns implicare simul currentem. [Qui cum]
Cum quo certet cursu. [Manu depellere] Deijcere, cum ma-
nu, ut fecit Idas Parthenopæo apud Papinium in Thebaide.
nam Idas præeuntem Parthenopæum arrepta coma resupinũ
traxit, & sic prior iuit ad palmam. [Sic] Hoc modo, & pari ra-
tione. [Non est ius] Non licet, quoniam non est honestum.

FRAN. MAT.

NEC tamen nostræ &c.] Tacitæ occurrit obiectioni. pos-
set enim quispiam dicere, nunquid non debemus utilitates no
stras retinere? Si his egemus, debemus inquit, & suæ quen-
que utilitatis rationem habere par est, modo hoc sine alicuius
fiat incommodo. Redit autem ad formulam superiorem, ne
uidelicet cum aliorum iniuria utilitati nostræ studeamus. [Sci
te Chrysippus &c.] Hic philosophus Solensis, siue Tarsensis
fuit, adeo in dialectica insignis, ut plerique dicerent, si apud
deos usus esset dialecticæ non futuram alia, quam Chrysip-
peam. Similitudinibus utebatur, quo res de quibus differebat
melius innotescerent, is dicebat, Sunt duo, uel plures, qui
cursu de uictoria certant, unusquisque eorum uiti debet, ut
uincat, non tamen alios cursores supplantare debet, aut ma-
nu depellere. Est autem supplantare pedem pedi superpone-
re, ut Marcello placet, qui utitur hoc loco teste, Græcè dicunt
ὑποσκελίζειν.

ASC.

NEC tamen nostræ utilitates sunt omittendæ nobis,
& tradendæ aliis, cum ipsi, idest nos ageamus his, sed ser-
uiendum est cuique sup. idest propriæ utilitati, quod, idest
quæ res fiat sine iniuria. Chrysippus Stoicus ille magnus
scitè, idest doctè, inquit, ut multa sup. alia, qui currit sta-
dium, idest in stadio, debet eniti, idest totis uiribus labo-
rare, & contendere, quam maximè possit, ut uincat, sed nul-
lo modo debet supplantare, idest plãtis calcare eum, qui cum,
idest cum quo certet, aut depellere manu. Sic non est iniquum
quemque petere sibi in uita, quod pertineat ad usum, ius non
est diripere alteri.

ARGVMENTVM.

Formula in amicitiis, ut semper honestati cedat beneuolentia amicis fides prastetur, etiam maximis incommodis propositis communibus in rebus tantum caritati amicorum tribuatur quantum religio, & honesti ratio patitur ceterum nequa ros turpis, aut petatur ab amico, aut prastetur petenti.

MAximè autem perturbantur officia in amicitijs: quibus & non tribuere, quod rectè possis, & tribuere, ꝙ non sit æquum, contra officium est. sed huius generis totius breue, & non difficile præceptũ est. quæ.n. uidentur utilia honores diuitiæ, uoluptates, & cætera generis eiusdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda sunt. at neq; contra remp. nec contra iusiurandum, ac fidem, amici sui caussa uir bonus faciet; ne si iudex quidem erit de ipso amico. Ponit.n. personam amici cum induit iudicis, tãtum dabit amicitiæ. ut uerá amici causam esse malit; & ut perorãdæ litis tẽpus quoad per leges liceat, accommodet. cum uero iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se adhibere testem.i. ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. itaque præclarũ à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eũ teneremus. QVAE salua fide facere possit hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paulo ante dixi honesta amico à iudice posse concedi. nam si omnia faciẽda sint, quæ amici uelint, non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. loquor autem de communibus amicitijs. nam in sapientibus uiris, atq; perfectis nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam, Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendan-

dorum suorum causa postulauisset, uas factus est alter eius sistendi; ut si ille non reuertisset, ad diem, moriẽdum esset sibi ipsi qui cum ad diem recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, ut se in amicitiam tertium adscriberẽt. Cum igitur id quod utile uidetur in amicitia, cum eo, quòd honestum est, comparatur; iaceat utilitatis species, ualeat honestas, cum autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur; religio, & fides anteponantur amicitiæ. & sic habebit, is quem exquirimus delectus officij.

PETR. MAR.

MAxime autem] Nunc docet, quomodo in ipsis amicitiis officia probentur. [Perturbantur] Peruertuntur & non iure fiunt, quoniam interdum causa est ipsa amicitia, ut ab officio discedatur, & præscribit quæ amicitiis post ponenda, & quæ ante ponenda sint, ut cum ambigitur quid agendum sit propter circunstantias, facile iudicari possit, quid sit ex officio, [Non tribuere] Non facere id quod fieri debet amicorum causa, & id facere quòd fieri non debet contra officium est, & laude honestatis caret. [Recte] Honeste & sine aliqua reprehẽsione quoniam est honestum, [Sed huius generis totius quibus] .s. officiis debeamus, ut in amicitiis, & huius partis facilis est præceptio facile inquit potest pręcipi in hac parte, quid sit agendum ex officio [Quæ enim] hoc est præceptum, homines .s. non debere amicitiis ea præponere, quæ uidẽtur utilia, sed pluris amicitiam facere, quàm omnes utilitates & voluptates [Generis eius.] Similia debemus uoluptates, & omnia commoda postponere amicitię, & ut amicis inseruiamus hæc omnia quamquam nobis grata, relinquenda sunt [At neque] Nunc e contra docet quid agendum non sit amicorum causa. Hæc igitur prima lex, inquit in Lælio, in amicitia sanciamus. Vnde uituperatur Blosius Cumanus Tyb. Gracchi familiaris, qui, ut scribit Plut. ad consules deductus, cum de rebus gestis interrogaretur se Tyberij iussu cuncta fecisse respondit. Ad hæc Nasica, quid si si re Capitolium incẽdere Tyberius iussisset? nunquid id quoque fecisset? nunquam iussisset hoc, inquit, sed si iussisset, paruissem [Contra remp.] non est aliquid agendum contra remp. amici causa. Vñ dicit Martianus, ut est in lib. dig. Minime maiores lugendum putanerunt, eum qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos uenerit, quin si filius patrem, aut pater filium occidisset sine scelere etiam premio afficiendum omnes constituerunt. Nec est uiolanda fides aut iusiurandum amicorum causa. Iudex] de ipso am.] i. si erit iudex in causa amici; Arist. ait j. Mor. quamquam hæc q. perardua est ob amicos, sed pro defensione ueritatis etiã propria impugnare oportet præsertim philosophos. Nam cum ambo sint amici pium est ueritatem in honore præferre. [Ponit] Deponit tunc cum est index [Induit] Cum suscipit persona iudicis, iam non est amicus, sed iudex. [Tantum dabit] Tribuet amicos, ut uelit ipsius causam esse magis ueram, quàm sit causa aduersarij. hoc malum solum tribuendum est amicitiæ, ab ipso iudice. Perorandæ] Litis defendendæ & exponendi iuris orationem aut ipsius amici aut patroni [Perorandæ i. explicandæ usque ad finem. peroratio est postremo orationis pars, in qua mouetur effectus [Quo ad] Inquantum leges iudiciorum permittunt. Nam concedebantur horæ ap clepsydram orantibus in causa aut sua aut alterius. [Iurato] quoniam iurant iudice se iuste iudicaturos, ad quod tenerentur sua professione, etiam si non iurarent [Iurato iudici] qui iurat se recte iudicaturum, quod cum facit, adhibet deum testem. i. mentem suam, ut uult Cic. deliberatam è mente diuina. In Catone ait est. enim animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terra locum diuinæ naturæ, æternitatisque contrarium. [Mentem suam] Conscientiam quoniam mens nostra diuina est. Sen. dicit, De fide & religione scientias agi ubicunque de veritate tractatur, nam etsi iureiurando Deus inuocatus, & non inuocanti testis est, non tamen transiens ueritatem ne iustitiæ transeas legem. [Itaque] Affert ad hoc probandum morem rogandi iudicis, quo antiqui utebantur, ut s. pro amico & aliis ea faceret, quæ salua fide facere posset, quoniam debet iudex id quòd uerum est iudicare, si aliter faceret, uiolaret fidem, quàm debet deo, quem iurando inuocauit. Præclarum laudabilem, si eum morem nunc teneremus, quoniam nõ peterentur à iudice nisi honesta, & quæ salua fide posset facere. hic erat mos rogandi iudicis, ut ea faceret iudex quæ posset nõ violata fide. [Quæ] Paulo ante dixi, ut s. iudex malit cãm amici esse uerã, & ut cõmodet quoad ꝑ leges liceat tp̃s perorandæ litis. hæc igitur rogatio antiquorũ ad ista pertinet, quæ à iudice salua fide præstari possunt. [Honeste] Salua fide concedi amico, ea quæ honesta sunt. [Sed coniurationes] Quæ semper sunt in malã partẽ, & in alterius perniciẽ, & perfecta amicitia non cadit nisi in bonos uiros & incer se uirtute similes, boni autem uiri nil cupiunt, nisi quod est honestũ, & taliũ amicitia permanet, quãdiu sunt boni. Virtus, ut ait Arist. res permanens est, & bonorũ amicitia est sine querela, mali uero stabilitatẽ non hñt, neq; .n. sibiipsi similes perseuerant, & paruo t.pe sunt amici gaudentes mutua prauitate, [Loquor autem] Docet Cic. de quibus amicitiis loquatur cõibus .s. nõ de illis quæ sunt inter sapientes, qm̃ tales non facerent pro amico iniusta neq; peterent. [Cõibus] non perfectis, sed corũ qui uersantur in cõibus officiis. [Sapiẽtibus] perfecta uirture ꝑditis. [Nihil tale] Non petitur ab amico ut aliquid faciat contra honestatẽ, & non possunt dici coniurationes, amicitiæ sapiẽtũ si inter ipsos oĩa faciẽda sunt amici causa, qm̃ talis amicus non petit nisi honesta, nec alius plane sapiens præstaret amico nisi honesta. Et ponit exemplum Damonis & Pythiæ Pythagoreorum. Quatuor fuerunt amicorum paria, monimentis Græcorum Latinorumq; celebrata Pylades & Orestes, Theseus & Pirithous, Scipio & Lælius, Damon & Pythias, de quibus nunc agitur. [Pythagoreos] Disciplinæ pythagoricæ sectatores, Nam Pythagoras, ut dictum est, ad connectendas amicitias plurimum ualuit, & uolebat omnia esse amicorum communia Arist. ualde probat amicitiam, dicens illam esse quandam uirtutem, uel cum uirtute. & rem apprime in uita hominũ necessariam. Sine amicis .n. nullus eligeret uiuere, licèt cuncta bona possidere. nam & locupletes, & in dignitate ac summa potentia constitu ti plurimũ amicis indigere uidẽtut. quid .n. prodesset talis prosperitas si beneficij cõferendi auferatur facultas? quod maximè fit, cõmendaturq; in amico, uel qũo custodirentur seruarenturq; sine amicis, cũ quanto plura illa sint, tanto magis periculo subiaceant. In paupertate quoq; ac reliquis calamitatibus unicũ putant in amicis esse refugiũ. [Hoc animo] tali amicitiæ uinculo astricti, quoniam erant sapientes. [Dionysius] Syracusanorũ tyrãnus. [Addictus] Destinatus, & damnatus ad mortẽ, & addicere ẽt est uendere per licitationem, inde addicti apud antiquos dicebantur, qui Prætoris pronũciatione, ac iussu cũ soluendo nõ eẽnt creditoribus uẽdebantur. In oratione pro Rab. Posthumo ait; Ecquis est ex tãto populo qui bona C. Rabirij Posthumi numo sestertio sibi addici uelit? & tua Posthume numo sestertio à me addicuntur. & Titulus est in digestis de addictione in diẽ. [Cõmendandorum suorum causa] Vt iter domum, & res suas ordinaret, domesticosque fidei alicuius commendaret. Huius historiæ meminit Val. lib. iiij. Commendare, inquit, iurisperitus nil aliud est, quam deponere. [Vas] Sponsor .n. constituit se uadem pro reditu alterius. Vas dicitur sponsor datus in re capitali. Dicitur autem uas, quoniam cum spondet, causa est, ut alter uadat, pro quo, se uadem constituit. Varro ait uas est appellatus, qui pro altero uadimonium promittebat. cõsuetudo erat, cũ reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alterũ daret à quo caueri postea lege cœptum est, ab bis qui prædia uenderent uades ne darent, ab eo scribi cœptum in legẽ aucupiorum uadem ne poscerent, nec dabitur. Obses est, qui traditur imperio alterius ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipientis ius sit in corpus, & uitam obsidis. [Eius sistendi] Quod die constituta eum restitueret, & quod is qui discedebat se iudicio sisteret. hoc uerbo utuntur iureconsulti. Vlp. lib. dig. de eo per quem factum erit quominus quis iudicio sistat, æquissimum putauit prætor dolum eius coercere, qui impedit aliquem iudicio sisti, & is, dolo malo facit qui aliquem detinet, ne iudicio sistat. [Ad diem] Qua promiserat se rediturum. [Cũigitur] concludit. Cic. docens quid amico agẽdum sit, cum aliqua species utilitatis obijcitur. [Quod uidetur] Quod uerè non est utile .n. ab honesto non separatur. [Iaceat] Deseratur, succumbat, quoniam honestas ceteris rebus præponenda est, & sic uerũ vtile cõsequemur. Merito, inq t Arist. 9. Moral. vr̃ studiosus esse, q. oĩbus præfert honestatẽ q n ẽt in rebus agẽdis, quãdoq; amicũ præfert sibi. [Religio] Metus dei, & ius diuinum. [Fides] idest

ideſt mentis integritas.[Et fides] Quam non debemus uiolare
amici cauſa inhoneſta petentis . uiolata enim fide uiolatur iu-
ſtitia,quæ in ſe continet omnes virtutes . Et ſic religio , & fides
anteponẽtur amicitiæ.[Habebitur delectus officij] Poterimus
officium dignum laude inuenire,quod ſemper ad bonum ten-
dit,debemus habere delectum,ſi volumus eſſe prudentes,cum
officium exquirimus,& honeſta certo conſilio eligere,aſperna
riq; contraria.

AN. T. MAXIME autem perturbantur] Cic. amicitiæ officia ſem-
per in anguſtum redigit.Gell.lib.j.cap.iij,quærit ex maiorũ di-
ctis philoſophorum,ſit ne delinquendum pro utilitatibus ami
corum.[Quæ enim unde &c.] Tria ſunt genera expetendorũ.
Primum,quod propter ſe tantum . Secundum , quod propter
aliud. Tertiũ,quod propter ſe,& propter aliud expetitur. Quæ
propter ſe expetenda ſunt,omnibus rebus anteponenda ſunt ;
quia in honeſtate firmata ſunt,ut religio,pietas,gratia,obſer-
uantia,fides,iuſtitia,fortitudo,prudentia . Quæ propter aliud
expetuntur,ſunt bona externa, ut diuitiæ,& cætera eiuſmodi.
ꝓpter ſe,& propter aliud ſunt ſicut amicitia.hæc ergo dignior
eſt his bonis externis,quæ expetuntur propter aliud.Sed quem
admodum dignior eſt his, ita utilior his, quæ propter ſe expe-
tuntur,illa quidem propter amicitiam contemnere debes , at
uero quæ propter ſe expetuntur,ſunt anteponenda amicitiæ .
& hoc eſt,quod Cic.ſentire uidet̃. [Nec ſi iudex quidẽ erit &c.]
Quod uidelicet rei iudicandæ præſit,& vel condemnare,uel ab
ſoluere amicum poſſit , abſoluere contra honeſtatem non de-
bet.[Ponit &c.]translatio eſt à minus ſumpta, qui modo hanc
modo illã perſonam induunt , ut ſerui ſi ſeruum acturi ſunt ,
domini &c.[Vt uera amici &c.]hoc ſolum pro amico facere de
bet, ut optet, ueram eius eſſe cauſam,& non falſam, & præſta-
re illi omnes commoditates temporis,& aliarum rerum exco-
gitare. item ſi poſſit aliquod adiumentum rationi,quod ergo
re efficere non poteſt,uoto faciat , hoc eſt. optet ſaltem amici
cauſam,iuſtiorem eſſe.[Et perorandæ &c.]Det operam quan-
tum per leges liceat differat tempus dicendi , & pronunciandi
ſententiam,quia ſi lex eſſet,ut ante trigeſimum diem pronun
ciare iudicium cogeretur,amici cauſa differre tempus non de-
bet.[Cum uera iurato]ſed cum aliquis iuratus,inquit,ſit.Iura
ti enim erant iudices apud R.in pleriſque cauſis,meminerit,in
quit, ne pro amico contra iuſiurandum faciat, immo ſciat , ſe
deum ante oculos habere.ſic enim nunquàm errabit. Camby-
ſes rex poſt quam cognouit ex Magis unum iniuſtè iudicaſſe ,
detrahi illi pellem iuſſit, & eam ante tribunal ſterni , ut ceteris
iudicibus exemplo eſſet,ne iniquè iudicarent.[Mentẽ]Hoc eſt,
quod uulgo intelligitur tantam eſſe naturæ bonitatem, ut ni-
hil turpe faciamus, quod nobis ipſis non diſpliceat.[Itaq; præ-
clarum &c.]temporibus Cice.hic mos à patribus acceptus ſer-
uabatur,ut iudicem reus ſic rogaret,ut ſibi faueret,Rogo dice
bat mihi faueas,ſi ea ſequor,quæ ſalua fide facere poſſis.[Nam
ſi &c.]ſi hoc animo,inquit, fuerimus , ut quidquid amicus ue-
lit faciamus,iam non erit amicitia,quæ honeſta eſt,ſed coniu-
ratio potius,quæ inhoneſta eſſe ſolet,& pniciosa,[De cõ.] Nõ-
aũt de perfectis,quæ ſunt in ſolis ſapientibus, qui a communi
ter accipere poteſt , ut ab amico quæcunque ſint petamus , &
rogati faciamus. nihil tale in ſapientibus accidit , nam ſapiens
honeſta tantum petit ab amico,& non niſi honeſta facit roga-
tus.[Damonem &c.]Dixerat Cic. non debere amicũ amici cau
ſa,aliquid contra honeſtum facere.ſed quod honeſtum eſt ami
ci cauſa,utilitati anteponendum eſt. Nam ſi honeſtas petierit ,
ut pro amico moriamur,recuſare non debemus.omnia.n.ami-
citiæ ſunt poſtponenda, ut diuitiæ,honores, & quia uidebatur
id fieri non poſſe,exemplo probat duorum amantiſſimorum ,
quorum alter pro altero mori non recuſauit.Et is, qui pro al-
tero periculum mortis ſubijt,noluit vtilitatem anteponere ho
neſtati , ſed ſicut promiſerat ad mortem propè certam redijt .
Narrat hanc rẽ etiam Val.Max.tit.de amic. Damon, & Pythias
Pythagorei fuere,& Pythagoræ diſcipuli, à quo quæ de amici-
tia didicere,ea uſque ad mortem ſeruauere . Cum enim alter
in ſuſpicionem ueniſſet regi Dionyſio , mortis damnatus eſt .
Et cum ſupplicij dies inſtaret , petijt tantum ſibi temporis ſpa-
tium concedi,ut ſufficeret profectioni ad componendas domi
res ſuas,& interea ſocius uas pro eo fieret,donec rediret. Gaui
ſus eſt tyrannus à Damone hoc peti,ut experiretur,eſſet ne tã-
ta in hominibus amicitia.Redijt Damõ ad certum diẽ , vt erat
pollicitus , cũ nullus rediturum arbitraretur. quare motus ty-
rannus non modo ſupplicium remiſit,ſed rogauit, ut ſe tertiũ
in amicitiam reciperent . Potuit ergo Damon utilitatis ratio-
nem habere , uidelicet uitæ, ſed uoluit ipſi uitæ honeſtatẽ an-
teponere.ſcr.hiſt.hanc Cic.lib.v.Tuſc.[Deſtinaſſet]cõſtituiſſet.
[Commendandorum]ut amicos ſuos commendaret . [Vas f.]
Varro,inquit,vas eſt , qui pro altero uadimonium promittit ,
ut ſit quem fideiuſſorem uocamus,& uadimonium ipſa fide-
iuſſio. Alij uolunt eadem propriè eſſe,qui ſponſor eſt alterius
in capitis periculo , ſiue idem ſupplicij ſubiturus ſit, ſiue pecu
niam ſoluturus.hoc & Feſtus ſentit , qui ait uas eſt ſponſor in
re capitali. Liu.de Valerone loquens,capitis reo uades dare pla
cuit.Idem paulo poſt,Tot uadibus accuſator uadatus eſt reũ .
[Quis ſiſtendi]Eſt ſiſtere repræſentare , & præſentiam corporis
exhibere.dictum ab eo,quòd non tantum comparare quis de-
bet,niſi & manſerit,unde de iudicio ſiſti,hoc eſt de ſiſtendo ali-
quid in iudicio.Liu.in uincula conijci uetans,ſiſti rerum pecu-
niaque niſi ſiſtant,populo promitti placere pronunciãt.[Cum
igitur quod utile &c.]Ille utile uidebatur non redire , ſed erat
contra honeſtatem . Ideoque ſpeciem illam utilitatis contem-
pſit.[Cum autem in amicitia &c.] Si amicus turpe aliquid ab
amico petierit,honeſtas eſt anteponenda. [Religio] iuſiuran-
dum,ut ſeruemus datam fidem,ſicut Damon fecit . [Religio,
& fides]Vt pro amico contra religionem , & fidem non facia-
mus.[Delectus officij]quia ſi hęc ſupradicta ſeruabimus, & ho
neſtatem habebimus ante oculos , quoties accidet aliquid in
quo utilitas cũ honeſtate pugnare uideatur , deligere ſciemus
ũerum officium.

ASC. OFFICIA autem perturbãtur maximè in amicitijs,qui-
bus non tribuere, quod poſſis rectè;& tribuere, quod non ſit
æquum,eſt contra officium. Sed breue , & non difficile præce-
ptum eſt,& totius huius generis.Enim pro quia , honores, di-
uitiæ, uoluptates, & cetera eiuſdem generis, quæ uidentur u-
tilia, hæc nunquam anteponenda ſunt amicitiæ . At,ideſt , ſed
uir bonus , neque faciet cauſa ſui amici contra rempu. neque
contra iuſiurandum, ac fidem , nec ſi erit iudex faciat de ipſo
amico contra rempu. &c. Enim pro quia , uir bonus ſup. po-
nit, ideſt deponit perſonam amici cum induit ſup. perſonam
iudicis , ipſe dabit amicitiæ tantum , ut uelit cauſam amici
eſſe ueram , & ut accommodet tempus perorandæ, ideſt pera-
gendæ , quoad, ideſt quantum , uel quouſque liceat per leges.
Vero pro ſed, cum ſententia ſit dicenda , ideſt proferenda ipſi
iurato , ideſt iuramento aſtricto,meminerit ſe adhibere deum
teſtem, ideſt (ut arbitror) mentem ſuam,ideſt conſcientiam,
quæ diuina creditur , qua ipſe deus nihil dedit homini diui-
nius. Itaque nos accepimus à maioribus morem rogandi iudi
cis, ideſt quo iudex ab amicis rogabatur , præclarum,ideſt lau-
dabilem,ſi nos teneremus eum rogandi uidelicet ea, quæ poſ-
ſit facere ſalua fide , hæc rogatio pertinet ad ea , quæ dixi pau-
lo ante honeſtè, ſcilicet poſſe concedi amico à iudice . Nam ſi
omnia facienda ſint, quæ amici uelint,tales non ſunt putãdæ ,
ideſt exiſtimandæ amicitiæ , ſed coniugationes. Loquor au-
tem de amicitiis communibus , nam nihil tali , ſcilicet amici-
tiæ inhoneſtæ , aut iniquæ poteſt eſſe in ſapientibus , & perfe-
ctis uiris . Ferunt,ſcilicet hiſtoriæ Damonem , & Pythiam Py-
thagoreos fuiſſe inter ſe hoc animo, ut cum Dionyſius tyran-
nus, ſcilicet Syracuſanus deſtinaſſet , ideſt ſtatuiſſet alteri eo-
rum diem necis, ideſt occiſionis ,quo deberet necari , & is qui
addictus eſſet morti , poſtulauiſſet ſibi paucos dies , ſcilicet
dilationis cauſa ſuorum commendandorum , ideſt cauſa ſua-
rum rerum diſponendarum , & amicis commendandorum,al-
ter , ſcilicet eorum factus eſt uas, ideſt retentus,& ſponſor,quo
ſponderet alteri uadere licebat , factus eſt inquam uas , ideſt
ſponſor eius ſiſtendi, ideſt præſentandi ad ſtatutum diem , ſic
ſup. ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibiſipſi,qui ſci-
licet morti addictus, cum recepiſſet ſe , ideſt rediſſet ad diem ,
ſcilicet ſtatutum , tyrannus , ſcilicet Dionyſius admiratus fi-
dem , ideſt fidelem amicitiam eorum , petiuit , ſcriberent ſe
tertium in amicitiam . Cum igitur , id quod uidetur utile in
amicitia comparatur eo cum , quod honeſtum eſt iaceat, ideſt
relinquatur,ut contempta ſpecie vtilitatis,& honeſtas ualeat.i.
ſit in precio. Cum autem ea quæ non ſunt honeſta poſtulabũ-
tur in amicitia , tunc religio , & fides anteponatur amicitiæ,&
ſic is delectus.ſ.ea diſquiſitio officii, quem ſcilicet defectũ quæ-
rimus, habebitur .

ARGVMENTVM.

In publicis consultationibus semper honestum falsa utilitate potius habendum, neque consilium ullum uideri utile oportere, quod cum honesto pugnet. Atque huius rei utranque in partem exempla.

SEd utilitatis specie in rep. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri durius etiam Athenienses, qui sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe ualebant, pollices præciderentur. hoc uisum est utile. nimis enim imminebat, propter propinquitatem Aegina Piræo. sed nihil, quod crudele, utile. est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. malè etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosq; exterminant, ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectũ est non licere; quam tulerunt legem sapientissimi Cõsules Crassus, & Scæuola: usu uero urbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur. plena exemplorum est nostra resp. cum sæpe alias, tum maximè bello Punico secundo; quæ, Cannensi calamitate accepta, maiores animos habuit, quam unquam rebus secũdis, nulla timoris significatio, nulla mentio pacis: tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut urbe relicta, cõiugibus, & liberis Trœzene depositis, naues conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. At qui ille sequi utilitatem uidebatur, sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles post uictoriam eius belli, quòd cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium reip. salutare, sed id sciri opus non esse: postulauit, ut aliquem populus daret, qui cum communicaret, datus est Aristides. Huic ille classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse. quo facto frangi Lacedæmoniorũ opes necesse esset. quod Aristides cum audiuisset, in concionem magna expectatione uenit, dixitque perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minimè honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putarunt, totamq; eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide repudiarunt. Melius hi, quàm nos, qui Piratas immunes, socios uectigales habemus. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquàm esse utile, ne tum quidem, cũ id, quod utile esse putes, adipiscare. hoc enim ipsum utile, putare, quod turpe sit, calamitosum est.

PETR. MARS.

SEd utilitatis specie] Nunc docet quomodo utilitatis imagine in rep. peccatur, ostenditq; nil crudele esse utile, quoniam crudelitas est inimica naturæ. Crudelitas est atrocitas animi in exigẽdis pœnis, siue inclinatio animi ad asperiora. Crudelitas, inquit Sen. minimè humanum malum est, indignũq; tam miti animo, ferina ista rabies est sanguine gaudere, ac uulneribus, & abiecto homine in siluestre animal transire. [In rep.] Rebus pertinentibus ad rẽ pu. [Disturbatione] Euersione Rom. euerterunt Corinthum duce Munio, non quia iusta erat causa euersionis, sed quia uidebatur id utile, & securum R. imperio propter situm urbis in faucibus Isthmi. [Nostri] Rom. qui utilis speciem honestati prę tulerũt. [Durius] Crudelius. unde Val. inter exempla crudelitatis hoc refert dicens. Consimilis genere æmulationis instincta ciuitas Athen. Aeginensium iuuentuti pollices abscidit, ut classe potens populus in certamen maritimarum uirium secũdum descendere nequirent. [Sciuerunt] iudicauerunt, & decreuerunt. inde plebiscita. Sil. ait, Solem concedere nocti Sciscant imbelles. [Vt Aeginetis] Incolis Aeginæ insulę, quæ est contra Atticam, & aliquando maris tenuit imperium, bellum gessere Athen. cum Aeginetis, auct. Thuc. tandem se dediderunt deiectis muris, traditis nauibus imposito in posterũ tributo. [Pollices] ob hoc ne possent uti remis, quod quia crudele fuit, neq; vtile, neque honestum esse potuit. sed Rom. uidebatur utile, Corinthum caput Achaiæ funditus delere propter locũ ad res nouas idoneum, & Athen. uidebatur utile Aeginetis pollices præcidere, quoniam Aegina propinqua erat Piræo portui Athenarum Hermione in Peloponneso piscatorum statio erat, à qua sinus Hermionicus dictus, in quo est Aegina insula. Piræus est portus Athen. Plin. ait, ab Isthmo 52. mil pass. Piræus, & Phalera portus duorum mil. pass. muro recedenti Athenis iuncti. [Propinquitatem] Quoniam Aegina distat à Pyræo 12. millib. pass. ante uocatam Oenone. Nomen accepit ab Aegina, ut inquit Diod. filia Aesopi rapta à Ioue ex Phliunte urbe Peloponnesi ad Nemeam siluam, peperitq; ex Ioue Aeacum, qui in Aegina regnauit pater Pelei Telamonis, & Phoci. [Quam] Naturã debemus sequi ducem ad officium inueniendum. omnem. quod est contra naturam, est contra officium, & malum agere, non est naturale, sed contra naturam. [Exterminant] Expellunt, ut faciebant Lacedæmonij auctore Thucydide, qui non permittebant, ut peregrini eorum urbem incolerent, quod erat inhumanum, & ab homine qui est natura ciuilis, & congregabilis alienum. Adde etiam, quòd Lacedæmonij filios filias uel aliqua corporis parte debiles, & monstrosos exponebant, quasi Spartano indignos stemmate, & Lacedæmonijs parentibus fortissimis uiris. [Crassus, & Scæuola] Horum Consulum legem damnauit Asc. Pæd. dicens, Legem Liciniam, & Mutiam de ciuibus regendis uideo constare inter omnes, quam duo consules omnium quos uidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem, sed perniciosam reip. fuisse. Hanc legem de regendis in sua ciuitate socijs in consulatu eorum tulerunt, cum summa cupiditate ciuitatis Romanæ Itali tenerentur, & ob id magna pars eorum pro ciuibus Rom. se gererent. Necessaria lex uisa est, ut in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati sunt animi principum Italorum, ut ea, uel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit. [Publicæ] Pertinentis ad uniuersam remp. Laudat robur animi Romanorum inuictum, & minimè malis succumbens, qui post cladem acceptam ad Cannas uicum Apuliæ maiores animos habuerunt. Annibal cum Rom. ad Ticinum, & Trebiam P. Scipione, & Grac. Coss. fudisset, fugassetq; inde ad Thrasimenum Lacum Perusinum, ubi Flaminius consul temeritatis, & dementiæ suæ pœnas luit, tandem post Fabij dictaturã ad Cãnas Apuliæ in ripis Aufidi Paulo Aemilio, & M. T. Varrone Coss. maxima clade Rom. affecit, quam Paulus consul morte sua funestiorẽ Rom. nomini reddidit. duo millia dcc. equites cæsi dicuntur, & tanta ciuium sociorumq; pars, in his ambo consulum quæstores, L. Acilius, & L. Furius Bibaculus, & 21. de trib. mil. consulares quidam, & ædilitij, inter quos Cn. Seruilius, & C. Minutius Numantius, qui magister equitũ priore anno fuerat 80. præterea senatores, Varro consul, cum 50. equitibus Venusiam se ex fuga recepit. post hanc cladem defecerunt ad Annibalem Romanorum socij, qui ad eam diem in officio fideq; permãserat. iam tanta calamitate accepta, & in tanto rerum turbine de R. imperio desperantes fortuna Pœnis incumbente, Attellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites præter Penos, Brutij omnes, Lucani, Surrẽtini, & Græcorum omnis ferè ora, quæ quondam magna Græcia dicebatur, nunc est magna solitudo, Tarentini, Metapontini, Crotoniẽses, Lucriq;, & Cisalpini omnes Galli. Nec tamen, inquit Liu. hæ clades, defectionesq; sociorum mouerunt, ut pacis unquam mentio apud Rom. fieret, neque ante Consulis Romam aduentum, neque postquàm is redijt, renouauitq; memoriam acceptæ cladis, quo in tempore adeo magno animo ciuitas fuit, ut consuli Varroni ex tãta clade, cuius ipse maxima causa fuisset redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiæ actæ, ꝙ de rep.

non

non desperasset, qui si Carthaginiensium ductor fuisset; nihil recusandum supplicij foret, obtulerunt insuper Romani animi robore subnixi dictaturam Varroni. Igitur Rom. in tantis calamitatibus nihil de dignitate Romani remittendum duxerunt, & habita honesti ratione paci ineundæ cum barbaris nullam inuentionem fecerunt. Non. n. diceebant Rom. qui stemma suum, & originem ad Martem referunt, & quorum ars militia erat, aduersis frangi, & pręter decorum pacem petere quamuis uideretur esse publica utilitas, sed non erat, quoniam relinquebatur honestas. Solebant. n. pacis conditiones dare alijs, non accipere. Vnde dicit Pli. lib. pen. Pudor Romani nominis sæpe res perditas seruauit in pręliis. [Præ honestate] Respectu honestatis in comparatione, ita dicimus, hæc nulla sunt præ illis. i. comparatione illorum. [Secundis] Prosperis, & ad uoluptatem nostram fluentibus. [Tanta uis] Potentia, quoniam erat honestũ Romanis, nec decebat eorum magnanimitatem, atque præstantiam bellicam inire pacem cum barbaris quacunque conditione, à quibus contra ius fœderis tanta iniuria, & cladibus fuerant affecti, quamuis pax illa potuisset è rep. uideri, & ex vsu totius Italiæ tot cladibus attritæ, tot delectibus exhaustæ. [Athenienses] Iam Atheniensium in re simili ponit exemplum, qui præ honestate, & decoro Attici nominis, id quod Cyrsilus suadebat repudiarunt, quamuis utile uideretur, imminente ceruicibus Græciæ tanto hoste, cuius multitudini flumina, ad potũ non sufficiebant. Magno igitur animo bellum suscipientes, & se contra barbaras pro auita dignitate erigentes, uictores fuerunt. Post pugnam Marathoniam, de qua dictum est, Atheniẽses ducentas naues fabricauerunt, & aduentante Xerxe oraculum Delphicũ consulentes habuerunt sortes, ut muris ligneis salutem tuerentur. Et sic auctore Them. coniuges liberosq; cum preciosissimus rebus in abditis insulis emandarunt, ipsiq; armati naues conscenderunt, & angustias Salaminij freti una cum socijs, ne circumueniri possent occuparunt. [Vrbe] Athenis [Trœzene] Quæ est urbs Peloponnesi in sinu Argolico sacra quondam Neptuno, ut inquit Str. & ideo Posidonia dicta est, stad. 15. à mari eminebat, urbs eo tempore insignis, denuminata est à Trœzene filio Pelopis, hic educatus fuit Theseus, & ideo Theseia Trœzẽ dicitur à Papino Trœzeni Pithæus auus maternus Thesei in regno successit. Et ob id Ouid. Heroid. Trœzena appellat Pytheia regna [Cyrsilum] Cic. aliter quam alij hanc narrat historiam. Nam cum Mardonius Xerxis dux Athenas uenisset desertas à ciuibus, qui naues conscenderant, & apud Salamina de summa rerum consultabant, & de liberis, coniugibus, ceterisq; fortunis emandandis Thrœzenem, ipsas cępit Athenas, & Murichidem Hellespontium Salaminem misit, cum mandatis postulatisq; ad Athen. qui illuc confugerant, cum mandata exposuisset Murichides, Lycidas Athen. Senator in concione suasit, ut mandata acciperent Athenienses, ac ferrent ad populum. Vndẽ omnium cõsensu lapidibus obrutus est. Mulieres quæ adhuc apud Salaminem erant id audientes uxorem Lycidæ, & filios eadem pęna mulctarunt. [In urbe] Athenis. Sed ea non erat utilitas, quoniam non decebat genęrosus, & tanti nominis Græciæ omniũ bonarum artium inuentricis alumnos, & qui de omni genere uirtutum præcepta dederant, & dabant, Xerxem barbarum in urbem disciplinarum sedem, & emptorium recipere. Sic Appius Cæcus dissuasit Romanis grauissima oratione Pyrrhũ recipere. [Themistocles] Ponit exemplum de Themist. qui rẽ minimè honestam excogitauerat, ideo Athen. uirtutis cultores eam renuerunt. Plut. ait in uita Aristidis. Post uictoriam Plateensem Them. populo dixit, sed id excogitasse, quod si exequi posset, magnam utilitatem urbi afferret populus Aristidi negocium dedit, ut de hac rẽ cum Themist. consultaret, & si è rep. uideretur, probaret. Cogitaui, inquit Themist. nauale Græcorum incendere, quo Athenienses totius Græciæ poterũt facilè esse principes. Aristides concione aduocata dixit. Them. consilio nihil esse commodius, sed nihil iniustius. [Qui cum] Cum quo. [Lacedæmoniorum] Qui sunt in Peloponneso, & socij fuerãt Atheniensium in bello contra barbaros. [Ad Gythũ] Nauale Laced. nobile, ut inquit Str. Intra 240. stad ædificatũ, & habens nauium stationem manu effossam. Plut. ait in uita Them. Xerxe abeuntem Pagasas hiemandi gratia Græcorum classis subducta est, dato Themistocli Aristide, dixit Themist. se excogitasse Græcorum classem incendere, Gytheum ait Liu. agens de Maced. bello, rerum maritimarum omnium Lace-

dæmoniis receptaculum. [Melius, hi quam nos] Laudat iustitiam Athen. qui socios Laced. ceterosq; nullo modo uiolãdos censuerunt, notatq; Rom. qui piratis impunitatem, & immunitatem concessere, cum debuissent eos iusto grauissimoq; supplicio afficere, & socios confederatosq; habebant uectigales, id est tributarios. hoc, inquit, uidetur iniustum, ut socij nostri pẽdant tributum, & piratæ sint immunes. Romani nunquã ęquis fœderibus societatem inibant, sed tributum nolebant tanquã superiores. unde in j. bel. Pun. Regulus Romam missus, vt permutatio fieret, & pax æquo fędere, dixit in Senatu id dissuadẽs, cum esset contra mores auitos, & decorum, hæc quæ uersibus prosecutus est. Sil. Nec uero placeat nisi quæ de more parentum pax erit. Inde subiungit: Sed mihi sit Stygios ante intrauisse penates, Talia quam uideam ferientes pacta. Latinos Põpeius Magnus piratas maria, & terras infestantes felici successu uicit, & cum Athenas transmisisset nonnullis ad illius ueniã fidemq; confugientibus impunitatem concessit, & cum esset ad 20. milia, eos per oppida colonis exhausta collocauit, ut facilitate victus eos mitiores redderet. Itaq; ciuitates quędam Ciciliæ quosdam admiserunt, & Dime urbs, & Achæorum in Pelopõneso, vt meminerunt Str. & Plut. cultoribus uacua, & agrorum ubertate fœcunda piratis concessa est hoc nonnulli improbarunt, auct. Plut. in uita Pomp. hoc etiam Cic. notat, quam vis latentes propter Pompeium, quem uiuum amauerat, & mortuum aperte nolebat insectari, vt etiam supra fecit. cũ de theatris, & porticibus loqueretur Lucã. An melius fient pirate Magne coloni? [Socios] Rom. nominis, & fœdere nobis coniunctos. [Vectigales] Soluentes tributum. Vectigalis dicitur, qui uectigal soluit, & tributum, & sic ager uectigalis Vnde accusatur Cæs. quod agrum Campanum ad subsidia reip. vectigalem relictum diuiserit. Immunes dicuntur illi, qui non sunt uectigales, nec ad aliquod onus obligantur, ergo indignum erat latrones esse immunes, & socios uectigales. Munus, inquit, iureconsultus, uno modo dicitur onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ numerisq; pręstat, inde immunitas appellatur. [Maneat ergo] Hoc certum sit, & constitutum, inquit, nihil esse utile, quod non sit honestum, aliter putare calamitosum est, & malum, cum sit contra boni uiri decorum, & dignitatem, & is, qui hoc errore ducitur, calamitosus est, & non felix, etiam si id, quod cupit adipisceretur. amittit enim uirtutem, quæ nulla utilitate, si sine honestate utilitas dici potest, rependitur.

FRAN. MAT.

SED utilitatis specie &c.] Dicit in rep. vtilitatis specie sæpe peccari. Quod Rom. & Atheniẽsium exemplo ostendit. Romani Corinthum euerterunt ducti opportunitatę loci, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ille adhortari. Quod ait Cic. lib. j. ubi disserit de iure belli. Athenienses cum bellum gerẽt, cum Laced. Aeginetis illorum socijs, quod classe ualerẽt, & periti essent nauigandi pollices amputauerunt, ne remos impellere possent, hoc crudele nimis, & contra honestatem. Aegina fuit Epidauriæ terræ locus, & huius continentis è regione insula hinc Aeacus, & eius posteri originem traxerunt, tenus aliquando maris imperium. de principatu cum Atheniensi populo ad Salaminẽ nauali prœlio cõtẽdit: ambitus insulæ 180. stad. esse traditur, distat ab Attica, & Megerica orica, ac Peloponneso 100. ferè stad. Primo Aeginæ à Phidone argentum signari cœptum est, Str. [Piræo] Athenarum portus, & emporiũ Piræus fuit. [Nihil crudele utile] Vtilitas consentit naturæ, cui crudelitas inimica est, ergo utile, & crudele contraria sunt. [Male etiam, qui &c. [Vt argumentationem suam corroboret Cic. eos improbat, qui ab humanitate abhorrent. & eos probat, qui ab ea non discedunt. Duas proponit leges, quarũ altera ab humanitate aliena est, quam improbat, altera humanitati consentiens, quam laudat prima lex, quam Peneus, & Papius apud patres nostros tulere, fuit Romanis cum Lacedæmonijs communis. Nam Lycurgus legem tulit, peregrinum ne admittito, ne uidelicet mores urbis alienigenarum commercio corrumperentur. Romani, nescio, qua causa inducti (non .n. traditur) tulerunt, & ipsi hanc legem, ne peregrini admitterentur. Altero lex, quam Crassus, & Scæuola tulere, uidelicet ne se pro ciue haberet, qui ciuis non esset, hæc honesta erat, sed illa contra naturam. Qui .n. ab honesto discedit contra naturã facit. Illa igitur lex admittenda non est, quæ contra naturam esse probatur. [qui ciuis non sit] Hanc legem tulerunt Licinius Crassus orator, & Scæuola iurisconsultus, & orator, de quo ait

Cic.

Cic. eloquentissimorum omnium iurisconsultissimus, & iurisconsultorum eloquentissimus. ii legem tulere de redigundis in suam quenq; ciuitatem. Cum .n. summa cupiditate ciuitatis Rom. Italici tenerentur, hæc lex necessaria uisa est. Nam multi se quasi pro ciuibus Rom. gerebant, qua lata Latini principe adeo irati sunt, ut hæc lex causa fuerit cur bellum triennio inter Latinos, & Romanos gereretur. huius legis meminit Cic. in orat. pro L. Cornelio, & eam Mutiam uocat Asc. Ped. legem Liciniam, & Mutiam, de ciuibus regundis uideo constare inter omnes, quam duo Cos. omnium quos uidimus sapientissimi tulissent non modo inutilem, sed perniciosissimam reip. fuisse. [Illa præclara] Sæpe R. P. utilitatis speciem pro honesta te, & priuatim, & publicè contempsit, vt bello Tarentino, quod gestum est contra Pyrrhum Epirotarum regem, priuatim, ut Fabr. quem cum Pyrrhus participem regni sui facere pollicere tur, si secum proficisci in Epirum uellet, neglexit publicè, cum ille Cyneam legatum misisset, qui ciues Ro. corrumperet, nullum ex omnibus inuenit, qui corrumpi se permiserit. Idem maximè apparuit post Cannensem cladem. Nullus .n. repertus est, qui uel unum uerbum de pace fecerit. [Athenienses] Exemplo utitur Atheniensium, quo idem probat uidelicet speciem utilitatis pro honestate debere contemni. Cum fama esset à Xerxe rege Persarum Græciam maxima classe inuadi, miserunt Athenienses, qui oraculum sciscitaretur, quomodo tueri se à Xerxe possent. Responsum est eos posse esse incolumes, si salutem suam ligneis equis committerent. Cumq; in concilio alij alia sentirent, solus Themist. intellexit, videlicet classem parandam esse quanta maxima parari posset. equos .n. ligneos naues intellexit, & his regi occurrẽdum esse. Ceteris hæc probantibus. unus Cyrsilus contradixit, vrbem .n. nõ esse relinquendã censuit. quam si tueri non possent, regi tradendam, eiq; quibuscunque conditionibus parendũ. hac sententia audita adeo irati sunt Athenienses, ut illum lapidibus obruerint. [Trœzene] Peloponnensi ciuitas fuit. Trœzen, auct. Str. agri Pi sei sacra Posidoni .i. Neptuno à quo, & Posidonia olim est appellata, à mari 15. abest stadijs, urbs insignis, portum habet nomine Mentum, in hoc regnauit Pytheus Pelopis filius. vnde ait Ouid. Pytheia Trœzen. [Themistocles &c.] Aliud exemplum Themistocles deuicto rege Xerxe, & in scapha piscatoria fugere compulso, habere se consilium dixit Atheniensi populo, quod esset utilissimum, sed id impleri non posse, nisi esset quam occultissimum. Athenienses responderunt, ut illud cum Aristide communicaret, & si ab eo probaretur implendum esse. Aristides audito consilio utilissimum esse non negauit, sed turpe. Quo audito succlamauit populus, non est faciendum. consilium autẽ erat, vt classis Lacedæmoniorũ quæ erat qui Gytheũ combureretur. Quod cum factum esset, non erat dubium, quin Athenienses potirentur Græcia. Gytheum autem Spartanorum fuit nauale nobile, intra 240 stadia, & ædificatam habuit nauium stationem manu effosam, iuxta fluuius fuit. Eurotas auctor Str. [Magna expectatione] Nam ab omnibus expectabatur. [Quã ne &c.] Ignorabãt re, & tamẽ repudiauerũt. [Melius &c.] Contraria iuxta se posita melius cognoscuntur, dixit Athenienses contempta utilitate rationem habuisse honestatis, Romanos dicit. contra piratas amicos habere uoluisse, qui omnem maritimam oram infestarent. [Pompeius] Captos piratas ad 20. millia in colonias misit, & immunes esse uoluit, cum Romani socios, & amicos populos voluerint esse tributarios. Ideoque apud Lucanum Pompeio hoc Cæs. obiecit: An melius fiet piratę ô magne coloni. [Vectigales] .i. qui vectigalia persoluũt. uectigal enim est quidquid penditur, unde ager uectigalis uocatur, pro quo aliquid quotannis ei cuius est proprietas, persoluitur. [Maneat ergo] Cõcludit, quoties, inquit, id, quod vtilitatis speciem habet cum honesto pugnare uidetur, omnino contemnatur. [Ne tum] Quidem, vt etiã si adipisceris id, quod uidebatur, & postea cognosces repugnare honestati, tenere uelis, sed contemnito. [Hoc .n. ipsum] Etiam si nulla alia re peccares. ubi existimas utile, quod est turpe, non parua est calamitas, & damnum.

ASC. SED sæpissime peccatur in remp. specie utilitatis, ut nostri .i. Romani sup. peccauerunt in distributione .i. euersione Corinthi, illius ciuitatis opulentissimæ, quæ uidebatur utilis R. imperio, sed tamen non erat honesta, quia ij Athenienses etiã durius supp. egerunt, qui sciuerunt, ut pollices præciderentur. .i. amputarentur Aeginetis .i. incolis Aeginæ insulæ, qui uolebant classe .i. nauibus dirigendis, & remis impellendis, hoc est uisum Atheniensibus utile, enim pro quia, Aegina insula, scilicet imminebat nimis Piræo illi portus Atheniẽsium propter propinquitatem, sed nihil vtile sup. est, quod crudele. Crudelitas .n. est maximè inimica naturæ hominum, quam .s. naturã nos debemus sequi. Male sup. agunt ẽt, qui prohibent peregrinos uti urbibus, & exterminant eos, ut Penus sup. fecit apud patres nostros .i. priscos Rom. & Papius nuper, idest à paucis annis fecit sup. Nam rectum .i. iustum, & æquũ est non licere sup. qui non sit ciuis esse, idest haberi pro ciue, quam legem sapientissimi consules Crassus, & Scæuola tulerunt. Vero pro sed, prohibere peregrinos usu urbis est sanè .i. ualde in humanum. Illa præclara, eandem rem prosequitur dicens, illa sup. sunt præclara sup. facta, in quibus species publicæ utilitatis .i. pertinentis ad uniuersam remp. contemnitur præ honestate nostra .i. Rom. resp. est plena exemplorum sup. talium, cum ita sit quod sæpe alias, tum maximè .i. tum potissimum, uerum est, quod secũdo bel. Pun. i. contra Pœnos, & potissimum contra Carthaginieses gesto, quæ resp. calamitãte .i. clade ciuium per modum calamorum à grandine prostratorum. Cannensi .i. quæ fiebat apud Cãnas, accepta .i. postquam .i. Cannensem calamitatem acceperãt, habuit maiores animos, quam unquam rebus secundis .i. prosperis, nulla significatio timoris fuit sup. in ea, nulla mentio pacis, tanta uis .i. potentia est honesti, ut obscuret speciem utilitatis. Athenienses cum nullo modo possent sustinere impetum Persarum, quo Xerxes instruxerat, & statuerent, ut cõscenderent naues, & hoc urbe .s. Athenis relicta, & coniugibus & liberis eorum depositis .i. sub fide in custodiam datis Trœzene, in ea ciuitate Peloponnensi, ipsi obruerunt lapidibus Cyrsilum quendam suadentem, ut manerent in urbe, & reciperẽt Xerxem principem inimicorum, atque, uel potius atqui .i. sed tamen ille uidebatur sequi utilitatem, sed ea nulla erat. honestate repugnãte .i. quia honestas repugnabat. Themistocles dux Athen. post uictoriam eius belli, quod fuit cum Persis, dixit in concione se habere consilium salutare reip. sed non esse opus id sci. postulauit, ut populo daret aliquem, qui cum .i. cum quo communicaret supp. consilium, Aristides uir ille sapiens est datus. ille, scilicet Themistocles dixit sup. huic .s. Aristidem classem Lacedæmoniorum, quæ esset subducta ad Gytheum illud nauale Lacedæmoniorum posse incendi clam, quo facto necesse esset opes Lacedæmoniorum frãgi. Quod cum audiuisset Aristides venit in concionem magna expectatione sup. populi, dixitq; consilium, quod Themist. afferret esse perutile, sed minimè honestum. Itaque .i. & ita Athenienses putauerũt id ne utile quidem, quod non esset honestum, & repudiauerunt totam illam rem, quam rem ne audiuerant quidem Aristide auctore, idest repudiationem approbante, melius sup. fecerunt hi, quam nos, qui habemus piratas deuictos, scilicet à Pompeio, & in colonias diuisos, immunes, idest liberos ab omni onere, & socios uectigales, idest pendentes uectigalia quasi tributarios. Maneat ergo, idest certum sit, & firmum id, quod turpe sit, nunquam esse utile, nec tunc quidem non etiam tunc, cum tu adipiscare, idest adipiscaris, id, quod putas esse utile. Enim, pro quia, calamitosum est putare hoc ipsum esse utile, quod turpe sit.

FRAN. MAT.

ARGVMENTVM.

In contractionibus communibus, quæ formula honesti, & utilis. Fingit autem speciem quandam iureconsultorum more, deducit duos Stoicos diuersa sentientes, quorum alter ad Stoicam rationem omnia refert, alter & hominum consuetudine, & iure ciuili moderatur.

SED incidunt, ut supra dixi, sæpè caussæ, cũ repugnare utilitas honestati uideatur: ut animaduertendum sit repugnet ne plane, an possit cũ honestate coniungi. eius generis hæ sunt quæstiones. si, exempli gratia, uir bonus Alexandria Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia, & fame, summaque annonæ caritate; si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse, nauesque in cursu frumento

mento onustas petentes Rhodum uiderit; dicturus ne sit id Rhodijs, an silentio suum, quàm plurimo uendi turus. sapientem, & bonum uirum fingimus: de eius deliberatione, & consultatione quærimus: qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed dubitet, an turpe non sit. In huiusmodi caussis aliud Diogeni Babylonio uideri solet, magno, & graui Stoico; aliud Antipatro discipulo eius, homini acutissimo: Antipatro, omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod uenditor norit, emptor ignoret; Diogeni, uenditorē, quatenus iure ciuili cōstitutum sit, dicere uitia oportere, cetera sine insidijs agere, & quoniam uēdat, uelle quàm optimè uendere, aduexi, exposui; uendo meū non pluris, quàm ceteri; fortasse etiam minoris, cum maiori cum copia: cui fit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Quid agis? tu te, cum hominibus consulere debeas, & seruire humanæ societati; eaque lege natus sis, & ea habeas principia naturæ, quibus parere: & quæ semper sequi debeas; ut utilitas tua, communis utilitas sit; uicissim, & æquè communis utilitas, tua sit: celabis homines, quid ijs adsit, & commoditatis, & copiæ? Respondebit Diogenes fortasse sic. Aliud celare, aliud est tacere. neque ego nunc te celo, si tibi non dico, quæ natura deorū sit, quis sit finis bonorum: quæ tibi plus prodessent cognita, quam tritici utilitas: sed non, quidquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. Immo uero, inquit, ille, necesse est: si quidā inter homines natura meministi cōiunctam societatem. Memini, inquit, ille: sed num ista societas talis est, ut nihil suum cuiusq; sit? quod si ita est, ne uendendum quidem quidquam est, sed donandum. Vides in hac tota disceptatione non illud dici: quamuis hoc turpe sit, tamen, quoniā expedit, faciā; sed ita expedire, ut turpe non sit: ex altera autem parte, ea re, quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædes uir bonus propter aliqua uitia, quæ ipse norit, ceteri ignorent: pestilentes sint, & habebantur salubres ignoretur, in omnibus cubilibus apparere serpentes; male materiatæ, ruinosæ: sed hoc præter dominum nemo sciat; quæro, si hoc emptoribus uenditor non dixerit, ædesque uendiderit pluris multo, quàm se uenditurum putarit, num id iustè, an improbè fecerit? ille uero, inquit, Antipater, improbè facit. quid enim est aliud, erranti uiam non monstrare, quòd Athenis execrationibus publicis sancitum est, si hoc non est, emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? plus etiam est, quàm uiam non monstrare, nam est, scientem in errore alterum inducere, Diogenes contra: Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est? ille, quod non placebat, proscripsit: tu, quòd placebat, emisti. ꝙ si, qui proscribunt uillā bonam (ut ipsi asserunt) benéque ædificatam, non existimātur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione: multo minus, qui domum non laudarunt. ubi enim iudicium emptoris est, ibi fraus uenditoris, quæ potest esse? sin autem dictum non omne præstandum est; quod dictum non est; id præstādum putas? quid uero cum stultius, quam uenditorem eius rei, quàm uendat, uitia narrare? quid autē tam absurdum, quam, si domini iussu ita præco prædicet, domū pestilentem uendo? Sic ergo in quibusdā causis dubijs, ex altera parte defenditur honestas; ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile uideatur, nó modo facere honestum sit, sed etiam, non facere, turpe. hæc est illa, quæ uidetur utilium fieri cum honestis sæpe dissensio.

PETR. MARS.

SEd incidunt, sæpe caussæ] Cic. id, quod supra proposuit animaduertendum, despiciendumq; docet, cū utilitas, cum honesta uideātur pugnare, pugnet nec ne, & sic innuit considerandas esse circunstantias temporum locorum personarum, ut plenè cognoscatur, quid ex officio sit, quid contra officium. [Planè] omnino. [Eius generis] Similes, & huiusmodi, cum quærimus an aliquid honestum sit, & deceat, an cōtra. Et ponit quæstionem sumptam ex dogmate Stoicorum, quorum alteri seueritatem eorum, qui sanēte ac purè hanc sectam pepererunt imitati sunt? alteri uero talem rigiditatem minimè secuti, & sanctitatem, aliter philosophati sunt, quamuis Stoicum dogma profiterentur. [Alexandria] Est urbs Aegyptij ad mare, Rhodos est insula etiamnum clara, & religiosa. [Sapientem] Perfectum, & qui scit iudicare, quid sit officium, qualem antiqui Stoici uolebant. Diogenes imitabatur recentiores Stoicos, qui non nihil à ueteribus dissentiebant. Antipater autem uerum Stoicum agebat, & partes priscorum tuebatur. [In huiusmodi caussis] Posset oriri addubitatio, an aliquid sit omnino turpe, & ideo affert indiciū Diogenis Stoici, & Antipatri eius discipuli. Quinque fuerunt Diogenes, auct. Laertio, primus Apolloniates Physicus, secundus Sicyonius, tertius Sinopeus, Cinicus cognominatus, quartus hic, de quo nunc agitur ex Seleucia, appellatus autem Babylonius ob uicinitatem, quintus Tarsensis, qui de quæstionibus poeticis scripsit. Antipater Tyrius fuit. [Quatenus] Inquātum [Iure ciuili constitutum sit] quo cauetur, ut uenditor dicat uitia rei, quam uendit, aliter reticentiæ pœna constituta erat. de hoc paulo post dicetur latius. [Sine insidijs] Fraude, & crimine. [Cetera] omnia alia posse celare citra crimen insidiarum. [Aduexi.] Hæc sunt uerba uenditoris. [Exposui] Ad uendendum. [Exoritur] opponitur rationi ipsius Diogenis ratio. [Antipatri] Qui uult bonum uirum lege naturæ iubente communi utilitati consulere debere, & ad hunc finem omnes actiones dirigere, quod si faciet nihil celabit, nihilque tacebit, quod ex usu aliorum sit, quibus consulere debet, idest prouidere, ideo Antipatri ratio laudabilior est, quoniam ad conseruationem humanæ societatis spectat. [Principia naturæ,] quæ uult, ut nihil putemus esse nobis utile, quod alijs noceat, aliter uiolabitur ius humanæ societatis. [Vicissim] Mutuo .i. debemus putare uolente natura communem utilitatem esse nostram, quod cū sit, nihil celatur, sed habet ratio honestatis, quæ ceteris rebus bono uiro debet esse antiquior. Et affert, quod Diog. respondere potuisset, & dicit aliud esse celare, aliud tacere. celare, si quidem est propriè dissimulando decipere, atque imposturam tacere. [Finis bonorum] Summum bonum, ad quod omnia referunt. [Plus prodessent] ad perfectionem, & ad bene beateque uiuendum. [Siquidem inter homines] uerba Antipatri .i. scis inter homines esse societatem naturalem. [Inquit, ille] Diogenes .s. [Vides in hac] uerba sunt Cic. sensus est, & ordo. In hac disceptatione non dicitur à Diog. venditor uendet id, quod, vult magno precio, quamuis talis venditio turpis sit, sed dicitur ita esse utile, ut turpitudinem non habeat, & hoc cū quantum ad Diog. qui dicit talem venditionem non esse turpem, quoniam non pluris quam ceteri suum vendit. [Ex altera parte] .i. ab Antipatro ostenditur id nō esse agēdum, quod sit turpe, & sic Cic. ex tali disceptatione præceptum elicit. [Ita expedire] Ita esse utile [Ea re] propter id, quia turpe est, nisi emptor nouerit ea, quæ uenditor. [Vendat ædes uir bonus] Ponit aliud exemplū, & disceptationem ex domo uenali. [Et habeantur] Putētur ab alijs esse salubres, cum sint pestilentes. [Male materiatæ] Compositæ ex mala materie, ut cemento, lignis, & tabulis tempore non opportuno cæsis, & sectis, & sic te redini corruptioniq; obnoxijs, malis lapidibus, male iactis fundamentis. ut ob id ædes casuræ sint. Materies propriè est, ex qua conficiuntur opera, & ædificia, ut lapides, ligna, & cetera id genus. Materia est, quæ suscipit formam animalem, ut materia corporis animā eius formam suscipientis. [Pluris multo] Maiore precio, quàm si ipsarūm ædium uitia dixisset. [Execrationibus] Detestationibus, quoniam

quoniam piaculum erat apud Athen. non monstrare viam erranti. carmen erat apud ipsos, quod in publicis cantabatur sacris, pronunciabaturque eos esse impios,& execrabiles,qui viã nõ monstrarent. [Sancitum]Firmatum,& constitutum,q.d.id quod de uia dicitur latius patet,& hoc peius est,quam nõ mõstrare viam.[Nam est]Ratio,quoniam sciens alium ducit in errorem,& fraudem, quod flagitiosum est. [Scientem] Hominẽ de industria, certo cõsilio,& malitia alium deducentem in fraudem. [Proscripsit] Vendere se uelle ostendit . nam proscribere aliquam rem est illam uenalem exponere , cum inscriptione , quemadmodum in tabula proscriptionis ponebantur nomina proscriptorum. Vnde dicit Plaut. in Trin. ædes uenales hasce inscribit literis. hoc etiam fit nostro tempore.scribitur enim in Janua,hæc domus est uenalis,aut locanda. proscribere,inquit, iuris peritus 14. digestorum , sic accipimus claris literis , ut de plano rectè legi possit ante tabernam .s. uel eum locum in quo p̄ negotiatio exercetur. Si inquit Diog. aliquis nullam pro scribens addat hæc uerba , bonam uillam , & cum ratione ædificatam, tamen re uera non sit,non decipit emptorem, qui p̄t considerare,& dispicere, an rectè sit ædificata. Ergo si uenditor nõ tenetur præstare id,quod dixit, multo minus , quod non dixit, Iura uolunt , ut uenditor non teneatur ad ea, de quibus emptor iudicare potest , sed quod est uitium latens , & illud reticuerit,præstare debet,& emptor potest cum iure cogere,vt aut restituta pecunia uenditor rem recipiat, aut tanti uendat quãti emptor emisset, si uitium illud sciuisset. iure igitur ciuili Diog.nititur. Antipater autem lege naturæ,& boni uiri decreto,& conscientia.facit.n. uir bonus id,quod ex usu aliorum sit, nec quærit exceptiones iuris,& legum diuerticula.[Ratione].i. non benè recteq; ædificatam,ut exposcit ratio ædificandi,& architectura . Villa .n, non rectè ædificata non solum commodo usui nocet,sed etiam p̄t esse ob id insalubris,si ianuæ, ualuæ,& fenestræ noxios uentos exciperent. Vnde in j.lib.de re.rust.Varro loquens de fundo pestilenti dicit, hæc uitia emendari solent domini scientia . Permagni interest uti bene positæ sint uillæ, quantæ sint,quo spectent porticibus, ostijs ac fenestris . An nõ ille Hippocrates medicus in magna pestilentia nõ vnum agrũ, sed multa oppida scientia seruauit? Et idem Varro dicit se cum esset Corcyræ , & exercitus classis , & omnes domus repletæ essent ægrotis, & funeribus,immisso nouis fenestris aquilone, & obstructis pestilentibus, ianuaq; permutata , ceteraq; eius generis diligentia comites suos ac familiam incolumes reduxisse. [quo loc.] qua ratione uilla ædificari debeat , docet idem Varro, & Col. [Iudicium empt.] quoniam omnia illa,quæ p̄t emptor iudicare,non tenetur præstare uenditor,ut dictum est, & infert aliud,quod ex supradictis sequitur.[Sinaũt dictum nõ omne] Si inquit,dictum est non debet uenditor omnia præstare,quæ dixit laudando rem uenalem,multominus id,quod nõ dixit. exempli gratia,dicit vẽditor vendo bonã domũ , equum, & similia,non tenetur ad hæc prestanda etiam si mala sint,si de ipsorum vitio potuit emptor iudicare. Dictum,inquit Vlp. accipimus, quod uerbo tenus pronunciatum est nudoq; sermone finitur.[Absurdum]Minimè consentaneum prudentię venditoris.[Prædicet]Palam dicat,& clamet.præco.n.rebus uẽdendis adhibebatur. unde Mart. Vẽderet excultos colles cũ præco facetus.[Sic ergo]Docet Cic.ex his quæ dicta sunt,in quibusdã dubijs causis ex altera parte honestatẽ defendi,vt faciebat Antipater, ex altera, ut à Diogene ita dici de utilitate , ut si illa relinquatur,turpitudini ascribendum sit,quoniã dicebat Diogenes,nihil esse stultius quã venditorẽ narrare vitia.i.defectus rei, quam uendit.

FRAN. MAT. S E D incidunt,vt &c.]Dixit peccare uehementer illum,cuius animus dubitat præponere ne debeat honestati,quod utile uideatur. Sed quia accidere p̄t,ut aliquid uideatur utile,& minimè ab honesto remotum,concedi dicit,tãdiu deliberare,quã diu cognitum fuerit ,non esse , aut esse in ea utilitate turpitudinem,sed ubi turpitudo inesse cognita fuerit,omnis consultatio subito amoueri debet. ponit autem exemplum cuiusmodi sit aliquid utile,in quo quæri possit:Sit ne cum eo utilitas coniuncta an contra forte ita accidere posset,vt Rhodi magna esset annonæ penuria,Alexandriæ uero copia permagna . Mercator quidam uir haud improbus frumento nauem onerat,ut Rhodum cõuehat. Idem faciũt,& alij mercatores. Sed,ipse prior soluit,& Rhodũ applicat,nesciũt Rhodij paulo post magnam frumenti copiam affuturam,& iccirco carius ab illo vno mercatore emunt, qui uir bonus cum sciat naues alias paulo post affuturas frumento onustas,quæritur , reticere ne debeat an patefacere. Quod dubitari p̄t,& quæri an quid utile sit ille videlicet reticere, sit ne etiam honestum. Diuersæ fuerunt opiniones,& contrariæ duorum philosophorum,quos ueluti inter se disputantes Cic. inducit. [Incidunt.] De manifesta turpitudine dubitandum non est , quin sit penitus respuenda . de qua etiam cogitas scelus est,sed cum utilitas cum honestate iuncta esse videtur dubitari p̄t.[An possit]An id , quod est honestum,possit cum vtilitate coniungi.[Alexandria]quæ est principalis Aegypti ciuitas ab Alexandro ædificata. [Numerum]Quantitatem. [Idem] Mercator uir bonus.qui frumentum adduxit dicturus &c. antequam frumentum Rhodiis uendat. [Sapientem &c.] Nõ querimus,inquit, quid uulgus faceret.Nã dubium non est vulgus sequi vtilitatẽ;sed quærimus,quid vir bonus,& sapiẽs in tali re facturus sit. [Sed dubitet] Sit ne huic utilitati honestas coniuncta an contra. [Diogen. Bab.] Fuit hic philosophus stoicus ex Seleucia, sed Babilonius est appellatus ob uicinitatem . auctore Laert. [Antipatro.] Opinio Antipatri fuit , ut mercator ille uir bonus patefaceret Rhodijs plures naues frumẽto onustas affuturas. emptor,& vẽditor noĩa sunt ad aliqd. Nõ potest esse emptor,q̃n sit vẽditor, ob' eã rẽ, quidquid nouit emptor,nosse debet,& uẽditor . nouit hic uẽditor magnã uim frumẽti affuturã,id & emptores Rhodij scire debuerũt.[Diogeni]Is ius ciu.sequitur.vult.n.aliam esse rationẽ philosophi,aliã corũ,q̃ in rep. æquo iure uiuunt.[Nã.iu.ci.cauetur,vt si aliqd uẽdatur,& vitiũ rei nõ aperiatur,vẽditio illa irrita sit,& redhibitio fiat,vitia tñ nõ omnia sunt a pienda p̄ter ea, quę emptor cognoscere potest nisi stultus fuerit , ut uerbi causa , si uendam equum cæcum, uitium illud iudicare non teneor, quoniã emptor ipse plane cognoscere potest .] Quantus] quousque, in quantum,quia uitia quæ emptor nulla ratione cognoscere potest uẽditor aperire debet,reliqua uero quæ cognosci possunt, facere potest. [Cetera] quæ legib. excepta non sunt,& quoniã scilicet uidetur Diogeni. Aduexi, uerba sunt quibus uenditor frumenti uti potuisset, aduexi .s. frumentum, ergo præmium pro labore posco, & pro periculo. [Exposui ; [Vt uenderem . [Meum] Frumẽtum. [Pluris Precij.s. Fortasse etiam minoris.] s.quam emptum fuerit,ubi lucrum & damnum simul esse possunt,[tunc lucrum illud iustum est. Qui Alexandria uelut frumentum exponit se periculo. Magna item erat inopia cũ portu nauem soluit . Quid si interim mercatores aliunde uenissent minoris quam emi, uendidissem, ergo periculum fuit cũ damno. [Exoritur &c.] Validior est Antipatri argumentatio. Diogenis enim à iure ciuili sumitur, huius uero à iure naturali . Naturalis ratio id postulat,ut communi hominum consulamus utilitati . Nec potest haberi bonus uir, & legem naturæ seruare , qui tacet quod aperiendum est . Nam ab officio boni uiri penitus discedit , si quod sæpe dictam est, sic ut natura,ita etiam iudicio homines nihil humani à se alienum putarent, nihil contra humanam fieret societatem,& nulli inferretur iniuria[Humanę societati; Prima societas est omnium hominũ inter se, de qua nunc loquitur. [Principia naturę] Communẽ uidelicet intelligentiam . [Vt utilitas &c.] Vt nihil tibi utile sit, & quod sit utile ceteris,id tibi etiam utile ducas.[Aliud est celare &c.]Fateor,inquit,celare utile esse sine honestate.[Aliud celare, aliud est tacere] Non enim si taceo celo . Si non dixero finem bonorum & malorum , quæ sit natura cęli &c. quæ occulta sunt uulgo, nunquid te celo, minime. Et tamen hæc tibi utiliora essent quam aperire uim magnam frumenti affuturam,& est argumentum à minori ad maius . Si licet tacere ea quæ maiorem utilitatem afferunt, licet etiam tacere quæ minorem. Maior propositio nota est,& à nullo negabitur,minor impugnari posset, quam confirmat . Maior utilitas est scire q.s. finis malorum &c. quia nullum uitium committo, ergo tacere ea quæ minora sunt, nullum erit uitiũ.[Quod tibi utile &c. Nimis magnum &difficilem laborem susciperet , qui omnia homini dicere uellet,quæ ei essent utilia , & ideo recte refert. [Si quidem meministi] Respondit Antipater,nunquid oblitus es quod naturalis ratio præscribit uidelicet coniunctos esse homines naturali societate? ut nihil proprium uelimus,quod nõ aliis communicemus. Nam quibus data est ratio, iisdem data est & recta ratio, quæ est lex prohibendi,& imperandi. hac ratione ita inter se homines coniuncti sunt, ut nihil sit cuiusquã proprium, quod non sit aliis commune . [Memini] Videlicet

Quæ sit prima hominũ societas. Maior quis sit finis malorum & bonorum.

esse

esse societatem naturalem. Sed dic mihi nunquid ista societas qua homines inter se coniuncti sunt eiusmodi est, vt nemo aliquid proprium possidere possit, quod si ita est &c. Argumẽtum est à consequenti absurdo. Si nihil suum cuiusque, sequitur hoc surdum, ut donandum sit. Ex quo probat aliquid suũ cuiusque esse, & utitur dilemmate. & ut, inquit, aliquid proprium cuiusque est, aut non est utrum complexus fueris negari potest. Si aliquid suum cuiusque esse negaris, sequitur, quod nihil uendere licet, sed donare. Nam si omnia sunt mihi cum alijs communia, sequitur nihil uendi posse. Contra si aliquid cuiusque proprium est aliquid vẽdi potest. [Vides in hac tota] Ex hac disputatione infert Cic. quod uterq; philosophus nihil uult utile esse, quod idem honestum non sit. Nec ab eo discedit, quod ueluti fundamentum huius propositionis dispẽsauit, nihil esse vtile, quod idem honestum non sit. [Non illud dici] Vterque.n. illud respuendum fatetur, quod utile uidetur, si honestum non sit. [Ex altera autem] Ex Diogenis sententia disputatur, & colligitur non esse turpe, & icirco utile uideri. ex Antipatri uero ea re, quod turpe sit non esse faciendum. Antipater dicit non esse reticẽdum, quia sit turpe reticere. Diogenes uero uult reticeri posse. quia non sit turpe. & hoc modo eũdem uterque finem respicit. [Vendat ædes] Aliud exemplũ est. Si quis ædes uendiderit uitiosas, quarũ uitia nullus norit præter ipsum dominum uenditorem, quæritur nunquid uitia tacere debeat, quo pluris, & facilius ædes uendat, an potius indicare. [Pestilentes] Non salubres, est nonnullarum ædium quædam infelicitas. Nam eas incolentibus morbos inducunt. [Habeantur.] Omnes existimant eas salubres esse. [Male materiatæ] Hoc est mala materia constructæ, uidelicet calce resolubili, lapide fragili, lignis putridis, & non sua luna cæsis. [Ruinosæ] Vnum ex reliquis sequitur. Nam si male materiatæ sunt, ruinosæ sunt. [Ille uero] Sententia Antipatri, improbè facere, qui hoc faciat. [Quid.n. est aliud, erranti uiam non monstrare [q a hoc plus est uiam erranti non ostẽdere, quã uitia emptori nõ aperire, & pati ipsum ruere in uitia, quam uisum hoc sit uitiosum non ostendere uiam erranti, ex hoc comprehenditur, qđ publicis execrationibus punitur apud Athen. & probat Antipater hoc modo, quorum criminum eadem est pœna, eadem quoque crimina sunt æqualia, sed sacrilegi, & eius qui erranti uiam non monstrauit, apud Athen pœna est eadem, ergo non monstrare uiam erranti, & sacrilegium committere, idẽ est scelus, sed execrationibus publicis punitur, qui non monstrauerit uiam erranti Athenis, sicut execrationib. puniuntur sacrilegi, ergo &c. Vides maiores nostros uidisse naturæ legem cum tã detestabile Athen. fuerit non monstrare uiam erranti, ut eadẽ pœna puniretur qua puniuntur sacrilegi. Execrationib. pub.] Athenis erant olympiadæ sacerdotes Iouis olympici. ij publicè execrabantur eos quos res pub. ob aliquod scelus execrandos duceret, ut sacrilegos. legimus Alcib. in eius uita, quod domi suæ mysteria frequentaret, & quæ occulta esse debebant, sacrilegii fuisse damnatum, & publicè execratum. Deinde reuocatum in patriam resacratũ fuisse, & apud Plut. discere licet execrationis illius ritum. [Hoc] De quo loquor, imò est plus, quia plus patitur detrimenti emptor quam uiator, qui non mõstrauerit uiam erranti. nocet illi quidem. Sed is multo plus, qui uitia non indicauerit emptori. damno.n. sæpe afficit, quam maximo. [Scientem] Eum qui scit uitia rei quam uendit. [Diogen. contra] Rationib. Antipatri Diog. occurrit. [Ille, qui] qui uendidit ædes morbosas &c. [Proscripsit.] Venale proposuit. Nam proscribere est in publico aliquid proponere, unde proscripti dicebantur, quorum nomina in publico proponebãtur, vt omnibus liceret eos impunè occidere. Quod si, qui proscribũt &c.] Argumentum est à minori ad maius. Si quis profitetur se uillã bonam uendere, & dicat, hanc uillam proscribo bene ædificatã ac instructam, & aliquis emit eam, ac ruinosam reperit, nunquid non cogitur ille redhibere uillam? non cogitur, si licet uẽditori laudare rem suam supra ueritatem quanto mag. licet uendere, si nihil de re dicit. Nihil ille laudauit. Sed tantummodo uenales ædes exposuit. [quod si] Si qui laudant non laudanda cum proscribunt, ut uendant non fefellisse creduntur, multo illi minus fallere putandi sunt, qui nihil omnino laudant, nihil dicunt. [Vbi.n. iudic, &c.] Nam cum liberum est emptori iudicare de re quam emere uelit, dici non potest à uenditore falli, propono, inquit uenditor, tibi rem meam uenalem, uideto num tibi placet. Si bonam censes, accipito. Si contra, relinquito. [Sin autem dictum &c.] Non omne, quod dixeris præstare debes, ergo quod non dixeris multo minus. Sæpe accidit, idq; iure ciuili cautum est, ut omnia, quæ dicimus, & permittimus præstare non debeamus, & vt lib. j. ait, potest accidere, ꝓmissum aliquid, & conuentum esse tale, ut effici sit inutile, uel ei cui promissum sit, uel ei qui promiserit. Item si plus tibi noceat, quam ei cui promiseris, standum promissis non est. exemplum ipse ponit Cic. eodem lib. [Domini iussu] Rem ante oculos ponit, ut rationem suam euidentius confirmet. [Sic er. &c.] Nũc concludit eiusmodi res incidere posse, ut disputetur nunquid id, quod utile esse uideatur, sit etiam honestum. Ita quidem disputatur in superioribus quæstionibus, ut fateri uitium nõ uideatur honestum, sed etiam ipsum non fateri uideatur turpe esse. [Ex altera parte] Ex utraque parte ita disputatur hoc loco, Antipater disputat cælare uitia mancipii non esse honestum. Est autem mancipium non solum seruus, sed quidquid manu capi potest. Vnde mancipari hoc est, quod meum est in alium transferri. Contra Diogenes cælare hæc omnia emptori sic dicit esse honestum, ut non si cælaueris turpe sit. [Non modo facere] Videlicet non celare, sicuti uolebat Diog.

SED incidunt, ut supra dixi, sæpe causæ, cum.i in quibus repugnare utilitas honestati uideatur, ut animaduertendũ sit .i. considerare oporteat, ne.i. an sup. illud utile repugnet plane cum honestate, an possit coniungi cum honestate. Eius.i. eiusmodi generis sunt hæ quæstiones, si exempli gratia uir bonus profectus ab Alexandria Rhodum aduexerit magnum numerum frumenti inopia Rhodiorum, & fame, & summa caritate annonæ, si idem sciat complures mercatores soluisse .s. naues ab Alexandria, & viderit naues onustas frumento petentes Rhodũ in cursu i. in nauigatione, ne.i. an sit dicturus Rhodijs, id.s. complures naues aduentare, an uenditurus est sup. suum frumentum, quàm plurimum.i. ualde care, nos fingimus.i. pręsupponimus eum uirum sapientem, & bonum, & quęrimus de liberatione, & consultatione eius, qui non sit celaturus Rhodios, si iudicet id turpe, sed dubitent an sit non turpe. Aliud solet uideri in his causis Diogeni Babylonio Stoico magno, & graui, aliud solet uideri Antipatro discipulo eius homini acutissimo. Antipatro sup. uidentur omnia patefacienda, ut ne quid omnino emptor ignoret, deinde uenditor norit.i. nouerit Diogeni sup. uidetur, uenditorem oportere dicere uitia eatenus sup. quatenus constitutum sit à iu. ciu. & agere cetera sine insidijs, & quoniam uendat sup. dicere uelle uendere, quàm optimè, idest carissime dicendo, scilicet aduexi sup. has merces ex alienis oris, exposui sup. precium earum, ego uẽdo meũ non pluris, quam ceteri, & fortasse etiam minoris, idest minori precio, cum maior est co ıa, cui sit iniuria? quasi dicat nulli. Ratio Antip. dicentis omnia esse reuelanda, exoritur ex altera parte. Dicit enim sic; Quid agis tute, idest tu ipse cum debeas consulere hominibus, & seruire societati humanæ, & cum sis natus ea lege, ut habeas ea principia naturæ, quibus debeas parere, & quæ debeas sequi semper. Vt tua utilitas sit communis utilitas .i. redundet in communem utilitatem, & ut ea utilitas communis sit uicissim.i. econuerso tua, celabis tum homines, quod utilitas, & copiæ adsit, idest proponatur, aut aduehatur uenale his, quasi dicat non decęt te id facere. Diogenes respondebit fortasse sic, aliud est celare, i. occultare, aliud tacere, neq; ego nũc te si nõ dico tibi, quę sit nat. deor & quis finis bonorũ, quę bona cognita.i. si cognoscerentur, prodessent tibi plusquã vtilitas tritici. Sed nõ est mihi necesse dicere id tibi, quidquid utile est tibi audire. Ille.s. Antipater, inquit, imò uero necesse est quidem.i. certè si meministi societatem esse coniunctam natura.i. per naturam inter homines. Ille .i. Diog. inquit, ego memini sup. societatem esse, sed num.i. nũquid ista societas est talis, ut nihil sit cuique suum.i. propriũ, quod si est ita, nec uendendum quidem est quidquam, sed donandum. Vides (inquit Cic.) in hac tota disputatione non illud dici, quamuis hoc sit turpe, tamen ego faciam, quoniam expedit, idest vtile est, & expediens pro tempore. Sed ita expedire ut non sit turpe. autem, pro sed, tu uides sup. ex altera parte non esse faciendum ea re.i. ea de causa, quia sit turpe. Vendat, scilicet ponamus, quod uir bonus uendat ædes .i. domum suã propter aliqua uitia, quæ uitia ipse uenditor norit, & ceteri .s. emptores ignorent, ut pote si sint pestilentes, & habeantur i. reputentur salubres, & ignorentur serpentes apparere in omnibus cubilibus, & sint ipsę ędes male materiatę i. ex fragili mate-

ria

Pœna eorum qui erranti non mõstrãt viã.

ASC.

ria factæ,& ruinoſæ.i. ad ruinam tendentes,ſed nemo ſciat hec
præter dominum .i. nunquid ipſe dominus fecerit id iuſtè an
improbè.i. quæro ſi uenditor non dixerit hoc emptoribus, &
uenditurum,ædes multo pluris, quam putarit.i. putauerit ſe
uenditurum num.i.nunquid id iuſtè,an improbè. Antipater,
inquit,uero.i.certè, & pro uero ille facit improbè. Quid eſt.n.
aliud non monſtrare uiam erranti? quod.ſ. non monſtrare uiã
ſancitum eſt.i.firmatum, & conſtitutum Athenis publicis exe-
crationibus,ſi non eſt hoc.ſ. pati emptorem ruere, & incurrere
per errorem.i.ignorationem in fraudem.i.rerum minutionem
maximam,imò dicit plus etiam eſt,quam non monſtrare uiã.
Nam eſt ſcientem.i.eum qui ſciens,& ex compoſito facit indu
cere alterum in errorem. Diog.econtra.i. econtrario ſup. dice-
bat,num.i.nũquid coegit emere, qui ne hortatus quidem eſt?
q.d.minimè.Ille.ſ.uenditor proſcripſit.i.venale inſcripſit.quod
non placebat,tu emiſti,quod placebat. Quod ſi illi,qui proſcri-
bunt.i.uenalem indicant uillam.i.domum in agro, bonam &
bene ædificatam non exiſtimantur(à iure.ſ. eo, quod quilibet
eam inſpicere poteſt)feſelliſſe.i.fraudem feciſſe. Etiam ſi nec
bona eſt, nec ædificata ratione.i.decẽter,ut ratio exigatur.Igi-
tur ſi illi non exiſtimantur feſelliſſe, multominus feſellerunt
ſup.qui non laudarunt.i.laudauerunt. Quæ.n. fraus uẽditoris
poteſt eſſe ibi,ubi eſt iudiciũ emptoris.q.d. nulla. Sinautem.i.
ſed ſi non omne dictum in contractu.ſ.eſt præſtandum.i. exhi-
bendum in facto putat tum præſtandum ſup. eſſe quod nõ eſt
dictum. Vero,pro ſed,quid ſtultius eſt, quã uenditorẽ narrare
uitia eius rei quam uendat? Quid autem tam abſurdũm, quã
ſi præco prædicet.i.uenalem publicet iuſſu domini.i. poſſeſſo-
ris domum; ſic ego uendo domum peſtilentem? q.d. nihil. Si
ergo honeſtas defenditur.i.protegitur in quibuſdam cauſis du
bijs ex altera parte, & ſi dicitur ex altera parte de utilitate ita
ut id,quod uideatur utile,ſit non modo honeſtum tacere, ſed
etiam turpe non facere,hæc eſt illa diſſenſio utilium.

ARGVMENTVM.

Superiori altercationi philoſophorum ſuam interponit ſententiam,
omnino uiro bono,neque ſimulandum eſſe quidquam, neque diſſimula
dum ſui commodi cauſa, etiam ſi mos legesq́; ciuiles quædam reticeri
non uetent.

QVæ diiudicãda ſunt. non enim, vt quære-
remus,expoſuimus,ſed vt explicaremus.
non igitur uidetur nec frumentarius ille
Rhodius, nec hic ædium uenditor celare
emptores debuiſſe.neq; enim id eſt celare, quidquid
reticeas:ſed cum, quod tu ſcias id ignorare emolumẽ
ti tui cauſſa velis eos, quorum interſit id ſcire. hoc
autem celandi genus quale ſit,& cuius hominis,quis
non uidet?certa non aperti,non ſimplicis eſt,non in-
genui, non iuſti,non uiri boni;uerſuti potius,obſcu-
ri,aſtuti,fallacis,malitioſi,callidi,ueteratoris,uafri.&
tot,& alia plura nonne inutile eſt uitiorum ſubire no
mine?quòd ſi uituperandi ſunt;qui reticuerunt: quid
de ijs exiſtimandum eſt,qui orationis uanitatẽ adhi-
buerunt?C.Canius eques R.homo nec infacetus,& ſa
tis litteratus,cum ſe Syracuſas ociandi cauſſa,non ne-
gociandi(ut ipſe dicere ſolebat)cõtuliſſet, dictitabat
ſe hortulos aliquos uelle emere; quo inuitate ami-
cos, & vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet.
quod cum percrebuiſſet, Pythius ei quidam,qui argẽ
tariam faceret Syracuſis,dixit,uenales quidem ſe hor
tos non habere,ſed licere uti Canio,ſi uellet,ut ſuis:&
ſimul ad cenam inuitauit in poſterum diem, cum ille
promiſiſſet tum Pythius,ut argẽtarius,qui eſſet apud
omnes ordines gratioſus,piſcatores ad ſe conuocauit,
& ab his petiuit,ut ante ſuos hortulos poſtero die pi-
ſcarentur;dixitq́;,quid eos facere vellet.Ad cenã tem-
pore uenit Canius,opiparẽ paratum erat conuiuium.
cymbarum ante oculos multitudo,pro ſe quiſque, ꝙ
ceperat,afferebat.ante pedes Pythij piſces abijciebãn
tur.tum Canius,quæſo,inquit,quid eſt ò Pythi, tantũ
ne piſcium?tantum ne cymbarum? & ille, quid mirũ?
inquit:hoc loco eſt,Syracuſis quidquid eſt piſciũ: hic
aquatio:hac uilla iſti carere non poſſunt.incenſus Ca
nius cupiditate,contendit à Pythio, ut uenderet. gra-
uatè ille primo.quid multa?impetrat: emit homo cu-
pidus,& locuples tanti,quanti Pythius voluit,& emit
inſtructos:nomina facit:negociũ conficit. inuitat Ca
nius poſtero die familiares ſuos: uenit ipſe maturè:
ſcalmum nullum uidet:quærit ex proximo uicino, nũ
feriæ quædam piſcatorum eſſent,quòd eos nullos ui-
deret.nullæ,quod ſciam,inquit,ille:ſed hic piſcari nul
li ſolent: itaq; heri mirabar quid accidiſſet.ſtomacha-
ri Canius:ſed quid faceret?nondum.n Aquilius,colle
ga,& familiaris meus,protulerat de dolo malo formu
las.in quibus ipſis, cum ex eo quæreretur, quid eſſet
dolus malus; reſpondebat,cum eſſet aliud ſimulatũ,
aliud actum. hoc quidem ſanè luculenter,ut ab homi
ne perito definiendi.ergo,& Pythius, & omnes aliud
agentes,aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi
ſunt.nullum igitur factum eorum poteſt vtile eſſe, cũ
ſit tot uitijs inquinatũ. quòd ſi Aquilliana definitio
uera eſt,ex omni uita ſimulatio,diſſimulatioq́; tollẽ-
da eſt.ita nec,ut emat melius,nec,vt vendat, quidquã
ſimulabit,aut diſſimulabit vir bonus.atque iſte dolus
malus etiam legibus erat uindicatus;ut tutela xij. ta-
bulis,& circunſcriptio adoleſcentium lege Plectoria,
&,ſine lege, iudicijs,in quibus, EX FIDE BONA,
additur. reliquorum autem iudiciorũ hæc uerba ma-
ximè excellunt,in arbitrio rei uxoriæ. MELIVS AE-
QVIVS: in fiducia, VT INTER BONOS BENE
AGIER: quid ergo? aut in eo, quòd melius,æquius
eſt, poteſt ulla pars ineſſe fraudis:aut, cum dicitur,in-
ter bonos bene agier,quidquàm agi doloſè, aut ma-
litioſè poteſt?dolus autem malus ſimulatione,& diſſi
mulatione,ut ait Aquillius,continetur. tollẽdum eſt,
igitur in rebus contrahendis omne mendacium,non
licitatorem uenditor,nec,qui,contra ſe liceatur, em-
ptor opponet:uterque,ſi ad eloquendum uenerit, nõ
plus,quàm ſemel,eloquetur.Q quidem Scæuola,P.fi-
lius,cũ poſtulaſſet,ut ſibi fundus, cuius emptor erat,
ſemel indicaretur,idq́; uẽditor ita feciſſet,dixit ſe plu-
ris æſtimare,addidit centum millia nemo eſt,qui hoc
uiri boni fuiſſe neget:ſapientis negant, vt ſi minoris,
qui potuiſſet,uendidiſſet.hæc igitur eſt illa pernicies;
quòd alios bonos, alios ſapientes exiſtimant, ex quo
Ennius; Nequidquam ſapere ſapientem, qui ipſi ſibi
prodeſſe nequiret. uerè id quidem,ſi quid eſſet,prodeſ
ſe,mihi cum Ennio conueniret. Hecatonem quidem
Rhodium,diſcipulũ Panætii,uideo in his libris, quos
de officijs ſcripſit Q.Tuberoni,dicere, ſapientis eſſe,
nihil contra mores,leges,inſtituta facientem, habere
rationem rei familiaris. neque enim ſolum nobis di-
uites eſſe uolumus,ſed liberis,propinquis,amicis,ma-
ximèq; reip.ſingulorum.n facultates,& copiæ,diuitiæ
ſunt ciuitatis. huic Scæuolæ factum,de quo paulo an
te dixi placere nullo modo poteſt. etenim omnino ſe
negat facturum compendij ſui cauſſa, ꝙ non liceat,

huic nec laus magna tribuenda est. nec gratia, sed siue,& simulatio, & dissimulatio dolus malus est; per paucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non uersetur: siue uir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini; rectè iustum uirum bonum non facilè reperiemus. nũquàm igitur est vtile peccare, quia semper est turpe, & quia semper est honestum, uirum bonum esse, semper est utile. Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, vt in his uendẽdis uitia etiam dicerentur, quæ nota essent uenditori. nam, cum ex duodecim tabulis satis esset cautum, ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à iureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. quidquid.n. est in prædio uitij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. vt, cum in arce augurium augures acturi essent, iussissentq; T. Claudiũ Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri eas, quorum altitudo officeret auspicijs: Claudius proscripsit, insulam, uendidit: emit P. Calpurnius Lanarius. huic ab auguribus illud idem denunciatum est. itaque Calpurnius, cum demolitus esset, cognouissetq; Claudium ædes postea proscripsisse, quã esset ab auguribus demoliri iussus, ad arbitrium illum adegit: QVID sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. M. Cato sententiam dixit, huius Catonis pater. ut.n. ceteri, ex patribus, sic hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. is igitur iudex ita pronunciauit, cum in uenundando rem eam scisset, & non pronunciauisset, emptori damnum præstari oportere. igitur ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori vitium, quod nosset uenditor, quòd si rectè iudicauit; non rectè frumentarius ille, non rectè ædium pestilentium uenditor tacuit. sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt; quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus propinquus noster, C. Sergio Oratæ uendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat, hæ Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianũ defendebat Antonius. ius Crassus urgebat; quod uitium uenditor non dixisset sciẽs, id oportere præstari: æquitatem Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes uendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset neret quorsum hæc? vt illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus. sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. leges, quatenus manutere res possunt philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter. Sunt ne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? ipsæ.n. ferè nullo insequente sæpe incidunt. sic, tu cum ædes ꝓscribas, tabula tanquam plagam ponas, domum propter uitia uendas, in eam aliquis incurrat imprudens: hoc quàmquàm uideo propter deprauationem consuetudinis, neque more turpe haberi; neque aut lege sanciri, aut iure ciuili naturæ tamẽ lege sancitum est. societas.n. est (quod & si sæpe dictum est, dicendũ tamen est sæpius) latissimè quidem, quæ pateat, hominũ

inter homines; interior eorum, qui eiusdẽ gentis sunt: proprior eorum, qui eiusdem ciuitatis. itaq; maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile esse uoluerunt. q̄ .n. ciuile, non idem continuo gentium; quòd autẽ gentium, idem ciuile esse debet, sed nos ueri iuris, germanæque iustitiæ solidam, & expressam effigiẽ nullam tenemus: vmbra, & imaginibus utimur: easq; ipsas vtinam sequeremur. feruntur.n. ex optimis naturæ principijs, & ueritatis exemplis. nam quanti uerba illa? VTI NE PROPTER TE, FIDEM VE TVAM CAPTVS, FRAVDATVSVE SIM. q̄ illa aurea? VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE. sed qui sint boni, & quid sit bene agier, magna quæstio est. Q. Scæuola Põt. Max. summã uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur, ex fide bona: fideique bonæ nomen existimabat manere latissimè, idque uersari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis: quibus uitæ societas continetur: in his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in plerisq; essent iudicia contraria, quid quenq; cuiq; præstare oporteret. Quo circa astutiæ tollendæ sunt, eaq; malitia, quæ uult illa quidem uideri se esse prudẽtiam, sed abest ab ea, distatq; plurimum. prudentia est.n. locata in delectu bonorũ, & malorum; malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis anteponit. Nec uero in prædijs solũ ius ciuile ductum à natura malitiam, fraudemq; uindicat: sed & in mancipiorum uẽditione, uenditorum fraus omnis excluditur. qui.n. scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto ædilium. hæredũ alia causa est. Ex quo intelligitur, quoniã iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitiam. nec ulla pernicies uitæ maior inueniri potest, quàm in malitia simulatio intelligentiæ, ex quo illa innumerabilia nascuntur: vt vtilia cum honestis pugnare uideantur. quotus.n. quisque reperietur, qui, impunitate, & ignoratione omniũ proposita, abstinere possis iniuria? periclitemur, si placet, in ijs quidem exẽplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. neq;.n. de sicarijs, ueneficis, testarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est; qui non verbis sunt, & disputatione philosophorum, sed uinculis, & carcere castigãdi: sed hæc consideremus, quæ faciunt ij, qui habentur boni. L. Minutij Basilij, locupletis hominis, falsum testamẽtum quidam è Græcia Romam attulerunt, q̄ quo facilius obtinerent, scripserunt hæredes secum M. Crassum, & Q. Hortensium, homines eiusdem ciuitatis potentissimos. qui, cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscij culpæ alieni facinoris munusculum non repudiauerũt. quid ergo? satin' hoc est, ut non deliquisse uideantur? Mihi quidem nõ uidetur. quàmquàm alterum amaui uiuum, alterum non odi mortuum. sed cum Basilius M. Satyrium sororis filium, nomen suum ferè uoluisset, eumq; fecisset hæredem. hunc dico patronum agri Piceni, & Sabini: (ò turpem notam temporum illorum) nõ erat æquũ principes ciuitatis rem habere, ad Satyrium nihil præter nomen peruenire. etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis, cum potest, iniustè

facit

facit ut in primo libro disserui; qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adiuuat iniuriam? mihi quidem etiam ueræ hæreditates non honestæ uidentur, si sint malitiosis blanditijs officiorum, non ueritate, sed simulatione quæsitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum uideri solet: falso: nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regula. qui hoc non præuiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. sic enim cogitant: est istud quidẽ honestum, uerum hoc expedit; res à natura copulatas audebit errore diuellere: qui fons est fraudum, maleficiorum, scelerum omnium. itaque si uir bonus habeat hanc uim, ut, si digitis concrepuerit, posit in locupletium testã nomen eius irrepere, hac ui non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem vnquàm suspicaturum. at si dares hanc uim M. Crasso, ut digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui re uera non esset hæres; in foro, mihi crede, saltaret, homo autem iustus, & is, quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quòd in se transferat, detrahet. hoc qui admiratur is se, qui sit uir bonus, nescire fatetur. At uero, si quis voluerit animi sui cõplicatam notionem euoluere, iam se ipsum doceat, cũ virum bonum esse, qui prosit quibus posit, noceat nemini, nisi lacessitus iniuria. quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat? nõ ergo faciat, dixerit quis, quod utile sit, quodque expediat? imo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, ꝙ sit iniustum. hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit. Fimbriam cõsularem, audiebam de patre nostro puer, iudicem M. Lutatio Pythiæ fuisse, equiti R. sanè honesto, cum is sponsionem fecisset, NI bonus uir esset: itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquàm iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicasset, aut statuisse uideretur uirum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officijs, & laudibus contineretur. huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam nõ modo Socrates, nouerat, nullo modo uideri potest quidquàm esse utile, qđ non honestum sit. Itaque talis uir non modo facere, sed nec cogitare quidem quidquam audebit, quòd non audeat prædicare. hæc non ne est turpe dubitare philosophus, quæ ne rustici quidem dubitent? à quibus natum est id, quod iam tritum est vetustate prouerbium. cum. n. fidem alicuius, bonitatemq; laudãt, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. hoc quam habet uim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possit nullo refellente obtineret? uides ne igitur hoc prouerbio, neque Gygi illi posse ueniam dari, neque huic quem paulo ante fingebam digitorum percussione hæreditates omnium posse ad sese conuertere? at. n. quod turpe est, id quamuis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est, id utile, ut sit, effici non potest, aduersante etiam, & repugnante natura. At. n. cũ permagna præmia sunt, est caussa peccãdi. C. Marius, cum à spe Consulatus longè abesset, & septimũ annũ post præturam iaceret, neque petiturus vnquàm Consulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum, & ciuem, cum ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud populũ R. criminatus est, bellum illud producere; si se consulem fecissent, breui tempore aut viuum, aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi R. redacturum. itaque factus est ille quidem consul, sed à fide, iustitiaq; discessit, qui optimum, & grauissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in inuidiam falso crimine adduxerit. ne noster quidem Gratidianus officio boni uiri functus est tamen, cum prætor esset, collegiumque prætoriũ trib. pleb. adhibuissent, ut res numaria de cõmuni sententia constitueretur. iactabatur. n. temporibus illis numus, sic, vt nemo posset scire, quid haberet. conscripserunt communiter edictum cum pœna, atque iudicio, constitueruntq;, ut omnes simul in Rostra post meridiem descenderent. & ceteri quidem alius alio: Marius à subsellijs in Rostra recta: idq;, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. & ea res (si quæris) ei magno honori fuit: omnibus uicis statuæ factæ sunt: ad eas thus, & cerei. q̃d multa? nemo unquã multitudini fuit carior. hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnũquam, cum id, in quo violatur æquitas, non est ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur: vt Mario, præripere collegis, & trib. pl. popularem gratiam, non ita turpe, consulem ob eam rem fieri, quod sibi tũc propo-suerat, valde vtile videbatur. sed omniũ vna regula est; quam cupio tibi esse notissimam, aut illud, quod vtile videtur, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse vtile. quid igitur? possumus ne aut illum Marium virũ bonum iudicare, aut hunc? Explica, atq; excute intelligentiam tuam, vt videas, quæ sit in eo species, forma, & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? nihil profecto minus est ergo ulla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni, & splendorem, & nomen amittas? Quid est, quod afferre tantũ vtilitas ista, quæ dicitur, possit, quantam auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamq; detraxerit? Quid. n. interest, vtrum ex homine, se conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? Quid, qui omnia recta, & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur? non ne idẽ faciunt, quod is qui etiam socerum habere voluit eũ, cuius ipse audacia potẽs esset? vtile enim ei videbatur plurimũ posse alterius inuidia: id quàm iniustũ in patriam, quàm inutile, quàm turpe esset, nõ videbat, ipse autẽ socer Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat; quos dicam, ut potero; incondite fortasse, sed tamen vt res posit intelligi:

Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

capitalis Etheocles, vel potius Euripides, qui id vnũ solum, quod omnium sceleratissimũ fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hæreditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? ecce tibi, qui rex populi R. dominus omnium gẽtium esse concupierit, idq; perfecerit. hanc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amens est. probat. n. legum, & libertatis interitũ, earumq; oppressionem terram, & detestabilem gloriosam putat, qui autem fateatur honestum non esse in ea ciuitate, q̃ libera fuit, quæq; esse dẽat, regnare,

sed

sed ei, qui facere posit, esse vtile, qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere. potest enim dij immortales, cuiquam esse vtile fœdissimum, & teterrimum parricidium patriæ, quamuis, eo qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidem sic, ut hæc duo verba inter se discrepare, sed tamen unum sonare uideantur. Nunc ab eo ad vulgi opinionem. Quæ maior utilitas, quam regnandi, esse possit? nihil contra inutilius, ei, qui id iniustè consecutus sit, inuenio, cum ad veritatem cœpi reuocare rationem. possunt enim cuiquam esse utiles angores, solicitudines, diurni, & nocturni metus, vita insidiarum periculorumq; plenissima?

Multi iniqui, atque infideles regno, pauci boni sunt.

inquit Accius: at cui regno? quod à Tantalo, & Pelope proditum iure obtinebatur. nam quanto plures ei regi putas, qui cum exercitu populi R. populum ipsum Romanum oppressisset, ciuitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantē seruire sibi coegisset? hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? cuius autem uita ipsi potest utilis esse, cum eius vitæ ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima gratia futurus sit, & gloria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ maximè uidentur, quia plena sunt dedecoris, ac turpitudinis: satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod nō honestum sit. quamquam id quidem cum sępe aliàs, tū Pyrrhi bello à C. Fabricio consule iterum, & à senatu nostro iudicatum est. cum enim rex Pyrrhus populo Rom. bellum ultro intulisset; cumque de imperio certamē esset cum rege generoso, ac potente; perfuga ab eo uenit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium ei proposuisset, se, ut clam uenisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum ueneno necaturum. hunc Fabricius reducēdum curauit ad Pyrrhum: idq; eius factum à senatu laudatum est: atqui, si speciem utilitatis, opinionemq; quærimus; magnum illud bellum perfuga unus, & grauē aduersarium imperij sustulisset: sed magnum dedecus, & flagitium, qui cum laudis certamen fuisset, eum non uirtute, sed scelere superatum. Vtrum igitur utilius, vel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides, Athenis fuit, uel senatui nostro, qui nunquam utilitatem à dignitate seiunxit, armis cum hoste certare, an uenenis? si gloriæ causa imperium expetendum est: scelus absit, in quo non potest esse gloria. sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo: non poterunt esse utiles cum infamia. non igitur utilis illa L. Philippi, Qu. filii, sententia: quas ciuitates L. Sylla, pecunia accepta, ex S. C. liberauisset, ut eæ rursus uectigales essent, neque iis pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. est ei senatus assensus. turpe fuit imperio. piratarum enim melior fides, quàm senatus. at aucta uectigalia sunt, utile igitur. quousque audebunt dicere quicquàm utile, quod non honestum? potest autem vlli imperio, quod gloria debet fultum esse, & beneuolentia sociorum, utile esse odium, & infamia? ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi. nimis enim mihi uidebatur præfractè ærarium, uectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis; cum in hos benefici esse deberemus, cum illis sic agere, ut cum colonis nostris soleremus; eoque magis, quòd illa ordinum coniunctio ad salutem reipubl. pertinebat. malè etiam Curio, cum causam transpadanorum æquam esse dicebat; semper autem addebat, Vincat utilitas. potius diceret, non esse æquam, quia non esset utilis reip. quàm, cum utilem esse diceret, non esse æquam fateretur.

PETR. MAR.

QVE] Honesta, & vtilia. [Non enim] Ratio quare ab ipso diiudicandi sunt, quoniam non ideo attulit superiorem disputationem, vt quæreret quid in tali re agendum esset, sed vt explicaret, idest rem dubiam, & inuolutam dissolueret, & sententiam afferret suam. Explicat igitur dicens. [Non igitur videtur] Et in hac parte Cice. agens optimum Stoicum id constituit, quod antiquū dogma Stoicorum, & prisca illius disciplinæ sanctitas exposcit, & lex naturæ à qua ius ciuile pendet. [Frumentarius] Dicitur is, qui exercet mercaturam frumentariam, frumentator autē qui aliunde quærit frumentum quoquo modo conuehendum. unde frumentatores dicuntur in castris. Neque enim, vt confutet Cice. rationem Diogenis declarat, quid sit celare, non ex uerbi significatione, sed eo, quod in bonum uirum non cadit. [Celare] Inquit est utile alios ignorare, quod illis expediat. Reticeas] Vt scio quot sunt stellæ, & reticeo, nō dicor celare, aut si taceo aliquam rem, quam non oportet aliquem scire, sed si alicuius interesset scire, & non dicerem, tunc celarē. [Quorum intersit id scire] i. si uelim eos ignorare, quibus utile est id scire, quod quis celat suæ utilitatis causa, hoc genus celandi ad malos uiros pertinet, qui non uiuunt è lege naturæ, quæ præscribit, ut communi utilitati seruiatur, & ut homo ab homine alienus non sit. [Non aperti] Sed dolosi. aperti dicuntur, qui nō simulant, aut dissimulant. [Non simplicis] Hominis, qui à fraude sit alienus. [Non ing.] Liberi hominis. ingenui dicuntur qui naturaliter fraudem oderunt. quod quia non est seruile, sed ad hominem ingenuum pertinet, non ingenuè factum dicitur. Ingenuus, ut finit Iustin. est, qui statim, vt natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis editus sit, siue duobus libertinis, siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute sunt manumissi. Manumissio autem est datio libertatis. Nam quādiu quis in seruitute est, manui, & potestati subiicitur, & manumissus liberatus est. potestate, quæ res à iur. gent. sumpsit originem. [Versuti] Maligni. versuti dicuntur illi, quorum mentes crebro ad malitiam uertuntur. [Obscuri] Non aperti, sed dissimulatoris. [Veteratoris] Deceptoris, & callidi, ueteratores auctore Pompeio callidi dicti sunt, à multarum rerū gerendarum uetustate. [Vafri] Astuti. unde vafritas. hæc uocabula idem fere significant, & ad malitiam referuntur. [Nonne inutile est?] q. d. inutile est, quoniam multo peius est bonū nomen amittere, quam maximas diuitias. nihil enim est miserius, quam quod quis merito posit uitiosus appellari. [quod si vit. sunt] Argumentum à minori ad maius, si igitur vituperandi sunt, qui retinent uitia cum uendūt, multo magis illi qui mentiuntur, ut pluris uendant. & affert exemplum Pythij Syracusij: qui Canium decepit. [Vanitate uerb.] i. mendacio. nā uanitas dicitur mendacium. [Causa ociandi] Vt illic animū relaxaret, & ocio frueretur. [Non negociandi] Non ut negociaretur, quoniam equites erant publicani. & ideo scr. in orat. pro Rab. Posth. Fuit pater huius C. Curius princeps ordinis equestris, fortissimus, & maximus publicanus. [Syracusas] Vrbem Siciliæ clarissimam ad mare uersus Peloponnesum. Corinthij duce Archia Syracusas condiderunt, quæ auct. Strab. ad tantas diuitias, & opes peruenere, ut in prouerbio disseminaretur, cum de locupletibus, & sumptuosis incidisset sermo, illis ne decimā quidem Syracusanorum adesse. adiuuabatur hæc ciuitas agrorum felicitate, & commoditate portuum. Vnde propter has dotes Silius celebrat Syracusas his uersibus: Sed decus Aetneis haud ullum pulchrius oris, Quam quæ Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo. Et magis ante aliàs Ephyreis gaudet alumnis. Ante Syracusas est Ortygia parua insula, quæ ponte iungebat Syracusis, habens fontem Arethusam, ex quo ferunt per subterraneos cuniculos emergere Alpheum fluuium Elidis. Claris uiris censentur Syracusæ, & in primis Theocrito, quem Virgil. imitatus est in Buc. [Dictabat] Crebro dicebat. [Interpellatoribus] Impedientibus ipsius ocium. Interpellatores dicuntur hi, qui interuenientes molestiam afferunt, & interpellare est medium alterius orationem interrumpere. [Percrebruisset] Diuulgatum esset apud omnes. [Argentariam fac.] Qui erat argentarius, siue numularius, aut trapezita. Vnde dicit Vulp. libro ij. digest.

digest. prætor ait argentariæ mensæ exercitores,rationes,quæ ad se pertinent edere debent, adiecto die, & consule. Huius edicti ratio æquissima est,inquit,nam cum singulorum rationes argentarij conficiant &c. Numularios quoq; non esse iniquum rationes edere Pomponius scribit, & quia numularij sicut, & argentarii rationes conficiunt, quia accipiunt pecuniam,& erogant per partes,quarum probatio scriptura codicibusq; eorum maximè continetur. Caius ait officium argentariorum, atq; ministerium publicam habet causam, & hæc principalis eorum opera est. ut etiam actus sui diligenter rationem conficiant. facere argentariam est pecuniariam artem exercere,& inde lucrari ac uiuere. [Apud omnes ordines] Homines cuiusque ordinis propter eius artem, ob quã apud omnes in summam gratiam uenerat gratiosus dicitur, qui apud alios gratia ualet.[Quid eos facere uellet] .i. dixit quid essent facturi,ut.s.vnusquisq; offerret,quod cępisset.[Tempore]Hora, qua illi cœnam condixerat. Condicere est denunciare. inde diximus condixi tibi cœnam. Et Liu. condixit pater Patratus. [Oppipare] Lautè, & sumptuosè ab ope, & paro as. [Pro se quisq;].i. iuxta suas, uel ad suas uires.i. pro uiribus, & studiosè. [Tantum ne piscium] .s. est hic, & tot cymbæ.i. nauiculæ piscatoriæ. [Hoc loco] idest pisces,qui habentur apud Syracusas sunt hic. [Aquatio] .i. hinc omnes aquam sumunt. [Contendit] Petit summo studiò,inde dicimus audeo à te hoc contendere. [Grauatè] Non libenter simulabat se grauiter ferre hortorum uenditionem, ut pluris uenderet, nam uendidit tanti quanti uoluit. [Instructos] Cum omni instrumento, & apparatu. Vnde est rub. in lib. xxxiij. dig. de fundo instr. & instrumento legato, ubi disputatur, quid contineatur sub fundo instructo, & instrumento alicui per legatum relicto. Emerat Canius hortos instructos, ergo piscatores illi erant sui, si Pythij fuissent, ut ipse arbitrabatur,quoniam, ut inquit Scæuola, cum maritima prædia instructa uenduntur,etiam Piscatores,qui solebant in ministerio uenditoris esse,venditione cõtinentur, & si in agros uenationes sint, qui legatur instructus alicui siue uenditur,uenationes quoque,& uestigatores, & canes,& cetera,quæ ad uenationem sunt necessaria instrumento continentur, maximè si ager ex hoc prouentum habuerit. Et instructis hortis filio legatis, magister argentum muliebre filiæ legauerat, quæsitum est, an hoc argentum instrumento contineretur. Respondit pomp. id argentũ muliebre,quod ea in hortis habuerit, ut ibi esset instructior ad filium pertinere. Vlp. dicit,Instrumenta fundi esse ea,qua fructus quærendi,colligendi, conseruandiq; gratia parata sunt. Instrumento piscatorio Arist. ait contineri nauiculas, quæ capiendorum piscium causa comparatæ sunt, & Verrius ait etiam piscatores contineri. Igitur cum Canius emisset hortos instructos, ubi erat piscatio,& tot Cymbas piscatorum uiderat, omnia se emisse credebat. Sed dolo malo fuit deceptus, de quo paulo post dicetur. [Facit nomina].i. constituit precium, & facit se debitorem. Nã aliquando nomen significat debitũ.Vnde dicimus,habeo multa nomina,& uolo exigere nomina .i. debita. Vnde dicit idem in epistolis,de Atelliano nomine scripsi ad Philotimum,ne appellaret Messalam,sed nomina facturi;inquit Seneca,diligẽter patrimonium,& uasa debitoris requirimus. Et alibi. Quidam uolunt nomina secum fieri. Ascon. Ped. sic ait, Tituli debitorũ nomina dicuntur,præsertim in his debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt,quibus pecuniæ commendatæ sunt. ergo nomina dicuntur debita,uel debitores. [Cõficit negocia] .i. ipsam emptionem constituens se debitorem, dicimus conficere de re mea, & rem meam. [Maturè] Festinè, & cito. [Scalmum] Nauiculam. sed scalmus propriè significat locum nauilæ,in quo remus ponitur, & innititur. [Feriæ piscatorum] i. festus dies, in quo piscatoribus non liceret piscari. Feriæ dictę sunt à feriendis uictimis, & significabãt apud antiquos dies fastos, in quibus homines erant feriati.i. nihil agebant. Erant feriæ publicæ, & priuatæ. Publicarum, quatuor erant genera auctore Macr. Aut. n. statiuæ erant, aut conceptiuæ, & imperatiuæ,aut nundinæ. Statiuæ uniuersi populi communes certis, & constitutis dieb. ac mensibus, & in fastis statis obseruationibus annotatæ Cõceptiuæ,quæ quotannis magistratibus, uel sacerdotibus concipiuntur in dies certos, uel etiam incertos. Imperatiuæ, quas consules, uel prætores pro arbitrio potestatis incidunt. Nundinę erãt paganorum.i.rusticorũ,qui cõ ueniebant negocijs propriis, uel mercibus prouisuri. & ideo scr. Plin. Rusticæ trib. urbem nundinis reuisitabãt, & ab eo comitia nũdinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Rutilius scr. Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent,nono autem die intermisso rure ad mercatum legesque accipiendas Romam uenirent. Vnde etiam, mos tractus ut leges Trinundino die promulgarentur. Erant etiam feriæ peculiares familiarum. Erant prætera singulorum ut natales. Erant etiam funerum. quas appellabant denicales, in quibus hominis mortui causa familia purgabatur, & claudebantur nono die, habebantque uoti instaurationem; quo die in honorem clari uiri defuncti ludos funebres celebrabant. Ideo Virg describturus ludos funebres celebratos ab Aenea in honorem patris canit in quinto. Nona dies aderat. Et Papinius in Thebaide de ludis in honorem Archemori, Roscida iam nouies cœlo dimiserat astra Lucifer: & sic uterque poeta instaurationem exequiarum in nono die intellexit. Sponsalia uero septimo die instaurationem uoti habebant. Quædam licebat agere feriis publicis, quib. feriis familiæ utebantur. Ideo scribit Cato in libello de re rust. Mulis, Equis, Asinis feriæ nullæ sunt, nisi in familia. Nos inquit Col. lib. 1 õ. apud pontifices legimus, feriis tantum denicalibus nullos iungere non licere, ceteris licere. Sciens igitur Canius non esse ferias publicas, cum non uideret piscatores, quæsiuit, an essent aliquæ feriæ piscatorum. [Stomachari] Stomachabatur & indignabatur, Pythium sibi imposuisse. Sed non poterat contra ipsum agere, quoniam nondum Aquilius protulerat exceptiones de dolo malo, quibus succurritur illis, qui aliorum calliditate decipiuntur. Et tunc competit actio de dolo malo, cum aliud remedium non inuenitur. ut libro 4. Digest. de dolo malo, vbi prætor pollicetur iudicium de his q̃ dolo malo facta esse dicũtur. Seruius Iureconsultus ita finit dolũ malũ machinationẽ quandã alterius decipiendi cã cũ aliud simulatur,& aliud agitur. Labeo ita finit. Dolũ malũ esse omnẽ calliditatẽ, fallaciã, machinationẽ,ad circumueniendũ, fallendũ,decipiendum aliũ exhibitum. Adiecit prætor inquit Vlp. dolum malum, qm̃ ueteres etiam bonum dolũ dicebãt, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem latronemve quis machinetur. Non poterat igitur subueniri Cannio decepto, quoniam nondum constitutæ erant formulæ.idest regulæ & actiones de dolo malo. C. Aquilius eques Roman. fuit clarus scientia iuris ciuilis cum esset prætor, & collegam Cicer. haberet formulas de dolo malo composuit. Cic. prætor fuit Lepido, & Vulcatio cons. Familiaris amicus. [Luculente] Aperte & clare, quoniam sciebat diffinire. Ergo, inquit, quidquid dolo malo fit non potest esse utile, quia non est honestum. datur etiam à prætore actio de dolo malo. Vnde dicit Vlp. quod uenditor ut commodet, dicit habendum est, quasi neque promissum sit. si uero decipiendi emptorem causa dictum est, æque sic habendum est, ut non nascatur aduersus dictũ, promissumve actio, sed de dolo actio detur. Sed hanc actionem non habeat tunc Canius aduersus Pythium dolosum,quoniam nondum facta erat expressa mentio de dolo malo,& formulæ constitutæ à iureconsultis, tamẽ leges hanc fraudem prohibebant, licet nõ exprimerent hoc nomen doli mali. Nam lege xij. tab inuentum est remedium tutelarum,ne pupillus sine tutore obligari posset,ne dolo malo circumueniatur,ut ff. de tutel. & ẽt coguntur tutores reddere rõnẽ tutelæ,ne dolo malo aliquid fecerint,quod pupillo obsit ex eadẽ lege.xij.tab.inquit Iust.libertorũ & libertarũ tutela ad patronos pertinet. [Circumscriptio adolescentium] quia minor 25.annis læsus in aliquo contractu potest petere restitutionem in integrum,quia tali ætati iura subueniunt, ne dolo decipiatur,ut hr̃ lege 1.& lege ait prætor.ff.de minorib. Lectorius primus hãc legem tulit,qua dolus malus in primis uindicabatur, licet nõ exprimeretur dolus malus. Ait prætor,quod cũ minore 25.annis gestũ esse dicetur,gestum sic accipimus qualitercũque siue sit cõtractus,siue quid aliud cõtingat. proinde si emit aliquid,siue vendidit,si societetẽ innuit,si mutuã pecuniã accepit,& captds est,ei succurretur. Vlp. ait,hoc edictũ p̃tor æquitatem naturalẽ secutus ꝓposuit,quo tutelã minorũ suscepit. Nã cũ inter oẽs constat,fragile esse,& infirmũ hmõi ætatis cõsiliũ, & multis captionib. suppositũ, multorũq; insidiis expositum auxilium eis p̃tor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opitulationẽ. Dicit p̃tor,quod gestũ esse dicetur cũ adolescẽtib. utriq; quæ res erit animaduersa. Et ideo inquit Vlp. ho-

die usque in hanc ætatem adolescen tes curatorum auxilio teguntur, nec ante rei suæ administratio eis cõmitti debebit, quã uis bene rem suam gerentibus. [Et sine lege] Omittamus leges, inquit Cic. quibus dolus malus uindicatur, etiam ipsa iudicia, in quibus non quæritur quid sit agendum, & conueniat ex præscripto legũ, & ratione, sed ex bona fide excludunt hunc dolum, qui non habet locum ubi ex bona fide agitur. Contractus alij bonæ fidei dicuntur, alij stricti iuris. Vnde si dolus interuenit in contractu bonę fidei, id ipso iure nullus est contractus, & sic non est necesse abrogari per sententiam si uero inter uenit in contractibus stricti iuris, poterit se tueri reus doli exceptione, ut habetur in l. si quis. ff. de uerb. ob. Ei dubitatur in actio rei uxoriæ numeranda esset inter actiones bonæ fidei, an stricti iuris, & constitutũ tandẽ fuit, ut contineretur inter actio nes bonæ fidei, vt Inst. de act. & l. j. C. de rei ux. act. [Licitatorẽ] Augentem precium, ut emptor decipiatur, quo sit temporibus nostris. Licitari & liceri est aliquid emere augendo preciũ. Inde, licitatio, & licitatores, qui precium auget inde auctio dicta. [Venditor] Aliquando licitatorem inducit, ut precium augeat, & prouocet alios auctione, quod est contra iustitiam, & malitiam pertinet, & emptor non debet aliquem opponere. [Contra se liceatur] .i. qui minus precium polliceatur ad hoc uenditor sit captus, nec uendat tanti, quanti res ualet, cum ui deat precium ab aliis non augeri, sed potius imminui. [Liceatur] Certet de precio, & minus polliceatur in fraudem uenditoris, & ideo, inquit Cic. non faciat precium rei, nisi semel emptor. s. & uenditor. [Ad eloquendum] Ad exprimendũ pre cium. [Non plus, quam semel, eloquetur] Non imponat precium nisi semel, ne fiat fraus per licitationem, & affert exemplum Scæuolæ, qui ut boni uiri officio fungeretur, pluris æsti mauit fundum, quam uenditor æstimasset. [Itaque autẽ prę.] Hoc fuit officium boni uiri, & nemo negat, inquit Cic. sed dicitur ipsum non fuisse sapientem, quoniam potuisset minoris emere, quod Cic. negat. Vera enim sapientia, & prudentia sem per cum honestate coniungitur, non fuisset igitur appellãdus prudens Scæuola, sed malitiosus & callidus, si aliter fecisset. Semel indicaretur. i. unica taxatione æstimaretur. Indicare est demõstrare qualitatẽ rei, ac preciũ ponere: vnde Plaut. Tua merx est, tua est indicatio, fac precium, & affert Cic. sententiã Ennij, quam dicit esse ueram, sed non eo modo quo imperita multitudo putat. Non enim potest aliquis prodesse sibi, nisi cũ uirtute, cum ni hil sit utile, quod uacet honestate. Frustra igitur is sapit qui sibi nescit prodesse. i. qui ea facit, quibus nomen bo ni uiri amittit, & uerè sapientis, conscientiamq; offendit suã, & sic plus amittit, quã lucretur, uirtutem. s. q̃ nullo alio emolu mento potest compensari. Vnde Attalus Stoicus dicebat, Ma litia ipsa maximã partẽ veneni sui bibit, illud aũt uenenũ, quod serpentes in alienã perniciem posuerunt, siue sua continentia non est huic simile, hoc habentibus pessimum est. Et Sen. d. In nocentem quisque se dicit respiciens testas, non conscientiam. Ennius autẽ aliter putabat, quoniam non sequebatur hãc sanctitatem Stoicorũ, & conscientiæ integritatẽ, & ideo dixit Cic. Verè id quidem si Enn. considerasset, ut ego quid sit prodesse, quoniam sibi nocet non prodest, qui alios decipit, & malitiosus dicitur, non prudens. malitia enim cũ uitio coniungitur, & sic illa sententia duplicem sensum habere potest, apud illos q. de his rebus diuersa sentiũt, ut fuit superior disputatio inter Diog. & Antipatrum. Inde sententiam Hecatonis Stoicæ sanctitati minimè consentaneam taxat, qui censet sapientis esse omnia facere, quæ leges non prohibent ad rem domesticam augendam. cum multa sint non prohibita legibus, & institutis, quæ si fiat, sunt contra officium. & id, quod bonum uirum decet, qui è natura uiuens non leges respicit tantum, sed ius naturæ, & conscientiam. Scæuola potuisset emere fundum quanti uendebatur, & leges non cogebant augere precium, sed officium boni uiri, qui communi utilitati consulere debet, numos addere uenditoris æstimationi suasit. Sequebatur igitur Hecato. id quod Diog. & ideo non poterat illi placere factum Scæuolæ, qui putat non esse boni uiri rem domesticã augere conscientia repugnante. [Hecatonem] Qui fuit Stoicæ professionis, sed non est secutus ille sanctitatem ueterum Stoicorum. Ordo est. Video Hecatonem differentem in libris quos scripsit Q. Tuberoni. [Esse sapientis] Pertinere ad pruden tem uirum, nihil tacere contra leges & instituta, augereque rem domesticam quacũque ratione. quam leges, & instituta ciuitatum non prohibent. [Neque enim] Hæc ratio Hecatonis, quoniam oportet comparare diuitias, ut consulamus illis, quibus teneremur ex officio, & potissimum reip. quæ omniũ caritates complectitur. [Hecatoni. s. non potest placere id, q̃d fecit Scæuola, qui noluit augere rem domesticam, quamuis potuisset, saluis legibus, & institutis. [Etenim omnino] Ratio quare non potest placere id factum Hecatoni, qui negabat se facturum aliquid suæ utilitatis causa, quod non liceret per leges, & instituta ciuitatis. Scæuolæ autem licebat emere quanti uendebatur, sed noluit, ut boni uiri officio fugeretur, qui nõ facit aliquid, aut uitat propter leges, sed propter uirtutem, & naturam, quam ducem sequitur ab omni turpitudine ac dolo abhorrentem. [Compendij] Vtilitatis, & Tranq. scr. Claudium inchoasse emissarium Fucini lacus, magis spe gloriæ, quam compendij. Huic] Hecatoni, qui ita censuit discedens à prisca Stoicorum integritate, non est laudandus, inquit, nec gratiam meretur. [Gratia]. i. beneuola obligatio. [Sed siue dolus malus, inquit, siue consistat in simulatione, cum scilicet simulamus ea quæ non sunt, siue in dissimuletione, cum reticemus ea quæ dicenda essent, ut aliquis decipiatur, pauca sunt in qui bus non uersetur ipse dolus, & ideo boni per pauci sunt, quoniam is bonus est, qui nemini nocet, & prodest quibus potest. Si uolumus, inquit, uerè iudicare, pauci sunt, qui hoc dolo nõ teneantur si dolus, ut finit Aquilius in simulatione consistit, & si is est dicendus vir bonus, qui nemini nocet. Sed quo diffi cilius, hoc præclarius. Nihil enim prohibet aliquẽ esse bonũ si esse uoluerit. [Dolus iste malus] inquit Vlp. fit ex calliditate, & fallacia, & ut ait Pedius, dolo malo pactum sit, quoties circun scribendi alicuius causa aliud agitur, & aliud agi simulatur. [Nunquam igitur] Concludit Cic. peccatum nunquam esse utile propter turpitudinem, & bonitatem, esse utilem propter honestatem. [Ac de iure quidem præditorum] Affert sanctiones priscorum in rebus uendendis, ut dolus excluderetur, sed legũ latores postea sanxerunt, ut non teneretur quis de uitio patenti, etiam si rem ipsam laudauerit. exempli gratia, si domum bene recteq; ædificatam se uendere dixerit uenditor, uel mancipium formosum cum deforme esset, sed de occultis tenetur, ut supra dictũ est hæc habentur. ff. de pactis inter emp. & uendit. l. Ea quæ commendandi. [De iure]. i. conditione pro prietate, nec non modo, & ratione legitima uendendi, & emen di. [Nuncupata] nominata, & promissa, sic etiam nuncupata pecunia dicitur, & uota quæ consules, atque prætores in prouinciam profecturi uouebant pœnitẽtibus militibus, & in tab. scribebantur. [Sancitum] constitutum, & sanctio firmatum, vt uenditor aperiret uitia prædiorum, quæ ipse sciret. Leges 12. uolebant, ut ea præstarentur, quæ venditor dixisset, cum uenderet. Sed iurisconsulti constituerunt pœnam, si aliquis uenditor uitiũ aliquod reticuerit. [Statuerunt] iudicauerũt. [Præstari] Satisfieri. [Vt cum] Ponit exemplum, quo ostendit reticentiam fuisse uindicatam sententia M. Cato. [In arce q̃ erat in colle Tarpeio propè templum Iouis Capitolini. Mirum est quantum augurijs prisci illi homines crederent, ut rem nullã paulo grauiorem inciperent, nisi auguriis de cœlo obseruatis. Hinc etiam Romu. cum fratre in augurijs captandis felicior ui sus esset, nomen ubi imposuit, & fratri prælatus est. Quod qui perspicacius perpenderint, quam futile, ac leue sit animaduerteret. At mihi etiam conuentiones ille procerum Persarũ, qui magis tyrannis è medio sublatis de regno contendebant, augurijs persimiles mihi fuisse uideantur. Cuius. n. equus mane primus ad Orientem Solem inirct, eum regem omnium consensu salutandum, ac creandum esse. Quod cum Equiso uersutus accepisset, domino regnum, sibiq; libertatem comparauit. Quid. n. stultius, quam tanti rem põderis, tam leui committere casui? Mihi quidem nihil dementius fieri potuisse uĩ. Etsi Cic. in li. de Di. hanc scientiã penitus uideatur tollere, cum tam leui momento insistat. Nam ut ait Arist. ait, De reb. fortuitis nulla potest haberi certa scientia. Sed iam ad contextũ reuertamur. Augures habebant sedem in curia ueteri, vbi inaugurari consueuerant, & etiam in arce p.p eminentiam. poterant. n. obseruare aues, & tem plum lituo designatum. Et ideo domus Claudij in Cœlio monte è regione ad arcem nocebat auspiciis propter altitudinem. Vnde Amphiaraus, & Melampus, ut canit Papin. captaturi auguria mõtem conscenderunt, ne aliqua officeret, altitudo. Et ibant augures ex curia ad arcem per sacram uiã, & ratio dicit Varro. Sacra uia dicitur, quod per eam

ab arce ad augures sacra, quot mẽsibus ferebantur. Erat.n.uia
sacra à curia ueteri uersus amphiteatrum usque ad arcem Ca-
pitolinam. Curia uetus erat in Catinis propè ædem Sancti
Petri ad Vincula. [Afficeret]Noceret.[Insulam] Aedes uia cir-
cundatas, nam insula in urbe dicitur domus, quam uia ambit.
Vnde est apud Tranq. Cæs. egisse censum per dominos insu-
larum. [Proscripsisset]Scripsisse ædes uenales in tabula, qua æ-
dibus affigebatur. [Arbitrum illum adegit] .i. dare coegit di-
screpatorem. Adigere, inquit Põpeius, est dare cogere.[Clau-
dium arbitrum]Qui arbitraretur, scilicet ex bona fi. & iudica-
ret, quidquid oporteret ipsum Claudium dare, facere, atque
præstare ipsi Calpurnio. his uerbis utebãtur iureconsulti. Vñ
habetur in libr. Digest. de uerb. sign. quod facere oportere
hanc significationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quo
contra conuentionem fieret, & Iust. lib. iiij. instit. loquens de
actionib. dicit. Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi
debent. Actiones aliquæ sunt in personam, per quas intendit
ei dare facere oportere. Dare oportet, inquit, cum datiuo est
obligationẽ facere, cum factum continetur in obligatione, ut
si promisisti scribere, quod perditur actione ex stipulatu opor-
teret, ait iurisperitus non ad facultatem iudicis pertinet, qui
potest pluris, uel minoris condemnare, sed ad ueritatem
refertur, faciendi uerbo reddendi, cum etiam continetur
verbum facere omnem omnino faciendi causam complectitur,
dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi. [M.Ma-
rius] Ponit aliud exemplum, quo ostendit reticentiam fuis-
se apud antiquos iudicio uindicatam. Ascon.Pæd. dici fuerat
Cratidianus arcta necessitudine Cicer. coniunctus. [Hæ ser-
uiebant] seruitutes, aut personarum sunt, aut usus, & usus
fructus rerum, ut seruitutes rusticorum prædiorum, & urba-
norum Prædiorum seruitutes sunt hę, quę ędificijs inhærent,
& ut uicinus onera uicini sustineat, vt in parietem eius li-
ceat uicino tignum mittere, aut stillicidium, uel flumen re-
cipiat quis in ædes suas, uel in cloaca, uel in arca, uel non reci-
piat, & ne altius tollat quis ædes suas, ne luminibus uicini of-
ficiat. Seruitutes rusticorum prædiorum sunt aquę haustus, pe
coris ad aquam appulsus, & ius pascendi, calcis coquendæ,
arenæ fodiendæ. Ideo seruitutes prædiorum appellantur, in-
quit Iust. quoniam sine prædiis constitui non possunt. Nemo
.n. potest seruitutem acquirere urbani, uel rustici prædij, nisi
qui habet prædium, nec quisquam debet nisi, qui prædium ha-
bet. Omnia ædificia urbana prædia appellantur, etiam si in uil
la ædificata sint. Vsus fructus est ius alienis rebus utendi, fruẽ-
di salua rerum substantia. De his seruitutibus dicitur lib. 8.
Dig. & lib. 2. iust. Et ideo Marius uocatus fuit in iudicium, quo
niam reticuerat seruitutem ædium, quas uendiderat. [In man
cipio].i. ædium uenditione. Mancipium alicuius id esse dici-
tur, quod illius est plena iure. Plaut. in Pseud. hanc mancipio
nemo tibi dabit. [Vrgebat ius] Instabat, ut ius seruaretur,
& locum haberet. [Præstari] Satisfieri, hoc uolebat ius. [Ae-
quitatem].i. naturale ius. [Quo iure esset, qua condotione, ac
proprietate omnes res, ait Boethius, quæ abalienari possunt.i.
quæ à nostro ad alterius transire dominium possunt, mãcipia
dicta sunt. [Quantus]Inquantum possunt eas ten ere, & videre.
prohibent.n.leges astutias apparentes. Philosophi autem con-
scientia nituntur, & ratione contra quas nihil agendum cen-
sent. Lex id prohibet, & punit, quod in se continet manifestam
fraudem. Si cum bonis uiris uiueretur, non esset opus tot le-
gibus, quæ ex malis moribus ortæ sunt. Ratio dictat bonis ni-
hil esse agendum, quod alijs noceat. Leges prohibent, ne fiat,
& si fit manuq; teneri potest, punit. ergo, inquit, cum phi-
losophi tollant astutias ratione, & ratio dictet nil esse agendũ
insidiosè, qui uult è natura uiuere, & rationis perscriptum ser-
uare, nihil faciet, quod ipse intelliget dolum in se habere, & in-
sidias. [Sũt ne igitur]Quærit Cic. an sint insidię tẽdere plagas.i.
retia, quamuis non exagitet feras is, qui tendit, ut ostendat in-
sidias esse proscribere domum habentem in se aliquid uitij,
quamuis ipse uenditor uanitate uerborum non alliciat em-
ptores, qui per se possunt in fraudem labi, si emerint rẽ, quam
uident uenalem. Plagæ sunt retia, quibus feræ capiuntur in
siluis. Virg. Retia rara plagæ. Et Plin. in epist. dicit, Sede-
bam ad retia. [Excitaturus] Clamore .s. & canibus, ut ferè im-
pellantur ad retia. [Feræ]Quæ sunt in siluis, ut cerui, apri, &
id genus. [Sic tu] Adaptat similitudinem, & ostendit illum in-
sidiari, qui proscribit ædes, quamuis vanitate uerborum non
utatur. [Tabulam] In qua scribebatur aliquid esse uenale, sed
quãquam, inquit Cic. leges ista nõ prohibẽt, tamen natura ue
tat, quæ uult, ut communi utilitati consulatur, & quæ est fons
iuris, quoniã nihil potest esse iustũ, aut legitimum, quod sit cõ
tra naturam, de qua satis, ut arbitror, dictum est in superiorib.
uoluminibus, & de societate hominum, quæ latè patet, & latis-
simè. [More]Consuetudine iam deprauata. [Sanciri]Cõstitui,
& firmari, hoc.s.non esse agendum, tamen lex naturalis vetat.
[Societas enim]Ratio quare sancitum est iure naturali, dictũ
est in.j. uol. [Aliud ius gentium] Differentia est inter ius gen-
tium, & ciuile. Nam instituta ciuitatis dicuntur, illius ius ciui-
le. Sed iura, quæ æquè apud omnes gentes custodiuntur, ut pu
ta uenditiones, emptiones, & ferè omnes contractus, qui nõ in
una ciuitate tantum sunt, sed apud omnes, dicuntur de iure
gentium. Si uolumus, inquit Cice. naturam sequi humanam
societatem complecti debemus, & arbitrari ius gẽtium esse ẽt
ciuile, cum mũdus sit communis patria, & quasi ciuitas, cuius
singuli homines quicunq; illi sint, ciues habendi sunt. Sed a-
misimus, inquit, expressam imaginem iustitiæ, & ruimus in ve
titum, nullam habentes rationem naturæ, quæ hominem ad
usum hominis creauit, non ad perniciem, dolos, & insidias. [Ex
pressam]Apparentem, & extantem. [Eas ipsas]Vmbrã, & ima-
gines habemus, inquit, exempla maiorum, quæ si sequeremur,
non erraremus, & affert uerba quibus anti qui utebantur è na-
tura uiuentes, & rectè pieque utinam sequeremur illas imagi-
nes, quæ dicuntur à natura. [Ferunt enim] Ratio quare uellet
homines illam sequi umbram, & imagines, quoniam à natura
ducuntur, & ueritate. [Naturæ, & ueritatis].i. naturalis ueríta
tis, & iustitiæ, [Nam quanti] Quanta æstimatione digna, & lau
de. [Captus]Dolo .s. malo circunuentus, & fraude deceptus.
[Ex fide bona].i. contractibus bonæ fidei, in quibus uir bonus
cognoscitur, & ponit nomina contractuum, siue actionum bo
næ fidei, si quibus si dolus malus initium dedit, ipso iure nullus
est contractus. [Latissimè] Ad omnia se extendere, quoniam
est fundamentum iustitiæ, & uersatur in his cõtractibus, quos
Cic. ponit, & iureconsulti. [Mandatis]Vlp. lib. 17. Dig. ait, obli-
gatio mandati, consensu contrahentium consistit, ideo per nũ-
cium quoque, uel per epist. mandatum suscipi potest. Manda-
tum nisi gratuitum nullum est, nam originem ex officio, atq;
amicitia trahit. Contrarium porrò est officio merces. Interue-
niente.n. pecunia res ad locationem, & conductionem potius
respicit. Mandati actio tunc cõpetit, cum cœpit interesse eius,
qui mandauit, ceterum si nihil interest, cessat mandati actio, &
eatenus competit, quatenus interest, ut puta: Mandaui tibi, vt
fundum emeres, si intererit mea, emere teneris. In his ergo mã
datis opus est agere ex fide bona, ut id, quod mandatur, fiat si-
ne fraude. Amandare autem est filium uel aliquem in aliquam
regionem, uel salutis, vel educationis causa mittere. Vnde in
oratione pro Ros. Am. dicit, Amandatus fuerat hic à patre in
agrum. Virg. mitti necessitate astrictus cecinit, Mandarant alẽ
dum Threicio rege, [In his]Contractib. bo. fi. [Statuere]Iudica
re, quid quisq; alicui debeat ex fide bona, cum sint aliquando
iudicia opposita. Ergo iudex considerare debet, an dolus ma-
lus dederit contractui originem, & non tantum iura, sed fidẽ,
æquitatem, & boni uiri officium respicere, quoniam summũ
ius aliquãdo summa est iniustitia. Et ideo prætor proponebat
exceptiones, & edicta, quibus succurrebant aliqua calidita-
te oppressis. Et ratio inquit. Omnis malitia tollenda est, de
qua suo loco dictum est, & etiam de prudentia. [Delectum]
Vt sciat iudicare quid sit bonum, quid ue malum, & bonum
sequi. Malitia uero contrariũ facit. semper.n. uitio adhæret,
[Ductũ à natura]Qm̃ ius naturale, quod est primum dedit ori
ginem iuri ciuili, & tũc ius est optimũ, cum sequitur pręscriptũ
naturæ. Ius.n. nil aliud est nisi moralis philosophia, quæ natu-
ram sequitur, & à qua petit originẽ summi boni. Et Cic. inuesti
gauit semina honesti à natura. Omnis.n. uirtus est secundũ na-
turam. Ius igitur ciuile naturã imitatur, cũ uult, ut nemo de-
cipiatur. [Sed mancipiorũ].i. seruorũ, qui ita appellãtur, eo q̃d
ab hostibus manu capiebãtur. Vlp. ait, ut hr̃ li. 21. ff. de ædil. ed.
Dicunt ædiles, qui mancipia uendunt, certiores faciãt empto-
res, quid morbi utiq; cuiq; sit, qui fugitiuus, erro ue sit, no-
xa ue solutus non sit, eademq; omnia cum ea mancipia vẽdun-
tur, palam ac rectè pronunciando. Causa huius edicti propo-
nẽdi fuit, ut occurreretur fallacijs uendentium, & emptoribus
incurreretur, quicunq; decepti à uenditoribus fuerint, dum-

modo

modo sciamus uenditorem etiam si ignorauerit ea quæ ædiles præstari iubent, tamen teneri debere. Nec est hoc iniquum, potuit enim ea nora habere uenditor, neque enim interest emptoris cur fallatur, an ignorantia uenditoris an calliditate. Si intelligatur uitium morbusque mancipij, ut plerunque signis quibusdam demonstrari solent uitia, potest dici dictum cessare. hoc enim tantum intuendum est, ne emptor decipiatur. Morbum sic finit Sabinus, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui usum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Hoc edictum proponebant ædiles curules, unde dicit Iustin. lib. j. institutio. Proponebat autem etiam ædiles ed. de quibusdam caussis, quod iuris honorarij portio est. [Sanitate] An sit sanus & integer, an morbosus [De fuga] An sit fugitiuus, & erro, & an sit fur. Fugitiuus, ut finit Offilius, est, qui extra domini domum fugæ causa, quo se a domino celaret, mansit. Cæcilius autem fugitiuum esse ait eum, qui ea mente discedat, ne ad dominum redeat, tametsi mutato consilio ad eum reuertatur. Nemo enim tali peccato, inquit, pęnitentia sua nocens esse desinit. Cassius scribit fugitiuum esse, qui certo proposito dominum relinquat. [Præstat] Satis facit ita iubentibus ædilibus curulib. [Hæredum est alia causa] Quoniam hæredes non tenentur præstare. Is enim qui hæres relinquitur, non potest scire naturam seruorum, & ideo is tenetur, qui potuit scire & debuit. Cum igitur, inquit Cic. natura sit fons & origo iuris ciuilis, quo fraudes prohibentur, si naturam ducem sequi uolumus, neminem decipiamus. Iuris peritus de uerborum significatione dicit, iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem [Nec ulla maior [Hinc, inquit, nascuntur mala, deceptiones, cum malitiosus arbitratur se omnia intelligere, & putat aliquid esse utile, quod non sit honestum, hoc nō putaret ipse prudens, & is qui omnia rectè intelligit, & scit habere delectum bonorum & malorum. Ergo nulla est maior pernicies uitæ humanæ, quam simulare intelligentiam, quæ nulla est ubi regnat malitia contraria prudentiæ, quæ honestum a turpitudine separat, & nil putat esse utile, quod non sit honestum, & sic nulla repugnantia esse potest inter honestum, & utile. Et hæc pars disputationis ad prudentiam & iustitiam pertinet. Malitia uult imitari prudentiam, sed ab ea distat plurimum. [Quotus enim quisque] Ratio quare inde oriatur talis pernicies, quoniam, inquit malitiosus non abstinet iniuria, si id potest occulte facere & impune, ratio est, quia putat id esse utile, quod non est. Prudens autem id non committeret, sed quia pauci sunt prudentes, pauci reperiuntur, qui fungantur officio. [Quotus quisque]. i. quot reperiuntur; q. d. pauci. [Periclitemur] Experiamur. inde periculum facere. Videamus, inquit, de his, qui habeantur boni uiri, & inueniemus eos etiam ab officio discessisse. [Vulgus] imperita multitudo, quæ nescit iudicare quid ex officio fiat, quid contra officium. [Neque de sic.] Non loquor, inquit, de manifestis sceleribus, sed de his quæ latent in simulatione officij & intelligentiæ, aperta scelera non sunt castiganda, & cohibenda rationibus philosophicis, sed pœna constituta à legibus. Lex Cornelia de Sicariis est quæ homicidas ultore ferro persequitur, uel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Sicarij appellantur à Sica. [Testamentariis] his qui falsa testamenta scripserint. Est etiam lex Cornelia de falsariis, quæ & testamentaria dicitur, & pœnam irrogat ei, qui testamentum uel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, qui ue signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, eiusq; legis pœna in seruos est ultimū suppliciū, qđ & in lege de Sicariis & ueneficiis seruatur, in liberos uero deportatio. [Peculatoribus] his qui remp. furati fuerint. Lex Iulia de peculatu eos punit, qui pecuniā uel remp. uel sacrā, uel religiosam, furati fuerint Sed si q̄ dē ipsi iudices t.pe administrationis publicā pecuniā subtraxerint, capitali animaduersione puniuntur, non solū ipsi, sed ēt ii qui ministerium eis ad hoc exhibuerunt, uel qui subtractam ab his scienter susceperunt, alij uero qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subiiciuntur. [Fatigandi] Fatigare in hoc loco est cohibere siue comprimere, auct. est Nonius. [Habentur] Cum re uera non sint boni, & ponit exemplum, quod per se clarum est. [Q. Hortensium]. s. qui fuit eloquentissimus, & Cic. amicus. [Nomen suum.] quoniam reliquerat ipsum hæredem, & ut uocaretur M. Basilius, Princeps] Inter primos ciuitatis Crassum. s. & Hortensiam. [Sic. n. cog.] Ille, inquit, qui sic cogitat, & dicit, hoc est honestum, sed hoc utile, segregat res natura coniunctas, honestum. s. ab utili, & hinc emergunt omnia scelera. hoc hi faciunt, qui malitiam habent non prudentiam. [Vir bonus] Fugit turpitudinem, & iniuriam, non, quia timet infamiam si fecerit, sed quia putat vitium propter se fugiendum, & uirtutem propter se amandam, colendamq;. [Concrepuerit] Crepitum fecerit. i. minimo actu turpi, & indecoro possit hæres scribi, etiam si actus ille ignoraretur ab omnibus hominibus. [Hanc uim]. i. facultatem, & potestatem, siue efficaciam. [Irrepere]. i. latenter ire ad tabulas testamenti. [Exploratum] Si certum habeat. quoniam nisi esset hoc persuasum, turpitudinem propter se fugiendam esse, homines latebras nacti omnia committerent, à quibus natura ipsa communis parens abhorret. [Saltaret] Non solum faceret crepitum digitis, sed etiā, vel maximè, ineptiret propter innatam auaritiam, & sic taxat cupiditatem Crasi [Complicatam] Inuolutam quadam ignorantia. solus. n. prudens hoc cognoscit, & statuit illum esse bonum uirum, qui prosit quibus possit. [Sentimus] Animo tantum cognoscimus, cum non facilè inueniatur. Complicatam]. i. inuolutam, ambiguam, incertam, perplexam [De patre nostro. [Ita dicimus audiui à patre, ex patre, & de patre. Honesto] Virtute prædito, & laude digno. [Cum is] Luctatius. [Sponsionem fecisset] Deposuisset pecuniam, asseuerans se esse bonum uirum, & sponsionem faciens ni ita iudicaretur, sed Fimbria voluit iudicare, ne si aliter iudicasset, notaret infamia uirum honestum, & si esse bonum uirum iudicaret, uideretur constituere aliquem esse bonum, qui multa debet habere, ut hoc nomine dignus sit. sponsio, ait iuris peritus appellatur omnis stipulatio, promissioque. [Contra] Quam ille spondens asseuerabat [Statuisse] Pro certo habuisse, indicasse, supra dixit, Sed cum statuisset opus esse pecunia. & in Academicis. statuere autem, qui sit sapiens, hoc maximè uidetur esse sapientis [Cum ea res] Esse uirum bonum. multis. n. officijs hæc perfectio paratur, & rebus laudabilibus, quod, ut in j. lib. dictum est, ex sententia Aristotelis, una hirundo non facit uer. nec possumus statuere aliquem esse bonum, quia ipsum uidimus aliquando officio fungi. [Non erat] Intelligentia. s quoniam uix potest inueniri quē admodum perfectus orator. [Socrates] hunc bonum uirum sentiebat. & dicebat posse inueniri, & esse qui nihil mali faceret, etiam si sciret omneis ignoraturos, sed talem inueniri difficile est. [Prædicare] Palam dicere sine pudore. turpe, inquit est, de his rebus dubitare philosophos, de quibus rustici non dubitant, à quibus hoc prouerbium originem habuit, quo ostenditur cum bono uiro ubiq; bene agi. [Qui cum]. i. cum quo etiā noctu amotis luminibus, & arbitris possamus ludere manibus, nam micare est manus mouere, & digitos, quos explicando numerum petimus. Bonus uir etiam si manus uidere non potest, tamen dicet quot digitos explicuerit. Inde tractum est dimicare. [Mices] Ludas digitis, nunc dicitur morra. Micare, inquit Nonius, est sortiri digitis. Varro dixit, Micandum est, cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. [Vim]. i. significationem. [Hoc quam habet uim] Interpretatur Cice. uetus hoc prouerbium, Nihil expedire. i. nihil esse utile, quod non decet. Et sic concluditur nil esse agendū, quod iustitia uacet, sed spectandum esse cōscientiam, non testes. Sed quotus quisque hoc facit? vtinam ipsis legibus aperta uis non fieret, quoniam, inquit, turpe nulla occultatione fieri potest honestum, & quod uacat honestate non potest esse utile, ita volente natura, quæ amat honestum, auersaturq; turpitudinem. in xij. Phil. dicit, Nihil est magis uituperandum, quam id faceret, quod non licet. Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisq; conceditur, neq; quod quisq; potest id ei licèt, nec si non obstatur propterea etiā permittitur. Quintil. in mil. Mar. sic ait, Viro forti, & innocenti nihil facere conuenit, quod negandum sit. [At. n.] ponit id, quod dicere posset aliquis, tunc. s. peccandum esse cum magna præmia proponuntur, & confutat hoc dicens nullo præmio discedendum esse ab officio. & ponit exemplum Marii, qui ut consulatum tandem adipisceretur, fidē uiolauit, & iustitiam. hæc diffusius scribunt à Salustio in Iugurthina historia.] Post præturam] quoniam vt dictum est, a prætura licebat petere consulatum, & ille dicebat annus suus. Metellus collegam habuit Syllanum. Neq; periturus] Immo Salustius scribit Marium rogasse missionem à Metello consulatum petendi gratia, & Metellū monuisse Marium

ne tam praua conciperet, neu super fortunam animū gereret, [Apud populum] Salust. dicit Marium criminatum fuisse Metellum apud negociatores, quorum magna multitudo Vticæ erat, etsi dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum, ab imperatore consulto bellum trahi. [Ducere] Protrāhere captum dulcedine imperij. [Nec noster] Ponit aliud exemplum, quo ostenditur malitia quadam uiolatam fuisse æquitatem. hæc enim disputatio, ut dixi, est de his quæ pertinet ad iustitiam, & prudentiam. Vtilitas quippe iustitiam peruertit, & malitia prudentiam. Ideo dixi supra nullam esse maiorem perniciem uitæ humanæ, simulatione intelligentiæ in malitia. [Res numaria] Vt numis certum precium imponeretur, quoniam nunc augebantur, nunc minuebantur, quod nostro tempore fit de numis aureis. [Iactabatur] Fluctuabat, & incertam habebat æstimationem, atque indicaturam, nunc pluris, nunc minoris ualebat, & sic nemo poterat scire quid haberet. [Edictum] Quo erat constituta res numaria, proposita pœna siquis contra fecisset. [In rostra] Forum, [A subselliis] Loco in quo conuenerant acturi de re numaria adhibiti à tribunis quorum erant subsellia. Asc. Pæd. scribit subsellia esse Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum. Tribunalia Prætorum, & maiorum causarum. [Edixit] Enumerauit, atq; proposuit. [Paritur] Acquiritur. [Collegis] Sociis in magistratu. [Sed omnium] Ponit Cic. optimā regulam ad seruandum officium. quoniam ubi est turpitudo, non potest esse utilitas, quæ nunquam est nisi cum honestate. Ergo Marius uituperandus est, & Cratidianus. Nulla quippe apparens utilitas tanti est, ut boni uiri nomen amittatur. Virtus enim omnia superat, [Qnid est quod?] q. d. nihil. [Quid.n. interest] Mihi differre videtur si quis conuertatur in belluam, acsi quis in forma homines mores belluæ teneret. belluarum proprium est violenter diripere. [Quid qui omnia &c.] Vterq. Marius, de quibus dictum est unum scelus commisit, & alter quidem suum imperatorem criminatus est, alter collegas decepit. Sed illi sunt pessimi, & perniciosissimi, quia omnia committunt scelera, mo do potentiam consequantur, ut Pompeius, nam hoc loco Pompeium tangit, qui cum uideret Cæsarem audacem esse, cum illo affinitatem iunxit, ut apud illum omnis inuidia esset, apud se autem ipsum potestas. [Is qui socerum] Pompeium taxat, qui Iuliam Cæsaris filiam duxit uxorem, ut Cæsaris audacia subnixus, multa ad libidinem facere posset. [Ipse autem socer] Nunc Cæs. cupiditatem regnandi detestatur, quoniam iustitiam uiolauit, fidem, & omne fas. [De Phœnissis] Tragœdia Euripidis, quæ inscribitur Phœnissa, à choro Phœnissarum, quæ è Tiro profectæ Thebas cōcesserunt, ut Delphico Apollini dona sacrarent, & affinitatem inter Syros, & Thebanos ob Cadmum conditorem repetunt, iam Thebæ obsidebantur ab Atgiuis in gratiam Polynicis, qui data fide publica urbem intrauit, ut cum Etheocle coram matre de regno disceptaret, ut canit Euripides. Oedipus Laij regis Thebani filius ex matre Iocasta, quam ignorans uxorem duxerat, quatuor suscepit filios, Etheoclem, Polynicem, Antigonem, & Ismenem. cum resciisset Iocastam esse matrem, & Laium patrem à se apud Phocida interfectum, oculos sibi eruit, & in tenebris uitam trahens regnum filijs reliquit, ut alternis annis regnarent. Etheocles maior natu regnare cœpit. Polynices ad Adrastum Argiuorum regem exulatum abijt, cuius filiā duxit uxorem. Finito anno Etheocles sceptrum fratri negauit, & disputans cum matre Iocasta de vtili, & inhonesto, adeo tyrannidem cordi esse sibi dicit, ut superius dijs, & inferis imperare exoptet, iungantur inquiens equi curribus, & cāpi curribus impleantur. non enim relinquam Polynici tyrannidem, & addidit hæc uerba, quæ uersibus prosecutus est Euripides. Missus est ab Adrasto Tydeus, qui etiam Adrasti gener erat, ut regnum reposceret. Etheocles iure gentium uiolato 50, uiros lectos in insidijs posuit, ut Tydeum redeuntem trucidarent, quos ille confecit omnes relicto Mçone cædis nuncio, ob id Adrastus comparato exercitu, Thebanos bello inuasit, malo sidere, & auibus, quoniam uictus uix opera equi inuasit. Alij duces in prælio ceciderant. Amphiaraus haustus à terra, Tydeus vulneratus à Menalippo, Hippomedon in Iimeno submersus, Parthenopæus manu Dryantis confectus, Capaneus ictus fulmine, Polynices, & Etheocles congressi mutuis uulnetibus occubuerunt. Hoc bellum cecinit Papin. in Theb. [Inconditè] Inconcinne. inconditum dicitur, quod non est ordinecompositum. [Capitalis] perniciosus, & sceleratus damnat Cicer. hanc sententiam Etheoclis, vel potius Euripidis, qui fecerit hanc exceptionem. Violandum scilicet esse ius gratia regnandi. Hoc enim exemplo, & sententia Euripidis alij ad hoc scelus irritati sunt, ut ipse Cæsa. Sed Euripides uituperandus non est, quoniam seruabant decorum personæ, quam tractabat, non quod ipse censeret uiolandum esse ius, & pietatem propter regnum. [Ecce tibi] Non opus est, inquit, minuta colligere, uideamus quid fecerit Cæsa. qui omnem honestatem reliquit, & patriam perdidit suam, & ciues. Et sic insectatur Cæsa. ut alios à tyrannide deterreat. [Ecce tibi Regulus. [Amens] Expers prudentiæ, quoniam ignorat quid sit honestū, quid utile, & si illud factum Cæsa. laudat, necesse est, ut laudet interitum legum, & oppressionem, quod est omnino nefandum. [Potest enim] ratio quare non est utile. [Teterrimum] Crudele. [Parens nominetur] Quia dictus est pater patriæ, cum parricida appellari deberet. [Honestate igitur] Concludit hanc disputationem, dicens utilitatem æstimādam esse honestate, & pro comperto habendum nihil esse vtile, quod non sit honestum, ut hæc duo utile, scilicet & honestum idem significent, si boni uiri, & prudentes esse uolumus, duo verba vtile, & honestum discrepare, idest aliquam discrepantiam nonine ipso uideantur habere, sed re idem esse, cum nihil sit utile, quod non sit honestum, hoc est contra Etheoclem, qui matri dicit apud Euripidem idem esse nomen apud omnes homines honesti, & utilis, uerum non idem haberi, sed esse in opinione situm, nam, inquit, quibusdam non uidetur esse utile, & honestum regnare, mihi autem honestum uidetur, & utile, sed hæc ratio conuenit tyranno, qui propriam utilitatem curat, nullam iustitiæ, & honestatis habens rationem. [Nunc abeo] Transeo, inquit, ad opinionem populi, qui dicit nullā esse maiorem utilitatem, quam regnare, & hanc confutat Cicer. quoniam ipse dominatus multas habet solicitudines, & metum, quod probat uita tyrannorum, quibus pauci sunt fideles, immo nulli hæc argumenta sumuntur ex Euripidis Phœnissis, in quibus Iocasta proponit Etheocli filio incommoda, quibus tyranni, & plus æquo cupidi afficiuntur. Et affert carmen Accij, qui in tragœdia, quæ inscribebatur Thyestes, dixit paucos esse bonos regno, sed multos iniquos, & infideles si hoc inquit, potuit contingere Thyesti, qui paternum auitūq; regnum tenebat, quid debent putare tyranni, qui iniustè dominantur, & liberas ciuitates occupant? ut fecit Cæs. cuius exitus docuit paucos esse fideles regnare, uolentibus. Accius scriptor tragœdiarum fuit, de quo Fabius libro x. tragœdiæ scriptores Accius, atque Pacuuius, clarissimi claritate sententiarum, uerborumque pondere, auctoritate personarum, ceterum nitor, & summa in excolendis operibus manus magis uideri potest temporibus, quam ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur. Pacuuium uideri doctiorem, qui esse docti affectant, uolunt. [Multi iniqui] hoc est carmen Accij. [At cui regno,] quasi dicat, si regno, quod iure obtinebatur, pauci boni sunt, quid iniustè imperantibus accidere debet? [Et Pelope] Quoniam Atreus, & Thyestes, ut dictum est filij fuerūt Pelopis, & Hippodamiæ, & Pelops fuit filius Tantali. [Proditum] hæreditario iure relictum, quoniam erant nepotes Tātali Iouis filij. [Ei regi] Cæsa. quem inuidiosè regem appellat, nomen quippe regium abominatum erat apud Roma. & execrabile. [In maxima gloria] hoc dicit in laudem Bruti, & ceterorum tyrannicidarum. [Quanquàm id quidem] Hoc, inquit quod dixi persuasum esse debere, ueteres Roman. sic esse iudicauerunt, & ponit exemplum Pyrrhi, atque Fabricii, qui utilitatis speciem sine honestate repudiauit. Cum Fabricius, auct. Plutar. consulatum iniisset, ueniens quidam ad eum in castra, epistolam à medio Pyrrhi scriptam Fabricio reddidit, in qua pollicebatur se Pyrrhum ueneno necaturum, si sibi præmium daretur. Fabricius hominis consilium detestatus, statim Pyrrhum literis mouuit, ut insidias medici cauere: Literæ huiusmodi fuerunt. C. Fabricius & Q. Aemilius consules Pyrrho Regi salutem. Neque amicorum, neque hostium fortunatus æstimator esse uideris. cognosces enim cum epistol. hanc ad te transmissam perlegeris, te bonis quidem, ac iustis uiris bellum inferre, malis uero, atque iniustis confidere. Hæc autem non tui gratia nota facimus tibi, sed ne mors tua nobis calumniam afferat, quasi virtute nequiremus te superare, dolo cōtēdisse. Cic. aliter narrat.

Sen.lib.xxxiiij.episto.dicit.Fabricius medico Pyrrhi promittente venenum se regi daturum, monuit Pyrrhum caueret insidias.[Vltro]Sponte nulla Rom.lacessitus iniuria,nam venit,vt dictum est in auxilium Tarentinorum, ergo cum ultro bellum intulisset,videbantur Rom. habere iustam causam tollendi è medio Pyrrhum quocunque modo, sed semper apud ipsos valuit honestas.Adde etiam,quod de imperio,& gloria dimicabatur,non de uita,ut in j,uol.patuit,ubi Cic.præcepit quid agēdum sit,cum de imperio certatur.[Qui cum]Cum quo Romani de laude certabant,& sic concluditur à Cic. nihil esse gloriosum,nihil utile cum infamia,& sic damnat L.Philippū,qui specie utilitatis ductus ea censuit,quæ nullam habebant honestatem.[Quoquo modo]Quacunque ratione per fas,& nefas.[Vectigales]Vt iterum essent tributariæ.quamuis L. Sylla eas liberauisset ex uoluntate senatus,cum soluissent pecuniam pro vtilitate reip.[Ad aucta uectigalia]Potuisset aliquis hoc dicere, Aucti sunt ob id publici redditus, ergo utile. respondet Cic. nihil esse vtile, quod in se turpitudinē habeat. Ad pro sed,aucta. deponitur loco.i.prisco more.[Fulctum]Subnixum,firmatū & stabilitum. nemo.n.potest esse felix aliena infelicitate.de his rebus dictum est satis loco suo.[Ego etiam]Non audet reprehendere Catonem, qui publicam vtilitatē enixissimè defendebat, sed dicit se ab eo dissensisse aliquando,cum aliqua remittenda sint publicanis interdum,ut æquitas locum habeat.Redemptores.n.uectigalium,ut erant apud antiquos equites Romani faciunt interdum iacturam,nisi aliquid remittatur,quod tamen ab illis iure exigi posset.Cic.maximè fouit publicanos, quoniā ipse erat ex ordine equestri,& equites erant publicani,ut dictū est.[Præfractè]Obstinatè,& nulla habita ratione æquitatis.Meminit huius rei Cic.in v.epi .ad Att.Prefractum dicitur durum, & inflexibile.[Vectigalia]Publicos redditus. [Publicanos] qui vectigalia redimunt. de publicanis, & uectigalibus dictum est. [Ordinum]Equitum.s.qui negocia publica tractabant.

ADDI. IN arbitrio.arbitrario iudicio ipsius dotis.In primis ait Boethius, in iudicio uxoriæ rei uberrimus causarum tractus est. Deos enim licet matrimonio constante in bonis uiris sit, est tamen in vxoris iure, & post diuortium, ueluti res uxoria repeti potest. Quæ quidem dos his conditionibus dari solebat, ut si inter virum & vxorē diuortium cōtigisset, quod melius ęquius quę esset apud uirum remaneret, reliquum dotis restitueretur uxori.i.ut quod ex dote iudicatum fuisset,melius æquius esset apud uirum manere,uxor post diuortium reciperet. In quo iudicio non tam bonis, nam spectari solet, uerumetiam comparatio bonorum fit, ut non tam quod æquum, sed melius æquiusq; id sequendum sit. Quæ omnia ex præcedentibus causis inuestigari solent. Nam si uiri culpa diuortium factum est, melius, æquiusque est nihil apud uirum manere. Si mulieris est culpa, æquius melius est sextans retineri, [In fiducia] fiduciaria mancipatione,alia ue re. quæ fidem requirit, sincerosq; mores. Boethius ait: Fiduciam accepit cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet, uelut si quis tēpore dubio timens, potentiori amico fundum mancipet, ut ei cum temporis quod suspectum est,præterierit, reddat, hæc mancipatio fiduciaria nominatur, iccirco quod restituendi fides interponitur. Vt fundus semel indicaretur.i.unica tm̄ taxatione æstimaret, æstimaret,taxareturque Plin. L. b.55. indicato sex aureis debearis smaragdo. Plaut. in Persia: Tua merx est, tua indicatio est,fac precium.indicare est demōstrare rē eiusq; uim, unde dicimus te indicabo.i. quanti sis ostendam. Nimis enim mihi uidebatur præfracte ærarium defendere. idem in ij. lib. epistola a ad Att. sic scribit, Vnus est, qui curet constantia magis,& integritate (vt mihi uidetur) quam consilio, & ingenio.Cato, Qui miseros Publicanos, quos habuit amantissimos sui tertium iam mensem uexat. Neque his à Senatu responsum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de reb.nihil decernere,antequam Publicanis responsum sit. Hæc Cic. Hi publicani publicis uectigalibus male redemptis iacturam faciebant,quapropter æquitatem Senatus efflagitabant, ut scilicet remitteretur aliquid,quod Cato negabat,ærario,scilicet publico compendio prospiciens,quod nimis durum erat præfractum,& obstinatum,& à iure naturæ penitus alienum.

FRAN. MAT. DIIVDICANDA sunt]Non uult Cic.hæc indiscussa relinquere.]Non enim &c.]Non hanc,inquit, induxi disputationem,ut interrogarem,quid faciēdum esset, & alios cōsulerem, sed ut ipse iudicarem,& statuerem quid faciendum esset. [Neque enim &c.]declarat quid sit celare,reticere, id est suæ utilita
tis causa,quod alterius scire interesset, debes nō aperire.[Quale.]Honestum,an turpe.[Cuius hominis]Probi,an cōtra.[Certe ego.] Ego, inquit, dicere uolo, cuius hominis sit.non enim
aperti est &c.[Sed uersuti,&c.]Versutus &obscurus opponūtur
aperto, fallax simplici, callidus iusto, ueterator ingenuo.q̄uis
hæc uocabula inter se aliquā habeant differētiā, ea tn̄ modica
est.Versutus,callidus,vafer,idē pene sunt. Est autem Versurus,
cuius crebro mens ad malitiam uertitur, vt ait Festus: Obscu-
rus,qui perplexa utitur oratione, & mentis suæ rationem co-
gnosci nō vult.[Astuti.]Vrbanioris, & callidioris ab ἄστυ,quod
significat oppidum, in quo qui versantur assidue, cauti atque
acuti esse videntur.vnde astus,id est astutia. [Fallacis.] Qui fal.
lit, & fidem non seruat. [Malitiosi] Propriè malitia est fallax
nocendi ratio. [Callidi] Ingeniosioris. callere enim est astute
intelligere.& callidus intelligitur longo usu. [Veteratoris]Ve-
teratores callidi sunt dicti à multa rerum gerendarum vetusta-
te.Auct. Pomp. [Vasri] Quidam uafrum, vt Mar. callidum di-
cunt significare,& quasi valde vafrum, ac vrbanum. Quod si ui-
tuperandi sunt illi qui tacent, quanto magis uituperandi,qui
res suas etiam plurimum laudant? quasi dicat, multo magis.
[C.Canius]Exemplum satis facetum, quo ostenditur sapien-
tem & bonum uirum non debere sequi id, quod sub utilitatis
specie maximam in se turpitudinem habet. [Ociandi] Vt ca-
ueret ab omni perturbatione, vt nemo eum interpellaret. [Si-
ne interpellatoribus] Sine ijs, qui impedirent. Nam interpella-
tor is est,qui dicenti facientiq; aliquid impedimento est. [Qui
argentariam facere] qui publicas & priuatas conficeret ratio-
nes,ij enim proprie erant argentarij, vt Digestis discimus. Mo-
do enim ijdem sunt qui & trapezitæ, quos mensarios, & num-
mularios vocamus. Vlp.lib.ij.dig.prætor, ait.exercitores Argen
tariæ mensæ rationes, quæ ad se pertinent edere debent adie-
cto die & consule,huius edicti ratio,inquit,æquissima est.Nam
cum singulorum rationes argentarij conficiant &c. Cuius ita
ait:Argentariorum officium atq. ministerium publicam habet
causam[Gratiosus]Gratus omnibus,ordinib. summorum,me
diocrium,infimorum,ciuium, & externorum.[quid eos facere
vellet]Vt scilicet ante suos pedes captos pisces proijcerēt.[Opi-
pare]Abundanter,copiose, ab ope & paro. vnde opiparum ap-
paratum dicit Pomp.Fest.magnarum opum apparatū. [Pro se
quisq;.]Pro viribus quisq.suis. Vir.Pro se quisq; viri &c. [Et Sy-
curasis.]Quidquid est piscium Syracusis hic capitur[Hic aqua-
tio]Hic aquatū omnes veniunt,& bruta potum huc cōpellunt.
[Instructos] Videlicet cū suppellectile & omni instrumēto at-
que apparatu. ff.rub.est de fundo instructo, & instrumento
leg.[Nomina facit] Quibus continebantur venditio & em-
ptio uidelicet, ego Pythius uendo hortulos meos tanto
precio Canio, facit ergo nomina, constituit precium, & fa-
cit se debitorem. [Non enim] Etiam debitum significat. nu-
de nomina exigere, hoc est debita. Sen. Quidam volunt nomi-
na secum fieri. [Negocium] Ipsam venditionem, & contractū.
[Scalmum] Græcè σκάλμος, est autem signum illud nauis cui
alligatur remus. [Stomachari] Indignari, quod sic deceptum
conspiceret.[Sed quid faceret]Nondum Aquillius de dolo ma-
lo formulam tulerat.Formula propriè iuris regula appellatur,
quid sit dolus malus Cic.declarat ex sententia C.Aquillij colle-
gæ sui,in prętura fuit huic eques R.& scientia iuris insignis.prę
turam ipse,& Cic.gessere,Coss.M.Lepido.& L. Volcatio. Quo-
ties autem dolus malus intercedit in uenditione,locatione,em
ptione,conductione,quidquid actum est, irritum sit. De dolo
malo loquuntur iurisc.lib.ij.& iij.dig.tit.de edēdo,& quod me-
tus causa gestum erit dolo, ait prætor, pactum se non serua-
turum. Dolus malus fit ex calliditate,& fallacia, ut ait Pedius:
dolo malo pactum quoties circunscribēdi alterius causa: aliud
agitur,aliud agi simulatur. Item, quæ dolo malo facta esse di-
cētur,si de rebus alia actio fuerit,& nulla causa esse uidebitur,
iudicium dabo. Dolum malum Seru. quidem ita diffiniuit,
Machinationem quandam alterius decipiēdi causa, cum aliud
simulatur,& aliud agitur.Labeo autem posse & sine simulatio
ne id agi,ut quis circunueniatur, & sine dolo malo aliud agi,
aliud simulari. Sicuti faciunt qui per huiusmodi simulationē
deseruiūt,& tuentur, vel sua, vel aliena. Itaq; ipse sic diffiniuit
dolum malum omnē calliditatem, fallaciam, machinationem
ad circūueniendū,fallendū,decipiendū alterū adhibitam. La-
beonis diffinitio uera est.Nō fuit cōtētus p̄tor dolū dicere, sed

adiecit malum, quoniam veteres etiã dolum bonum dicebãt, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem, latronem ue, quis machinetur. [Aliud actum, & aliud simulatum] Sicuti Pythius simulauerat illic solere hominem piscari, cum minimè uerum esset. [Perito] diffiniẽdi. Fuit peritissimus Aquillius Gallus, cuius auctoritatibus, multis in locis, sed præcipuè in Top. utitur Cic. [Ergo &c.] Ex hac Aquillij diffinitione sequitur ista conclusio, quod omnes aliud agentes, & aliud simulantes sunt perfidi &c. [Perfidi] qui fidem non seruant. [Impij] Contra ius diuinum. [Improbi] Auari insatiabiles. [Malitiosi] Callidi, astuti, uersuti [Nullum igitur eorum] Diceret quispiam quid ad rẽ si perfidi sunt improbi, & malitiosi? non hoc agitur boni ne sint an mali, sed agitur nunquid vtile sit an non. dicit. n. nihil vtile esse, quod non sit honestũ, quod dicas hos esse perfidos ad id tantum pertinet, quod fidem non seruant, sed non sciunt idem non fuisse vtile, quod non honestum, ideo statim subdit: Quæro ex te non quod uitium sit an non. Nemo. n. est tam audax, & improbus rerũ æstimator, qui nesciat vitium non esse vtile, imo inutile. Sed improbitas, malitia, perfidia, sunt uitia, ergo vbi hæc fuerint, ibi utilitas esse nõ potest eorum perfidorum &c. [Coinquinatum]. i. maculatum. [Quod si Aquilliana] Ergo si rectè Aquillius diffiniuit dolum malum esse &c. sequitur omnem simulationẽ, & dissimulationem ex bonorum uita tollẽda esse. [Simulatio] simulamus id, quod non est. Dissimulamus id, quod est. Simulare est, ut si q̃s malus simulat se bonum esse. Dissimulare est, ut si quis inimicus tuus sit, & tegat odium in te, clausumq; gerat in pectore. [Atq; iste dolus] Si quis, inquit, diligenter inspexerit uindicatum fuisse dolum malum multo ante Aquillianam, reperiet formulam, ut tutela 12. tab. [Et circũscriptio adolescentũ lege lat.] 12. tab. remedium inuentum est, ne pupillus circumueniri possit. quia datus est ei tutor sine dolo obligari non potest, & tutores coguntur reddere rationem tutelæ, ne ipsi dolo malo aliquid fecerint, & aliquid quod pupillo obsit, ut digestis habetur de tutelis. Eadem lege 12. tab. libertorum, & libertarum tutela ad patronos pertinet. [Circunscriptio adolescentum] Quia minor, 25. annis læsus in aliquo contractu potest petere restitutionem in integrum, & tali ætati iura subueniunt ne decipiatur, ut lege prima, & l. ait prætor. ff. de minoribus. Tutelã Vlp. sic diffiniuit ex Seruij auctoritate. Tutela est, vt Seruio placet ius, ac potestas in capite libero ad tuendum, eum qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa, & legibus 12. tab. defensa erat hæc tutela, videlicet, vt tutor dolo malo populi bona in se non transferret. Tutores sunt qui eam vim & potestatẽ habent, & tutores appellantur quasi tuitores, ac defensores. [Circunscriptione] Circunuentione, ac deceptione. [Lege lactoria] Clodius cum adolescentes in contractibus lactari. i. circumueniri solerent, lactorib. pœnam. i. deceptorib. adiecit legẽ, quæ lactoria appellata est. lacto. n. decipio, induco. Terent. adolescẽtes lactus. etiam Marcel. interpretatur verbum. [Vindicata erat]. i. defensa, nam ei erat proposita pœna. Nam in tutela addebatur contra dolum malum, pupillum ne decipio, vel aliquid eiusmodi. decipere est dolo circumuenire. inter pupillum, & adolescentem hoc interest, quod pupillus nondum uenit ad adultã ætatem, adolescens peruenit, solẽt tamen etiam adolescẽtes falli, ideo Clodius legem tulit lactoriã. [Et sine lege] etiam in iudicijs dolus malus erat uindicatus sine lege, quia dicebatur in iudicijs iudicato ex bona fide. & prætores ex bona fide, sine lege iudicabant. Cumque ex bona fide iudicari diceretur, & si non exprimeretur dolus malus, tamen his uerbis contra dolum dicebatur. [Reliquorũ iudiciorũ &c.] Hæc uerba ex fide bona excellunt etiam in alijs iudicijs [Rei uxoriæ] Fuerat antea rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei iudicijs in exactione dotis. Nam cum dos exigebatur, quæ iudicabant non legib. iudicabant, sed ex fide bona, postea omne ius, quod res uxoria antea habebat translatum est in actionem ex stipulatu, quæ actio stricto iure vallata est, & non ex bona fide descẽdit, vt in institutionibus, & codice discimus. Actio ergo de amotis rebus merito competit contra uxorẽ in rebus post repudiũ ab uxore ablatis: hoc actio habet persecutionem quoad maritus res suas recuperauit. Dicit ergo in hac actione, cum igitur de reb. ab uxore post repudium ablatis addi solet prout melius, & æquius tibi uidebitur. Nam si illa abstulerit bona, quę propria viri fuerint melius, & æquius uidetur ea uiro restitui. At uero si uxoris res illæ erũt, tametsi eas ante repudium possederit vir, tamen post diuortium melius, & æquius est, ut sint vxoris. [In fiducia] Fiducia dicitur tutoris fiduciarij, differt autem inter tutorẽ legitimum, & tutorem fiduciariũ. Verbi causa pupilli emancipati, cuius pater qui eum emancipauit tutor est legitimus. Fiduciarius est, mortuo patre. Exemplum eiusmodi est, Titius filius habet Seium, & Meuium. Meuium Titius pater emancipauit. Tutor eius est legitimus, quia emancipatus à patre potest esse in tutela patris, & debet, nisi aliter pater uoluerit. Post mortem Titij patris, Seius alter filius, & frater Meuij tutor eius efficitur, & ut patet legitimus erat, quia legitima tutela filij pater est tutor, sic mortuo patre huic tutelæ succedit Seius, & hic dicitur tutor fiduciarius, in hac fiducia addi solebat, inter bonos bene agier oportet, uidelicet, si bonus tutor es bene etiam egeris. [Quid ergo] concludit Cic. quod ante lẽgem Aquilianã uindicatus erat legibus hic dolus malus. [Potest esse in eo &c.] In arbitria rei uxoriæ addit melius, & æquius, quod cum dicitur nulla esse fraus potest. Id. n. uolunt hæc uerba, ut quæ fuerint uxoris eiusdem sint, quæ viri, viro reddantur: Et quoniam posset dicere maritus: Si vxoris fuerint ante matrimonium, meæ tamen post testimonium factæ sunt, melius tamen est, & æquius, vt post diuortium, quę vxoris fuerunt uxori reddantur, cum præsertim hæc diuortij uerba sint, res tuas tibi habeto, mea mihi reddito. Item, res tuas tibi agito. [Dolosè] In tutelis fiduciarijs, cum dicitur inter bonos benę agier, omnis tollitur dolus, & malitia. [Non lic. &c.] liceor, & licitor, unde sunt participia licitans, & licitaturus eiusdem sunt significationis. significat enim precium deferre in actione facienda, hoc est in uenditione, quæ publicè fit. Vnde polliceor compositum, non multum à priuatiua significatione dissidens. Est. n polliceri ultro promittere. Itaque qui licentur aut licitantur ultro pro re emenda precium alius alio maius pollicentur, ut sibi potiusquam alii uenalia ad dicãtur. Nam tali modo uendere adijcere est Vlp. Si res eius uendiderit, & existat qui plus liceatur, an integrum propter lucrum restituendum sit. & quotidie prætores restituũt, vt rursum admittatur licitatio. Caius: Licitatio uectigalium, quæ calorem licitantis ultra modum solitæ conditionis influit, ita demum admittenda est si fideiussores idoneos & cautionem is qui licitationem vicerit offerre paratus sit, ad conducendum uectigal inuitus nemo compellitur, & ideo impleto tempore conditionis licitatores alloquendi sunt, licitatores uectigalium ad iterandum conditionem antequàm superiori conditioni satisfaciant admittendi non sunt. solebant sæpe, & emptores subijcere, qui minus pollicerentur, ut ipsi minoris emerent, & uenditores subiicere qui plus pollicerentur, ut maioris uenderent ei qui uerè emere uellet, vnde ait Paul. iureconf. Si uenditor simulauerit meliorem allatam conditionem, cum minoris, uel etiã tantidem alii uenderet, utrique emptori insolidum erit obligatus. Sed si emptor alium non idoneum subiecit ei cui fundus addictus est, non uideo, inquit, quemadmodum priori sit emptus, cum alia conditio, & natura subsecuta est. Sed si neuter subiecit emptorem, maiori autẽ precio addictum est, & fundium qui soluendo non est, abitũ est à priore emptione, quia ea intelligitur maior quã uenditor comprobauit cui licuit nõ adijcere. Ex quib. uerbis intelligitur in licitatione, & uenditione solitos fraudib. uti hoĩes, cum ut dictũ est, & uenditor subijceret licitatorem, qui simulabat emere velle, & precium deferebat, & emptor subiiciebat qui fingeret emere se velle, & minus pollicebatur, ut ipse qui vere emere vellet, minore precio emeret. [Non lic.] Quando aliquid uẽditur in auctione, aliquis circunstantiã dicit, hoc prædium licetur à me centum, preco indicat licitationem factã alta uoce, & quærit sit ne aliquis, q̃ plus offerat. [Venditor] cuius res uenales sunt, hic licitatorem apponit reb. suis, quo maioris uendere possit. u. g. uendo uestem, subiicio falsum licitatorem, qui simulat se emere uelle, & præcium defert, hæc licitatio à me ipso fit, qui uẽdo, & hæc est maioris precij, quam uestis uendi possit, aut debeat, & hoc ego facio, ut pluris uendam. [Emptor] Vt uenditor non debet apponere licitationem maiorem, quam quanti uendi possit, ita nec emptor debet apponere minorem, quã emere uelit. uerbi causa ego, qui volo emere equum, licitationẽ faciam 20. & apponam alium qui licitationẽ faciat 16. aut 15. ut ille cuius equus est cogatur uẽdere mihi qui plus polliceor, & maiorẽ licitationẽ. [Vterq; si ad lo.] si uẽditor, & emptor inter se loquũtur de emptione, & vẽdit. nõ plus, quã semel eloquanť, hoc est simpliciter

Simulate, & dissimulare in quo differãt.

pliciter dicant animi sentētiam.[Eloquatur]Rectè ait eloquatur. Eloqui.n. est simpliciter iudicare animi sentētiam,& patefacere, quod occultum est. Virg. Eloquar an sileam. Si uterq; ergo.s. emptor, si uēditor ad colloquium uenerint, & hic dicat simpliciter quanti uendere uelit,& hic quāti emere,nec hic addat aliquid, nec hic demat. Nō petat hic.C.cū res valeat lx. nec hic polliceatur.l. cum res valeat lx. Quod si fieret, à nobis omnia rectè fierēt,& mala multa desinerēt.[Q.quidē Scæ.] Exēplo utitur Scæu.ad boni viri officiū in emēdo, & uendēdo ostendēdū.Q.Scæ. prædiū emere volens, petit à venditio , vt sibi semel diceret, quanti prædium uenderet, cūq; ille respondisset tanti, plurus se æstimare Scæ.dixit,& precio,quod ille petierat .c.millia addidit. Si ergo Q.Scæ precium addidit, quid egisset si uendidisset predium Scæ. ? certè nunquam plus, quam cōueniret postulasset, aut vitia mācipij occultasset.[Vt si.fun.&c.] .i. uno uerbo abq; ullis ambagib.precium patefieret. [Pluris æst.]quā uenditor dixisset, minoris æstimas, inquit, quam quanti ualet, ego itaque precio à te postulato .c. millia æris addo. [Nemo est,qui hoc &c.]nemo,inquit,negat Scæ.uirum bonū fuisse,q hoc egit.prudētē autē extitisse nullus amimat,quasi aliud sit esse bonum uirum,aliud prudentem falluntur tamen, nam nemo prudēs nisi bonus,quod etiam Arist.dicit. [Vt si mi.&c.] Negant prudentem fuisse quemadmodum negarent si proprium fundum minoris vēdidisset,quam deberet.[Hæc.n.&c.] hinc, inquit, illa pestis humanæ societatis nata est,quod sapiētem à bono deserunt, & separant,cum nam bonum, & sapientem coniunxerit. [Ex quo En.] Id ita esse, En. probat auctoritate. Qui ait in tragœdia : Nequidquam &c. Solent.n. sapientes reb. diuinis,& admirabilib.studere,& suarum rerum curam omittere, ac proprium commodorum obliuisci. Quod etiam Arist.scribit hoc fecisse multi traduntur,qui crediti sunt sapiētes, ut Anaxagoras, Thales [Verè id, quid.] Placeret, inquit, mihi hæc sapientia si quid esset,prodesse mihi cum En. conueniret. Aliud .n. ipse putat esse, aliud ego, ipse existimat posse utile esse,quod non honestum, ego contra sentio.[Hecatonē, quidem Rhodium] quod instituit Cic. id probare pergit,nihil utile, quod idem honestum non sit,nec posset utile esse,quod occultū aliquid habuerit,& prodesse prosit ei,qui nō indicauerit.Hecat.Rhod.& si Sto.sectæ,nō tñ Sto.sanctitatis censet licere, ut nostrę utilitati consulamus, modo contra leges, contra instituta ciuitatis, & mores non faciamus, sed aliud ciuile ius sentit,aliūd vir bonus pręstare debet. Nā etiā si iure ciuili dolus nō cauetur, naturæ tamē iure cauetur,& ab hoc iure vir bonus discedere non debet.Sententiā ergo ponit Hecatonis,quā mox refelllit. [Q.Tub.]Fuit is R. ciuis,& quidē præstātissimus sectæ Sto. qui a Cic. introducitur lib. de Nat.deor. [Habere rat. rei &c.] Sapiētis est habere rationē rei familiaris modo nō fiat cōtra mores &c.] Ex quo secundū Heca errauit Scæ. qui poterat augere rē familiarē,nec contra mores,leges, aut instituta faciebat.Sed infirmat hāc sñiam Cic.[Neq;.n.solū &c.]Ratio est Heca,cur hæc fieri uellet,quia &c.[Etenim omnino]Ratio cur dispiceat. Hæcato .n. censet posset utilitati propriæ cōsuli,modo non fiat,quod non licet. Sed aliud,inquit,est licere, aliud decere.multa.n. licēt quæ tamen decent. Regib. omnia licent,sed tamen non decent. Vnde magis ille bene respondit regi, legem non inuenio,quæ sororem permittat fratri vxorem ducere,sed lege inuenio,quæ vult omnia regibus licere. Compendij.s.&c] Nolo id facias causa utilitatis,quod non licet,sed si licet facito, hoc est quod legem prohibetur, ne facito, sed si legibus licet, modo tibi id utile sit facito. Nec ualde curaueris honestum ne sit an turpe. Nam si legib. licet id ēt honestum est, sed multum interest,inquit Cic. inter id,quod leges permittūt,& quod philosophia præcipit,compendiū pro utilitate, dispendiū pro utino frequentissima uerba apud Plin. [Nec gratia tr.]Quia non sponte facit, qui leges sequitur, & quidquid ille permiserit facis,nec considerat honestum ne sit an contra,si leges scelus permitterēt id faceret,gratia ergo ei habēda nō est,& sicut ijs ignoscere debemus,qui non sponte nocēt,ita nihil debemus ijs, qui inuiti prosunt. Rectè igitur gratia non est habenda ijs,qui coacti honestum sequuntur non sponte.[Sed si &c.]Ex quo sequitur, ut paucæ admodum res sint in quibus non sit dolus malus. Vnde difficile est inuenire uirum bonum, in quo nihil duplex sit, nihil simulatum &c. [Simulatio &c.] Simulamus res fictas, & falsas. Ter. Simulat futuras nuptias dissimulamus veras. Virg. dissimulamus etiam &c.]Ac deiu.qui.p̄.]

Nulla legē inueniri, quæ permittat sorore fratri habere posse.

Ad rationes suas confirmandas leges de iure prædiorum affert, quæ iubent, si quid in prædiis uitij fuerit id uenditorem iudicare debere, & sic redhibitionem fieri, si alter factum ab eo fuerit. [Iure præ.] Quod pertinet ad uendenda prædia. [Vitia] Vt si aquam timerēt, si solum frigidius esset, aut sterilius [Nota es. uend.]Et quæ emptor nisi iudicaretur intelligere nō posset. [Nam cum ex 12. tab.ut iudicare uenditor teneretur, si emptor de uitiis quæsiisset mancipij. verbi causa, quærebat emptor, hoc modo, hæc prædia timent aquas ? venditor dicere tenebatur, non quærent reticere poterat, iure ciuili uero uero cantum est, vt non modo quærenti emptori, sed non quærenti vltro vitia mancipij indicet uenditor. [Nuncupata] Pronunciata quærente emptore. [Præstari] Indemnem fieri est aut uerbum iuris, præsto tibi oc.i.te indemnem huius rei facio. [Pœnam duplicem] Vt si tacendo damnum 20. intulisset, præstare teneretur 40.[Reticentiæ] Non modo si quæratur, sed ēt si non quæratur. [Vt.n.arce &c.] Ad id spectat hoc exēplum, ut intelligatur teneri uenditorem indemnē præstare emptorē si uitium tacuerit. Cum augures in arce auguria captarent,& ædes Claudij Centimali,quæ regione erant prospectum impedirent,qm̄ in loco altissimo & ipsæ ædificatæ erāt, eas ut demoliretur Claudius iusserunt,quod ubi ille agnouit, statim ædes nauales fecit. P. Calpurnius emit. paulo post idē ei iussum est, ut.s.ædes demoliatur, quare Calpurnius, Claudium in ius uocat, præsidet iudicio Cato, qui iudicat indemnem Calpurnium a Claudio præstari debere. Augurium autē in arce captari olebat. Augur qui capturus erat tabernaculū in arce ponebat quattuor in aere spacia designabat, uidelicet in orientem, quod anticam, in occidentem, quod posticam, in meridiem, quod sinistram in septentrionem, quod dextram uocabat, hoc cum fecisset animo concipiebat, vnde mitti sibi aues uellet. quæ si proditiæ, si felices apparebant, intelligebat placere diis fieri,quod animo concedisset.[In arce]In Capitolio.[In monte Cę.]In suburbanæ regionis princeps fuit hic mons à Cœlio Vibeno Tusco duce nobili sic dictus,qui cū manu sua dicitur Romulo venisse auxilio contra Latinorum regē Varro P. dicit hunc regem auxilio venisse Romulo contra Sabinos,& domicilium in hoc monte habuisse. [Proscripsi] Venalē fecit,& publicauit. [Insulam] Domum, Insulæ dictæ propriæ, quæ non distinguuntur communibus parietibus cum uicinis circum,cinctuq. publico,aut priuato cinguntur,à similitudine earum terrarū, quæ fluminib. aut mari imminent,dictæ quòd sunt in salo.i.in mari. Pomp. Fest. [Arbitrum il.ad,] .i. ad arbitrium illum.s.Claudium egit, arbiter autem fuit Cato, M. Catonis Vtic. pater, Catonis illius censorij nepos,ut ostendit Gel. [Vt enim ceteri]Ceteri,inquit, nomen accipiunt à partibus illustrioribus,sed Catonis pater ab ipso Catone nomen accepit. ca altero filio Cat censorij, qui cognominatus est Sabinus,nati sunt L. Cato,& M. Cat. Is M. Cato trib.pl. fuit, & præturam petens mortuus est,ex eoque natus est M. Cato prætor, is qui se Vticæ occidit. [Cum in u en.]Hæc fuit Cat.sententia, ut Calpurnius indemnis esset.[Ad fidem bo.] Quæ maximè requiritur in contractibus. Nam Triphonius ait: Bona fi. quæ maximè in contractibus exigitur, ęquitatem summam desiderat. [Ergo &c.] Concludit. [Quod si] Re omnia breuiter colligit, de quib. supra ait, ostendens neminem eorum rectè fecisse, qui propriæ utilitatis gratia ea reticuerunt, quæ nota emptori esse par erat. [Frumētarius] qui tacuit mercatores alios paulo post affuturos[Sed huiusmodi ret.] Latissimè patent hæ reticētiæ, & propterea dici de singulis non potest, unum tamē aut aliud exemplum propositum sufficere debet ad omnia cognoscenda,& cum dicitur uitium in prædijs tacendum non esse, intelligitur,& in aliis quibuscunque req [Tenentur]Seruantur. [M. Marius &c.]Aliud exemplum est, ex quo cognoscitur, quā iniquum censuerint ueteres taceri à uenditore si quid uitii essent in mancipio. Sergius, quidem Orata ædis uendiderat. M. Mario Cratidiano,& ita uendiderat,ut ipsi Sergio magna.ex parte seruirent, post aliquod tempus Cratidianus easdem ædes reuendit Sergio. Sergius oblitus eas ædes tibi seruire, maioris emit precii, postea uero cum recordatus esset ædes sibi seruire, nec debuisse tanto precio emere, Cratidianum in iudicium uocauit. Res acta est à duob. præstantissimus illius ætatis oratorib. Anto.& Crasso, hic iure nittebatur, quod ita in lege scriptum esset, si quid in mancipio uitij sit id emptori iudicandum. Ant. uero æquitatem defendebat, quod uidelicet. Orata scire poterat.

Venditor ēt nō q̄rēti, emptori tenetur uitia indicare.

rat ædes sibi obnoxias esse, & ideo non fuisse opus, ut uendi
tor indicaret. Sergius Orata cognominatus est, quod ei pisces,
qui auratæ uocantur clariss. fuerint. hic est Sergius Orata, qui
primus balneas pensiles habuit, primus ostrearia in baiano lo-
cauit. primus optimum saporem ostreis lucrinis adiudicauit,
auct. Plin. & Macr. [Propinquus noster] Fuit is ex municipio
Arpinati, sicut Cic. [Seruiebant] siue Angiportus esset, siue stil-
licidium in aream uicini caderet, ita seruiles erant, ut ei serui-
rent post aliquos annos cum redimeret ędes, oblitus sibi serui-
re maioris emit, quam emisset, si seruitutis illius recordatus
esset. De seruitutibus personarum rusticorum, & urbanorum
prædiorum loquuntur Iureconsf. in lib. 8. dig. & lib. 2. institu-
tionum. [Ius] Contra Cratidianum, uidelicet iure cautum es-
se, ut uitiū aperiatur, & hoc Crass. defendebat. [Aequitatē &c.]
Inter ius, & æquitatem interest. quod ius scriptum est. æqui-
tas non est scripta. Sunt idem bonum, & æquum, quod iustū,
ut ait Arist. li. 5. Eth. Sed bonum, & æquū non est iustū, quod
est secundum legem, sed, quod est secundum emendationem
legis, causā uero huius est, quod omnis lex uniuersalis est. De
quibusdam autem dici uniuersaliter, rectè non potest. lex. n. cō
plectitur, quod plurimum est non ignorans defectum, & nihi-
lominus recta est. Nam peccatum non est in lege, neq; in legis-
latore, sed in natura rei. Cum ergo lex uniuersaliter loquitur,
& accidat, quod præter uniuersale est, tunc rectum est. ut quæ
omisit legislator, & defecit in loquendo, emendetur omissum.
Quod, & legislator diceret si adesset, licet iam legem tulerit.
Dicebat Ant. Naturale est, ut unusquisque sciat, quod possi-
det, possiderat autem Serg. antequam ædes Cratidiano uen-
deret. scire igitur poterat, non debebat, aut tenebatur iudica-
re. [Tenere] Sciret. [Quorsum hæc] quæret fortasse aliquis,
quem ad finem hoc exemplum proposuerim, dicam &c.] Nō
pla. &c.] Si non placuit nomen astuti multo minus res ipsa pla
cuit, est argumentum à minori ad maius. quod uehemēs esset
solet. [Astutos.] Callidos uersutos. [Sed alii et à philosophis p̄
cipitur. Nam lege satis est id seruari, quod in lege scriptum sit,
tamē naturam ducem sequendāphilosophi censent. Vt, quod
nobis fieri displicet, id alijs facere nolimus, hæc lex naturæ est,
quam qui ignorat iniustus est. Insita autem est à natura ani-
mis. Leges quatenus manus manu &c.] Quomodo, dicet quis.
piam leges astutias tollunt? Quatenus manutenere possunt.
Indicant. n. uitia apertè, & in reb. quæ quasi manuteneri pos-
sunt, & certa experientia, q. d. leges tollūt apertas astutias, &
quæ quasi manutenentur. philosophi uero etiam eas res, quæ-
cūq; excogitari possunt, uel hoc, inquit, iccirco, quod leges nō
prohibent facere uitium, quod emptor tacere possit. At con-
tra philosophi etiam si uitium notum esse possit emptori, ta-
men taceri nolunt, ab eo, qui uendit quantum quidem perti-
net ad rationem, & intelligentiam. Ratione, & intelligentiam
id teneri p̄t. quod non est contra naturalem rationem. Quod
autem tacere uitium in mancipio sit contra naturalem ratio
nem, probatur. Vnusquisq; si seipsum consulat, nolet uitium
taceri, quod sit in mancipio, etiā si notum esse possit. Ratio, &
intelligentia idem sunt. Nam cum data est homini à deo, ra-
tio data est, & recta ratio, si recta ratio data est, & intelligentia
data est, uel communis sensus, qui nobis res notas efficit, &
in animis nostris collocat, efficitq; ut in uirtute honestatē ui-
ria in turpitudine ponamus, ergo quatenus manutenere pos-
sint. i. quatenus possint possideri, & uendicari. nam lex, uult, ut
taceri possit uitium, quod emptori notum esse possit. [Ratio-
ne, & intelligentia] etiam si lege nō præscribatur, non quærūt
philosophi, quid fieri possit, sed quid fieri debeat, leges tantū-
modo quærunt, quid liceat, & quid possit fieri, sed philosophi
quid deceat an debeat, ergo ratione, & intelligentia, non autē
manu, & p̄tāte, ut omne, quod mihi liceat possim. [Sunt ne
ne igitur &c.] Vt Cratidiani certe fuerunt, cum uendidit ędes.
nam oblitum illum putauit seruitutis ædium suarum. utitur
autem similitudine, quæ huic loco congruit. Venator cum la-
queos ponit feræ, etiam si illam non agitauerit, ut in laqueos
ruat, insidias tamen fecit. fera. n. cum inscia in laqueos incide-
rit, rectè uenatoris insidijs capta dicitur. eodem modo, cum
Cratidianus ædes uendidit, non impulit Sergiū in insidias, sed
tacuit, & non monuit, ut caueret ab insidijs, insidiosè ergo fe-
cit. [Sunt ne] Quæro ex ijs, qui negant insidias esse. [Excitatu-
rus] Iacentem, & latentem in cubiculis. [Agitaturus] Excitatā
impulsurus. [Sic tu &c.] Tabulæ proscriptionis mancipii, hoc

Leges q̄ sunt nō solū qd liceat, sed fieri debeat.

est rei uenalis sunt tanquam retia. [Hoc quāquam uideo] quā-
quam non uideo more, aut iure ciuili cautum esse, uideo tamē
iure naturali cautum esse. lex illa, quæ scripta nō est, sed ani-
mis nostris insita, neminem errare permittit, nisi qui se decipe-
re uoluerit. [Hoc]. s. tacere uitium, quod emptori iudicandum
est. [More] secundum morem alicuius ciuitatis. Mos autem nō
scripto continetur, sed consuetudine. Nam, ut ait Vlp. De qui-
bus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, qd
moribus, & consuetudine introductum est. Inueterata autē cō-
suetudo pro lege custoditur, & hoc est ius, quod dicitur morib.
constitutum, & non scriptum. Nam diuturni mores consensu
utentium comprobati legem imitantes, ut in lib. j. discimus in-
stitut. titu de iust. & iu. lex scripta est, & aut iubet, aut uetat, aut
permittit, & hæc generalis potest esse. cum ius ciuile sit particu
lare, qđ unaquæq; ciuitas sibi constitit. [Lege naturæ.] Quæ est
recta ratio homini à deo data. [Societas. n. est &c.] Hac lege na-
turæ, quam dixit, omnes tenentur. est enim omnibus inter om
nes commonis, quam seruare possunt homines si à naturali ra-
tione non recedunt. & ratio facit, ut homines communi qua-
dam necessitudine inter se coniuncti sint. à qua si discesserint
statim iniusti esse incipiunt. [Interior eo. &c.] Communis ratio
omnes homines societate quadam coniungit. est. n. inter om-
nes homines. redigitur autem in angustum: maior est inter ci-
ues, quā inter peregrinos, maior inter propinquos, quam inter
ciues. [Eiusdem gentis] Maior. n. inter duos Italos, quam inter
Gallum, & Italum, arctior est inter duos ciues, ut duos Perusi-
nos, quam inter Perusinum, & Florentinum, decipere externū
turpe est propter communem societatem, qua homines om-
nes inter se coniuncti sunt, at uero ciuem decipere, multo est
detestabilius, cum quo arctior est societas. [Itaque maiores no-
stri] Quoniam alia societas minus arcta, alia plus, ideo inuen-
tum est ius ciuile, & ius gent. utrunque Caius tit. de iust. & iu.
ita distinxit, Ius ciuile est, quod unusquisque populus sibi con-
stituit, quasi proprium suæ ciuitatis. Quod autem ratio natu-
ralis constituit, id æquè custoditur apud omnes, sed hoc ius
gentium appellant, quòd eo iure gentes omnes utant. [Quod
autem gentium] Non conuertuntur, si ius ciuile est, non ius
gentium est, sed si ius gentium est, ius ciuile est. Magis autem
seruandum est ius gentium. quoniam magis est secundum na-
turalem rationem, & plura cōplectitur. Sed nos ueri iuris &c.]
Maiores quidem ita statuerunt, sed nos mali facti sumus adeo,
ut uix imaginem quandam, & effigiem iuris retineamus. Nam
si uel umbram solam iuris sequeremur, nunquam sic errare-
mus. [Sed nos] Maiores quidē nostri sic statuerunt, sed nos &c.
[Veri iuris &c.] Vlp. de iust. & iu. sic diffinit. ius ex sentētia Cel-
si à iustitia est appellatum, & est ars boni, & æqui, cuius merito
nos quis sacerdotes appellat. iustitiam nāque colimus, æqui, &
iniqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, li-
citum ab illicito discernentes, bonis non tantum metu pœna-
rum, sed etiam præmiorum spe afficere cupientes. ueram non
simulatam philosophiam affectantes. [Solidam] Stabilem, ex
pressam. [Vmbra, & ima.] Vtimur. Translatio est à pictoribus,
qui ex reuera imaginem ducunt. [Vt sequeremur] Imaginem,
& effigiem, quoniam melius faceremus. [Nam quam &c.] q. d.
magni fieri dicunt hæc uerba, quæ sequuntur, sed iam contēni
cœperunt. [Ne propter te &c.] Cum cliens patronum, pupillus
tutorem rogabat, his uerbis utebantur, à quib. inquit nos re-
cessimus [Sed qui sint &c.] q̄ a dixit inter bonos bene agi. Quæ
stio inter iuris consultos exoritur. [Summam uim &c. [Quo-
ties. n. ex compromisso, ad arbitri sapiētiam decurrebatur, sem
per addebatur ex fide bona, uidelicet ut ex bona fide iudicaret,
& arbitros intelligimus illos uiros bonos esse, in quib. esse do-
lus nullus potest. [Fideiq; bo. nomen] arbitrorum iudiciorū,
& actionum duo genera. Alterum dicitur bonę fi. alterum stri
cti iuris. fidei bonæ dicitur ex uendito. locato, & ceteris, quæ
enumerat, & alijs plurib. & fidei, quidem bonæ iudicia dicūtur
i. exuberantis, in quibus magis regit bona fides, quam regitur.
Nam bona fides, quę exigitur in cōtractib. ut ait Triphonius,
æquitatem summam desiderat, est quæ dubium utrum ea exi-
stimemus ad merum ius gent. pertinere, an cum præceptis ci-
uilibus, & prętoriis conuenire. stricti iuris actio dicitur ex stipu
latu, in qua bona fides magis regitur, quam regit, quia nō pos-
sumus à scripto discedere. [Idem in tutelis] Quid sit tutela su-
perius dictum est. [Societatib.] Societas est commune ius om-
nium rerum, uel unius alicuius tantum. [Fiduciis] Fiducia dici-
tur

Cōis ratio oēs societate coniūgit.

tur magis, quam tutela fratris maioris emancipati à parte post patris mortem: nam, ut ait Vlp. si pater filium, uel filiam, uel nepotem, uel neptem, uel deinceps impuberes quos in potestate habeat mancipet, vicem legitimi tutoris sustinet, quo defuncto, ut inquit Modestinus, si liberi per fectę ętatis existunt, fiduciarij tutores fratris, uel sororis efficiuntur. [Mandatis] Quidquid per inter nunciū transigitur, siue illud gratuitum sit, siue non, secundū iurisconsultos dicitur mandatum. Paulus titulo mādati, dicit, mandatum nullum est, nisi gratuitum, & originē eius ab officio trahi. vbi pecunia fuerit contrarium esse officio. Nam interueniente mercede res non ad mandatum, vel officiū trahitur, sed ad conductionem, uel locationem. Is qui exequitur mandatum non debet excedere fines mandati. Mandatum aūt nō suscipere liberum est, susceptum autem consumādum, aut quam primum renunciandum est: ut per semetipsum, aut alium eandem rē mandator exequatur. [Reb. emptis] Emptio, & uenditio contrahitur simul, atq; de precio conuenit, etiam si nondum sit numerata pec. [Conductis] Locatis. Conductio est rei ad vsum alicuius acceptæ, cum diffinitione mercedis, locatio uero è contra, quæ ad usum alicuius data est mercede constituta. [Quibus] Omnib. r eb. tenet omnia in uita uersantur, & si hæ actiones bon. fid. essent, dirimi humana societas non posset, sed quia hæ actiones bonæ si non sunt, dirimitur quotidie humana societas. [In his magni &c.] s. dicebat Scæuola. [Quid quemq; cuiq; &c.] In his .n iudicijs etiam illud continetur, si quid inuicem actor reo, reus actori præstare debet. Verbi causa si quis mancipium uitiosum emit in dicto uitio dimidio minoris, quam æstimetur, & actor reo, & reus actori, uel uenditor emptori, & emptor venditori præstare tenetur. mancipium æstimatur. L. emi. 25. minus, quam æstimetur. sed vitiosum est, & à uenditore uitium inductum est, ergo quia emi mancipium illud dimidio minoris præstare teneor venditori. At vero vēditor quia non dixit uitium, tenetur & ipse mihi præstare, & hoc modo cōtrouersia oritur, quid quenq; præstare oportet. Emptorē quia minoris emit, quam æstimatur. Venditorem uero, quia vitium non dixit. Quo circa &c.] Si astutia tollitur, in huiusmodi difficultates nō incurritur, ut opus sit judici statuere, quod quēque præstare oporteat. [Quæ uult uideri] Cum longè sit malitia à prudentia, imò etiam contraria. quod Cic. ex utriusq; declarat diffinitione. [Malitia] quæ est fallax ratio nocendi, hæc tamen, uult se prudentiam uideri. Nam, qui malitiosus est, uult prudens uocari, & cum malitiosè facit credi uult prudēter facere, quam alienum sit à natura nostra uitium, vel hinc cognosci potest, quia etiam si illud placet, displicet tamen uitij nomine appellari, & qui callidi sunt, uolunt vocari prudentes. [Quia prudentia &c.] Vis, & proprietas prudentiæ est discernere bonum à malo. [Malitia] Cum prudentia habeat bonorum, & malorum delectum, bona deligat, mala autem cōtemnat, & abiiciat, cōtra facit malitia, quæ malum, quidem eligit, sed sub specie boni. [Sed omnia, quæ &c.] quia malitia est in dolo, & fraude, ut & uerbis, & re ipsa aliquē decipiat dolus, & fraus mala sunt, quia turpia, malitia igitur mala est, & turpis. Prudentia (ut diffinit Arist.) est habitus uerus cum ratione, qui in his agēdis uersatur, quæ sunt homini bona, & mala. prudentis autem est bene consulere posse circa illa, quæ sibi bona, & utilia sunt non particulariter, puta qualia ad sanitatem, vel robur, sed vniuersaliter ad totius uitæ statum bene dirigendum. est autem quædam potentia, quam astutiam uocant, hæc huiusmodi est, ut ad subiectam intentionem agere possit, & ad effectum perducere. si itaq; id, quod intendimus rectum sit, laudabilis est, si autem improbum, tunc est dolus, quapropter prudentes astutos, & non dolosos dicimus, impossibile autem est prudentem esse quempiam, nisi sit bonus. [Nec vero &c.] Non solum in prædijs dicit cautū esse, vt vitia nō reticeantur, sed etiā in mācipijs. i. seruis. [Mācipiorū] Seruorū, hoc loco, vt si uitium in seruo fuerit, q̄d vēditor reticuerit, præstare teneatur. [Qui n. scire &c.] Hæc est fraus, nā qui seruū vendit, si uitium non dixerit, quod in seruo esse cognoscere debet, Aediles cogunt præstare, quod ille tacuerit. Sūt ædiles, quos græci ἀγορανόμους vocāt. qui legē fori cōseruant. præsunt. n reb. emendis, & vendendis, & puniunt, qui rem uitiosam uendiderit. [Hæredum est &c.] qui scire potuit præstat ædictū ædiliū, uidelicet dominus mancipii, qui mancipium diu possedit. [Hęredum alia ratio est] Hęredes. n. plerunque mancipii vitia ignorant, uerbi causa, aliquis 10. annos possedit mancipiū, cum è vita discessurus sit, hęredi instituto mācipium reliquit hęres si uendit mancipium nō tenetur uitium dicere, quia scire nō potest, at uero longi temporis dominus tenetur, quia non ignorat, si paterfamilias uendidisset alicui seruum uitiosum, nec aperuisset vitia mortuo illo, non obligatur hæres ad satisfaciendum, cum emptor mortuo uenditore uitium cognouisset, & conquestus esset hęres non tenetur præstare [Ex quo] Iure ædiliū. [Iuris nā fons] Ius est recta ratio, sed recta ratio naturalis est, & prima nobis cum deo societas, cum à deo nobis data sit ratio. data est, & recta ratio, igitur, & ius, quod est recta ratio, datū est. [Inscitia] Ignorātia, quia ille ignorat uitium. [Nec vlla pernicies &c.] Nullā dicit pestem esse periculosiorem, quam cum malitia sibi licere existimāt, vt id, quod sciunt, se nescire simulent. nesciebam inquiunt, ideo non dixi si scissem, non igitur præstare debeo. [Simulatio ergo intelligentiæ si simules te nescire uitia cum scias, & dolosè taceas, ut lucreis, & tanquam prudens existimeris. ergo simulatio intelligētiæ si simulas te non intelligere [Ex quo &c.] Nulla, inquit, alia ratione affectum est, ut utilitas cum honestate pugnare uideatur, nisi quòd homines, quæ intelligunt, se non intelligere simulant. [Quoties. n. quisq;] Si hoc conceditur, vt ignorantia nō puniatur, quis inuenietur, qui ab inferenda iniuria abstineat? [Quoties] q. d. nullus. [Periclitemur &c.] Quod ita sit, ꝓbemus exemplis, in quib. homines putāt se nō peccare, cū peccent, nam de his, qui manifestè dānātur, nulla dissensio est, cum pœna sit atrox sumenda, & graui supplicio afficiantur. de his loquemur quæ propter consuetudinē hominibus licere vidētur, ut cū ea cōmiserint hoīes, tamē se peccasse nō existimēt. [Veneficiis] qui ueneno necāt homines, aut incātationib. corū mētes peruertūt. lege Cornelia Venefici capite damnabātur, qui artib. odiosis tā uenenis, quam susurris magicis homines occiderint, uel mala medicamēta publicè uendiderint. [Non est disc.] quia manifesta sunt peccata quibus atrox pœna proposita est. [Sed hæc consideremus &c.] Superiora, qui faciunt planè habentur mali, & scelerati, sed hæc, quæ sequuntur, quia agunt boni creduntur, & ponit exemplum, quod & Val. vsurpauit lib. 5 c. de test. Athenis Basilius quidā testamentū condidit, & Satyriū quendā hæredē instituit. Quidā adulterinū testamentū fecere, in quo se hæredes scripserūt, ut autē hoc testamētū ualidius esset, nominibus duorum principum in repu. confirmarunt Crassi, & Hortensii, qui consensere se coheredes esse, quamuis boni uiri habebantur, & suspicabuntur falsum esse testamentum, peccarint autem, nec ne Cic. ipse dicit. [quod cum il. fal.] Dicebant enim etiam si illi falsum testamentum condidere, quid ad nos? nullius culpæ sumus conscii. [Non repudiauerunt] quia passi sunt se cohæredes esse. [quid ergo] quærit Cic. nunquid satis illis fuerit dicere, quod nullius culpæ sibi essent conscij [Mihi &c.] Cic. quid sibi uideatur dicit. Quamquam &c. Dicā inquit libere quod sentio, quanquam utrunque amaui Hortensium uiuum, Craf. etiam mortuum. Cic. enim cum Craf. simultates fuere. & ferme illud est Arist. Plat. impugnātis cum ait. Quanquam hæc quæstio perardua sit ob amicos, qui Ideas introduxerunt, sed pro defensione ueritatis etiam propria impugnare oportet præsertim philosophos. Nam cum ambo sint amici, pium est ueritatem honori præferre. Sed cum &c.] Non hoc dico, quod illos oderim. utrunque enim amaui, sed non uidetur mihi honestum, cum Basil. uellet sororis filiū nomen habere, ad alios bona, ad hunc tantummodo nomen perueniret. [Hunc &c.] per exclamationem, & interpositionem legendum est. declarat autem quis fuerit M. Satyrius, qui videlicet patronus fuerit agri Piceni. nam cum ager Picenus C. Flacco viritim diuideretur, huic Satyris obstitit, licèt uilis, & penè ignobilis. & patronus fuit Picentinorum, & resp. contra Flaccū hoc patrono usa est agri Piceni & Sabini. Illum enim resp. delegit qui obsisteret Flac. [Nihil præter no.] Conditor testamenti, quem facit hęredem suum uniuersalem, eundem uult nomen suum ferre, ut s. in omni contractu sit, & obligatione, Nā nominis & rei appellatio, ut ait Vlp. de uer. sig. ad omnē contractum & obligationem pertinet. Vnde cum dico magnam nec pecuniam habere in nominibus, significo in debitorib. qui mihi obligati sunt. Cum ergo hic Basilius hæredem instituisset Satyrium sororis filium, & nomen suum ferre uoluisset, id uoluit ut in omni contractu & obligatione teneretur, quia ēt hoc iure cauetur. Non ergo æquum erat, ad hunc Satirium nihil prætor nomen perueniret. [Etenim si is] Argumentatione confirmat argumento à minori ad maius, nam si is reprehēdendus

dendus est,qui non defendit iniuriam,cum potest,quanto ma-
gis,qui nō modo non defendit,sed adiuuat,ut fiat? sicuti Craſ.
& Hortensius.[Defen. &c.]notanda constructio,defendo iniu-
riam.i.ab iniuria,sicut dicimus legibus uindicatus est dolus,&
defensum est malefactum.i. defensum est à malefacto . & Mar-
cellus,inquit,vindica re malefactum est defendere,hoc est à ma
lefacto defendere . [Mihi qui.] dicit quidquid cum alieno in
cōmodo fiat, id utile iudicari nō debere,sicut in Craſ.& Hort.
Nunc dicit , quod etiam si quis uere hęres scriptus fuerit , idq.
blanditiis & munerib.obtinuerit,non tamen esse probandum
contra heredi petas,in quos multa dicit Iuuen. Solebant.n.di-
uites orbi munerib. captari. Vnde est : Tollere dulcem cogitat
heredem cariturus turture magno, Mulorumq; iubis,& capta
tore macello . [Mihi vel.[Non loquor de adulterinis testamen-
tis,sed etiā de ueris,nec possum probare, qui hæredes fiunt mu
nusculis,& blandit ijs.[Officiorum , quia non sunt uera , sed si-
mulata officia,quia simulant beneuolentia facere, cum tamen
suā ipsorum utilitate faciunt officium.ita est laudabile , si fue-
rit uoluntarium. Maximum.n.est uinculum amoris , quod ab
amicitia ductum est, quod non si amicorum eorum fidē, quos
amamus,sed rationem vtilitatis habuerimus,nō amicitia erit ,
sed mercatura quædam,præterea agri,& pecudes isto modo di
liguntur,quòd ex his fructus percipiatur.[Non sunt ergo offi-
cia, sed simulationes officiorum, cum quis seni orbo , & diuiti
blanditur,ut ab illo hæres instituatur.[Atq; &c.] In eiusmodi
exemplis, quæ pro posuit,incidere solet dubitatio , sit ne utile
ab honesto seiunctum.Videtur.n.utile munusculis , & blandi-
tiis senes captare,sed non est honestum . Nam omnib. malitia
est mala,si mala,ergo minimè utilis.quidquid ergo ab honesto
discedit,id nequaquam utile est. [Aliud utile] Cum tamen nō
sit alterum ab altero alienum.[Fallo] quia quamuis uideatur
vtile ab honesto separatum,nō tamen ita est.Nam eadem &c.]
quidquid ab honesto discedit uitiosum est. uitiū omne est ma-
lum, omne malum est inutile , nihil igitur potest esse honestū
quin utile.[Prouiderit h.] hoc est , eandem esse regulam hone-
statis,quæ utilitatis.[Prouiderit] animaduertit. [Ab hoc] qui
hanc regulam non aduertit.[Sic.n.co.est] Ponit regulam eius,
non sibi hanc regulem proponit,cogitabat hoc quidem hone-
stum esse,illud utile,quid igitur refert honestum ne sit,nō cu-
ro,modo id consequi possim, qui sic cogitauerit, is omne faci-
nus admittet.[Cogitans est].i.cogitat,paritcipium iunctū om-
nibus temporib. uerbi substantiui,significat illa tempora,sic co
gitans sum,pro cogito,cogitans eram,cogitans fui,& sic de ce-
teris.[Expedit]vtile est,& sic specie vtilitatis decipitur.[Natura
quia nā copulauit honestum cum vtili , & vtile cum honesto .
[Fraudum]in uerbis.[Maleficiorum]in re.[Scelerum]in utro
que sunt scelera. [Itaque si uir] ergo quia naturaliter coniun-
cta sunt honestum , & utile , & ita persuasum est bono uiro si
hanc facultatem habuerit, ut digitorum crepitu possit omnes
hæreditates consequi, nunquam tamen præter honestū facere
uolet. [Digitos cō.] est dicendi modus, qui quasi in prouerbiū
uenit. Cum ostendimus aliquē sine labore aliquid efficere pos-
se,si hæc facultas esset,non tamen faceremus contra honestatē.
Crepitus digitorum fit sine labore aliquo.[Irrepere]latēter in-
gredi.[Ne si exp.&c.]diceret aliquis hoc non faceret ne uideli-
cet in hominum uoces incurreret, & ignominia afficeretur,re-
spondet,uir bonus id non faciet , etiam si sciet id neminem sci-
turum, uel suspicaturum. [At si dares&c.] hinc cognoscit quā
ta sit differentia inter uirum bonum, & auarum , qui si posset
falso ascribi hæres in foro,quotidie hac facultate uteretur.Sal-
taret &c.]etiam in foro . hoc est subiret omnem turpitudinem
pro lucro inhonesto,ergo in foro , tam etsi id turpe uideretur .
[Quem sen.]Diffinitio boni,uel iūsti.[Ho.autem &c.] sed alio
modo id habet is iustus quem sentimus bonum uirum . Cum
deliberari solet aliquid,deliberari trib.modis solet, uidelicet ę-
quum an iniquum sit,iustum an iniustum,& de eodem, & alio
deliberatur,ergo primum utrum aliquid euitandū sit an nō ,
& argumento quidem contrario cum dicimus , Si diuitiæ sunt
quærendæ,paupertas est fugienda ista deliberatio cadit in com
parationem,quia diuitiæ comparantur cum paupertate,de eo
dem,& alio bipartitum est,ut si quæratur quid intersit inter ty
rannum,& regem,inter amicum,& assentatorem . Deinde etiā
si quæratur,quæ maior uis sit duarum rerum uidelicet utrum
pluris sit iuris ciuilis scientia an eloquentia , hic Cice.arguit in
cōparatione de codē, & alio,& dicit quid inter sit inter uirum
uere bonum,& simulatè bonum.Nam uir uerè bonus nunquā
uellet alienum rapere. At uero simulatus cōtra faceret, ut dif-
ferret inter tyrannum,& regem, quia tyrannus ui dominatur,
Rex autem uoluntariis regnat,& inter amicum,& assentatorē.
Amicus.n.uera dicit,assentator,quæ cui dicit placere uideat.Si
militer inter uere bonum,& simulatè bonum differt , quia ue-
rè bonus nunquam uellet, q̄ cuipiam noceret,sed simulatè bo-
nus faceret quidquid uim commodo suo posset.[Hoc qui ad.]
Admiratione ductus,qui non credit,necesse est, ut fateat̄ se ne
scire quis sit uir bonus . Quæ.n.admiramur ea non credimus.
[At ue. &c.]Est locus à diffinitione, quis est uir bonus?Qui ne-
mini nocet,& omnibus prodest . Si uir bonus est quis omnibus
prodest,& nemini nocet,ergo qui sibijpsi prodest, dum aliis no
cet,uir bonus esse non potest,cum ab eo discedat,quod est bo-
ni uiri proprium.[Complicatam] trāslatio sumpta à uestibus.
Complicatam rationem,quasi inuolutam errore,seu ignoran-
tia.quæ explicatur cum excitatur ad rerum perspicientiam , vt
intelligat quis sit uir bonus . hæc autem ratio est quam lib. de
legib. communem intelligentiam Cic. dixit,quæ res notas no-
bis efficit,& in animis nostris inchoat,vt honesta in uirtute po
namus,in uitijs turpia . [Quid er. hic.] Vir bonus est , qui sui
commodi causa nemini nocet. quæro nunquid illi, qui hæredi
tates alienas blanditiis,& munerib.captant noceant,an contra.
& nocent quidem non aliter quam si ueneficio aliquo interfi-
cerent hæredes veros,ut ipsi hæredes essent . quid interest utrū
enecces ueros hæredes,an eos muneribus,& blanditiis summo-
ueas?qui ueneno enecat, quęrit vt alio submoto ipse succedat,
idem facit,qui munerib. aliū submouet.[Non ig. fa.&c.]Obie-
ctionem sibi ipsi facit , ergo dicet aliquis non licebit facere, q̄d
utile sit,non licebit, inquit,nisi idem honestum fuerit. Nec ali-
quid utile existimari debet,quod ab honesto fuerit separatū .
[Fimbriam]Exemplum ponit,non omnes,qui uulgo uiri boni
dicuntur,rectè etiam reipsa uiros bonos esse. Luctatius in lite
sponsionem fecit apud Fimbriam iudicem se probaturum esse
se uirum bonum.Cumq; iam lis apud eum contestaretur,Fim
bria hoc iudicium admittere noluit, quia multa, & magna ni-
mis requirerentur ad hoc,ut aliquis sit uir bonus,ergo non so
lum philosophi,sed & Fimbria sensit non facilè inueniri uirum
bonum posse.[Sponsionem]Cum deposuisset precium , quod
iudicaret bonus uir,cum promisisset facta spōsione se hoc pro-
baturum.[De patre meo]De M.T.Cic.Itaque dix.]Sed cum ad
iudicium uenisset,non admisit Fimbria.dixit. n.nūquā ego de
hac re iudicarem nunquid uir bonus sis an non. Nam si negarē
te uirum bonum esse,tibi facerem iniuriam.At vero si bonum
uirum esse dixero,uereor ue mentiar. multa.n.sunt, quæ in ui
ro bono requiruntur,& ita iudicium pronunciare noluit. [Sta
tuisse]Diffinisse,determinasse.[Ea res]Esse bonum uirum.[In
numerabilib.off.]Officium est actio uirtutis . [Quod cur] Fa-
ctum sit,ratio probabilis reddi potest,quis autem est, qui om-
nia cum ratione faciat? [Hinc igitur &c.] Non solum philoso-
phi uiderunt excellentiam uiri boni,sed etiam Fimbria, & me-
diocris uir ciuis R.[Prædicare] Quidquid fecerit uir bonus, id
ipsum etiam laudare audet , & est illud , quod dixi,quòd nun-
quàm uir bonus ab officio discedit , sed quidquid facit officiū
est,cuius probabilis ratio reddi potest,ergo cum aliquid faciat,
laudari etiam illud potest.bonum prædicari potest,malum nō
potest. Vnde ut in Parad.an quisquam se de uoluptate efferet.
[Hoc non tur.&c.]Ciuem R. ostendit uim,& proprietatem bo
ni uiri cognouisse , idem etiam rusticos nosse dicit,apud quos
prouerbium est,quod maximè ad uirum bonum pertinet. Du
bitare]Videlicet unum bonum,nihil unquam vtile putare,q̄d
non sit honestum.[Tritum]Frequens consuetudine . trāslatio
sumpta à vestib.[Qui cum]Cum quo.[Mices]Digitis sortiaris,
& ludas. Micare est digitis sortiri,& ludere.[Refellente] Prohi-
bente.[Vides]Hoc prouerbio,quod est rusticorum non conce-
di cuiquàm,ut peccet etiam si id clam omnibus facere possit .
[Huic]M.Craſ. [Vt.n.&c.] sicut turpitudo etiam si occultari
potest , tamen honesta non est, sic utile esse non potest , quod
turpe fuerit. Repugnat.n. natura, ut quod turpe sit, idem uti-
le etiam sit. [At cum per ma.&c.]quæstio est. Dicere.n.quispiā
posset,etiam si nihil vtile putandum est,quod idem houestum
non sit, tamen accidere potest,ut tanta sit utilitas, quæ præpo
ni possit honesto admodum paruo, quòd si accidat , ut maxi-
ma sit utilitas,honestas parua, præponenda est utilitas , & exē-
plo ꝓbat.[At].s. dicet aliquis.[C.Marius] hic cū legatus esset

Multa esse q in uir bono de quira tur.

Micare est di tis lud

Metelli

Metelli, qui postea Numidicus cognominatus est, cupiditate consulatus missionem impetrauit ab imperatore, & cum Romam venisset habita concione statim Metellum imperatorem suum accusauit, Illum de industria dicens bellum contra Iugurtham trahere. Iugurtham, vel viuum, vel mortuum se illis traditurum pollicens, si ipse imperator mitteretur. tantum effecit, & mouit hac oratione populū, ut sequentibus comitiis consul crearetur, & in eam prouinciam mitteretur cum imperio. quam Metellus propemodum iam debellauerat. Contra honestatem fecit Marius, quod maior affulxit utilitatis species, uidelicet, vt consul crearetur, & præmia uictoriæ Metello eriperet. [Iaceret] Contineretur. [Fide] quam seruare debuit imperatori suo. [Iustitia] Distributiua. debuisset enim colere, & obseruare imperatorem suum non criminari. Nam iustitia distributiua vult, vt suum cuique tribuamus. [Nec uidetur quidem &c.] Cratidianus quoque, ut fauorem populi compararet quem maximi faciebat, ab honestate discessit [Prætor.] Erat prætor Cratidianus, trib pl. ad collegiū prætorum uenerant, ut ædicto suo rem nummariam constituerent, quæ maximè perturbata erat, auditis trib. pl. inter se collocuti sunt, & communiter ædictum composuerunt. quo rem nummariam statuerunt. Itaque cum surrexissent alij nō prius Cratidianus surrexit à subsellius, quàm alii abissent, credebāt illi Cratidianum remansisse, vt videlicet Iurisdictionem petētib. ministraret, sed Cratidianus à subsellis surgens recta ad rostra accessit, quæ cum ascēdisset, solus ædictum illud promulgauit, quod communiter factum fuerat, ex quo solus ipse tantum fauorem populi consecutus est, ut sequenti anno consul creatus sit. ergo ille præripuit gratiam, quæ sibi cum collegis communis erat. [Iactabatur nummus] Hoc est nummi precium uariabatur, vt vel pluris, vel paucioris existimaretur, ꝗ in aureolis, & alijs pecunijs sæpe ætate nostra in diuersis Italiæ ciuitatibus factitatum est, h.d. Cic. Rom. accidisse, ut nemo sciret quid possideret, siquis habuisset 10. millia nūmum scire nō poterat quātum haberet nummum, cum modo pluris, modo minoris nūmus existimaretur. Ideo dicit rē nūmariā illis temporibus fuisse perturbatam. [Iactabatur] Variatio accidebat, ut precium variaretur nummi. [Pęna atq; iud.] i. pœna iudicii, constituta est pœna in eos qui contra eorum iudicium facerent. [Thus]. s. accensum est. [Cerei] s. accēsi sunt. [Tunc] Cum collegas decepit. [Sed omnium &c.] Post exempla duorum Rom. quib. ostendit homines sæpe decipi, ut relicta honestate turpitudini hæreant, cum aliqua utilitas maior honestate obiecta est. Nunc regulā ponit, quæ dicit, si homines voluerint officium implere in consultando hoc seruent, ut quoties aliquid propositū fuerit, qđ utile uideatur, inquirant nunquid sit honestum, quod si honestum fuerit utile putent, si contra inutile. [Quid igitur] ostēdit neque Marium illum, qui fuit septies consul, neque Mariū Cratidianum uirum bonum fuisse, quia uterque fecit, quod illis vtile videbāt, & tamen turpe fuit, utilitatis spe ducti sunt. [Explica] Exerce. ut Marcellus interpretatur, sed melius est si exponas euolue. Nam supra ait, si quis uoluerit animi sui rationem complicatam euoluere. [Species] Cum intelligentiam tuam excitaueris uidebis nullam in his speciem fuisse boni uiri. [Cadit] Ergo intendit argumentum, & sibi ipse respondet. Sic autem argumentatur, qui mentitur, uir bonus esse non potest, ij mentiti sunt, non igitur viri boni esse potuerunt. Mentiri ad utruaq; spectat Marium, & alium Marium Cratidianum. [Criminari] Ad Caium Marium spectat. [Præripere, & fallere] Ad Cratidianum. [Est ergo ulla res tanti] Caius Marius, & Cratidianus uiri boni non fuere. nam mentiti sunt. mentiri autem, & fallere remotissima sunt à uiro bono, non igitur uiri boni sunt. Sed quę nam utilitas tanta esse potest, qua cum hoc nominet uiri boni comparari possit? non igitur utile fuit quod utilitatis speciem afferebat. [Est ergo] q. d. nulla est tanta utilitas. [Quid est quæstio,] q. d. nihil. [Quid. n. interest] Nihil mihi differre uidetur siquis conuertatur in belluam, ac siquis in forma hominis mores belluæ teneret. belluarum proprium est uiolenter diripere. [Quid qui omnia &c.] uterque Marius de quibus dictum est vnum scelus commisit, & alter quidem suum imperatorem criminatus est, alter collegas decepit. Sed illi sunt pessimi, & perniciosissimi, qui omnia committunt scelera modo potentiam consequantur, ut Pompeius, nam hoc loco Pompeium tangit, qui cum uideret Cæs. audacem esse, cum illo affinitatem iūxit, ut apud illum omnis inuidia esset, apud se autem ipsum potestas. [Is] Pompeius. [Socerum] Cæs. [Cuius audacia] Nam potētiam Pompei populus imputabat Cæs dicebat. n. nisi Cæs. esset, hoc Pompeius, non faceret. [Vtile ei uidebatur] specie utilitatis deceptus est Pompeius uidit quod vtile erat uidelicet opes augere, sed non uidit, quam esset inhonestum id alterius inuidia facere. [Ipse autem &c.] Sed ipse socer nihil minus peccauit, qui græcos uersus de phœnissis Euripidis semper in ore habeat uidelicet εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι καλλισον ἀδικεῖν ἀλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Sunt in Euripidis tragœdia de Etheocle, & Poly. quæ inscribitur phœnissæ. primas. n. illic partes habet chorus mulierum phœnissarum. adhuc est in manib. tragœdia. [Dicam] Latinè. [Vt potero] uitat arrogantiam, & tamen ita traduxit, ut melius verti non possint. [Inconditè] Inornatè. [Capitalis &c.] Detestatur hos uersus Cic. & Etheoclē, qui hoc prætextu usus est ad matrem, cum illa hortaretur, ut fratrem in regnum restitueret. [Capitalis] Pęna capitis dignus. [Id vnum] videlicet regnum, nam cetera excepit in quib. colendam pietatem dicit. [Quid igitur &c.] quia dixit Cæs. spem utilitatis ductum regnum affectasse, ideo dixit opus non esse cetera minora, quæ vtilia uidentur commemorare, cum inuēti sint, qui in libera ciuitate regnum affectare ausi sint, & non solum affectauerint, sed etiam occupauerint. [Minuta] Regni comparatione. [Hanc cupiditatem] probat non esse appetendum regnum à partibus honesti à iure scripto, & à iure naturali. i. pietate, & à consequenti absurdo, primo autem utitur dilēmate. Regnum in libera ciuitate appetere, aut turpe esse dicis, aut honestum. si honestum dicis stultus es. quis. n. dicat libertate patriæ tollere honestum esse? quod si turpe esse dicis, & tamen vtile videamus, nunquid uerum sit, ut ꝙ turpe esse concedis, vtile esse possit, & ita probat, quod turpe est utile esse non posse. [Legum, cōtra ius scriptum. [Libertatis] contra pietatem [Libertatis in.] Est contra pietatem. Est autem pietas per quā sanguine coniunctis, & patriæ beneuolis officium, & diligēs tribuitur cultus, qui patriam opprimit, is contra pietatē facit. Quod autem fatetur si dicas, non esse honestum regnum appetere in libera ciuitate, sed tamen utile esse ei, qui facere potest, quæ digna satis in te reprehēsio inueniri potest. [Obiurgatione] Hęc inter amicos est, & familiaris reprehensio, at vero cōuicium cōtra hostes, & non caret maledictis. [Potest enim &c.] A cōsequēti. probat absurdo hoc modo, si utile est regnare, utilis & patrię interitus, sed hoc consequitur absurdum. [Fedissimum] Turpissimum, & obscœnissimum. [Teterrimum] Crudele, & infandum. [Parens no.] quia dictus est pater patriæ, cum potius parricida appellari deberet. [Honestate igitur] Ergo quia hoc absurdum sequebatur, si honestum est regnare, etiam parricidiū honestum esse. i. patriæ interitus, ergo utilitas dirigenda est honestate, ut vbi honestas sit, illic existimemus utilitatem esse. Et quidem sit &c. uerbis quidem vtilitas, & honestas discrepant, re autem minimè. Nam alius sermo est utilitas, & aliud honestas. Sensus idem est, & esse debet. Nam si honestum utile, & si utile honestum. [Nunc ab eo &c.] non utile est regnare, ex natura ꝓbat ipsius regni, si nocet, regnare nō est bonum, nocet autem, bonum igitur esse non potest. præterea si regnum fideles amicos non habet, nō est utile, infideles autem semper habet, non igitur vtile. præterea si regnum curas, & solicitudines affert, vtile non est, affert autem, non igitur utile. Arguit ergo à contrario, prodesse, & nocere contraria sunt, si bonum est regnum ꝓdest, si malum, nocet, igitur malum. [At cui re.] intendit argumentum hoc modo, si hæc mala insunt regnis legitimis, quanto magis insunt regnis iniustè partis? Sūt aūt regnis legitimis, ergo multo magis iniustè partis. Quod autem insunt hæc mala regnis legitimis probat ex auctoritate Accij poetæ, qui cum loqueretur de Atreo, & Thyeste, qui reges erant legitimi: Nam Pelops ex Tantalo, Atreus, & Thyestes ex Pelope regnum acceperant, eos tamen mala expertos dicit, & eorum uitam insidiarum plenā, ergo multo maiora mala insunt regnis iniustè partis. [Proditum] per successionem datum, quasi porro datum. [Nam quanto p.] Si infidos experiuntur amicos, qui legitimè regnant, quanto magis, qui per vim regnum adipiscūtur? sicut Cæs. [Quas la. con.] secūdum illud Iuu. Exemplo quodcunque malo &c [Cuius autem &c.] quomodo potest illius uitam utilem existimare? quam qui abstulerit magnam laudē, & gloriā sit consecutus, sicut de Cæs. poterat ne illius uita utilis uideri, cum qui eum occidisset magnā gloriam, & laudem esset consecuturus, sicuti Brutus assecutus est. Quod si hæc utilia non sunt.

Prodesse, & nocere sūt opposita.

sunt. Nunc cõcludit Cic. per argumentum à maiori ad minus. Si inquit, hæc quæ prima apud homines putantur uidelicet opes regna non esse utilia probauimus, quia turpia, ergo multo minus vtilia probari debent, quæ minoris sunt precij. [Quæ max. uidentur] Vt opes, & regna. [Quanquam id &c.] auctoritate cõfirmat, quod dixit Fabricij, & senatus, quia non solũ philosophi hoc sentiunt, sed morib. & disciplina quadam uiuendi sensit Fabricius, sensit etiam P.R. [Quãquam] dixi de philosophis. [Id] uidelicet id utile, quod non sit honestum. [Iterum] quia primum à Fabricio, iterum à senatu iudicatum est. [Cum .n. &c.] Variè hanc hist. ueteres tradidere. Valer.n. Antias, ut scr. Gell. sic ait, Cum Pyrrhus in terram Italiam duxisset exercitum, & bis contra R. prospere pugnasset, profectus est ad C. Fabricium, & Aemilium tunc consules P. R. & duces exercitus, quidam Ambraciensis nomine Thymocares, qui dixit se filiũ apud Pyrrhum habere, qui pocula misceret, & si conueniret cũ eis, posse facilè regem veneno necari, id quam primum Coss. senatui significandum putarunt, senatus autem legatos ad regẽ Pyrrhum mittendos decreuit, qui significarent nomine P. R. ut saluti suæ consuleret, cum familiarem inimicum haberet, nec illum regi nominauerunt legati. Claudius vero Quadrigarius non Thymocarem fuisse, sed Cyneam medicum, qui Pyrrhum se necaturum pollicebatur consulib. nec legatos senatũ ad Pyrrhum misisse, sed consules epist. scripsisse ad Pyrrhum, qua illi, quod diximus significauerũt, & in fine literarum, quæ adhuc extant, posuerunt, tu nisi caues, iacebis. Vltro] Non sine causa hoc addidit, nam quia nulla iniuria accepta bellum ultro intulerat, causa iusta videbatur, vt Pyrrhum Fabricius quacunq; posset ratione opprimeret. [Cũ rege generoso] hæc omnia uim magnam habẽt, quod vltro bellum intulerat, & quod de imperio certabat, uidelicet imperare ipse an P. R. & quod generosus erat, ut quacunq; ratione etiam perdendus. [Vt qui si speciem &c.] Si respicimus, inquit, vtilitatẽ, magna erat, labor penè nullus. [Sed magnum dedecus] utilitas, quidem magna erat, sed non minus dedecus sequebatur, Si veneno necebatur ille, cum quo certamen erat de imperio R. virtute parto non scelere. [Visum igitur vtilius] Rationib. probat rectè fecisse Fabricium, qui cõditionẽ illam respuit, & senatum, qui Fabricium commendauit, quod per argumentum ostendit à repugnantibus. Si inquit Fabricius, hoc scelus admisisset, utile non fuisset, quia bellum pro gloria gerebatur, cui scelus repugnat. Fuisset, & contra famam. utilitati .n. repugnat infamia. Gloriæ semper appetens fuit P. R. quam hoc pacto uisus esset contempsisse Fabricius. qualis Aristides, qui optima uiuẽdi ratione id Athenis cõsecutus est, vt iustus cognominaretur. [Quoquo modo] Per fas etiam per nefas. [Nõ igitur] alio exẽplo probat non esse vtile, quod non honestum, sumitur autem ex contrario, in quo senatus utilitatem honestati anteposuit. Sed ex eo probat uituperandum esse. Nam, & L. Philippus, & senatus sensit contra id, quod Fabricius, & senatus probauerat. [L. Sylla cum bellum gereret in Asia ciuitates, quæ oppressæ fuerant à Mithridate, & in seruitutem redactæ, cum belli reptãtem uenisset P. R. etiam seruire debebant P. R. sed pactæ fuerant cum Sylla, ut in libertate manerent, certa pecuniæ quantitate persoluta, & suo iure suisq; legibus uiuerent. Concessum est hoc à Sylla ex uoluntate senatus, ut s. pecuniam darent, & liberæ postea essent. at. L. Philippus post mortem Syllæ aliquot annos retulit in senatu de his ciuitatibus, & suasit, ut his uectigal imponeretur. Nec tamen idem pecuniam à Sylla iussu P.R. ante acceptam reddendam censuit. Cui sententiæ senatus est assenssus, sed hoc uehementer improbat Cic. Nam si saltem illa pecunia reddita fuisset, quam soluerãt, ut liberæ essent minus turpe uisum esset. [Piratarum melior] Quia piratæ si pecuniam pro captiuorum redemptione acceperint eos dimittunt, Romani fidem non seruarunt, quia uectigales esse uoluerunt, eas ciuitates, quas liberas esse uoluerant, nec pecuniam saltem reddiderunt, quam illa dederant, ut liberæ essent, ergo contra veritatem factum ostenditur, quæ pars est iuris naturalis, in qua fides continetur. [At aucta uectigalia] Occurrit obiectioni. diceret.n. al quis cum coactæ sunt ciuitates illæ soluere uectigalia non redditis. Pecunijs pro libertate datis, aucta sunt uectigalia. [Potest autem &c] Argumentum est à contrarijs, contraria sunt beneuolentia, & odium. Si beneuolentia utile. Imperium P.R. debet esse fulctum beneuolentia sociorum, incurrit autem in odium si pecuniam non reddiderit ciuitatib. pro libertate datam, & ab his uectigalia exigat, igitur non est utile. Item arguit à repugnantibus, repugnant fama, & infamia, si fama est utilis, infamia inutilis. Cũ P. R. studere debeat gloriæ, & famæ, quæ utilia sunt uectigalia exigendo, & non restituendo pecuniam pro libertate datam infamiam currit, infamia autem inutilis est, ex quo sequitur, quod fecit P.R. inutile fuisse, quia contra gloriam, & famam fuit. [Ego etiam cum Cat. meo] Nunc arguit ab auctoritate ostendens auctoritatem Catonis sequendam non fuisse, & Cat. ob hanc causam se restitisse, dicit cum ille seuerè nimis defenderet uectigalia, & contempta honestate utilitatem nimium sequeretur. [Præfactè] Asperè, & seuerè. trãslatio à locis asperis sumpta. [Omnia publ. &c.] Publicani sunt, qui publica conducunt, & redimunt uectigalia, ij sæpe aliquam remissionem sibi fieri à senatu postulant. Cato semper illis obsistebat, legimus apud Suet. in uita Iulij. Publicanos remissionem petentes iij. mercedem parte ab eo releuatos M. uero Cat. interpellantem extrahi curia per lictorem, duciq; in carcerem iussum. [Multa so.] quando, & ipsi socij aliquam tributorum petebant remissionem, siue penuria præmerentur, siue bello uastati erant agri, siue quamuis alia necessitas oppressisset. [Cum in hos] socios. [Cum il.] publicanis. [Sic ag. &c.] Xenoph. in Ciri pædia, quemadmodum, inquit, bonus pastor, uult optimum gregem habere, ut lanam succidat, & lac mulgeat, non autem sanguinem, & pellem detrahat. Ita princeps uelle debet populum habere opulentissimũ, ut ab eo utilitas percipi possit. [Ordinum] publicanorũ. sic .n. appellant publicanorum ordinem. [Mala etiam &c.] Cum ciuitates Trãspadanæ, & hoc est Venetia, & Gallia Cisalpina peterent, ut liberæ essent, quemadmodũ data certa pecunia cum Sylla bellũ gereret Mitridaticum, aliquot in Asia ciuitate libertate donatæ fuerant, aut si pecunia, quã dederant redderet: Curio dicebat æquũ esse, quod postularẽt, sed addebat, vincat vtilitas, quod Cic. reprehẽdit. [Potius &c.] Potius dicere debuisset si potuisset nõ esse æquã, quia non erat vtilis Rom. populo, quã dicere sicut dixi.

QVAE uidetur fieri cum honestis, quæ sunt diiudicanda .i. per iudicium discernenda. non.n. exposuimus .i. in medium attulimus, vt quæreremus, sed ut explicaremus .i decideremus. Igitur non uideretur, nec ille frumentarius .i. frumẽti prouisor, Rhodius .i. qui dicens est Rhodum ab Alex. frumẽtum aduehere, nec hic uenditor ædium debuisse celare emptores. Neque .n. est celare quidquid reticeas, sed sup. celare est, cum quid tu scias, uelis causa tui emolumenti .i. singularis lucri eos quorũ intersit scire, ignorare id, hoc autem genus celandi quale sit, & cuius hominis, qui non uidet? q.d. quilibet uidet, & ꝙ sit turpe, & hominis iniusti. Certè non est hominis aperti, non est hominis simplicis .i. integri siue fraude, nõ est hominis ingenui .i. ut ingenuum decet uiuentis. Non est uiri iusti, non est uiri boni, sed potius est uersuti, obscuri, fallacis, malitiosi, callidi, & ueteratoris .i. in fraudib. inueterati. Nonne inutile est subire hæc tot, & alia plura nomina uitiorum? q.d. maximè. [Quod si uituperandi sunt &c.] Ostendit, quod instituerat dicens, quòd si uituperandi sunt, qui retinuerunt, quid existimandum est de his, qui adhibuerunt uanitatem? .i. fallax mendacium orationis? q.d. multo maximè uituperandi sunt. C. Cãnius eques Roma. & homo nec infacetus, & satis literatus cum contulissent se Syracusas .i. ad eam ciuitatem Siciliæ causa ociandi, & non negociandi, ut ipse solebat dicere uelle, dictitabat .i. frequẽter dicebat se uelle emere hortulos aliquos, quo .i. ad, quos posset inuitare amicus, ut ibi .i. in quibus posset oblectare se sine interpellatoribus .i. molestatorib. & arbitris, quod cum percrebuisset .i. diuulgatum esset, quidã Pythius, qui faceret argentariã, sup. rem .i. qui numularius, aut trapezita, aut cãpsor, qui bancharius uulgo dicitur, esset Syracusis, dixit ei .s. Cannio se quidem habere hortos non uenales, sed Cannio licere eis uti si uellet, ut suis .i. propriis, & simul inuitauit Cannium ad cœnam in posterum diem, cum ille .s. Cannius promisisset .s. se affuturum. Tum .i. tunc Pythius .s. vt poterat argentarius, qui esset gratiosius .i. acceptus apud omnes ordines .i. status hominum, conuocauit ad se piscatores, & petiuit ab his, ut piscarentur postera die ante suos hortulos. Et dixit quid uellet eos facere Cannius uenit ad cœnam tempore .s. constituto cõuiuium erat paratũ. oppipare .i. sicut opulenti parare solent. Multitudo Cymbarũ .i. scapharum, hoc est paruarum nauium, quibus piscatores utuntur, erat ante oculos, quisq; sup. piscatorum offerebat pro se,

Per fas, & nefas quo.

ASC.

se.i.ante se,quod cæperat.s.prius,pisces abijciebantur,ante pedes Pythij,tanquam eorum dominus,tamen Cannius, inquit, O Pythi queso,idest rogo te dic quid sub hoc tantum ne pisciũ, tantum ne Cymbarum sup. consecutus est esse in conspectu hortorum tuorum? & ille .s. Pythius, inquit,quid mirum sup. est si tantum est piscium,quidquid pisciũ est Syracusis, est hoc loco,s.extra muros ciuitatis, hinc exaquatio.i hinc oẽs aquam sumunt. Isti piscatores, aut Siracusani non possunt carere hac uilla.Cannius incensus cupiditate contendit à Pythio, ut uenderet.Ille sup. id fecit primo grauatè.i.simulabat se ægrè id facere.Quid multa? Cannius impetrat,ut sup. ille uendat, & homo cupidus,& locuples.s. Cannius emit.s.hortos,& uillam tanti,quanti Pythius uoluit,emit.s.hortos instructos.i. cum omni apparatu. Et fecit nomina.i.obligauit se,& debita cõfessus est, & conficit.i.absoluit negocium i.contractum emptionis. Cannius inuitat postera die suos familiares,ipse venit maturè,idest paulo ante tempus cœnę,& nullum scalmum.i.minimam quidem partem scaphæ uidet,hoc est nihil piscatorum, aut cymbarum uidet,quærit ex proximo uicino,nũ.i.nunquid essent quę dam feriæ.i.uacationes piscatorum, ꝙ eos nullos uideret. Aduerte lector,feriæ dictæ sunt à feriẽdis.i. mactandis hostiis,quo tempore cessabant ab opere manuali. Vnde feriæ processione illa accipi cœperunt.quo circa in ecclesia quoties à diuino opere cessare licèt ferias appellat,& ita contrario respectu quas gẽtiles ferias.i.festos dies uocabant,ecclesia professos uocat. Ille.s. uicinus,inquit,nullæ sup.sunt piscatoribus feriæ,quod sentiã, sed nulli solent hic piscari,itaq; ego mirabar,inquit vicinus q̃d accidisset heri.Cannius stomachari.i.stomachabatur. Sed quid faceret sup. illo tempore,Aquilius collega, & familiaris meus, nondum protulerat.i.promulgauerat formulas.i.regulas, & leges de dolo malo,in quib.ipsis sup. formulis, cum ego quærerem ex eo quid esset dolus malus,respondebat cum esset aliud simulatum,aliud actum hoc sup. diffinitum est,sanè.i.ualde luculente.i.clarè,& dilucidè,ut.i. tãquàm ab homine perito diffiniendi. Ergo,& Pythius,& omnes agentes aliud, & simulãtes aliud sunt perfidi.improbi, & malitiosi. Igitur nullum factum eorum potest esse vtile,cum sit inquinatum tot vitijs. Quod si diffinitio Aquiliana .i. quam Aquilius de dolo malo dedit,est uera, simulatio,quæ est facti,quod factum non est,& dissimulatio,quæ est non facti,quod factum est, tollenda est ex omni uita.Ita quisquam uir bonus, nec simulabit,aut dissimulabit, nec ut emat,nec ut uendat melius.i.commodius sibi, atq; iste dolus malus erat uindicatus.i.punitus etiam legibus,ut.i.quẽadmodum tutela sup.dolosa uindicata est 12.tab.i.lege 12.tab. Et circunscriptio.i.fraudulenta contentio,& deceptio adolescẽtium uindicata est lege Latoria.i.quæ post 12.tab.lata est.Et sine lege etiam uindicatus est dolus malus iudicijs in quib. agitur ex bona fide.i.æquitate consciẽtiæ.Autem pro sed, hæc uerba reliquorum iudiciorum,excellunt maximè.i.sunt præcipuè in usu, & approbata uidelicet bene agier .i. agi more antiquo (quæ in 12.tab.obseruabatur,& quem comici nobis referunt) in arbitrio rei uxoriæ,& in fiducia,ut inter bonos.i. quando fides utrinque habetur,est sup. melius,& æquius.Quid ergo, inquit Cic.in eo,quod est melius æquius potest ulla pars fraudis inesse, aut cum dicitur bene agier inter bonos,potest quidquã agi dolosè,aut malitiosè? q. d.minimè. Autẽ pro sed,dolus malus continetur simulatione,& dissimulatione, ut Aquilius. inquit.Igitur omne mendacium est tollendum in reb.contrahendis.i.in contractib. rerum. Venditor non opponet licitatorem .i.auctorem precij,ut emptor decipiatur. Nec emptor opponet sup.aliquem,qui liceatur.i.appreciet contra.i. contrariũ in minuendo precium rei. Vterque.s.tam uenditor, quam emptor,si uenerit ad eloquendum.i.ad expresse pronunciandum preciũ, præcisè non eloquenter plus quam semel, idest dicat uno uerbo uenditor quanti uelit habere,& emptor quanti dare.Quintus quidem Scæuola filius Publij cum postulasset,ut fundus cuius emptor erat,indicaretur.i.appreciaretur semel, & uenditor fecisset id ita,idest semel(hoc est,ut dicunt uno uerbo)ipse Scęuola dixit,se existimare.s.fundum pluris, & addit centum milia nummorum. Nemo est qui neget hoc fuisse boni uiri, sed negant supp.plurimi fuisse sapientis.i. ad sapientem pertinuisse,ut.i.tãquam sapiens emisisset sic minoris,quam,i.quanti potuisset. Igitur hæc.i.illa pernicies,quam existimant, idest iudicant alios bonos,alios sapientes, Idest non eosdem bonos quos sapientes, nec sapientes quos bonos,ex quo Enn. poeta sup.dixit sapiẽtem,nec quidquam,aut nihil sapere, qui ipse nequiret prodesse sibi quidem,idest certè sup.Ennius dixit id uerè,si conueniret mihi cum Ennio, idest si eodem modo diffiniremus quid sit prodesse. Ego uideo Hecatonem Rhodium discipulũ Panætii differentem in his libris, quos scripsit de officijs ad Q. Tub. sapientis esse,idest ad sapientem pertinere, ipsum facientem nihil contra mores,leges,& instituta, habere rationem rei familiaris.neque enim uolumus esse diuites solum nobis, sed liberis,propinquis,amicis & maximè reip.Enim pro quia,facultates & copiæ singulorum sunt diuitiæ ciuitatis, idest communitatis ciuium.Factũ Scæ. de quo dixi paulo ante, quòd.s.plus honestatis,quam rei rationem haberet, nullo modo potest placere huic.s.Hecat,dicenti rem accumulandam esse sapienti. Et .n.sup.Scæ.potius quã Hecat.negat.omnino se facturum causa sui compendij.i.lucri.quod non liceat etiam sup.si leges non uetent.sed nec laus,nec gratia maxima est retribuenda huic.s. Hecat.dicenti solummodo contra mores,leges,& instituta non esset faciendum. Sed siue, & simulatio, & dissimulatio est dolus malus,perpaucæ res sunt quibus.i.in quibus iste dolus non versetur.siue vir bonus est is prodest,quib.potest,& nemini nocet, nos non reperimus facilè bonum uirum,iustum,rectè.i. ad unguem,uel ex omni parte. Igitur nunquam est utile peccare,q.a semper est turpe, & quia semper est honestum uirum bonũ esse,semper est utile.At sancitum est, idest lege diffinitum de iure prædiorum apud nos iure ciuili, ut etiam uitia dicerentur in his uendendis,quæ scilicet uitia essent nota uenditori. Nam cum satis esset eum 12.tab.secundum leges 12. tab. ea præstari,idest exhiberi,quæ esset nuncupata lingua, ex expressione vocabuli,quæ.s.nuncupata qui esset inficiatus .i. facere negasset, subiret.i.cogeretur subire à iureconsultis duplicem pœnam,cõstituta est pęna etiam reticentiæ.i. quando quis reticeret quid quid uitij est omni prædio.Ipsi statuerunt id, si uenditor.s.nisi etiam dictum nominatim,idest exprimẽdo.s.uitia esset per nomina eorum,oportere sup.quod scitum esset,& non dictũ præstari.Vt cum augures essent acturi augurium in arce.s.in Capitolio,& iussissent Tit. Claudium Centimalum sic denominatum,qui habebat ædes in Cœlio monte iuxta uidelicet arcem, eas demoliri,idest diruere,quarum.s.ædium altitudo officeret, idest noceret auspicijs.Claudius.s.Centimalus proscripsit insulam,idest domum in vrbe undique stratas uiarum, aut plateas habentem,sicut insula circundatur mari, inscripsit ergo uenalem domum illam,quam demoliri debebat,& uendidit P. Calpurnius Lanarius emit sup.eam.illud idem. s. domum oportere demoliri denunciatum est huic .s. Calpurnio emptori ab auguribus.Itaq; Calpurnius cum demolitus esset,& cognouisset Claudium proscripsisse ædes,postea quam esset iussus ab augurib.demoliri sup.eas adegit,idest attraxit,& appulit illum,scilicet Claudium ad arbitrium,idest egit eum ad arbitrũ,qui sup. diceret ex fide bona.i.secundum rectam cõscientiam suã quidquid oporteret dare aut sup.facere sibi,idest quidquid dãdum, aut faciendum esset secundum arbitrium boni uiri.M.Cato dixit sententiam.Cato dico pater nostri Catonis.Enim pro quia, ut,idest quemadmodum ceteri sup.sunt nominandi ex patrib. sup.suis,sic hic.s.Cato pater nostri Cato. nominandus .i. denominandus est ex filio,qui progenuit illud lumen.i.illum splendorem quo domus Catonum fulget.Igitur is.s pater nostri Catonis iudex.s. arbitrarius constitutus pronunciauit ita cum.i. quãdo quidem Claudius sup.scisset eam rem .s. ꝙ domus esset demolienda in uenundando.i.cum eam uenundaret,& non ꝓnunciasset.i. significasset oportere damnum præstari emptori, igitur ipse statuit pertinere ad bonã fidẽ uitiũ, quod nosset.i. nouisset uenditor esse notum emptori, quod.i. quã rem si M. Cato.s.rectè diiudicauit frumẽtarius ille uidelicet Rhodius, de quo supra dictum est,& venditor ædium pestilentium nõ rectè tacuit. Sed non omnes huiusmodi reticentiæ.s.eorum,quæ dici debeant possunt comprehendi iure ciuili,hæ autem tenẽtur diligenter,quæ possunt sup.comprehendi.M.Marius Gratidianus propinquus noster uendiderat C. Sergio Oratæ eas ædes, quas ipse emerat ab eodem paucis annis ante, hæ ædes seruiebant.i. erant subiectæ,& seruitutem debebant ipsi Sergio emptori,& prius uenditori,sed Marius non dixerat in contractu.s. uenditionis hæc .i. has ædes in mancipio .i. seruitutem debere. res est adducta in iudicium. Crassus defendebant Oratam, Antonius Gratidianum.Crassus urgebat.i. urgenter allegabat ius,quod venditor nõ dixisset vitium sciens id oportere ęquitatem,

rem, præstari Antonius sup. dicebat, quoniam id uitium non fuisset ignotum Sergio .s. emptori, qui .s. prius uendidisset illas ædes nihil fuisse necesse dicit nec eum, qui temere .i. recte feret, quo iure esset id, quod emerat esse deceptū. Quorsum hæc .i. ad quid hæc adducimus? Responsio, ut tu intelligas astus .i. astutias, & peruentiones non placuisse maiorib. nostris. Sed leges tollūt eatenus .i. eò usq;, quatenus .i. quousq; possunt tenere manu .i. manifestè probare eas factas esse, philosophi sup. tollunt ea eatenus, quatenus possunt tenere eas ratione, & intelligētia. ratio igitur postulat, hoc ne quid sup. fiat insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter. Igitur sunt ne insidiæ tendere plagas .i. retia, etiam si .i. quāuis non sis excitaturus sup. feras lustris, & latibulis suis, nec agitaturus .i. excitaturus ubi excitæ fuerint. q. d. quod sic. Enim pro quia, ipsæ fere sæpe incidunt in plagas .s. aut laqueos nullo insequente. Sic tu cum proscribas ædes ponas tabulam in qua proscribuntur, tanquam plagas, & uendas domum propter uitia, aliquis incurrat imprudens in eam .s. domum uitiosam, quamquam ego uideo propter deprecationem consuetudinis neq; hoc haberi turpe more .i. secundum morem, neq; sanciri .i. ueteri, aut lege, aut iure ciuili, tamen sancitum est lege naturæ. Est .n. societas (quod etsi .i. quāquam dictum est sæpe, tamen dicendum est sæpius) quæ quidem pateat .i. extendat se latissimè est supp. inter omnes homines interior .s. arctior, & constructior. (sicut circulus interior, minor est, quam exterior) quæ sup. est eorum, qui sunt eiusdē gentis propior .i. adhuc arctior eorum, qui sunt eiusdem ciuitatis. Itaque .i. & ita, hoc est propter hanc rationem, maiores .i. prisci Rom. uoluerit aliud esse ius gentium, aliud esse ius ciuile. Quod .n. sup. est ius ciuile, non est continuo .i. ideo ius gentium. [Quod autem gentiū ius est, id debet esse ciuile. Sed nos nullam .i. non ullam, non tenemus ullam solidam .i. integram, & inuiolatam, & expressam effigiem ueri iuris, & germanæ .i. fidelis iustitiæ, sed nos utimur umbra, & imaginib. sup. ueri iuris, utinam sequeremur .i. obseruaremus saltem eas ipsas .s. umbram, & imagines ueri iuris. Enim pro quia, ipsæ feruntur .i. extrahuntur ex optimis exemplis naturæ, & ueritatis. Nā quanti .i. quanta æstimatione digna sup. sunt illa uerba, uti ne .i. & non sim captus .i. deceptus, ue pro uel, fraudatus propter te. Ve pro uel, fidem tuam? quam .i. quantum aurea .i. pulchra, & preciosa sup. sunt illa uerba, oportet inter bonos bene agi, & sine fraudatione? Sed magna quæstio .i. dubitatio est, qui sint boni, & quid sit bene agi. Quintus, quidem Scæuola pontifex maximus dicebat, summam uim esse in omnibus his arbitriis, in quibus ageretur ex bona fide. Et existimabat nomen bonæ fidei manare .i. diffundi, & extēdi latissimè, & idest uersari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, reb. emptis, uenditis, conductis, locatis, quibus societas uitæ continetur, esse magis iudicis statuere. In his præsertim cum iudicia essent in plerisq; cōtraria, quid quemq; oporteret præstare cuiq;. Quocirca tollendæ sunt astutiæ, & ea malitia, quæ quidem uult se uideri esse prudentiam, sed abest, & distat plurimum ab ea .s. prudentia. Enim pro quia, prudentia est locata, idest constituta in delectu .i. discretione bonorum, & malorum, malitia anteponit bonis mala, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt (quia malitia turpia sectatur) nec uero ius ciuile ductum à natura uendicat (alij legunt uendicant) solum in his prædii malitiam, & fraudem, sed omnis fraus excluditur in uenditionem mancipiorum, idest seruorum uenditorum. Enim pro quia, is qui debuit scire, idest habere cognitionem de sanitate, præstat, idest satisfacit edicto, idest secundum edictum Aedilium, de fuga, & de furtis, uidelicet is, qui educauit mancipia. Alia est causa heredum, qui non tenentur præstare, ex quo intelligitur, quoniā natura sit fons iuris, & hoc esse secundum naturam, scilicet neminem agere, ut prædetur .i. prædam habeat inscitia alterius, nec potest inueniri ulla maior pernicies uitæ, quam sit mutatio intelligentiæ in malitia. Ex quo, idest ex qua re, nascuntur illa innumerabilia sup. exempla, ut .s. quibus utilia uideantur pugnare cum honestis. quotus .n. quisq. reperitur? q. d. rarissimus, qui possit abstinere iniuria .i. se tenere ne faciat iniuriam proposita impunitate & ignoratione omnium, id est certo scire omnes ignoraturos & neminē punituru, Neq; enim differendum est hoc loco de sicarijs, id est qui sica .i. pugione & mucrone grassantur, de ueneficijs .i. qui ueneno interficiunt, & testamentariis .i. qui testamenta indebite auferunt, de furibus, scilicet rerum priuatarum, & de peculatoribus .s. rerum publicatum, qui scilicet malefici non sunt fatigandi uerbis & disputatione philosophorum, sed uinculis & carcere. Sed consideremus hoc loco hæc, quæ hi qui habentur .i. reputantur boni uiri faciunt. quidam attulerunt è Græcia Romam falsum .i. à se excogitatum & falso signatum testamentum L. Manutii Basilij hominis locupletis, quod sup. testamentum quo facilius obtinerent, scripserunt se cum hæredes M. Crassum, & Q. Hortensium homines potentissimos eiusdem ciuitatis, scilicet Romæ, qui cum suspicarentur illum .s. testamentum falsum esse. autem pro sed, nullius culpæ conscij sibi essent, non repudiauerunt munusculum .i. participium alieni facinoris, idest turpis facti. Quid ergo satius .i. satis ne est hoc, ut non uideantur deliquisse? Quidem .i. certe nō uidetur mihi sup. satis esse, quamquam ego amaui alterum, scilicet M. Crassum uiuum, & non odi alterum, scilicet Hortensium mortuum, id est postquam mortuus est. Sed cum Basilius ille diues sit in Græcia moriens, uoluisset ferè, id est pronunciare & instituere M. Satyrium filium sororis suum nomen, id est ex solido esse hæredem, ita quod in omnibus eius personam ageret, & fecisset eum hæredem, hūc dico patronum, id est possessorem & dominū agri Piceni, & Sabini. O turpem notam temporum .i. locorum. Non erat æquum, id est iustum: principes, id est primates ciuitatis, habere rem, id est opes ciuis, & nihil peruenire ad Satyrium præter nomen. Etenim si is qui non defendit, neque propulsat iniuriam a suis, cum potest, facit iniuste, vt ego disserui in primo libro, scilicet huius operis qualis habendus, id est reputandus est is, qui non modo non propellit, sed etiam adiuuat iniuriam? Quidem .i. certe, etiam ueræ hæreditates uidentur mihi non molestæ, si sint acquisitæ malitiosis blanditiis, & non ueritate, sed simulatione officiorum. Atqui .i. sed certe, in talibus rebus solet uideri falsum interdum, aliud utile, aliud honestum. Nam eadem est utilitas quæ est regula honestatis, qui non præuiderit hoc, nulla fraus & nullum facinus aberit, hoc .i. à tali. Est enim cogitans sic. Istud quidem est honestum. Verum, id est, sed hoc expedit .i. hoc casu mihi utile est, & audebit diuellere, id est per errorem res copulatas à natura, qui fons est, id est quæ diuisio .i. separatio est fons & origo omnium fraudum, maleficiorum, & scelerum. Itaque si uir bonus habeat hanc uim .i. potestatem, ut si concrepuerit .i. crepitū & sonitum fecerit digitis, possit in testamenta locupletum irrepere nomen eius, non utatur .i. nolit tamē uti hac vi .i. potentia. Nec si .i. non etiam quamuis habeat quidem exploratum .i. omnino perspectum, omnino neminem suspicaturum unquam id. At si dares M. Crasso hanc uim, ut posset perscriptus esse hæres, qui reuera non esset, percussione digitorum (crede mihi) ipse saltaret, id est exultaret, gestiret prægaudio in foro. Homo autem iustus, & is supp. uir bonus quem bonum uirum sentimus, nihil detraheret, cuiquam quod transferat in se. Is qui admiratur hoc, id est quod uir bonus hoc faciat, fatetur se nescire quis sit uir bonus, At uero si quis uoluerit euoluere notionē, id est cognitionem animi sui .i. conscientiæ suæ complicatam .i. inuolutam affectionibus uarijs, iam ipse docebit se eum esse bonū uirum, qui prosit quibus possit, & noceat nemini, nisi lacessitus iniuria (hoc illis visum, profectio autem euangelica progreditur.) Quid ergo sup. dicemus, nocet ne hic qui perficiat, quasi quondam ueneno, scilicet blanditiarum, ut moueat .i. submoueat à testamento veros hæredes, & qui succedat in locum eorum? Quis .i. aliquis dixerit .i. dicere possit. Et ergo sup. talis non faciat, quod sit utile, & quod expediat (imo dicit Cice.) intelligat nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit iniustum, qui non didicerit hoc non poterit esse bonus uir, [Fimbriam &c.] Eandem rem persequitur usque adeo dilucide, ut centies tractum cœpti laboris pœnituerit, sed quia hactenus auriculas submisi vergam. Ego audiebam de patre nostro, Fimbriam consularem .s. uirum fuisse M. Luctatio Pythiæ equiti Romano, sane .i. ualde honesto, id est honoratione digno, & summo loco nato, ac uirtutibus prædito per iudicem, in loco iudicis desumptū. Cum is .s. Luctatius fecisset sponsionem .i. deposuisset aliquid quod amissurus esset, ni .i. nisi esset uir bonus. Itaque audiebam Fimbriam dixisse se, nunquam iudicaturum illam rem an, scilicet uir bonus esset, ne, aut spoliaret hominem probatum fama sup. sua, si iudicasset cōtra, id est non esse bonum uirum, aut ne uideretur statuisse aliquem esse uirum bonum, cum ea res .s. bonum uirum esse contineretur innumerabilibus officiis, & laudibus. Igitur nullo modo .i. nedum Socrates nouerat quidquā esse utile, quod non sit honestum. Itaque talis uir non modo, id est nō solum, non audebit facere

quid-

quidquam, ſed nec cogitare quidem, quod non audeat præ-
dicare, ideſt publice fateri', Nonne, hoc eſt turpe, uidelicet
philoſophos dubitare ea quæ ne ruſtici quidem dubitent? A
quibus ſcilicet natum eſt prouerbium, quod iam tritum eſt
uetuſtate. Cum enim ruſtici laudem, fidem, & bonitatem ali
cuius dicunt eum eſſe dignum, qui cum.i. cum quo mices, id-
eſt micandi ludum exerceas in tenebris. Micare autem eſt le-
uatis, aut depreſſis ab utroque ludentium digitis diuinare,
pares ne an impares ſint, ab utroque leuati, quod in tenebris
ſciri non poteſt, niſi plena fide ſit, qui cum ludas, ut uere di
cat quod leuarit. Quam uim, ideſt uirtutem, aut ſignifican-
tiam habet hoc ſcilicet prouerbium niſi illam nihil expedire,
ideſt, utile eſſe, quod non deceat etiam, ideſt quamuis poſſis
obtinere id nullo refellente. Vides ne igitur hoc prouerbio,
neque ueniam poſſe dari illi Gygi, de quo prius dictum eſt,
qui beneficio annuli inuiſibilis effectus regem intetemit Ly-
dorum? Nec huic quem ego fingebam paulo ante poſſe con-
uertere, ideſt adſe trahere hæreditates omnium percuſſio-
ne digitorum. Enim pro quia, ideſt quemadmodum id
quod turpe eſt, quamuis occultetur, tamen nullo modo po-
teſt fieri honeſtum, ſic effici non poteſt, ut id quod non eſt
honeſtum ſit utile, aduerſante etiam natura, & repugnante.
At enim, ideſt ſed certe dicet aliquis, cum, ideſt quando præ-
mia ſunt per magna, ideſt ualde magna, eſt cauſa peccandi. C.
Marius cum longe abeſſet à ſpe conſulatus, & iaceret.i. negle-
ctus, & humilis eſſet ſeptimum annum poſt præturam, neque
uideretur petiturus unquam conſulatum criminatus eſt.i. ac-
cuſauit Q. Metellum ſummũ uirũ, & ciuẽ, cuius erat legatus
cũ eſſet miſſus ab eo ſuo imperatore R. criminatus eſt inquã
eum apud pop. Rom. ducere, ideſt quod duceret, ideſt protra-
heret illud bellum, addens ſup. ſi R. feciſſent conſulem ſe
breui tempore redacturum in poteſtatem Pop. Rom. Iugur-
tham Regem Numidarum, aut uiuum, aut mortuum. Ita-
que ille quidem, ſcilicet Marius eſt factus conſul, ſed diſceſſit
à fide, & iuſtitia, qui aduexerit falſo crimine, ideſt falſa crimi-
natione optimum, & grauiſſimum ciuem uidelicet Metel-
lum, cuius legatus, & à quo miſſus eſſet in inuidiam. Nec qui
dem noſter Gratidianus eſt functus officio boni uiri tũc, cũ eſ-
ſet prætor, & Trib. pl. adhibuiſſent collegiũ.i. cõſortium præto
rum, ut res nummaria.i pecuniaria cõſtitueret, de cõi cõſenſu.
Enim pro quia, nũmus iactabatur. i. incerti ualoris habebatur
illis temporibus, ſicut nemo poſſet ſcire quid haberet. Conſcri
pſerunt. ſ. prætores, & tribuni cõiter.i. conſenſũ cõi edictum.i.
mandatum publicum cũ pœna, & iudicio, ideſt, quæ ſine alio
iudicio exigeretur à tranſgreſſionibus, & conſtituerunt, ut oẽs
ſimul deſcenderent in roſtra. i. locum ubi publicabantur edi-
cta.i. munita roſtris nauiũ Antiatium. Et ceteri quidem ſup.
abierunt alius alio.i. in alium quemuis locum. i. in diuerſa lo-
ca abierunt ceteri. Marius ſup. profectus eſt recta ſup. uia à ſub
ſelliis.i. ſedibus in quibus conſulentes ſedebant in roſtra.i. loca
unde edicta publicabantur, ut dixi, & edixit ſolus id quod fue-
rat compoſitum cõiter. & ſi quæris an ſup. ea res fuit ei magno
honori.i. ad magnum honorem: Statuæ ſup. factæ ſunt ei in
oĩbus uicis, & ad eas ſtatuas.ſ. ſup. opponebantur thus, & cerei
quibus deorum imagines honorabantur. Quid multa ſup. di-
cam? Nemo fuit unquam carior multitudini. Hæc.i. hmõi
ademptiones bonorum ſunt, quæ conturbant nonnunquam
homines in deliberatione, cum id in quo uiolatur æquitas nõ
uideatur ita.i. ualde magnum. Illud aũt quod patitur.i. acqui-
ritur ex eo.ſ. facto uideatur permagnum.i. ualde magnũ, ut.i.
quemadmodum uidebatur Mario nõ ita i. non ualde turpe p-
ripere collegis, & trip. pl, popularem gratiam, & fieri ob eam rẽ
conſulem, quod propoſuerat ſibi, tunc uidebatur ualde utile.
Sed una regula eſt omnium, quam ſup. regulam ego cupio eſſe
notiſſimam tibi, aut ne illud quod uidetur utile ſit turpe, aut
ſit turpe, aut ſi turpe eſt, ne.i. qđ nõ uideatur utile. Quid igr̃?
ſup. dicam. Poſſumus ne aut illũ Marium: qui Metellum accu-
ſauit iudicare uirum bonum, aut hunc.ſ. Gratidianum, q colle
gis impoſuit? q.d. minime. Explica, atq; excute intelligẽtiã tuã,
ut uideas, q̃ ſpecies, notio, & forma boni uiri ſit in ea. Ergo ſi ta
les uiros bonos dicamus mẽtiri, criminari, præripere, fallere cã
ſui emolumẽti.i. ſingularis cõmodi, & lucri cadit in uirũ bonũ.
Rñſio. Profecto.i. reuera nihil minus ſup. cadit in cũ quã mẽn-
tiri &c. Eſt ergo nulla res tanti, aut ullum cõmodum tã expetẽ
dũ, ut amittas, & ſplendorẽ, & nomen boni uiri? Quid eſt quod
iſta quę dr̃ utilitas poſſit afferre tm̃.i. tam magnum ſup. cõmo
dum, quantum auferre ſup. poteſt, aut quantum auferet ſi eri
puerit nomen boni uiri, & ſic detraxerit fidem, & iuſtitiã? q.d.
nihil. Enim pro, quia intereſt, utrum quis cõuertat ſe ex homi-
ne belluam, ingerat in figura hominis immanitatem bellluę?
q.d. nihil. Qui, modus interrogandi dum confidenter loqui-
mur. At ſi dicas, quid dicemus? hi, qui negligunt omnia recta,
& honeſta, dummodo conſequitur potentiam. nonne faciunt
id, quod is.ſ. Pomp. fecit? qui etiam ſocerum habere uoluit eũ
cuius audacia ipſe potens eſſet uidelicet Cæſ. enim pro quia vtĩ
le uidebatur Pompeio poſſe plurimum inuidia.i per inuidiam
alterius, & non uidebat, quam.i. quãtum iniuſtum, quam in-
utile, & quam turpe eſſet id in.i contra patriam. ipſe autem ſo
cer.ſ. Cæſar, habebat ſemper in ore uerſus græcos Euripidis
poetæ de Phœniſſis.i. ſumptos de tragœdia Euripidis, quę Phœ
niſſæ dicebatur, quos.ſ. uerſus ego dicam.ſ. latinè, ut potero
fortaſſe inconditè, ſed tamen ita ſup. ut res poſſit intelligi. Nã
ſi ius eſt uiolãdũ, eſt uiolã. gratia regnãdi, colas pietatẽ in alijs
rebus. Etheocles in cuius perſona hoc apud Eurip. dicitur, aut
potius Euripides, qui hoc dicere fecerat, eſt capitalis.i. capitali-
ter peccans, qui exceperit id ſolum, quod fuerat ſceleratiſſimũ
omnium.ſ. cauſſa regnãdi ius, & pietatem uiolari licere, Quid
colligimus igr̃ multa? hr̃ditates, mercaturas, & uẽditiones frau
dulentas? q.d. non opus eſt. Nã ecce tibi ſup. paratus eſt Cæſ.
qui cum cupierit eſſe rex P. R. & dominus omnium gentium,
& qui perfecerit id. Si quis dicit hanc cupiditatem.ſ. regnandi
eſſe honeſtam, ipſe eſt a mens.i. penitus ſine mente, & ratione.
Enim pro quia, ſup talis probat.i. approbat interitum legum,
& libertatis, & putat terram, & deteſtabilem oppreſſionem ea-
rum eſſe glorioſam. Autem pro ſed, qui fatetur non eſſe hone
ſtum regnare in ea ciuitate, quæ fuit, & quæ eſſe debeat libera,
ſed utile eſſe ei, quod poſſit facere id, qua obiurgatione, aut
potius, quo conuitio coner auertere hunc.i. ita ſæuientem à
tanto errore? Enim pro quia, ò dij immortales, poteſt fœdiſſi-
mum, & teterrimum patricidium patriæ eſſe utile cuiquam?
quamuis, qui obſtruxerit.i. irritauerit ſe eo, nominetur ab op-
preſſis ciuibus parens? q.d. nequaquam. Igitur utilitas eſt diri-
genda honeſtate.i. per honeſtatem. Et quidem.i. certè ſic, ut
hæc duo uerba uideantur diſcrepare inter ſe, ſed tamen ſonare
unum.i. unam, & eandem rem. Nunc abeo. Ordo eſt. Ego abeo
.i. tranſeo nunc ad opinionem uulgi, quæ utilitas poſſit eſſe
maior, quam ſup. utilitas, aut poteſtas regnandi, q.d. nulla. Cõ-
tra.i. econtrario, ego nihil inuenio inutilius ei, qui conſecutus
ſit id iniuſte ſupple, quam regnare, cum ego cœpi reuocare ra-
tionem ad ueritatem. Enim pro, quia, quæro ſup. an angores
.i. anguſtiæ mentis ſolicitudines, & metus diurni, & noctur-
ni, & uita pleniſſima inſidiarum, & periculorum poſſunt eſſe
utiles cuiquam? q.d. minimè. Accius poeta antiquus, inquit,
Multi ſunt iniqui, atque infideles regno. At.i ſed, cui regno,
quod proditum.i. hæreditario iure relictũ à Tantalo, & Pe-
lope eius filio obtinebatur. Nam quanto plures ſup. ſubie-
ctos regi, qui oppreſſiſſet exercitum P. R. & temporum P. R.
& qui cœgiſſet ciuitatem non modo liberam, ſed etiam im-
perantem gentibus ſeruiri ſibi, q.d. infinito plures regebat Cęſ.
quam Tantali ſucceſſor. Et tamen dixit eum non bonum eſſe
regno. Quas labes conſciæ, & quæ uulnera cenſes hunc habuiſ-
ſe in animo? Autẽ, p ſed, cuius vtilitatis poteſt ipſa uita eſſe, cũ
ea ſit cõditio eius vitæ, vt qui eripuerit illũ ſit futurus in maxi-
ma gratia, & gloria, qđ ſi hæc.ſ. regna nõ ſunt vtilia, q̃ maximè
videtur ſup. vtilia eſſe, quæ ſunt plena dedecoris, ac turpitudi-
nis, debet eſſe perſuaſum ſatis nihil eſſe utile, quod non ſit ho-
neſtum. Quanquam id quidem cum ſæpe alias.i. alio tempore,
tum bello Pyrrhi iudicaturum eſt à C. Fabr. conſule iterum.i.
ſecũdum, & à ſenatu noſtro.i. R. Cum.n. rex Pyrrhus intuliſſet
vltro.i. nõ laceſſitus P. R. bellum: cumq; certũ eſſet cũ rege ge-
neroſo (erat.n. Pyrrhus de gñe Aecidarũ) & potent.i.ſ. Pyrrho
de imperio, perfuga venit ab eo in caſtra Fabricij, & pollicitus
eſt ei, ſi propoſuiſſet ei præmiũ, ut clam veniſſet, ſic ſe rediturũ
in caſtra Pyrrhi, & necaturum eum veneno. Fabricius curauit
hunc reducendũ ad Pyrrhum, & id eius factũ laudatum eſt à ſe
natu. At q.i. & tamẽ certè, ſi nos quærimus ſpeciẽ, & opinionẽ
vtilitatis, ille vnus, perfuga ſuſtuliſſet illud magnum bellum, &
grauẽ aduerſariũ imperij, ſed magnũ dedecus, & flagitium fuiſ
ſet.eũ, qui cum.i. cũ quo certamẽ laudis.i. imperio fuiſſet, nõ ſu
peratũ ſup. fuiſſe uirtute, ſed ſcelere. Igitur vtrũ fuit vtilius, vel

Fabricio, qui fuit talis in hac.i. nostra.s. urbe R. qualis Aristides fuit Athenis, qui ut supra dictum est, consilium turpe Themistoclis dissipauit, uel senatu nostro, qui nunquam seiunxit utilitatem à dignitate. Vtrum dico utilius fuit, an certare cũ hoste armis, aut uenenis? q.d. haud dubiè armis. Sin.i. sed si imperium est expetendũ causa gloriæ, absit scelus in quo nõ potest esse gloria. Sin i. sed si ipsæ opes expetũtur, ipsæ non debebunt esse quoquo.i. quocunq; modo vtiles, cũ infamia. Igitur illa sentẽtia L. Philip. filij Q. fuit uidelicet, ut hæ ciuitates, quas ciuitates L. Sylla liberauisset pecunia excepta ex S.C. essent rursus uectigales.i. tributariæ, & uectigal pendentes P. R. & neq; reddẽdã his pecuniam, quam dederit pro libertate. Senatus est assensus ei.i. sententię, quod sup. est turpe imperio. Enim, pro quia, fides piratarum .i. latronum maris est melior, quam senatus. à quibus .n. pecuniam semel acceperint liberos dimittunt. At.i. sed (dicit fortè) uectigalia sup. sunt aucta.i. reditus, & prouentus annuales sunt sic aucti fisco. Igitur utile sup. fuit. Ad, quod Cic. Quousq; tandem audebunt dicere, quidquam utile, quod non honestum. Autem pro sed, an sup. odium infamia potest esse utile illi imperio, quod debet esse fultum.i. sustentatum gloria (contra infamiã) & beneuolẽtiam sociorum (contra odium) q.d. minimè. Ego dissensi sæpe etiam cum Catone meo. uidebatur.n. mihi defendere nimis præfractè.i. attente sicut rei alicui præfracti solent Aerarium i. thesaurum publicum, & uectigalia, & negare omnia publicanis.i. uectigalium redemptoribus.i. ne fortè adhuc dubites ijs, qui cum dicũt publicos prouẽtus certa summa ultra, quam quidquid receperũt, eorum est, & circa, quam si, quid defuerit restituunt. Cato ergo nolebat quidquã eis cõcedi, sed feci .p. ministors reip. prouẽtus colligere, & videbat negare, aut negare.i. negabat multa socijs cũ deberemus esse bñfici. in i. erga hos videlicet socios, & cũ soleremus agere cũ illis.s. socijs, vt cũ colonis nr̃is. Et eo magis, quo illa cõiunctio ordinũ .s. eq. tũ .ptinebat ad salutẽ reip. Malẽ & Curio cum dicebat causam Transpadanorum .i. trãspadũ habitantium esse æquam. addebat autem semper, uincat utilitas, potius dicere sup. causam eorum non esse æquam, idest iustam, quia non erat utilis reip. quam cum disceret sup. eam esse utilem, fateretur non esse æquam.

ARGVMENTVM.

Formas aliquot, & rogatiunculas colligit non inamœnas, in quibus uidetur aliud hortari utilitas, aliud honestas.

PLenus est sextus liber de officijs Hecatonis talium quæstionum; Sit ne boni uiri, in maxima caritate annonæ familiam non alere. in utranque partem disputat, sed tamen ad extremum vtilitate putat officium dirigi, magis quàm humanitate. Quærit, si in mari iactura facienda sit, equi ne preciosi potius iacturam faciat, an seruuli uilis; hic alio res familiaris, alio ducit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit iniurium. Quid dominus nauis? eripiet ne suum? minimè, non plus, quàm si nauigantem in alto eijcere de naui velit, quia sua non sit. quoad enim peruentum sit eò, quò sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. Quid, si una tabula sint duo naufragi, hique sint sapientes; sibi ne uterque rapiat, an alter reddat alteri? Cedat uero, sed ei, cuius magis intersit, uel sua, uel reip. causa uiuere. quid, si hæc patria in utroque? nullum erit certamen, sed quasi in sorte, aut in micando uictus, alteri cedet alter. Quid, si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet ne id magistratibus filius? nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur. non igitur patria præstat omnibus officijs? imò uero: sed ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? imo uero obsecrabit patrem, ne id faciat, si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Quærit etiam, si sapiens adulterinos numos accipiet imprudens probationis, cum id rescierit, soluturus ne sit eos, si cui debeat pro bonis. Diogenes ait, Antipater negat, cui potius assentiat. qui vinum fugiens uendat sciens, debeat ne dicere non necesse putat Diogenes. Antipater uiri boni existimat. hæc sunt quasi controuersiæ in iure stoicorum. in mancipio uendendo, dicenda ne uitia? non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili; sed hæc mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum: alteri dicenda uidentur, alteri non dicenda. si quis aurum uendens, orichalcum se putat uendere, indicet ne ei vir bonus aurum illud esse, an emat denario, quòd sit millenarium? Perspicuum iam est, & q.d mihi uideatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominaui, controuersia. pacta, & promissa semper ne seruanda sint, quæ nec ui, nec dolo malo (ut prætores solent dicere) facta sint? Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque ne illo medicamento unquam postea uteretur; si eo medicamento sanus factus fuerit, & annis aliquot post inciderit in eundem morbum, nec ab eo, qui cum pepigerat, impetret, ut item eo liceat uti quid faciendum sit, cum sit is inhumanus, qui non concedat, uti; nec ei quidquàm fiat iniuriæ? uitæ, & saluti consulendum est. Quid, si quis sapiens rogatus sit ab eo qui eum hæredem faciat, cum ei testamẽto sestertium millies relinquatur, ut ante quam hæreditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quòd alter eum hæredem scripturus ille non esset: faciat, quòd promiserat ille, ne? promisisse nollem, & id arbitror fuisset grauitatis: sed quoniam promisit si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hæreditate nihil ceperit: nisi fortè eam pecuniam in reipub. magnum aliquod tempus contulerit, ut, uel saltare cum, cum patriæ consulturus sit, turp. non sit. Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt. quæ non sunt ijs ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phaethonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit quidquid optasset: optauit, ut in currum patris tolleretur. sublatus est insanus: antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit. quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatum? Quid, quòd Theseus exegit promissum à Neptuno? cui cum tres optiones Neptunus dedisset, optauit interitum Hyppolyti filij sui, cum is patri suspectus esset de nouerca; quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid Agamemnon? cum deuouisset Dianæ, quòd in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno. immolauit Iphigeniam qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo, & promissa non facienda nonnunquam. Neque semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens: reddere peccatum sit: non reddere; officium. Quid, si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddes ne depositum? non, credo. facies enim contra rempub. quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ natura honesta uidentur esse, temporibus fiunt non honesta. facere promissa, stare conuentis, reddere

reddere depoſita, commutata utilitate fiunt non honeſta. Ac de ijs, quidem, quæ videntur eſſe vtilitatis contra iuſtitiam ſimulatione prudentiæ, ſatis, arbitror dictum. Sed quoniam à quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus, in eiſdem uerſabimur, cum docebimus, ea, quæ uidentur eſſe utilia, neque ſunt, quàm uirtutis inimica. At de prudentia quidem, quam uult imitari malitia: itemque de Iuſtitia, quæ ſemper eſt vtilis, diſputatum eſt.

PETR. MARS.

CAritate] Penuria. [Magis, quam humanitate] Et ſic ab officio diſcedebant, quoniam officium non eſt niſi ſit honeſtum, ergo officium non poteſt diligi utilitate, quę ab honeſtate ſeiuncta ſit. Quærit] Hæc erat quæſtio Hecatonis, quæ per ſe clara eſt. [Hic] In hac quæſtione, quoniam res familiaris hortatur retinere equum multi precij, & humanitas ſeruulum quamuis vilem. [Si tabulam] Alia quæſtio, Tabulam, cui inſidens euadit ad litus. [Quid dominus nauis] Alia quæſtio, an dominus nauis debeat, aut iure poſſit eripere tabulam? & dicit, quod non, quoniam nauis nunc eſt nauigantium, & uectorum. [Quo] Ad locum quo, ut perueniremus nauem conduximus, & ſumpſimus. [Quid ſi una] Alia quæſtio. [Sed ei] ſ. cedat, cuius uita utilis eſt magis reip. [Si autem in utroq; paria ſunt] Alter alteri cedat, ac ſi iacta ſorte uictus eſſet, aut pugnando. [Quid ſi pater] Alia quæſtio ipſius Hecatonis. [Cuniculos] Subterraneos meatus, vt furetur pecuniam ex ærario [Arguatur] Reprehendatur, & accuſetur id feciſſe. Igitur, inquit Cic. ſi ita fecerit filius, patria non præponetur omnibus aliis rebus. Præſtabit] Erit præſtantior, & carior omnibus officijs, quæ aliis debemus. [Imò uero] ſ. omnibus præſtabit, inquit, quoniam utile eſt patriæ habere filios pios in parentes. [Quid ſi] Alia quæſtio. [Prodere] Decipere. unde proditores oppugnare, inquit Aſcon. Pæd. inimici, & hoſtis eſt. prodere grauius, cum ad eos, qui amici eſſe debeant, referatur. [Quærit etiam] Alia, quæſtio. [Adulterinos] Non ueros, & bonos, quod noſtro tempore uulgo fit, & quotus quiſq; eſt, qui dubitet adulterinos numos ſoluere. [Ait] affirmat Diogenes ipſum ſoluturū citra reprehenſionem, quod negabat Antipater ſecutus ſanctitatem Stoicorum, & præſcriptum boni uiri, quem ſentimus tantum. [Qui unum fu.] Alia quæſtio. uinum fugiens dicitur, quod non conſeruat bonitatem, quam præ ſe fert, ſed cum mutatur, putreſcit. unde fugereeſt, quaſi putrefieri. & litteræ dicuntur fugere, cum corrumpuntur. ergo, qui tale uinum uendit, dicere debet illud eſſe fugiens. Sunt quædam uina, quæ non durant, & ſi quis illa tanquam duratura emeret, faceret iacturam. [In iure] Opinione, & ſententia, quæ eſt Stoicis ius quoddam, & ſancta lex. [Redhibeatur] opus ſit recipere mancipium uenditum. Vlp. ait, Redhibere eſt facere, ut rurſus habeat uenditor, quod habuerat. & quia reddendo id faciebat, iccirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio, cum redditur ab emptore mancipium uenditori. & à iure conſultis ponuntur morbi, & cauſæ, quibus mancipium redhibeatur. [Sed hic] In hac parte, & re, Diogeni placet, ut non dicantur uitia. Antipatro autem, ut dicantur. [Aleatorem] Qui ludo aleæ teneatur. [Si quis aurum] Alia quæſtio. [Orichalchum] Eſt æs montanum habens aliquā ſimilitudinem auri in colore, materna lingua dicitur ottone. [Ne ui] De hoc ſupra dictum eſt, quod ui metus ue cauſa, & de dolo, quoniam prætores dolo promiſſa, aut ui, rata non habebant. Ponit igitur exemplum de eo, quod promiſſum eſt nec vi, nec dolo. [Ad aquam intercutem] Ad morbum hydropiſim. [Pepigerit] Pactus fuerit. [Eundē morbum] Hydropiſim. [Qui cum] i. cum quo pactum fecerat. [Vitæ, & ſaluti] Statuit Cic. & iudicat non eſſe ſtandum tali permiſſo, ſed uitæ conſulendum utendumq; medicamento etiam nō promittente medico, qui cum id pernegat, ab humanitate diſcedit. Quid ſi quis ſapiens] Alia quæſtio. [Promiſiſſe nollem] Reſpondet Cic. propoſitæ quæſtioni dicens ſapientis uiri, & grauis fuiſſe non promittere, ſed quia promiſit, laudabilius erit in hoc mentiri, nihil. ſ. ex hæreditate accipere, niſi fortè pecuniam illa hæreditate relictā collaturus aliquando ſit, in utilitatem reip. [Grauitatis] Conſtantiæ, & uirtutis. [Si ducet] Exiſtimabit eſſe turpe, & præter decorum uiri ſapientis ſaltare in foro. [Honeſtius] Maiore laude, ſi nihil capiet ex hæreditate, quoniam oſtēdit antiquiorem eſſe ſibi uirtutem, & decorum omnibus alijs rebus. [Magnum aliquod tempus] i. in aliquam difficultatem, & neceſſitatem reip. cui adeſſe debemus, & quidquid pro illa facimus, decet. [Tempus] i. oportunitatem temporis, & uſum. [Ac ne illa quidem] Nunc de promiſſis non ſeruandis diſputat, de quibus dictum eſt in j. uol. & ponit exemplum de Sole, & Phaetonte, Neptuno, & Theſeo, Agamēnone, & Iphigenia filia, quam immolauit. Aliqui dicunt Agamemnonem cum græcorum claſſis Aulide conueniſſet, importunitate intermiſſe capream paſcentem, & Dianæ ſacram. Numen ob id iratum placari ſanguine Agamennonis filiæ popoſciſſe, Vlyſſemq; ſimulantem Achilli deſponſatam à Clytenneſtra matre uirginem accepiſſe, & ante aras uictatam ſtatuiſſe. Achillem ceteroſq; qui ſacrificio præerant, puellam regi Scytharum clam emandaſſe, & ſic Tauricæ Dianæ templo præfuiſſe. Fabulæ dicunt ceruam fuiſſe ſuppoſitam pro uirgine à Diana. [Tam tetrum] crudele, & horrendū. Ergo cōcludit oſtendens hæc eſſe officia à circunſtantia, ut ſuo loco dictum eſt. [Quid ſi] Alia quæſtio, qua officium, & circunſtantia oſtenditur. [Temporibus] Conditione temporum. Cōmutata utilitate] quoniam ſi ſit promiſſum, non eſt utile illi, cui promiſſum eſt, & quia utilitati conſulendum eſt, mutata utilitate mutatur officium. hæc plana ſunt, & in j. lib. tractata vberius. [Ac de his, quidem] Poſtquam diſſeruit, de his, quæ pertinent ad prudentiam, & iuſtitiam, Cic. captans attentionem tranſit ad reliqua, quæ pertinent ad fortitudinem, & temperātiam. de quibus uſq; ad finem diſputat, oſtendens nihil eſſe vtile, quod fortem uirum dedeceat, & temperantiam, cōfutans Epicureorum opiniones ſtatuentium finem bonorum in uoluptate, & firma explorataque corporis ualetudine. Simulatione] i. malitia quadam, quæ prudentiam videtur imitari, cum ab ea diſtet plurimum. [In eiſdem] Fontibus, è quibus officio ducuntur, & manant.

FRAN. MAT.

PLENVS eſt, &c.] Nūc dicit quomodo multa eiuſmodi ponantur ah Hecatone Rhodio per modum qōnis, quæ vtilia videntur, nec tamen honeſta; & ipſe diſputat quid in eiuſmodi qōnibus faciendū ſit. [Sit ne boni uiri &c.] Prima qō ſi, inquit, maxima annonæ caritas ingruerit, quæritur an pater familias, qui ſeruos habeat, & ancillas poſſit, & debeat tantam familiam in tanta penuria alere, an illos fame perire ſinat, ut ſuæ conſulat utilitati. in utranq; inquit partem diſputat Hecato, ſed officium magis ad utilitatem dirigit, quam ad honeſtatem, & humanitatem. [Officium dirigi] uidelicet utilitati magis conſulēdum, quā honeſtati, honeſtū eſt alere ſeruos, ſed tamen ſalutis ſuæ rationē habere vtile eſt. [Humanitate] Humanum. n. eſt familiam alere. [Quærit ſi in naui.] Alia quæſtio, quidam mercator ſeruos, & equos uehit, exoritur tempeſtas, iactura facienda eſt, niſi perire oēs cum naui malint, ſunt ſerui uiles, & inutiles, ſunt, & equi precioſiſſimi, quęrit vtrū facere debeat dn̄s nauis, nunquid uiles ſeruos in mare abijciat, an equos precioſos, reſpondit hoc in loco, alio ducit res familiaris, alio uero humanitas. [Humanitas] Nam humanitas ad hæc trahit, ut equos precioſos perire malimus, quā ſeruos, utilitas uero, vt potius ſeruos, quā equos abijciamus. [Si tabulam] Alia quæſtio, facta naui, cū naufragio omnes perirent, fortè accidit, ut ex uectoribus alter ſtultus, alter ſapiens ſit, ſtultus fragmentum nauis cęperat, & fragmento illo euadere tentabat, ſapiens poterat auferre tabulam illam quæritur nunquid facere debeat. Nam honeſtius uidetur, vt ſapiēs potius uiuat, quam ſtultus, & tamen dicit iniuriā eſſe hoc facere [Quid dn̄s nauis] Et probat, dic mihi, inquit, tu quæris nūquid ſapiēs fragmencum illud debeat arripere ſtulto, ſed dic mihi dn̄s nauis debet ne extorquere, q̄a ſuū eſt, nam quia nauis ſua eſt, ēt pars ſua eſſe debet, ergo ſibi iure id uendicare poſſe uidetur. Negat, & rationē affert, q̄d inquit, aliud eſſe tabulā de manu extorquere, quā ipſum incolumen deijcere, & præcipitare? Illud non eſſet faciendum, igitur neq; hoc. [Quoad. n.] Nō iuſta cauſa eſt, nec eū de naui deijcere debet, nam cum nauē conduco, mea ēt dicitur, donec ad locū deſtinatum deuenero. uerbi cauſa. Venetijs Anconā nauigaturus nauem conduco, illa nauis non dicitur dn̄i eſſe, donec ad deſtinatum locum deuenero. [Quid ſi in una tab.] Dixit de tabula, quā ſtultus cœperat, nūquid ei ſapiens poſſet extorquere, nūc dixit ſi uterq; ſapiēs fuerit nunquid alter alteri poſſit eripere, & alterum alteri reddere debere, affirmat qui utilior fuerit, & quem magis interſit uiuere. [Paria] Videlicet, quod tā inter ſit

Cuniculus est subterraneũ foramen,

huius,quam illius uiuere,uel sua,uel reip.causa. Cuniculus est foramen sub terra occultum,aut ab animali,quod est simile le pori appellatum,quod sub terra fossa latere est solitum, aut à cuneorum similitudine,qui omnem materiam intrant findentes.Pomp.[Quid si pater]Alia questio,si pater sacrilegus esset, & deorum templa spoliaret,& cuniculos ageret in ærarium,ut Thesauros inde subriperet, nunquid filius hoc sacrilegium indicare debeat?[Qui autem defendat]non modo nõ indicet,sed etiam defendat,si possit,neque obest patriæ,ut tu uis,imo prodest si filij in parentes pij fuerunt.[Quid si tyrannidẽ]alia quæstio,quid faciet filius,si patriam prodere hostibus pater uoluerit,aut tyrannidem in ea occupare ? & quid sit facturus ex officio ostendit.[Quærit etiam]Alia quæstio,si sapiens,inquit, falsos nummos acciperet imprudens ab alio, potest ne id creditoribus suis illos sciens dare? huius quæstionis duas ponit cõtrarias opiniones.[Adulterinos]Falsos, sicuti & pueros non legitimos adulterinos dicimus. [qui uenenum] Alia quæstio est, qui uendit quoddam genus coloris,quod cito euanescat, nec durat,& is qui vendit hoc scit.s.colorem illum euanescere.Quæritur nunquid emptori dicere debeat, hic color euanescit. Venenum colorem hic accipe,ut apud Virg. nec Assirio fricantur lana ueneno.Alij uinum fugiens legunt,hoc est non diu duraturum,& mutaturum colorem,& saporem.[Fugiens] Euanescens.[Redhibeatur]Verbum est iuris. Cum rem uitiosam uẽdideris,cuius uitium tacitum est, tunc redhibenda est .i. retro habenda.hoc uerbo ueteres iureconsulti usi sunt.[Si quis aurum]Est quidam qui uendit aurum purum,sed existimat se orichalchum uendere. Quæritur nunquid emptor si sapiens fuerit ut philosophi putant cognoscens debeat admonere uenditorem non esse orichalcum.[Perspicuum]Debeat,inquit,aurũ esse aperire.Quia disputatum est nihil esse utile, quod non honestum.Et propterea nihil alteri faciendũ, quod tibi fieri non uelis.[Inter philosophos]Diogenem,& Antipatrum.[Pacta,& promissa]Ait prætor pacta seruabo.Idem ait,quod metus causa gestum erit, ratum non habebo . Fiebat mentio etiam uis propter necessitatem impositam contrariã uoluntati . Est autem uis maioris rei impetus, qui repelli non potest. Metus autem instantis,uel periculi futuri causa mentis trepidatio. Item prætor ait : Quæ dolo malo facta esse dicentur , si de ijs rebus alia actio fuerit,& iusta causa esse uidebitur,iudicium dabo,vt dige.lib.iiij. discimus: Titulis quod metus causa gestum erit, & dolo malo.Edicere uero magistratuum est verbum iubentiũ ut prætores,& consules solebant [Siquis]Pactum ponit , quod censet non esse seruandum. est quidam hydropicus,huic medicus dat salubrem medicinam hoc pacto, ut hac medicina nunquam postea utatur.Ille accepta medicina statim liberatus est. post aliquot annos in eundem morbum incidit. Quæritur nũquid pactum seruare debeat.Si à medico illo obtinere non poterit,ut rursus hanc medicinam accipiat,non uidetur honestũ. Aquam intercutem,siue subtercutem Latini uocant,græci hydropisim. Vim morbi exprimit Horat.his uersib.Crescit indulgens ibi dirus hydrops,Nec sitim pellit nisi causa morbi Fugerit uenis,& æquosus albo Corpore languor.Medici,& Plin.atq; Celsus tres hydropiseos tradunt species. Cato, ut scribit Festus hydropicum ueternosum appellauit.ueternosus,inquit Cato , quàm plurimũ bibit tamẽ maximè sitit. [Quid si sapiens]Alia quæstio . Quærit Hecato si sapiens hæres institutus fuerit hac conditione,ut non prius hæreditatem adeat, quam in foro omnibus uidentibus saltauerit,nunquid si promiserit,seruare promissum debeat.[Promisisse nollem] Respondet Cice. sapientis erat non promittere rem ineptam,& malle,quoniam promisit mendacem esse,quam stultum,& potius , amittere hæreditatẽ non seruando,quod promiserit,quàm saltare , & hæreditatem adire.[Nisi for.]Hoc excipit si resp.utilitatem assequi posset,vt videlicet ex ea magnitudine pecuniæ ciuitas aliquandiu contra hostes tueri se posset.[At ne illa]Repetit,quod in principio posuit.uidelicet,quæ promiseris semper seruanda non esse ; & exempla ponit qualia.s.promissa sunt,quæ nõ seruare utile sit , & ei cui promissum est,& cõtra seruare inutile.[Sol Phaethonti]Quod Phoebus filio promisit,faciendum non fuit,nociturũ erat accipienti,ergo honestius fuerat mentiri,fabula nota est , quam multis uersibus scribit Ouid.[Ictu fulminis] Quia Iupiter metuens terris,& cœlo,filium fulmine perculsit , qui in Eridanum cecidit.[Quid Theseus]Hoc exemplum etiam lib j. posuit.[Exegit] Petut ueluti rem sibi debitam. Ille enim tria promiserat quæcunq; peteret.Quid Agamẽnon]Aliud exemplum cum nullus Agamẽnoni nasceretur filius , & creandæ prolis facultas negata esset,uouit Dianæ se immolaturum primogenitum,nata est Iphygenia filia pulcherrima . Quid facere debuit postquam promisit?promissis stare non debuit.[Tetrum] Impium,crudele.[Neque]Semper deposita reddenda sunt, nõ est reddendum depositum quando aliquid mali secuturum est . Exemplum Cic.ponit. [Quid si is]Aliud exemplum . [Temporibus]Casu,& accidentia temporis. [Stare conuentis] Pactum est duorum,uel plurium in idem placitum,& consensus. promissum est,quod aliquid alicui etiam sub iuramento promittit. conuentionis uerbum,ut ait Vlp. generale est ad omnia ptinens, de quibus negocij contrahendi causa transigendiq; cõsentiunt,qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unum locum colliguntur,& ueniũt, ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt.i.in unam sententiam decurrunt . Adeo autem est conuentionis nomen generale, ut eleganter dicat Pedius nullum esse contractum, nullam obligationem,quæ non habeat in se conuentionem , siue re,siue uerbis fiat. Nam stipulatio , quæ uerbis fit si non habet consensum,nulla est.Idem est conuentum,quod pactum , uel conuentio.[Sed quoniam]Multis ualidissimisq; rationibus ostendit Cic.nihil utile esse,quod turpe sit, & nihil omnino utile posse esse, quod idem honestum non sit . Nunc idem à partibus honesti ostendere nititur, docet autem, conuenire utile, & honestum,& quidquid contra uirtutem sit , contra honestũ etiam fieri. Cuius partes enumerat . Quidquid sit contra prudentiam,contra iustitiam,fortitudinem,temperãtiam, contra honestum fit,quod si honestum,& utile conuertuntur , quidquid contra uirtutem fit,esse utile nullo modo potest.De duabus autem partibus iam dixit,& ostendit malitiam,& calliditatem esse,quæ uirtutem ad se trahit , & falsa specie prudentiam imitari uult.Sed aliud est calliditas,aliud prudentia . illa enim fallax est imitatio prudentiæ. Idem inquit, de iustitia.Quidq d enim iustum est,utile est, quidquid iniustum inutile.Sequitur ut ostendat,quæ fiunt contra fortitudinem, & temperantiam, nullo modo utilia esse posse.[A quatuor fortib.].s. prudentia, iustitia , fortitudine , & temperantia.[Quæ imitari uult]Quia malitia cum sit uitium, uult prudentia uideri . [Quæ semper est utilis.[Ea.n. hominum societas inter se conseruatur , qua sublata,humana societas nulla esset,imò ne ciuitates quidem durarent .

ASC.

SEXTVS liber Hecatonis discipuli Panætij Stoici de officijs,est plenus talium quæstionum,uidelicet ne.i. an sit boni uiri, idest pertineat ad bonum uirum non alere familiam in maxima caritate.i,penuria annonæ.i. uictualium,& disputat in utranque partem , sed tamen ad extremũ putat officium dirigi utilitate, magis quam humanitate. Quærit si in mari facienda est iactura, an faciat potius iacturam equi preciosi, an uilis serui, hic.i.in hoc casu res familiaris ducit alio.i.ad alium,uidelicet ad saluationem equi, & humanitas ducit alio uidelicet ad saluationem serui,quia hominis.Si stultus arripuerit tabulam de naufragio,an sapiens extorquebit .i. uiolenter auferet eam à manibus stulti si potuerit, negat.s. Hecato, quia sit iniuriũ . Quid dominus nauis,est sup.eripiet ne suum?Respondet,minimè non plusquàm si uelit eijcere è naui nauigantem in alto .s. mari.quia.s.nauis non sit sua, quoad.i. usque quo peruentum sit eo,quo nauis est sumpta,nauis non est domini, sed nauigantium.Quid si in una tabula sint duo naufragi aquæ sapientes , rapiat ne uterq; sibi,an alter cedat alteri?cedat uero , idest pro uera alter alteri,sed ei supp. cedat, cuius magis intersit,uel sua reip. causa uiuere. Quid sup. fiat si hæc sup. sint paria , idest æqualia in utroque? Respondit, nullum erit certamen, sed alter cedat alteri, quasi uictus in sorte , aut in dimicando , fortè melius legas haud , idest non in dimicando. Quid sup. dicatur si pater expilet , idest spoliet fana , idest templa , & sit sacrilegus , & agat cuniculos , idest subterraneos meatus , quales faciunt lepores,cuniculi, in ærarium , idest quibus perueniat ad ærarium,indicet ne filius magistratibus?quidem , idest certè.i. nefas,scilicet filium reuelare sacrilegium patris,quin etiam defendat, idest defendere debeat patrem.si arguatur , idest accusetur sacrilegij. Igitur patria non præstabit .i. non erit præstantior omnibus officijs,imò uere,sed conducit.i.utile est ipsi patriæ habere ciues pios in parentes . Quid si pater occupabit tyrannidem, si conabitur prodere patriam? Silebit.n. filius, imò

uero

uero obsecrabit patrem,ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, & minabitur etiam ad extremum, si res spectabit, idest tendet ad perniciem.i. destructionem patriæ, ipse ante ponet salutem patriæ,saluti patris. Quærit etiam Hecato.s. si sapiens imprudens .i. nesciens, quid fecerit accipiet numos adulterinos.i.falsos,& non iustę materię pro bonis,cum ipse rescierit.i. postea perceperit falsos esse.i.an sit soluturus eos pro bonis,si cui debeat.Diogenes ait sup.quod sic,Antipater negat,cui.s. Antipatro ego,inquit Cic.potius assentior. Qui sciens uendat uinum fugiens.i.non conseruans bonitatem suam,aut in uase contineri nequiēs,quin obuertatur,ne.i.an debeat dicere.Diogenes putat non necesse esse sup.dicere.Antipater existimat .i. iudicat sup.esse boni uiri sup.dicere.Hæ.i.huiusmodi sunt quasi controuersiæ.i.quæstiones ad utranque partem disputabiles in iure Stoicorum,ne.i.an uitia sup. sint dicenda in uendendo mancipio.Responsio.Non nisi ea, quæ nisi dixeris mancipium redhibeatur redhiberi à uenditore cogatur iure ciuili. Sed hic .i.in hac re uidentur alteri.s.Stoicorum supp.hæc uitia .s. mendacium esse.aleatorem.i. fusorem aleis furacem, & ebriosum esse dicenda.i.oportere dici,& uidentur alteri non dicenda. Si quis uendens aurum putat se uēdere orichalcum .i. metallum simile auro in colore. ne.i. an uir bonus emptor.s.indicet ei illud esse aurum, cum emat denario, quod sit mille denarium siue denariorum. Perspicuum est iam, & quid uideatur mihi, & quæ sit controuersia inter eos philosophos,quos nominaui, ne.i.an pacta,& promissa sunt semper seruanda, quæ facta sint nec ui,nec dolo malo,ut prætores solent sup præscribere.Si q.s dederit cuipiam medicamētum ad aquā intercutem,idest hydropisim,& pepigerit .i. in pacto habuerit ne unquam uteretur postea illo medicamento,si sanus factus fuerit illo medicamento,& inciderit aliquot annis post.i.postea in eundem morbum,nec impetret ab eo,qui cum.i. cum quo pepigerat .i. tale pactum fecerat,ut liceat item,idest iterum uti eo, quid sit faciēdum,cum is sit inhumanus,qui non concedat uti,nec quidquā iniuriæ fiat ei si sup.utatur,Responsio. Consulendum .i. auxiliandum,quasi consilio est uitæ,& saluti.Quid si quis sapiens sit rogatus ab eo,qui hęredem faciat cum sestertium millies,idest mille sestertium,siue sestertiorum (sed consuetius dicunt peri ti millies sestertium) relinquatur ei ex testamento,ut antequā adeat hæreditatem saltet,luce, vel potius luci .i. tempore lucis palam.i.in conspectu omnium in foro,& promiserit se id factu rum,quod.i.quia ille aliter non esset scripturus,cum hæredem faciat,illi quod permiserat nec ne.i.an non,dicit Cic.ego nollē permisisse,& ego arbitror id fuisse grauitatis,quoniam promiserit saltare,in foro, quod turpe ducet,mentietur, honestus si nihil exceperit ex hæreditate,quam si cęperit, nisi fortè contulerit eam pecuniam in aliquod magnum tempus.i.magnā opportunitatem,utpote tempore egestatis reip.vt vel .i. etiā non sit turpe eum saltare,cum sit consulturus etiam patriæ. At ne illa quidem promissa seruanda sunt,quæ non sunt utilia,his ip sis,quibus promiseris illa.Sol(ut redeamus ad fabulas)dixit se facturum esse filio Phaetonti quidquid optasset, & optauit filius,ut tolleretur in currum patris.sublatus.i. sursus latus est, atque ipse insanus antequam constitit in curru .s. deflagrauit .i.totus exarsit,ictu fulminis quanto melius?q.d.multo melius fuerat promissum patris non esse seruatum in hoc.Quid quod Theseus exegit promissum à Neptuno,cui cum Neptunus dedisset tres optiones,optauit interitum Hippolyti filii sui,cui patri,cum is.s.filius Hippolytus cū esset suspectus de nouerca .s. Phædra,quæ primum fuerat Hippolyto desposata, & ita amās eum plusquam patrem interpellauit eum de stupro , quod recusantem falso crimine apud patrem detulit,quo.s.interitu op tato,& impetrato Theseus fuit in maximis luctibus.Quid Agamemnon?sup.fecit sapientius,cum deuouisset Dianæ,quod natum esset illo anno pulcherrimum in suo regno,immolauit Iphigeniam.s.filiam suam,qua nihil illo anno pulchrius natum erat. Promissum sup. erat potius non faciendum , quam tam tetrum, scilicet dirum, & immane facinus admittendum . Ergo, & promissa sunt sup. nonnunquàm, idest aliquando non facienda. Neque dep.idest sub fide in custodiā data,sunt semper reddenda. Si quis sanæ mentis existens deposuerit apud te gladium, & ipse insaniens repetat, peccatum sit reddere , & officium non reddere . Quid si is, qui deposuerit apud te pecuniam inferat patriæ bellum ? reddes ne depositum ? credo , inquit Cice. quod non. Enim pro quia, tu facies si reddideris cō

tra remp. quæ debet esse carissima.Sic multa,quæ uidentur esse honesta natura .i. per naturam fiunt temporibus, idest per diuersitatem temporis non honesta, ut pote facere promissa, stare conuentis, reddere deposita , utilitate commutata , idest ablata faciendo , & addita negando fiunt honesta si sup.feceris.at,idest,sed ego arbitror satis dictum,quidem,idest certè de his quæ uidentur esse utilitatis contra iustitiam, simulatione, idest per simulationem prudētiæ. Sed quoniam diximus j. lib. officia à quatuor fontibus honestatis,quæ uirtutes Cardinales appellantur, nos uersabimur in eisdem,cū docebimus ea, quæ uidentur esse utilia,neq; sint,cum sint uirtutis inimica. Ac de prudentia quidem quæ malitiam vult imitari,itemq; de iustitia,quæ est semper vtilis,est disputatum.

DE FORTITVDINE.

Reliquæ sunt duæ partes honestatis:quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præstantia cernitur; altera in conformatione,& moderatione continentiæ,& temperantiæ. Vtile uidebatur Vlyssi (ut quidam poetæ Tragici prodiderunt: nam apud Homerum optimum auctorem, talis de Vlysse nulla suspicio est)sed insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere uoluisse. non honestum consilium. at utile (ut aliquis fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ uiuere ocio sè cum parentibus, cum uxore, cum filio. vllum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? ego uero istam contemnendam, & abijciendam;quoniam quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illa simulatione perseuerasset? qui, cum maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiuit ab Aiace.

Cuius ipse princeps iusiurandi fuit,
Quod omnes scitis solus neglexit fidem;
Furere assimulauit.ne coiret,institit.
Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam
Fide sacratæ ius perpetuo falleret.

illi uero non modo cum hostibus, uerum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quàm deserere consentientem Græciam ad bellum barbaris inferendum. sed dimittamus, & fabulas, & externa: ad rem factaque ueniamus. M. Attilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidijs captus esset,duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Amilcare, iuratus missus est ad senatum, ut nisi redditi essent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem.is,cum Romam uenisset, utilitatis speciem uidebat; sed eam, ut res declarat, falsam iudicauit. quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis;quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ iudicātem tenere consularis dignitatis gradum.quis hæc neget esse utilia? quid censes? magnitudo animi, & fortitudo negat. an locupletiores quæris auctores?harum enim est virtutum proprium nil extimescere,omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere posit, intolerandum putare. Itaque quid fecit?in senatum uenit,mandata exposuit: sententiam ne diceret recusauit: quam diu iureiurando hostium teneretur,non esse se senatorem, atque illud etiam: (ò stultum hominem dixerit quispiam, & repugnantem utili-

tati suæ) reddi captiuos, negauit esse utile. illos enim adolescentes, & bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius cum ualuisset auctoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginem rediјt: neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. neque uero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat. itaque tum, cum uigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex, captiuus, periurus, & consularis remansisset. at stultè, qui non modo non censuerit captiuos remittendos, uerũ etiam dissuaserit. quo modo stultè? etiam ne; si reip. conducebat? potest autem, quòd inutile reip. sit, id cuiquàm ciui utile esse? peruenerunt hoĩes eam, quæ sunt fundamenta naturæ, cum utilitatẽ ab honestate seiungunt. omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq; rapimur, nec facere aliter vllo modo possumus. nã quis est, qui vtilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissimè persequatur? Sed quia nusquam possumus, nisi in laude, decore honestate, utilia reperire, propterea illa prima, & summa habemus, utilitatis nomen non tam splendidum, quàm necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis in iureiurãdo? num iratum timemus Iouem? at hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo qui deum nihil habere ipsum negocij dicũt, & nihil exhibere alteri: sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid & moliri uolunt, nunquàm nec irasci deum, nec nocere. quid autem iratus Iupiter plus nocere potuisset, quẽ nocuit sibi ipse Regulus? nulla igitur uis fuit religionis, quæ tantam utilitatem peruerteret. An, ne turpiter facere? primum minima de malis. num igitur tantum mali turpitudo ista habebit, quãtum ille cruciatus? deinde illud etiam apud Accium, Fregisti ne fidem? neq; dedi, neq; do infideli cuiquam: quãquàm ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam: quemadmodum nos dicamus, uideri quædã utilia, qui non sint; sic se dicere, uideri quædam honesta, quæ non sint: ut hoc ipsum uidetur honestum, conseruãdi iusiurandi causa ad cruciatum reuertisse, sed fit nõ honestum, quia, ꝙ per uim hostium esset actum, ratum esse nõ debuit. Addunt etiam, quidquid valde vtile sit, id fieri honestum, etiam si antea non uideretur. hæc ferè contra Regulum. sed prima uideamus. Nõ fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret, quia neq; irasci solet, neq; nocere. hæc quidem ratio nõ magis contra Regulum, quã cõtra omne iusiurandum ualet. sed in iureiurando, nõ qui metus, sed quæ uis sit, debet intelligi. est.n. iusiurandũ affirmatio religiosa. ꝙ autem affirmare, quasi deo teste promiseris, id tenendum est. iã n. nõ ad iram deorũ; quæ nulla est, sed ad iustitiã, & ad fidẽ pertinet. nam præclarè Ennius, O fides almã, aptã pinnis, & iusiurandũ Iouis. qui igitur iusiurandum uiolat, is fidẽ uiolat, quã in Capitolio uicinã Iouis Opt. Max. ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse uoluerũt. At.n. ne iratus quidẽ Iupiter plus Regulo nocuisset, quã sibi nocuit ipse Regulus, certè, si nihil malũ esset, nisi dolere id autẽ nõ modo nõ summum malũ, sed nec malũ quidẽ esse, maxima auctoritate philosophi affirmãt. quorũ quidẽ testem non mediocrẽ, sed haud scio an grauissimũ, Regulũ nolite quæso uituperare. quẽ n. locupletiorẽ quærimus, quã principẽ reip. qui, retinendi officii causa, cruciatũ subierit uoluntariũ? Nam, ꝙ aiunt, minima de malis. i. ut turpiter potius, qui calamitosè, an est ullum maius turpitudinem? quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi debet uideri? itaq;, neruosius qui ista disserunt, solum audẽt malũ dicere id, ꝙ turpe sit, qui autem remissius. hi tamen non dubitant summum malũ dicere. nam illud quidem. Neq; dedi, neq; do fidem infideli cuiquã, iccirco rectè à poeta dicitur, quia cum tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit, sed si hinc sibi sumunt, nullã esse fidem; quæ infideli data sit: uideant ne quæratur latebra periurio. Est autem ius etiam bellicum, fidesq; iusiurandi sæpe hosti seruanda. ꝙ.n. ita iuratum est, ut mens deferentis conciperet fieri oportere, id seruandum est: quod aliter, id si non feceris, nullũ periuriũ est. ut, si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris, nulla fraus est ne si iuratus quidem id non feceris. nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. cum hoc non fides esse debetur, nec iusiurandum commune. nõ n falsum iurare, peierare est. sed, quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur, more nostro, id non facere, periurium est. scite.n Euripides:

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Regulus uero non debuit conditiones pactionesque bellicas, & hostiles perturbare periurio. cum iusto enim, & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem, & totum ius feciale & multa sunt iura communia, ꝙ ni ita esset, nũquàm claros uiros senatus uinctos hostibus dedisset. At uero T. Veturius, & Sp. Posthumius, cum iterum consules essent, quia cum male pugnatum apud Caudiũ esset. legionibus nostris subiugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. iniussu n populi, senatusque fecerant. eodemq; tempore T Nomitius, Q. Aemilius. qui cum tribuni pl erant ꝙ eorũ auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitibus repudiaretur. atq; huius deditionis ipse posthumius, qui debebat, suasor & auctor fuit ꝙ item multis annis post C. Mancinus: qui, ut Numantinis; quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, qui L. Furius, & Sext. Attilius ex S C. ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, qui Q Pompeius: quo, cum in eadem causa esset, deprecante, accepta lex non est. hic ea, quæ uidebatur utilitas, plus ualuit, qui honestas: apud superiores vtilitatis species falsa, ab honestatis auctoritate superata est At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi uero forti uiro uis possit adhiberi. Cur igitur ad senatu proficiscebatur, cum præsertim de captiuis dissuasurus esset? quod maximum in eo est, id reprehenditis. non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus cui nisi ipse auctor fuisset, captiui profecto Pœnis redditi, essent, ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patriæ non utile putauit. iccirco honestum, & sibi sentire illa, & pati credidit. Nam quod aiunt, quod ualde utile sit, id fieri honestum: immo uero esse, non fieri. est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec, quia utile, honestum est sed quia honestum, utile. quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facilè quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. sed ex tota hac laude Reguli, vnum illud est admiratione dignũ, quod captiuos retiuendos censuerit, nam, quod rediјt, nobis nunc mirabile, uidetur, illis, quidem temporibus

bus

bus aliter facere non potuit. itaque ista laus non est hominis,sed temporum. nullum enim uinculum ad astringẽdam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerũt. id indicant leges in duodecim tabulis,indicant sacra, indicant fœdera,quibus etiam cum hoste deuincitur fides: indicant notationes animaduersionesque cẽsorum, qui nulla de re diligentius,quàm de iureiurando, iudicabãt. L.Manlio A. filio, cum dictator fuisset, M Pomponius tribunus pl.diem dixit,quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset.criminabatur etiam,quòd Titum filium,qui Torquatus postea est appellatus, ab hominibus relegasset,& ruri habitare iussisset.quod cum audiuisset adolescens filius negocium exhiberi patri,accurrisse Romam,& prima luce Pomponij domum uenisse dicitur. cui cum esset nunciatum, & illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit è lectulo,remotisq; arbitris, ad adolescentem iussit ueni-re,at ille,vt ingressus est,confestim gladium distrinxit,iurauitq; se illum statim interfecturum, nisi iusiurandũ sibi dedisset,se patrem missum esse facturum.iurauit hoc terrore coactus Pomponius:rem ad populũ detulit:docuit, cur sibi à caussa desistere necesse esset: Manlium missum fecit:tantum temporibus illis iusiurandum valebat. atq; hic T.Manlius is est, qui ad Anienem Gallo,quem ab eo prouocatus occiderat, torq; detracto, cognomen inuenit:cuius tertio Consulatu Latini ad Veserim fusi, & fugati magnus vir in primis: & qui nuper indulgens in patrem,idem acerbus,& seuerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conseruando iureiurando,sic decem illi, quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal,in castra redituros ea, quorum erant potiti Pœni,nisi de redimendis captiuis impetrauissent, si non redierunt vituperandi,de quib.nõ omnes uno modo. nã Polybius, bonus auctor in primis,scribit ex decem nobilissimis,qui tunc erant missi, nouem reuertisse à senatu re non impetrata,unum ex decem,qui paulo post,quàm egressus erat è castris, redisset quasi aliquid esset oblitus,Romæ remansisse. Reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando interpretabatur.non recta. fraus.n.distringit,non dissoluit periurium. fuit igitur stulta calliditas, peruersè imitata prudentiam. itaque decreuit senatus,vt ille veterator, & callidus uinctus ad Annibalẽ duceretur.Sed illud maximum. octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cępisset, aut qui periculo mortis diffugisent,sed qui relicti in castris fuissent à Paulo,& Varrone consulib. eos senatus non censuit redimẽdos,cum id parua pecunia fieri potuisset: ut esset insitum militib. nostris aut uincere, aut emori. qua quidem re audita fractum animum Annibalis scribit idem,quòd senatus populusq; R.reb. afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea;quæ uidentur utilia,uincuntur. Attilius autem ille, qui græcè scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra reuertissent, eadem fraude, ut iureiurando liberarentur;eosq; à censoribus omnibus ignominijs notatos. Sit iam huius loci finis. perspicuum est enim,quæ timido animo,humili, demisso, fractoque fiant quale fuisset Reguli factum,si aut de captiuis, quod ipsi opus esse uideret, non quod reip. censuisset, aut domi remanere uoluisset;non esse utilia,quia sint flagitiosa, fœdia,& turpia.

PETR. MAR.

Reliquæ sunt duæ partes]fortitudo.s. & temperãtia, sed prius agit de fortitudine. Et ponit exemplum Vlyssis, quem ostendit non potuisse viri fortis, & magni decorum seruare, si domi remansisset uitãs bellicos labores,quamuis id vtile potuisset uideri.[Conforma tione]Repræsentatione imaginis temperantiæ.Is alicui virtuti se conformat,qui & vultu, &cultu corporis officio illius se accomodat.hæc conformatio maximè pertinet ad temperantiã, quæ motus etiam corporis naturæ congruẽtes requirit.in primo dictum est.[Ithacæ]Quæ erat patria sua,cuius desiderio dicebat apud Homerum se teneri in hæc uerba. Ithacha omniũ clarissima occasum uersus,aspera quidem,sed optima,iuuentutis altrix,qua ego nihil unquam amœnius uidi.[Ociosè] sine laborib.bellicis.[Cum paren.]Laerte,& Autolia matre.[Vxore]Penelope.[Filio]Telemacho.[An vllum tu decus] Sẽsus est, nulla tranquillitas, & vita ociosa potest conferri cum decore, & laude,quam meretur quis ex laborib. & periculis aditis pro decoro seruando.tranquillitas.n.quæ honesta non est, nõ põt esse utilis. [Ac Aiace]Filio Telamonis superato ab Vlysse in iudicio armorum.[Cuius ipse princeps]Hæc erant uerba Aiacis in Tragœdia,iudicium armorum inscripta Pacuuio, quib. exprobrabat Vlyssi,quod malitiam subterfugiet simulatione insaniæ.[Quod ni Palamedis]Vlysses ne iret ad bellum, furorem simulauit.sed Palamedis perspicaci ingenio simulatio illa detecta est.Nam cum araret,& salem sereret, ut furens uideretur, Palamedes obiecit aratro Telemachum,& sic timens filio se aperuit.[Id quod fecit]quoniam errauit per maria, & varios labores perpessus est,ut canit Hom.in Odiss.[Ius].i.sacrã obligationem.[Sacrata]Tactu sacrorum sancita.[Barbaris] Phrygib. [Nostram]Romanam,& affert exẽplum Reguli, qui ad supplicium redire maluit,quam aliquid de constantia, & fide remittere.[Consulit iterum]In secundo consulatu,in quo collegam habuit.L.Manlium bis consul fuit Attilius Regulus de secũdo consulatu. nota est hist.apud T.Liuium,& Polybium, Ex insidijs,Xantippus Lacedæmonius mercede conductus, à Carthaginiensibus, & militaris rei peritissimus callidè exercitum instruxerat,elephantosq; in hostes immiserat.Vnde pugnatũ est quamdiu dubio Marte. Sed Xantippus simulata fuga Romanos ad insidias traxit,& Regulus captus est, & Romam missus, ut aut pacem suaderet nomine Pœnorum, aut captiuorum permutationem. suasit ne fieret permutatio, addidit etiam sibi uenenum datum ad tempus.quo paulatim tabescenti corpore facta permutatione extingueret.[Vxore]Maria.[Cum liberis] Duobus filijs,quorum alter;ut est apud Silium,Seranus uocabatur,alter Regulus.[Quid censes?]Respondet Cice. talia non esse utilia,quoniam sunt contra magnanimitatem, & fortitudinem de quibus nunc agitur,ut dictum est. Num locupletiores]An,inquit,quæris maiores auctores ipsa magnitudine animi,& fortitudine,quæ negant talia non esse utilia,quia sibi repugnent: q.d. hæ uirtutes ostendunt illam speciem utilitatis esse falsam.[Mandata]Carthaginiensium de pace,& permutatione captiuorum.[Sententiam ne diceret]quoniam negabat fas esse captiuo sedere inter consulares,& liberos ciues, ac dicere sententiam. [Atque illud etiam] affert id quod potuisset aliquis dicere contra Regulum. [Cum uigilando necabatur] Tenebatur Regulus in tenebris,& repente ardoribus solis obijciebatur, cogebaturque respicere ad solem insutis sursum ac deorsum palpebris. tum summo die prohibitus decessit. Armarium ex tabulis ligneis Pœni excogitauerant suppositis etiam acutis lignis, dispositis stimulis per latera armarij, quo clauserunt Regulum, ita ut nec iacere, nec adhærere posset nisi fixus stimulis. Vnde dicit Senec. loquens de supplicio Reguli; Figunt cutem clauis, & quocunque fatigatum corpus inclinauit, uulneri incumbit, & in perpetuam uigiliam suspensa sunt lumina. [At stultè] Affert aliud, quod quis contra Regulum potuisset afferre fundamenta naturę, idest rationes, ac principia bene rectèque uiuendi, quoniam honestum est.secundum naturã enim,& nihil est utile, quod nõ sit honestum, quod qui non tenent,& utile ab honesto separant, peruertunt fundamenta naturæ. Vnde Socrates illos execrari solebat, qui hæc duo coniuncta natura opinione praua distraxissent.[Rapimur] Vi, & imperio naturæ, sed nos corrupti uerum utile non dispicimus auaritiæ nubilo, aut alterius affectus caligine obducti, æstuque cupiditatum inflammati, ideo dicit utilia non posse reperire, nisi in laude, decore,

te,& honestate.[Et hæc sunt]Prima,& summa, inquit, vtilitas necessi tati naturæ subuenit,illa uero afferunt splendorem nominis,& gloriam propter honestatem quippe laudamur.[Illa] Laudem,decorem,& honestatem quibus datur primus,& summus locus.vtilitas autem expetitur propter necessitatem,ergo præstabiliora magis appetenda sunt, & ceteris præponenda. [Quid est igitur]affert ea,quæ potuissent dici contra Regulũ, quod uoluerit iusiurandum uiolare,ne Iouem inuocatũ ostẽderet.Et has rationes Cic.confutauit,ostendetq; Regulum officio boni magniq; viri functum esse. [Nihil habere negotij] & hi fuerunt Epicurei.Epicurus.n.dicebat, quod beatum æternumq; est,idipsum nec habere quidquã negocij, nec exhibere alteri.ita neq; ira,neq; gratia teneri,quod quæ talia essent,imbecilla essent omnia.& negabat Epicurus in deo esse gratiam. [Sed eorum]Peripateticorum s.Stoicorũ, & Academicorum. [An ne igitur]Proponit id quod pro Regulo dici potuisset, & introducit respondentem, & asserentem turpitudinem ipsam esse minimum malum,quod postea Cic. refellit.[Minima de malis].s.est ipsa turpitudo,quæ in se minus habet mali, quam ille cruciatus.[Apud Accium]In Tragoedia in qua Atreus, qui fratrem deceperat Thyestem,hæc uerba dixit. se.s. nec fregisse fidem,nec dedisse,quoniam uoce tantũ non mente iurauerat. [Impio]Alieno ab omni pietate, & dei cultu,cui pietatẽ debemus.& crudelissimo in fratrem.[Luculente]Clarè,& bene.[Addunt etiam]Hæc sunt alia, quæ afferebantur contra Regulũ. [Sed prima uideamus]Refellit Cic.ea quæ contra Regulum dicta sunt,resumens primum de iureiurando, quod interpretatur,ut ostendat nullo modo uiolandum esse.[Apta pinnis]cõiuncta summitatibus,& fastigijs Capitolinis.aptare apud antiquos significabat coniungere.inde apud Virg. Cœlum stellis ardentibus aptum.Pinna significat acutum, inde murorum summitates,& fastigia pinnæ,& per diminationem pinnacula, quæ dicuntur à Græcis πτερύγια.[Iusiurandum]Iouis. [In Capitolio]fidem in Capitolio primus consecrauit Attilius Calatinus, inde M.Aemilius Scaurus. [Sed nec quidem] Hæc fuit opinio Stoicorum statuentium nihil esse numerandum in malis præter uitia.de his rebus abundè dictum est supra. Stoici dicebant dolorem non esse malum,& beatam uitam descẽsuram in omnia tormẽta.Igitur Regulus in illo dolore,nihil mali habebat, quia non discedebat ab officio,& uirtutis præscripto. [Philosophi]Stoici.s.Nam qui aiunt]Refellit aliud de turpitudine,quã illi dicebant minimam de malis, & sic concludebant potius uiuendum esse cum turpitudine, quã cum calamitate. quod est contra præscriptum naturæ,quæ honestum amat,& turpitudini aduersatur, & odit. & ostendit Cic. nullum malum esse maius turpitudine,& uitio. turpitudo.n. maximè refertur ad mores.inde turpis dicitur infamis.[Quæ]Turpitudo si alios offendit,cum est in corpore,quanto magis in animo. [Itaq; , neruosius]& ideo,inquit Cic.Stoici,qui summam uim dabant uirtuti,nec illam eneruabant,ut Peripatetici,& Academici dicebant id solum esse malum, quod esset turpe.[Peripatetici autem dicebant vitium esse summũ malũ, & sic relinquebatur esse alia mala præter turpitudinem,ut sunt dolores,cruciatus,& cetera id genus,quæ Stoici mala esse negabãt, quoniam turpitudine uacarent. [Neruosius]Fortius,& virilius,ut erant Stoici. [Solum]Nec posse dici aliud esse malum præter uitium. [Qui remissius].i.qui non tantum roboris uirtuti tribuunt, & hi sunt Peripatetici dicentes multa esse mala,sed uitium esse summũ. [Nam illud quidem]Nunc transit ad sententiam Accij ostẽdẽs seruari à poeta decorum personæ.nam cũ de persona Atrei impij,& infidi tractaretur,sic debebat induci,& loqueretur, Itaq; Accius non ideo id dixit,quia ita sentiret, sed ut seruaret decorum personæ.& ostendit Cic.fidem esse seruãdã etiam hosti, vt fecit Regulus,qui illis fidem seruauit,qui nullam fidem habebant,ne ab officio discederet. Ideo Silius eum celebrat dicens, Qui longum semper fama gliscente per æuum,Infidis seruasse fidem memorabere Pœnis.Quoties,inquit,iuramus mente, & id mente concipimus fieri oportere seruandum est,piratis aũt non est seruanda fides,quia inter ipsos ius bellicum non intercedit.his autem seruanda est, cum quibus legitimè bellum geritur.[Perduellium] Hostium qui quondam uocabantur perduelles.& declarat Cic.quod sit peierare,afferens uerba Etheoclis apud Euripidem in Phœnissis,qui iurauerat se peracto anno daturum sceptrum fratri Polynici,sed postea dixit se iurasse lingua,non mente.[Scite]Doctè,& sapienter. [Ius fe.] De quo dictum est in j.uol.& affert exempla eorum qui dediti sunt hostibus à senatu, ne ius bellicum uiolaretur.seruanda.n.sunt iura belli,ut suo loco dictum est [Apud Caudium] Caudium oppidum apud Samnites, hinc Caudinæ furcæ Saltus duo alti syluosiq; sunt,inquit Liuius,montibus circa se perpetuis inter se iunctis,iacet inter eos satis patens clausus in medio cãpus herbidus,aquosusq;, per quem medium iter est, sed antequã uenias ad eum,intrandæ primæ angustiæ sunt, & aut eadem qua te insinuaueris uia repetenda,aut,si ire porro pergas, per aliũ saltum arctiorem impeditioremq; euadendũ. illic missus fuit Romanus exercitus sub iugum à Samnitibus duce Pontio T. Veturio Caluino,& Sp.Posthumo Coss.nota est hist.apud Liu. lib.ix.[Q.Aemilius]Tentata, inquit Liuius paulisper intercessio est à L.Liu.& Q.Aemilio tribunis, qui neq; exoluit religione populum aiebãt deditione sua,nisi omnia Samnitibus quæ lia apud Caudium fuissent restituerentur,neq; se pro eo,quod spondendo pacem seruassent,exercitum P.R pœnam ullã meritos esse.[Fuit sua] Lege apud Liuium uerba Posthumi id suadentis. C.Mancinus.Q.Pompeius consul à Numantinis superatus pacem ignobilem fecit,post eum,C.Hostilius Mancinus cõsul iterum cum Numantinis pacem fecit infamem,quam P.R. & Senatus infringi iussit,atque ipsum Mancinum hostibus tradit,ut in illo quasi auctore fœderis sæuirent.Mancinus, auctore Plut.ignauissimum omnium Romanorum ducum fuit, & uictus à Numantinis caduceatorem ad pacem petendam hostibus misit,qui Tyberium Mancini quæstorem ad se mitti petiere,qui ad eos profectus fœdus icit.& sic 30. millia ciuiũ Romanorum,& alios qui extra ordinem secuti erant seruauit,qđ fœdus à Romanis tanquam dedecus improbatum fuit censentibus, ut consul cum quæstore ac tribunis militum hostibus dederetur. tandem milites quorum magna pars erat ex plebe affecerunt, ut omnibus præter quam Mancino consuli parceretur.[Honestus]cum maiore laude fortitudinis, & magnanimitatis.[In eadem causa]quoniam,& ipse ante Mancipium pacem Rom.nomini indecoram fecerat.[Hic]Apud Pompeium, qui nolebat hostibus dedi.[Apud superiores]T.Veturium,Sp. Posthumum Coss.qui suaserunt propter honestatem,ut hostibus dederentur.[At non debuit ratum esse]Affert aliud,quod potuisset obijci Regulo,& refellit hoc Cic.dicens uiro forti nõ posse uim adhiberi. quoniam animus uiri fortis cogi non potest,sed ante oppetit mortem,quam ea promittat,quæ indecora sunt.[Suscepit causam].i.Patronum se constituit publici negocij.[Nam quod aiunt]Refellit postremum,quod contra Regulum dicebatur,& dicit id quod ualde utile est, esse honestũ non fieri,quoniam nihil est utile,quod non sit honestũ,& vtile aliquid dicitur propter hoc,qui a honestũ est, nec dicemus aliquid esse honestum,quia sit utile,quia honestum. Mirandum, inquit,in Regulo,quod censuerit non fieri permutationem eo tempore,iusiurandum erat arctissimum uinculum ad stringẽdam fidem,quod patet in leg. 12.tab. & etiam ignotis cẽsorijs, & iudicijs,cum conderent lustra, & recognoscerent mores, ut in illos qui ab officio discessissent animaduerteretur, & maximè si iusiurandum uiolassent,qđ peccatũ uindicabant leges &t sacratæ,& nota censoria,atq; etiam fœdera quibus cum hoste iureiurãdo interposita fides deuinciebatur.hæc omnia,inquit, indicant arctissimum fuisse apud maiores nostros iurisiurandi uinculum. sacratæ leges dicebantur auctore Pompeio,quibus sanctissimũ erat,ut siquis aduersus eas fecisset sacer alicui deorum esset cum familia pecuniaque. De censura dictum est,& affert exemplum M.Pomponij trib.pl.qui ne iusiurandum uiolaret,L.Manlium cui diem dixerat,missum fecit L.Manlius claui figendi causa dictator dictus est, qui perinde ac rei gerendæ, ac non soluendæ religionis cum creatus esset bellum Hernicum affectans delectu acerbo iuuentutem agitauit, Tandemque omnibus in eum trib. pl. cohortis seu ui, seu uerecundia uictus dictatura abiit. In principio anni sequentis dies Manlio dicitur à M. Pomponio trib. pl. criminique ei tribunus inter cetera dabat, inquit Liuius, quod filium iuuentem extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressis æqualium prohibitum, in opus seruile propè in carcerem, atque in ergastulum dediderit. Hic iuuenis, T.Man. ad pontem Anienis Gallum uicit, & torquem ademit, dictatore T. Quintio Perpenna. [Negocium exh. patri] id est urgeri in iudicio. unde apud Senecam uetuit illi exhiberi negocium Cæsa. & agellos in quibus uicinalis uia causa rixæ ac

hac litium fuerat, militi suo donauit. [Cognomen] Quoniam vocatus est Torquatus à Torque hosti adempto. [Ad viserim] Pugnatum est, inquit Liuius, cum Latinis non procul à radicibus Vesuuij montis, qua via ad Viserim ferebat, consules erāt T. Mālius, & Decius, qui se pro Romanis legionibus deuouit, & Manlius auct. Liuio ea virtute, atq; consilio in prælio fuit, vt facile conuenerit inter scriptores utrius partis. T. Manlius dux fuisset eius futuram haud dubiè fuisse uictoriam. [Acerbus in filium] Quoniam ipsum securi percuti iussit, quia iniussu suo cum Genutio duce Tusculanorum pugnauerat, & victor spolia retulerat. nota est hist. apud Liu. [Sic decem illi] Discrepant inter se auctores in hac historia. Lege Liuium, & Polybium. Decem elegerunt captiuos, qui Romā ad Senatum irent, & cū essent egressi castris, & se redituros iurassent, vnus ex his, inquit Liuius minimè Romani ingenij homo, uelut aliquid oblitus iusiurandi soluendi causa cum in castra redijsset ante noctem comites assecutus est, & re infecta cum nouem ad Annibalem redirent, ille domum abiit, quod fallaci reditu in castra iureiurando se exoluisset. quod vbi innotuit, comprehensus est, & custodibus publicè datis ad Annibalem missus est. Aliqui scripserunt decem legatos primum uenisse, deinde tres alios L. Scribonium, C. Calphurnium, & L. Manlium, & hos tres Annibalē re non impetrata reuertisse, & decē illos remansisse, quod per causam recognoscēdi nomina captiuorū ad Annibalē ex itinere regressi religione exoluissent sese, & hos proximis cēsorib. adeo omnibus notis ignominijsq; cōfectos esse, ut quidā eorū mortē sibi ipsi cōsciuerint, ceteri nō foro solum omni deinde vita, sed propè luce ac publico caruerint. [A Paulo, & Varrone] qui erant cōsules cum ad Cannas pugnatum est, Vbi Paulus cecidit, Varro fugiens Venusiam se recepit, & qui in castris R. erāt, Annibali se dediderunt, pacti, ut arma, atq; equos traderent, & ut se pecunia redimere possent, quod Senatus, T. Manl. suadēte renuit. [Scribit idem] Polybius. [Huius loci] Disputationis, quæ pertinet ad fortem animum, & magnum.

ADDI. ALTERA in cōformatione, & moderatione cōtinentiæ, & tēperātiæ. i. in referēda imagine, ac forma continentiæ circa cibum, potū, Venerē, & cetera id genus iucunda, & decora. Is alicui virtuti se cōformat. Qui, & vultu, & cultu corporis officio illius, & muneri se accommodat, hęc conformatio maximè pertinet ad Temperantiā, in qua nō minus corporū, quā animorū motus congruētes naturæ requiruntur, atq; probātur. Primū minimè de malis i. de numero malorū est ipsa turpitudo, dicebāt hi, qui vtilitate omnia metiētes, & dirigētes nullā ferè habebāt ratione honestatis, & decedēs minimū esse malū asseuerabāt. Adagiū uetus est, Minima de malis. Cuius meminit Arist. in ij. Moral. Sed in iureiurando nō qui metus, sed quæ sit uis. i. natura, significatio potestas est, si quidē conscientiæ uinculum, & obligatio, quæ testem habet deum. [Affirmatio re.] Pia, casta, & sancta, interponitur etenim numinis auctoritas. [Apta] Coniuncta, & uicina. [Pinnis Iouis] i. acuto, & eminenti fastigio Capitolini Iouis. Cuius effigies fictilis, & quadrigæ, auct. Plin. in fastigio templi fuere. discat puer, ait Fabius, quid in lite sit proprium, quę cum quibus cognatio nec miretur, cur è scānis fiat scabellum, & à pinna, quod est acutum, securis utrinq; habens aciem bipennis, ne illorum sequatur errorem, qui quia à pēnis, duabus hoc esse nomen existimant, pennas auium dici volunt. Hæc ille. Pinnæ murorum sunt eminentiæ, ac summitates. unde illud Q. Claudii apud Gellium, Hostes à pinnis defendebant facillimè. pinnaculum est fastigium, & summitas ædificii per diminutionem à Pinna, Græci πτερύγιον appellant. Fastigium templi Iouis Capitolini lege apud eundem Cic. in iij. de orat. Lapidem silicem dicit Pompeius tenebat iuraturus per Iouem hæc uerba dicens, Si sciens fallo, me diespiter salua urbe, arceque bonis eiiciat, ut ego hunc lapidem. apud Gellium sic iurat Fauorinus. Iouem lapideum, quod sanctissimum iusiurandum est, paratus sum ego iurare. [More nostro], idest optima consuetudine Romanorum. Nam mos maiorum is esse dicitur, qui est optimus, & quondam ut rata lex erat, ut idem Cicer. est auctor in ij. de legibus. Illud enim, quod optimum est, antiquissimum habetur, & ideo proximum. [Cum iusto, & legitimo hoste] Diffinitio secundum leges humanas, quoniam de iure gentium hæc omnia constituta sunt. [Ius fecia.] Quo bella inducuntur, & fœdera sanciuntur. Iura cōmunia] Obligantia vtrunq; hostē ad id præstandum, quod promittitur. [Auctor] Princeps, & qua si caput. Auctor is dicitur, è cuius sentētia decernitur aliquid. [Rogationē] decretum, legem. [Deprecante] Precibus contēdente, ne hostibus dederetur. De, præpositio, inquit Gellius, est anceps. In uno eodemq; uerbo diuersitatē significationis capit, aliquando enim deprecor significat detestor, execror, uel depello, & abominor. Contra autem ualet, cum Cic. dicit, uitā à Sylla deprecatus est. Et nullæ sunt uirgines, quæ mea à uobis deprecentur. Deprecari aliquādo idem est, quod excusare atq; defendere. [Suscepit causam] Patronū se constituit publici negotij. [Quasi uero forti uiro uis possit afferri.] Sensus est suam rationē ita confirmant, tanquam ius aliqua possit adhiberi uiro forti, quod est absurdissimum. Animus quippe viri fortis cogi non potest, sed mortem præponit in decoris promissis. Apud eundem in iij. de Fin. Cato Stoicus ita loquitur, Sapiens recte uocatur iniustus, cuius et si corpus constringatur, aīo tñ iniici uincula nulla pñt. Indicāt leges in 12. tab. Lex 12. tab. codē Cic. auctore in 2. de legib. hæc erat; Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. [Indicant] Sacratæ leges. sacratæ fuerunt plebeiæ, ac tribunitiæ, ut auctor est Asc. Ped. Idem Cic. in oratione pro Corn. agens de plebe, ac tribunis dicit. Tanta in illis uirtus fuit, ut anno 16. post reges exactos propter nimiā dominationem potentium secederent. Legesque sacratas sibi restituerent, & montem trans Anienem æternæ memoriæ consecrarent. Idem in iij. de legib. inquit: Sunt certa uerba legum, neque ita prisca, ut in ueteribus his, sacratisque legibus. Pompeius uero sic scribit. Sacratæ leges dicebantur, in quibus sancitum erat, ut si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum esset cum familia, pecuniaque. Liu. lib. 2. primæ decadis agens de reconciliatione plebis opera Memmij Agrippæ dicit Agi de concordia cœptum, concessumque conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, ne ue cui patrum capere cum magistratum liceret, ibi sacrata lex lata. Vel à Græcis, ut pleraq; omnia, hoc quoque mutuati sunt Romani. Atheniensium enim leges, quarum auctor præcipuus ac clarissimus fuit Solon, bipartitæ fuerunt. Nam aliæ res sacras, omnēmq; ceremoniarū cultum complectebātur, quarum εἰσηγητὴς fuisse dicitur Orpheus, harumq; legum tabulæ quæ pro curiæ foribus affixæ erant κύρβεις uocabātur, alteræ, res omnes publicas, ac ciuilium controuersiarum uarietates continebant, quæ quotidie, aut abrogabantur, aut commutabantur nouis legibus pro tēporum conditione latis, quarum tabulæ ἄξονες appellabātur. Ille triangulæ, hæ quadratæ erant. Vt non iniuria leges sacratas dicere eas possimus, quas Græci ἱερούς θεσμούς uocitant, & κύρβεσιν incisa proponunt. Constat enim ius decem tabularum è Græcis, hoc est Solonis legibus emanasse, quas Decem uiri, legum creandarum. x. tabulis explicauerunt, populoque Rom. proposuerunt, ut locupletissimus testis est Liuius, qui fusissime hac de re agit, quem etiam consulendum esse censeo. Sed ne maius sit τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου, iam ad reliquū orationis contextum reuerti tempus est. [Indicāt notationes] Gel. lib. 7. sic scribit: Iusiurandū apud Romanos inuiolate sancteq; habitum, seruatumq; est. Id & moribus, legibusq; multis ostenditur. Censores periuros omnium notarum, & damnis, & ignominiis affecerunt, quoniam quod se facturos dicitauerunt, non fecissent.

COTINENTIAE & temperantiæ. [Habent hic similitudinem quandam, materia conueniunt, forma dissentiunt. Conueniunt materia, quia in iisdem rebus uersatur utraque dissentiunt forma. Quia temperantia est uirtus, Continentia uero non est uirtus. Nondum enim habitum fecit. Nam omnis uirtus habitus est. Continentia non est habitus, igitur non est uirtus. Continens abstinet quidem, sed ægre, nec satis firmus est contra cupiditates. At uero temperans, quia diu abstinuit, longa consuetudine habitum fecit, facile cupiditates uitat eodem modo incontinens, & intemperans. incontinens inuitus est, & quasi captiuus cupiditate trahitur, nec dum uitij uidelicet intemperantiæ habitum fecit. Vnde Medea apud Ouid. inquit: Video meliora proboque deteriora sequor. Et hoc non sine animi sui reprehensione facit, ratio siquidem principia tenet, sed uincitur à cupiditate. At uero intemperans peruertens rerum naturam, malum bonum iudicat, & contra bonum malum. Ex quo sequitur ut cupiditatibus cedat intemperans, eas eligens. Incontinēs uero non eligēs, quia intelligit nō esse bonū. ex quo comprehēditur medias esse affectiones inter uitium,

uitium,& uirtutem nondum stabilitas,modo ad bonum, mo-
do ad malum.[Conformatione]Conuenientia. Quæ.n.confor
mantur ea conueniunt,siue duo sint,siue plura.[Vtile videba-
tur Vlyssi]Exemplis probat,quæ contra uirtutem fiunt inuti-
lia esse. Hom. nihil tale de Vlysse scripsit poëta tragici scripse-
runt Vlyssem una cum alijs ad excidium Troianum simulatio
ne stultitiæ uenire noluisse. illi quidẽ hoc utile uidebatur,sed
non ita erat, nam contra magnitudinem animi erat, & excel-
lentiam, quæ magnam appetere debet. [Insimulant] Falso ac-
cusant.[Insaniæ] Simulasse eum dicunt insaniam, ut militiam
subterfugeret. Nam agrum arabat Vlysses, & salem semina-
bat .agro subacto iunctis diuersi generis animalibus asino, &
boue.Sed Palamedes,ut experiretur uera ne esset insania,Tele-
machum infantem Vlyssis filiũ accepit, & aratro obiecit. Vlys-
ses arans cum ad filium uenisset aratrum substulit. Tunc uero
cognita est simulata stultitia. Sed Palamedes pęnas dedit.[Ocio
sè]In pace.[cum parente]Laerte,& Autolia matre.[Vxore]Pe-
nelope.[Filio]Telemacho [Vllum tu decus] Dic mihi ò Tulli,
nunquid potest esse tanta gloria, vt sit cum hac utilitate com-
paranda? [Conferendum putas?] q.d. minimè. [Quid.n. audi-
turum putas]Argumento utitur à minori ad maius, si inquit,
Vlysses inuenit uituperatores,& obtrectatores,postquã ad bel-
lum profectus est,& magnas res gessit, quid si non iuisset?nũ-
quid non in magna omnium infamia fuisset?fuisset sanè.Quę-
ro ergo nunquid infamia utilis sit. minimè,non igitur à mali-
tia desistere utile fuit Vlyssi, quia contra honestatem erat,hoc
est contra gloriam.[Hæc aud.ab Aiace.]quæ sequuntur.Est au-
tem Ennij,aut alterius ueteris poetæ locus.[Iusiurandi] Com-
spirationi factæ contra Troianos,ut exercitum ducerẽt ad Tro
iam,nec nisi euerso illo discederent.[Illi uero]Suam Cic.expri-
mit sententiam.[Fide sacrata]Vnde, & genus militiæ sacrm di-
citur. Virg. Fas mihi Grecorũ sacrata resoluere iura Fluctibus.
Nam cum euerso Ilio rediret in patriam naufragiũ passus est.
[Sed dimittamus] Ad historiam transit, ostendens, quomodo
Attilius magnitudine animi mori maluerit,quam fidem,& iu-
siurandum fallere [Ad rem nostram] Non externam, sed do-
mesticam [Factam]Non fabulosam. [M. Attilius]Nota histo-
ria est, quam Liu. scr. Val. Max. alijq; permulti. [Patrę Anni-
balis] De quo est apud Liu. in princ. de 2. bel. pun. [Vtilitatis
speciem]Apparentem,non ueram utilitatem.[Vt res decl.] Id
.n. quod fecit Attilius ostendit ipsum non ueram esse utilita-
tem iudicasse. [quam calamitatem &c.] Et quia in bello cala-
mitatem acceperat,eam fortunæ attribuit, quia etiam si bono
consilio usus fuerat,in bello tamen aduersam sibi fortunã fuis-
se dicit. Et est quasi responsio tacitæ quæstionis, quia hoc dede
cori sibi futurum uidebatur, quod uictus esset.non.n. sibi, sed
fortunæ attribuendum esse.[Communem]quia Mars belli cõ-
munis est.[quis hæc neget &c.]quæris,quis hæc neget vtilia es-
se. respondeo tibi, magnitudo animi, & fortitudo negat fidei
iusiurandũ,quam fallere utile non est,quod si has uirtutes ser-
uare,uolueris, hæ omnes utilitates tibi contemnendæ sunt, &
minimæ utilitatis putandæ. [Nam locupletiore, quæris aucto-
res?] Si quæris,inquit, auctores, qui hoc asserant, quæ maior
potest esse auctoritas,quam uirtuti?quid si ipsa uirtus hæc ne-
gat utilia:erit ne aliquis, qui uirtuti repugnare audeat? [Ha-
rum &c.] Vt autem intelligas quantæ auctoritatis hæ sunt vir-
tutes intellige,quid earum proprium sit.[Nihil pertimescęre]
Est quasi diffinitio. Quid.n. est aliud magnitudo animi, quam
nihil pertimescere,& humana omnia dispicere?nihil, quod acci
dere homini posset intollerabile existimatur. [Mandata] quæ
ei mandauerant Carthaginienses. [quandiu.n. &c.] Ratio cur
dicere sententiam recusaret,quia donec captiuus esset Senato-
rem se esse non posse dicebat, sed tandem à principe senatus
coactus sententiam contra seipsum dixit.[Nec vero ignorabat]
Et tantæ magnitudinis animi fuit,atq; fortitudinis, ut cum se
sciret ad certum supplicium redire, & ad crudelissimos hostes,
tamen fidem fallere noluerit. [Exquisita supplicia] de quibus
Aul. Gel. scribit.[Vigilando]Exectis palpebris in dolium con-
iectus,cui interiore parte acutissimi infixi erant claui. At stul-
tè].s. fecit,dicet aliquis.[Omnes.n.]Natura omnes non solum,
quid utile sit expetimus,sed ad id maximè rapimur,uerum in-
telligere id utile labor est maximus. [Sed quia] Præfatur quo-
dammodo ea profiturusq; Regulo obijciuntur deinde confu-
taturus. Dicit ergo certum esse natura nos trahi ad utilitatẽ,
sed ista utilitas esse nunquam potest, siue laude, sine dedeco
re, & sine honestate, cum igitur aliquid vtile videbitur,quod
turpe sit,tunc intelligamus non utile esse,hæc omnia primum
proponenda sunt, nunquid illud, quod speciem utilitatis ha-
beat,sit laudabile,sit decens,& honestum,cum uero horum ali
quid abesse percipiemus, tum demũ inutile esse intelligemus.
[Illa prima] Laudem,decus,& honestum. [Vtilitatis nomen]
Vtilitas omnia in bonis corporis, & externis consistit in rebus
animatis,& inanimatis,quas terra producit, quæ ad usum no-
strum requiruntur, magis necessaria sunt, quam splendida;ut
tectum,cibus,potus,uestitus, rectè ergo dixit uirtutis nomen
non tam splendidum, quam necessarium. [qui est igitur] Vi-
deamus,inquit,aduersarius,quid obesse potuerit Attilio iusiu
randum uiolare, cum non solum Epicureorum, sed omnium
philosophorum sententia fuerit deos nihil haberet negocij, &
non irasci, quod si ita est ergo nihil est, quod ab ijs timeamus.
[quid autem]Esto irascatur deus, quid plus pœnæ afferre po-
tuit Attilio,quam sibi ipse attulit? [Sibi ipse] Seruando iusiu-
randum.[Nulla igitur]Ergo nulla fuit tanta religio,quæ utili-
tatem tantam uoluerit contemnere. [Vtilitatem] Ne in tan-
tas pœnas incurreret.[An ne turpiter faucre]Nunquid ius hac
religione iusiurandum fuit, ne faceret alijs turpiter. [Primum
minima]Philosophi præcipiunt omnes duob. propositis malis
minus eligendum malum. malum erat iusiurandum fallere,
sed redire peius fuit. rectè ergo Attilius fecisset si remansisset.
[Deĩde illud etiã apud Acciũ] Accius poeta tragicus de Atreo,
& Thyeste tragœdiam scripsit, in qua introduxit Thyestem de
fratre conquerentem,& Atreum respõdentem. [Neq; de] Ego
non fregi fidem, inquit Atreus,quia non dedi. nam, qua infi-
delis mihi fuisti, uxorem meam uitians, ideo tibi fidem non
dedi, neque cuiquam infideli do fidem hoc idem dicere po-
tuit Attilius,quia Pœni infidi fuerunt, & contra fœdera P.R.
bellum intulerunt, ergo illis fides seruanda non est, hoc uoce
tantum,& uerbo promisi,& iuraui non mente, & animo,quã-
do,quæ promissa sunt malis,& lædentibus nos,præstanda non
sunt.[Addunt]Dicunt,quod utilissimum sit.i. honestum vide-
ri,etiam si prius honestum non uidebatur. [Addunt quemad-
modum]Sicut dicitis inquiunt,quædam utilia cum nõ sint,ita
sunt,quædam honesta cum non sint.[Vos]Stoici,Peripatetici,
& Academici.[Hoc ipsum]Quod habet speciem honestatis,sed
tamen honestum non est, & addunt rationem, quia quod per
vim hostium ratum sit,ratum esse non debet,quia in iureiurã-
do adactus erat Regulus se rediturum, nisi permutatio capti-
uorum fieret, ideo quamuis honestũ uideretur redire ad sup-
plicium. tamen non est honestum.nec.n. quæ per vim fiunt,ra-
ta esse debent.Regulus non sponte,sed coactus iurauit, ideo ei
non redire honestum erat.[Sed prima]Nunc singula confuta-
rę incipit Cic. ostentat eiusmodi rationes esse prorsus inanes,
& uim nullam habere. Primum autem refellit, quod illi prius
dixerunt non debuisse Regulum ad certum supplicium redire,
quia uiolati iusiurãdi metus nullus erat,cum Iupiter ne irasca-
tur,nec noceat,nemo erit,qui insiurandum,seruet,sequitur er
go absurdum,quod iusiurandũ penitus tollatur,si non est ser-
uandum, ideo quod neq; Iupiter noceat, neq; irascatur. [Sed
in iureiurando] Alia ratio cur etiam si non irascatur,neq; no-
ceat Iupiter tamen iusiurandum ratum esse debeat, quia non
consideratur metus,sed uis, quæ in iureiurãdo posita sit,& ar-
gumentum sumitur à diffinitione. Diffinit enim quid sit iu-
siurandum, ex cuius diffinitione uis eius intelligitur, qua in-
tellecta intelligimus iusiurandũ seruari debere.[quæ uis] quæ
proprietas. [quod ante affir.] q. iurat se aliquid facturum deũ
testem facit,quod si promissum non implet,deum fallit.[Apta
pennis] ταις κορυφαῖς τῶν ναῶν, fidem dicit,& iusiurandum Io-
uis digna esse suauitatib. templorum, ut eorum simulacra in
excelso loco templorum collocari debeat, & ita in Capitolio
iuxta Iouis simulacrum fidei, & iusiurandi statuæ erant, apta
uero,iuncta apere prisca lingua significabat iungere. Virg. cœ-
lum stellis ardentibus aptum. Atilius Calatinus primus om-
nium fidem in Capitolio consecrauit mox, Aemilius Scaurus.
At.n.]Alii respondet obiectioni,quam faciebant,qui cõtra Re-
gulum dicebant,quod etiam si Iupiter irascitur, & nocet, non
potuit plus Regulo nocere,quam sibi ipse nocuit. [Certè si ni-
hil]Fateor,inquit Cic. non potuit plus nocere si nihil aliud ma
lum est nisi dolere. At uero non modo hoc uerum est, quod
dolore sit malum,imò ab omnibus philosophis euidentissimis
rationibus ostenditur nullum malum dolorem esse, quod Cic.
in

Seruãdũ iusiurandum.

in Tusc. quæstio. pluribus probat rationibus. [Nam quid a.] Ad aliam rationem transit eorum, qui contra Regulum dicūt, quod uidelicet minima sunt eligenda, & primo interpretatur, quid illi sentiunt in hoc exemplo, uidelicet turpitudinem esse minus malum, quam calamitatem extremis, inquit, supplicijs affici calamitas est, at uero iusiurandum fallere turpitudo est, ipsi, quidem dicunt minus malum eligendum inde turpitudo est, hinc uero calamitas, fateor minima mala esse eligenda, sed non concedo calamitatem minus malum esse turpitudine, imò uero tanta pernicies, nullum tantum exitium cogitari potest, quod si turpitudine maius. Turpitudo .n. omnibus malis est anteponenda. [quæ si in def.] Est argumentum de minori ad maius, si deformitas corporis intuentes maximè offendit, quātò magis turpitudo animi si uideri posset offenderet? q.d. multo magis, & tanto magis quanto animus nobilior est corpore. [Itaque ner.] Ab auctoritate confirmat, philosophorum, inquit, alij dicūt turpitudinem esse solum malum. alij summum malum, qui solum malum turpitudinem dicunt robustiores sunt. at uero, qui dicunt summum malum, rectè dicunt. sed etiam alia mala concedunt, & ij quidem Stoici sunt, illi uero Academici, uel Peripatetici. [Nam illud quidem] Rationem illam contra Regulum confutat, quæ erat ex Accij auctoritate. is Accius Atreum induxit dicentem fratri suo, qui conquerebatur, quod datam fidem non seruasset, neq; dedi neq; do fidem cuiquam infideli, ut .s. quod infideli promissum est, id pro non promisso habeatur, huic rationi respondet Cic. & dicit poetam seruasse personæ decorum, non quod sapientia illa probanda sit. [Infideli cuiquam] Tu infidelis fuisti mihi, cū uxorem meam uitiasti. [Sed si hæc si. &c.] Sed si hoc sibi sumere uelint, ut infideli non sit seruanda fides caueant ne occasionem periurio dent. Dicent, n. iuraui nec seruaui, quia cum decipere uolui, à quo deceptus sum. magna occasio erit periculi si hoc concedetur, ideo non est admittendum. [Est autem etiā ius bellicum] Argumento, quod à legibus sumitur, probat Cic. fidem etiam hostibus seruandam esse, nam nisi ita esset nunquam ius feciale à P. R. scriptum esset. nam, quæ scribuntur ideo scribuntur, ut seruentur scriptum est autem ius feciale, ideo seruandum. [Ius b.] De quo Liu. lib. j. ab urbe cond. si raptæ res fuerant, non indicebatur bellum nisi prius per feciales repetita fuissent, & non redditæ. [Quod n.] Ita secundū opinionem loquitur philosophorum sed Academicorum, Peripateticorum præcipuè, si ita, inquit, iurabis, vt iureiurando mente destines ad faciendum, quod iuras, & postea nō facias, periurium erit. At uero si ita iuraueris, ut mente aliter sentias, sed aliqua honesta ratione ita iuraueris, ita tamen, ut aliter mente sentias, & aliter uerbis iures, periurium non est. hoc autem religioni nostrę non consonat, nam si quis captus esset ab iis, qui sunt hostes fidei nostrę non satis esset, quod aliud diceret, aliud mente conciperet. nam si hostes deum uerum compellerent negare, neq; uerbis negare debet. [Conciperet] Destinaret, cōcipere est mēte destinate. [Vt si præ] Ponit exemplū eius, quod aliter iuramentum promissum est, aliter mente conceptum. si in prædones, & piratas incideris, & ipsi te iuratum dimiserint, fore cum precio redemptionis reddas; si contra iusiurandum non erit periurium, quia metu coactus iurasti. [Nam pirata] Rationem reddit eius, quod dixit. obijci. n. poterat, tu tibi contradicis Cic. paulo. n. ante dixisti iusiurandum etiam hosti seruandum esse, respondet, seruandum, quidem est, sed cum iusto hoste, non autem cum pirata, qui non tantum P. R. sed communis hostis omnium est. [Perduellium] Perduelles antiqui uocabant, quos nunc hostes dicimus, hostis dicebatur, quem nunc peregrinum uocamus, ideo autem hoc uerbo usi sunt, vt rei asperitatem vocabuli leuitate minuerunt, sed postea cōsuetudo tenuit, ut hostis accipiatur pro perduelle, & ideo Cic. perduellem posuit, vt moram, & consuetudinem antiquam ostenderet, perduelliones sunt vnius populi hostes, aut alterius, cum quibus seruandum est ius, piratæ omnium sunt communes hostes. [Non. n. falsum &c.] Quia, ut intelligas, quid sit peierare ostendit à diffinitione. iurare falsum, non est peierare, sed est tunc cum id, quod iuraueris, mente etiam facere destinaueris. [Moro nostro] Apud Liu. lib. i. ab ur. cond. legitur quomodo iusiurandum à ueterib. in fœderib. conciperetur. [Regulus uero] Alia ratio est si prædonibus iurasti, alia si legitimus hostibus, aut Regulus. [Cum iusto] Hoc est legitimo. Cum. s. secundum ius bellum hosti indictum fuerit. [Et legitimo] Declarat, quod dixerat iusto. [quod nisi ita esset] Rationē suam exēplis exornat Cic. Nam si ius feciale seruandum non esset, nunquam Senatus censuisset clarissimos uiros hostibus dedendos, T. Veturiū bello quod cum Samnitibus gestū est, ut apud Liu. legitur lib 8. ab urb. cōd. T. Vetrurius, & Sp. Postumius cōsules ad furculas Caudinas cōpulsi in angustias ab host. quorū erat dux Pontius, & circunuenti coacti sunt armis relictis, cū singulis uestimentis sub iugū ire; & pacē facere. [Iterum] Secundo consulatu, ergo nihil illis profuit dignitas. [Eodē t.pe] Erant ij quos nominat eodem t.pe trib. pl. & eorum auctoritate T. Veturius, Sp. Postumius pacem fecerant iniusso P. R. Vnde dediti sunt hostibus una cum Coss. primo recusarunt se dedi, & uiolari non posse dixerunt, quod tribuni essent, & sacro sancti. Tum Postumius qui suaserat una cū collega ipse dederet sententiam, hos inquit dedendos censeo, ut P. R. religione soluatur, de his autem sacrosanctis, uideritis cum à magistratu abierint, quid faciendum sit. Tribuni uero cum uiderent fore, ut deposito magistratu dederentur, maluerunt cum Coss. dedi, quam exitum magistratus expectare, & ita dediti sunt Sānites autem recipere noluerūt, & sic incolumes sunt dimissi. [Quod idem] C. Mancinus, Cons. contra Numantinos fuit, & coactus necessitate fœdus cum illis fecit. Sed & ipse P. R. iussus deditus est hostibus rogationis autem quæ lata est, ut dederetur, ipse suasor fuit, [Honestius hic &c.] Q. P. aliquot ante Mancinum annis consul in Hispania contra Celtiberos, & Numantinos uictus iniussu P. R. fœdus fecit. Infirmior factus debilitate corporis, cum Senatus fœdus illud nō laudaret, Rogatio lata est, ut dederetur. hanc deditionem ipse deprecatus est causam in infirmitatem reijciens. mouit autem Pomp. ad commiserationem, ita ut rogatio illa exploderetur. Dicit ergo honestius fecisse C. Manc. T. Veturium & Sp. Postumium qui rogationem contra se latam suaserunt, quam hic dissuasit. illi enim honestatis rationem habuerunt, hic uero utilitatis speciem secutus est. [Deprecante] Depellente. [At non de.] aliam aduersariorum refellit rationem, uidelicet non esse standum promissis, quæ metu facta sunt. Respondet Cic. sic loquuntur quasi forti uiro uir possit afferri. cum nulla uir afferri possit. [Cur igitur ad sen.] Alia ratio. si hoc animo erat Reg. ut suaderet non esse reddendos captiuos, & non redditis in urbe non maneret, cur Romam profectus est? nonne labori super sedendum fuit? hæc ratio satis uirium habere uidetur. respondet Cic. nō aduertunt se id in Regulo reprehendere, quod est maxime laudādum. [Non enim suo iud.] Si inquit iudicio suo cōtentus fuisset, uidelicet satius esse captiuos non reddi, quòd & plures erāt & robusti, cum ipse unus & senex esset, & id senatui non proposuisset, uehementer errasset & ab officio discessisset, quod non dixisset Sen. id quod utile uidebatur reip. [Sentire] Eam sententiam habere, ut captiui non redderentur. [Nam quod aiunt] Ei respondit rationi, qua dicebant, utile si maxime utile efficiatur, etiam honestum effici, & dicit, uos dicitis, quædā maxime utilia sunt non efficiuntur honesta, sed sunt uere honesta. sic autem respōdit Cic. quemadmodum uos dicitis quædam uideri honesta, quæ non sunt, uidelicet quando id quod turpe videtur, & maxime utile efficitur, honestum esse incipit, si hoc loco Turpe uidetur contra iusiurandum facere, attamē quia utile non erat, efficitur honestum, sed natura sua est honestum. dum fundamentum illud stabile, & firmum permanere debeat, uidelicet, nihil utile, quod non honestum, & nihil honestum, quod non utile. [Vtile] Quamuis turpe uideatur. [Nec quia utile, &c.] Nec quia utile honestum, immo quia honestum est, ideo utile, nam utilitas non est, causa honestatis, sed honestas est causa utilitatis, quod semel honestum non est, nunquam maximæ utilitatis accessione potest fieri honestum, & quod est honestum dicitur esse honestum, nec fieri utilitate. Et quod est houestum, semper est utile, sed ex eo, quod putatur utile non tamen est honestum. [Quare] Quando ostēdimus nihil ualere, quod obijciuntur Regulo. [Id dicant] Probat attribuendum temporibus, quod iusiurandum seruauerit Regulus & ad hostes redierit. [Sacratæ] Latæ in monte sacro cum creati tribuni, legibus illis cautum erat de iureiurādo seruando, qui in mōte sacro in plebeios, & patricios latæ sunt. [Fædera] quæ fiebant iure feciali. [Notationes] Punitione, & animaduersiones censoriæ. [L. Manlio] Narrat hoc Liu. lib vij, ab V. C. Quomodo, uidelicet L. Manlio, M. Pomp. diem dixerit, quòd ad præfinitū tempus dictaturæ dies aliquot addidisset, &

& filium rure tenere. [Torquatus ap.] à Torque Gallo detracto apud Ananiam fluuium bello Gallico Dictatore T. Q. Pæno, Quod idem Liu. eo. lib. scr. [Negocium exh. patri] Molestiam fieri patri, ut græci dicunt, πράγματα παρέχειν. [Remotis ar.] Is dicitur arbiter, qui iudicandi rem potestatem habet. [Atque hic is est] Et, ut inquit, scitis quis fuerit hic Manlius. fuit ille, qui postea Torquatus cognominatus est. [Cuius ter. con.] Tertium consul creatus apud Viserim Campaniæ montem. Latinos fudit, & filium suum iussit occidi, quod contra mandatum suum pugnasset, licet uictor rediisset ex pugna. quod Liu. scr. in princ. 8. libri ab V. C. [Sed, ut la. &c.] Res per se patet. scr. hoc Liu. lib. 3. de 2. bello pun. [Sed il. ma.] Magnanimitatē laudat P. R. qui octo millia redimere noluit cum paruo posset, ut ostenderet, aut uincendum, aut moriendum esse militibus. Ex quo ualde territus est Annibal, cum uideret tantum esse animi Ro. uictis, & afflictis, vt nollent redimere captiuos. [Scribit] Idem Polybius. [Sic h.] nunc concludit [Attilius] Ad id redit, quod omiserat de decem ab Annibale missis. [Eadem fraude] qua unum tantum usum scribit Polyb. [Sic iam] Concludit hic Cic. ostendens, quod utile maximè videatur, non esse faciendum, si contra fortitudinem sit [Flagitiosa] laudabili opponitur flagitiosum, fœdum decoro, turpe honesto.

ASC. RELIQVAE &c.] Determinat de reliquis duabus uirtutibus .s. fortitudine, & temperantia. Et primo de fortitudine dicens, Reliquæ sunt .i. restant duæ partes honestatis, quarū altera .i. fortitudo cernitur in magnitudine, & præstantia animi excellentis. Altera .s. temperantia in confirmatione, & moderatione continentiæ, & temperantiæ. Vtile uidebatur Vlyssi (quidem .i. certè) ut poetæ Tragici tradiderunt, nam apud Hom. optimum auctorem, nulla talis suspicio est de Vlysse. sed tragædiæ insimulant .i. insimulanter culpant eum, sic uoluisse simulatione insaniæ .i. quia insimulabat se insanum subterfugere militiam, ne .s. iret in bellum Troianum, quod consilium eius non sup. fuit honestum, at utile sup. erat aliquis dixerit fortasse regnare, & uiuere in ocio. Ithacæ .i. in Ithaca regione cum parentibus, cum filio. An tu. Dicit aduersarius putas ullum decus .i. ornamentum gloriæ in quotidianis periculis, & laboribus esse conferendum cum hac tranquillitate? Respondam, & abijciendam, quoniam ego arbitror eam sup. quæ non sit honesta, ne utilem, quidem esse. Quid enim putas Vlyssem fuisse auditurum, si perseuerasset in ipsa simulatione? qui cum gesserit in bello maximas res, tamen audiuit hæc ab Aiace in tragœdia .s. sic dicente, ipso, quod omnes scitis solus neglexit fidem iusiurandi, cuius ipse fuit princeps .i. institutor, & assimulauit sup. se furere, ne iret eo .s. Troiam, quo instituit sup. ire. Quod nisi perspicax prudentia Palamedis percepisset malitiosam audaciam istius .s. Vlyssis, ipse falleret perpetuo iuri sacrata .i. sacramento iusiurandi stabilita fide, quam dederat. Vero pro sed (inquit Cic.) Melius fuit illi, id quod fecit, uidelicet dimicare non modo .i. non tantum cum hostibus, uerumetiam cum fluctibus, quam deserere Græciam consentientē ad inferendum barbaris .s. Troianis bellum. Sed dimittamus, & fabulas, & externa, & ueniamus ad rem factam, & nostram, idest Rom. M. Attilius Regulus cum consul iterum .i. secundum, hoc est secundo loco captus esset in Africa ex insidijs, & hoc Xātippo Lacedæmonio existente duce: Autem, pro sed, Amilcare patre Annibalis existente imperatore, ipse iuratus .i. iuramento astrictus missus est ad senatum .s. R. ut nisi quidam nobiles captiui essent redditi Pœnis .i. Carthaginensibus, ipse Regulus rediret Carthaginem. Is cum uenisset Romam uidebat speciē utilitatis, sed iudicauit, ut res .i. euentus declarat, eam falsam, quæ .s. species erat talis. Manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis, & iudicare calamitatem, quam accepisset in bello esse communem fortunæ bellicæ, & tenere gradum dignitatis consularis. quis neget hæc esse utilia? Quid .i. qualis, censes .i. putas, magnitudo animi, & fortitudo negat hæc esse utilia? q. d. nimirum maxima. Nam si quæris locupletiores auctores. Proprium harum uirtutum est nil extimescere, despicere omnia humana, nihil putare intolerandum, quod possit accidere homini. Itaque quid fecit sup. Regulus? venit in senatum, exposuit mandata .s. Carthaginiensium, & recusauit ne ipse diceret sententiam, ut pote in proprio facto, & sup. dixit se non esse senatorem, quandiu teneretur iureiurando hostium. Atq; etiā negauit illud etiam .s. captiuos reddi esse utile. Vnde quispiam .i. fortè aliquis dixerit. O stultum hominem, & repugnātē suæ utilitati. Negauit autem ideo: Enim pro, quia dixit sup. illos esse adolescentes, & bonos duces, se confectum in senectute. Cuius .s. Reguli auctoritas cum ualuisset, captiui sunt retenti, & ipse redit Carthaginem, neq; caritas patriæ retinuit eum, nec caritas suorum. Neque uero ignorabat tamen se proficisci ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia, sed putabat iusiurandum conseruandum. Itaq; tum .i. tunc cum nec necabatur, uigilando erat in meliori causa, quam si mansisset domi senex, captiuus periurus, & consularis. Ac stulte (supp. dices fecerit) qui non modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuaserit. Respondet Cic. Quomodo stultè egerit, etiam ne stulte sup. agebat, si conducebat reip. Potest autem id, quod sit inutile reip. esse utile cuiquam ciui? q. d. minimè homines peruertunt ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cum .i. quando seiungunt .s. separant utilitatem ab honestate. Nos .n. omnes expetimus utilitatē, & rapimur ad eam, nec possumus ullo modo aliter facere. Nam quis est, qui fugiat utilia? q. d. nemo, aut potius, quis est, qui non persequatur ea .s. utilia studio sissimè .i. diligentissimè? q. d. etiam nemo? sed quia nūquā possumus reperire utilia, nisi in laude, decore, & honestate, propterea nos habemus .i. reputamus illa iam dicta .s. laudem, decus, & honestatem prima, & summa, & ducimus nomen utilitatis non tam splendidum, idest clarum, & gloriosum, quam necessarium. Quis dixerit, quid igitur est in iureiurando? num .i. nunquid timemus Iouem iratum, si sup. peierauerimus? At .i. sed hoc .s. deum irasci periuris, est commune omnium philosophorum, non modo eorum .s. Epicureorum, qui dicunt deum nihil negocii habere, & nihil exhibere alteri .i. non curare mortalia, sed etiam eorum .s. peripateticorum, Stoicorum, & Academicorum, qui uolunt deum agere, & moliri semper aliquid, & nunquam nec irasci, nec nocere. Quid autem Iupiter iratus potuisset plus nocere, quam ipse Regulus nocuit sibi? Igitur nihil nulla fuit uis religionis, quæ peruerteret tantam utilitatem .s. saluare uitam, & tormenta uitare. Responsio pro Regulo. An ne faceret turpiter, primum minimā .i. quæ sunt minima de malis. Obiectio. Num igitur ista turpitudo habebit tantum mali, quantum ille cruciatus? Deinde etiam illud Acc. sup. purgaret Regulum. quęrenti .n. Fregisti ne fidem? responsum est, neq; dedi, neque docui, quā infideli sup. fidem. Quod quanquam dicitur ab imperio rege .s. Atreo, tamen dicitur luculenter .i. gloriosè, & laudabiliter. Addūt etiam quemadmodum nos dicamus quædam uideri utilia, quæ non sint, ut hoc ipsum uideatur honestum .s. reuertisse ad cruciatum causa iusiurandi conseruandi, sed sit non honestum, quia quid esset tactum per uim hostium non debuit esse ratum. Addunt etiam quidquid ualde utile sit id fieri honestum, & si non uideretur antea sup. honestum, hæc ferè dicuntur sup. contra Regulum. Sed uideamus .i. discutiamus prima .s. obiecta, Iupiter inquiunt, non fuit metuendus, ne iratus noceret, quia neq; irasci solet, neq; nocere. hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quam contra omne iusiurandū ualet. sed debet intelligi, non qui metus, sed quæ uis .i. uirtus, & potestas sit in iureiurando. est enim iusiurādum affirmatio religiosa. quod autem pro miseris affirmatiuē quasi deo teste, id tenendum est. Iam enim non pertinet ad irā deorum, quæ nulla est, sed ad iustitiam, & fidem. nam Ennius præclarè sup. dixit. O fides alma, apta .i. cōiuncta pēnis .i. alis ad uolandū ad cœlestia, & iusiurādū Iouis .i. ad Iouē pertinēs. igit, qui uiolat iusiurandū, is uiolat fidē, quā in Capitolio uicinam Iouis Opt. Max. ut est in oratione Catonis, maiores nostri esse uoluerūt. At .n. alia obiectio ne iratus quidē Iupiter nocuisset plꝰ Regulo, q̄ ipse Regulus innocuit sibi. Certè sup. sibi nocuisset plurimum, si nihil malū esset, nisi dolere. Aūt, pro sed, philosophi maxima auctoritate affirmāt id .s. dolere nō mō, nō summū malū, sed malū quidē esse sup. culpæ tm̄ pœnæ, qđ simpliciter malū nō ē. Quorū sup. philosophorū q̄ dē .i. certè nō mediocrē, sed haud scio an grauissimū testē .i. Regulū nolite q̄so uituperare. quē .n. q̄rimus locupletiorē, q̄ principē reip. qui cā officij retinēdi subierit uolūtariū, imo ipse volūtarius cruciatū .i. grauissimū tormentū. Nā, qui aiunt sup. turpiter agere esse minima de malis hi sup. sunt digni, vt sentire dicatur, aut agāt potius turpiter, quā calamitosè, an est vllū malū maius turpitudine? q. d. nō. q. s. turpitudo si habet aliq d offensionis in deformitate corporis, quāta illa deprauatio, & fœditas animi turpificati

debet

debet uideri. Itaque quæ disserunt. i. disquirunt illa neruosius. i. fortius magis ad rem uidet dicere, solum id quod turpe sit esse malum. Autem pro sed, qui remissius sup. dixerunt, hi tamē non dubitant dicere id, quod turpe sit summum malum. Nam illud quidem neque dedi, neque docui, quam infideli fidem, dicitur icirco a poeta, quia cum Atreus uir perfidus. s. tractaretur fuit seruiendū personæ, sed sumunt sibi hic. i. hoc loco aut potius hinc nullam esse fidem, quæ data sit infideli. uideant, ne latebra, i. palliatio, aut subterfugium quæratur periurio. Aut pro sed, ius bellicum & fides iusiurandi est seruanda sæpe hosti. Quod enim iuratum est sic sup. ut mens conciperet oportere fieri, id obseruandum est, quod aliter sup. iuratum est, si id non fecerit, nullum est periurium, ut si non attuleris prædonibus precium pactum pro capite, nulla est fraus, ne si. i. ēt si iuratus quidem non feceris id. Nam Pirate non ex numero perduellium. i. hostium, cum quibus est iustum prælium inter duas partes, sed est communis hostis omnium, & fides. i. fidelitas, aut promissi obseruatio, nec iusiurandum est commune cum hoc. i. cum tali hoste. s. pirata. Non enim iurare falsum est peierare (quod uulgares dicunt periurare) sed quod tu iuraueris ex sententia animi tui id non facere, sicut concipitur uerbis more nostro. idest secundum intentionem nostram est periurium. Euripides enim scite. i. perite sup. dixit, ego iuraui lingua & gero mentem iniuratam non obligatam iuramento. Vero pro sed, Regulus non debuit perturbare periurio conditiones & pactiones bellicas, & hostiles. Enim pro quia, res gerebatur cum iusto, & legitimo hoste, aduersus quem sup hostem legitimum, & totum ius feciale, & multa alia iura sunt communia. Quod ni. i. nisi ita esset, senatus nunquam dedisset hostibus claros uiros uinctos. i. ligatos. At uero. i. sed tamen T. Veturius, & Sp. Posthumius cum essent iterum consules, quia cū male pugnatum esset apud Caudium oppidum Samnitum, fecerant pacem cum Samnitibus, & hoc legionibus. i. militibus per legionem distinctis missis sub iugum. i. subiugatis ipsi consules sunt dediti. i. ad uoluptatem dati, his. s. Samnitibus, ut facerent de his quidquid uellent. Enim pro quia, ipsi fecerant iniussu. i. sine iussu po. & se. sup. R. quod T. Numitius, & Q. Aemilius qui cum erant trip. pl. dediti sunt eodem tēpore. Quod i. quia pax erat facta eorum auctoritate, ut pax Samnitum repudiaretur. Atque ipse Postumius, qui debebatur, fuit suasor, & auctor huius deditionis, quod idem. s. factum C. Mancinus fecit sup. multis annis post, qui ut dederetur Numantinis quibuscum. i. cum quibus fecerat fœdus sine auctoritate Senatus, sin autem eam rogationem quam L. Furius, & Sex. Atilius, ex S. C. ferebant, qua rogatione. i. propositione proposita populo, ante approbare uellet accepta. i. approbata deditus est hostibus. Hic sup. egit honestius quam Q. Pompeius quo deprecāte. i. recusante, & precante ne fieret cum esset in eadem causa lex non est accepta. Hic. i. in hoc facto Pompeij ea quæ uidebatur utilitas, ualuit plusquam honestas. Falsa species utilitatis est superata apud superiores. i. prius dictos, ab auctoritate honestatis. At. i. sed illud non debuit esse ratum (ut obiectū erat) quod erat actum per uim. i. uiolentiam quasi uis possit adhiberi non forti uiro. Igitur dicet aduersarius cur proficisce batur ad senatum præsertim cū esset dissuasurus de captiuis. Respondet Cic. uos reprehenditis in eo, quod maximum. i. laudabilissimum est in eo. Non enim stetit suo iudicio, sed suscepit causam. i. occasionem, ut esset iudicium senatus, cui nisi ipse fuisse auctor, captiui essent profecto redditi Pœnis. i. Punicis, hoc est Carthag. hostibus. Ita Regulus restitisset incolumis in patria, quod quia putauit inutile patriæ, icirco credidit, honestum sibi, & sentire, & pati illa. Nam quod ipsi aiunt, id quod fit ualde utile fieri honestum. imo uero sup. dicendum est, id esse non fieri honestum. Enim pro quia, nihil est utile, quod idem non sup. sit honestum, nec ideo honestum quia utile. sed ideo utile est, quia honestum. Quare haud facile quis dixerit ex multis mirabilibus exemplis, aut laudabilius, aut præstantius hoc exemplo. Sed ex tota hac laude Reguli, est illud unū dignum admiratione, quod censuerit captiuos retinendos. Nā non uidetur nobis, quod mirabile rediit, quia non potuit aliter facere; quidē idest certe illis temporibus. Itaque, & ita ista laus non hominis, sed temporū quibus scilicet tam iustus erat senatus, ut si consul uoluisset non potuisset contra iusiurandum fecisse. Maiores etiam nullum uinculum uoluerunt esse artius ad astringendam fidem iureiurando, id indicant leges in 12. tab. indicant sacra. i. cerimonialia, id fœdera indicant leges quibus. s. fœderibus fides deuincitur etiam cum hoste. Notationes & animaduersiones. i. punitiones Censorum, indicāt etiam ij, qui de nulla re diligentius indicabant, quam de iureiurando. M. Pomponius trip. pl. dixit diem L. Manlio filio Auli cum fuisset dictator. Quod. i. quia is scilicet Manlius addidisset sibi ipsi supp. paucos dies ad dictaturam gerendam, & criminabatur etiam, quod relegasset ab hominibus, & iussisset habitare ruri. i. in agro, Titum filiū, qui appellatus est postea Torquatus, quod. i. quam rem cum filius adolescens audiuisset, videlicet negocium exhiberi patri, dicitur accurrisse Romam, & uenisse prima luce do mum Pomponij. Cui. s. Pomponio, cum esset nunciatum, quod arbitraretur illum iratum, allaturum, aliquod ad se, contra patrem surrexit è lectulo. Et remotis arbitris iussit adolescentem uenire ad se. At. i. sed, ille. s. adolescēs ut. i. postquam ingressus est, distrinxit. i. euaginauit confestim i. cum festinatione gladium, & iurauit, sup. se interfecturum statim illum. s. Pomponius, nisi dedisset sibi iusiurandum se missum facturum. i. demissurum esse patrem. Pomponius coactus hoc terrore iurauit, & detulit rem ad populum, docuitque cur sup. necesse esset sibi desistere à causa, & missum fecit Manlium. Tantum ualebat illis temporibus iusiurandum (acclamatio est) Atque hic T. Manlius est is, qui inuenit cognomen. T. Torquati, Torque galli quem prouocatus ab eo occiderat ad Anienem fluuiū detracto. Cuius tertio consulatu Latini fusi & fugati sunt ad Viserim, q̄ sup. fuit magn⁹ in primis uir, & q̄ nuper indulgēs. i. pius in patrē, idē acerbus, & seuerus, sup. fuit in filiū. Sed ut Regulus sup. fuit laudādus in iureiurādo cōseruando, sic decē illi quos iuratos. i. astrictos iuramento Annibal misit ad senatum post pugnā Canēsem in qua plurimi R. fusi sunt, iuratos dico redituros i. quod essent redituri in ea castra quorum erant captiui, nisi impetrauissent de redimendis captiuis, illi i dico sunt uituperandi si non redierunt, de q̄bus non omnes uno modo sup. scripserunt. Nam Polyb. auct. in primis bonus, scribit decem nobilissimos, qui tunc erāt missi nouem reuertisse re non impetrata à senatu, & unum ex decem remansisse Romæ, qui paulo postquam egressus erat è castris hostium. s. redisset, quasi aliquid esset oblitus. Enim pro quia, interpretabatur se esse liberatum iureiurando reditu. i. per reditum in castra, interpretabatur (dicit) non rectè. Enim pro quia, fraus distinguit. i. arctius stringit, & non dissoluit ꝑiurium. Fuit igitur stulta calliditas imitata, prudentiam peruerse. Itaque senatus decreuit, ut ille ueterator & callidus duceretur uinctus ad Annibalem, sed illud maximum sup. erat, Annibal tenebat octo millia hominū non quos cœpit in acie, aut qui fugissent periculo mortis, sed qui fuissent relicti in castris à Paulo, & Varrone coss. Senatus non censuit eos. s. hominēs numero octies mille, cum id potuisset fieri parua pecunia, ut insitum esset nostris militibus, aut uincere, aut emori. Qua quidem re audita idem. s. Polyb. scripsit animum Annibalis fractum, quod S. P. Q. R. fuisset tam excelso animo rebus afflictis. Si ea quæ uidentur utilia dicuntur comparatione honestatis, Autem, pro sed, Attilius qui scripsit Græcè historiam ait, plures fuisse qui reuertissent in castra eadem fraude, ut liberarentur iureiurādo, & eos notatos esse à censoribus omnibus ignominiis. Sit iam finis huius loci, perspicuum est enim ea, quæ fiant animo timido, humili, demisso, & fracto, quale fuisset factū Reguli, si censuisset de captiuis, quod uideretur esse opus, i. utile sibi, aut si uoluisset remanere domi, non esse utilia quia sunt flagitiosa, & fœda, & turpia,

DE TEMPERANTIA.

Restat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. potest igitur, quid quam esse utile quod sit huic talium uirtutum choro contrarium? atqui ab Aristippo Cyrenaici, atq; Annicerij philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt; uirtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens eset uoluptatis. quibus obsoletis, floret Epicurus, eiusdem ferè auditor, auctorque sententiæ. cnm his uelis, equisque (ut dicitur) si honestatem tueri,

tueri, ac retinere, sententia est, decertandum est. nam si
non modo vtilitas, sed uita omnis beata corporis firma
constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut à
Metrodoro scriptum est, continetur: certè hæc utilitas,
& quidem summa (sic enim censent) cum honestate pu-
gnabit. nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? an, ut
conquirat undique suauitates? quàm miser uirtutis famu
latus seruientis uoluptati? quod autẽ munus prudentiæ?
An legere intelligenter uoluptates? fac nihil isto esse iu-
cundius: quid excogitari potest turpius? iam, qui dolorẽ
summum malum dicat, apud eũ quem habet locum for-
titudo, quæ est dolorum, laborumque contemptio? quã-
uis.n. multis in locis dicat Epicurus, sicut hic dicit, satis
fortiter de dolore: tamen non id spectandum est quid di
cat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona uolu-
ptate terminauerit. mala dolore; ut si illum audiam de cõ
tinentia, & temperantia: dicit ille quidem multa multis
locis: sed aqua heret, ut aiunt: nam quo modo potest
temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in
uoluptate? est enim temperantia libidinum inimica, libi-
dines autem consectatrices uoluptatis. Atque in his ta-
men tribus generibus, quoquo modo possunt, non in-
callidè tergiuersantur. Prudentiam introducunt, scientiã
suppeditantem uoluptates, depellentem dolores. Forti-
tudinem quoque aliquo modo expediunt cum tradunt
rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris.
Etiam temperantiam inducunt nõ facillime illi quidem,
sed tamen quoquo modo possunt, dicunt enim uolupta
tis magnitudinem doloris detractione fieri. Iustitia ua-
cillat, vel iacet potius, omnesque eæ uirtutes, quæ in cõ-
munitate cernuntur, & in societate generis humani. neq;
enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non
plus, quàm amicitia, si hæc non per se expetantur, sed ad
uoluptatem, utilitatemve referantur. Conferamus igi-
tur in pauca. nam ut utilitatem nullam esse docuimus,
quæ honestati esset contraria: sic omnẽ uoluptatem dici-
mus honestati esse contrariam. quo magis reprehenden-
dos Calliphonem, & Dinomachum judico, qui se direm
pturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uo-
luptatem, tãquam cum homine pecudem copulauissent.
non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur,
repellit. nec uero finis bonorum, & malorum, qui sim-
plex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri, & tempera-
ri potest. Sed de hoc hactenus: magna enim res: alio loco
pluribus uerbis disputata. nunc ad propositum. Quem-
admodum igitur, si quando ea, quæ uideretur utilitas,
honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra di-
sputatum. sin autem speciem utilitatis, etiam uoluptas ha
bere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniun-
ctio. nam ut tribuamus aliquid uoluptati condimenti for-
tasse non nihil, utilitatis certè nihil habebit.

PETR. MAR.

REstat quarta pars quæ] Postquã de iustitia, & prudẽ-
tia, deque fortitudine disseruit, transit ad ea quæ
pertinent ad temperantiam quartam partem hone
sti, ostendens, nihil esse utile, quod temperantiæ re-
pugnet. Et sic refellit illos, qui in uoluptate summum bonum
statuerunt, quæ non est utilis, quia non est honesta. De decore,
& aliis mediocritatibus dictum est supra. [Cyrenaici] Quoniã
Aristippus Cyrenaicus, ut dictum est, à quo Cyrenaicum dog-
ma in uoluptate summum bonum posuit. huius imitator, &
ipse Cyrenaicus Anniceris philosophus, auct. Str. fuit, à quo An
nicerij philosophi, hos post ea imitatus est Epicurus, quorum
opinionem Cic. refellit. Anniceris, ut inquit Str. Cirenaicam se
ctam, & emendauit, & Anniceriam constituit. [Quibus] Cyre-
naicis, & Anniceriis [Obsoletis] Reiectis, & cum iam uenerint
in desuetudinem, nam obsoletum dicitur id, quod iam obsur-
duit, & uenit in desuetudinem. componitur obsoletum ab ob,
& soleo. in Rhet. ait, hoc uero à plerisque eorum desertum ob-
soleuisse eo tempore, quo multo vehementius erat retinendũ,
& studiosius adaugendum. obsolescere propriè est amittere
nitorem, cum non exerceatur. [Floret] habetur in precio eius
opinio, & suos habet sectatores [Cum his] Cyrenaicis, & Epicu
ro. [Velis equisq;] .i. in omni conatu, & terra, mariq;, ut eorũ
opinio refellatur, prouerb. est quoties uolumus ostendere ul-
timum conatum. [Vt dicitur] Vt est in prouerb. [Nam si] Ra
tio quare decertandũ est, cum his omni conatu, ut. s. error tol-
latur è medio, & id constituatur, & teneatur, quod est è natu-
ra. Si inquit, summum bonum ponetur in optima corporis
ualetudine, ut uoluit Metr. non dabitur locus prudentia, quæ
si ideo ab his introducitur, ut eligat uoluptates, q. d. potest esse
turpius, quam pudicam matronam meretrici seruire? Metro-
dorus. hic Epicureus Athen. fuit, & 7. annos ante Epicurum ui
ta functus est, auct. Laer. in ij. de fin sic ait. Ipse enim Metrodo-
rus penè alter Epicurus beatum esse describit his ferè uerbis,
cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurũ.
[Spe explorata] Certa. i. quod quis exploratum habeat se habi
turum firmam corporis constitutionem sine aliquo dolore.
[Hæc utilitas] Quam ipsi dicunt esse in explorata ualetudine
corporis, & sic relinquunt animum, & prudentiam, quæ debet
habere delectum bonorum, & malorum. [Nam ubi] ratio qua-
re talis utilitas cum honestate pugnabit. Vbi dabitur locus] In
qua re se exercebit prudentia, an ut inquirat suauitates corpo-
ris? q. d. apud istos nullum habet locum prudentia quam con-
seruat Temperantia. Illi autem qui in uoluptate summum bo
num statuunt, destruunt temperantiam & per consequẽs pru-
dentiam. Sed esto inquit, nihil esse iucundius tali opinione, ta-
men nihil erit turpius, & cum turpitudine non stat honestum.
ergo nec id quod uere est utile. & sic relinquitur nihil esse uti-
le, quòd sit temperantiæ, & prudentiæ contrarium. & apud il-
los, inquit, qui ponunt summum malũ in dolore, nulla est for-
titudo, quæ omnia terribilia contemnit propter honestatem.
Epicurus, vt latius disputauit Cic. in lib. de Fin. multa dicebat
de tolerando dolore, sed cum poneret summum bonum in vo
luptate, audiendus non erat, quoniam absurda dicebat, itaque
philosophus non est ex solis uerbis spectandus. [Consentaneũ]
Conueniens. [A qua heret] .i. ea quæ dicit Epicurus absurda
sunt, & verum cursum non habent, quemadmodum à qua cũ
heret, non fluit recto fluxu. prouerbium est in illos, qui absur-
da dicunt, & minimè conuenientia, sed aliena à recto rationis
discursu. [Vt aiunt] Vt dicitur in prouerbio, quoniam non con
uenit ponere summum bonum in uoluptate, & laudare tem-
perantiam, quæ aduersatur uoluptatibus, & ponere summum
bonum in indolentia, & laudare fortitudinem. Ista igitur non
sunt consentanea. [Atque in his tamen tribus generibus] cir-
ca tres virtutes, inquit, callidè disputant, & uidentur eas aliquo
modo amplecti, allatis quibusdam rationibus, prudentiam. s.
fortitudinem, & temperantiam, sed iustitiam omnino è medio
tollunt, & per consequens liberalitatem, & ea omnia quæ ad cõ
munitatem tuendam pertinent, ergo remota iustitia, remoue
tur omnis virtus, quæ ad iustitiam refertur, cum sit ad conser-
uationẽ humanæ societatis. [Tribus generibus] Prudentia, for
titudine, temperantia. [Tergiuersantur] fugiunt iustam repre-
hensionem, & alios fallunt uerbis, quibus uirtutes ipsas uiden-
tur afferre, tueri, & expedire. nam tergiuersari est fallere, & di-
cta mutare, & quasi tergũ uertere. [Suppeditantem] Submini-
strantem corpori ipsas uoluptates, & hoc esse dicũt munus pru
dentiæ. [Expediunt] Expedire uidentur, & calumnia liberare,
atq; dedecore, & illi minus assignare suum, dicentes fortitudi-
nẽ esse rationem, & modum, quibus dolorem quis patitur, &
negligit mortẽ cum uoluptate, vt ipsi dicũt. [Vacillat] Nutat,
nec potest consistere, aut esse apud ipsos, cũ omnia referant ad
propriam uoluptatẽ, non ad cõem, quod est contra iustitiam.
[Eæ uirtutes] Liberalitas, magnificentia, cõitas, affabilitas. [Ne
que.n.] Ratio quare iacẽt hæ uirtutes, qm̃ uirtus experi debet
propter se, nõ ob aliud, & ipsi dñt expetẽdas esse p.p uoluptatẽ.
[Hæc] Eæ uirtutes, & mediocritas, quæ propter se expetuntur,
aliter non essent uirtutes. de his rebus dictũ est satis loco suo,
& con-

& concludens Cic. docet omnem uoluptatem esse contrariam honestati,& reprehendit Calliphonem, & Dinomachum, qui ut in principio dictum est, honestati uoluptatē adiunxerunt, arbitrantes hoc modo se dirimere controuersias philosophorum de summo bono. Errauerunt, inquit, quoniam honestati adiunxerunt uoluptatem, quam honestas auersatur,& odit. Vnde dicit Sen. Non indignor, quòd post uoluptatem ponitur uirtus, sed quod omnino cum uoluptate conferatur contemptrix eius, & hostis,& longissimè ab illa resiliens. Et finis bonorum, inquit Cic. non potest constitui dissimilibus, sed ex re simplici, ad quam omnia referatur. Lactantius sic taxat Aristippum. Nec satis fuit ita uiuere, sed docere etiam libidines cœpit, ac mores suos de lupanari ad scholam transtulit, disserens uoluptatem corporis esse summum bonum, quæ doctrina execrabilis,& pudenda, non in corde philosophi, sed in sinu meretricis est nata. [Alio loco] In libris de finibus, ubi de uario philosophorum decreto disputauit, disputauimus, inqnit, quemadmodum iudicari debeat, & cognosci, si quando utilitas honestati repugnauit, & uoluptas etiam si haberet aliquā apparentiam utilitatis, tamen cum honestate coniungi non potest, & uoluptas, inquit aliquid condimenti, & saporis habere potest, utilitatis autem nihil habebit, cum non sit honesta. ergo uoluptas corporis nunquam utilis, quia nunquā honesta. Et sic nihil erit utile, quod temperantiæ, de qua agitur repugnabit.

ADDI. VELIS equisque] Prisca in eandem sententiam adagia hæc sunt Manibus pedibusque. Nauibus atque quadrigis omnibus neruis uelis equisque. Remis uelisque. Idem Cic. in iiij. epist. ad Att. dicit, Sic ego, qui in isto homine colendo tam diu indormiui, te mehercule sæpe excitante cursu corrigam tarditatem tum equis tum uelis. Sed aqua hæret, substitit, remanetque ambigua. In 2. epist. ad Att. dicit. In hac causa mihi aqua hæret. Prisca sunt prouerbia. In codē hæsitas luto. Aqua hæret. In uado hæremus. In eos quorū sententia perplexa est, & inextricabilis i. ueri expers cursus,& rationis. Dicunt enim uoluptatis magnitudinem doloris detractione fieri, quoniam Epicurei asserebant maximam esse uoluptatem nihil dolere, quod præstat temperantia, prætermittendo uoluptates eas, quas dolor sequitur. In 2. de fin. ait Cic. Negat Epicurus accedere quidquam posse ad uoluptatem nihil dolentis. Vnde dixit Enn. Nimium boni est, cui nihil est mali. Condimenti, idest saporis,& delectationis, quoniam demulcet sensus, cum sit quoddam quasi pulmentarium. i. sensu est. talis uoluptas est nobis, cum omnium animantium genere communis,& idcirco non est proprium hominis bonum, habet quidē condimentum, & suauitatem, sed solidam, & ueram non habet utilitatem, quæ citra honestatem esse non potest. Proprium autem hominis bonum in mentis, & rationis absolutione consistit.

FRAN. MAT. RESTAT quarta &c.] Non idem significat hæc, moderatio enim basis est ipsius uirtutis. ex continentia gignitur moderatio, quæ modum adhibet dictis & factis. Cum uero in dictis & factis moderati fuerimus, tunc decus illud consequitur, quod dicitur temperantia, rectè ergo hæc coniunxit, de quibus superius est à nobis dictum. [Choro] rectè chorum appellat, quia connexæ, & sociatæ sunt quasi catenæ quædam. [Atqui ab Aristippo &c.] Cōtra eos disputant qui dicunt omnia uoluptatis causa facienda esse. Ordo est usque ad eum locum: At decertandum est equis,& quisque si sententia est honestum tenere cum his qui ab Aristippo fluxere. Fuit autem Aristippus Cyrenaicus. Quod oppidum erat inter Aegyptum, & Lybiam. Fuit Aristipp. assertor uoluptatis, & Socratis auditor, Str. lib. ult. Aristippus Socraticus Cyrenaicam philosophiā instituit, & Areta, filia eius in schola successit, & Aristip. filius qui matri successit, & Metrodidactus cognominatus est, Anniceris qui Cyrenaicam sectam uidetur emendasse, & Anniceriam ab eo deriuasse. Cyrenaici, & Epicurei omnia trahebāt ad commodum suum, ut intelligamus in quo ij differrent. Annicerij ab ijs in ceteris quidem rebus non dissentiebant. Relinquebant autem amicitiam in uita,& gratiam, honoremque aduersus parentes, & pro patria præclarum aliquod facinus. Cum Cyrenaici,& Epicurei dicerent nec patriæ quidem causa aliquid faciendum esse, nec parentum, quod à uoluptate alienum esset, summum bonum in uoluptate summum malum in dolore ponebant,& omnia ad utilitatem suam referebant.

Contra quos Cic. Nam quæ uoluptate inqnit, quasi mercede aliqua ad officium impellit, ea non est uirtus, sed fallax imitatio, simulatioque uirtutis. Nam nisi illa uoluptas esset, non sequeretur uirtutē, sed propter uirtutem sequitur uoluptas. ex uirtute enim maximam uoluptatem capimus, sed illi non excludebant amicitiam, de quibus Cic. ait. Est etiam, inquit, ipsi carum amoris nomen, unde amicitia nominata est, quam si ad commoda nostra referimus, ea non est amicitia, sed mercatura utilitatis. Esto enim agri coluntur,& pecora, quòd ex his fructus percipitur. [Obsoletis] Antiquitatis, sublatis. [Velis,& equis] Prouerbialiter dictum. [Nam si non modo, &c] Causam ostendit, quæ potissimum uoluptatem efficiat, est autem ea bona ualetudo. Nam quia ad uoluptatem referunt, nihil utilius uidetur esse ualetudine, sed si hoc inquit Cic. sequi uoluerimus, ut uita beata in ualetudine consistit, nullo modo sequi uirtutē possumus, hocque ita esse euidentissimis probat rationibus. [Eiusdem constitutionis sp.] Metrodorus enim dixit non solum in corpore bene composito beatam uitam consistere, sed etiam in spe bene constituendi corporis, quia etiam si corpus non bene compositum sit, & tamen bene componendi spes sit, nihilominus uitam beatam esse uolunt. Metrodorus autem is discipulus fuit Epicuri, & Atheniensis fuit,& alius eiusdem sectæ Stratoniensis. [Certe hæc utilitas.] Si hoc beatitudinis fundamentum est, scilicet corpus bene constitutum esse, si cum uirtute sentiret, dissentit autem, ideo falsum est. [Nam vbi primum prudentiæ.] Incipit argumentari contra sententiam illam Metrodori progrediens per omnes uirtutes, & eiusmodi fundamentum ab omnibus uirtutibus alienum esse, ostendit, uidelicet a prudentia, &c. num igitur probandum est fundamentum illud, sed potius uituperandum, Dabitur. s. huic fundamento, quod beatitudinis esse dicunt. [Suauitates.] Ad firmandas corporis constitutiones hoc uidetur prodesse, ut undique conquirat, quæ uoluptati cōsentiat, ac uero suauitas, & iucunditas uoluptati consentiunt, ergo suauitas undique conquiritur, quod si est, quomodo cum prudentia poterit habere commercium? q.d. nullum habere poterit. qui undique suauitates, & iucunditates quærit, uoluptati seruit, qua seruitute nihil esse potest ignominiosius, si propter uoluptatem uirtutem sequitur Epicureus, ergo uoluptati seruit. Sed ubi uoluptas fuerit illi, qui esse uirtus potest? probat autem primo per speciem prudentia est uirtus, qui uirtutem quærunt propter voluptatem, faciunt contra prudentiam, & quia pars sequitur suum genus, faciunt generaliter contra uirtutē. [An legere, vt intelligant &c.] Cur inquit, quotidie legūt philosophi studijs literarum dediti? Nūquid vt intelligant, q.d nisi uoluptas? Prudens enim in ueri inuestigatione uersatur, nihil certe esset turpius, quam ideo legere, vt uoluptatē comparares. [Iam qui dolorem, &c.] Probauit prius a genere, deinde a specie, Methrodori fundamentum, uerum non esse, nunc ostendit nullum posse habere cum fortitudine commercium. Fortitudo enim consistit in aggressione periculorum pro patria, pro parentibus, amicis, &c. Qui āt summum bonum in uoluptate ponunt, necessario summum malum in dolore constituunt. Si fortitudo consistit in arduis rebus appetendis, arduæ autem res sine labore,& consequenter sine dolore effici nō possunt, intelligitur nullum habere posse fortitudinem cum uoluptate commercium. [Quæ est dolorum, &c.] Probat a diffinitione non posse locum habere fortitudinem apud eos, qui uoluptatem dicunt esse summum bonum. [Quamuis enim multis locis.] Tacitę occurrit obiectioni, quia dicere posset aliquis, ò Cic. vide quid dicas, non enim ita est, ut disputas, quod dolorem summum malum putent illi philosophi, nam multa disputat de dolore Epicurus ostendens nullum tantum dolorem esse debere, ut uir sapiens ab officio desistat. Respondet Cic. quāuis multa disputent de dolore, tamen non considerandum est, quid dicant, sed quid conuenire uideatur, nam qui bona voluptate terminauerint, mala dolore terminent consentaneū est. sic autem de dolore disputat Epicurus: Quiuis dolor, aut paruus est, aut mediocris, aut intensus. si paruus est, contemnendus est, si mediocris, facile tolerandus, si uero intensus, breuis, ergo omnis dolor cōtemnendus est. dicebat propterea languorem quantumlibet magnus sit, diminui posse cogitatione uoluptatis, ut qui in eculeo positus sit, si uoluptatem aliquā animo conceperit quàm uel habuerit, uel habere sperat, dolorem non sentire. sed uellem, inquit, Epicurum ipsum prius periculum

lum facere. [In aqua hæret] Prouerbialiter dictum, hoc est ni-
hil fundamenti habet. [Atque in his tribus] Dicit Epicureos de
prudentia, fortitudine, atque modestia probabiliter dicere ali-
quid, de iustitia autē nihil esse quod disserere possint nã ab eo
prorsus alienum est eorum dogma, quod ad uoluptatem om-
nia referunt. qui enim sua ipsius commoda tãtummodo respi-
cit, iustitiã nullo modo seruare potest. [Tergiuersantur] Di-
sputant. Tergiuersari est dubitare & dubitando tempus conte
rere. Sed hoc loco tergiuersari est fallere, & dictū mutare. Plau.
in Amp. Versipellē se fecit quando iubet. sic interpretatur Mar-
cellus, & citat hũc locum [Prudentia &c.] Recte inquiunt beati
tudinem in uoluntate ponimus. nam id prudentia requirit. Et
probant à diffinitione. Diffiniunt enim prudentiam esse scien-
tiam suppeditantem uoluptates, & depellentem dolores, quod
si est, sine dubio confitendum est beatam uitam in uoluptate
positam esse. [Fortitudinem quoque &c.] Aliquo modo expe-
diunt, idest explicant fortitudinem, ne uideantur esse aliena à
dogmate suo, si uerum est fortitudinem esse rationem negligē
dæ mortis & perpetiēdi doloris, sequitur uerum esse quod bea
tus sit qui uoluptatis rationem habet. [Temperãtiam &c.] Sed
nescio, inquit, quõo hoc fieri possit, vt qui in voluptate summū
bonum ponit, ostendere rationem possit, cur voluptas non sit
inimica modestiæ. Nam voluptas & modestia contraria uiden-
tur, quod cum ita sit, fieri qui potest, ut qui in uoluptate bea-
tam uitam ponit, modestiæ rationē habere posit? propterea
Cic. ait non facillimè illi quidem disputant, sed quoquo modo
possunt [Dicunt enim doloris &c.] Hæc ergo est modestia siue
temperantia, si magnitudine uoluptatis minuitur dolor, nun-
quid in hoc uidetur esse temperantia? nõ facile apparet quod
magnitudine uoluptatis minuatur dolor. Si dolor minuitur
temperantia, si respicit ad maiorem uoluptatem est quæ tristi-
tiam depellit, sed hæc uoluptas sequitur ex continentia, quan-
toque maior fuerit uoluptas, tanto minor tristitia, tanta pote
rit esse uoluptas ut nulla tristitia remaneat. & hoc modo pro-
bat, Continentia siue temperantia est abstinere à rebus Vene-
reis, cibo, potu, somno, & ceteris eiusmodi quæ uoluptatem af
ferunt, sed quanto quis diutius abstinuerit à rebus Venereis,
tanto is deinde appetētius cupit, & maiori uoluptate afficitur.
Eodem modo qui a cibo & potu abstinuerit, postea auidius ca
pit. & pari ratione qui diutius uigilauerit somnum postea sua-
uiorem capiet, & hoc est ergo quod dicunt Epicurei, non sine
dolore abstinere nos à rebus Venereis, & cæteris eiusmodi. nã
& continentia tristitiam affert. deinde cũ ijs à quibus abstinue-
ris, postea uti cœperis, maiorem sentis uoluptatem, quæ maxi-
ma erit doloris diminutio hanc igitur rationem adducunt cũ
dicunt aliquem habere congruentiam cum temperantia uolu
ptatem, magnitudine uoluptatis asserētes dolorem minui. [Iu
stitia uacill] De iustitia, inquit, nihil disputant Nam apud eos
nutat iustitia, & quia parum dixisse uidebatur uacillar, subiun-
xit, iacet. [Conferamus igitur in pauca] Satis probauit ab om-
ni uirtute dissentire eum, qui summum bonum in mediocrita
te ponit. quare nunc concludit, & quæ tam multis uerbis disser
uit, paucis complectitur. [Calliphonem &c.] Ij philosophi quasi
disceptatores esse uoluerunt controuersiarum, quæ inter Epi-
cureos erant, & philosophos ceteros ut Stoicos, Peripateticos,
Academicos, dicebant enim honestati cõiunctam esse uolupta
tem, hoc dicit Cicer. non inepte disserere, si modo explicent, de
qua uoluptate sentiat. Nam si de animi loquuntur uoluptate,
illis assentitur, si de uoluptate corporis repugnat. uoluptas.n.
corporis uitiosa est non simplex, sed per accidens, uoluptas ani
mi nunq̃ uitiosa est, ut philosophi uolunt, nihil est enim aliud
quam rationis operatio, [Directuros] Determinaturos. [Ex re-
bus dissimilibus] Honestate & uoluptate, quæ contraria sunt,
finis bonorū debet esse unus, & simplex. [Alio loco] Lib. de Fin.
bon. & mal. [Nã ut tribuamus] Vt omnino alieni uideamur à
uoluptate, dicimus uoluptatē nihil habere utilitatis, sed aliq d
habere cõdimenti, cibus optime conditus facit iucunditatem,
eodem modo si honestati uoluptas accesserit, iucundior erit.

ASC. RESTAT] Prosequitur de Tēperantia dicēs, Restat quar-
ta pars uirtutū principaliū, quæ continetur. i. perficitur decore,
moderatione, modestia, cõtinentia, tēperantia. Igitur nũquid,
sup. pot quidquã esse utile qđ sit contrariū huic choro talium
uirtutū? q. d. minime. Atqui sed tñ philosophi nominati ab Ari
stippo Cyrenaici, atq; Annicerij posuerunt omne bonum in uo-
luptate, & censuerunt uirtutem esse laudandam ob eam rē, φ
esset efficiēs uoluptati. Quibus. s. philosophis obsoletis. i. reiectis
floret Epicurus adiutor & auctor idest assertor ferè eiusdē sen-
tentiæ. Decertandum est cum his scilicet philosophis uelis &
equis, idest omni celeritate. & uelorum & equorum, dicitur. i.
in prouerbio est, nisi forte sit æquis idest æquatis uelis, quæ, ut
Hom. di. nauis maxime impellitur. certandum est, inquam, sen
tentia, idest si uolumus tueri ac retinere honestatem, nam non
modo utilitas, sed uita beata hominis continetur firma consti
tutione corporis. eiusque constitutionis spe explorata, ut scri-
ptum est à Metrodoro, certe hæc utilitas & quidem summa (cē
set enim sic) idest quod sit summa, pugnabit cum honestate.
Nam ubi, idest in qua re dabimus primū locum prudentiæ, an
ut sup. ipsa prudentia coinquinat, idest simul inquinat undiq;
suauitates quàm idest quantum miser sup. est famulatus ser-
uiētis uoluptati. Autem pro sed, quod minus erit, aut dabitur
prudentiæ, an intelligetur legere idest eligere uoluptates? fac
idest concede nihil esse iucundius isto, quid potest cogitari tur
pius ipso? q. d. nihil, nam qui dicat dolorem summum malum
quem locum habet apud eum fortitudo? q. d. nullum. fortitu-
do dico, quæ est contemptio idest uilipensio dolorum, & malo
rum. quamuis enim Epicurus dicat in multis locis, sicut hic di
cit satis fortiter de dolore, tamen non spectandum est id, quid
dicat, sed quid consentaneum, idest cæteris dictis conforme sit,
ei dicere qui terminauerit bona, idest cõstituerit summum bo-
num in uoluptate, & terminauerit mala, idest summum malū
constituerit in dolore, ut si audiam illum de cõtinentia & tem-
perantia. Ille quidem dicit multa multis locis. Sed aqua hæret,
ut dicunt illi in prouerbio est. Aqua autem dicitur hærere, quã
do crassa est, & non profluit, sic & assertio hærere dicitur quæ
non approbatur. Nam quomodo potest is laudare Temperan
tiam qui donat summum bonum in uoluptate? Est enim Tē
perantia inimica libidinum, libidines autem sunt consectatri-
ces, idest imitatrices, & comites perpetuæ uoluptatis. Atq; ipsi
tergiuersantur, idest subterfugiunt non incallide idest satis cal-
lide tantum in his tribus generibus, prudentia, fortitudine, &
temperantia. Ipsi introducunt idest afferunt prudentiam esse
scientiam suppeditantem, idest supprimentem uoluptates, &
depellentem dolores. Et expediunt quoquo idest quouis alio
modo, cum tradunt sup. esse rationem negligentiæ mortis, &
perpetiendi doloris. Illi etiam inducunt temperantiã, non qui-
dem facillime, sed quoquo modo possunt. Dicunt enim sup. tē
perantiã fieri magnitudine uoluptatis & detractione doloris.
Iustitia uacillat sup. apud eos, uel iacet, idest reijcitur potius.
& omnes hæ uirtutes quæ cernuntur in communitate, & in so-
cietate generis humani, neq; enim bonitas, nec liberalitas, nec
comitas esse potest, non plusquàm amicitia. Si hæc non expetã
tur per se idest referantur ad uoluptatem uel utilitatem. Con-
feramus igitur in pauca, idest paucis uerbis quod uolumus ab-
soluamus. Nam idest quemadmodum docuimus nullam esse
utilitatem, quæ esset contraria honestati. sic dicimus omnē uo
luptatem esse contrariam honestati. Quo idest pro quo ego iu-
dico Calliphonē & Dinomachum philosophos scilicet magis
reprehendendos. qui putauerũt se dirempturos, aut potius di-
repturos controuersiam, si copulauissent uoluptatem cum ho
nestate tanquàm pecudem cum homine honestas non recipit,
immo aspernatur, & refellit istam coniunctionem. Nec uero fi-
nis honorum & malorum qui debet esse simplex, potest misce-
ri & temperari ex rebus dissimilibus. Sed hactenus, supra satis
dictum sit de hoc. Enim pro quia, est sup. magna res disputata
alio loco pluribus uerbis. Nunc sup. redeamus ad propositum.
Igitur quemadmodum, si quando ea quæ uideretur utilitas, re
pugnat honestati dijudicãda sit res, satis disputatum est supra.
Sin autem, idest sed si etiam uoluptas dicatur habere etiam spe
ciem utilitatis, nulla coniunctio potest esse ei cum honestate.
Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, habebit fortasse non ni
hil condimenti idest delectationis, sed certe nihil utilitatis.

PERORATIO OPERIS.

HAbes à patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum: sed perinde erit, ut acceperis. quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios, tanquam hospites erunt recipiendi. sed ut, si ipse uenissem Athenas, quod quidem esset

esset factum, nisi me de medio cursu clara uoce patria re-
uocasset; aliquando me quoque audires: sic, quoniã his
uoluminibus ad te profecta uox mea est, tribues his tem
poribus, quantũ poteris; poteris autem, quantum uoles.
cum uero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere,
tum & præsens tecum propediem, ut spero, &, dum ab-
eris, absenti loquar. Vale igitur, mi Cicero; tibique per-
suade, te mihi quidem esse carissimum, sed multo fore
cariorem, si talibus monumentis, præceptisq; lætabere.

PETR. MAR. IMponens Cicero huic operi, quasi fastigium, & ex-
tremam manum, uertit sermonẽ ad filium captans
à re ipsa beneuolentiam, & etiam à se, monens fi-
lium, ut his præceptis, & monimentis gaudeat, quæ
ad ipsius eruditionem instituta sunt. [Sed perinde]sic, & tanti
precij. [Vt]sicut acceperis, nam si illud magni facies, magnum
erit, nam res tanti sunt, quanti æstimantur. Habes reuerendis.
præsul à Marso seruo munus multis uigilijs, & sudoribus elu-
cubratum, quod iuuenibus, & litterarum arcana ingressis pro
futurum arbitror. Sed perinde erit apud te, & alios, qui id, quid
quid est auspicio tuo lecturi sunt, vt acceperis, & nomen aucto-
ritatemque dederis. quod si mihi, ut spero lectione tua, & gra-
to animo contingit, ad maiora excitabor, ad quæ acti me ani-
mo aspirare scias. Effice igitur quæso, ut prima hæc fœtura pa-
tris animum non reprimat, sed nominis, & æternitatis ardo-
re flagrantem, & ad altior currentem admotis calcaribus im-
pellat. Vale.

ADDI. COMMENTARIOS] idest libellos, & philosophicas
commentationes è Peripatetico decreto tanquam hospites pe-

regrini, & Romana lingua scripti, & ad Stoicorum imitationẽ
elucubrati Academico tamen more, ac libertate. [Hoc scientiæ
genere]morali institutione, ac bene, rectéq; uiuendi formulis,
& institutis. [Monimentis]Libris meam tibi memoriam subin-
de referentibus, & rationem vitæ complexis: Qua parte philoso
phiæ nil posset excogitari vtilius, atq; honestis.

FRAN. MAT. HABES à patre]Peroratio est totius operis, quod sua qui
dẽ sententia maximũ esse munus dicit, vt magnã ex eo vtilitatẽ
capere possit filius, si attẽte legere voluerit.

ASC. HABES à patre]Perorat ostendens opus completum. Or-
do autem est. O Marce fili tu habes à patre munus, quidem .i.
certè mea sententia .i. secundum iudicium meum magnum, sed
erit perinde ita magnum, ut acceperis, quanquam hi tres libri
erunt recipiendi inter commentarios Cratipi, tanquam hospi-
tes, sed, ut .i. quemadmodum si ego uenissem Athenas, quod
quidem esset factum .i. quod fecissem nisi patria .i. negociũ pa-
triæ reuocasset me de medio cursu clara uoce tu audires quo-
que .i. etiam me aliquando. Sic, quoniam mea uox est profe-
cta à te his .i. in his uoluminibus, tribue his tantum t.pis quan-
tũ poteris, poteris autẽ sup. tribuere quantũ uoles. Cũ uero in-
tellexero te gaudere hoc genere sciẽtiæ, tũ .i. tunc ego loquar te
cũ propediẽ .l. statim, ut spero, existẽs præsens abstinẽs dũ .i. quã-
do aberis. Igitur Cic. uale qs, pro, & persuade tibi, te quidẽ .i. cer-
tè essa carissimũ mihi, sed fore .i. futurum esse multo cariorem,
si lætaberis, & lætum te ostenderis, talibus monimentis, idest
libris cũ re admonẽtibus. Aut lege monimẽtis, q; pro, & tali-
bus sup. præceptis .i. institutionibus officij.

Habes quoque mi Stephane exemplationes nostras, quan-
tum monuisti familiares. quas si tibi tuisque gratas ac iucun-
das intellexero, ad meliora maioraq; impuleris. Vale, & tu ui-
rorum optime.

M. TVLLII CICERONIS
LAELIVS, VEL DE AMICITIA, AD T. POMPONIVM ATTICVM.

Dialogi personæ,

FANNIVS, SCAEVOLA, LAELIVS.

QVINCTVS MVCIVS augur
multa narrare de C. Læl. socero
suo, memoriter, & iucundè sole-
bat, nec dubitare illum in omni
sermone appellare sapientẽ. ego
autem à patre ita eram deductus
ad Scæuolã, sumpta uirili toga,
vt quoad possem, & mihi liceret
à senis latere nũquàm discederem. itaq; multa ab eo pru-
denter disputata, multa breuiter, & commodè dicta, me-
moriæ mandabam, fieriq; studebam eius prudentia do-
ctior. quo mortuo, me ad pontificem Scæuolam cõtuli:
quẽ unum nostræ ciuitatis, & ingenio, & iustitia præstã-
tissimum audeo dicere. sed de hoc aliàs. nunc redeo ad
augurem sæpe multa narraret, cum nemini domi in hę-
micyclo sedentem, ut solebat, cum & ego essem una, &
pauci admodum familiares, in eum sermonem illum in-
cidere, qui tum ferè erat multis in ore. meministi .n. pro-
fecto, ut opinor, Attice, & eo magis, ꝙ P. Sulpicio uteba
re multum, cum is tribunus pl. capitali odio à Q. Pompe-
io, qui tum erat consul, dissideret, qui cum coniunctissi-
mè, & amantissimè uixerat. quanta hominum esset, vel
admiratio, uel querela. itaque tum Scæuola, cum in eam
ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem

Lælii de amicitia, habitu ab illo secum, & cum altero gene
ro, C. Fannio, M. filio, paucis diebus post mortem Afri-
cani. cuius disputationis sententias memoriæ mandaui:
quas in hoc libro exposui meo arbitratu. quasi enim ip-
sos introduxi loquentes: ne, inquam, & inquit, sæpius in-
terponeretur, atque id eo feci, ut tanquàm à præsentibus
coram haberi sermo uideretur. cum enim sæpe mecum
ageres, Attice, at de amicitia scriberem aliquid, digna
mihi res tum omnium cognitione, tum nostra familiari-
tate uisa est: ita quæ feci non inuitus, ut prodessem mul-
tis tuo rogatu, sed, ut Catone maiore, qui est scriptus
ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem;
quia nulla uidebatur aptior persona, quæ de illa ætate lo-
queretur, quam eius, qui & diutissimè senex fuisset, &
in ipsa senectute præ ceteris floruisset: sic, cum acce-
pissemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælii,
& P. Scipionis familiaritatem fuisse: idonea mihi Læ-
lij persona uisa est, quæ de amicitia ea ipsa dissere-
ret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus
Scæuola. genus autem hoc sermonum positum in
hominum ueterum auctoritate, & eorum illustrium,
plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis. ita-
que ipse mea legens sic afficior interdum, ut Cato-
nem, non me, loqui existimem. sed, ut tum ad senem
senex

senex de senectute, sic in hoc libro ad amicum amicissi-
mus de amicitia scripsi, tum est Cato locutus, quo erat
nemo ferè senior temporibus illis, nemo prudentior: nũc
Lælius, & sapiens (sic enim est habitus) & amicitiæ glo-
riam excellens, de amicitia loquitur, tu velim à me ani-
mum parumper auertas, ꝓ Lęlium loqui ipsum putes. C.
Fannius, & Q. Mucius ad socerum ueniũt post mortem
Africani. ab ijs sermo oritur; respõdet Lælius: cuius tota
disputatio est de amicitia: quã legens tu ipse cognosces.
FAN. Sunt ista uera, Læli. nec.n. melior uir fuit Africa-
no quisquam, nec clarior. sed existimare debes, omnium
oculos in te esse coniectos. unum te sapientem, & appel-
lant, & existimant. tribuebatur hoc modo M. Catoni. sci-
mus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sa-
pientem: sed uterque alio quodam modo: Acilius, quia
prudens esse in iure ciuili putabatur: Cato, quia multarũ
rerũ usum habebat, multaq; eius, & in senatu, & in foro,
vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa a-
cutè ferebantur, propterea quasi cognomen iam habe-
bat in senectute sapientis. te autem alio quodam modo,
dicunt, non solum natura, & moribus, uerum etiam stu-
dio, & doctrina esse sapientẽ; nec sicut vulgus, sed ut eru-
diti solent appellare sapientem; qualem in reliqua Græcia
neminem. nam, qui septem appellantur, eos, qui ista sub
tilius quærunt, in numero sapientum non habent. Athe-
nis unum accepimus, & eum quidem etiam Apollinis
oraculo sapientissimum iudicatum: hãc esse in te sapien-
tiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas, hu-
manosq; casus uirtute inferiores putes. itaq; ex me quę
runt, credo ex hoc item Scæuola, quonam pacto mortẽ
Africani feras. eoque magis, quòd his proximis nonis,
cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, vt
assolet, venissemus, tu non affuisti, qui diligẽtissime sem-
per illum diem & illud munus solitus esses obire. SCAE.
Quærunt quidem, C. Læli, multi, vt est à Fannio dictum:
sed ego id respondeo, quòd animaduerti, te dolorem,
quem acceperis tum summi viri, tum amantissimi mor-
te, ferre moderate, nec potuisse non commoueri, nec fuis
se id humanitatis tuæ: quòd autem his nonis in collegio
nostro non affuisses, valetudinem causam, nõ męstitiam
fuisse. LAEL. Recte tu quidem Scęuola, & vere. nec enim
ab isto officio, quod semper vsurpaui cum valerem, ab-
duci incommodo meo debui; nec vllo casu arbitror hoc
constanti homini posse contingere, vt vlla intermissio
fiat officij. Tu autem, Fanni, quod mihi tantum tribui di
cis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis ami-
ce. sed, vt mihi videris, non recte iudicas de Catone, aut
enim nemo, quod quidem magis credo, aut, si quisquam,
ille sapiens fuit. quo modo enim (ut alia omittam) mor
tem filij tulit? memineram Paulum, videram Caium: sed
hi nec comparantur Catoni, maximo, & spectato uiro.
quamobrem caue Catoni anteponas ne istum quidem ip
sum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum iudicauit. hu-
ius.n. facta, illius dicta laudantur. De me autem (ut iam
cum utroque loquar) sic habetote. Ego si Scipionis desi-
derio me moueri negem, quàm id rectè faciam, uiderint
sapientes: sed certè mentiar. moueor enim tali amico or-
batus, qualis, ut arbitror, nemo unquàm erit, &, ut confir
mare possum, nemo certè fuit. sed nõ egeo medicina; me
ipse consolor, & maxime illo solatio, ꝙ eo errore careo,
quo, amicorũ decessu, pleriq; angi solẽt, nihil.n. mali acci-
disse Scipioni puto. mihi accidit, si q̃d accidit. suis aũt in-
cõmodis grauiter angi, nõ amicũ, sed seipsum amãtis est.
Cũ illo uero quis neget actũ esse ꝓclarè? nisi.n ꝙ ille mi-
nimè putabat, immortalitatẽ optare vellet: quid non est
adeptus, quod homini fas esset optare? qui, summã spem
ciuium, quam de eo iam puero habuerũt, cõtinuo adole
scens incredibili uirtute superauit: qui consulatũ petiit
nunquã, factus est consul bis, primũ ante tẽpus, iterum
sibi suo tpe, reip. penè serò: qui, duabus urbibus euersis,
inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, uerum
etiam futura bella deleuit. quid dicam de moribus facil-
limis? de pietate in matrẽ, liberalitate in sorores, benigni-
tate in suos, iustitia in omnes? hæc nota sunt uobis, quã
ãt ciuitati carus fuerit, męrore funeris indicatũ est. Quid
igitur hunc paucorum annorum accessio iuuare potuis-
set? senectus.n. quamuis non sit grauis ut memini Cato-
nem anno ante, quam mortuus est, mecum, & cũ Scipio-
ne disserere, tamen aufert eam uiriditatem. in qua etiam
nunc erat Scipio. quamobrem uita quidem talis fuit, uel
fortuna, vel gloria, vt nihil posset accedere: moriendi au-
tem sensum celeritas abstulit. quo de genere mortis dif-
ficile dictu est: quid homines suspicentur, uidetis. hoc ta-
men uerè licèt dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos
in uita celeberrimos, lætissimosq; uiderit, illum diem cla
rissimum fuisse, cum, senatu dimisso domum reductus
ad uesperam est à patribus conscriptis, à P. R. socijs, &
Latinis, pridie quàm excessit è uita: ut ex tam alto digni-
tatis gradu ad superos uideatur potius, quàm ad inferos
peruenisse. neque.n. assentior iis, qui hæc nuper disserere
cęperunt, cum corporibus simul animus interire, atque
omnia morte deleri plus apud me antiquorum auctori-
tas ualet, uel nostrorum maiorum, qui mortuis tam re-
ligiosa tribuerunt: quod non fecissent profecto: si ni-
hil ad eos pertinere arbitrarentur: uel eorum, qui in hac
terra fuerunt, magnamq; Græciam, quæ nunc quid m
deleta est, tunc florebat, institutis, & præceptis suis eru-
dierunt, uel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est
iudicatus. qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisq;, sed
idem dicebat semper, animos hominũ esse diuinos, iisq;,
cum è corpore excessissent, reditum ad cęlum patere, op
timoq;, & iustissimo cuiq; expeditissimũ. q̃d idẽ Scipio-
ni uidebatur; qui, idem quasi præsagiret, perpaucis ante
mortem diebus, cũ & Philus, & Manilius adessent, & alii
plures: tuq; etiam, Scæuola, mecũ uenisses, triduũ disse-
ruit de rep. cuius disputationis fuit extremum ferè de im-
mortalitate animorũ: quæ se in quiete per uisum ex Afri
cano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cuiusque aĩus
in morte facillimè euolet tanquàm è custodia, uinculisq;
corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorem fuis-
se, quàm Scipioni? quocirca mœrere hoc eius euentu, ve
reor, ne inuidi magis, qnã amici sit. Sin autem illa uerio-
ra ut idem interitus sit animorũ, & corporũ, nec ullus sen
sus maneat, ut nihil boni est in morte, sic certè nihil ma-
li. sensu.n. amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino:
quẽ tamẽ esse natũ, & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum
erit, lætabitur. Quamobrem cum illo quidem, ut supra di
xi, actu optimè est, mecũ ãt incommodius, quem fuit æ-
quius, ut prius introierã in uitam, sic prius exire de uita,
sed tamẽ recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut bea-
tè uixisse uidear, quia cum Scip. uixerim, quocum mihi
cõiuncta cura de rep. & de priuata fuit: quo cum domus

fuit,

fuit,& militia communis,&,id,in quo est omnis uis amicitiæ,uoluntatum,studiorum,sententiarum summa consensio.itaq; non tam ista me sapientiæ,quàm modo Fannius commemorauit,fama delectat,falsa præsertim;quã, quòd amicitiæ nostrę memoriã spero sempiternam fore: idq; mihi eo magis est cordi, ꝙ ex omnibus sæculis uix tria,aut quatuor nominãtur paria amicorum. quo in genere sperare Scipionis amicitiam,& Lælij notam posteritati fore.FAN.Istud quidem, Læli, ita necesse est, sed, quoniam amicitiæ mentionẽ fecisti,& sumus ociosi,pergratum mihi feceris,spero itẽ Scæuolę,si,quemadmodũ soles de ceteris rebus,cum ex te quæruntur,sic de amicitia disputabis,quid sentias,qualem existimes,quæ præcepta des.SCAE.Mihi uero pergratum hoc erit. atque id ipsum cum tecũ agere conarer,Fannius anteuertit. quãobrem utriq; nostrum gratum admodũ feceris.LAEL. Ego uero non grauarer,si mihi ipse confiderẽ.nam & pręclara uisa res est:& sumus,vt dixit Fannius,ociosi.sed qs ego sum?aut quæ in me est facultas?doctorũ est ista consuetudo,eaq; Græcorum, ut ijs proponatur de quo disputent, quãuis subito magnũ opus est, egetq; exercitatione non parua.quamobrem,quæ disputari de amicitia possunt ab eis,censeo,petatis, qui ista profitentur. ego uos hortari tantũ possum,ut amicitiã omnibus rebus humanis anteponatis.nihil est.n.tã naturæ aptũ, tã conueniẽs ad res, vel secundas, uel aduersas. Sed hoc primũ sentio,nisi in bonis amicitiã esse nõ posse. neq; id ad uiuum reseco,ut illi,qui hæc subtilius disserunt,fortasse uerè,sed ad cõem utilitatem parũ.negãt.n.quẽquã uirũ bonũ esse, nisi sapiẽtẽ.sit ita sanè,sed eã sapientiã interpretãtur,quã adhuc mortalis nemo est cõsecutus.nos aũt ea,quæ sunt in usu uitaq; cõi,non ea,quæ finguntur,aut optantur,spęrare debemus.Nũquã ego dicã C.Fabriciũ,M.Curium, T.Coruncanium,quos sapientes nostri maiores iudicabant,ad istorum normã fuisse sapiẽtes. quare sibi habeãt sapientiæ nomen,& inuidiosum,& obscurũ; concedãtq; ut hi boni uiri fuerint.Ne id quidem facient:negabũt id, nisi sapiẽti,posse cõcedi.agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt.Qui ita se gerunt,ita uiuunt,vt eorum probetur fides,integritas,æquitas,liberalitas:nec sit in eis ulla cupiditas,uel libido,uel audacia:sintq; magna constãtia,ut hi fuerunt,quos modo nominaui:hos uiros bonos, ut habiti sunt,sic etiam appellandos putemus; qui sequũtur, quantum homines possunt,naturam,optimam rectè uiuendi ducem. sic.n.mihi perspicere uideor,ita natos esse nos,ut inter omnes esse societas quædam, maior aũt, ut quisq; proxime accederet.itaq; ciues potiores sunt, quã peregrini,& propinqui,quã alieni.cum his.n.amicitiam natura ipsa peperit;sed ea non satis habet firmitatis. nãq; hoc præstat amicitia propinquitati,quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest,ex amicitia autem nõ potest. sublata.n.beneuolentia,amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. quanta autem uis amicitiæ sit, ex hoc intelligi maximè potest, ꝙ ex infinita societate generis humani,quam conciliauit ipsa natura,ita contracta res est, & adducta in angustum,ut omnis caritas,aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Est autem amicitia nihil aliud,nisi omnium diuinarum, humanarumq; rerum cũ beneuolentia, & caritate summa consensio. qua quidem haud scio an,excepta sapientia; quidquam melius homini sit à dijs immortalibus datum. diuitias alij præponunt bonam alij ualetudinem,alij potentiã,alij honores,multi etiam uoluptates.belluarum hoc quidem extremũ est; illa autem superiora caduca,& incerta, posita non tã in nostris consilijs,quam in fortunæ temeritate. qui autem in uirtute summum bonum ponũt. præclari illi quidem, sed hæc ipsa uirtus amicitiam gignit,& continet:nec sine uirtute amicitia esse ullo pacto potest,iam, uirtutem ex consuetudine uitæ,sermonisq; nostri interpretemur,nec metiamur eam,ut quidam docti,uerborum magnificentia;uirosq; bonos eos,qui habentur, numeremus, Paulos,Catones,Gallos,Scipiones,Philos.his cõis uita contenta est.Eos autẽ omittamus,qui omnino nusquã reperiuntur.tales igitur inter uiros amicitia tantas opportunitates habet,quantas uix queo dicere.Principio, potest esse uita uitalis,ut ait Ennius,qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat?quid dulcius,quàm habere,quo cum omnia audeas sic loqui,ut tecum? quis esse tantus fructus in prosperis rebus,nisi haberes,qui illis æque, ac tu ipse, gauderet? aduersas uero ferre difficile esset sinę eo,qui illas grauius etiã quã tu,ferret. deniq; ceteræ res, quæ expetuntur opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis;diuitiæ,ut utare;opes,ut colare;honores,ut laudere;uoluptates,ut gaudeas;ualetudo,ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.amicitia plurimas res continet,quoquo te uerteris,præstò est:nullo loco excluditur,nunquàm intempestiua,nunquàm molesta est: itaq; non aqua,non igni(vt aiunt) pluribus locis utimur, quã amicitia. neque ego nunc de uulgari, aut de mediocri, quæ tamen ipsa delectat, & prodest, sed de uera,& perfecta loquor; qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas patientes communicansq; leuiores. cumq; plurimas, & maximas commoditates amicitia contineat,tum illa nimirum præstat omnibus, ꝙ bona spe prælucet in posterum:nec debilitari animos, aut cadere patitur. uerum.n.amicum qui intuetur, tanquã exẽplar aliquod intuetur sui.quocirca,& absentes adsunt,& egentes abundant, & imbecilles ualent, &, quod difficilius dictu est, mortui uiuunt:tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum, ex quo illorum beata mors uidetur,horum uita laudabilis. quòd si exemeris ex natura rerum beneuolentiæ coniunctionem: nec domus ulla, nec urbs stare poterit; nec agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur; quanta uis amicitiæ,cõcordiæq; sit,ex dissensionibus,atque ex discordijs percipi potest. quæ.n.domus tam stabilis, quæ tã firma ciuitas est, quæ non odijs, atq; dissidijs funditus possit euerti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Agrigentinum quidem,doctum quẽdam uirum,carminibus græcis vaticinatum ferunt; quæ in rerum natura,totoq; mũdo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.atq; hoc idẽ omnes mortales,& intelligunt, & reprobãt. itaq;, si quando aliquod officium existit amici in periculis, aut adeundis, aut communicandis,quis est,qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota cauea nuper in hospitis, & amici mei. M. Pacuuij in noua fabula? cum,ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem, ita ut erat;Orestem se esse perseueraret?stantes autem plaudebant in re ficta: quid arbitrabamur in uera fuisse facturos?

facturos? facilè indicabat ipsa natura uim suam; cum homines quod facere ipsi non possent, id rectè fieri in altero iudicarent. Hactenus mihi uideor, de amicitia, quod sentirē potissimè dixisse, si qua præterea sunt (credo autem esse multa) ab ijs, si uidebitur, qui ista disputant, quæritote. FAN. Nos autem à te potius, quãquã etiam ab istis sæpe quæsiui, & audiui, non inuitus equidem, sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. SCAE. Tum magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum de rep. disputatum est, affuisse, qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Phili? FAN. Facilè id quidē fuit, iustitiam, iustissimo uiro, defendere. SCAE. Quid amicitiam? nonne facilè ei erit, qui ob eã, summa fide, constantia, iustitiaq; seruatam, maximam gloriã cœperit? LAEL. Vim hoc quidem est afferre, quid. n. refert, qua me ratione cogatis? cogitis certè. studijs. n. generorũ; præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquũ quidem obsistere. Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerandum uideri solet, num propter imbecillitatem, atq; inopiam desiderãda sit amicitia, ut in dandis, recipiendisque meritis: quod quisque minus per se posset, id acciperet ab alio, uicissimq; redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa eēt. amor. n. ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam. nam utilitates quidem etiam ab ijs percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur temporis causa. in amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum; &, quidquid in ea est, id uerum, & uoluntarium est. qua propter à natura mihi uidetur potius, quam ab indigentia, orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa utilitatis esset habitura. quod quidem quale sit; etiam in bestijs quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, ut facilè earum appareat sensus. Quod in homine multo est euidentius: primum ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest: deinde, cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, & natura congruamus; quòd in eo quasi lumē aliquod probitatis, & uirtutis perspicere uideamur. nihil est. n. amabilius uirtute: nihil, quòd magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter uirtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquàm uidimus, quodã modo diligamus. quis est, qui C. Fabricij, M. Curij cum caritate aliqua, & beneuolentia memoriam non usurpet, quos nunquàm uiderit? quis autem est, qui Tarquiniũ Superbum, quæ Sp. Cassium, Sp. Melium non oderit? cũ duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho, & Annibale, ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus, alterum, propter crudelitatem eius, semper hæc ciuitas oderit. quòd si tanta uis probitatis est, ut eam uel in eis, quos nunquam uidimus, uel, quod maius est, in hoste etiam diligamus; quid mirum, si animi hominum moueantur, cum eorum, quibuscum usu coniuncti esse possunt, uirtutem, & bonitatem perspicere uideantur? quanquam confirmatur amor, & beneficio accepto, & studio perspecto & consuetudine adiuncta, quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolētiæ magnitudo. quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut si per quam quisq; assequatur, quod desideret: humilē sanè relinquũt, & minimè generosum, ut ita dicam ortũ amicitiæ; quam ex inopia, atque indigentia natam uolunt. quod si ita esset ut quisque minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus. quòd longe secus est, ut enim quisque sibi plurimum confidit, & ut quisque maxime uirtute, & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in seipso posita iudicet, ita in amicitijs expetendis, colendisque maxime excellit. quid enim? Africanus erat indigens mei? Minime hercule, at ne ego quidem illius. sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nõnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. auxit beneuolentiam consuetudo. sed quamquam utilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt; non sunt tamen ab earum spe caussa diligendi profectæ. ut enim benefici, liberalesque sumus, nõ ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur) sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quòd eius omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. A bijs vero qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longe dissentimus, nec mirum nihil enim altum, nihil magnificũ, nec diuinum suscipere possunt, qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamq; cõtemptam. quamobrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autē intelligamus, à natura gigni sensum diligendi & beneuolentiæ caritatem, facta significatione probitatis: quam qui appetiuerunt, applicant sese, & propius admouent, ut & usu eius quem deligere cœperunt, fruantur, & moribus, sintq; pares in amore, & æquales, propensioresque ad bene merendum, quàm ad reposcēdum, atque hæc inter eos sit honesta certatio. sic & utilitates ex amicitia maxime capientur; & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate, grauior, & uerior. nam si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret: sed, quia natura mutari non potest, icirco uerę amicitiæ sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiæ uidetis: nisi quid adhuc forte uultis. FAN. Tu uero perge, Læli. pro hoc enim qui minor est natu, meo iure respondeo. SCAE. Recte tu quidem, quamobrem audiamus.

Q Vinctus Mucius augur] Futuræ tractationi de amicitia commodissimum patefacit præfatio hæc aditum. Si quidem recēsendis eorum disputationibus qui prius amantissimè uixerant, & coniunctissimè ad explicandas tantæ uirtutis dotes, pellendasq; velis, & equis è communi vita discordiam, & inimicitiam, quibus priuatæ res ac publicæ labefactantur, & corruunt non minus utiliter, quã aptè descenditur. Nec non rationem, & viam disputationis aperiens, eorum animos conciliat, quos dociles, & ingeniosos parens natura creauit, & ad disciplinam promptè contendentes, si res cognitione dignissima suis formulis exponēda proponat, & in personis decorum seruetur, quod auctoritatē, vel maximã orationi concinnat, & gratiam. [Q. Mucius] Mos fuit auct. Asc. Pæd. cum aliquo ciuis R. ostendendus esset, ut significaretur, aut prænomine suo, aut nomine, aut cognomine, aut tribu, aut magistratu. Augur] Munere augurandi honestatus. de augurum corpore, siue collegio dictum est, ut opinor, satis in Diuin. diceturq; in leg. Memoriter] Recordanter, ita dixerim prõptè, ac tenaci memoria, quæ beneuolum ostendit animum, & gratum. Iucundè] Delectabiliter, idest cum caritate, iucunditate, lætitiaq;. In omni sermone] quacunque tractatione, colloquioq;, & sic innuebat Læl. habuisse consummatam eruditionem in omni genere rerum, & artium, siue disciplinarum. [Sapientem] Perfecta cognitione præditum. [Deductus] In

In disciplinam datus.[Ita] Tali sorte cõditioneq; , ut pro uirib. adhærerem consummatissimo moderatori Scæuolæ, modo id semper liceret, ne.s. importunitate offenderetur occupatione uaria districtus senex.[Sumpta uirili toga]deposita prætexta post 14.annum. Tenes memoria, inquit Sen. quod gaudium senseris cum prætexta posita sumpsisti uirilem togam,& in forum deductus es.[Disputata]disserendo tractata,& declarata in ciuili iure pontificioq;.[Breuiter] Sententiosè, & compẽdiosè.[Commodè] Aptè utiliterq; cum prouerbiales essent sententiæ, uitæq; usib. conducerent in prima, qualia feruntur apophthegmata Sapiẽtum.[Studebam]Studiose curabã.[Prudentia]Cognitione, ac experiẽtia rerum humanarum,& ciuilis iuris.[Pontificẽ]Summum eo tẽpore ac religione sacerdorum [Ingenio]Naturali accumine atq; prudẽtia. [Iustitia] Bonitate,& æquitate.[Hemicyclo] Loco semirotundo propè ianuam in quo senes commodè de reb. priuatis ratiocinabantur,& publicis poscente usu, consulti respondebant in iure, quod Scæuolarum familia, uel maximè profitebatur. In Bruto dicit Cic. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Q. Scæuolæ, P.F. qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamẽ consulentibus respondẽdo studiosos audiẽdi dicebat. hæc Tullius. hunc consulendi morem repetijt Flaccus his uersib. ad Augustum Cæsarem. Romæ dulce diu fuit,& solẽne reclusa. Manè domo uigilare, Cliente promere iura, Cautos nominib. rectis expẽdere numos, Maiores audire, minores discere, per quæ Crescere res posset, minui dannosa libido.[Ferè erat in ore] .i. vniuersum repetebatur, nihilq; aliud fermè in tota vrbe loquebãtur ciues. ita dicimus hoc ferè sit quasi pleriq; omnes id faciũt. [Eo]tanto magis potes meminisse, quoniam frequens erat tibi usus, & consuetudo cum altero eorum, de quib. erat communis sermo. lege hist. apud Liu.lib.77 & App.i. bel.ciuil.[Capitali odio] pœniciosa ira, & acerbitate animi molestissima. Dissideret]Dissentiret, discordaret, qui cum] Cum quo Põpeio.[Coniunctissimè]Fami[illegible]issimè.[Amantissimè]Amore ardentissimo,& feruentissimo .i. mutua caritate maximaq;. Admiratio] Tanquam de re maxima, & admiratione dignissima. quærela]Expostulatio, quoniam talis magistratuum discordia rationib. publicis nocet maximè, vnde dicit commode Flaccus, Quidquid delirant reges plectuntur Acchiui. Arist.viij. Mor.dicit: Ciuitates etiam amicitia continet,& legislatores circa hanc magis, quam circa iustitiam student. concordia nanq; simile, quid amicitiæ videtur esse; hanc autem maximè affectant. Seditionem uero, ut inimicam pellunt in primis.[Mentionem]Recordationem, qua iter aperietur aptissimè ad explicandas amicitiæ dotes, & concordiæ commoda opportunitatesq; omnes. [Mortem] Repentinum casum Africani minoris. [Sententias] Documenta,& formulas.[Exposui]Enarraui.[Arbitratu meo, iudicio,& uoluntate].i. eo modo, qui mihi uisus est commodissimus.[ipsos]Lelium, & duos generosos. [quasi] tanquam ipsi loquantur,& non ego, cuius persona in hoc dialogo muta est, κωφὸν πρόσωπον Græci appellabant. Ne inquam,& Inquit] .i. ne dico,& dixit crebro incurrerẽt, quod accidissent, si vt Sceu. exposuit narrare uoluissem. Plat. in Theetero sic scribentẽ Cic. imitatur. Hic liber non ita compositu[illegible]st, quasi Scæ. mihi referat, ut re uera intulit, sed quasi cum illis præsens disputet, cum quib. disputasse mihi narrauit. ne igitur molestum esset si inquam, & inquit, sæpius interponeretur his uitatis Scæ. ipsum una cum illis disputantem induxit. [A præsentibus] .i. ab his, qui adesse uiderentur,& coram .i. præsentialiter ita dixerim disputare. coram respicit quasdam personas. Virg. Coram quẽ quæritis adsum. &, Nati coram me cernere lethum Fecisti. Coram laudat, inquit Don. Terent. interpres, qui apud alios aliquem laudat, & coram ad certas personss refertur palam generaliter ad omnes.[Ageres]Tractares. [Peteres familiaritatẽ] Arctissima amicitia.[Non inuitus]Volenti aĩo,& prõpto.[Floruisset] Charitatem habuisset,& quasi apicem senectutis, auctoritatem consecutus esset.[Accepissemus]Compercum est historicis monimentis haberemus [A patrib]A maiorib. natu, qui illos nouerunt.[Memorabilẽ]Recordatione dignissimam, coniunctionem animorum, & consiliorum omnium. [Idonea] Decora, & apta.[Dissereret]Disputaret, atq; statueret.[Disputata]Enucleata, & enodata.[Genus hoc sermonũ].i. dialogus grauitate personarũ honestatus,& decoratus,& sic propositũ suũ atqs institutum laudãs Cic. attentos reddit lectores, & tractationi parat auctoritatem. [Auctoritate.] Excellẽtia,& æstimatione.[Illustrium]Clarorum, nobilissimorumq;. [Nescio, quo pacto] Occulta quadam uia,& ratione.[Grauitatis] Pensi, dignitatis, & efficaciæ ad persuadendum.[Afficior] Moueor, & disponor, perinde ac aliena scripta legerem, quamuis mea sint. [Prudentior]Experiẽtia rerum instructior,& doctior.[Habitus]æstimatus,& nominatus. Gloria]Fama,& nomine. Excellens]Eximius præstãsq; ceteris in eo genere laudis. Auertas]Amoueas à Scæ. & Lælio. admoueas, quem commode induxit loquentem, vt disputationi compararetur auctoritas. Cognosces] Intelliges, percipies. Sunt ista vera]quæ de Africano memoras, ut eius casus grauiter ferendus esse amicis uideatur (Melior) Iustior, & benignior in toga,& laudabili ciuilitate. Clarior] Illustrior armorum cauta solertia, & animi magnitudine in reb. magnificis, atq; arduis. Existimare] putare, arbitrariq; non posse occultum est, quod agis, & omnes ueluti rectè uiuendi normam contemplari prudentiam tuam,& inde casus aduersos pruden ter ferre, moderateq; edis cãt, exempla siquidem celerius, & efficacius erudiunt, quàm præcepta, quorum iter longius est, & sinuosius. Coniunctos]immissos, directos. Vnum]Solum. [Sapientem]In omni genere disciplinarum,& rerũ peritissimum. Appellãt]Nominant. Existimant]Animo iudicant. Hoc] esse sapientem. Modo]Paulo ante Acilium] Hic primus à populo sapiens appallatus est, ut habetur in principio Digestorum.[Patres]Maiores. Alio modo]Diuersis respectib. Prudens] Eruditus,& cautus. Vsum]Experientiam, ut dictũ est in Catone maiore ex Plutarchi sententia. In Senatu]In publicis consultationib. quæ prudẽtiã, vel maximam requirunt, & hæc longo rerũ usu cõparatur. In foro]In iudicijs, quæ in foro exercebantur. Prouisa]præcognita,& prospecta in publicis negocijs, & suasionib. Prudẽtia à promouẽdo dicta est,& idẽ est, quod añ videre, futuraq; ex præteritis cognoscere. Acta]Tractata,& dicta in iudicijs grauiter, animosè, pfractè. Acutè]Ingeniosè,& falsè. collegit etiã Cato Cẽsorius multa à multis facetè dicta, quæ celeritatẽ ingenij arguunt,& quasi dexteritatẽ quãdã.[Ferebantur] Vulgabãtur. Quasi cognomẽ]E re ipsa ductã appellationẽ, & noua sapiẽtię accessione cognominabatur. siquidẽ Cato sapiẽs, ut tali cognomento distiugueretur à ceteris, & honestaretur. Alio modo]Diuersa ratione atq; respectu. Natura]ingenio,& dotib. nã ingenitis uirtutes ẽt.n. naturales dñr, quę suaptè natura ingenerantur, ut docilitas,& memoria, quæ vno ingenij nomine appellantur. Et modo]Graui seueraq; vita, quã natura inchoauit. Studio]Cura, industria. Doctrina]Exculta eruditione, & cõsummata humanarũ diuinarũq; rerũ. Sapientia, & perceptione causarum. Vulgus]Imperita multitudo. Eruditi] Recto iudicio,& vero ṗditi. nã statuere qui sit sapiẽs, videtur munus esse, vel maximè sapiẽtis,& magnũ est laudari à laudato uiro .i. uera laude digno.[Qui ista quærunt subtilius] .i. Stoici eũ sapientẽ solũ appellant, qui oẽs numeros haberet, i. perfectionẽ & cõsummationẽ uirtutũ omniũ. Vnũ]Solũ Soc. Oraculo] Sorte, atq; respõso. est aũt oraculũ sententia diuina ore humano enunciata. Hãc Sap.]Tale prudẽtissimæ mẽtis indiciũ,& rerum humanarum cognitionem, ob quã causam sapiẽs fuerit appellatus Lælius, lege apud Plutarchũ in Tyberio Graccho.[Vt omnia tua bona] .i. ut nil aliud bonũ iudices præter cumulatas aĩ dotes,& ipsius rõnis pfectiones, & absolutiones. hæc fuit Stoic. sententia. Perip. uero & ueteres Acad. tria genera honorũ posuerũt, fortunæ.s. corporis, & animi. [In te] In perfectione animi tui. Ducas]Putes, existimes.[Humanos casus]Quæcunq; infortunia, iacturas, dãna.[Virtute]Animi robore, ac magnitudine, quam uera cõfirmat sapientia. Inferiores]Minorũ uiriũ, ut virtutem quassare nõ possint,& frangere præfracta, siquidem uirtus nulli fortunæ succũbit.[quo pacto] qua fortè animi, idest forti ne animo,& æquo, an fracto, molli & iniquo.[Eo] Tanto magis quærũt. [Proximis nouis] .i. die stato ad conueniendũ & consultandum de re ad collegiũ augurum spectãte. proximè nonæ dicuntur post quas aliæ non fuerunt, ut proximæ litteræ post quas alias non recipimus. Idem Cic. in j. de diuin. sic scr. In Persa augurantur,& diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atq; inter se colloquendi, quod etiam uos facere nonis solebatis.[Commentandi]Consultandi, colloquẽdi, tractandi quod ad scientiam augurandi pertineret, ac publicos usus.[Illum diem] Illius diei conuentionem,& augurale m cœtum.[Illud mu.]Officium religioni debitum, & reipu. [Obire]Frequentare, celebrare. obire dictum diem est adesse, atq; resistere .i. representare, & comparare, & obire munus est pe fi ere

perficere id, quod exigit officium. Summi.] Excellentissimi, in quocunque laudis genere. Amantissimi] Amicissimi. Moderatè] Prudēter, æquanimiter, seruato decoro viri grauis, & natura sapientiaq; instructi, & subnixi. [Commoueri] conturbari. Humanitatis] Pietatis, benignitatis, & naturæ demum, facillimæ, atq; humanissimæ. non est certè humanum pectus, qui humani casus non tangunt. unde Antonius de Marco plorante suū educatorem uita defunctum dixit, permitte illi, ut homo sit. neq; n. vel philosophia, vel imperium tollit affectus. Humanitas dicitur à Græcis φιλανθρωπία .i. inquit Gellius erga homines amor, significat dexteritatē quāuis, beneuolentiamq; erga omnes promptam. Collegio no.] Augurali cętu. Valetudinē] Corporis languorem. Mœstitiam] Aegritudinem de casu amici conceptam. Rectè] Laudabiliter, decenter. Officio] Augurali commentatione, & tractatione. Vsurpaui] Frequentraui, obire studui. usurpatio est frequens usus apud oratores, atq; philosophos. Cum uai.] Integra essem ualetudine. inde ualentes robusti. Abduci] Auelli, amoueri. [Meo] Ad me tantum pertinente, quoniam publica priuatis potiora sunt. Viro c.] Aliquo infortunio quamuis grauissimo. Constanti] Sibi ipsi consentaneo, graui, & forti. [Officij] Honestæ actionis debitæ publicis maximè negocijs, & reb. diuinis. habebantur quippe tunc augures Iouis interpretes, & intermissio proprij muneris in publica cōmoda peccabat. [Tantum tr.] Tanta sapientiæ præconia dari. [Nec ag.] In me non uideo Nec p.] Non efflagito ne arrogās videar, & uentosus. Amicè] Beneuolē. [quomodo] qua cōstantia, & moderatione animi. Paulum] Afric. minoris patrem, qui suorum filiorū mortem æquissimo animo tulit. [Gal.] Hic C. Gal. appellatus est uir certè clarissimus, cuius meminit in Bruto, his uerbis Galba C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas, & fletus mire miserabilis fuit propter recētem memoriam clarissimi patris. Spectato] Admirabili, & undiq; approbato Istum ipsum] Atheniensem Socratem. Facta] Egregia facinora domi miliæq; te, inquit, philosophatus est Cato, Socr. autē uerbis, illud longè maius est, & finis actuosæ philosophiæ non est cognitio, sed actio. Arist. j. Moral. dicit: Scire quid agendum sit parum, vel nihil est, cetera uero non parum, sed totum posfunt, qui uero hæc non agit nunquam erit bonus. Verum plerīq; nō agunt, ad sermones autem confugientes philosophari se putant, & ægrotos imitantur. audientes quidē medicos, sed illis non obtemperantes, ut igitur illis corpus non bene se habebit, si sic curantur, pari ratione his animus planè si ita philosophantur. Et euenta] Felices factorum, & actionum exitus, siue fines. euentus dicitur, & euentum. Habetote] Percipite, cognoscite. Desiderio] Absentia, morte, amissione, unde desiderati in pilo dicuntur mortui. Moueri] Turbari, affligi dolore. Rectè] Laudabiliter, q.d. rectum non esset, & omnino contra officium. Sapientes] Virtutum iudices, & uitæ magistri. Viderint] Iudices. Moueor] Afficior. Orbatus] Priuatus, & destitutus. Medicina] Remedio, & aliena leuatione, consolatione. Eo errore] Falsa opinione, qua hi laborant, qui mori esse malum, & miserum opinantur, cum re uera in morte nullum sit malū, sed bonum potius, & ipsa mors inter munera naturæ ponenda est. cogita inquit Sen. in consolatione ad Marctiam, defunctum malis non affici, mors omnium dolorum, & solutio est, & finis hæc ille, ut philosophus. quod de proborum, & improborum morte sentiendum sit sacræ præscribunt litteræ, quib. tota mente inhærendum est. illa certè misera mors est, quam praua uita præcessit, & bene uiuere, beneq; mori se inuicem sequuntur. [Decessu] Digressu, & interitu, quo locus mutatus. Angi] Cruciari. [Plerīq;] Multitudo imperita. Puto] Existimo. & sic ostendit ueram cognitionem rerum pellere ægritudinem, quā opinio præsentis mali, & parit, & auget. Seipsum] Proprium commodum, quod est contra ueræ amicitiæ formulas. Actum] Præclarè. Optimè illi rem successisse, & cumulatum esse Scipionis decus. Immortalitatem] Perpetuitatem corporis, & uitæ, quod homini mortali sperare fas non est. Sen. scribēs de breuit. uitæ ad Paul. dicit: Nam nulli se necessitatis suæ gratiam facturam esse testata est. Incredibile] Excell. quapropter. M. Cato in Senatu de illo dixit, reliquos qui in Africa militarēt umbris militare, Scip. uigore. P. Scipio, inquit Liu. cum ædilitatem peteret consul à populo dictus, quoniam per annos fieri consulem minimè licebat, cum maximo certamine suffragantis legis, & repugnantib. aliquantulum patribus legibus solutus, & consul creatus est, Deinde cum uitio ducum bellum Numantinum non sine publico pudore produceretur delatus est ultro Scip. Afric. à S. P. Q. R, consulatus, quem cum ille capere ob legem, quæ uetabat quenquam intra x. annos iterum consulem fieri licere minimè vellet, sic ut potiri consulatu leg. solutus est. Ante tempus] Ante annos à lege præscriptos. lex hæc Annaria uocabatur, qua finiebantur anni magistratus capiendi, auct. Sex. Pompeio. Suo] Legitimo, & opportuno, quoniam ætas iam nō repugnabat. Sero] Tarde propter ignominiam belli Numantini. [Vrbib.] Carthagine ac Numātia. Deleuit] sustulit, extinxit. Facillimis] Benignissimis, & humanissimis, in toga, & ciuib. officijs, atque domesticis [Pietate] Obseruantia, caritate, atq; reuerentia erga Papiriam matrem à patre repudiatam, erat, inquit Plut. Aemilio Paulo uxor Papiria, quam post longum coniugij tempus repudiat, licèt pulcherrimam sobolē ex ea suscepisset. hæc .n. gloriosissimum Scip. & maximum pepererat post diuortium Papiriæ aliam duxit uxorem, ex qua cū duos filios suscepisset, eos quidem domi habuit, alios uero duos priores maximis, & clarissimis domib. per adoptionem inseruit, quorum maiorà Fabio Max. quinquies consule, minor à Scip. Afr. adoptatus est, è filiab. uero alteram M. Cat. filius, alteram Lelius Tubero uxorem accepit. Bonitate] Benignitate, atq; humanitate. Iustitia] Officio cuiq; debito ratione humanitatis, & ciuilitatis, in qua æquo, & pari iure uiuendum est, & cuiq; dandum, quod illi debetur. Iustitiæ munus est nemini nocere, & quātum potest omnibus prodesse. his duob. pedib. hæc uirtus graditur, ne in aliquo claudicet officio. Carus] Amabilis, & gratiosus. [Mœrore fun.] Funebri lamentatione, atque mestitia. Val. 4. exemplorū agens de animi moderatione dicit, Met. Macedonicus cum interemptum Scip. proclamari audisset, in publicum se proripuit, mœstoque uultu, & uoce confusa, concurrite, concurrite, inquit, ciues, mœnia urbis nostræ euersa sunt. Scipioni enim Afric. intra sua mœnia quiescenti nefaria uis illata est. Idem filios suos monuit, ut funebri eius lecto humores subiicerent, atque huic exequiarum illum honorem uocis adiecit, non fore, ut postea id officium ab illis maiori uiro præstari posset. [Accessio] Additamentum, adiunctio. [Iuuare] Augere, q.d. nihil. summa etenim felicitas est, in ipsa felicitate mori. Alibi dicit idem Cic. sed profecto mors tum æquissimo animo appetitur, cum suis se laudibus ita occidens consolari potest, nemo parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus est munere. [Grauis] Molesta, & onerosa. [Vno anno] M. Cato annos 85. natus excessit è uita. [Viriditatem] Vigens robur ætatis, & florem. Vita] Sors, & conditio uitæ. Fortuna] Felicitate, atque copia earum rerum, quæ fortunæ putantur. Gloria] Splendore nominis, & præconio bellicæ laudis. Accedere] Aduenire, quoniam cumulata erant in ipso cuiusque uitæ officia. [Sensum] Perceptionem, dolorem, morsum. Celeritas] Repentinus interitus. Seditiones, inquit Liu. à tribunis excitatæ, quib. cum P. Scipio Africanus aduersaretur, fortisque ac ualidus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est, tanquā uenenum ei dedisset Sempronia uxor, hinc maximè, quod soror esset Gracchorum, cum quibus simultas Africano fuerat, de morte tamen eius nulla quæstio acta. Genere] Natura, & qualitate. [Difficile dictu est] Non facile causa explicatur, & modus repentinæ mortis Africani. fuit siquidem, aut naturalis, aut uiolenta, socrus Corneliæ, ac uxoris fraude insidiisque, ut communis fuit suspicio. Videtis] Percipitis, intelligitis uulgatam esse opinionem talem de hoc mortis genere. [Celeberrimos] Honestissimos, & gloriosissimos. [Lætissimos] Festiuissimos, & iucundissimos. [Clarissimum] Honorificentissimum. [Senatu] Cœtu, & consensu Senatorio. [A patribus conscriptis honestis uiris, & claris] idest à nouis Senatoribus conscripti dicebantur, inquit Pompeius, qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, ut numerus Senatorum expleretur, meminit huius appellationis, atque distinctionis Liuius. [Ad uesperum] Ad seram diei horam. [A socijs] Confœderatis. [A Latinis] Iure Latij donatis, & Romanæ ciuitatis priuilegio gaudentibus. dixi de iure Latii, & Romana ciuitate in commentariis officiorum. [Dignitatis gradu] Honoris, & gloriæ fastigio. [Neque assentior] Refellit Epicureos, qui humanos animos cum corpore extingui putauerunt, hi philosophorum appellationem non merentur, dignique probris, uel maximis [Omnia] idest ànimos, & corpora in nihilum redigi. [Auctoritas] Grauis sententia. [Religiosa iura] Veneranda priuilegia,

legia, ut.s.ultimæ uoluntates religiosè seruentur, & iusta pro dignitate defunctorum fiant, existimãtes gaudere his manes, & si non præstentur offendi hoc autem erat animos immortales arbitrari, nec omnia deleri morte, sed separationem quãdã fieri atq; discessum. [Nihil pertinere] Eos non tangere.i.esse nullos post mortem, sed illos uiuere arbitrati sunt, & his iuribus seruatis letari, & turbari neglectis. [Vel eorum] Pythagoreorum, qui magnam Græciam exornarunt, animas immortales affirmarunt, quãuis in modo μετεμψυχώσει, & errauerint. [Institutis] Decretis, quæ δόγματα Græci appellant, & actuosæ philosophiæ fundamenta sunt, ut latè dictum est in lib. de Fin. agitur de omnium disciplinarum scitis, & placitis. [Præceptis] Documentis, & formulis uitæ, ingenioq; necessarijs. & ad ipsa decreta tendentibus, ut declaratum est in prin. officiorũ. [Erudierunt] Expolierunt, & exornarunt. [Vel eius] Socratis, qui nihil ferè affirmabat, & se unum tantum scire, quod nihil sciret; asseuerabat, tamen de animæ immortalitate firma fuit illius sententia. [Tum hoc, tum illud] Nunc affirmando, nunc negando prout illi erant, cum quibus disputabat. [In plerisq;] In multis. [Diuinos] Immortales. [Patere] Apertum esse. [Expeditissimum] Facillimum. [Præsagiret] Præuideret, diuinaret. sagire est acute sentire, & præsagire, ante sentire, & prænoscere, inde sagæ anus, & sagaces. dictum est de his in Diu. [De immortalitate animorum] Quæ ferè.i.quasi dixit, quoniam prius de cœlestibus templis disserit, nec nõ circulis, & solari animo magno, & demum animæ demonstrat immortalitatem, ut patet in vj. de rep. qui de somno Scip. inscribitur, ad imitationẽ Plat. qui in 10. de re ciuili tractat idem, ut iacta à se ciuilitatis fundamenta confirmet, & præmia iustitiæ rata esse, non in præsenti solum uita, sed etiam futura sanciat, & oppositum de iniustitia, ut iustos confirmet, iniquos deterreat. [Per uis.] Nocturnã imaginationem aui sui per adoptionem Afr. maioris [E cust.] Carcere. [Faciliorem] Expeditionem. [Mœrere] Dolore angi, cruciari. [Euentu] Fortunato exitu, & successu. [Inuidi] Aegrè ferentis talem euentum, & finem. [Sin autem il. ue.] i.si anima cum corpore extinguitur, ut nullum bonum in morte est, sic etiam nullum malum. hoc autẽ est ex hallucinãtis Epicuri sententia. [Illa] i.si auctoritas, & sentẽtia Epicureorum est magis uera. [Sensus] Perceptio, cognitio. [Actum op.] i. ille felicitatẽ est adeptus maximam. [Incommodius] Dãnosius, & infelicius. mors, inquit Afric. detrimẽto mihi est non illi, qui in tutò suas collocauit fortunas, & in summa felicitate defunctus uita est. [Aequius] Iustius. [Sic fr.] Delector. [Beatæ] Feliciter. [Cura] studium. [Priuata] Domestica, & propria. [Domus] Domestica, & urbana consuetudo. [Militia] Bellica industria. [Omnis ius] Proprietas, & signũ. [Voluntatum] Rectarum appetitionum. uoluntas etenim, rectus dicitur appetitus. [Studiorum] Curarum, & exercitationum. Sententiarum] Opinionum, & iudiciorum. [Summa consensio] Maxima conuenientia, concentus, concordia. [Fama] Gloria, & nomine [Est cordi] Placet, & oblectat, quoniam omne præclarum est rarum. [Seculis] Temporum spatijs, & curriculis. est autem propriè seculum cẽtum annorum spatium [Tria] Vt Orestes, & Pylades, Theseus, & Pirithous, Damõ, & Pythias, additur etiam quartũ par Tydeus, & Polynices. de quibus Papin. in j. Theb. Siquidem hanc perhibent post uulnera iunctis. Esse fidem, quãta sortitum extrema proteruo Thesea Pirithoo, uel inanem mentis Orestem Opposito rapidam Pylade uitasse Megæram [Quo genere] Qualitate amoris, & coniunctionis raræ, & admirabilis. [Ociosi] Non distr ictu publicis negocijs [Quid sentias] Quid esse amicitiã diffinias [qualem æstimes] Cuius naturæ ac proprietatis esse iudices, quot.s. eius spẽs, & an inter omnes, an inter bonos tantum sit, & natura ne an uirtus, an utilitas seu uoluptas cõciliet amicitiam, & unde sit eius origo, quę sit in amicitia opportunitas, quæ oblectatio, quis usus hæc omnia spectant ad qualitatem, prius rei substantia, siue essentia diffinitione aperitur. deinde qualitas, & accidentia, quorum uis est in esse substantiæ. Diffinitio, inquit Boetius, explicat, id quod diffinitur non quoquo modo.i.non in eo, quod quale, uel quantum, non in quolibet aliorũ prædicamentorum, sed quid sit.i.eius quod diffinit substantiam monstrat, cui adnexa est diffinitio, quæ per Etymologiam, & proprietatẽ, atq; qualitatẽ, & quædam accidentia, uel appendices, uim rei, naturã, & potestatẽ aperit. [quæ præcepta] Præscripta, & regulas quibus amicitia conciliatur, & cõseruat, & sic tria declarãda proponuntur, diffinitio uidelicet amicitię, qualitas eius, & natura, necnon seruandæ leges ne uacillet, aut claudicet amicitia. [Anteuertit] Præuenit. [Non grauarer] Molestiæ oneri, & labori non ascriberẽ. [Si mihi] Mei ingenii uiribus. [Considerẽ] Idoneũ robur esse credere ad id præstandum, quod efflãgitatis. [Sed quis] Extenuat suas uires Lælius, ut arrogantiam deuitet, ac notet sophistas, qui ad omnem quęstionem se responsuros ex temporaria dictione profitebantur, ut dictum est in ij. de Fin. [Facultas] Efficiendi possibilitas, & aptitudo his instructa instrumentis, quæ ad talẽ tantamq; rem necessaria sunt. Philosophi autem instrumenta sunt rationes rerum, uerborũ elegantia, & orationis concinnitas. erant autẽ sophistæ quondam, & nunc sunt, qui ostentationi, & quæstui habent philosophiã.i.uiuendi, & sciendi parẽtẽ, & auctorẽ. Doctorum] Magistrorũ, & docẽdi munus profitẽtiũ lucri gratia. Sapiẽs dicit Seneca nil aliud est, quã humani generis Pædagogus. [Græcorũ] i.uentosorũ hominũ lingua philosophãtiũ, & mercedib. inhiãtium. Vt his ponit] Vt aliqua quæstio explicãda intendatur, eorum, inquit, idẽ Cic. in ij. de Fin. erat iste mos, qui tunc sophistæ nominabãtur. quorũ è numero primus est cuius Leontinus Gorgias in conuentu poscere quæstionem, idẽ ue dicere, qua de re quis uellet audire audax negocium, dicere impudẽs, nisi hoc institutũ postea translatũ ad philosophos nostros esset. Quamuis subito] Ex tẽporali explicatione, ac facundia. Magnum opus] Arduũ negociũ. Exercitatione] Experiẽtia; & longo usu, ut id in omnibus ad uotum possit succedere. duo siquidem in primis necessaria sunt, consummata doctrina, & experientia. Censeo] Iudico, statuo. Ista profitentur] Talium rerum faciunt professionem.i.qui se doctores, & peritos in his iactãt, & publicè profitẽtur.i.palã pollicentur, & repromittunt. Vt anteponatis] i.vt illi principatum inter bona externa detis. habet siquidem uim efficiendi amicus. uñ apud Scythas olim, vt auctor est Lucianus, maximas opes habere is putabatur, qui amicum unum, & duos haberet. [Aptum] Conueniens, & consentaneũ humanæ sorti, quæ homines cõiũxit, & congregauit. Conueniens] Accommodatum, & conducens. Arist. in 8. Mor. agens de amicitia dicit. Res est summè necessaria in uita. nemo .n. habẽs cetera omnia bona sine amicis expeteret uiuere, nõ solũ autẽ necessariũ est, sed & honestum. Laudamus.n. eos qui amant amicos, & eosdẽ uiros bonos, atq; amicos putãt. [Secundas] Prosperas, & ad uota nostra currentes. Aduersas] Cõtrarias & infelices. In paupertate, inquit Arist. ceterisq; calamitatibus vnicum esse cõfugium amici putatur. Sed hoc primum sentio] Hæc est, inquit, mea sententia de amicitia uera, quod nõ possit esse nisi inter bonos.i.uirtute præditos. Tria sunt amabilia dicit philosophus honestũ, utile, uoluptas, & tres amicitiæ spẽs. illa propriè dicitur, & est amicitia, quã uirtus conciliat. cetera per quãdã similitudinẽ habent appellationẽ. Neq; id] Esse.s. bonus, & amicitiã inter tales. Reseco ad uiuũ] Translatio à purgãtibus ungues, & ad uiuũ resecantibus. est sensus, non ita subtiliter, scrupulosè, & anxiè de bonis uiris sentio, ut Stoici, sed ea intelligo uirum bonũ, quem nouit uita cõis, & æstimatio. [Fortasse uerè] Quoniã opinio Stoicorũ uera est, si de bonitate heroica intelligatur, quæ humanam superat facultatem, & quãdã diuinitatis particulã attingit, vnde virtus Semideorũ dr, cui non humanũ opponitur uitiũ, sed feritas ipsa, & immanitas, vt in vij. Moral. scr. Arist. omnis humana virtus põt tãdem heroica fieri. has cõsummatas animi dotes uiro sapienti proponebãt Stoici. quapropter diuersis respectib⁹ pclarẽ philosophati sunt veteres Academici, & Peripatetici ab infimo gradu ad summũ tendentes, & ipsi Stoici, qui sua castra in uertice dignitatis, & sapientiæ locauerũt, arduũ certè opus, attamẽ generosissimi spiritus uires non superat. unde dixit Virg. Sed reuocare gradus, superasq; eudere ad auras, Hoc opus, hic labor est, pauci quos æqu⁹ amauit Iupiter, aut ardẽs euexit ad ęthera uirt⁹ Dijs geniti potuere. [Parũ] Modicũ i. quasi minimè idoneũ cõi utilitati. [Nisi sapientẽ] Cõsummatissimũ hominẽ.i.oẽs numeros habẽtẽ. Sit ita, esto, inquit, & concedatur solũ sapiẽtẽ esse bonũ. modo eã intelligant sapiẽtiã, q̃ cõiter spectatur in hoibus, Sed ipsi Stoici ad sapientiã heroicã suspirãt. [Interpretãtur] Declarãt, & nouerũt. [In vsu.] Cõsuetudine. [Vitaq; cõi] Modo uiuendi vsitato, & moribus. [Finguntur] Ingenio formantur, cũ re non subsistant. ea.n. fingimus, quib. ingenio formam damus, ut uirũ in oĩ gñe virtutis, & laudis cõsummatissimum, qui tamẽ inuenitur, veluti est Ciceronianus orator, & sapiẽs Stoicorũ. Aut optãtur] Animo tñ cõcipiuntur, sed comparari optata, & desiderata,

derata, nequeant, quoniam talia excedunt commune uotum,
quod sua sponte ad bonum quidem fert, sed illud minimè ad-
sequitur, cum aut fictum est, aut infinitum, aut deniq; remo-
tissimum. [Spectare] Respicere, cōsiderare, expendere. [Ad nor-
mam] Regulam Stoicorum, perpendiculum, & æquilibrium,
siue mensuram, iudicium, æstimationem. [Inuidiosum] Diffi-
cile, desperabile, ac per hoc inuidiam, & odium faciens his, qui
uoce illud vsurpant. [Obscurum] Non obuium communi ui-
tæ, ac iudicio. [Neq; faciem] quoniam pertinaces sunt Stoici,
& sui capitis obnixè oppositionem seruantes, [Pingui Miner-
ua] Vsitato more disputandi, & ut ita dixerim crassa doctrina,
παχυλῶς dicunt Græci, carum igitur fuerit, inquit Arist. Atq;
satis de tarro, dicentes παχυλῶς, & τύπῳ i. crassa Minerua, &
larga quadam ratione docendi, & describēdi. Boethius in Top.
agens de diffinitionibus his, quæ non propriè sic appellantur
dicit: Hæc uocatur Græcè τύπος, quæ icciirco inter diffinitio-
nes ponitur, quoniā id quod quolibet modo aliquid designat
eius, quod designatur, etsi non propriè, tamen aliquo modo
videtur esse diffinitio. [Vt aiunt] Prouerbialis sentētia est, quæ
sic enunciatur, Crassa pingui, & crassiore musa. [Probetur] Lau
detur, & commendetur. [Fides] Dictorum, & conuentorum
ueritas, & sic ponit mediocritates, quæ bonum uirum efficiūt,
& celebrant. [Integritas] Vitæ sinceritas, & puritas nemini no-
cens, & quib. potest prospiciens. [Aequalitas] Parilitas ciuilita-
tis. is æqualitate censetur, qui nemini se præponens pari, &
quo iure uiuit cum ciuibus. [Liberalitas] Facilitas ad opem fe-
rendam indigantibus. [Vlla cupiditas] Immoderatus appetitus
.i. qui habet temperantiam, & moderatas appetitiones. [Vel
lib. do.] Venereus ardos, æstusq; immodicus circa inanes uolu
ptates. [Vel audacia] Præceps animus ad iniuriam, & inconsul-
tus impetus. [Constantia] Grauis tenor uitæ, citra leuitatem,
& imprudentiam. [Habiti] Aestimati, & iudicati. [Assequun-
tur] Attingunt uita, & moribus, ducem naturam .i. qui maxi-
mè uiuunt è natura à cuius præscripto non disceditur sine sce
lere. [Quantum possunt] Quātum humana patitur fragilitas,
quæ naturæ vocibus non semper obtemperat. Optimum du-
cem] Præstantissimam normam, quoniam summum hominis
actuosi bonum est congruenter naturæ uiuerei.. quod natura
desideret nouisse, ac illi semper conuenire, his repudiatis cupi-
ditatibus, quæ nec naturales sunt, nec necessariæ. [Benè] Fru-
galiter honesteq; quod maximè perspicitur in hominum natu
ra congregatorum conuictu, & officiorum communicatione.
[Natura] Inquit hominem homini conciliauit, & commenda-
uit, qui seruant hoc naturæ institutum, & pro uiribus corrobo
rant naturam sequuntur ducem, & ad summam tendunt hu-
manitatis commendationem. [Sic.n.mihi] Declarat, quod di-
xit de natura. Sensus est, Naturam ducem sectantur, cum om-
nes homines amicos nobis dicimus, quæ amicitia gradus hēt,
& ex infinitate quadam in angustum concluditur. quoniā ami
citia maxima paucissimos complectitur, hæc eo tendūt, ut ami
citiam esse naturalem pateat, & non fœneraticiam, aut uolu-
ptarii, aut monstruosi quidam opinati sunt, [Si enim] Certè.
[Perspicere] Cognoscere, atque intelligere. [Ita] tali cōditione,
ac fortè, ut homo ab homine non sit alienus. hoc natura ipsa
ostendit, quæ vt in necessariis non deficit, sic non redundat in
superfluis. ceteris animalibus aptauit tantum uocē, qua quod
iuuaret, aut noceret significaretur, homini uero dedit oratio-
nem, qua iusta, & iniusta exprimi possent, quoniam esset con-
gregabilis, & citra iustitiam non durat conciliatio, pari siquidē
passu incedunt æquitas, & amicitia, Igitur ex his naturæ attri-
butionibus perspicitur homo magis congregatus, quam cete-
ra animalia, quæ gregatim uiuunt, unde illud apud Arist. j. Po-
lit. Homo solitarius, aut supra hominem, aut infra. siue homo
solitarius, aut deus, aut fera. [Societas quædam] Generalis con
iunctio, & larga quædam amicitia, in qua homo homini qui-
cunque ille sit ea debet, quæ natura in medium produxit, &
quæcunq; accipienti prosunt, & danti non nocent. [Maior] Re
strictior, & maioris caritatis, atque curæ. [Proximè.] magis pro
pinquè, atque familiariter. [Accederet] Propinquaret lingua,
gente, natione, patria, domo, affinitate, sanguine, cognatione,
agnationeq;. [Potiores] Priores, cariores, coniunctiores. [Pro-
pinqui] Affines, aut sanguine iuncti. [Alieni] Separati, atq; di-
siuncti. [Cum his] Propinquis. [Amicitiæ] Propinquitatis vnio-
nem, & generis caritatem, quam dissimilitudo motuum, & stu
diorum disrumpit aliquando. [Hoc præstat] Hac re superat, &
antecellit. [Tolli] auferri, & separari. [Nomen amicitiæ] qm̄ ab
amore, & beneuolentia tale dictum est nomen. [Quanta uis]
Efficacia, proprietas, natura & quasi difficultas. [Infinitate] Dif
fusa extentione, atque generali nexu, & naturali copulatione.
infinitas dicitur quantitas, quæ caret extremis. Quā societatē]
Et coniunctionem. [Conciliauit] coniunxit, mutuumque in-
didit amorem. [Contracta] Restricta. [Angustum] Breuissimū
spatium ac numerum. [Omnis caritas] Amor summus. Arist. ix.
Moral. dixit; Excellentia quædam esse vult ipsius amicitiæ, hoc
autem est ad unum, & uehementer, igitur amare ad paucos e-
rit, & quæ fama celebrantur duo fuisse dicūtur, qui uero mul-
tos amicos habent, & omnibus sese familiariter offerunt, hi ne
mini sunt amici nisi ciuiliter, sed vera amicitia non est ad mul-
tos, verum est autē, paucos inuenire tales. [Est aūt] Diffinitio-
ne aperit uim amicitiæ, quam Arist. dixit esse beneuolentiā mu
tuam non latentē. [Diuinarū] Spectantiū ad numen, & religio-
nem, quæ homines copulat in primis, cū sit eorū ꝓpria uirtus.
[Humanarū] pertinentiū ad ciuiles cætus, & iustos congressus,
nec non bellica studia, & publicas curas. [Cum beneuolentia]
Applicatione animi, & dilectione, beneuolentia, inquit Arist. a-
micitiæ principiū est [Caritate] perfecto amore. [Summa con-
sensio] Maxima concordia, & concentus, ut. s. idem uelle sit ac
nolle circa res diuinas, & humanas [Qua amicitia] Cuius quali
tates, ac dotes iam explicat Lælius, & hæc diffinitio qualitatiua
ita dixerim nominatur, & secundum hēt in diffinitionibus lo-
cum. [Sapientia] Summa perfectione animorū, & bono maxi-
mo. [Melius] Vtilius, & honestius. [Alij auari] Et proprijs com-
modis tantum nati. [Bonā ualetudinē] Corporis robur, & inte
gritatē. unde Deliacū carmē celebrabatur in primis auct. Arist.
Optima si valeas res est, quod quilibet optat: Summe est iucū-
dum, si tu potiaris amata. [Potentiam] summas opes, princi-
patus, cliētelas. [Honores] Ciuiles magistratus, titulos, & triū-
phos. [Multi] Imperitū uulgus, & seruilis turba. [Voluptatem]
Corporis delectationem, & sensus hiatus, & quasi titillatio. [Ex
tremum] Vltimum. i. uoluptas, est proprium bonum bestiarū,
aliud quippe non nouerunt, cum ratione careant, in qua sum
mum hominis locatur bonum uulgus, inquit philosophus mā
cipij simile uidetur esse pecorum uitam diligendo. habet autē
rationem, quod complures eorum, qui sunt in potestatib. con-
stituit Sardanapalum uiuunt. [Illa superiora] Diuitiæ, bona va
letudo, opes, & honores. [Caduca] Momentanea, fluxa, mutabi
lia. [Incerta] Dubia, fortuita, quoniam in nostro arbitrio non
locantur, sed temerario casu. honor, inquit Arist. ferè ciuilis ui
tæ finis est, uidetur autem ab eo distare, quod quęrimus bonū.
uam in his potius, qui honorant, quam qui honorantur consi-
stit, summum autem bonum proprium quid taleque vaticina
mur, ut auferri facilè nequeat. Ea uero, quæ pecunijs incūbit,
violenta quædam est vita, ipsæq; diuitiæ non sunt, id quod quę
rimus bonum. utiles. n. sunt, & ob aliud quæri solent. [Cōsilijs]
Iudicijs, uoluntatib. rationibus, arbitrijs. [Temeritate] Temera
tio quadam impetu, & inconsulta mutatione, atque furibun-
da iactacione, & casu. [In uirtute] Cōsummatione rōnis, & ab-
solutio qualem senserunt ueteres Academici. i. Platonici, atq;
Aristotelici, nec nō Stoica familia, quæ maximū robur uirtuti
attribuit. [Gignit] Parit. Continet] Cōseruat. Amicitia est spēs
quædam iustitiæ tribuens amico, quod illis debetur, & naturę,
quæ hominem homini conciliauit, & cōmendauit. post hæc, in
quit Arist. consequens est de amicitia pertractare. est. n. quædā
uirtus, aut cum uirtute. [Ex consuetudine uitæ] Vsitato mō
uiuendi, qui mediocritate quadā circunscriptus est, & modera
tus. [Sermonis nostri] Orōnis qua uim uirtutis exprimimus,
non resecantes omnia ad uiuum, ut faciunt Stoici, eā uirtutē
intelligentes, quam non nouit uita cōis. vnde Torquatus Epi-
curi sectator apud eundem Cic. in j. de Fin. dicit. Multaq; hoc
melius nos utriusq;, quam Stoici. i. illi, n. negant bonum quid
quā esse, nisi nescio quā illā umbram, quam appellant honestū,
non tam solido, quam splendido nomine. [Interpretemur] De
claremus, & intelligamus. [Nec metiamur. Non æstimemus, di
rigamus, & mensuremus. [Vt quidam indocti] Non planè per-
spicientes naturam actuosæ uirtutis, quæ inter duo extrema
collocatur, & mediocritas quædam affectuum dicitur. Stoici
eutem heroicam quandam, & consummatissimā intelligebāt,
quæ raro, vel potius nunquā in homine reperiat. [Verborū ma
gnificētia] Splendidis appellationibus, ac tumidis vocibus. Nu-
meremus] Recēseamus. [qui habēt] Reperiunt, & virtute viuūt,

atque

atq; cēsentur.[Eos aūt] i.bonos opinione Stoica,& fastu. [Tales]Bonos,iustos,moderatos.[Opportunitates]Cōmoditates, & usus.[Principio] Primum omnium. [Vitalis] Spirans,& respirans. Lucr. lib. 2. Vitali, ut possint consentire undiq; sensu. & item, Vitalis animæ nodoso corpore soluit.[Vita] Viuifico spū,q.d.sine amico nō est dulcis vita,sed aspera,& fera. Amicitia,inquit Arist. maximè necessaria est in uita. Nemo .n. habens cetera omnia bona , sine amicis expeteret uiuere. nam , & locupletes,& in principatu,potestateq; constituti, plurimis amicis indigere uīr. In paupertate quoq; ceterisq; calamitatibus unicum esse confugium amici putantur. [Mutua beneuolentia]Reciproco amore. Quiescat]Simul respiret,refocilletur, & curas ponat,ac per hoc oblectetur,& animi quiete fruatur amicorum conuictu. [Audeas] Tuto possis citra delationis suspicionem, & proditionis. [Fructus] Iucunda vtilitas , & fruitio.[Grauius] Molestius.[Quæ expetuntur]Optantur tanquàm bonæ, & utiles,& sic à communiori opportunitate,ac cō modo ceteris bonis externis præponit amicitiam,bonum siquidem eo melius est,quo cōmunius.[Opportunæ] Vtiles, aptæ, idoneæ. [Diuitiæ] Vis pecuniarium usibus uitæ necessariis à eseruentium, ad hoc.n. comparatus est numerus.[Opes]Potētiæ, facultates , possibilitates. unde gloriatur Cic. se Rosc. Am. defendisse contra opes Syllæ dominantis , & opes ingenij, atq; fortunæ dicuntur,quæcunq; auxilia , & possibilitates utriusq; ut est eloquij efficatia, & cetera id genus commoda,quibus, & nos iuuare possumus,& nostros.[Vt colare]Onereris,frequenteris.i. ut habeas clientelas,& præcedentes,& subsequentes ordinum comites [Honores] Magistratus , dignitates, quæ præmia uirtutum putantur. honorem,inquit Arist. sectantur homines,ut se bonos esse credant , & commendabiles,itaq; à prudentibus,& apud eos, qui ipsos cognoscunt,& ob uirtutē honoribus affici , quærunt , constat igitur secundum hos ipsos honore præstantiorem esse uirtutem. Et laudere] Laudationem, & præmium virtutis consequaris pro dignitate,quæ(ut,inquit Arist. agens de magnifico uiro) inter externa ducitur bona. Maximum vero id asseuerāt omnes,quod dijs ipsis tribuimus, & quod maximè homines,qui sunt in dignitate affectēt, quodque dari præmium ob res pulcherrimas solet , talis autem est ipse honor. hoc.n. bonorum maximum externorum. [Voluptates] Corporis delectationes expetuntur , ut gaudium pariant,& lætitiam. Epicureus Torquatus lib. j. de Fin.dicit. Animi autem uoluptates , & dolores nasci fatemur è corporis uoluptatibus,atq; doloribus. [Valetudo] Bona corporis habitudo , sensuumq; integritas , ut dolor absit , & corpus ad imperationis obeunda paratum sit nullo dolore impediente. [Muneribus cor.] His officijs,quæ ad corpus .i. naturæ , ac rationis instrumentum pertinent. quapropter in officijs præcipit idem Cic. exercendum esse corpus,& ita afficiendum,vt obedire consilio rationiq; possit, in exequendis negocijs , & in labore tolerando.[Continet]Comprehendit,præstat. [Præsto]Præsens, & adiutrix in omnibus, quæ bona habentur , & omnem habet in uitæ usibus locum , uerus quippe amicus ubique utilis est,oppositum est in adulatoribus , & assentatoribus , qui sanctum amicitiæ nomen non merentur. [Intempestiua] Importuna. [Molesta] odiosa,imprudens,temeraria,quoniam uera amicitia grata semper est,opportuna,& prouida.Iucunda est, inquit Arist. penitentia amicorum in utraq; fortuna , nam leuantur ipsi dolentes condolentibus ipsis amicis , consolationem amicus,& aspectu,& verbis,modo sit dexter afferre potest,scit nanque mores,quibus gaudet atq; dolet.In prosperis rebus potentia amicorum,& voluptatem affert omni tempore.Maximè autē uocandi sunt,tunc amici cum parua suscepta molestia,multū prodesse possunt.[Vt aiunt] Prouerbialis sententia est de re in primis necessaria usibus uitæ, qualia sunt elemēta ,& maximè aqua,& ignis. Vulgari]Cōmuni,& fusa latius,ac per hoc imperfecta.[Mediocri]Remissa,& nō intensa.[Nominātur] Celebrātur,vt Theseus & Pyrithous,Orestes & Pyladesō,Dam,& Pythias.[Secūdas]Prosperas,felices.Splēdidiores]Illustriores,Partiens]Diuidēs.[Cōmunicās]Participans. [Leuiores]Tolerabiliores [Bona spe] opinione , & expectatione magni uius,& futuri subsidi,quod mentem fouet ac nutrit, [Prælucet]Ante lucet.i.clara tendit in futurum,& opem amico repromittit.[Debilitari] Languere,imminui.[Cadere[Prosterni,conculcari,& interire,quoniam uera amicitia debitum amico fulcrum omittit nunquam mihi crede , ait Sen. pars ex illis , quos amauimus, licet ipsos casus abstulerit apud nos manens.[Exemplar] Imaginem,& similitudinem. [Adsunt] Memoriæ beneficio potestates esse videantur, loca,inquit Arist. non dissoluunt amicitiam,sed actionem, quod si diuturna fuerit absentia, amicitiæ quoque vr obliuionem efficere. vnde dictū est taciturnitas cōplures dissoluit amicitias , Nihil est tam proprium amicorum quā simul uiuere. Nam gentes utilitatem affectant.[Abundāt] Diuitiis affluunt ope amicorum. [Imbecilli] Debiles,& ualetudinarij. [Valent] Robur capiunt amicorum subsidio,cura,studiis . [Viuunt] Celebrantur amicorum elegiis , titulis , monimentis. [Honos] quodcunque honestamentum , & cultus in decus,& uitā defunctorum, ut uiuere uideantur . [Memoria] Grata, & iucunda recordatio,de amico uita defuncto frequenter loquere, & dicit Sen.& memoriam eius quantum potes celebres, quæ ad te sæpius reuertetur ,si erit sine acerbitate, ventura, obliuisci suorum, & meminisse parcissime inhumani animi est. [Desiderium] Cupiditas, amor, & uoluntas. [Beata] Felix cum tanta fulciatur superstitum donis, exornetur.[Laudabilis] Honesta , & amicitiæ præconio insignis. cum igitur inquit philosophus amicitia magis in amando consistat, & laudentur, qui amant amicos, uirtus amicorum videtur esse amare, quare in quibus hoc sit pro dignitate instabiles sunt amici. [Exemeris] Segregaueris. [Natura rerum] Qualitate ac proprietate rerum omnium, quas amor connectit , omnia siquidem appetunt esse, ac in ipso quoad fieri potest conseruari , quapropter Hesiod. inter prima è Chao.i.materia informi producta ponit Amorem. [Coniunctionem] Amicabilem connexionem, atque concordiam. Ciuitates dicit Philosophus amicitia continet, & legum latores circa hanc magis , quam circa iustitiam student,concordia nanque simile quid amicitiæ esse videtur. hanc autem maxime affectant, seditionem autem, ut inimicam in primis pellunt. [Agricultus] Concinnatio,& māgonizatio, quæ fit arando, & fodiendo agros, qui discordibus colonis obducuntur situ,& squalore, victuque fraudātur mortales. [Quātauis] Vtilis efficacia , & fructuosa proprietas à suo contrario percipi potest, concordia, inquit Sal. paruæ res crescunt discordia uel maxima dilabuntur . [Odiis] inimicitiis, [Discordiis] Dissensionibus . [Quantum boni] Fructus , & emolumenti , quod confirmatur sententia poetæ Agrigentini Empedoclis,qui rerum naturam uersibus celebrauit principiaque supposuit quatuor,terram, aquam, aerem, ignem,& amicitiam, qua fœdere quodam iungerentur , & discordiam , quā disparentur . vnde dixit Horat . Quid uelit , & possit rerū concordia discors , Empedocles, an Stertinij deliret acumen . [Ferunt vaticinatum] Versibus enunciasse, ac cecinisse, cum esset uates.i. poeta, & diuinus. i. poetico furore afflatus , [Constarent] Coagmentata essent,& composita, & per hoc statum haberent firmum, & grauem. (Quæque mouerentur) .i. naturalia quæque, quoniam natura, ut ait philosophus est principiū motus, & quietis, & idem est corpus mobile, & naturale. [Contrahere] Coniungere, connectere . [Dissipare] Disgregare , ac resoluere . Amicitia igitur est, quæ omnia contrahit, & discordia,quæ separat,& destruit . [Et intelligunt] Aio cognoscunt, & iudicant. [Et re.i.actu , opera , & exemplo, siue experientia . [Probant]Confirmant,& laudant . [Aliquod officium] Honestus actus,& fauor atque auxilium in re difficili, & aspera, quę in primis explorant amicitiam. [Expetiit] Aperuit, emicuit in casu amici, atque infortunio . [Adeundis] Subeundis animo prompto,& fida caritate. [Communicandis] Participandis, & simul tolerandis, & ponit exēplum ex Oreste Pacuuij , qui fuit Brundusinus Ennij pœnæ nepos ex filia . [Tota cauea] Theatrali consensu. Cauea est uacuitas ipsius theatri. Hospitis] Hospitio meo utentis , cum huc peregrinus accedit. [Amici] Amore mihi coniuncti. [Noua fabula] Inaudita Romanis auribus, Tragœdia iccirco nouitas ipsa maiorem peperit admirationē . [Cum ignorante rege] Thoante ambigente , qui cum Iphigenia Orestis sorore templo Tauricæ Dianæ præerat , cum illuc nauigauit cum Pylade Orestes, quos & templo,& libationibus honestarunt Scythæ, quoniam arctissimo amicitiæ uinculo tenebantur, & censebantur, quod in primis admirabantur,& ornabant Scythæ, Toxaris apud Luc.in Dial. de Amic. sic loquitur, Nauigās Orestes cum amico ,& naui ad turpem fracta cōprehensus , & sacrificio præparatus uincula solens opera Iphigeniæ Thoantem regem interfecit, & multos Scythas , & tandem enauigantes Iphigeniam , & Dianæ simulacrum asportarunt.

yunt, Hæc ille. [Necaretur.] Tauricæ Dianæ mactaretur, vt ne
farius ritus templi requirebat. [Perſeueraret] Perſeuerando,
affirmaret. Stantes, Aſſurgẽtes ipſi ſpectatores, & admirantes.
[Plaudebant] Plauſum dabant, & commendabant. [In re ficta]
Commenticia, ſed in exemplum uirtutis poſita. In aera] Ve-
ro exemplo perfectiſſimæ amicitiæ. [Ipſa natura] Naturalis cõ
ditio, & bonitas. [Vim ſuam] Proprietatem, & generoſum in-
ſtitutum, hoc ſi quidem ferme innatum eſt, ut meliora probẽ-
tur, & generoſiora. [Recte] Honeſte, & plauſibiliter. [Hacte-
nus] Hucuſque. [Potiſſime] Maxime, & in primis [Præterea]
Vltra hæc & reſidua. [Diſputant] Subtiliter tractant, & profi-
tentur philoſophi, uidelicet quæſtui philoſohpiam habẽtes, &
oſtentationi. [Aliud filum orationis] ideſt Romanum quen-
dam doctum, & rhetoricam concinnitatem, non ſpinoſum di-
cendi genus, non interrogatiunculas quaſdam, & his confor-
mes concluſiones, & non inuolucra, & laqueos, quibus diale-
ctici utuntur. [Qualis Patronus] Elegans, acutus, aſſertor, &
defenſor iuſtitiæ ad imitationem Socr. qui apud Plat. in j. de
rep. contra ſophiſticam orationem Thraſymachi diſputat. [Ac
curatam ſag.] Cautam, acutam. Philus ciuis R. id egit apud
Cic. quod apud Plat. Traſymachus. Vnde Sen. dicit in epiſt.
philoſophiæ deditus, admiratur tanta cõtra iuſtitiam potuiſ
ſe dici apud Cic. [Summa fide] Integritate, & ueritate. [Con-
ſtantia] Grauitate, perpetuo tenore, perſeuerantia. [Iuſti
tia] bonitate, æquitate [Affer e uim] Ad talem explicationẽ
cogere. [Qua ratione] uia, & modo. [Studiis] curis, notis,
deſideriis. [Bona] honeſta, & utili. Aequum] Iuſtum. Ob-
ſiſtere.] Repugnare. Sępiſſime igitur] Agit iam de cauſa ſine
origine ipſius amicitiæ, de qua ait Ariſtot. viij. Moral. contro
uerſia eſt non mediocris. Quidam enim ſimilitudinem quan
dam eſſe poſuerunt, & ſimiles eſſe amicos. vnde ſimilem an
ſimilem pergere inquiunt, & monedulam ad monedulam, &
ſimilia. Quidam contra ſingulos inter ſe omnes tales in-
quiunt eſſe, & his ipſis altius naturalius ue perquirunt. Eu-
ripides quidem inquiens, Cum eſt ſicca tellus ipſa certe tum
hymbrem amat, Cum tinget æthera hymber, tum cœlum,
tum &, Affectat, ut telluris in ſinus cadat. Heraclitus autem
contrarium dicens eſſe conducens, & ex differentibus pulcher
rimum concentum oriri, & per diſ ordiam omnia fieri, ſed
his contraria plures alii ſentiunt, & Empedocles qui ſimile ap-
petere ſimile dicebat, hæc Ariſtot Plato in eo dialogo qui Ly
ſias de amicitia inſcribitur dicit: Sapientum ſcripta legi, qui-
bus affirmant ſimile ſimili neceſſario ſemper amicum eſſe, at-
que hæc eſt eorum ſententia, qui de natura, & uniuerſo tra-
ctarunt. Accepi quandoque ab aliquo ſimile ſimili contra-
rium eſſe, & bonos bonis inimiciſſimos, qui Heſiodi teſtimo
nio utuntur dicentis, figulum inuidere figulo, cantorem ue-
ro cantori, & mendicum mendico, diſſimilitudinem uero
amicitia contrahere, & inopem diuiti amicum neceſſitate fie-
ri, & unumquodque appetere non ſimile, ſed contrarium, ut
aridum humiditatem, frigidum calliditatem, & contrarium
contrario alimenta præbere, ſimile autem non ueſci. [Maxi-
me in pr.] Et ante omnia. [Propter imbecillitatem aliquam,
& impotentiam. [Inopiam, paupertatem] Epicureorum fuit
hæc opinio; quam ſic taxat Corta in j. de nat. deor. Nihil eſt
uirtute amabilius, quam qui adeptus eſt ubicũque erit gentiũ
à nobis diligetur. uos autem, quid mali datis cum imbecillita-
tem, gratificationem, & beneuolentiam ponitis? ut enim
omittam uim, & naturam deorum, ne homines quidem cen
ſetis niſi imbecilli eſſent beneficos, & benignos eſſe. [Meri-
tis] Debitis præmiis, & iuſtis officiis, quæ quis meretur ob
ea, quæ præſtitit inueſtigandum, inquit Cic. eſt utilitas ne gi
gnat amicitiam, an ipſa natura, quæ mutuum indidit amo-
rem, & hominem homini fecit amicum. [Hoc] Accipere ac red
dere. Antiquior] Nobilior, generoſior, præſtantior. Profecta]
Orta. Cauſa] origo, & naturalis res, quæ amicitiæ cauſa eſt, A-
mor uidelicet qui non reſpicit utilitatem, ſed ſua natura frui-
tur, & illam gratis exercet natura docente. [Amor] Gratuita
caritas. uex it idẽ Cic de nat. deor. Epicureos his uerbis: Nulla
eſt caritas naturalis inter bonos. Carum ipſum verbũ eſt amo-
ris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum
noſtrum referemus, non ad illius commoda quem diligimus,
non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſua-
rũ. Prata, & arua & pecudũ greges diliguntur iſto modo, quod
fructus ex eis capiũtur, hoĩum caritas, & amicitia gratuita eſt.

[Princeps] Auctor, & prima cauſa beneuolentiæ, & veræ amici-
tiæ, quæ nullam admittit ſimulatio nem. in amicitia uero utili-
locum habet ſimulatio ampliſſimum. [Simulatione amicitiæ]
Ficto amore, ac ſubdola fronte, obſequioq; [Coluntur] Frequẽ
tãtur. [Obſeruantur] Honorantur ad tempus. [Cauſa tẽporis]
Gratia conditionis, & fortunæ, cuius aura uehuntur multi, &
ob id honore afficiuntur, obſeruatio quippe ad honorẽ refer-
tur. vnde Virg. dicit Aegyptum obſeruare regem. Hæ ſunt ami-
citiæ, inquit Sen. quas tẽporarias vulgus appellat. [Fictum] Sub
dolũ. [Simulatũ] Inuolũtarium. (Verũ] ſimplex, fidũ, non fictũ.
[Voluntarium] Non ſimulatum, aut coactũ. [A natura] A na-
turæ inſtituto, atq; gratuito amore. [Indigentia] Impotẽtia, &
inopia. [Applicatione enim] Accommodatione, agglutinatio
ne, quam parit natura, & ſimilitudo. [Cum ſenſu amandi] de-
lectabili perceptione ipſius amoris, qui per ſe nos oblectat, &
ad utilitatem non anhelat, ſed ſe ipſo contentus ineſſe amici-
tia uidetur, inquit Ariſt. nam ei, quod genuit ad id, quod eſt
ortum ab eo, nõ in omnibus hominibus ſolum, ſed in pluri-
bus etiam animalibus, & his inter ſeſe, quæ ſunt eiuſdem ge-
neris, & hominibus maximè, quapropter amatores hominum
laudamus. cernere etiam quiſpiam poteſt, & in ipſis erroribus
familiarem omnem hominem homini, atq; amicum eſſe. [Co-
gitatione] Conſideratione, ratiocinatione, ſupputatione.
[Quod] Amare duce natura, fruiq; ipſo amore citra ſpem, aut
uotum alicuius compendij. [Quale] cuius proprietatis, & qua-
litatis. [Ita] Sic, & ea cura ſtudioque. [Ad quoddam] cer-
tum, & à natura pręfinitũ. [Appareat ſenſus] Innoteſcat natura
lis amor, & amãdi oblectatio, & quaſi iudicium qualecunq; po
teſt in beſtijs dici, quæ modo uiuendi ſenſus oſtendunt ſuos .i.
quid ipſæ ſentiant, aperiunt, quamuis eloqui nequeant. [Eui-
dentius] Manifeſtius. [Dirimi] ſeparari, abrũpi. [Deteſtabili ſce
lere] Nefandiſſimo crimine, ac impia in primis culpa. [Deinde]
Hoc eſt aliud ex homine iudicium, cum .ſ. ſimilitudo uirtutis
amorem excitat gratuitum. [Extitit] Apparuit. [Similis ſenſus
amoris] Eadem dilectio, quam parit ſimilitudo uirtutis, & ſtu-
diorum, curarumq; .i. reciprocus, quidam amor, & par affectus
nulla utilitate excitatus, ſed morum congruentia, & concetu,
unde Horat. Lollium ſic admonet, Conſentire ſuis ſtudijs, qui
crediderit te, Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludum. Gra
tia ſic fratrum geminorum Amphionis, atq; Zethi diſſiluit, do
nec ſuſpecta ſeuero, Conticuit lyra, fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion. [Similis ſenſus] Eadem perceptio idemq;
amor atque iudicium circa eadem, & in iiſdem ſenſus propriè
corporis dicitur. transfertur, & ad animum, qui non modo ſen
ſus dicitur, ſed, & fons ſenſuum, unde animi ſenſus, & ſenſa .i.
ſententiæ, atque iudicia. [Congruamus] Conueniamus, & con
cinnamus. [Lumen aliquod] Signum, iudicium, ſplendorem.
[Probitatis] Bonitatis, moderationis. Virtutis] Alicuius perfe-
ctionis, & excellentiæ in quocunque genere conſentaneo natu-
ræ ac rationi. [Amabilius] Amore dignius, quanto Stoici me-
lius, inquit, idem in j. de nat. deor. qui à uobis reprehendun-
tur, cenſent autem ſapientes ſapientes ſapientibus etiam igno-
tis eſſe amicos. Nihil. n. eſt uirtute amabilius, quã qui adeptus
erit diliget. [Alliciat] Inuiter, atrahat. [Virtutem] Excellentiã
aliquam. [Probitatem] Bonitatem, iuſtitiam, ęquitatem. [Quo
dammodo] Aliquo genere beneuolẽtiæ, quæ etiam ad ignotos
ſe extendit. eos autem dicit Ariſt. qui hoc modo uolunt bona
beneuolos dicunt ſi non idem, & ab illo fiat. Mutuam namq; be
neuolentiam eſſe, inquiunt amicitiam. At adiũgendum eſt nõ
latentem. ſunt. n. complures his beneuoli, quos nõ videtur pu-
tant autẽ ſtudioſius eſſe. Aliqua caritate, amore. [Memoriã] Re
cordationem. [Vſurpet] Frequẽter repetat ob illorum probita
tem, & moderationẽ domi, forisque. Superbum] Tyrannico
faſtu tumentem, ac Romanæ libertati capitalem hoſtem, &
ob id è regni ſolio iure deturbatus. Sp. Caſſius conſularis,
ait Liu. regni crimine dannatus eſt, necatusq; cum fame. P. R.
laboraret Sp. Melius eques R. frumentũ populo ſua impẽſa lar
gitus eſt, & ob id factum cõciliata ſibi plebe regnum affectans
a C. Seruilio Hala magiſtro equitum iuſſu Q. Cincinnati Dict.
occiſus eſt. [De imperio] De principatu uter .i. imperaret Ro-
manus ne an Epirota, uel Pœnus, diu ſiquidem Rom. imperij
ęmula fuit Carthago, tandem dedit manus, & iugum paſſa eſt,
vnde Sil. Patiturq. ferox Oenotria iura Carthago. [Ab altero]
Pyrrho rege in primis generoſo, qui iura belli de imperio geſti
ſeruauit religioſiſſimè. [Probitatem] Bonitatem, generoſitatẽ
&

& magnificentiam Aeacidarum genere dignissimam. [Nō alienos] non hostiles, sed potius amicos. [Crudelitate] Ferum animum, & perfidissimum. [Moueantur] Afficiantur, & natura duce concipiant amorem, quem beneficia confirmant, his enim humana uita constat, cum vicissim conferuntur. [Studio] Cura, uoluntate, fauore. [Consuetudine] Vsu, couersatione. [Primum motum] Affectum uirtute excitatum. [Exardescit] Accenditur caritatis æstus, & naturalis quasi scintilla usu, & ueluti uento adiuta flamam explicat beneuolentiæ atque diffundit. [Ab imbecillitate] Debilitate ac impotentia, ut Epicurei opinati sunt. [Proficisci] Originari è contrariis, inquit Aristot. maxime uidetur ea fieri amicitia, quæ ob utilitatem contrahitur. Nam fit amicus pauper diuiti, ac indoctus scienti. cuius enim quis indiget, id affectans aliud affert pro ipso. [Humilem] Abiectum, degenerem & quasi probrosum. [Generosum] Nobilem, & in primis naturalem. [Ortum] Originem, causam, principium. Natura, inquit Læl. uera, & generosa mater est ipsius amicitiæ, quæ hominem homini, & conciliauit, & commendauit, & qui uero humanitatis nomine censentur, homines amant. ut oportet, & decet. Quisquis inquit Plato. in Dial. de amic. desiderat, alium, aut amat, quod propinquus illi est, uel secundum animā, aut mores, aut formam, quare, & uos si amici estis inuicem natura quodammodo propinqui estis. Accepi olim à quodam, inopem diuiti amicum necessitate fieri, & imbecillum auxilij gratia forti, & medico similiter ægrotantem, ignorantem quoque peritum desiderare, atque diligere [Inopia] Impotentia, debilitate, imbecillitate. [Indigentia] Necessitate aliqua, cuius absentiam natura non tolerat. [Vt] Sicut, & quantum siue quatenus. [Ita] Tantum, & eatenus. [Secus] Aliter. est autem controuersia, inquit Aristot. de ipso felice si indigeat amicis nec ne. Non est enim inquiunt ipsis beatis, & ex se sufficientibus opus amicis, insunt enim ipsis omnia bona, cum igitur ex se sint sufficientes, nullius indigent rei. Amicum autem dicunt, cum sit alter ipse, ea afferre amico, quæ ipse per se amicus consequi nequit. Vnde & hanc sententiam afferunt ex Electra. s. Euripidis, & sunt uerba Orestis ad Menelaum, Fortuna cum bona est, amicis cur opus? Ab absurdo simile est uniuersa bona tribuentes felici amicos ipsi non tribuere, quod externorum bonorum maximū est. Quod si ad amicum conferre potiusquam accipere beneficia, pertinet, idq; cernitur magis in amicis, quā alienis uir studiosus his indigebit profecto, qui dona beneficiaq; sint accepturi. solitario difficilis est uita, non est enim facile per se ipsum agere semper, cum aliis uero, atque ad alios facile, studiosus ea qua studiosus est, gaudet his actibus qui à virtute proficiscuntur. Amicus ex his est quæ felici expetibilia sunt. At qđ est expetibile adsit ipsi oportet, vel egens erit in hac parte. opus est igitur ei, qui felix futurus sit, studiosis amicis, hæc Arist. tangit Plato quæstionē hāc his uerbis: Non ne bonus quatenus bonus, eatenus sibi sufficiens est? Talis nullius īdiget, ergo nihil expetit, & cōsequēs nihil amat, q̄ nō amat nō est amicus. hęc Plato, cuius sophisticā rōnē missam in pñtia faciamus. est. n. vulgaris opinio, q̄ uitæ magister sic refellit Arist. An quia vulgus eos amicos esse putat, qui utiles sunt: talium igitur nō indiget ipse beatus, quippe cum ipsi bona omnia adsint. Nec etiam eorum, qui ob uoluptatē amā tur, aut perperam. Nam cum sit ipsius uita iucunda, aduentitiæ non indiget uoluptatis, atque cum talium amicorum non indigeat, uidetur vulgo amicorum non indigere, hoc autē non est uerum. [Sibi confidit] Suis opibus subnixus est, & à se pendet. [Virtute] Absolutione ipsius naturæ ac rationis. [Sapientia] Consummata notitia humanarum rerum, & diuinarum. [Munitus] Instructus, septus, uallatus, ut ictibus fortunæ nō pateat. [In se] Sua potestate, perfectione, atque arbitrio. [Colendis] Fouendis, religioseq; seruandis. [Quid] .i. quo. [Consuetudo] Vsus, conuersatio. [Causæ] Rationes amorem excitantes, quæ à natura extiterunt, nō ab utilitatibus. [Profectæ] Originatæ, quod probat exēplo ueræ liberalitatis munere suo & quidē gratuito gaudentis. [Benefici] Munifici. [Exigamus gratiā] Efflagitemus obligationē, & remunerationem. hoc ait Sen. magni aī, & boni propriū est, non fructū beneficiorum sequi, sed ipsa beneficiū cōmodū spectat, cui pręstat, nō nostrū, alioqui nobis illud damus. Ad dandū beneficiū non conducitur. cogitatio auara, nec sordida, sed humana, liberalis, cupiēs dare, ēt cum dederit, & augere nouis ac recentibus uetera. Neque fœ.] Non mittimus in quæstum, & auctionē ritu fœneratorū. quibus numos parit numus, unde fœnus dictum à fœtura. s. crescētis pecuniæ. [Fructus] Vtilitas, & præmium. [In ipso amore] Sensu, & oblectatione dilectionis, hæc siquidem est uirtus amici amare. s. fruiq; actu ipso amoris. Cū igitur, inquit Arist. amicitia magis ī amādo cōsistat, & laudētur q̄ amāt amicos, uirtus amicorū vř esse amare, quare in quibus hoc fit pro dignitate, hi stabiles sunt amici, & amicitia taliū stabilita ē, praui aūt stabilitatē nō hñt. [Ab his] Aristipeis, & Epicureis quorū summū bonū est ea uoluptas, quæ cōis est hoī cū bestiis, de quorū decreto dictū est ī lib. de bonorū atque malorū finibus. [Ritu] More brutorū aīaliū, quæ ad voluptatē toto impetu feruntur, [Referunt] Dirigūt, vt ad extremū bonū. [Altū] Sublime, gňosum, & hoīs excellentia dignū. [Magnificū] Splendidū, illustre. [Diuinū] Præstantisimū, honorificū, & quod aīal diuinæ auræ particeps deceret in primis. [Suspicere] Meditari, aīoque cōcipere, cū nō maiora in hoīe habeāt, q̄ in belluis. igit q̄ de eximia natura humiliter, & abiecte sentit, audiēd us nō ē, cū nō sit uera æstimatio rerū, & indicatura. In oībus talib. ait Philosophus vlt. Mor. id esse tale constat, quod studioso videtur, quod si hoc recte dicitur, & uirtus, atque uir bonus hoc ipso talis est oīum est mensura. [Cogitationes] Curas, cōsilia, studia, conatus ad probrosissimum finē. i. decretū ita dixerim pecudū, & olidi fornicis. Altū quiddā est uirtus, inquit Sen. excelsum, & regale, inuictū, infatigabile. uoluptas uero humile, seruile, imbecillū, caducum, cuius statio fornices, & popinæ sunt. [Abiecerunt] Dimiserunt, & prostrauerunt. Cum ad maxima quæq;, & sublimia natus homo sit, ut in lib. de Fin. dictū est, felicitas, inquit Arist. non in uoluptate corporis, nec in ludo, locis consistit. & enim absurdum foret humanū finē iocum esse. Iocari uero, ut studeas, ut sensit Anacarsis recte se habet. Iocus. n. quieti similis est, non igitur ipsa requies finis, fit. n. gr̃a operationis. At uero felix uita in uirtute consistit. hæc aūt studiosa est, & in seriis consistit, nō in iocis. frui præterea quiuis, & ipsum mancipiū uoluptatibus corporis nō minus quā optimis uir pōt. At felicitatē nemo mancipio tribuet, nisi, & uitā tribuerit studiosam, felicitas enim in talibus uiuēdi modis nō consistit, sed in actionibus à uirtute profectis. [Humilē] Demissam, abiectam, & oībus aīantibus cōem. [Contemptā] Vilem, probrosam, & hoīs præstātia indignam. Non est mirum, dicit philosopus, si ea quæ probo uiro molesta sunt, alicui uideantur esse iucunda. Multæ nanque corruptelæ deprauationesq; hominum fiunt, iucunda uero non sunt, sed his & ita dispositis. eas igitur uoluptates, quæ sunt sine cōtrouersia turpes, cōstat nō esse dicēdum uoluptates esse, nisi corruptas, Sen. li. iiij. de benef. uoluptarios taxans philosophos dicit, vobis uoluptas est meritis ocij facere corpusculum, & securitatē sopitis simillimā appetere, & sub depressa vmbra latitare, teterrimisq; cogitationibus quas tranquillitatē uocatis, aī marcentis, oblectare torporē, & cibis potionibusq; intra hortorum latebras corpora ignauia pallentia saginare. Nobis uoluptas est dare beneficia, uel laboriosa, dum aliorū labores leuēt, uel periculosa dū alios periculis extrahāt, uel rōnes nr̃as aggrauatura, dū aliorū necessitates, & angustias laxent. [Sensum] Affectionē, & delectationē. Natura siquidē indidit nobis mutuū amorē] Et sociabiles fecit, hoīem nudū, & infirmū, inquit Sen. societas muniit. [Applicant] Adiungunt, fiuntq; amici [Vsu] Consuetudine. [Ad benemerendū] Conferendū beneficium potius quā recipiēdū, quid mea interest, inquit Sen. an recipiā beneficia? ēt decū recipienda sunt, qui beneficium, ut reciperet dedit, non dedit, cōtraria beneficio iniuria per se uitāda est, sic beneficiū dandū per se expetendū, honestū ob nullā aliā cām quā quia honestū sit, colitur. [Honesta] Laudabilis, contentio in dandis beneficiis potiusquam reposcendis. Qui ob uirtutē sunt amici, dicit Arist. in 8. Moral. ꝓmpti sunt ad beneficia sibi mutuo cōferenda, atque e cū ad hoc certatim properent nullæ prorsus inter ipsos accusationes fiunt, & qui in beneficiis conferendis exuperat, cū id assequatur, quod cupit, nō incusabit amicū. [A nat.] Nam lib. decreto, & lege. [Imbecillitate] Impotentia, necessitate, ut Epicurei decreuerunt, [Grauior] Honestior, generosior. [Verior] Certior, & ipsi naturæ accommodatior huic uni rei non posuimus legem, inquit Sen. tanquam satis natura cauisset, qūo nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet, quēadmodū nemo in amorē sui cohortandus est. Ita ne ad hoc qui dē, ut honesta per se expetat, placet. n. suapte natura. [Cōglutinaret]

naret]Coniungeret,annecteret,copularet. Si autē, inquit Plato malum causa esset,ut alterum alterius esset amicum , sublato malo nihil amicum esset.Nam remota causa, euētus eius remanere non potest. utilitas, inquit summus Philosophus in Ethicis,non permanet,sed alias alia fit.Dimoto igitur eo propter quod erant amici,dissoluitur,& amicitia,utpote, quæ ob illud erat.[Natura]Naturale institutum,& uoluntas quæ nos ad amorem honestorū inchoauit,instruxit,subornauit , ut lex humana non requiratur ad id decernendum,atq; iubendum . bonorum amicitia dicit Arist.similiumq; uirtute perfecta est , & eatenus permanet,quatenus boni sunt.[At virtus res permanens est.[Sempiternæ]Perpetuæ,nunquā uacillantes,aut claudicantes in præstando officio.[Ortum]Fontem ipsum.i. naturam,& sensum,atq; affectionem amoris ad omne amabile, atque honestum,quod est è natura,cui humana studia cōgruere dicunt,& cōcinere ex imperio naturæ, inquit Sen. paratæ sunt iuuantis manus.[Meo iure]libertate concessa ob ætatem .

OMNI BONI.

Opusculum hoc de Amicitia in duas consumi partes à lectoribus consuetum est.videlicet in procemium,& tractatū.procemium exordiorū more docilē,& attentū reddit auditorē,ut in seq. ostendimus:tractatus uero regulam amicitiæ continet.Amicitia est duorum , vel plurium mutua beneuolentia inter se congregata. Introducitur hic Lælius iā grandior natu loquēs de amicitia,& eius præcepta aliqua tradens sui generis Fānio,& Scæuolæ,qui interrogant ipsum Lælium,quare P Sulpitius,& Pomp.quorum alter trib.pl.alter uero consul fuit.In his magistratibus suam pristinam amicitiam in inimicitiam nō mediocrem conuerterunt , qua ex re totus populus admirabatur tū nouitate rei,tum uero damno quod cōsequebatur populus ex istorum duorum discordia . Respondet autem Lælius generis hanc non fuisse bonam amicitiam , & sic amicitiæ regulas ingreditur, qui quidem Lælius superius in Cat. iuuenis erat , nunc autem grandis natu duas filias uiris superioribus locauit. Titulus operis erit talis,Lælius , vel de amicitia more Plato .i. scribitur persona loquens , & materia quæ tractanda sit . [Mutius]Ex Mutiorum familia fuit Scæuola.[In omni sermone]In quocunq; colloquio Lælium socerum sapientem appellat.[Sumpta uirili toga]Pueri R.usq; ad xiiij.annum prætextā ferebant.deinde conuocatis amicis,& propinquis sumebant togā,quæ & alios exigebat mores.i.viriles.[Quoad possem]Quātum ad negocia.cum enim alijs non eram occupatus negocijs, me ad senem conferebam. [Liceret] Quantum ad necessitatē, & honestum.non.n.honestum erat , ut tempore dormiendi ad illum proficisceretur.[A senis latere]Denotat modum eundi , & notabile tradidit adolescentibus, ut senum consuetudinem consequantur,à quibus disciplinas capere possunt.Disputata] Cum arte,& ratione dicta,tractum est à persecutione arborū , & uitium [Breuiter,& commodè]Sunt hic aliqua præcepta de amicitia breuiter,& aptè tradita.[Studebam]Animum meum ad illa præcepta Scæuolæ summa cum uoluptate applicabat. [Me ad pontificem]Ad alium Scæ. qui princeps sacerdotum erat.[Industria].i.laboribus honestis excitando ab indulgendo, siue ab utendo dicta.nam urit ille qui ad aliquid peragendum ardens est.vt Virg.instant ardentes Tyrij.sicut econtra frigere dicimus ignauos.Ter.nimirum hic homines frigent.[In hemicyclo]Hemicyclus cathedra in modum medij circuli appellat̃, nam dicitur semis.[Meministi Attice] quoniam tecum Sulp. familiaritatem habuit.[Trib.pl.]Aduocatus dicitur autem tribus,quia populus primo in tres erat partes diuisus.Primo fuerunt Tribuni tres,deinde ix. [In ore omni] Totus populus loquebatur de istorum inimicitia, qui fuerunt amicitia coniunctissimi,nunc aūt capitali odio discordes sunt . [Coniunctissimè]Quantum ad bona externa . [Amantissimè] Quantum ad animum,vt inquit Sal.idem uelle idem nolle.[Quasi] Videtur .n.se inuicem alloqui. Triplex stylus est διηγηματικος .i. narratiuus, quoniam narratur de aliqua re,alter est δραματικος.i.factiuus,qui est comœdiarum,& tragędiarum, tertius est μίκτος .i.mixtus,ut Aen.Virg.stylus mixtus est , quia fiunt mixti Dialogi,ne inquam,& inquit,ut hæc ineptitudo uitetur , ne interponerentur hæc duo uocabula sæpe numero introduxi loquētes istos,quibus illorum frequentiam uocabulorum uitamus . [De amicitia]docilem facit auditorem , quoniam de qua re sit dicturus,uel tractaturus summatim ostēdit.[Cognitione omnium] ex hoc libello omnes amicitiæ præcepta differere pñt. [Vt prodessem multis]Attentione auditorē præmonet,rē quę ad eos ipsos auditores pertinet cōmemoratus est auctor.[Sed in ea] Ponit similitudinem quemadmodum Cato locutus est in senectute,sic Lælius in amicitia sermonem habebit. [Aptior persona]Non solum ætate,sed etiā prudentia . fuit.n. Cato sapientissimus senex,ideo bene de Sen. disputauit.sic Læl. amicitiam expertus de ea parte disputauit.[Floruisset].s. morib. & cognitione multarum rerū adeo,ut ab omnibus sapientiss.appellaretur. [Memorabilē] De qua ferè omnes sermocinationē habebant,fuerunt.n.Scip.& Læl.unum par amicorū,sciendum tamen quod ēt Scip. maior sociū noīe Lel.habuit,& de istis nō intelligit hic,alius fuit Læl.minor,qui minoris familiaritatem Scip.habuit,ergo duos Læl maiorē, & minorē habemus sicut, & Scip.[Scæuolæ]Gener Læl.qui ab ipso Læl.de amic.perceperat,Tul.cōmemorauit.[Genus autem hoc serm.]Ostendit hūc sermonem fuisse in consuetudine non mediocriter apud maiores,ut Plat.qui in suis operibus continuè dialogos fecit , introduxit præceptorem suum semper alijs personis respondentem. [Et eorum illust.] Non hic erat sermonis consuetudo in auctoritate solum ueterum.sed & sapientissimorū,& illustriū . [Nescio quo pacto]Modus sic dicendi,ac si dicat esse si non appareat ratio,q̃a tamen grauitas semper auctoritati maiorum non parua adhibita fuit.[Sic afficior] Sic animo disponor , ut me non putem,sed Cat.in senect.loqui existimem, & sic accidit in amicitia.afficio iungitur cum affectibus animi , ut afficio te mœrore,vel lætitia.[Ad senem senex] Ego Cic.senex ad Att.senem . [Amicissimus] Ac si dicat ego amicissimus loquor ad te amicum meum. [A me animum]Remoueas,vel animum tuū à me.[Post mortem Africani] Minoris . Nam hic plebi fauens auxilium legi agrariæ tradebat,qua ex re nobiles eum domi peremerunt,cuius morte tanto afficiebatur mœrore, vt domi totus mœstus contineret.[Tu ipse cognosces]Sensus,ò Attice legens hæc amicitiæ præcepta cognosces teipsum .s. uerum esse amicum,& in te hoc reperies.nam in Attici uita legitur,amicitijs Atticus semper delectatus est.Vnde continuè in amicorum negocijs uersabatur.[Sunt].i.hic amicitię tractatus incipit,qui Græcè διάλογος nuncupatur,subaudiendum autem est , vt hic præcesserit modo sermo istorū gñorum cum socero Læl. ò Lel. quare tantopere doles de morte Africani, nam te lacrymis afficis tanquā vna mulier,quibus respōdit,nōne debeo tāti uiri cā mœrore affici,q̃ totius ciuitatis splēdor , & magnificētia fuit ? [Nec.n.melior]Virtutē. Clarior]Ad factorū gloriā . Sapientē] Humanarū diuinarum rerū doctissimum , & ideo oēs mirant̃ te more muliebri casum amici deplorare . Tribuatur hoc mō M.Catoni]sapiens appellatus in senect.Cat.Modo].i. paulo ante in lib de sen nūc autē dicit̃ hoc modo apud Ci.triplici mou. hoc nomē sapientē positū esse inuenimus. Sapiēs aliq̃ñ dicitur qui scientiam alicuius optimè tenet, ut fuit Luc. Att. in iu. ci. alio.n modo sapiens est propter longā ætatē rerū multarū cognitionē adeptus , ut Cat tertius modus sapientiæ reperitur, qui est circa præcepta bene uiuendi,& cognitionē uirtutis, sicut philosophiæ moralis,& hæc sapientia Læl. fuit , quæ alios modos sapientiæ superat. Vterq;]Alio modo Cat .in cognitione multarū rerū.Att.in ciu.iu.habiti sunt sapientes.In senatu] Vbi exercetur genus deliberatiuū.In foro] in quo genus iudiciale tractat̃,ideo maximus orator dictus.Prouisa]Quæ prouiderat in senatu p̄ponebat.Vel acta] Recitat quantū ad forū in quo accusabat,& defendebat.Nā multas p̄secutiones passus est Galba,imò,vt ait Pl. sexagies accusatus fuit,& absolutꝰ fuit s̄p. Constāter,vel rñsa ferebant̃]Nā ibi ꝓponebat, deinde obiectis rñdebat.Acutè]ingenij subtilitatē demōstrat,q̄ solis in rñsis cognoscit̃.si.n.aliq̃s ꝓponit illud excogitauit,qđ dicturus est,sed ī rñsis sine p̄meditatione rñdet̃ Cognomē]More Vir. & ēt Cic. cognomē ꝓ agnomine ponit,qđ deinde ī cognomine per t̄pis successionē uertit̃,ut fuit unus ex Cic. familia, q̃ in naso porrū in modū ciceris habuit,qđ fuit primo agnomē, deinde lōgitudine in cognomē est uersum.Natura]Ingenij subtilitatis.Moribus]Bonorū cōsuetudine.Studio] Bonarū artiū,& disciplinarū.Doctrina]Philosophiæ moralis,& uitæ gubernādæ rōnē ī se cōtinebat,in qua re differt sua sapīa à Cat.& Attilij sapīa.[Nec sicut vulgaris]Quā ꝑ duo verba vnū putat eē sapiētē,vt si aliq̃s est bñ indutus,q̃ loquax sit à vulgo sapiēs dr̃. Eruditi] qui doctū bonarū disciplinatū sapientē appellāt.In reliqua Græcia]In tota Italia,q̄ ꝑꝑ philosophos græcos,q̃ in ea habitarūt magna quōdā Græcia dicta est,ac si dicat in tota Italia nō inuenit̃ aliꝰ sapiētior te.sed tñ vr̃ dicere d' vera Græcia,q̃a subiūgit,septē sapientes

pientes qui Græciam ſapientes appellati ſunt. Nam Fan. obie
ctioni occurrit, quiſpiam enim diceret, tu dicis, quod Læl. eſt
ſapientior cæteris qui in reliqua Græcia inueniuntur, cui re-
ſpondet, quod etiam illos Læl. præterit, quoniam ipſi in ali-
qua arte ſapientes appellati ſunt, utputa Solon in legibus ſed
Lel. omnia in ſe perceperat, quæ à uiro docto percipi poſſunt,
& non ſolum uirtutem habebat, ſed etiam in bonis reip. exer-
cebat. ſeptem fuerunt iſti, Solon Athen. Chilon Laced. Perian
der Corinth. Pittacus Mityl. Cleobolus Lyd. Thales Mil. Bias
Prien. Athenis unum accepimus, Cherophon Soc. diſcipulus
ab oraculo reuerſus reſpondit ſapientiſſimum hominem Soc.
iudicatum eſſe ab Apolline, qui tamen non fuit ſapientior ce,
ut diximus in aliis ſeptē hic præcepta uirtutis ſciebat, ſed Læl.
ad exercitationem ea aſſerat, uerum eſt, quod ſapientiſſimus
fuit Soc. qui philoſophiam in terris duxiſſe fertúr, nam ſi prio
res philoſophi ſolum, ſtellarum, & cœli cognitionem habebāt,
Socr. autem de moribus diſputare cœpit. [Ducas] i. exiſtimas
propria eſſe. [In te] i. quæ eſt animo tuo poſita exiſtimen, qđ
omnia bona contineat, uel ſuperat. ſ. externa, & corporis bo-
norum genera tria ſunt, externa, corporis, & animi bona ani-
mi proprie bona ſolent appellari, quæ L. corde fixa gerebat.
[Credo ex. ſ. multi ex me, & ex Scæ. ut credo quærunt quo pa-
cto tolleres mortem amici Scip. [Eoque magis querebar, quo
niam his diebus non fuiſti in hortis. [D. Bruti] Clariſſ. viri ad
cogitandum quid nam eſſet faciendum. mos autem fuit, ut
clariſſ. uiri ciuitates gubernatores ſe in hortos, ſiue in domos
alicuius conferrent ubi excogitabant quid deberent facere in
ſenatu, uel de legib. faciendis, uel de pace, ad hoc ut præmedi-
tatione muniti melius ſcirent, ut in ſenatu reſpondere, & pro-
ponere ubi iſti tales appellabantur. [Commentandi]. i. exco-
gitandi, comminiſcor frequentatiuum facit, commentor ta-
men ſignificat etiam fingo. [Solitus eſſe ob.] Aſſuetos es au-
dire illum diem, & præterire officium cogitandi. [Obire] per-
ficere, alias mori. [Diligentiſſime] Ac ſi dicat non ſolum illuc
adhibas, ſed omni cum diligentia, quod faciendum erat, per-
ficiebas. qua ex re omnium admiratio naſcitur. [Id reſpon-
deo, quòd arand.] Conſideraui hoc reſpondere interroganti-
bus de te, quod mortem, amici moderate ferres. ſic enim tibi
reſpondebam. [Tum amantiſſimi morte] Moderate ferre di-
cimus aliquid quando motus animi temperamus, utputa tri-
ſtitiam. [Non mœ.]. ſ. ad mœrorem contra ſtoicam opinio-
nem, ſentit in qua Cato ſolebat dicere, homo ſapiens nō de-
bet commoueri. [Nec fuiſſe humanit.] Non pertinuiſſe ad
tuam humanitatem, ut more Cat ad dolorem amici non com
moueris, qua in re Peripateticam imitatur opinionem, qui
fuit, ut illi dolendum eſſet, quantum oportebat. [Valetudi-
nem] Aduerſam fuiſſe cauſam propter, quam non affuiſti in
collegio ſuperioribus nonis. Valetudo menſon eſt uocabulū,
quid indiget ſemper epitheto. [Recte] Reſpondet Læl. Scæ.
quoniam, ut inquit ille, propter ualetudinem me domi te-
nui, nec abduci ab iſto officio debui incommodo meo, neque
alio meo incommodo remoueri ab hoc officio, in quo ſemper
uerſatus cauſa reip. fuit cum recte ualere. Vſurpaui] In fre-
quentem uſum ducere, uſurpare apud iuriſperitos eſt aliena
occupare, ſed oratores in frequentem uſum ducere, uſurpare
eſſe dicunt. Nec ullo caſu] Nō ulla aduerſante contingere po-
teſt huiuſmodi ſapienti, ut ſibi fiat intermiſſio rei faciendæ.
Conſtanti huiuſmodi) in ſuo propoſito perſeueranti, con-
ſtans eſt qui ſecum ſtat, & aliis non credit uitioſis, alio modo
conſtans eſt, qui in propoſito perdurat, ut Læl. qui propoſue-
rat ſe conſilio reip. eſſe paratum, ideo in eo perſeuerare intelli-
gebat. Intermiſſio) Alia dimiſſio, & tardatio rei faciendæ. In-
ter) per ſpatium temporis dimittere, omittere autem in totū
relinquere uocamus. Tu autem Fanni) In quo dicit ſe non de
beri Cat. conferri. Quod mihi tantum tribui) tantam uirtutis
exiſtimationem mihi dari, dicis quantam ego non agnoſco eſ
ſe in me. Tantum tribui) Ciceronianus modus, eſt, magnum
tibi tribuo. i magnam exiſtimationem de te habeo. Nec po-
ſtulo). i. uocari ſic ſapientiſsimus. Facis &c.) More amicorum
qui affirmant res in ſuis amicis quæ non ſunt, ſed quas illis in-
eſſe uellent, ideo amantes cæci ſunt, ergo iudicia cæca tradūt,
quod magis credo, ſ. quod nunquam fuit aliquis ſapiens, intel
ligit enim quod aliquis non fuit ſapiens qui omnes ſcientias,
artes, & diſciplinas in ſe habuerit, & hoc uerum, ſed ſi aliquis
fuerit ſapientia dignus, Cat. fuit. Paulum) Aemilium, qui per-
didit duos filios paruos, & tamen non fortiter tulit caſum ſi-
cut Cato. (Caium) qui clariſſimus uir filiorum mortem ſuſti-
nuit moleſte, nō fortiter, ut Cato. (Illius dicta) Soc. docebat. n.
Soc, uirtutē, ſed Cat præcepta illius uirtutis in rep. exercebat in
bello, in pace, & in aliis rebus, igitur Soc. nō anteponatur Cat.
(Sic habetote). i. ſic credite, quod abſentia Scip. me ad mœro-
rē commouet. (Deſiderio). i. abſentia. (Viderint ſapientes) Et
Stoici, & Peripatetici uiderint quō cōmoueor quantū oportet,
& nō plus. (Vt arbitror) Benè locutus eſt de tēpore futuro, quo
niam futurà nobis non ſunt cognitā, ideo, inquit, ut arbitror.
[Vt confirmare] quia eſt de præterito, cuius cognitionem non
habemus. [Solatio] Hoc ſolatium, & conſolatio doloris dimi-
nutio dicitur, ponit autem amicum illum non eſſe amicitia di
gnum, qui dolet amici deſiderio, non propter amicitiam, ſed
propter incommoda ſua. Plerique angi ſolent] Boni amici an-
guſtiis amicorum dolorem habere cōſueuerunt; quo quidem
dolore careo. quoniam Scip. non malum adeptus eſt, ſed uir-
tutis ſuæ præmia. [Si, quid accidit]. ſ. mali propter mortem
Scip. non ſibi ſed mihi accidit, quia iudicio eius, atq; iucundiſ-
ſima careo conſuetudine. [Amantis eſt]. i. intereſt amantis ſei-
pſum nō amicum aliquem cruciare ſuis incommoditabus, qui
angitur incōmodis, quæ euenerunt non amicum amat, ſed ſei-
pſum, quæ res Græcè αυ τῦ φιλία uocatur. i. priuata amicitia,
v.g. uxor dolet abſentia mariti, non propter maritum, ſed pro-
pter ſuam ſolitudinem. [Cum illo] Actum præclarum, tractatū
eſt etiam præclare cum ipſo. in funere. n. Scip præclara fuit Pō-
pa, & ut, inquit, inferius fermè tota ciuitas eius fuit in lacrimis,
[Actum] i. tractatum proſperè, dicimus fortuna benè agit me-
cum. i, fauens mihi eſt, alias dicimus. Actum eſſe præclare &c.]
q. d. omnia præclarè, & ſumma cum gloria in uita ſua fecit. Ni-
ſi. n.] ſolebāt antiqui in conſolatione mortuorū defunctis tem-
pla, & ſtatuas attribuere, quæ immortalis deificatio nuncupa-
tur Scip. autem exiſtimans hanc eſſe mortalitatē nunquam tē-
pla ſibi fieri permiſit, ut alii fecerunt imperatores. ordo eſt. n.
niſi. n. ſubaudi non uellet optare immortalitatem, ut templo-
rum, ſed uirtutis, quod minimè putabat. ſ. hanc templorū con-
ſeruationem eſſe immortalem, quod fas eſſet optare, & digni-
tatis gloriam, & uirtutem. Sum]. ſ. quæ indoles appellatur, In-
doles eſt futuræ virtutis demonſtratio, cuius bonum tota ciui-
tas ſumma cum uoluptate aſpectabat. Adoleſcens] Continue
ſuperauit, nō ſuperauit, non ſolum ſpem uirtutis executus eſt,
ſed etiam eam tranſiuit. Primum ante tempus] Ante 25. an,
more aui adoptiui conſul creatus eſt, quæ res accidere ſolebat
ciuitati Romæ propter uirtutē alicuius, & pericula ingruentia
hoc modo contra legem creare aliquem conſulem ante tēpus.
Suo tempore]. i. conuenienti ſibi, hoc eſt cum iam eſſet ade-
ptus annos conſulari dignitate aptos digne iterum conſul crea
tus eſt, & quaſi tarde, quoniam Carthago ciuitas Africæ, & Nu
mātia Hiſpaniæ ciuitas P. R. grauiſſimis bellis depellabāt, ſed
Scipio eas funditus deleuit, & bel. pun. iii. fin. impoſuit [Libera
litate in ſorores] qui hereditatē Aemilianā, quæ ſibi venerat à
patre Paulo in dotes ſororum diſpartiuit, In ſuos] Et propin-
quos, tota ciuitas exequiis Scip. graui mœrore, & lacrymis affi-
ciebatur. funus, & honor dicitur alias, alias exequiæ dicit Terēt.
Interea procedit funus. i. Pōpa, & ſolēnitas funeris. Quāuis nō
ſit grauis] Hoc dicit Cic. ne videatur ſibi cōtradicere ea, quæ di-
xit in Cat. quod ſenectus nō eſſet grauis, ſed iucunda. Antequā
mortuus eſt]. ſ. Scipio, ſed videtur mortuus. ſ. Cato. (Tamē ui-
riditatem) omni dignitate, & uirtute præditā. (Gloria) rerum
magnarum talis fuit, ut generoſis Scip. facinoribus nihil addi
poſſet. (Moriēdi ſenſum celeritas. (Antiphora ſibimet oblectās
Læl. quod ſubito caſu Scipio ſpirauit, de qua re multæ ſunt opi
niones. Plato dicit, quòd, qui morbo incurabili captus eſt, cuius
anguſtias maiores in dies habiturus ſit, quod ille merito opta
ret necē. (Clariſſimum) ſplēdore, & uirtute lucens fuit ille dies
in quo dimiſſo ſenatu ab omnibus domū reductus eſt. (Redu-
ctus) Foris domū reducimus, ex domo foras deducimus. (So-
ciis) qui erāt cōiuncti ad bella gerēda cū P. R & latinis, ſeniores
ſocii R. & ceteri latini, & Scip. de ſenatu domum reduxerunt,
nā in ſenatu ea, quæ fecerat in bellis dū fuit imperator ipſis ſe-
natoribus commemorauerat ſequenti nocte interfectus fuit.
(Ad inf.) ubi iniqui ſuis ſceleribus dant pœnas. (Neq; aſſen-
tior) Is ponit quandam diſputationem ad oſtēdendum, quod
anima eſt immortalis. (Aſſentior) Et aſſentio inuenit. opinio-
nem, & ſententiam epicureorum non laudo. Auctoritas an-
tiquorum]

tiquorum] Locus est ab auctoritate non solum ueterum Græcorum, sed etiam Rom. quæ quidem auctoritas maiorum plurimum apud doctos uiguit, adeo ut cum Pythagorei dicere solerent, ipse dixit, sine nomine Pythagoram intelligebant. Est enim auctoritas sententia imitatione digna, quam homines consequuntur longo uirtutis experimento. Religiosa] sacra, & culta, proprie religio est cultus diuinus. [Ad eos] idest ad eorum animos pertinere putassent, hæc religiosa mortuis maiores non tradidissent ad eos, q. d. illud quod in Catone diximus, non est ille, qui digito monstrari potest, ut inquit Pithagoras, Corpora quidem sunt duo, aius autem unus. [Magnamque Græciæ] Ab auctoritate philosophorum, qui habitauerunt in Italia argumentum trahit, propter quos in Calabria philosophantes illam Italiæ partem magnam appellauerunt, Græciam, a qua deinde studia remota sunt, quorum princeps fuit Pythagoras fugiens a Samo insula propter tyranos. Erudierunt illos] Italicos rusticos, & indoctos fecerunt eruditos, quoniam, ut inquit Liu. rarus erat literarum usus in Italia. [Vel eius] Locus erat a testibus. Laudat Socr. qui semper tenuit, ut animus esset immortalis. fuit autem, ut diximus, iudicatus ab Apollinis oraculo sapientissimus, ut Cherephon discipulus retulit. Qui non tum.] Plato enim ut sæpe numero dictum est, semper Socr. præceptorem introducit suis operibus ad loquendum, qui multis rebus multa contraria disputat argumenta, ut qui contrarietates illorum ueritatem melius timerent, hoc modo dicebant, collocutores, Iustitia est uirtutis pars optima, illa enim conseruat ciuitates, & homines præclaros efficit. respondebat contra Socr. propter ueritatis magnitudinem modo est contrarium, nam multi propter iustitiæ obseruationem persecutiones multas patiuntur, in animi autem disputatione nunquam istas abigebat contrarietates, ut modo immortalem, modo mortalem esse diceret; sed semper immortalem animum esse aiebat. Tum illud] Vt mortalis foret, ut in aliis faceret, consueuit. [Reditum in cœlum] Vt dictū est, putabat Plat. quod animæ prius essent formatæ in cœlo ante corporum creationem, deinde in morte reuertebantur in cœlum. ideo quia opera Plat. cum fide Christiana conueniunt, B. Aug in lib. de ciu. Dei Plat. opera legēda esse affirmabat. [Iustissimo] Quantum ad gubernationem magistratuum. [Qui quasi] Cic facit unum lib. de rep. inscriptum, qui in 7. lib. diuidebatur, sed maiorum negligentia penes nos non inuentus est, sed solum fragmentum, qui est libellus de Scip. insomnio, quod restat. quem lib. Macr. commentatus est. in quo lib. introducebantur multi disputantes, & in fine illius uoluminis de rep. qui est libellus de Scip. insomniis disputatur de anima. nam Scipio maior apparet nepoti suo Scip. isti cui imperat, ut omnia pericula pro rep. subeat, & caueat se a domesticis. Præsagiret] Paulo ante mortem suam disputabat de animæ immortalitate, quasi prædiuinaret cito ab hac uita discedere. Philus, & Manlius] Isti duo, & alii in libris de rep. erant collocutores. Vtque Scæ.] Hic Scæ. cum Cicero Læl. interfuit disputationi. Quæ in] Quæ omnia de immortalitate dicebat se audiuisse ab Afr. maiore in somno. Quocirca] Dilemmaton format, quo utroque medio capit aduersarium, dilemmaton est duplicis conclusionis argumentum, altera quarum absoluta, ab altera capitur aduersarius hoc modo, aut animus est mortalis, aut immortalis, si mortalis est dolere non debeo, quia Scip. animus uirtutis præmia consecutus est, ut uult deus, qui est ipsa iustitia. si autem est immortalis, nullum ergo patitur mœrorem, afficere me non debeo mœrore. Inuidi] Inuidia est dolor alienæ felicitatis, ergo de Scip. prospero euentu dolerem. Sin autem] Secunda pars est dilemmati. Nihil boni] Si uirtutis præmium non cōsequitur, & sic etiam nihil mali adipiscitur quia animus moritur. Nos gaudemus] ꝑꝑ amicitiam nostram, & concludit hāc particulam. Mecum incommodius] morte Scip. mecum male est actum. nam eius iucundissimę consuetudinis fructu careo. Interiore) Læl. erat maior natu. Sic] s. fructum recordationis de amicitia nostra capio. De rerū, & de priuata] Et de ꝓpria re nobis cōis cura erat. Voluntatum] Idem uelle, & idem nolle quod erat Scip. & Læl. quare dicit Plut. quod plures amicos habere non possumus, quoniam uoluptatibus optemperare nō possumus: alter. n. te inuitaret ad funus, alter ad nuptias, alter hr̄et inuidiā, qđ magis amares aliū, & sic nascerēt discordia. Ita] sa. sup.] Quæ est. n. uobis, ut uelitis me sapientē appellare, quæ res falsa eo, quod non sum sapiens. Spero memoriam amicitiæ sempiternā] Cic. loquitur. q. d. propter scripturā meā memoria istius amicitiæ posteritati tradetur. Ex sæc.] Seculum est annorum cētum spatium. Quattuor] Thes. & Piritous, alius Damon, & Pythias, & Pylades, & Orestes. [Quo in genere] Inter amicorum paria, Scip & Læl. dinumerātur, deinde inuitat Læl. qui regulas amicitiæ sibi exponat. [Mentionem amicitiæ, & sumus oc.] duo bene coniunxit, uidelicet honestas regulas, amicitiæ, secundo tēpus, & vnū sine alio male stare oportet, res sit honesta, & tēpus requiritur ad eam exponēdam. [Soles de ceteris] si quæratur ad te de aliqua, vt puta de ciuitatis gubernatione omnia subtiliter quodammodo disputas, sic de amicitia facias oro. Quid] s. tria interrogat, opinionem, quam de amicitia teneat, qualem existimet, & illius præcepta tradat. [Quæ existimes] vel utile, vel inutile. Mihi erit gratum] Fannij oratio mihi assentit modo hanc rem cum Læl. tractare, ut ait, conabatur. Fannius anteuerit] præuenit, anteuertere est præoccupare, & præuenire. Ego uero graua.] Primo excusat se, quod ad tanta pertractāda imbecillis est. Nam, & præclara res est] quare negare non potest ea precepta tradere. bonus. n. uir rem honestā tractare non recusabit. Doctorum est ista cōsuetudo] Excusatio Læl. est duplex. primo, quod ipse facultatē disputandi hanc nō habet, secundo quia impræmeditatus erat hæc. n. consuetudo disputandi, & respondendi problematibus, & orationibus ex temporarijs fuit apud doctissimos uiros, præsertim græcos, qui omnem scientiam tenere profitebantur. Gorgias Leōtinus de quacunq; re sibi proposita impræmeditate respondebat. Ista, quam vultis esse in me fuit consuetudo peritissimorū hominum. quamuis] pro quantumuis subito proposito sibi disputentur Ego] Vel istā excusationem, ut ad alios proficiscātur, qui ista disputare profitentur, tamen sic paulatim regulas amicitiæ ingreditur. pręhortatur. n. vt amicitiā omnibus rebus anteponant. Omnibus rebus] Dicit quispiam ergo virtuti amicitia anteponenda est, cui respondet, quod non est res humana uirtus, sed diuina amicitia uirtutis pars est, ideo dixit Rebus humanis] . s. diuitijs, & statui. Neque id ad uiuū illi reseco] Tractum est à medicis, qui curant uulnus usq; ad uiuum. Ideo ito, inquit, nolo loqui de Stoica bonitate usque ad uiuum, qui subtilius disseruat, Stoici hanc asserunt, & tenēt, & extremam opinionem, ut bonus sit ille cui aliquis defectus non est. [Fortasse uere]. s. disserunt, neq; affirmat, neq; negat opinionem illorū. Ad communem util.] Parum. n. dixerunt hanc bonitatem communem utilitatem, u. g. Titium relinquo heredem meum si est bonus uir. & bonus uir secundum Stoicos non reperitur, ergo hæc disputatio humanæ naturæ non fauet. ferunt. n. non esse comparatiua, neq; superlatiua hoc modo, iste bonus est, alius non est melior, & si melior est, primus non est bonus. [Sed eam sapientiam] Sapientia dicitur à Stoico, quæ omnium rerum, & diuinarum, humanarumq; cognitionem tenet, quam sapiētiā nemo sequi potest. Nos autem] Ego Lælius sapientiam largo modo capio, quæ est in communi usu, & exercitatione hominum, ut si aliquis habeat quandam uirtutis cognitionē sapiens appellatur. Finguntur] A Stoicis quantum ad impossibilia. fingūnt enim hominem esse bonum, qui omnes uirtutes continet, & nemo inuenitur. Optatur] Optare est rem absentem desiderare, ergo appetunt sciētias, & omnes res, quas nemo mortalis optare, aut sperare debet. C. Fabri,] Hi omnes fuerunt clarissimi uiri, quos secundum Stoicos sapientes non appellaremus, quia theologiæ cognitionem non habuerunt. Sibi] Habeant sapientiæ nomen, & bonitatis . s. isti Stoici sibi habeant, Inuidiosum] propter tot doctrinas omnium rerum homines sibi inuideant, nec id quidem facient. non. n. Stoici concedēt illos fuisse bonos uiros. Quare negabunt, id nisi sapienti posse concedi. Sapientiam omnium diuinarum, humanarumq; rerum complexionem dicent nulli posse concedi nisi sapiēti, ergo hæc sapientia Stoica non est in istis uiris, qua ex re sapientia more suo non appellatur. Agamus igitur pingui Minerua [Crasso ingenio, rudi quodammodo nos appellabimus sapientes, qui (ut aiunt) integritatem, & bonitatem in se continent. Pingui Minerua] Crasso ingenio non subtili, more Stoico Minerua ingenium dicitur. alias Pallas appellatur, quæ est ingeniorum dea. Fides] Asio, & dico uenit. Integritas] Non aliqua corruptione maculata. Aequalitas] In omnibus iustitia. Liberalitas] Quæ consistit in dando, & accipiēdo pecunias, & potissimū in dādo. [Libido] Immoderatus appetitus. [Cōstantia] In uirtutis proposito

Sapiētia à Stoico dicitur, quæ omniū rerū diuinarū, humanarūq; cognitionē tenet.

posito perseuerātiam.[Qui assequuntur. [Naturam optimam bene uiuendi ducem,natura in corpore humano animū tradidit,cui adhibuit quinq; ministros.s. sensus corporis,qui igitur hos sensus.s.odoratus,tactus,& ceteros gubernat cum ratione, ille naturam sequi dicitur.non.n.appetit omnia, sed sensus illius ratione adhibita,ducendi sunt in exercitationem. Sic.n.distinguit amicitiam.est.n. quædam amicitia à natura data,quæ dam à uirtute nata , & hæc excellentior est omnibus rebus humanis. Perspicere uideor]Modeste loquitur. non.n. inquit,per spicio,vt effugiant arrogantiam.Maior.]Hoc est naturalis amicitia quanto est propinquior sanguine siue natione. tanto est maior.Potentia] Eligibilior, hoc modo , panem habens,quem pauperi tradere intendis,æquali paupertate depressos inuenis, unum peregrinum,alterum ciuem,ille panis potius dandus est ciui,quam peregrino.[Namq; hoc prestat amicitia propinquitati]Amicitia uirtute contracta excedit amicitiam naturalem, in hoc, quod illa propinquitatis amicitia firmitudinē in se non habet,quemadmodum uirtutis amicitia. Præstat] Verbum est comparatiuum. iungitur cum datiuo,accusatiuo,& ablatiuo; ut magnum præstat Achillem.Beneuolentia sublata] Remota beneuolentia aufertur amicitia,quæ est duorum,aut plurium mutua beneuolentia.amor.n.potest esse solus, ut aliquis erga alium amorem gerat,& ipse cui geritur amor ignorat amorē. Ita contracta res est]Ex amicitia naturali, quæ est, ut amemus homines,contrahitur, quidem mutuus amor , & restiuguitur ex omnibus hominibus, ut per uirtutem inducimur ad amandum aliquem cui bene uelimus gratia sui , non autem nostri. [In augustum]Adducta illa generali amicitia,& naturali ita in angustiam ducitur,ut unum solum amemus. Caritas]Gratia, amor,quæ græce χάρις dicitur , & deberet scribi cum aspiratione , sed usus cōuertit nos in errorem . [Dum ergo] Cum ideo amicitiam contrahimus,qui in fidem nobis amicitiam humanitatemq; non tenent. Cum beneuolentia] Assentio igitur dissimulatiua non est amicitia , quia non fit cum beneuolentia , & amore. Diuitias præponūt] auiditate diuitiarum plerique relinquunt amicos. In nostris cosilijs] Virtus ipsa regitur secundū consilium, & mentem nostram , sed diuitiæ in manibus fortunæ sunt collatæ . Summum bonum] Summum bonum est illud per quod omnia fiunt, ut puta scribere librum, studere , & legere,hæcomnia bella, & bona sunt . Sed quia hæc solum propter uirtutem fiunt,uirtus summum est bonum , ergo ultima res,quę cetera ad bonum suum finem ducit,summum bonum appellatur.[Præclare illi, quidem]Optimè putāt summum bonum esse uirtutem. Sed hæc ipsa uirtus]Quæ est summum bonum appellat amicitiam,generat,& nutrit. hac.n. in particula demonstratur uirtus esse genetrix : & nutrix amicitiæ . Continet] Quantum ad nutrimentum . Iam uirtutem ex consuetudine Virtus est habitus quidam bonitatis ea longa consuetudine contractus. i. practica quædam ex bonorum morum , & doctrinæ exercitatione habita. Sermonis nostri]. More .n. Rō. appellamus uirtutem habitum quendam bonitatis , & longa consuetudine inuentū m.Stoici autem uirtutem appellāt.quæ omnia in se comprehendit , quæ in solo Deo est . Nec eum metiamur]Nec mensuremus uirtutē,quemadmodum Stoici, qui dicti sunt ἀπὸ τῆς στοᾶς .i. porticu in qua disputare conseuerāt. Docti]More boni uiri,non nominat aliquem , sed derisiue, inquit, ut faciunt isti docti Stoici, qui uerborum magnificentia uirtutem omnium bonorum congregationem uocant . Paulos].i.uiros bonos,& similes Paulis , & Catoni; Cato est dictus catus.i. acutus.Communis uita]Sapientia communis,& uulgaris fuit ī his uiris. Eos omittamus] Relinquamus Stoicos secūdum opinionem, quorum nemo talis sapiens inuenitur . Inter tales uiros]Inter illos Paulos,&Catones. Tātas opportunitates [Commoditates . opportunitas es ob , & portus componitur. non.n. venit ab oportet,quia oportet primā corripit,& opportunitas per geminum p. scribitur, Quis potest esse uita vitalis] Quis potest uiuere nisi cum aliquo amicitiam habeat?arduum est dicere ea , quæ sentis , ut puta de aliqua re facienda contra remp. si alium non faceres certiorem.In prosperis]De secundis rebus tantas lætitias non haberemus.nisi amicus esset, qui illis lætetur æque ac tu gaudens. [Deniq; ceteræ res] Ostendit plures commoditates esse in amicitia,respectu aliarum rerum.certæ.n.res referūtur singulæ singulis. Diuitiæ] Quæ dixit per regulam probat per exemplum,vt puta diuitiæ sunt ad fruendū, fere,inquit, quoniam etiam diuitiæ possunt habere plures cōmoditates ultra fruitionem illarum. [Opes] ut colare,pro colaris honoreris propter opes, quæ ad magnificētiam sunt sicut habere plures famulos,multos equos,magnanimas ædes. Quoquo te uerteris]Quocunq; vadis tecum est ipsa amicitia,u.g.si Ferrariæ te cōtines amicus Veronæ tibi succurrit,si Rom.proficisceris;semper ille per literas,& auxilia tecū erit,nullo loco excluditur,neque in exercitu,neq; in senatu deest amicitia . Non aqua , non igni . omnia elementa necessaria sunt homini , sed aqua, & ignis magis excerentur ad uitam hominis ; quam alia duo sic,inquit,non tam utimur istis duob. elementis ita necessarijs,quam ipsa amicitia.[Partiens,& communicans] Amicus bonus de amici calamitate certior factus eam quidem calamitatem ęque ac amicus patitur,& ideo omnem tristitiam reddit faciliorem.[Tum illa nimium]Demonstrat miraculosam amicitiæ commoditatem.[Bona spe prælucet &c.]Tracta est similitudo ab aliquo proferente cereum ; qui sequētibus post lucem affert,sic amicus , post lucem bonæ spei suo amico in posterū; de quo magnam sperat utilitatem. Tanquam exemplar] Amicus suum amicum aspicit uerum;hoc est nominis similitudinē sui inspicit.i.alterum similē sibi intuetur. Viuunt mortui]Quæ res difficilis est ad credēdū demōstratur, hoc quod amicitia miraculosa sit.Viuunt mortui]Amici per memoriam,& honorē, que habent de ipsis mortuis amici viuētes, eos defunctos viuere dicim⁹.Honos] Qui remāsit in corde amicorū uiuentiū[Memoria]Recordatio illorū. Quod si exemeris] Ex natura hac in particulari vim amicitiæ tractat,& ea demiratur per argumēta sumpta à cōtrariis.hæc omnes dignitates excellit. si.n. amicitia è ciuitatib. tolleretur,omnes ad terram corruerent. Exemeris] remoueris,ab eximo uenit. Nec agri] si humor nō haberet cōcordiā cum calore fœtus terra nō produceret suos. Agrigentinū se.]Dicunt fuisse Empedoclē poetā ex Agrigēto ciuitate Siciliæ:qui ferebat suis carminib.omnes res, & totū mundū constare ex amicitia. Agrigentinū gētile nomē , non nominat quis fuerit. Vaticinatū] quā optimus vates tāq̃ oracula sua cecinit carmina,q̃ veritatem habebāt,sicut oracula Apollinis ferūt scriptores.Quæ in natura cōstarēt]si elementa cōcordiā inter se nō haberet chaos fieret. Mūdo]Et tota machina,& omnia cœli elemēta amicitia inter se cōtinet. Dissipare] vertuntur , omnia per discordiam.Et reprobāt]te probare dicimus,quādo aliquis laudat p̃ceptum aliquod,& illud nō imitatur.reprobare dicitur, vt Iuu.& de uirtute locuti, clunem agitant,sic omnes laudāt concordiam,tamen illam non imitantur.ergo.n.reprobare dicuntur. Itaq;]Reprehendit illos , qui laudant officium bonæ amicitiæ. sicut in subeundis pro amico periculis, & tamen illa non obsecuat. Officium) Beneficium,uel,quod fieri debet. Aut cōmunicandis]una cum amico aliquid male adire. Efferat] q.d. quilibet talem amicum , laudibus extollit, si tamen ille facere nolit.[Qui clamores]More suo post regula subiicit exemplum Cauea]Locus est sedentium ad spectandum,qui græcè theatrū appellatur . Pacuuii] Pacuuius fuit poeta amicissimus Lælii , qui tragœdiam de Oreste,& Pylade pronunciari fecit, quæ ad nos uenit. Cum ignorāte rege]Orestes cupiēs à se furias remouere ex morte matris conceptas consuluit oraculū,cui respondit, ut ad templum Dianæ in Tauricam regionem proficisceretur , quo suum direxit gradum.Thoas autem rex illius loci, more suo decimum hospitem , qui erat Orestes mactare uolebat.interrogans.n. quis esset Orestes , Pylades se continua esse Orestē affirmabat:Orestes autē se Orestē,vt erat, dicere nō sinebat.In re ficta]In fabula omnes in signum laudis percutiebant adinuicē manus,q d cēsemus eos in re vera facturos? ipsa natura ex qua oritur amicitia demonstrabat potētiā amicitię.Hactenus]imponit finē huic particulæ,in qua demōstrabat potentiā amicitiæ esse iudicandā vtilē,& necessariā. Ab his]De præceptorib⁹,& philosophis amicitiæ disputatoribus cetera, q̃rēda sunt. A te poti⁹]Subaudi,q̃rimus ab illo q̃sitore tractū . Aliud quod dā filiū]Tracta est similitudo à muliere,ac si dicat hæc sunt Lælī,sunt vnū filū. i.vna filata.Ideo à te aliā filationē orationē expectamus , qua ex re transitionem facit more Cic. [Tu magis] Sic,inquit, Scæ. ò Fāni magis bonæ amicitiæ regulam à Lælio expeteres si audiuisses disputationē ipsius nuper ante mortem Scip. q̃ fuit de rep. [Qualis tū patronus]Cic.in epist. ad Att.testat Plat.imitatū fuisse in lib.de re mil.Plaut. vt dicimus introducebat aliquos cōtradicētes iocari de aliqua re, unā illius ueritas melius peteret.Hic.Cic. introducit Philū cōtradicētē Læl. quod iustitia iniqua est propter quā homines plurimas tolerāt calami-

Omnia elemēta necessaria sunt homini.

talamitates. Læl. accurate defendit iustitiā. Qualis patronus, acris fuit defensor. Alias patronus est dominus liberti. [Contra accuratam] Ingeniose cogitatam. vnde de precio victi pendet uictoria. [Iustissimo uiro, defendere] tractant fabrilia fabri, & quod mediocrum est promittunt medici, ac si dicat Læl. uir iustissimus iustitiam defendit. [Quid amicitia] attentos facit auditores, ostendit enim Scæu. optimum esse diisputatorē amicitiæ Læl. de qua tractaturus est ipse Lælius. Quid enim refert. qua ratione cogatis?] Ac si dicat nihil refert siue manibus siue pedibus siue alio modo cogitis me de hac re disputationem suscipere. [Studiis generū] propter uoluptates uestras, quia estis mei generi cogitis me disputare potissimum, quia res est honesta. Ne æqua] Nobis est difficile obstare, & iustum non est. Sæpissimè] Incipit disputationem unde sit orta hæc amicitia. cuius origo secundum multos imbecillitate, & paupertate profecta. plerique asserunt, quòd amicos acquirimus, ut nobis inseruiant, uel ut illis inseruiamus, quæ quidem opinio falsa est. Minus per se] quod non per se facere potest ab amico accipere, & econuerso amico indigenti subuenire. ꝓpter hoc amicitiam alias ortam inuentam esse uolunt. [An esset hoc proprium quidem] Non proprium ipsius amicitiæ. [Antiquior.i.nobilior est causa propter quum inuenta est amicitia. [Amor] .s. alicui bene uelle, & illa mihi beneuolentiam habere facit amicitia. Nam utilitas] reddit rationem qua ex ista mutua beneficia, quæ fiunt non sunt principia amicitiæ, quia multi inseruiunt timori simulatione aliqua. Simulatione colunt] Venerantur, ut puta subditi sæpenumero venerantur tyrannos non amore, sed simulatione amicitiæ. [Et obseruant] temporum conditionem, ut diximus erga tyrannos. [Nihil fictum]Quantum ad uerba. Nihil simulatum] Quantum ad animum refertur. Verum] Ad illud fictum retulit. Voluntarium] Ad simulatum refertur. Implicatione animi] ex copulatione quadam animi à natura data oritur amicitia. Cum sensu] hæc animi copulatio nascitur ex cognitione quadā amandi. [Quod quidem quale sit] Qualis sit ista res uidelicet, quod est nam proficiscitur, non autē ex inopia ex bestiis percipi potest, quæ educant filios suos. Columbus enim suos pullos educat cum tanto amore, quod multas patitur incommoditates adeo ut ipse fame potius moritur, quàm incommoditate aliqua poterit dimittere. [Ad quodam tempus] Quousque per se nutrire possunt à parentibus nutriuntur.]Detestabilis scelere] Quasi occurrat cuidam obiectioni, quod inueniuntur multi qui non amant parentes, & econuerso. Cui, inquit Læl. sunt aliqui scelerati, & monstra quædam humanæ naturæ [Similis sensus] egreditur hanc particulā in qua ondit uirtutē esse firmamētū amicitiæ. [Similis sensus]i.similis cognitio amoris, natura.n.uult, & cogit, quòd si ames aliquem, & bene uelis alicui, alter cogitur amare pariter. Igitur si amicum quendam nactus fuerim qui sit mecum mutua beneuolentia coniunctus cuius mores, & natura atque uirtus meis congruant uirtutibus, uinculum huius amicitiæ inter nos erit, nulla ui ab amore nostro disiungi possumus. [Probitatem] Vt uirtutis splendorem in eo perspicere uideamur, probitas est uitiorum fugatio uirtus quidem est habitus instituendi animum. [Ille enim splendorem habet] Hæc duo cōtinet. [C. Fab.] qui optimus, ut ubi coniunctus foret. amamus enim istos, quos nunquam uidimus propter uirtute, neminem quidem odio habere possumus, sed si odium inciderit non propter uirtute laudat. [Memoriam] usurpet, in frequentem. enim uisum dicat mentionem illorum. [Tarquinium superbum] Vltimum regem Rom. alter fuit Tarquinius Priscus appellatus. [Sp. Cass.] Qui imperium R. adipisci uoluerunt Spurius propter frumenti largitione tyrannum se fieri putabat unusquisque hēt eos odio. igitur per tyrannum demonstratur, uirtus est firmamētum amicitiæ, quia etiam hostes uirtutibus prædictos. [Pyrrho]Epitomarum rege pirotæ dicti sunt ac epiro regione, Pyrrhus uirtute prædictos captiuos Rom. cum libertate tradidit spreto precio, dicensque non sanguine hominum, sed armis, & scientia militari decertandum esse. [Annibale] Cuius fraudes, & scelera Liu. complecti non posset. Inter cetera sua flagitia, fluuium quendā per cadauera Romanorū transiuit. [Nam alienos aīos] Voluit dicere licet nō amemus Pyrrhū ꝑ ꝑ probitatē suam quia hostis fuit Imperio R. sed dicit non tñ odio habemus ipsū. Alterū] Annibalē. In hoste] Vt in Pyrrho mouenť d bene uelle alicui uiuenti. cū bene uolumus mortuis ꝑ ꝑ ꝓbitatē illorū.s.uiuentiū uirtute prospicere possumus, si diligimus defunctos tantos magis uiuētes diligere dēmus, quarū amicitiarū nācisci possumus, & eorū ꝓbitatē uidemus. [Studio perspecto, & cōsuet.] Illud est beneficiū gratū, qđ sit summa cū uoluptate, & hilaritate quadā, præsertim illi cui amicitia coniunctus sis. Studio perspecto] Ingenti uoluptate uisa, qđ tibi libenis inseruiuit. Cū quib.] Cui bñficio cōiuncta est amicitia cō suetud. Quib. reb.] s. uirtute ꝓbitate, & bñficiorū collatione ad primū amoris motū adiunctus, ꝗ est a natura profectus, ut diximus tunc quædā flama amicitia exoritur. Per quā] s magnitudinē beneuolentiæ assequi putant ab amicis, qđ desiderat unusquisq;, iō uolunt esse ortā ex imbecillitate. [Humilē sane] Relinquit humilē ortū amicitiæ, & minime gerendū, ut ita dicā. Relinquunt] s. illi qui amicitiā affirmant esse natā ex imbecillitate. s. ea sane amicitia nata ē ex infirma m̄re, sed melius ē, qđ sit ex orta ex gñosa parēte. s. natura. Quisq; &c.] Minimū in se arbitrareť quanto magis indulgentissimā, & minimā in se rē putaret, tanto magis apte amicitiā cōsequi posset. sed ē aliter, nā ꝗ cōfidit ī se multū in diuitis, & uirtute hac amicitia capescēdā ceteros excedit. Plurimū] Plurimū ad minimū refert. In se posita] Diuitias, sapientiā, & uirtutē. Opinione nōnulla] Modeste loquiť, nō.n. dicit meāq; uirtutē admirabať. Sed, inq.t, de moribus meis fortasse opinionē habuit. Arguit ergo ꝑ exēplū sui, & Afri. amicitiā ex indigentia nō oriri. Sed ꝗ ꝗ.] Rñdet cuidā tacitæ obiectioni, ꝗ fieri posset contra Læliū, ꝗ ex amicitia oriunť multæ utilitates. ergo amicitia ab illis trahere vr̄ originē, ꝗ res falsa est. Vt.n.] benefici] Probat utilitates non esse amicitiæ origines. Benefici] Vt puta in oīb. reb. ut puta ī equo donādo. Liberales ī pecuniis propriꝫ dicimus. Exigamus] Repetamus mercedē grẽ tanꝗ fęneratores, hoc est hoīes auari, & fęneratores. Neq;.n. bñficiū fęneramur] Parenthesis est. Fœnus ē aūt fœtus ergo uolumus, qđ amicitia nr̄a siue amor gñet fœtū. Sed natura] Ablatiui casus est. i. natura inclinati sumus ad īseruiēdū hoī ēt sine utilitate nr̄a. nā manus ceteris mēbris hoc a natura hñt, ut inseruiant sine remuneratione aliqua si hoīes tanꝗ mēbra ceteris inseruire tenenť. Ab his] Reprēhēdit illos epicureos, quā asserebāt amicitiā dr̄e esse ad uoluptatē, aliqs.n. solus conuiuiū facere nō possit, iō ut amicū inueniat necesse est, ꝗ secū illis uescať. Ritu pecudū] Cōfutatio simul missa cū abiectione epicureorū. Nec mirū] Est si ab illis dissentimus. A tū] Vt uirtutē. Suspicere] In altū aspicere, & uenerari, Ouid.n. Metam. inquit Pronaq; cū spectent aīalia cetera terrā; Os hoī sublime dedit. Abiecerūt] Bene ꝗa in rē humilē respiciūt. Ipsi aūt intel. sensum] Et per ordinē originē amicitia disputat, Sensum diligendi] Amandi modus à natura gigniť, & bene dixit diligēdi, ꝗa principiū est amoris, ut Cic. quē diligebā, nunc amare incipio. Caritatæ beneuolentiæ] gr̄a moris confirmať, & oriť ex ipsa cognitione uirtutis quā in illo quē amare incepisti esse fides. Facta significatione. facto signo aliquo probitatis, qđ in aliquo cognoscimus in quo iā amorē ponere cœpimus illud ꝗ dē signū uirtutis atque probitatis amorem illū auget atq; cōfirmat. Propius] Prope magis admouent ad alios, ꝗbus cū amore se applicauerunt cum signum uirtutis ineū agnoscant. Vsu] Consuetudine eius fruimur. Pares] Ad amicitia, quales in moribus, in literis, & in ætate. [Ad bene merendum] Ad beneficiū conferendum unusquisque propensior est magisq; ad repetētendum beneficium ab amico, merere alias sigenerat militatē artem exercere. [Sit honesta certatio] Si amicus tibi fecit unū beneficium si duo cōferre niteris, hæc erit honesta cōcertatio. [Sic & utilitates] Epilogat, quod dictum est. [Grauior] Venerabilior. Nam si utilitas conglutinaret] Etsi amicitiam utilitates collocarēt commutatis illis amicitia dissolueretur hoc modo, si ames prætorem hac de causa, quia tibi inseruiat preterito enim magistratu beneficiorum collocatione amicitia remouetur. Natura non potest mutari] A qua proficiscitur. i. amicitia. i. amicitiæ conglutinatio non disiungitur.

QVINTVS Mucius &c.] Congrue licet forsam minus animaduerso ordine, post officiorum libros subiunctus est de amicitia liber. Nam si nulla pars uitæ officio decenter uacet non est ubi diligentius merito obseruetur, quam inter amicos, ꝗ ꝓpe qui maxime rati inuēti sunt, & iucundissimi, ubi inuēti fuerint. Ideoque ut egregium ostendat inter amicos, officiū seorsum quasi de grege seductum pertractat. Moris enim est quē egregium sigenerare uolunt post gregarios nuncupare, ut. i. Aen. Troes reliquias Danaum atq; immittis Achilli, ubi Achilles

Columb. suos pullos educat cum tāto amore, quod multas patiť incommoditates.

Omnia ... necessaria ... sunt ... homini.

les non negatur, ſed ſignificat præcipuus, ſicut in euangelio. Dicite eius diſcipulis, & Petro, non qui diſcipulus non ſit, ſed qui diſcipulorum princeps. Prudenter aũt, & perquam cõmode rem hanc tractat auctor nr̃. prudẽter quidem, quòd cum inducit diſputantem, utpote Lælium, qui omnium conſenſu ſapientiſſime, & prudentiſſime amicitiarum munere cũ viro fortiſſimo atque optimo, & Scipione Afr. functus eſt. vnde illi plena fides adhibẽda comprobatur, quia ex eo cuilibet in ea quã putetur ſcientia credendum aiunt. Commode aũt, non q̃d nimis argute nec ſeuere more Stoicorũ, ſed cõiter, ꝙ pro cõi hominum captura diſſerit. Porrò tam anxie obſeruat eius quẽ loqui facit decorum, ut non Cic. ſed ipſe Lælius loqui putari poſſet. Titulus operis in fronte patet, dictus eſt hic liber Lælius ab eo qui primas partes tractat, ſicut Timæus Platonis, & in comœdiis Adel. & Phor. dicitur præterea Dialogus, ꝙ commentarius inter ſe, ſit ſermo. Scribitur ad Titum, aut Pomp. Atticum uirum Cic. Amicum. intentio operis eſt lectorem docere, quo pacto amicitiæ munus expleat, quod ſi fecerit nõ poterit uir bonus nõ euadere. nempe quod inter ſolos bonos ſit uera amicitia. Diuiditur autem liber hic unus in duas partes procœmialem, & executiuam, ſeu tractatiuam. Prior eſt in principio, poſterior incipietur illic, Fan. Sunt iſta uero. In priore loquitur tantum Cic. in poſteriore nuſquam. Nam etiam illa uerba in fine hæc habui &c. Lęlij ſunt. Veruntamen norit literarum rudis totum opus à Cic. compoſitum eſſe. multa tamen in eo dici, quæ Ciceroni non conueniunt. Nã neque Cic. Terent. fuit familiaris, quod tamen imperiti ex hoc opere aſſerunt. Neque Fannius, & Scæuola generi fuerunt, ſed Lælio. Faciunt autem in procœmio tria, cum attentos, dociles, & beneuolos lectores reddit. Attentos quidem ex rei precio, & difficultate dociles, quia modum procedendi prębet. & beneuolos, quia rem maxime utilem promittit. In primis autem uerbis inter grammaticos controuerſia eſt an legi debeat augur Scæ. an contra Scæuola augur. Multi enim contendunt poſteriore modo ſcribendum, & ita fere ſcriptum reperi. Alij putantes ineptum eſſe uocalium concurſum ſi poſt la, ſequatur, aug. priorem commendant. Sed in oratione ſoluta tantum puto fugiẽdum uocalium hiatum, ut appellatiuum propriis intermiſcerem, ſi qua autem expoſitionis egebunt, cum ordine patefiunt, qui talis eſt. Q. Mutius Scæuola augur. i. qui fuit de collegio augurum, ſicut & Cic. ſolebat narrare memoriter, & iucunde. i. cum delectatione multa de C. Lælio ſocero ſuo. i. patre uxoris ſuæ, nec ſolebat dubitare. i. ut in re dubia ſolemus ueteri appellare in omni ſermone. i. colloquio hominum illũ. ſ. Lælium ſapientem. Ego autem inquit Cic. eram deductus à patre ſup. meo, quia patribus bonis eſt de moribus filiorum ſumma cura, quod de patre ſuo prædicant in Ser. Flaccus ad Scæu. ſ. Mutium, ſumpta uirili toga. i. ſtatim, ut ceperam utilem togam, & ita ex ephebis exceſſeram, & ſine pædagogo ire cœperam. deductus inquit eram ita. i. eo pacto. Vt quoad. i. quatenus poſſem. ſ. quantum ad me attineret, & liceret ne moleſtus eſſet quantum ad illum ego nunquam diſcederem, à latere ſenis. ſ. Scæu. Itaque, ideſt, & ita, quia patri obtemperans ita faciebam, ego mandabam memoriæ. ſ. meæ multa diſputata. i. per modum diſputationis diſcuſſa ab eo. ſ. ſene Scæu. prudenter. & multa etiam dicta ab eo breuiter, & commode, aut ideo, cõmode quia breuiter, unde Flac. in arte: Quidquid pręcipies eſto breuis, ut cito dicta percipiant aĩ dociles, teneantq; fideles. Aut duo dicit, & breuiter, & commode, quia dilucide, euitando ꝙ idem Flac. dicit. Breuis eſſe laboro obſcurus fio. Et ſtudebam fieri doctior. prudentia. i. per prudentiam nõ quã prudentia eius, Quo. ſ. Scæuola mortuo. i. poſtquam mortuus erat ego contuli me ad Scæu. ſ. alterum põtificium. i. qui erat de collegio pontificum, quem unum. i. ſolum ego audeo dicere ſup. eſſe aut fuiſſe præſtantiſſimum noſtræ ciuitatis. i. in ciuitate Rom. & ideſt ſimili ingenio, ideſt ingenuitate animi, & induſtria. i. naturali ad grauitatem habilitate. ſed alias ſupp. loquar de hoc ſ. Scæu. pontifice, ego redeo nunc ad augur. ſ. ad narranda ea, quæ ab augure Scæu. acceperam. Cum ipſe narraret ſæpe multa præſertim de ſocero ſuo Lælio, tamen ego memini ipſum ſedentem domi in hemicyclo. i. loco ſemicirculariter tecto ut aeris claritatem ſine pluuia, aut ſolis impetu captaret, ſedentem, dicit ut ſolebat, cum. i. quando. & i. pariter ego eſſem una. i. ſimul cũ eo, & i. ſimul pauci admodũ familiares ſup. eius, memini inquit, illũ. ſ. Scæu. incidere ubi nota uimus meminiſti ferè prius tẽporis infinitiuum habere, ut memini uidere &c. in eum ſermonem, qui erat tunc ferè ſup. omnibus, aut lege ferè cunctis, nullo autem modo, ut rectè docet Valla legendum eſt multis, quia ferè non iungitur ſignis particularib. in ore. i. de quo tũc ferè loquebatur. ſ. de amicitia. Enim pro quia, Attice. ſ. Pomp. tu meminiſti profecto. i. reuera, ut opinor, & eo magis meminiſti, quod utebar multum P. Scip. ſ. minore, meminiſti inquam quanta eſſet, uel admiratio, uel querela hominum. Cum is, ſcilicet Scipio exiſtens trib. pl. diſſideret, ſcilicet diſſentiret, & aduerſaretur odio capitali. i. ad capitis vſq;, hoc eſt ad uitæ petitionem. Quinto Pom. qui erat, tum, ideſt tunc cõſul. qui cum i. cum quo vixerat, ſcilicet prius coniunctiſſimè, & amantiſſimè. Itaq;. i. & ita. quia populus mutabat de diſſidio Scip. Scæ. tum, ideſt tunc cum, ideſt quando incidiſſet in eam ipſam mentionem. ſ. odii, & diſſidii, expoſuit nobis ſermonem, Læl. de amicitia, habitum ab illo. ſ. Secum exponente Scæu. cum alio, ideſt altero, ſi non niſi duos habebat generos, genero ſup. ſuo, ſcilicet C. Fan. filio Martii habitum dico poſt mortem Afri. ſ. Scipio paucis dieb. ideſt ſtatim poſt cuius diſputationis à Scæu. recitare, ego, inquit Cic. ſententias mandaui memoriæ, quas ego expoſui in hoc lib. ſ. de amicitia meo arbitratu. i. pro arbitratu meo. Enim pro quia ego induxi, ideſt introduxi, quaſi ipſos. ſ. ſocerum cum generis ſuis loquente, ne, inquam, & inquit uerba illa à Boet. i. de conſol. nimis frequenter repetita, interponerentur ſæpius. ſ. quam deceret, atq; ideo feci, ut ſermo uideretur haberi coram, tanquam à præſentibus. Cum. n. ò Attice tu ageres mecum, ut ſcriberem aliquid de amicitia, eſt mihi uiſa digna, tum. i. pariter cognitione omnium. i. quam omnes cognoſcant, tum. i. pariter noſtra familiaritate. Itaq; feci nõ inuitus. i. libenter, vt prodeſſem multis tuo rogatu. i. propterea, quod rogaſti, ſed, vt in Cato. maiore, qui. ſ. liber ſcriptus, i. inſcriptus ad ſe de ſenectute. Ego indnxi Cato. ſenem diſputantem, quia nulla perſona uidebatur aptior, quæ loqueretur de illa ætate. ſ. ſenili, quam eius ſup. ꝑſona, ſcilicet Catonis, qui fuiſſet, & . ſ. ſimul diutiſſimè ſenex, & ideſt, ſimul floruiſſet præ ceteris in ipſa ſenectute. ſic cum accepimus, ideſt intelleximus à partibus, ideſt à maioribus noſtris familiaritatem, ideſt familiarem amicitiam, & conſuetudinem C. Lælii. & P. Scipionis, ſcilicet minoris ſup. eſſe memorabilem, ideſt dignã memoria, maximè, ideſt ſummopere, aut in primis perſona C. Lælii eſt uiſa fuiſſe idonea, quæ diſſereret de amicitia, ea ipſa, quæ Scæu. magiſtratus meus meminiſſet. i. recitaſſet, & memoraſſet diſputata ab eo. Autẽ pro ſed, hoc genus ſermonũ, ſcilicet dialogorũ eſt poſitũ, ideſt conſtitutũ, & corroboratũ in auctoritate ueterũ hominũ, & eorũ i. eorũdem non uulgariũ ſed illuſtrium, ut Plat. Et ita ſiquis dãnare uelit hoc genus ſermonis, dãnet etiã Socr. Plat. & reliquos apud ueteres laudatos, quos hic auctores habet, quomodo ſe defendit in ꝓlogo Andriæ Terent. Et neſcio, inquit Cic. quo pacto hoc genus uidetur habere plus grauitatis. Itaq; ipſe. i. ego, qui hæc cõpoſui, leges mea. ſ. dicta, aut ſcripta, afficior interdũ ſup. ad ea ſic, ut exiſtimẽ Cato loqui nõ me, ſed ut ſenex. ſ. Cic. ſcripſit, tũ. i. tunc. ſ. in Cat. maiore, hoc eſt in lib. de Sen. ad ſenẽ. ſ. ad Att. ſic in hoc lib. amiciſſimus. ſ. Cic. ſcripſit de amicitia ad amicũ. ſ. eundem Att. tum, ideſt tunc cum de Sen. ſcripſit, locutus eſt. i. loquens ductus Cato, quo nemo ferè ſenior erat illis temporibus, & ſup. nemo prudentior. ſed pulchrè reticetur particula, &, ut pronuntiatione adiuuetur ſententia. Nunc, ideſt in hoc opere loquitur, ideſt loqui inducitur de amicitia Læl. ideſt ſimul ſapiente. Etenim habitus reputatus ſic, ideſt talis, hoc eſt ſapiens, & ideſt ſimul excellens gloria, ideſt per gloriam amicitiæ. Ego uidelicet, ut ſup. tu ò Attice conuertas parum. i. per parũ tẽporis animũ, à me. i. contẽplatione mei. i. ut, quod audies, & leges nõ putes me loqui, ſed Læl. ipſum, quẽ inducet loquentem. Vt uero rem ſimilem faciat, fingit etiam modũ quaſi rei geſtæ dicens, C. Fan. & Q. Mut. generi ipſius Læl. ueniũt, ideſt ponamus ueniant ad Socra. ſup. ſcilicet, & Læliũ poſt mortem Afr. ſ. Scip. ſermo oritur ab his, & Læl. reſpondet ſup. eis cuius. ſ. Læl. diſputatio eſt de amicitia, quã. ſ. diſputationẽ tu ipſe legens. i. in hoc lib. cognoſces, quaſi non à Cic. ſed à Læl. & generis eius habitã. Fan. ſunt iſta &c. Hæc eſt pars executiua, in qua incipit res tractari per modum dialogi à peſonis à Cic. inductus unde fingitur Læl. in hemicyclo ſedare, & ad eũueniſſe generos, quorum prior. i. Fan. ſic cum alloquitur, quaſi inter eundẽ multa de Afr. fuerint collocuti. Q. Læli iſta, q̃ tu commemoras

moras de Afr.sunt uera? Nã sup.nec melior quisquam uir , nec
clarior fuit Afr. sed tu debes existimare , idest iudicare oculos
omnium.s.hominum esse coniectos in te, & ita dissimulare do
lorem,quem de eius morte concepisti,q.d. dolorem non cade-
re in uirum sapientem,& sup.omnes,&.i.simul appellant,& exi
stimant,idest iudicant ne adulari putētur te unum.s.solum sa-
pientem.Hoc.s.esse sapientem tribuebatur modo , idest paulo
ante Catoni.s.maiori,qui Censorius dictus est. Nã minor hoc
tempore,quo hæc acta finguntur,nondum erat natus.Scimus
Lucullum Attilium esse appellatum sapientem apud patres ,i.
maiores nostros,sed uterq; erat sup.appellatus sapiens quodã
alio modo,quã tu sup.Nã Attilius erat appellatus sapiēs,quia
putabatur esse prudēs in iure ciuili, Cato autem quia haberet
usum.i.experientiã multarum rerũ,& multa eius, & in senatu,
& in foro,vel prouisa prudenter.s.priusquã euenirent , uel acta
constanter cum tempus aduenisset , vel responsa acutè si de re-
bus dubijs percontaretur,ferebantur .i. circunferebantur , aut
memorabantur,& propterea habebant iam in senectute quasi
cognomen sapientis,sicut sapientes Græci prius σοφοὶ , & dein-
de φιλόσοφοι dicti sunt. Adnotabit puer tria fuisse orantibus lo
ca Senatorũ ubi de rep.ferè agebatur,forum iudiciale , vbi dè
iudiciis,& comitia,atq; concionem,ubi de populi statu , & ro-
gatione.dicuntur autem ,s. omnes te esse sapiētem quodã alio
modo,quia non solum natura , & moribus, uerum etiam stu-
dio,& doctrina.s. tibi tradita . Nec sup. dicunt te sapientem si-
cut uulgus sup.solet appellare sapientem, sed ut eruditi solent
appellare sapientem . Qualem sup.appellare , aut dicere solent
neminē sup.esse in reliqua Græcia,idest extra Italiam,quæ ma-
gna Græcia olim dicta est,vel in reliqua ab Athenis , Nam qui
quærunt.i.disquirunt ista , idest istiusmodi disputationem de
uero sapiente subtilius,idest argutius non habent, idest nõ exi
stimant in numero sapientum eos septem , qui appellantur .s.
uulgo sapientes, nos accipimus,idest intelleximus unum.s.So-
cr.iudicatum Athenis sapientissimum, & quidem intelleximus
cum sic iudicatum esset oraculo Apollinis, ut tangit Maro di-
lum Millibus è cunctis hominum consultus Apollo, Iudex ipse
sui &c. Omnes sup. existimant hanc sapientiam esse in te, vt du
cas .i. existimes omnia tua .s. uera bona , quod & Bias censuit,
esse posita in te,& putes casus humanos.i. qui homini possunt
accidere,esse inferiores uirtute .i. minus te posse. Itaq; .i. ideo
ipsi,quærunt crebro.i.frequenter ex me,& item .i. consimiliter
ex hoc.s.cum genero meo Scæ,quonam pacto tu feras.i.patia-
ris mortem Afri .s. Scip. amici tui , & eo magis sup. quærunt,
quod.i.quia cum nos uenissemus his proximis transactis nonis
in hortos.i.vt dicunt uiridaria Decii Bruti auguris,causa com-
mentandi.i.disceptandi,& consulendi de rebus.(ut assolet)sup.
à nobis fieri,tu non affuisti , tu inquam cum solitus esses sem-
per obire.i.deplorare diligentissimè illum diem.s. nonarum,&
illud munus.i. officium commentandi. Scæ. Quærunt. ne pro-
lixitas unius fastigio sit,inducitur,& Scæuola loqui approbans
illud, quod Fannius dixerat , & ad hoc item Scæuola &c. Dicit
ergo:Quærunt quidem.i. certè ò Cai Læli,multi ita,vt dictum
à Fannio.Sed ego respondeo.s.quando,quærunt id.s. quod ani
maduerti.i. consideraui te ferre moderate dolorem, quem ac-
ceperis morte.i. de morte,aut ob mortē uiri.Tũ.i. pariter sum
mi,tum,idest pariter amantissimi.s.tui,idest qui te maximè a-
mauerat,nec,idest,& non respondeo te non potuisse non com
moueri.i.quin commoueris, nec id .s. commoueri fuisse tuæ
humanitatis,idest humanæ clementiæ, quia inhumanus uide-
retur,si non cõmoueretur morte tanti uiri.Autem pro sed,ego
respondeo valetudinem.s.aduersam,& non mestitiam,causam,
quod non affuisses in nostro collegio proximis nonis . Ad quē
Læl. inquit,sed , ut comœdijs solet fieri non ponitur nisi nota
eius,qui loquitur O, Scæ. tu,quidem rectè,& uere sup. respon-
disti.Nec.n.debui abduci meo incommodo,idest propter meũ
incommodum,ut est amissio amici ab isto ,i. à te commemora
to officio.s.commentandi de utilitate publica.Quod ego usur-
paui,idest exercui semper cum ualerem , nec ego arbitror hoc
posse contingere homini constãti nullo casu, ut ulla intermis-
sio officii.s.publici fiat.s.ab eo.Autem pro sed,tu Fanni,qui di-
cis tantum sup.laudis tribui,idest attribui mihi,quantum ego
nec agnosco.s.meum,aut in me esse,nec postulo.s.iure meo, ut
mihi tribuatur,facis quidem amicè,idest ut amicum decet,sed
ut uideris sup.mihi iudicare,tu non iudicas rectè de Cato. Aut
.n.nemo.s.unquam fuit sapiens.s.sapientia consummata,& per
fecta;quod quidem,idest certè ego credo magis, quam .s. con-
trarium,aut si quisquã est.s. dicendus fuisse sapiens,ille.s. Cato
fuit sapiēs.Enim pro quia,ut omittã alia,quomodo tulit mor
tē filii? q.d. constantissimè,& fortissimè , memineram(scilicet
cũ Cato .fortitudinem uiderem)paulum , scilicet Aemiliũ Ma-
ced.sup.fortiter ferre mortē filiorũ,imò p̄catus est,vt quid mali
reip.immineret,id in suã domũ transferret.Itaq; alterũ ex filiis
paulo ante triũphum,alterũ paulo post amisit,& videram Gal-
lum.s. uirum clarissimum,& pro sapienti habitum. (Alii Grac-
chum , alii Caium legunt) sed hi ne sup. quæso comparentur,
idest cēsentur comparabiles, & ita equiparãdi Caroni vero ma-
ximo,& spectato. Alii legunt,sed hi non comparantur.Quãob-
rē caue anteponas,idest præferas(vbi scias verbum caueo idē fa
cere cũ negatione,& sine ea. ut cauete tristem sentiat.ne te tri-
stem sentiat.Rectius autem sine negatione cum uim negandi,
aut prohibendi habeat.) Caue quidem,idest non etiam istũ ip-
sum.s.Socr.quē Apollo(ut ais) iudicauit sapientissimũ . Enim
pro quia facta huius.s.Cato.laudantur,quia laudabilia fuerũt,
& dicta illius.s.Socr.laudantur, sed plus est bene facere, quã be-
ne dicere, habetote, idest censetote de me , sic quia numerum
mutauerat,interponit ut iã loquar cum utroque , si ego negē
moueri,idest affici desiderio Scipio.s.Afr.absentis, quia defun-
cti.desideramus.n.non habentes,unde mortuos desideratos di
cimus,ut mille uiri desiderati sunt in conflictu.Quod,idest quã
tũ rectè,idest conuenienter naturæ faciã,id uiderint, idest cõsi-
derauerint,& disseruerint sapientes, quorũ est uidere, an in sa-
pientē cadat commotio.sed certè mētiar,idest cõtra mentem,
& ueritatē dicã. Moueor,n.orbatus, idest priuatus tali amico ,
qualis.s.amicus nemo erit unquã,vt arbitror , q̃ addit,q̃ a de
futuris non est certa diffinitio, & vt possum confirmare(quia
id certo fit)certè nemo fuit, scilicet vnq̃ talis , sed ego nõ egeo
medicina,s.consolationis,quia ipse,idest ego cõsolor me,& ma
ximè eo solatio,quod careo errore,quo solēt pleriq; angi,idest
angustiari,& cruciari dissensu,seu decessu,i. morte amicorum
putantes eos penitus interire,aut malũ pati.Nã puto nihil ma
li accidisse Scip.sed si quid mali accidit , accidit mihi . Autē pro
sed,angi grauiter suis,idest propriis incommodis non est amã
tis,idest nõ pertinet ad eũ, q̃ amat amicũ, sed amãtis seipsum.
Vero pro sed,quis neget dictum esse præclarè cũ illo.s.Scip? nisi
enim uellet optare immortalitatē , quod ille minimè putabat
.s.uelle debere,quid nõ est adeptus? q.d.nihil,& ita id totum est
adeptus , quod fas esset homini optare , utpote qui superauit
cõtinuo adolescens,idest ut primũ,factus est adolescens , incre-
dibili uirtute,summa spe ciuiũ,quam habuerant de eo iã pue-
ro,idest cum adhuc esset puer.Qui nunquam petiit consulatũ,
idest summum ferè magistratum illũ,& factus est bis cõsul, pri
mum ante tēpus,quia ante 25.an.& nondũ functus minoribus
magistratib. per ordinem,& iterũ, idest secundo factus cõsul si
bi,idest quãtũ ad ipsum attinebat, qui sibi nullum magistratũ
petiit,suo,idest tēpestiuo satis tēpore,sed reip. idest quantũ ad
utilitatē reip. spectabat penè , idest quasi sero, idest nimiũ tar-
de,qui euersis duabus urbibus , idest Numãtia in Hispania, &
Carthag.in Afri.inimicissimis,idest, quæ urbes erãt inimicissi-
mæ huic,idest nostro,hoc est R.imperio deleuit , idest abstulit
nõ modo,idest nõ solũ præsentia,idest quæ tũc erant bella,ue-
rũ,idest sed etiã futura.s.à populis illarũ urbiũ.Quid dicã? Erõ
sequitur alia Scip.laudes ad amicitiæ mentionem opportunè
peruēturus.Quid dicã de moribus.s.Scip.facillimis , idest q̃bus
se facillimũ,idest maximè exorabilē, & beneficum exhibuit, ut
de pietate in,idest erga matrē,de liberalitate ĩ sorores, quas cũ
honesta dote locauit, de bonitate , idest benignitate in suos,i.
familiares notos necessarios,de iustitia in omnes? q. d. frustra
loquitur,quia hæc sunt nota nobis. Autē pro sed, iudicatũ est,
idest manifestatum,& ostensum merore,idest luctu publico fu
neris,scilicet eius,quã,idest quantũ carus fuerit ciuitati,idest ci
uibus uniuersis.Igitur tñ,hæc omnia hēt:q.d accessio, idest ad-
ditio paucorũ annorũ,quos adhuc uiuere poterat, potuisset iu
uare hunc,scilicet Scip.ad obtinēdã beatitudinē?q.d. nihil. Enĩ
pro quia,quãuis senectus,nõ ut grauis, idest molesta uiris for-
tibus, ut memini Cato, disserere, idest disputare,& disquirere
mecũ,& cũ Scip. uno anno antequã.s. Cato senex ille mortuus
est. Notabis autē , ut dixi,memini ferè cũ p̄ntis t.pis infinitiuo
apud eruditos construi,tamē senectus affert eã ueritatē , idest
florētes uires , in qua .s. ueritate Scip.erat etiam nũc.s.cũ mo-
reretur.

reretur. Quamobrem uita,quidem fuit talis .s. Scip. uel .i. etiã
fortuna.i. rebus fortunæ,vel gloria .s. parata,ut nihil posset ac-
cedere .i. addi ad eam. Autem pro sed , celeritas moriendi ab-
stulit sensum .i. perceptionem dolorum moriendi .i. quos pu-
tant esse in morte, de quo genere mortis .s. celerrimæ est diffi-
cile dictu.i.ad dicendum,aut vt dicatur sicut par est,sed videris,
quid suspicentur homines,quia putant felicissimum esse. Id li-
cet dicere hoc uere illum diem fuisse Pub. Scip. & multis dieb.
quos uiderit in vita,scilicet sua celeberrimos,& lætissimos fuis-
se , dico illum diem clarissimum , cum , uel quo dimisso sena
tu, idest postquam dimiserat senatũ.i.seniorum consiliũ,& cœ
tum reductus est domũ sup.suã ad uesperã.i. uespertinũ tẽpus
à patribus conscriptis, idest senatorii ordinis primatibus, à so-
cijs P. R. & Latinis , idest à iunctis ad imperium R. spectantib.
pridie,idest præcedente,uel priore die, quam excessit è uita , ut
videatur potius peruenisse ad superos,quam ad inferos ex tam
alto gradu dignitatis,idest dignationis,quũ,eum totus P.R.as-
fecerat. Neq.n. assentior his,qui cœperunt nuper .i. nunc parũ
tẽporis.s. Epicuri tempore disserere.i.diuersis locis asserere , &
disseminare animas,vel animos, interire simul cũ corporibus ,
atq; omnia, idest tam spiritalia, quam corporalia deleri , idest
extingui , & annihilari morte .i. per mortem , auctoritas anti-
quorum.s. philosophorum,ut Plato. uel.i. etiam nostrorũ ma-
iorum.s. Priscorum R. ualet plus.s.ad persuadendum apud me
.i. quantum ad me, qui tribuerunt mortuis iura tam religiosa
.i. tam anxiè obseruanda, Quod s. tribuisse iura mortuis, pro-
fecto.i. reuera nõ fecissent,si arbitrarentur.i. arbitrati fuissent,
sup.ea nihil pertinere ad eos .s. mortuos, simile est illud 2. Ma-
cha . 11. Fortissimus Iudas facta Collatione. 12. millia drach-
mas argenti misit Hierosolymam offerre pro peccatis mortuo-
rum sacrificium bene, & religiose de resurrectione cogitans,ni
si enim eos , qui ceciderant resurrecturos speraret superfluum
uideretur , &uanum orare pro mortuis , uel sup. auctoritas
eorum .s.philosophorum , qui fuerunt in hac .i. nostra,hoc est
in Italica terra, & erudierunt institutis.i. moribus, & exemplis
bene uiuendi , & præceptis,idest doctrinis suis , Magnam Græ-
ciam, idest Italiam,quæ , & magna Græcia , & magna Hesperia
olim dicta est,quia qui eam primi habitauerunt ferè Græci fue
runt . intelligi autem Pythagoram , & eius sequaces , qui Ita-
licam philosophiam instituerunt , & animarum immortalita-
tem firmissimã asseruerunt , uel sup. auctoritas eius , scilicet
Socrat. qui pro ueritate mori non dubitauit, qui iudicatus
est sapientissimus oraculo , idest ab oraculo .i. responsio diui-
no,quod oratoribus,& uota faciẽtibus dabat Delphis Appolli-
nis.s.Delphici,qui.s. Socra. non dicebat,tum.i. aliquando hoc,
tum.i. aliquando illud, semper idem , quod & apostolus de se
prædicat,videlicet animos hominum esse diuinos.i. more deo-
rum immortales , vnde de apib. dixit Maro Geor. 4. Esse apib.
partẽ diuinæ mentis,& haustus Aethereos dixere &c. Et reditũ
ad cœlum patere his.s.animis,cum.i. postquam excessissent cor
pore,& sup. reditum patere optimo iustissimo cuiq. expeditis-
simum.i.sine vllo impedimento,cum noxij prius concretam la-
bem abolere deberent, aut exui , aut aqua purgari, ut Aen. 6.
docemur , quam idem .s. animos esse immortales , & optimo
cuiq; expeditissimum patere ad cœlos reditum videbatur Scip.
qui quasi præsagiret.i. sagacitate quadã præuideret idem pau-
cis dieb. ante mortem sup. suam. Cum .i. quando, &Philus , &
Manlius uiri illi boni adessent, & alii complures. Et tu etiam ò
Scæuola uenisse mecum, disseruit .i. disputauit triduum.i.per
tres dies de Rep. cuius disputationis extremum ferè, idest ulti-
ma omnium pars fuit de immortalitate animorum . Quæ , id-
est quas res dicebat se audiuisse in quiete , idest tempore , quo
quiesceret per uisum, idest apparitionem in somnis ex Africa-
no,scilicet maiore, cuius hic nepos.de quo somnio uide apud
Cic. Cum Macri de somnio Scip. si id ita est , ut animus op-
timi cuiusq; idest omnis boni euolet facillimè .i. expeditissimè
ad cœlum in mortem tanquam è custodia,& vinculis corporis,
de quo apud Macr. ibidem multa censemus .i. iudicamus cur-
sum ad eos fuisse faciliorem , quam Scipioni ? q.d. nulli meri-
to , quo circa ego uereor mærere , idest mæstitiam ostendere
hoc , idest tam felici euentu eius, scilicet Afr. ad cælum tradu-
cti,ne , scilicet de eo mærere sit magis inuidi,quam amici.i. per
tineat magis ad inuidum, quam ad amicum.Sin autẽ &c, argu
mẽto liquido ostẽdit nõ dolendũ esse de morte Afric. si animæ
nõ intereũt cũ corporib. qđ penè actum sit cũ animatã innocẽ-
tis uiri idem docet,nunc si interire putentur, quia sic nullus in
eis maneret sensus,nec quidqaam lugendum . unde dicit : Sin-
autem.i.sed si, uereor illa.i.illud uidelicet,ut idem interitus sit
animorum,& corporum,nec ullus Sensus maneat in mortuis,
tunc sup. ut nihil boni est in morte , quia non consequuntur
aliam uitã defuncti,& ita nec beatitudinem , sic certe nihil est
mali, quia neque tormenta obeunt . & ita non est cum eis ma
le actum. Enim pro quia, Sensu amisso.i. postquam amisit Sen
sum,fit quasi non est omnino natus.i.ac si nunquã fuisset, quẽ
tñ.s.Africanũ non esse natum.i.aliqñ fuisse,& nos gaudemus.s.
gaudio modesto,& intra nos,& hæc nostra ciuitas lætabitur. i.
profuse gaudebit eum fuisse,dum.i. donec sup ita erit. Quam-
obrẽ (ut supra dixi)actũ est quidem.i. certe optimo cũ illo . s.
amico meo Scip. Aũt pro sed , actum sup.est mecum incõmo-
dius.i.aliquantulũ incõmode, quia.s.me fuit æquius. i. iustius
prius exire de uita,ut introieram prius in uitam. i. prius natus
sum,ita prius mori. Sed.i.quamuis priuatus sim tali amico, tñ
fruor recordatione nr̃æ amicitiæ sic.i. talem fructum,& uolun-
tatem ex recordatione nostræ amicitiæ capio,ut uidear.s. mihi
uixisse beate.i.feliciter,quia uixerim cum Scip. quocum.i. cum
quo fuit mihi coniuncta. i. cõis cura de rep. & de re priuata,
quo cum.i.cum quo domus.i.ocium domi habitum, & mili-
tiæ.i.exercitium belli fuit cõe.i. cõe mihi , & id sup. fuit cõe in
quo est omnis uis amicitiæ.i.consensio uoluntatum,studiorũ,
& sententiarum. Itaque non iam ista, q.d.conceptibilis fama.i.
uulgata opinio sapientiæ.s. quæ fama est in me esse præsertim
falsa.i.cũ ea fama falsa sit,quã.s.famã Fan.commemorauit mo
do.i.paulo ante,hoc aũt vr̃ ad Scę.dicere,aliter diceret,quo mo
do commemorat Fan.quam.i.quantum sup delectat, ꝙ spero
memoriam nostræ amicitiæ.i.quæ erit de amicitia nr̃a fore. i.
futuram esse sempiternã. Idq;.i. & mihi magis.i.cord. i. ad de-
cor,& delectationem,ꝙ ex omnibus seculis.i.tẽpibus transactis
vix tria aut quatuor nõiantur paria amicorũ .s. magnũ. Nume
rantur autem apud Græcos,Theseus,& Pirithous , Pylades,&
Orestes,Patroclus,& Achilles;Damon, & Pythias , in quorum
amicitiam se Dion, tyrannus ascribi optabat,cum alter pro al-
tero mori uellet . Apud Iudæos aũt Dauid,& Ionathas insigni
amicitia memorantur. Apud Troianos profugos Nisus,& Eu-
rialus,apud R.Læl.hic,& Scip.uerissime autem Christus, & aĩa
fidelis In quo gñe.s.egregiorũ amicorũ, ego uideor sperare.s.
posse amicitiam Scip.& Lælij,q.d.& meã(sed moris est quoties
magnum aliquid de nobis dicere paramus ad tertiam personã
nomenq; proprium confugere, quasi de alio loquamur cum
se laudare uitio detur . Vt quæ munera Niso digna dabis) fo-
re nota.i.notamen, seu insigne,& speculum nobile posteritati
.i. posteris nostris. Est autem,ut Valla annotauit,nota hic no-
men,non participium, aliter non dixisset fore.Subtiliter aũt vt
dixit induxit Cic. sub nomine Læl. mentionem amicitiæ unde
Fan.infert.Quidem.i. certe ò Læl.istud.s.fieri,ita ut dicis est ne
cesse,sed qm̃ fecisti mentionem amicitiæ, & nos sumus ociosi.
i.negocio publico uacui, mihi feceris ꝑgratũ.i. ualde gratũ mi
hi,& spero item.i.quod cõsimiliter Scæ.si disputaris pro dispu-
taueris sic de amicitia queãdmodũ soles sup.disputare.i. disse-
rere de ceteris reb.cum exquiruntur ex te,disputaris sup. dicẽ-
do quid senties de amicitia,qualem existimes sup. eã, & q̃ præ-
cepta des.i. dare uelis de ea. Et quia dixerat spero itẽ. Scæ. ap-
probat id Scæ.dicens.Erit uero.i.ad uerum, & serio id mihi gra
tum.atque cum.i.ad uerum,& serio id mihi gratum . atque cũ
& molliter,& paratè agere idipsum.s.quod Fãnius egit. te cum
Fan.anteuertit.i.præripuit,& præoccupauit, ut prior tecũ de-
eo ageret, quamobrem feceris s. de amicitia disputando ad-
modum gratam. i. acceptam, & commodam utrique nostrũ.
Ad quæ respondet Læl. Ego uero non grauarer.i.grauate obse
quer si ipse.i.egomet,confiderem,mihi.i.scientiæ meæ de a-
micitia,q.a & .i.simul res est uisa.i.præclara,& sumus ociosi vt
Fan.dixit,sed quis sum ego ? q.d. Læl. sum non Socr. aut quæ
facultas est in me ? q. d. non tanta,ut ex tempore disputare va
leam.Nam ista consuetudo est doctorum,eaq;.i.& ea est docto
rum Græcorum,ut proponatur iis de quo disputent . quam-
uis.i.quantumuis subito non respondeat priusquam dicenda
prouiderint . Opus de amicitiæ legibus est magnum , & eget
exercitatione non parua. i. magna , quamobrem ego censeo
sup.ut petatis ea,quæ possunt disputari de amicitia ab eis,qui
ꝓfitentur ista.i.istius modi sciẽtiã. Ego possum tñ.i. dũtaxat
hortari uos,ut anteponatis amicitiã oĩbus reb humanis. Nihil

est.n. tam aptum.i.conforme ac coniunctum naturæ. Nihil est tam conueniens ad res, uel secundas.i. prosperas, uel aduersas .i. incommodas. Sed hoc, scilicet experientia longa primū hoc uidelicet amicitiam non posse esse nisi in bonis .s. tanquàm in subiecto. Neq; reseco, idest rescindo, & discutio ad uiuum.i.ad intimum sensum. [Et est metaphora à chirurgicis, qui uulnus altius curantes ipsum ad uiuum resecant, sicut, qui lepram, aut scabiem tentant), idest nolo argutissime de bonis uiris in quibus amicitia est disputare, ut illi .s. Stoici philosophi, qui disserunt hęc subtilius, scilicet quā nos fortasse vere, sed parum ad utilitatem communem, quia talem diffiniunt sapientiam, & bonitatem expetendam, quare in nullo ferè inueniri potest, Negant.n. quenquam esse uirum bonum, nisi sapientem. sit ita sanè, idest permittamus etiam id, quia nemo stultum dixerit bonum, sed interpretantur, idest diffiniunt eam sapientiam quam nemo mortalis consecutus est adhuc.i. ad hoc usq; temporis. Nos autem debemus sperare eā, quæ sunt in usu, & uita cōmuni, non ea, quæ finguntur, aut optantur.s.& nō sperātur, quia optamus, quæ sperare non licet, vt si quis immortalitatem optet. Ego nunquàm dicam C. Fabricium, M. Cunium, T. Coruncanum, Romanos illos, quos maiores nostri iudicabant sapientes, ad.i.iuxta normā istorum.s. Stoicorum. Quare ipsi habeant.i. recipiant, & reseruent nomen sapientiæ, & .i. simul inuidiosum cum nemo assequi possit, &.i.simul obscurū cum in nemine conspiciatur, & concedant, ut hi .s. quod dixerat, fuerint boni uiri. Neq. id quidem faciet, quia negabunt id .s. bonum uirum esse, concedi posse nisi sapienti. Agamus igitur, quia parum conduxit argute de bono, & sapiente viro disputatione Minerua pingui.i. uulgari disquisitione, & ingenio naturali non admodum arguto, quia Horat. in Serm. omnia sua præterquàm ingenium optat pinguia, ut aiunt.i. ut in prouerbio est, quod addit, quia locutio magis poetæ, quam oratori accōmoda est, per μετωνυμίαν, & sup. putemus hoc, qui ita se gerunt ita uiuunt, ut fides.i.fidelitas eorum probatur, & integritas, & æqualitas.s. animorum in omnes, & liberalitas supp. probatur, nec sit in eis ulla cupiditas, uel libido, uel audacia, & sint magna constantia, idest in bona perseuerentia, & stabilitate; vt fuerunt hi, quos nominaui modo .i. paulo ante. putemus inquam hos etiam sic esse appellādos viros bonos, vt sunt habiti .i. æstimati à populo, qui assequuntur.i. imitantur quātum homines possunt naturam optimam ducem uiuēdi rectè. Nam, ut in j. off. uisum est omne honestum proficiscitur à natura. ego uideo mihi sic perspicere.i. clare, & perfectè cognoscere nos esse natos.i.à natura institutos esse, ita, ut quidē societas esset, ut inter .s. homines. Autem pro sed, maior sup. societas esset, ut quisq; accederet proximè.s. per gradum consanguinitatis, aut affinitatis, aut etiam habitationis. Itaq; ciues sunt potiores.s.in societate conseruanda, quam peregrini, & propinqui .s. sanguine, quam alieni. Enim pro, quia, natura peperit nobis amicitiam his, scilicet propinquis nostris. unde, & necessarij dicuntur, & talis propinquitas necessitudo, sed ea, scilicet amicitia naturalis non habet satis firmitatis. Nam amicitia, scilicet acquisita, aut inita præstat hoc, idest in hoc preferenda est propinquitati. Quod beneuolētia potest tolli ex propinquitate, ita ut sint propinqui, qui nō sint beneuoli, sed sup. (Verūtamē ubi idem uerbum repetitur exprimētur particulæ, sed, autē, porrò, vero) beneuolētia nō potest tolli ex amicitia. Nāq; pro quia, nomē amicitiæ tollitur, subtracta beneuolētia.i. post quā beneuolētia est subtracta; sed nomē propinquitatis manet, quāuis fuerit subtracta beneuolentia. Potest autem intelligi quanta sit vis .i.uirtus, & potestas amicitiæ ex hoc maximè.i.potissimū, quod res est infinitate societatis generis humani, quam ipsa natura conciliauit, idest in me constituit ita contracta, & adducta in angustum, i. arctum, vt omnis caritas.i.gratia, & amor, aut amicitia in qua est omnis caritas iungeretur, aut inter duos sup. tantū, aut inter paucos. Agamus igitur pingui Minerua, crasso ingenio, rudi, quodammodo, nos appellabimus sapientes, qui ut aiunt integritatem, & bonitatem in se continent. Est autem. diffinit amicitiam dicēs, autem pro sed, amicitia est nihil aliud, nisi consensio rerum diuinarum, & humanarum, idest in omnib. reb. diuinis, & humanis cum beneuolentia de caritate summa. Qua, scilicet amicitia quidem, idest certè ego nescio an quidquam melius excepta sapientia sit datum, idest concessum, aut contributum homini à diis immortalib. Alij.s. auari præponunt sup. amicitiæ diuitias, alij.s. summum malum dolorem, & summum bonum indolentiam diffinientes, præponunt bonam ualetudinem, idest sospitatem. Alij utpote imperiosi præponunt potentiā. Alij utpote ambitiosi præponunt honores, multi etiam præponunt uoluptates, sed quidem.i. certe. hoc extremum.i. præponere uoluptates est belluarum.i. pertinet ad bestias. Illa autem superiora uidelicet diuitiæ bona, ualetudo potentia, & honores sunt caduca, & incerta posita.i.constituta non tam.i. non tantum in nostris consiliis quā in temeritate fortunæ. Autem pro sed, qui ponunt summum bonum in uirtute, ut Stoic. quidam. illi quidem præclare sup. ponunt ac diffiniunt, sed hæc ipsa uirtus, quam summum bonum diffiniunt, gignit.i. parit, & continet, idest conseruat iam partam amicitiam. Nec, idest quia non, quia amicitia non potest esse ullo pacto, idest modo sine uirtute. Interpretemur iā; scilicet pingui Minerua rem. i. discutiamus uirtutem non ut Stoici, sed ex consuetudine uitæ, & sermonis nostri, nec metiamur eam, ut quidam docti.s. Stoici (ubi non leges indocti) sup. metiuntur eam magnificentia uerborum, & numeremus eos eos uiros bonos, idest inter viros bonos qui habentur.i. reputantur boni, utpote Paulos, Catones, Caios, Scipiones, Philos. quia communis vita est contenta de his, idest horum factis. Autem pro sed omittamus eos.s. bonos, & sapientes à Stoicis præscriptos, qui omnino nusquam reperiuntur. Igitur amicitia habet inter tales uiros, quales non nominauit) tātas opportunitates, i. opportunas commoditates, quantas ego uix queo idest ualeo dicere. Principio.i.ut id primo loco dicam qui potest esse uitalis uita, idest habere longam uitam, ut ait Ennius, qui non conquiescat, idest mutuam animi tranquillitatem sumat, in mutua beneuolentia amici? q.d. nemo. Quid dulcius sup. est? q. d. nihil quam habere sup. aliquem, utpote amicum quicum, idest cum quo tu audeas omnia loqui sic, ut tecum. Quis esset tantus fructus in reb. prosperis, nisi haberes sup. aliquem amicum, qui gauderet illis æque, idest æqualiter ac idest sicuti tu ipse? q.d. nullus. Vero pro sed, difficile esset ferre, idest pati res aduersas sine.s. amico qui ferret illas grauius, idest molestius etiam quam tu. Denique, idest, ut summatim dicantur ceteræ res, quæ expetūtur, ut utiles, & honestæ, sunt opportunæ.i.commodæ singulæ ferè reb. singulis.i. ad res singulas. i. quælibet ad unam solā. Diuitiæ sup. sunt opportunæ, ut utare sup. eis. Opes, idest facultates, & potentiæ magnæ, ut colare, idest colaris à clientibus, & seruis, ac ceteris subditis tuis honores sunt opportuni, ut laudare, idest lauderis. Voluptates sup. opportunæ sunt, ut gaudeas. ualetudo.s. corporis opportuna est, ut careas dolore, & ut fungare muneribus, idest officio corporis. Amicitia complures, idest ad plurimas opportuna est, & est præsto, idest auxilio parata tibi astans, quoquo.i. quocunque verteris sup. te, & nullo loco excluditur. Nunquā est intempestiua, & nunquam est molesta. Itaque non utimur (ut aiunt) pluribus locis aqua, non igni, non aere, quam amicitia. neque ego loquor nunc de amicitia, sup. uulgari.i.q̄ uulgo contrahitur, aut de mediocri, quæ ipsa tamen delectat, & prodest, sed loquor de uera, & perfecta sup. amicitia, qualis fuit sup. amicitia eorū, qui pauci nominātur.i. nobiles, & insignes sunt propter amicitiam quos supra nominauimus. Nam amicitia. s. uera facit res secundas.i. prosperas splendidiores, & facit aduersas leuiores.i. tollerabiliores, patiens. i. condiuidens, & communicans. i. communes eas utrisque amicorum faciens. Cumq;.i. quod cum scilicet manifestum sit, & amicitia contineat commoditates plurimas, & maximas, cum idest, tunc maxime constat, quod præstat numerum. i. haud dubie omnibus, scilicet aliis, illa idest per illam commoditatem, qood &c. aut tū illa commodat præstat omnibus aliis, qood prælucet in posterum bona spe, idest per bonam spem. hoc est luce sua dāt spem, ut etiam postmodum prosit, nec idest, quia non patitur animos debilitari, aut cadere etiam si prosperitas debilitetur, aut cadauerum etiam, idest insuper qui iam intuetur amicum, intuetur tanquam quoddam exemplar. i. imaginem relatiuam sui. Quocirca &.i. simul amici sup. absentes adsunt.i. corā sunt, quia amicis suis egētes abundant, quia amicorum omnia sunt communia, & imbecilli ualent tam animo, quam corpore (qd̄ est difficilius dictu.i. ut dicatur) uel ad dicendum, quia difficilius est creditu, & ita quia nihil est dicendum, quod non sit uerum, aut uero simile. ideo, quod uero simile non est difficile dictu est mortui uiuunt.s. per amicitiam q̄ est in amicis. Tantus .i.tā magnus quantus.s. ad id satis sit honos.i.honor, aut honoratio,

ratio, memoria, & desiderium amicorum uiuentium prose-
quitur nos.s. amicos defunctus, ex quo. i. ex qua re mors illorũ
s defunctorum uidetur beata, & uita horum adhuc uiuentiũ.
laudabilis, eo quod honestum, & laudabile sit amicos etiã de-
functos honorare. Quod si exemeris.i. sustuleris ex natura re-
rum.i. è medio uiuentium coniunctionem beneuolẽtiæ.i. quã
patit beneuolentia, nec ulla domus, nec urbs.s. ulla poterit sta
re.i. permanere in esse, nec quidem cultus agri, qui uidetur à
coniunctione beneuolentiæ maxime alienus, permanebit. s. in
esse. Et siquidem quanta uis.i. uirtus, & potestas amicitiæ, &
concordiæ sit minus.i. non uel nõ satis intelligitur.i. potest per
spici ex dissensionibus atque ex discordiis, per quas.s. omnia de-
struuntur. quia ut Sal. attestatur cõcordia res paruæ crescunt,
& discordia maximę dilabuntur. unde, & Maro. En quo discor
dia ciues Perduxit miseros. Quo circa addit causam dicens. E-
nim pro quia, quæ domus est tam stabilis, quæ non possit euer
ti funditus, idest a fundamentis, odiis, idest per odia, atque dis
sidiis, idest dissensionibus pertinacibus. Nam cum sedere sit fir
miter placere. ut Aen.ij. Et sedet hoc animo. & eiusdem quar-
to, fixum, immotumq; sederet. Dissidere est penitus dissenti-
re, & ita in diuersis opinionibus sedem, idest firmam sententiã
figere. vnde fit dissidium, qui inquit? q.d. nulla ex quo potest
indicari quantum boni sit in amicitia cum. s. pateat quantum
mali sit in odio, & discordia. Agrigentinum. Auctoritate (ut
uolunt) Empedoclis philosophi atque poetę omnia constare
per amicitiam atque dissolui lite dicens. ferunt.s. homines quẽ
dam doctum i. philosophum Agrigentinum.i. Siculum ex ciui
tate Agrigentina, patria Phalaris tyranni, non nominat autem
eum, uel quia crassa Minerua se disputaturum asseruit, & phi-
losophiæ minus, quam honestorum institutorum studiosum
innuit, uel quia indignum, qui nominetur censuit, quod ob
cupiditatem gloriæ se in Aetnam præcipitẽ dederat, ut docet
Horat. ad finẽ de arte Poet. uaticinatum Græcis carminib. ami
citiam contrahere.i. quod amicitia contrahit, & corroborat cõ
iunctis uiribus, & discordiã dissipare.i. quod dissipet, & distra-
hat ea, quæ constarent, idest simul extarent in natura rerum, &
in toto mundo, quæque, idest, quæ mouerẽtur.s. in mundo, at-
que omnes quidem mortales, idest homines, & idest simul in-
telligunt, & probãt re.i. ipso effectu. hoc.s. quod dictum est ita
esse. Itaque.i. & ideo cum tanta sit uis amicitiæ, si quando, idest
aliquando aliquod officium extitit in periculis amici, aut adeũ
dis.s. pro illo, aut communicandis cum illo, quis est? q.d. nullus
sanæ mentis, qui non afferat.i. extollat id maximis laudibus.
Qui.i. quales? q d. honorificentissimi clamores i applausus fue-
runt nuper i. nunc parum est temporis, tota cauea.i. per totam
caueam.i. locum concauum, ubi vulgus in theatro sedet in no
ua fabula.i. recens edita Tragœdia de Oreste M. Pacuuij hospi
tis, & amici mei hoc uero similiter dicit. Nam cum pia studia
maxime amicitiam, & concilient, & conseruent, nõ re Pacuuiũ
poetam fouerit Lel. cum Ennium summopere coluerit Scipio.
Cũ.i. quando rege.s. Thoante Thauricę regionis tyranno igno
rante uter eorum esset Orestes, quẽ.s. ex ueteri ritu Dianæ ma-
ctaret. Pylades amicus eius diceret se esse Orestem, Orestes aũt
perseueraret.i. perseuerãter assereret ita, ut erat, se esse Orestẽ.
Autem pro sed, stantes.s. circũquaque, aut permanẽtes ad finẽ
actionis eo, quod fabula placeret, plaudebant.i. applaudebant
in re ficta. quod arbitramur.i. arbitrari debemus eos facturos
sup. fuisse in uera sup re.i. si re uera id euenire comperissent, ut
alter amicorum pro altero mori uellet. Ipsa natura.i. insita cui
queuis facile iudicabat suam uim.i. uirtutem, & potentiã cum
homines iudicarent id fieri recte in altero, quod ipsi non pos-
sent, idest propter imbecillitatem animi facere.s. ponere animã
suam pro amico. Quotus enim id quisque præter saluatorem
nostrũ, & eius mitatores fecit. Ego uideor.s. mihi dixisse hacte
nus.i. hunc usque locum, id quod sentirem potissime, aut poss
simum de amicitia, si qua præterea.i. si aliqua alia sunt. Aũt ꝑ
sed, ego credo multa esse.s. non dicta, quæritote sup. ea si uide-
bitur sup. uobis commodum ab his qui disputant i. disquirunt
& discutiunt ista in philosophis. Fan. respondet. Nos autem
sup. quærimus potius, scilicet precio eius, quãquam equidem,
idest ego quidem quesiui, & audiui nõ inuitus, idest libens sup.
ista ab istis quos dicit i. à philosophis, sed nos expetimus quod-
dam aliud filum, idest quendam alium contextum, & orsum
filationis tuæ, quod approbans Scæuola dicit. O Fanni tu di-
ceres magis, ut sup. quod dicis si affuisses nuper in hortis Sci-
pionis: cum idest quãdo disputatum est sup. illic de rep. & sup.
audiuisses, uel uidisses, qualis patronus, idest defensor iustitiæ
fuit scilicet Lælius; tum, idest tunc contra accuratam.i. diligen
tem, & excogitatam orationem fili impugnantes.s. disputatiue
iustitia ad quod Fan. id quidem.i. defendere iustitiam fuit faci-
le uiro iustissimo.s. Lælio. Et Scæ. Quid amicitiam, sup. defende
re putas, nõne erit facile ei Lælio qui ceperit.i. acquisiuerit ma-
ximam gloriam ob id.i. ꝑ.p.s. amicitiam seruatam cum Scipio-
ne summa fide, constantia, & iustitia.i. per summam fidem, con
stantiam, & iustitiam. Vnde Lælius se victum confitens inquit,
O generi quidem. i. certe hoc. s. quod in me facitis afferre vim.
Quid.n. refert.i. distat qua ratione. i. uia cogatis me siue laudan
do siue argumẽtãdo per rationes uerisimiles, certe.i. quia in-
dubitanter cogitis me. Enim pro quia, obsistere. i. pertinaciter
obstare studijs.i. conatibus studiosis generum. i. generorũ suo-
rum præsertim in re bona.i. honesta est, tum.i. simul difficile, &
tum.i simul ne æquum.i. iustum, & rationabilem quidem. Sæ-
pisime, principium disputationis est, ostendens vnde amicitia
orta sit & ꝑfecta. Igitur.i. quia studijs uestris amplius obsistere
nolo, & de re dicere incipiam, Est igitur continuatiua particula:
Illud solet uideri mihi cogitanti sæpisime de amicitia consi-
derandum maxime. Num.i. nunquid amicitia sit desideranda,
ꝑ.p. imbecillitatem.i. impotentiam atque inopiam, vt.i. vt po-
te in meritis dandis, & recipiendis, vt quisq; acciperet id ab alio
.s. ab amico, an minus.i. non posset per se.i. per propriam facul
tatem, & redderet vicissim sup. alteri id quod minus posset per
se.i. nunquid ex vtilitate sit orta amicitia, an quod potius cre-
dit hoc scilicet mutuo dare, & recipere beneficium, esset qui-
dem proprium amicitiæ, idest proprietas quædam illi annexa,
sed esset alia causa, scilicet amicitiæ aantibuior, & pulchrior, &
profecta magis ab ipsa natura. Enim pro quia, amor. s. gra-
tis adhibitus, ex quo amicitia est nominata. Nam ut mulier
amatrix, amica dicitur; ita uir amator non amicus, ut inter
noscatur honestus amor unde amicitia orta ab amatorio illo
unde amator dictus est princeps, idest præcipuus: & quasi ca-
put, & quod uulgus dicit capitaneus ad coniungendam bene-
uolentiam. Nam utilitates percipiuntur etiam sæpe ab his qui
coluntur, & obseruantur causa temporis, idest opportunitatis,
& commodi temporalis, simulatione, idest propter simulatio
nem amicitiæ non ueræ. Autem pro sed, nihil est fictum, ni-
hil est simulatum in amicitia, scilicet uera, & quidquid est in a-
micitia, idest uoluntarium. Qua propter amicitia uidetur
mihi potius orta à natura, quam ab imbecillitate, uidetur or-
ta magis applicatione animi, cum quodam consensu amandi,
quam cogitione, scilicet præuia. quantum utilitatis illa res
scilicet amicitia esset habitura. Quod quidem sup. dictum, qua
le sit an scilicet uerum au falsum, licet animaduerti, idest con-
siderari. (Est autem impersonale animaduerti, sicut, & licet) in
quibusdam bestiis, qui amant ad quoddam, idest certum tem-
pus.s. donec fuerint natura educati, natos ex se, & amantur ita
ab eis, ut sensus eorum, idest quid sentiant faciendum appa-
reat facile in eis, quod est euidentius, multo magis perspicuũ
in homine. Primum sup. euidentius est in homine ex ea carita
te, quæ est inter natos, & parentes, quæ non potest dirimi, id-
est dissolui nisi scelere detestabili, deinde cum similis sensus a-
moris, idest similis sentẽtia de amore, idest similis perceptio a-
moris extitit, si nacti sumus.i. acquisiuimus aliquem, cum cu
ius morib. cõiungamus, idest conueniamus, & cõcordes simus,
quam idest quia nos uideamur prospicere, idest ante, aut pro-
cul, & ita manifeste inspicere in eo quasi lumẽ, idest clarum iu
dicium aliquod probitatis, & uirtutis. Enim pro quia, nihil est
amabilius uirtute, & nihil est quod magis alliciat homines ad
diligendum.s. quam uirtus, cum in quo sit, quippe, idest utpo-
te, cum.s. ita sit, quod diligamus quodãmodo eos, et eos quos
nunquam uidimus propter virtutem, & probitatem .s. eorum.
Quis est qui non usurpet. i. in usum rapiat memoriam Caij
Fabricij, & Martij Curtij Romanorum illorum, qui ob conti-
nentiam, & abstinentiam maxime laudantur cum beneuolen-
tia.i. quodam fauore eorum, quos nunquam uiderit? Quis
autem est qui non oderit Tar. Superbum ultimum Romano-
rum Regem? qui s. non oderit Pub. Caium (vbi male Crassum
scribunt) qui imperium Romanum inuadere conatus est? &
sup. Spurium Melium, qui ob largitionem frumentariã tyran
num se facere sperabat? q.d. nemo. Item decertatũ est in Italia,
de imperio cum duob. ducibus.s. Pyrrho Epirotarum rege, &

Annib. Carthag. duce. Et sup. nos Romani habemus animos nō alienos. i. non abhorrētes ab altero. s. Pyrrho. i. à memoria eius propter probitatem nominis eius, de qua. j Offic. latè dictū est. Hæc ciuitas. s. Romana oderit. i. odio prosequetur semper alterum. s. Annibalem, propter crudelitatem eius. Quod si tanta est uis probitatis, ut diligamus eam, uel. i. etiam in eis quos nunquàm uidimus, uel. i. etiam (quod maius est) in hoste, quod. i. quale mirum est, si animi hominum moueantur. i. afficiuntur quodam amore, cum uideantur prospicere uirtutem, & probitatem eorum, quib. cum. i. cum quib. possint esse coniuncti. s. uinculo amicitiæ? Quāquam. s. ita nihilominus est, quod amor confirmatur, &. s. simul beneficio accepto, & consuetudine. i. familiaritate conuiuendi adiuncta, quibus rebus adhibitis ad illum primum motum animi. s. quem natura excitat, quædam admirabilis magnitudo beneuolentiæ exardescit. i. apertè incenditur in homine, quam. s. magnitudinem siqui putant proficisci. i. oriri ab imbecillitate. i. impotentia, & inopia, ut si sup. ea, quāquam quisque assequatur, idest obtineat ab amico, qđ desideret, qui sup. talia dicunt, relinquunt ortum amicitiæ, fanè. i. ualde humilem. i. abiectum, & contemptibilem, ut ita dicā (quia præmittit ne metaphora vitio detur oratori) minimè generosum, quam. s. amicitiam qui talia dicunt, uolunt nasci ex inopia, & indiligentia. Quod. i. quæ res, si esset ita, ut. s. ex inopia nasceretur amicitia, tunc sup. ut. i. secundum quod quisque arbitraretur. i. opinaretur minimum. i. minimam partem ualetudinis. i. facultatis, & potentiæ esse in se. s. ipso. ita. i. in tantum esset aptissimus ad amicitiam, quod est longè secus. i. multo aliter. Enim pro quia, ut quisque confidit plurimum sibi. i. in se, & uirib. suis, & ut quisque munitus est maxima uirtute, & sapientia, sic. i. in tantum, ut nullo egeat, & iudicet omnia sua. i. propria bona esse posita in seipso, ita excellit maximè in amicitijs expetendis, & excolendis. Posset legi amicis pro amicitijs, sed ipsæ amicitiæ pro amicis ponuntur. Nota est autem sermonis elegantia. Nam quisq; superlatiuo, siue nominali siue aduerbiali gaudet, ut & ita consimiles gradus exigunt, sed tunc superlatiuos, quando interuenit quisque. Venustius etiam utimur gerundiuis nominib. quam gerundijs, ut hoc loco in expetendis, & colendis amicitijs potius quam in expetendo, & colendo amicitiam. Item expetimus tantū honesta, appetimus etiam iucunda, & uoluptatis incitamenta. Quid. n. exemplo ꝓbat amicitiam non propter inopiam expeti dicens. Enim pro quia, quid sup. dicam, hoc est nunquid Africanus. s. Scipio amicus Lælii erat indigens mei? Hercule sup. teste. i. per herculem affirmo, quod minimè erat indigens mei. At. i. sed ne quidem. i. ne etiam ego erā indigens illius, hoc est Scipionis, sed ego sup. dilexi enim admiratione. i. propter admirationem quandā uirtutis eius. ille. s. Scipio dilexit uicissim. i. e contrario, aut mutuo me fortasse quadam opinione sup. bona, quam habebat de moribus meis, & consuetudo. s. conueniendi, & conseruandi simul auxit beneuolentiam ex opinione contractam. Sed quāquam multæ, & magnæ utilitates sunt consecutæ amicitiam sup. nostrā, tamen causæ diligendi. s. nos mutuo non sunt profectæ. i. ortæ ab spe earum. i. utilitatum consequendarum. Enim pro quia, ut. i. quemadmodum nos sumus benefici. i. beneficientes, & beneficia conferentes, & liberales, non ideo sup. ut exigamus. i. repetamus gratiam, idest remunerationem. [Neq; enim. i. nā non fœneramur. i. ad fœnus accipimus, aut fortasse damus, q a licèt Valla doceat fœnerari esse ad fœnus accipere, & fœnerare ad fœnus dare, tamen Mancinellus docet in lima Valle fœnerari deponens, aliter etiam fœnerari, aut ad fœnus significare] sumus propensi. i. ampliter inclinati ad liberalitatem natura. i. per naturam. Sic putamus amicitiam esse expetendam non adducti. i. quod sumus adducti spe mercedis. i. retributionis, sed quod omnis fructus. i fruitio, & utilitas eius, est in amore, dulcissimum. n. est amare condignum. Non dissentimus longè ab his. s. Epicureis quibusdam, qui referunt omnia. s. bona i. mentiuntur ea ad uoluptatem, idest secundum uoluptatem, idest putantes tantum inesse boni, quantum uoluptatis inest. Ritu, idest more pecudum, quæ in potestatem voluptatum ferūtur, & in diem uiuunt, nec de crastino prospiciunt. Nec mirum sup. est, quod dissentimus. Enim pro quia, tales sup. nihil non aliquid non possunt suspicere, idest sursum tanquàm honorabilius aspicere, & non legitur suscipere] aliquid magnificum, ac diuinum, vtpote qui abiecerunt omnes cogitationes suas, idest in rem tam humilem, idest abiectam (& contemptam, quia de terrenis, & transitorijs, & ita in contemptibilib. ortam, Quamobrem remoueamus quidem hos, idest huiusmodi homines (& melius legetur sic, quam os licèt ore fiat sermo) ab hoc sermone. s. de amicitia. Ipsi autem, idest nos qui aliud bonum mouimus sensum, idest consensum diligendi gigni à natura, & caritatem beneuolentiæ gigni facta significatione. i. postquàm facta est significatio probitatis. s. eius quē carum habemus, quā. s. probitatē, qui appetiuerunt. i. qui ea oblectantur, applicant sese sup. ad nos, aut ad eos in quib. eam inesse putant, & admouent sese. i. se ipsos proprios, ut fruamur, &. i. etiam morib. eius. quē ceperunt diligere, fruantur dico usu. i. per usum, & consuetudinem eius, quia cōuersatio inducit cōsimiles mores. unde, Cum sancto sanctus eris &c. Et ut sint pares in amore, & æquales, & sint propensiores. i. magis proni, & inclinati ad bene merendum. i. ad conferendum beneficium, quam ad reposcendū si contulerint. Atque hæc. i. huiusmodi certatio. s. bene merēdi, sit inter eos honesta, idest decens, & modum non excedens, & sic utilitates maximæ capientur, & idest simul ex amicitia, & idest simul ortus eius. s. amicitiæ erit, & idest pariter grauior, & idest pariter uerior à natura, idest si ponatur à natura, quam ab imbecillitate. Nam si utilitas conglutinaret, idest compingeret, & colligaret amicitias, eadem. s. utilitas con. mutata, idest in contrarium dissolueret sup. amicitias. s. quia natura nō potest mutari, unde dici solet. Quod natura dedit tollere nemo pōt. Potest tamen quis probitatem ad uitia opprimere, sed non penitus dolere, neq; ea est secundum naturam bene instituta, sed ex peccati pœna inuenta, iccirco, idest qua propter amicitiæ ueræ sunt sempiternæ. Quidem, idest certè uos ò Scæuola, & Fāni uideris, oculis mentis, idest intelligentis ortum, idest originem amicitię, & ita satis uobis feci, nisi fortè uultis adhuc quid, idest aliquid. Ad qđ Scæuola. Tu vero ò Læli perge, idest prosequere reliqua, quæ de amicitia sunt dicenda. Ego enim respondeo ꝓ hoc, idest pro Fannio, qui minor natu, idest iunior me est, meo iure, idest utens iure meo, quo seniori conuenit prior in loquēdo locus. Respondeo, idest polliceor, quod libenter auditurus sit Fan. Rectè quidem tu sup. censes aut facis, ac dicis, quamobrem audiamus. tum Lælius sic est exorsus.

LAELIVS.

AVdite uero optimi uiri ea, quæ sæpissimè inter me, & Scipionem de amicitia disserebantur. quāquàm ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam usque ad extremum uitæ diem permanere. nam, uel ut non idē expediret utrique incidere sæpe, uel vt de rep. nō idem sentirent, mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, alias aduersis rebus, alias ætate ingrauescente. atque earum rerum exemplum ex similitud ne capiebat ineuntis ætatis: quòd summi puerorum amores sæpe una cum prætexta, sumpta toga, deponerentur: sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum, uel luxuriæ contētione, uel commodi alicuius, quod idem adipisci uterq; nō posset: quòd si qui lōgius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent. pestem enim maiorem esse nullam in amicitijs, quàm in plerisque pecuniæ cupiditatem, in optimis quibusq; honoris certamen, & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos extitisse. magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci, cum aliquid ab amicis, quòd rectum non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam: quòd qui recusarent, quàmuis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur ab ijs, quibus obsequi nolent: illos autem qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri omnia se amici caussa esse facturos: eorum querela inueterata non modo familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima, atque

sempi-

ſempiterna: hæc ita multa, quaſi fata impendere amicitijs, ut omnia ſubterfugere non modo ſapientiæ, ſed etiã felicitatis diceret ſibi uideri. Quamobrem id primum uideamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num, ſi Coriolanus habuit amicos, ferre cõtra patriam arma illi cum Coriolano debuere? num Viſcellinum amici regnum appetentem, num Sp. Melium iurare debuerunt? Tiberium quidem Gracchum, remp. uexãtem à Q. Tuberone, æqualibusq; amicis derelictum uidebamus. at C. Bloſsius Cumanus, hoſpes familiæ ueſtræ, Scæuola, cum ad me, qui aderam Lenati, & Rutilio conſulibus in conſilio, deprecatum ueniſſet, hanc, ut ſibi ignoſcerem, cauſam afferebat, quòd tanti Tib. Gracchũ feciſſet, ut quidquid ille uellet, ſibi faciendum putaret. tũ ego, etiam ne, inquàm, ſi te in Capitolium faces ferre uellet? nunquàm inquit, uoluiſſet id quidem: ſed, ſi uoluiſſet, paruiſſem. uidetis, quàm nefaria uox: & hercle ita fecit, uel plus etiam, quàm dixit. non enim paruit ille Tib. Gracchi temeritati, ſed præfuit; nec ſe comitẽ illius furori, ſed ducem præbuit. itaque hac amentia quæſtione noua perterritus in Aſiam profugit, ad hoſtes ſe contulit: pœnas reip. graues, iuſtasq; perſoluit. nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſſa peccaueris. nam cum conciliatrix amicitiæ uirtutis opinio fuerit; difficile eſt amicitiam manere, ſi à uirtute defeceris. quòd ſi rectum ſtatuerimus, uel concedere amicis quidquid uelint; uel impetrare ab amicis quidquid uelimus: perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res uitij: ſed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos ſunt, quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus, quos nouit uita communis. ex hoc numero nobis exempla ſumenda ſunt, & eorum quidem maximè, qui ad ſapientiã proximè accedunt. Vidimus Papum Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe (ſic à patribus accepimus) bis una conſules, & collegas in cenſura. tum etiam cum ijs, & inter ſe coniunctiſsimos fuiſſe M. Curium & T. Coruncanium, memoriæ traditum eſt. igitur ne ſuſpicari quidem poſſumus, quenquam horum ab amico quippiam contendiſſe, quod contra fidem, contra iuſiurandum, contra remp. eſſet. nam hoc quidem in talibus uiris quid attinet dicere? ſi contendiſſet ſcio impetrãturum non fuiſſe: cum illi ſanctiſsimi uiri fuerint; æquè autem nefas ſit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. At uero Tib. Gracchum ſequebantur C. Carbo, C. Cato, & minimè tunc quidem C. frater, nunc idem accerrimus hoſtis.

PETR. MARS.

Audite] Hactenus quid de amicitia ſentiret alia diffinitione diſſeruit, & qualitates vt par erat recenſuit. Lælius deinceps vt ꝓpoſitũ eſt, quaſi veſtibulũ præceptorũ reſerat & legũ, quibus in amicitia ſeruatis in officio claudicabitur. [Optimi] ſtudioſiſsimi, & moderatiſſimi, quorum uota honeſtiſſima ſunt, & parenti naturæ conſentanea in primis. [Expediret] vtile eſſet atq; in re [De rep.] Cõi commodo, & adminiſtratione ciuitatis. [Alias] Interdum. [Ineuntis] Incipientis, teneræ, puerilis. At cum mutatur ætas, inquit Ariſt. alia fiunt & ipſa iucunda, quo circa cito fiunt amici, citoque deſiſtunt. nam ſimul cum eo quod ipſos afficit uoluptate, & amicitia ipſa mutatur. Amant & cito deſiſtunt eodem die, propoſitum ſæpe mutantes. [Contentione] contrario ſtudio & concreatione de aliqua re. nam diuerſa ſtudia, curæ non modo amicos, ſed & fratres amare poteſt. unde Horat. Lollium ſic inſtruit: Nec tua laudabis ſtudia, ut aliena reprendas: Nec cum uenari uolet ille poemata panges. Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi diſsiluit, donec ſuſpecta ſeuero Conticuit lyra fraternis ceſsiſſe putatur Moribus Amphion [Luxuriæ] Libidinis, uoluptariæ quem uitæ ac liberioris, & ſolutioris. [Conditionis] Qualitas, fortis dignitatis, gradus. [Commodi] utilitatis, compendij. [Prouecti] Progreſſi. [Labefactari] Concuti, maculari, pollui. [Honoris] Magiſtratus, qui præmium eſſe uidetur ciuilis uitæ. [Contẽtionem] obnixam, & obſtinatam petitionem, atq; certamen. [Peſtem] calamitatem, perniciem. [Pleriſq;] Multis, quoniam auaritia pater latiſſimè. [Optimis] Virtute pręſtantibus. [Gloriæ] Famæ, ac nominis, unde dixit Martial. Qui uelit ingenio cedere rarus erit. [Exiiſſe] Merſiſſe, enataſſe Ariſt. agens ix. Moral. de officio boni amici dicit, Atqui uerum eſt illud, quod de ſtudioſo dicitur, complura inquam ipſum agere, & amicorũ, & patriæ gratia, & ſi opus fuerit mortem obire. pecunias enim & honores abiiciet, & ea bona omnino de quibus homines decertant, ſibi uendicans honeſtatem, eundem, & circa magiſtratus modum ſeruabit. Nam hæc omnia amico ſuo cõcederet. eſt .n. hoc honeſtum ipſi atq; laudabile. merito igitur ſtudioſus eſſe uidetur anteponens omnibus honeſtatem, ſic etiam; ut & res agendas concedat amico, ſitq; honeſtius ſeipſum fuiſſe cauſam, ut agat illas amicus, quam ſi ipſemet agat. [Ad iniuriam] Vim alicui inferẽdam, & damnum aliquod atq; malum [Honeſtè] Rectè ac laudabiliter. [Ius amicitiæ] Neceſſitudinem, & officium amico debitum, ut ipſi rentur, qui amicitiam non honeſtate, ſed ſuo commodo, & voluptate dirigunt, metiuntur, expendunt. [Obſequi] obſecundare, & uotis accedere, indulgereq;. [Quiduis] Quodcunq; libuerit ſine diſcrimine atq; delectu, quod eſt contra prudentiam, & iuſtitiam. [Auderent] Audacter præſumerent citra pudorem, & modum in omni re ſeruandum. [Profiteri] Palam oſtendere polliceri, & quaſi decretum quoddam ſancire in amicorũ obſequijs. [Querela] Expoſtulatione. [Quaſi fa.] fatales quaſi mortes, & ineuitabiles calamitates. Impendere] Imminere famã caſura. [Subterfugere] Declinare ſagaci conſilio, & prouida cautione. Sapientiæ] Perſpicacis ingenij. Felicitatis] Diuinæ cuiuſdam ſortis, & domi. ſi ergo ait Ariſt. aliquod deorum eſt munus ad homines, conſentaneum eſt rationi, & felicitatem à diis ipſis dari, & eo magis, quo ceteris humanis bonis eſt præſtantius. Quatenus] Quouſq;. i. quantum poſſit honeſtè extendi, & ad quantũ, qualemq; terminum. Num debuere.] q. d. minimè, quoniam erant impia, & patrijs legibus ſeruitutem minabantur atq; interitum. oppidum Volſcorum Corioli captum eſt, inquit Liuius, uirtute, & opera Cn. Marii, qui ob hoc Coriolanus uocatus eſt, qui demum pulſus in exilium, & dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi admouit, miſſi ad eum primum legati. poſtea ſacerdotes fruſtra deprecati ſunt ne bellum patriæ inferret. Veturia mater, & Volunnia vxor impetrauerũt ab eo, vt recederet. Num Vulſcellinum] .i. Sp. Caſſium de quo ſupra cognomento Vulſcellinum auct. Dion. Halicar. lib. v. Liu. dicit, conſtat Caſſium ubi primum magiſtratu abiit damnatum, necatum. ſunt, qui patrem auctorem eius ſupplicii ferant, eum cognita domi cauſa uerberaſſe, ac necaſſe, peculiumq; filii Cereri conſecraſſe, ſignumq; inde factum, & inſcriptum, ex Caſſia familia datum. [Regnum Roma.] Diadema, & principatum de Sp. Melio dictum eſt de agrariis legibus. atque cæde T. Gracchi in officialibus comment. caſtigatis per auribus in peruulgata hiſtoria, & breuitati commentationis conſulo, ne prolixitas delicatis, quibuſdam ſtomachum moueat, quoniam, ut inquit Satyr. poeta occidit miſeros crambe repetita magiſtros, & adagium celebratur in primis, Braſſica bis mors eſt, crambe, & Iouis Corinthus. [Vexantem] Perturbantem, & confundentem publicam diſciplinam, & libertatis normam. Aequalibus] Contęneis. [Cumanus] è Cumis oppido Campaniæ ad mare prope Puteolos. unde Cumanum Cic. & Cumana Sybilla, Bloſius Cumanus, inquit Plu. Antipatri Tarſenſis philoſophi diſcipulus ad conſules perductus, cum de reb. geſtis interrogaretur, de Tiberii iuſſu cuncta feciſſe reſpondit, & tunc euadẽs in Aſiam ad Ariſtonicum fugit, deinde mortem ſibi conſciuit. [Hoſpes] Diuertes ad meum hoſpitium cum Romam peteret, hoſpitaliq; amicitia mihi coniunctus. [Aderam con.] In numero eorum, qui ad quæſtionem Gracchianæ ſeditionis, veluti, quæſitores, & iudices electi erãt. cum cõſulibus, & deputatis. In orat. pro Sext. Roſ. ſic iudices alloquitur Cic. è Senatu in hoc conſiliũ electi eſtis propter ſeueritatẽ. Deprecatũ] Ad deprecandũ, remouendumq; à ſe crimen, & reiciendum in neceſſitudinem iuris, quo T. Graccho erat deuinctus deprecari

hoc loco significat se excusare, ac prece adhibita pœnam à se remouere, abigere, amoliri. & deprecari inuidiam, est illam pro pulsare, atq; defendere. Idem Cic. pro A. Licinio: Quid inquit huic homini facias; nonne concedas interdum, ut excusationē summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur? & alibi. quid faciat Hort. auaritię ne crimina fragilitatis laude deprecetur? [Causam] Rationem. [Tanti feci] Aestimasset, tantumq; tribuisset Graccho, ut quæcunq; imperasset ille honestum sibi efficere duceret, quæ opinio corruptissima est, & custodia uinculisq; fatiganda. [Faces] Incendia. [Nefaria] Impia, & abominata. nefarium dicitur, quod sacra polluit farre solita celebrari. [Paruit] Obtemperauit. [Temeritati] Violento proposito sceleratæ mentis, & furori. [Præfuit] Dux fuit. [Comitē] socium, & sectatorem. [Furoris] Violētiæ temeritatis, cæcitatis, uesaniæ. [Ducem] Auctorem, & magistrum. [Amentia] ob hūc furorem, & impietatis conscientiam. [Quæstione noua] Inaudita, & acerba inquisitione talis coniurationis, & impietatis. Ad hostes [Ad Aristonicum Pergami regem Eumenis filium Asiæ occupatorem, qui postea bello uictus est, & Romam in triumpho ductus. Graues] Magnas, acerbas, quoniam seipsum occidit. [Iustas] Meritas, & debitas. Conciliatrix] Auctor consociationis, & causa. Opinio] Existimatio, & iudicium de uirtute alterius. [Defeceris] Discesseris, rebellaueris, cum remota sit causa coniunctionis, & beneuolentiæ, cum à simulatione quis deceptus fuerit, ait Arist. & deceptorem accusare iustum est, & magisquàm illos qui numos conficiunt adulterinos, quanto maleficium ipsum circa rem præstantiorem accidit. Non oē quod ius amabile est, sed bonum. neq; decet prauum habere amicū. non. n. amatorem prauorum esse oportet, neq; similem effici prauo, dictum est autem simile, simili esse amicum; qui emendari possunt his magis ferendum est in pecunijs, quanto præstantiores sunt, & magis amicitiæ proprij. Nihil autem absurdi uidebitur facere, qui amicitiam dissoluit. non. n. huic, aut tali amicus erat. Cum igitur mutatum ad priores mores redigere nequeat, sese ab illo seiungit. [Rectum] Iustum, honestum, laudabile. Decreuerimus] Iudicauerimus, statuerimus. Vitij] turpitudinis, & iniquitatis. [Qui ante oculos sunt] Quos uiuentes noscimus, & non quales in suis umbris, & Scholis fingunt sapiētiæ uenatores, naturæq; interpretes. [Memoriam] Recordationem à maiorib. acceptam. Vita cōis] Ciuilis consuetudo, & cōmunes mores, institutaq;, & non philosophorum decreta. Ex hoc numero] Sorte amicorū, quos nouit cōis ciuilitas, & conuersatio. Ad sa.] Humani ingenij, & rationis absolutionem. A patrib.] Ab his qui ante nos fuerunt. Collegas] In magistratu socios de censura dicam in explanatione legum. Memoriæ] Recordationi è publicis monimentis. Suspicari.] Suspicionem habere. i. leuem, aut minimam opinionem. Contendisse] Efflagitasse. Fidem] Integritatem, bonitatem, ueritatem, atq; constantiam promissorum. Iusiurandum] sacramenti religionē. Rep.] Commune bonum, atq; cōpendiū. Contendisset] Efflagitasset aliquis eorum ab amico, non impetrasset. Impetraturum] Per infinitum modū, hoc aliquando nunciatur, ut illud eiusdem actione quinta in Verrem, fore se tutos arbitrantur, sed quocūque uenerint hanc sibi rem sperant præsidio futurum. hoc inquit Gell. non refertur ad rem sicut legentibus temere, & incuriosè uidetur, neq; pro participio positum est, sed uerbum est indefinitum, neque numeris neque generibus deseruiens, sed liberum undiq;, & impromiscuum est, quali uerbo usus est C. Gracchus dicens, credo ego inimicos meos hoc dicturum, & non dicturos uidetur, nec ea ratione positum est dicturum quæ est apud Cic. futurum. Quadrigarius dixit Deos bonis benefacturum, & Antias Valerius Haruspices dixerunt omnia è sententia processurum, & Laberius, Non putaui hoc eam facturum. hi omnes, inquit infinito modo dixerunt, qui modus, neque in numeros, neq; in personas, neq; in genera distribuitur, sed omnia isthęc una eademq; declinatione complectitur. Cic. igitur usus est verbo ab omni necessitate generū absoluto. [Sanctissimi] integerrimi, perfectissimi, religiosissimi. Aequè] Similiter, pariter. Nefas] Flagitium, scelus, impietas. In Bruto sic scribit C. utinam T. Grac. C. q; Carboni talis mens ad remp. benegerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendū fuit, profecto nemo his uiris gloria præstitisset, sed eorum alter propter turbulētissimum tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratis accesserat ab ipsa rep. est interfectus. Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, uoluntaria morte à leuitate iudicum se uendicauit. C. Cato Africa. sororis filius fuit. Accerrimus] Asperrimus, uehementissimus, quoniam fraternis uestigijs postea insistens, meritas luit pœnas. C. Gracchus, inquit Liu. seditioso tribunatu acto cum Auentinum armata quoq; multitudine occupauisset, L. Opimio consule ex S. C. uocato arma populo pulsus, interēptusq; est. Statim. ait, Florus, & mortis, & legum fratris sui uindex, nō minore impetu incaluit C. Grac. qui cum pari tumultu, atq; terrore plebem in auitos agros accerseret, & recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur. Iāq; nimius, & potens altero tribunatu secunda plebe uolutaret, fretus comitū manu fatale familiæ suæ Capitolium inuasit. inde depulsus cum se in Auentinum recepisset, inde quoq; obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. insultatum quoq; mortui reliquijs, & illud sacrosanctū caput trib. pl. auro pensatū est.

AVDITE] Nihil difficilius est, quā amicitiā usq; de extremum uitæ permanere. Facit dociles auditores ostendendo se habetur tractaturum, quod amicitia difficile usq; ad mortem duratura est. [Vt non idem expediret] .i. utile non esset idem ambobus, amicis, utputa unus facit consulatum, & alter eūdē desiderat. ideo propter utilitatem dissoluitur amicitia. [Vel ut de rep.] Amicus unus fauet Cæs. alter Pompeo. Mores. n.] Procedente tempore mutantur mores. Aduersis reb.] Qui peruenit ad amplissimum statum pauperes amicos sæpe contēnit. Alias, aduersis rebus, aliquando propter inopiam cogitur ad mercaturam, alter ad honores, & dignitates peruenire nititur. [Aliàs ingrauescente ætate] Vnus appetit dignitates, alter uoluptates. Prætexta] Quæ uestis erat puerorum. [Toga] Autem erat uirilis uestis, quæ oblatis in templo militibus pueris cum solēnitate parentum imponebatur. [Quod si] Enumerat aliquas causas quibus rursus amicitia frangitur, quāuis illa durauerit aliquo tempore, cum in ea prouecti sunt amici. [Labefactari] Subaudi dicebat Scipio, totæ omnes istæ causæ, & orationes sunt dictæ ex persona Scipionis plerunq;. [Honoris contentione] Quæ modum amicitiæ rumpunt. hi enim honores potissimum in magistratibus erant, in quibus appetendis plerunque rixè inter amicos oriebantur. [Peste enim maiore] Subaudi dicebat. [Nulla. n.] est pestilentior res in frangēdo amorem, quā pecuniarum auiditas. [In pec.] Magnificis uiris certatio honoris, & gloriæ aderat. Infamis autem certatio erat pecuniæ. [Magna dissidia] Discordias magnas. dissidium componitur à dis, & sedo. [Vt aut libidinis minoris] qui lenones appellantur sicut Clodius, qui amicos multos in domo Cæs. habebat. rogabat. n. eos, ut sibi uxorem Cas. amicā redderent. qui quidē hæc denegantes se facturos, inimici ipsius efficiebantur. Aut adiutores essent ad] .i. hoc modo siquis dixisset amicis suis: Volo ut accusetis Socr. qui uir improbissimus existit; & alios deos colere nos hortatur. amici hoc facere noluerunt, quare illi inimici facti sunt. igitur ꝓpter istas quatuor causas amici lōgo tpē in amicitia prouecti inimicissimos fieri r perimus. .i. aut propter honores, aut propter pecuniarum auiditatem, aut libidinis ministerium, uel propter inferendam alicui iniuriam. [Arguerentur ab honeste quamuis] Repulsam amicis in his superioribus rebus patiuntur, reprehendunt illos, quod sibi amici non existunt, quoniam suis petitionibus obtemperare nolunt. [Illos] Subaudi semper dicebat Scip. affert enim aliam causam qua homines ab amicitia dissolui uidemus. Nonnulli quidem ab amicis omnia petere audent, quę ipsi pro suis amicis se acturos afferunt, ordo dicebat illos profiteri in illas. Postulatione se facturos omnia amici causa, q. quiduis audet postulare. Audirent] Arduum enim est, ut amici inhonesta ab amicis postulent. [Eorum querela] qui secuti non sunt, quod ab amicis petebant, super conqueruntur de hac re, quamobrem non solum dissoluuntur amicitiæ, sed sempiternæ etiam inimicitiæ geruntur ut fuit in Cic. & Clodio. Clodius enim uolebat ut Cic. testificaretur Clodium illa die, in qua ceremonias polluit, ruri extitisse, quam rem Cic. facere negauit, & ideo hinc inimicitiæ ortæ sunt. [Hæc ita multa] .i. tot causæ ministratæ sunt quæ tanquàm mortes amicitijs impendent: quas siquis fugere potuerit, uetus amicus non modo sapiens, sed etiam amicissimus appellari potuit. [Quasi fata] idest mortes. Impendere] Cum ruina minari. Declinatur autem impendeo impendes secundæ coniugationis. [Num] Memorat exempla quorundam Romanorum, quo possimus percipere amicitiæ regulā duraturam, & quantū tpis duratura sit primum, quod potius

tius frangenda est amicitia, quam causa amicorum contra patriam pugnare. [Coriolanus] Marcus, quidam clarissimus fuit imperator, & oppidum quoddã Tusciæ Coriolos nomine cœpit, à quo agnomen assumpsit, ideo M. Coriolanus dicitur, qui in exilium missus amicos plurimos congregauit, Volscorũ imperator creatus Romanis est. Magnum deinde exitium tradidit rapiendo castella, & urbem obsidendo. huius.n. amici amorem quem erga ipsum gerebant, potius frangere debebant, quã contra ciuitatem suam arma ferre. [Nũ Mel.] Spurium.s. qui propter fauorem plebis, quem per frumenta largita sibi adeptus fuerat, imperium Romanorum consequi conabatur, isti tales amici contra ciuitatis statum adiuuandi non erant. Tyb. Grac. quidem remp. uexantem] Legis agrariæ causa peremptum à Senatoribus fuisse accepimus, & cum ab amico suo Q. Tub. destitutũ fuisse legimus. [Aequalibus] In ætate, & in amore. [At. C. Blos.] Cumanus, interfecto Grac. aliqui constituebantur, qui inquisitionem facerent, si aliqui inuenirent Grac. fauentes, quoniam quidam C. Blossus inuentus est, qui cum interrogaretur si Gracchus iussisset eum faces ferre in Capitoliũ, si ille obtemperasset, dixit sic, si ille uoluisset hoc fieri malum. sed si uoluisset, quatuor manus imposuissem si tot habuissem, dummodo ei in aliqua re obtẽperare potuissem. [Cumanus] A Cumis uenit Apuliæ ciuitate. Comum autẽ ciuitas supra Bergomum, suum facit gentile Comensem. [Hospes] Familiæ nostrę Scæuola, qui quidem Blosius amicitiam Scæuolæ tenuit. Hospes erat externus amicus, ideo hospitum quondam maxima erat amicitia. quod confirmat Virg. j. Aen. hospitibus, nã te dare iura loquuntur. [Cum ad me Lælius fuerat electus vnà cum consulibus.s. Lenate, & Rutilio, qui examinationem amicorum Gracchi facerent, ideo dixit cum Blossus venisset ad me in consilium. [Deprecatum] Ad deprecandum hoc est remouẽdum à se crimen, deprocor hic significat remoueo, alias dicitur deprecor ualde precor. [Quod tanti] Sibi tantã existimationẽ faciebat de Graccho, ut hac de causa scelus contra remp. constitutum sibi ignosci à me petebat. [Fecisset] Existimasset. facere, existimationem habere de aliquo, deinde facere agere dicimus. [Vt, quidquid ille] .i. Gracchus uellet me facturum fuisse fateor. [Tum ego] Subaudi interrogare cœpi, etiam ne si Gracchus vellet eum ferre facem in Capitolium, si hoc perfecisset. Blossus ille, inquit, Nunquam uol. quidem id Gracchus; sed si uoluisset, obsequens fuissem, & omnia pro ipso cõtra remp. [Videtis] Prosequitur in reprehensione huius Blossi, qui post mortem T. Grac. se in Asiam contulit ad quendam regem, nomine Aristonem, qui tum contra Romanos bella gerebat, & tandem Blossus à Romanis in illis bellis peremptus est. [Nefaria uox] Crudelis uox, ut diceret se facturum fuisse pro Graccho etiam cõtra remp. [Nefaria] Quæ nullo farre, & sacrificio piari posset. [Temeritati] Consilio temerario non solum parui, sed etiam præfuit, & usus tanquam suis fuit illius consilijs. [Comitem] Improprie posuit. socium dicimus aliquem ad aliquod per agendum coniunctum. [Noua q.] noua criminis inquisitione. quæstio inquisitio dicitur, quæ à quæsitore iudice maleficiorum nascitur. [Ius] Iustum est, ut hostis suæ ciuitatis malam, & acerbam perficiat mortem. [Nulla est igitur excusatio] Hanc Blossi dementiam cõcludit, qui causa Gracchi amici, sceleris sui excusationem affert. Nam cum virtus ipsa ex qua proficiscitur amicitia; ut diximus, amicitia oritur à uirtute; quamuis amoris principium habemus à natura, igitur Lælius in presentiarum amicitiam ostendit non durare posse sine virtute; neque amicos esse nisi uirtute prediti sint. [Conciliatrix] .i. genitrix esse amicitiæ. conciliare dicimus amicum facere, reconciliare de inimicis amicos reddere. [Difficile est] Impossibile est amicitiam stare, ubi deficit uirtus. [Quod si rectum statuerimus] Si firmabimus nos non petere, neq; concedere amicis nisi rem iustam, in quo sapientes appellabimur. [Sumus] Alias legitur simus.i. debemus sapientia. Sed loquimur] Non loquimur Stoice, sed de his uiris, quos uidimus communi opinione sapientes appellari. [Proxime] Quam magis propinquant ad sapientiam nobis erunt exemplo, quomodo ab amicis suis semper honesta petebant, & omnia cum uirtute suis amicis concedebant. Paulum Aem.] Scipionis minoris genitorem. Sic à patribus accepimus] Parenthesis est. [Censura] Duplex fuit in vrbe censura magistratus.s. unus plebeius, & alter nobilium, appellatus est Censura, quoniam inuentus fuit an censum, & ad diuitias iudicãdas, deinde hominũ mores ad iura sua recepit, & tantum tenuit primam nominis impositionem, ut etiam censura uocaretur, quamuis de moribus iudicium proferret. [Memoriæ traditum est] Per scripturas hoc accepimus. [Ne suspicari, quidem] More suo semper, quidem inter ponit, quoties nõ, præcedit, quod apud Latinè loquentes obseruandum est. [Cõtendere est cum uehementia petere. Inquit, igitur Lælius, nõ solum suspicari possumus huius generis uiros aliquid ab amicis petere, seu ipsis amicis concedere, quod non sit rectum. [Fidem] Promissio simplex, quæ secundum Cc. à fio, & dico uenit, ut quod promissum sit uel dictum, fiat. [Iusiurandum] Hoc est, plusquam fides, & simplex promissio, sed hoc ultra promissum iuramentum accedit contra remp. oratio crescit. [Quid attinet dicere] Quid oportet talia de his uiris colloqui? ac si dicat virtute præditi uiri talia non fecissent. [Scio] Nam nõ dicit puto, sed certè scio, quod si aliquis ab his iniusta contendisset, nõ importasset. Scire, est aliqua ratione, & causa cognoscere. [Sanctissimi] Inuiolatissimi, alias sanctissimi appellantur. [At uero] Ostendit per exempla maiorum uirorum, quomodo sit idem scelus facere turpia; & eadẽ interrogare. Præterea posuit, quod per contrarium cognoscere possumus illud, quod actum est, videmus inter amicos sapientia ornatos, nihil fieri nisi honestũ sit. Nunc ostendit contrarium, quod mali uiri adinuicem coniuncti semper flagitiosa inter se petunt. [Caius Carb.] qui etiã coniurationem T. Gracc. sequebatur. Hæc.n. amicitia, quæ est inter tales, non amicitia uocanda est, sed conspiratio, uel cõiuratio. [C. Cato] Alter de factione Gracchorum. non .n. fuit iste illa familia nobiliss. Catonũ. C. frater] Apparuit T. Grac. in somno fratri suo, C. Grac. nuncians sibi, ut caueret, ne suam uiam de lege agr. sequeretur, quoniam ipse etiam uita priuaretur. Ipse autem C. Grac. ante mortem fratris non factioni sui fratris aderat, sed post mortem aliquot annos creatus est trib. pl. & eandem uiam fratris sequi uoluit, qui tandem à nobilibus occisus est. Ait.n. Læl. quod nunquam de hac lege mentio facta fuit sine magno detrimẽto, & sparsione sanguinis. Et minimè] Tunc qui hostis fuit.s. nam hic C. Grac. ut diximus in coniuratione fraterna minime fuit. Tunc idem acer.] .s. hostis contra remp. ut diuideret agros post fratris mortem hanc suscitatus est legem. non enim hoc malum erat, ut nobiles restituerent plebi agrorum partem, quam ultra debitum possidebant, sed erat quædam uexatio, & agitatio ciuitatis. Illi enim agros uendiderant, uel filiabus in dotem dederant, ideo magna erat confusio.

AVDITE uero] In hac parte docet nihil esse difficilius, quàm amicitiam ad extremum usque diem uitæ permanere, & ita ex rei difficultate attentos facit. ex utilitate beneuolos reddit, & hic ex propositione dicendorum dociles. Ordo est, optimi uiri Scæu. & Fanni, audite uero.i. uerum, aut non omnia, uerum ea quæ disserebantur dum simul uiueremus sæpissimè de amicitia inter me, & Scipionem, quanquam .i. audite tamen, quanquàm ille.s. Scipio quidem.i. certè dicebat nihil esse difficilius, quam amicitiam permanere usque ad extremum diem uitæ. Nam sup. dicebat incidere.i. euenire incidentaliter sæpe, ut non idem expediret .i. utile esset utriq; .s. amicorum, uel ut non sentiret i. de rep. i. de administratione reipu. & dicebat sup. etiam mores hominum mutari sæpe, alias .i. alio tempore hoc est interdum reb. aduersis.i. per res aduersas, quia ut dicit Terent. in Hecy. ut res dant sese. ita magni atq; humiles sumus. Itaque in reb. lætis beneficentissimi, incipiunt in aduersis esse tenaciores, alias.i. alio tempore, hoc est interdum ætate ingrauescente.i. grauedinem inducente; atq; capiebat exẽplũ earum rerum ex similitudine ætatis ineuntis .i. infantiæ, aut pueritiæ, quod .i. quia summi amores puerorum.i. quos habebant in pueritia deponeretur sæpe una.i. pariter, cum prætexta .i. ueste nobilium puerorum .s. deposita, anno 14 & toga.i. ueste uirili assumpta eodem die. Sin autem .i. sed si pueri perduxissent sup. amicitiam ad adolescentiam s. consummatam, dicebat sup. eam tamen.i. nihilominus dirimi.i. dissolui contẽtione.i. æmulatione studiorum, uel conditione luxuriæ, ut propter Venerem, uel alicuius commodi, quod uterq; non posset adipisci idem, ut fit in equo, aut cane comparando. cum unus tantum sit egregius. Quod si essent prouecti in amicitiam longius.s. quantũ in adolescẽtiã usq; dicebat sup. amicitiam, tamẽ .i. nihilominus labefactari.i. remitti, & dissolui si incidissent in cõtentionẽ.i. cõpetitionẽ honoris.i alicuius magistratus honorifici. Enim pro quia, dicebat nullã pestẽ esse maiorẽ in amicitijs,

C.

tiis, quam cupiditatem pecuniæ in plerisque. i. quæ erat in quā plurimis. i. in vulgaribus. Vnde Maro Aen. 6. Aut qui diuitiis soli incubuere repertis, Nec part posuere suis, quæ plurima turba est. [Omnes n. studēt auaritiæ potius quā certamini honoris, & gloriæ] In quibusque optimis, idest optimo ingenio præditis, ut postea patuit in Cæs. & Pompeio. unde, & Tacitus, Quinetiam sapientibus cupido glorię nouissima exuitur. Optimus ergo quisque nondum consummatæ uirtutis a gloria titillatur, & ad amicitiæ uiolationem cupiditate gloriæ inuitatur. Ex quo. i. ex qua re nos uidemus maximas inimicitias extitisse sæpe inter amicissimos. s. prius. Et uidemus etiam magna dissidia, & plerunque, idest, ut plurimum iusta nasci, cum postularetur aliquid ab amicis, quod nō esset certum (in qua re peccat, qui petit, non qui recusat) ut cum postularetur, ut essent, aut ministri libidinis. s. explendæ, aut adiutores ad iniuriam. s. alicui inferendam Quod. i. quam rem hi qui facerent, quamuis facerent. i. honeste, arguerentur, tamen ab his quibus nollent obsequi, idest morem gerere, deserere ius amicitiæ, cum tamē minime desererent. Aūt pro sed, dicebat sup. illos, aut quod uidemus illos, qui auderent postulare ab amicis quiduis. i. quidlibet tam licitum, quam illicitum profiteri ipsa postulatione, idest inter postulandum, uel dum postularent se facturos omnia tam illicita quam licita, & tam inhonesta, quam honesta causa amici, & ita tales hi peccant, & quod inhonesta petant, & quod inhonesta si petantur, se facturos profiteantur. Et dicebant, aut uidemus, non modo. i. non solum familiaritates solere extingui querelam per querelam eorum. i. eiusmodi hominum inueterata. i. in consuetudinē adducta, seu deducta, sed etiam maxima atque sempiterna odia sup. solere gigni. Itaque. i. dicebat sup. hac multa, quasi fata. i. exitia impendere amicitiis ita. i. intantum, ut diceret omnia, omnes partes non modo sapientiæ, sed etiam facilitatis, quæ esset in amicitia uideri sibi subterfugere. i. euanescere, & elabi. [Quamobrem] Docet quatenus amicitiæ concedenda, q̄ pulchre diffinitum legimus apud A. Gel. quia usque ad Deos. i. sine offensione dei, aut transgresione mandati diuini. Ordo est, quamobrem. i. qua propter cum tanta odia incidant inter amicos, uideamus, si placet uobis, primum id, uidelicet quantus. i. quousque amor in amicitia. i. qui esse debet inter amicos, debeat progredi. i. extendi. nū. i. nunquid, q. d. minime. Coriolanus. s. Marcus à deuictis Tuscis sic dictus, de quo Liu. plurima, & Valerius non pauca disserit, si. i. tam etsi. habuit amicos. s. Romæ, & extra Romam, illi debuere ferre cum Coriolano arma contra patriam, q. d. minime, cum etiam matrem se illi ostendit inimicam fore, dum patriæ reconciliaretur, vnde ipsa quod neque pontifices, neque feciales, neque primores Romæ poterant, efficit, ut ab obsidione urbis secederet. Nū i. nūquid amici debuerunt iuuare Becillimum ciuem illum Romanum appetentem regnum. i. dominationem in libera ciuitate? q. d. minime. Et num. i. nunquid debuerunt iuuare Sp. Melium etiam appetentem regnum frumentaria largitione? q. d. etiā nequaquam. quidem. i. certe nos uidebimus. s. illa tempestate qua hæc fierent, T. Gracchum uexantem rēp. per legem agrariam, quam ferre uolebat (sicut & frater ob eandem rem cæsus. unde Iuuen. Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?) derelictum à Q. Tuberone, & ab amicis æqualibus. i. coæuis. At. i. sed econtrario: Caius Blossus Cumanus ex Cuma ciuitate Italica hospes ò Scæ. nostræ familiæ. i. a quo mutuo hospitio familia nostra recipi solebat. Olim .n. non erant tot diuersoria mercenaria, nec tot cauponæ ad quas se peregrinātes reciperent, sed viri probi hēbant in urbibus, & pagis magnis hos hospites, quos recipiebant gratis, & à quibus dum ad illos se diuertissent gratis recipiebantur. Vnde factū esse reor, ut hospitor, & hospes communiter significet, quia qui recipiebantur tenebantur etiam recipere. Cum. i. quando uenisset ad me tanquam ad hospitem suum, qui. s. ego aderam in consilio cum Lenate. s. Tito, & Rutilio consulibus, uenisse dico deprecatum. i. purgatum culpam suam, aut precatum ne censeatur in culpa, asserebat sibi hanc causam cur. i. ob quam ignoscerem sibi quod fecisset. i. existimasset T. Gracchum tanti. i. momenti ualoris esse, ut putaret sibi faciendum sup. esse. i. à se fieri debere, quidquid ille uellet. Tum. i. tunc cum id assereret, ego inquam. i. dico etiam ne supp. putaret faciendum si sup. Gracchus uellet ferre. i. inferre faces. i. faculas inflammatas i. Capitolium, idest ad incendendum Capitolium. Ipse Blossus inquit. i. respondit, quidem, idest certe Gracchus supp. nunquā uoluisset, sed si uoluisset, idest iussisset, paruissem, idest obediuissem ei. Videtis ò generi mei, quam. i. quantum nefaria. i. detestanda supp. sit hæc uox, & hercle ipse fecit ita sicut dixerat se facturum, uel fecit etiam plus quam dixit. Non enim ille paruit solum, sed etiam præfuit. i. ad executionem præcipuus fuit temeritati Tiberij. s. Gracchi. Nec prębuit. i. exhibuit. se comitem. i. adiutorem furoris illius. s. Tiberij, sed ducem. i. ut dicunt capitaneum, & principem. Itaque hac amentia. i. propter hanc amentiam, perterritus noua quæstione, idest inquisitione, & ut dicunt informatione eorum, qui consenserant, aut complices fuerant, profugit in Asiam ad Aristomachum regem, apud quem sibi mortem consciuit, & contulit se ad hostes, & persoluit reip. graues, sed iustas. i. meritas pœnas. s. capitis. Igitur nulla est excusatio peccati, si peccaueris causa amici. Nam cum opinio uirtutis. i. de uirtute alterius fuerit conciliatrix. i. effectrix, & si dicam nutrix amicitiæ, difficile est tenere. s. te amicitiam, si defeceris à uirtute. i. si dereliqueris uirtutem. Quod si statuerimus. i. censuerimus rectum sup. esse uel concedere amicis quidquid uelint, uel impetrare. i. obtinere ab amicis quidquid uelimus, nos qui id recte facimus sumus, aut simus. i. oportet, ut simus sapientia perfecta. i. habentes sapientiam perfectam, si res nihil habeat uitij, quia qui perfecte sapientia est præditus, neque rogabit, neque rogatus faciet q̄dquam inhonestum, aut indecens causa amicitiæ, sed nos loquimur de his amicis. s. communi, & uulgata sapientia pręditis, qui peccare possunt, qui sunt ante oculos nostros, aut de quibus accepimus memoriam, aut quos communis uita notauit, q. d. nō de illis quos Stoici sibi fingunt, sed ostēdere nequeunt, cū nullæ adhuc tales extiterint secundum hūc, & reuera nō nisi unus Christus Iesus sapientia dei patris. Exempla sunt nobis sumenda ex hoc numero. s. sapientum sapientia communi, & quidem eorum, qui accedunt proxime ad sapientiam. s. ueram, licet nō attingit eam. Nos uidimus Paulum Aemilium. s. Macedonicū familiarem Caio Lus. fuisse, sic accepimus à patribus sup. nostris, q. d. cum id non uiderim affirmare non ausim bis consules, & collegas in censura una. i. pariter. i. gessisse bis simul consulatum, & censuram in, qua grauissimi uiri mores ciuiū censebant, & notabant ac mulctabant uitiosos. Et traditū est memoriæ Mannium (sic melius quam Marcum leges) Curium, & Tib. Coruncanum fuisse tum. i. tunc coniunctissimos inter se cum ab iis, s. duobus, Aemilio & Lus. igitur ne suspicari quidem possumus, q. d. tantum abest, ut affirmare, aut firmiter credere audeamus, ut ne suspicari quidem possimus quenquā horum contendisse. i. contēdendo postulasse quippiam ab amico, quod esset contra fidem, contra iusiurandum, contra remp. Nam quid quidem attinet dicere? q. d. nihil, si Curius, & Coruncanus cōtendissent hæc in talibus uiris, quales Paulus Aemilius, & C. Luscinius, scio non fuisse imperaturos. s. ab illis, cū illi fuerint uiri sanctissimi i. incorruptissimi. Autem pro sed, æque. i. ęqualiter nefas sit, & rogatum facere aliquid tale, & rogaret, idest tantū peccaret, quam faceret si rogaretur, quan tū qui rogaret, cum tamen interdum grauius peccet, qui petit, quam qui facit, ut in debito coniugali tempore nō debito. Vero pro sed, C. Carbo, & C. Cato, & Caius frater. s. Tib. Gracchi, tunc quidem. s. cū sequeretur fratrē minime inimicus sup. nobis aut reip. Nunc, idem, idest itidem, aut consimiliter acerrimus hostis, quia æque seditiosus postea inuentus sequebatur Tib. Gracchum supple in factione, quod facere non debebant, & ita peccauerunt ob amicitiam.

Haec igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. turpis enim excusatio est, & minime accipienda, cum in ceteris peccatis, tum siquis cōtra remp. se amici causa fecisse fateatur. etenim eo loco, Fanni, & Scæuola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reip. deflexit enim iam aliquantulum de spatio, curriculoque consuetudo maiorum. Tib. Graccus regnum occupare conatus est, uel regnauit is quidem paucos menses. num quia simile populus R. audierat aut uiderat?

derat?hunc etiam post mortem secuti amici, & propinqui quid in P.Scipionē effecerint, sine lacrymis nō queo dicere. nam Carbonem quoq;, quem modo posuimus, propter recentem pœnam Tib.Gracchi sustinuimus. de C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari. serpit.n. deinde res, quæ procliuis ad perniciē, cum semel cœpit, labitur. uidetis in tabella iam ante quāta sit facta labes. primo Gabinia lege, biēnio autem post Cassia. uidere iam uideor populum R. à senatu disiunctum, multitudinisq; arbitrio res maximas agi. plures.n. discent, quemadmodum hæc fiant, quam quemadmodū his resistatur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo, quid quàm tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, ut, si eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magna re aliqua in rep. peccantibus non discedant. improbis autem pœna statuenda est, nec minor uero iis qui secuti erunt alterū, quàm iis, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui cum imperator bello Persico seruitute Græciā liberasset, propterq; inuidiam in exilium pulsus esset, ingratæ patriæ iniuriā non tulit, quàm ferre debuit. fecit idem quod xx. annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriā inuentus est nemo. itaq; mortē sibi uterq; consciuit. quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio uindicanda; vt neque sibi concessum putet, amicum, bellum patriæ inferētem, sequi. Quod quidem, ut res ire cœpit, haud scio, an aliquando futurum sit. Mihi autē non minori curæ est, qualis resp. post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit.

PETR. MARS.

LEx] formula seruanda in iure familiaris atque præscriptum, ad quod viuant præsentes futurique amici. [Sanciatur] Decernatur, inuiolabiliter obseruanda firmetur. Sanctæ dicuntur leges, quæ omni obseruatione inuiolatæ sunt, ac per hoc firme, stabilesque. [Turpes] uitiosas, uides. [Turpis] probrosa, culpabilis. [Minimè accipienda] Improbanda, & reiicienda. [Peccatis] delictis, & præuaricationibus. [Eo loco] dignitate, gradu, conditione senatoria, sorteque honoris. [Longè prospicere] Ante videre, ac futura è præteritis mente complecti, quod prouidentiæ munus est. [Oporteat] Necessarium sit, ne ingrati uideamur reip. quæ Senatoria dignitate nos honestauit. de Senatoris officio dicam copiosius in explanatione legum. [Casus] Infortunia, uarios euentus, & mutationes. [Deflexit] declinauit, exorbitauit. [De spatio] stadio, campo. translatio est à curribus cursum obliquantibus. [Curriculo] Orbita loco, & interuallo in quo triges, quadrigæ currunt. icirco ponitur hæc similitudo, quoniam talis cursus, & ludus honori numinum, & populi uoto atq. oblectationibus frequentabatur apud Rom. factionibus agitatorum uario studio, certamineq. fauentes. [Consuetudo maiorum] Auitus mos, & uetus moderatissimæ reip. disciplina, quæ iam perturbatur furoribus tribunitijs, atq. confunditur. confunduntur. [Regnum] Monarchiam Rom. imperii. [Propinqui] Genere coniuncti, & affinitate. Plut. agens de Gracchis dicit, sed cum grauis esset plebi mors T. Gracchi, & iam uindicta, nec non accusatores contra Scipionem Nasicam pararentur, anxius de salute ipsius Nasicæ Senatus, liberam illi legationem in Asiam decreuit. nō.n. obscura erant P. R. odia. sed damnabant occurrentes, maledictis incessebant tyrannum cæde tribunitia fędatum, pollutumq. inexpiabilem uocitantes. Nasica igitur quanquam maximo sacerdotio alligatus, tamen eā ob causam Italia cessit, & in Asiam transmittens nō multo post apud Pergamum diem supremum obijt. [Sustinuimus] Tolerauimus quanquam seditiosum, ne cedes cædi adderetur, & cruor cruori, quo adhuc madebat ciuitas, & Senatoriæ manus, auct. Nasica, quamuis priuato, ut in officialibus libris dictum est. cum Carbo trib. pl. inquit Liuius, rogationem tulisset, ut eundem trib. pl. quoties quidem uellet creari liberet, rogationem eius P. Africanus grauissima oratione dissuasit. In qua dixit T. Gracchum iure cæsum uideri. C. Gracchus contra suasit rogationem, sed Scipio censuit seditiones deinde à triumuiris, Fuluio Flac. C. Graccho, & C. Carbone de agro diuidēdo creatis excitatæ, quibus cum P. Africanus aduersaretur, fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuētus est. [Non libet augurari] Non placet diuinare ac præsagire, ne meæ reip. ominari uidear, & odio moueri in C. Gracchum, fratris sui, ut ita dixerim discipulum, & magistro fortasse deteriorem. [Serpit] Repit paulatim, mouet, extenditur. [Deinde] Successiue. [Procliuis] prona, & deuergens. [Ad perniciem] Mortem, ruinam, calamitatem. [Labitur] decurrit, uiresq; subinde acquirit, & auget. [Imbecillis] primo ominis affectus ait Sen. in epist. deinde ipse concitat, & uires dum procedit parat, excluditur facilius, quam expellitur. [In tabella] In tabellaria lege, quæ populo concedebat, ut tabella daret in comitijs suffragiū. quatuor fuerunt leges tabellariæ eodem auct. in Leg. prima Gabinia de magistratibus mandandis. Secunda Cassia de populi iudicio. Tertia Carbonis de iubendis legibus ac uetandis. Cæli quarta de perduellione.i. crimine hostilitatis. Asc. Pæd dicit, L. Cassius Longinus trib. pl. C. Mario, C. Flacco cos. legem tulit, ut populus iudicia firmaret. [Labe] ruina ueteris disciplinæ, & macula iniusta Senatoriæ dignitatis, quis non sentit, ait, idem, in legibus omnem auctoritatem optimatum tabellarum legem sustulisse? Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in quæ bonis ignorantibus, quid quisq; sentiret, uitiosum occultaret suffragium. [Populum] Cætum omnem, atq; ordinem abiunctum à Senatorio, in quo erat summa auctoritas, maximumq; consilium iure ac merito dicebatur. Romanæ reip. ordines hi erant. Senatus, Equites, Tribuni ærarij, Scribæ, Ingenui, Libertini, Opifices, Serui. Populus, & plebs, inquit Iustin. in instit. differunt, quo genus, & species. Nam populi appellatione uniuersi ciues significantur cōnumeratis etiam patricijs. plebis uero nomine ceteri ciues notantur. hæc ille, sed Cic. popul pro plebe ponit. publicæ inscriptiones erant S.P.Q.R. In iij. de rep. ut refert Lact. agens Tull. de lege naturali, ac diuina dicit. Nec, aut per populum solui hac lege possumus. In orat. pro Sex. ait idem Cic. Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui uersari in rep. atq; in ea se excellentius gerere studuerunt, quibus è generibus alteri se populares, alteri optimates, & haberi, & esse uoluerunt, qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant multitudini iucunda esse uolebant populares. qui autem ita se gerebat, ut sua consilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur. [Multitudinis] Populi, & vulgi. [Arbitrio] volūtate, iudicio, libidine. [Res maximas] Grauissimas reip. statum cōtinentes, quæ prius in Senatus auctoritate, atq; consilio sitæ erant. [Agi] Tractari, administrari ducibus tribunis in quibus pensi est nihil, sed temeritas tantum, & audacia. [Resistatur] Constāter ac fortiter repugnetur. [Socijs] conspirantium, & coniuratium opibus, & auxilijs, & sic naturæ indulgentissimæ parentibus munera, & dona in humanam perniciem conuertuntur, quod summum re dolet scelus, & impietatem, ad bonum non ad malum sociati homines sunt, & congregati. Quæcunque uaga nascebantur, inquit Seneca disserēs de beneficijs, & actura segregent uitam armata sunt, hominē imbecilla uis cingit, non unguium uis, non dentium terribilē ceteris fecit. Nudum, & infirmum societas munit. Duas res dedit, quæ illum ualidissimum facerent, rationem, & societatem. Itaq; qui par esse nulli posset, si duceretur societas, ille omniū animalium dum dedit. Hæc fortes non facit, quoniam licet cō tra Fortunam aduocare. [Improbis] Temerariis, iniquis omnia sibi permittentibus, nihilq; prohibentibus. unde ducta improbitas. [Statuenda] Ponenda, decernenda, facienda. [Duces] Auctores, capita factionum, & principes. [Clarior] Illustrior ob Salaminā uictoris in primis de Xerxe Persarū rege. uerus fuit Atheniensium institutum potentes uiros, atque gloriam rerum gestarum illustres Ostracismo damnare ad decem annorū exilium Themistoclem, inquit Plut. testularum suffragijs ex urbe eiecerunt, eiusq; dignitatem, ac nimias opes depresserunt, ut soliti erant facere in omnes quorum potentiam grauem, & minimè ferendam existimassent, & popularem æquabilitatem, atque

atq; modum excedere cernerent. Nec eiusmodi exilium animaduersio erat, sed lenitio leuatioq; inuidiæ, quæ claros uiros depressos semper, & sodidatos esse cupit, & in huiusmodi ignominiam ueluti flato quodam odium omne contendit, & acerbitatem. hæc Plut. Themistocles exilio tali multatus Argos in Peloponneso concessit, ubi res nouas moliens, ut inimici criminabantur, suspicionem auxit suis ciuibus, qua propter in Asiã ad patriæ suæ hostes cõfugit. obiit tãdem epoto taurino cruore, qui, ut inquit Plinius, celerrimè coit, atque durescit, ideo pestifer potu maximè. [Iniuriam non tulit] Aequo animo non tolerauit. ut bonum decuisset ciuem, qui patriæ irasci non debet. unde celebratur à Silio Fab. Max. æquanimiter ferens talẽ notam inuidiæ suæ dignitati inustam his uersibus. Namq; hoc ne dubites longæui natura parentis Accipe, & æternum fixum sup. pectora serua, Succensere nefas patriæ, nec fœdior ullo Culpa sub extremas fertur mortalibus umbras Sic docuere selnes quantus, qualisq; fuisti. Cum pulsus late, & extorris Capitolia curru Intrares exul tibi corpora cæsa Camille Damnata quot sunt dextra, pacata fuissent. Ni consulta uiro, mensq; impenetrabilis iræ, Mutassentq; solũ sceptris Aeneia regna. Nullaq; nunc stares terrarũ uertice Roma, pone iras ò nate meas. Vterq; Plu. & Dion. interfectum fuisse Martium à Volscis scripserunt. [Consciuit] Aduocauit, intulit [Consensio] Conspiratio, & magis propriè coniuratio. [Tegenda] prætextu quodam uelanda. [Vindicanda] Coercenda, fatiganda, punienda. [Ire] Serpere, progredi. [Aliquando] Tandem. [Curæ] Studio, quod patriæ debetur, cui pro uiribus consulendum est, & securitati nepotum prospiciendum, quod studiosè illi agunt, qui futura secula pertinere ad se arbitrantur, & de humano genere benemerentes de animorum immortalitate rectè sentiunt. unde ab ominata uox illorum ducenda est, qui negãt se recusare quominus deflagratio mundi subsequatur ipsis mortuis.

OMNI BONI. HAEC igitur sanciatur] idest firmetur, ut neque turpia rogemus, neque rogati turpia concedamus, nam æquali pœna; rogans, & concedens puniendus est. [In ceteris pec.] Sicut fuisse aliquod contra remp. cau sa amici, hęc esset turpis excusatio, neque admittenda. [Etiam san.] reddit rationem quare mẽtionem fecit; quod amici non sequantur uiam suorum amicorũ contra remp. quoniam iam futuras calamitates reip. prognosticantur pro loco locati sunt. f. ne socius sit aliquis contra ciuitatem suam. [Consuetudo maiorum] Quæ fuit integra, & uirtute prædita iam incepit deuiare, ut aliqui in orbe mores inueniunt, qui illam in repu. obseruatam consuetudinem non tenent. [Deflexit] Tracta est similitudo ab uno cursu, qui deuiat in aliam partem. [De sp.] f. uirtutis, & integritatis, quam maiores clarissimi uiri in sua obseruabant ciuitate. [Curriculo] Hoc curriculum dicitur stadiũ, ideo curriculo, scilicet uirtutis, alias curriculum paruus currus dicitur, unde nascitur curriculo aduerbium, idest Cito. [T. Grac.] Ponitur exemplum quomodo maiorum consuetudo deuiare cœpit, nam iste Grac. de quo superius dictum est, fauote populari cœpit cum illa sua lege agraria ciuitatem uexare. [Occupare] Est rem alienã possidere. [Vel regnauit] color Rhetoricus appellatur correctio, nõ solum uoluit regnum occupare, sed per paucos regnauit menses. [Per pau. men.] A. Gell. de noctibus Atticis, inquit, quod nomina tempus significantia si temporis spatium continuatum fuerit semper in accusatiuo absque præpositione ponantur, si aliqua interfuerit intermissio, ponantur in ablatiuo. [Nũquid si] Certè non aliquid simile P. R. [Viderat tr.] Gracchus princeps fuit perniciei Romanæ, quẽ multi in hoc secuti sunt, ut paulo post demonstrabimus. [Secuti ami. & pr.] propinqui magnopere sunt reprehendendi, & etiam puniendi, ut amici contra statum ciuitatis mutati sint. [Quod in P. Scipionem] Scipio huius Lælii familiaris cum reuerteretur maximo cum triumpho ab hostibus debellatis rogatus fuit quid sibi de morte Grac. uideretur, cuius responsum fuit, quod iure fuisse occisus sibi uidebatur, qua ex re amici Gracchi indignatione ducti ipsum in sequenti nocte morti tradiderunt. hic autem notandũ est, quod superius diximus hũc Scip. fuisse interfectum, quoniam agrariam legem imitatus fuit, & eam uiam Gracchi habere uoluit, quam rem sic à lectore percepimus, vel fortè ignoramus. [Nã Carbonem sustinuimus] occurrit tacitæ obiectioni alicui sic obiicienti, quare Carbonem ita familiarem Gracchi cõtra rẽp. pro suo amico omnia facturum non necastis? respondet Læl. hunc sustinuimus ne maior fieret in rep. cædes, & rixa inter ciues. [Non libet mihi augurari.] q. d. non placet mihi alicui pestem prognosticari. [Serpit deinde res] Latenter intrat ista pestis Gracchorum. Iam princeps futuræ pestis Romanæ labitur, cum iam cœpit pestis esse inclinata ad ciuitatis perniciem, fluit deinde tanquam torrens quidam. Multi postea inuenti sunt, qui istas factiones imitari uoluerunt, sicut Marius, & Sylla. Marius fauebat plebi, ut fecit Gracchus, Sylla fauens semper fuit senatui, & nobilibus. [In tabella] Proscripti uocabãtur, qui erãt positi in illa tabella sæpenumero, ut diuitias consequi possent, diuites bonos uiros proscribebãt, qui omnes proscripti ab uno quoque occidi impune poterant. [Gabinia] Gabinius fecit legem, quæ iubebat, ut proscriptorum tabella fieret, post duos annos surrexit Cassius, qui aliã cõdidit legem de occidẽdis proscriptis. [Videte iam vi.] Loqui eum facit Cic. quasi diuinantẽ futura, quæ tamen tempore Cic. istæ rixæ fuerunt factæ. [Populum à Senatu] Vt diximus de Mario, & Sylla, post illos fuit Pompe. & Cæs. Pompeius fauorem senatus habebat, Cæs. autẽ populari fauore fretus est. Ideo, inquit, videre uideor populum à senatu disiũctum, populus sine nominatione; Senatus omnes in se comprehendit, scilicet plebem, & senatum, sed cum interponitur senatus intelligimus per populum solam plebem. [Arbitrio mul.] non geruntur res secundum uirtutem, sed pro, ut intelligit uotum multitudinis. [Plures discent] Plures sunt illi, qui discunt istas factiones, quã discant obsistere ipsis factionibus. non enim timent pœnas, sed dicunt illi facti sunt magni ciuitate per seditiones, & factiones, sic etiam ego intelligo facere, & melius aduertam, quàm Gracchus, qui occisus fuit. [His resistatur] nullus doceri uult quomodo obsistatur illis factionibus. [Quorsum hæc] Ad propositum concludit, quod istæ factiones, & perturbationes non fierent sine amicorum, & socio rum conuentu. [Ignari] idest si boni putauerint aliquem esse bonum uirum, & illius amicitiam adepti sint, quem postea sciuerint flagitiosum, potissimum contra remp. illis præcipiendũ est, ut illi amicitiam destituant [Quas clarior] ostendit exẽplũ, quod improbi nil contra patriam statueret nisi auxilio amicorũ, igitur æquali supplicio puniendi sunt, & qui eis prosunt. [Themistocles] Clarus fuit Imperator, qui Athenas suam ciuitatem à seruitute liberauit Xerxis regis Persarum, deinde in exilium missus ad regem illum quem cum multis millibus hominum profligauerat se intulit, & eum dominum Greciæ Themistocles facere promisit. hoc n. non promisisset nisi spem in amicorum auxilio habuisset. qua ex re perspici potest, quanta nascuntur mala ex improborum amicitia hominum. [Quam ser. de.] Iniuriam à patria sibi traditam æquo animo Themistocles tolerare debebat, quoniam filius contra matrem, idest ciuis cõtra patriam nunquam ius irascendi habet. [Coriolanus à xx. annis] Ante hanc disputationem amicitiæ: Coriolanus, qui debellauerat Coriolos in exilium missus est, qui deinde, ut tactum est superius Volscorum rex creatus Romã obsedit, de qua quidem obsidione recedere nunquàm precibus aliquorum nisi fletu matris, & uxoris voluit. posuit exemplum unum externum, & aliud domesticum [Is ad.] Themistocles, & Coriolanus spe amicorum contra ciuitates suas fuerunt, & tamen nullus est inuẽtus illis auxiliari. qua propter ira, & amicitia ducti se ambos occiderunt. Themistocles de sanguine tauri mactati potauit, quem digerere non potuit, & hoc modo cõsumpsit suam uitã spe amicorum Xerxi dominium Græciæ promiserat, quod tamen non potuit, ideo occidit se. Coriolanus, ut dr̃, quia semet ab amicis destitutum necauit. Excusatione amicitiæ] Improbi amici, qui se amicorum causa aliquid contra ciuitatem fecisse dicunt puniendi sunt. [Quod quidem, ut res ire cœpit] Ignoro, inquit Læl. si in futurum aliquando sit, sicut iã incepit, idest si uentura sit calamitas, & pernicies ciuitatis, quæ iam incepta est à T. Graccho, q. d puto, quod ueniet, & hæc omnia Cic. facit ipsum Læl. loqui, quæ ipse uiderat. hæc enim pernicies uentura est sicut de Mario, & Sylla, & bella ciuilia Pomp. & Cæs. quæ tẽpore Lel. non fuerunt, sed postea Cic. uiderat, ideo diuinantem fecit multas pestes, quæ à Graccho principium habuerunt. [Mihi autem non minori] Tradit quædam præcepta, quæ sunt ad seruandam amicitiam, quæ frangenda est, ut diximus in amicis contra patriam conspirantibus, inquit, igitur non solum præsentia, sed etiam futura causa reip. prouidenda sunt.

HAEC igitur] Quia exemplis ostendit, qui rectè, qui perperam amicis usi sint, infert legẽ dicens. Igitur, vt hæc prima lex sanciatur,

ſanciatur.i.ſanctè conſtituatur in amicitia,ut neq; rogemus ab amicis ſup.res turpes,nec faciamus res turpes,rogati,ideſt quã uis rogati fuerimus ab eis.Enim pro quia,excuſatio eſt turpis, & minimè accipienda,ideſt admittenda, cum, ideſt ita ſit,q; in ceteris peccatis,cum ſup.maximè uerum eſt, ſiquis fateatur ſe feciſſe contra remp.cauſa amici.Etenim ò Fanni,& Scæ.nos ſumus locati,ideſt conſtituti eo loco,ut, oporteat nos proſpicere,& cauere ne quis propter amicitiam peccet in rēp.Enim pro quia,conſuetudo,ideſt mos,& inſtitutum maiorũ deflexit ſup. ſe,ideſt declinauit iam aliquantulum de ſpatio , & curriculo .i. ab inſtituto curſu,aut proceſſu in itinere cœpto,quia inſtituerunt maiores nihil niſi honeſtũ admittere, neq; appetere quid quã in perniciem reip.ſed T.Gracchus conatus eſt occupare regnum,vel is quidem regnauit paucos menſes.ſ. poſt legẽ agrariam latam donec fuit occiſus.Nunquid P.R.audiat.uiderat ante Gracchum ſimile,q.d.nõ amici,& ꝓpinqui, ut C. Gracchus, & quidem alij ſecuti hunc etiam poſt mortem, immo poſt necem;quid effecerunt in.i.contra P. Scipionem Naſicam iuſtiſſimum uirum,qui interrogatus quid ſibi de morte Gracchi uideretur,iure cæſum,ait,quamobrem ab amicis Gracchi ſequẽti nocte occiſus eſt. non queo.i non ualeo dicere ſine lacrymis, quia tam iuſtum uirum tam turpiter occidere.Nam nos ſuſtinuimus,ideſt tolerauimus Carbonem,quoq; , ideſt etiam quẽ poſuimus modo , ideſt paulo ante inter amicos , & ſectatores Gracchi, propter recentem pœnam T.Gracchi,quia uidebatur ſatis pœnarum illius ſupplicio deſumptum.Autem pro ſed, nõ libet,ideſt non oblectat,aut non placet augurari,ideſt diuinare,quod expectem de tribunatu C.Gracchi,q.d.non dubito ipſum idem moliturum,quod frater molitus erat,quod Cic. bene ſciuit,quia cum hæc ſcriberet ita euenerat,ita Lælius quem hic loquentem inducit,cum hæc dicere inducitur,neſciunt certo,ſed coniecturis aſſequebantur. Enim pro quia, res.i.amor dominandi,ſerpit i.irrepſit;deinde qui labitur ad perniciem.i. interitum reip procliuius.i.pronius,& ita celerius, cum.i.poſtquàm cœperit ſemel. Vos uidetis quanta labes ſit facta iam ante in tabella.ſ proſcriptoria,in quã proſcripti ciues ubicunque reperiebatur occidi, aut capi impune poterant ablatis eorum poſſeſſionibus. primo dicto labes facta ſit lege Gabinia,ideſt q̃ Gabinius tulit,ut præſcriptorum bona publicarentur. Autem pro ſed,biennio poſt ſ.legem Gabiniam,lege Caſſia , quæ Caſſius ſanxit,ut proſcripti occidantur. Ego uideor uidere iam .ſ. ex principio P.R.diſiunctum ſ. per ſeditionem à Senatu , & res maximas quæ ad ſenatum prius pertinebant agi arbitrio multitudinis.Plures enim diſcet,aut melius plures diſcent quemadmodum,ideſt quodam modo hęc,ideſt huiuſmodi mala fiant, ideſt mala hæc habebunt multorum auctores, quæ quẽadmodũ,ideſt quomodo reſiſtatur,ideſt poſſit talibus malis reſiſti , hoc eſt plures diſcent ea imitari quam exterminare.Quorſum .i.quæritis forſan quorſum,ideſt quo uerſum,hoc eſt ad quod propoſitum dicam hęc,& reſpondebo ſup. quia nemo conatur quidquam tale,ideſt talem factionem,ſeditionem , aut coniurationem ſine ſocijs.i.complicibus.Igitur, ideſt eam ob rẽ præcipiẽdum bonis.ut ſi ipſi Ignaui inciderint aliquo caſu in eiuſmodi amicitias,ne,ideſt ut non exiſtiment,ideſt iudicent ſe alligatos.ſ.ad amicos tale ita,ut non diſcedant ab amicis peccantibus in remp.in aliqua re magna , ideſt in aliquo inſigni facinore, qualis eſt affectio dominij.Autem pro ſed, pœna eſt ſtatuenda improbis ne ſequantur amicos pernicioſos in rēp nec uero minor ſup. pœna conſtituenda eſt ijs , qui ſecuti erant alterũ , quã ijs,qui fuerint duces.i.capita,& principes impietatis, ideſt impiæ in patriam factionis.Quis ſup.fuit in Græcia , præcipuè Attica(nam Athenienſis dux fuit)clarior Themiſtocle,duce illo optimo,qui Athenas à Xerxis exercitu liberauit?quis potentior ſup eo?q.d.nemo, qui tamen cum liberaſſet Græciam bello Perſico,ideſt quod Xerxes rex Perſarum intulerat ſeruitute, quam Xerxes inferre minabatur,propterq;,ideſt propter inuidiam eſſet miſſus in exilium,non tulit , ideſt non eſt perpeſſus inuidiam patriæ ingratæ.Quam tamen debuit ferre.Ipſe enim fecit idem,ideſt oppugnauit patriam . Quod Coriolanus fecerat,apud nos,ideſt Romanos 20.annis ante.ſ.hanc horam,qua hæc fingũtur diſputata.nemo.ſ.amicorum inuentus eſt.ſ.Themiſtocli,& Coriolano,adiutor contra patriam.Itaque, ideſt & ita uterque conſciuit,ideſt concitauit ſibi mortem . Sunt tamen,qui putent Coriolanum in exilio mortuum , alij à ſocijs interceptum cũ precibus maternis uictus obſidionẽ ſoluiſſet.

Quare talis conſenſio improborum,non modo, ideſt non ſolũ non eſt tegenda,ideſt protegenda excuſatione amicitiæ , ideſt excuſando amicitiam,hoc eſt adducendo pro excuſatione amicitiam in culpa,ſed eſt uindicanda , ideſt punienda potius omni ſupplicio,ut ne quis,ideſt nemo putet conceſſum ſup.amicitiæ permiſſum propter amicitiam ſequi, amicum inferentem patriæ bellum.Quod quidem, ut ideſt ſecundum quod res cępit ire,ideſt progredi,ego haud,ideſt non ſcio , an ſit aliquando futurum.euenerat autem cum hæc ſcriberentur,ſed non cũ dicta finguntur, hoc eſt tempore Cic.non tempore Lælij . Autẽ pro ſed , non minori curæ eſt mihi qualis reſp. ſit futura poſt mortem meam,quam qualis ſit hodie.Id quoque Cice.inducit dicentem,ut ſe idem ſentire iuuat.

HAec igitur prima lex amicitiæ ſanciatur, ut ab amicis honeſta petamus,amicorum cauſſa honeſta faciamus ; nec expectemus quidem,dum rogemur; ſed ſtudiũ ſemper adſit,cunctatio abſit;conſiliũ libere dare gaudeamus ; plurimum in amicitia amicorum bene ſuadentium valeat auctoritas; eaque adhibeatur ad monendum non modo apertè,ſed etiam acriter,ſi res poſtulabit,& auctoritate adhibitæ pareatur. Nam quibuſdam,quos audio ſapientes habitos in Græcia, placuiſſe opinor mirabilia quædam.ſed nihil eſt,quòd illi non perſequantur ſuis argutijs ; partim fugiendas eſſe nimias amicitias , ne neceſſe ſit, unum ſolicitum eſſe pro pluribus;ſatis ſuperque eſſe ſibi ſuarum cuique rerum curam; alienis nimis implicari moleſtum eſſe;commodiſſimum eſſe, quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ,quas uel adducas,cum uelis,uel remittas. caput.n. eſſe ad beatè uiuendum ſecuritatem,qua frui non poſſit animus , ſi tanquàm parturiat unus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt etiã multò inhumanius ; quem locum breuiter perſtrinxi paulo ante præſidij,adiumentiq; cauſſa,non beneuolentiæ,neque caritatis,amicitias eſſe expetendas.Itaque, ut quiſq; minimum firmitatis habeat,minimumq; uirium,ita amicitias appetere maximè;ex eo fieri , ut mulierculæ magis amicitiarum præſidia,quærant,quàm uiri;& inopes,quã opulenti:& calamitoſi,quàm ij, qui putantur beati. O pręclaram ſapientiam . ſolem.n.è mundo tollere uidentur , qui amicitiam è uita tollunt : qua nihil à dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Quæ eſt.n.iſta ſecuritas?ſpecie quidem blanda , ſed re ipſa multis locis repudianda eſt.neque enim eſt conſentaneum, ullam honeſtam rem,actionemve,ne ſolicitus ſis,aut non ſuſcipere , aut ſuſceptam deponere. Quod ſi curam fugimus ; uirtus fugienda eſt;quæ, neceſſe eſt, ut cum aliqua cura res ſibi contrarias,aſpernetur,atque oderit, ut bonitas malitiam,temperantia libidinem,ignauiam fortitudo. Itaque uideas rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere,imbecillibus fortes,flagitioſis modeſtos. Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti,& lætari bonis rebus,& dolere cõtrariis. quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor, qui profectò cadit, niſi ex eius animo extirpata humanitatẽ arbitremur:quæ cauſſa eſt,cur amicitiam funditus tollamus è uita, ne aliquas propter eã ſuſcipiamus moleſtias? quid.n.intereſt,motu animi ſublato, non dico inter pecudem,& hominem,ſed inter hominem,& ſaxum,aut truncum,aut quiduis generis eiuſdem ? neque enim ſunt iſti audiendi,qui uirtutem duram,& quaſi ferream eſſe volũt; quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera,atq; tractabilis;ut & bonis amici quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur. quamobrem angor iſte qui

pro

pro amico sæpe capiendus est, non tantum ualet, ut tollat è uita amicitiam; non plus, quàm ut uirtutes, quia nõ nullas curas, & molestias afferunt, repudientur. Cum autem contrahat uirtus amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio uirtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet, & adiungat id cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est. quid.n. tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, ut honore, & gloria, ut ædificio, ut uestitu, cultuq; corporis; animo autem uirtute prædito, eo, qui uel amare, uel (ut ita dicam) redamari possit; non admodum delectari? nihil ẽst.n remuneratione beneuolẽtiæ, nihil uicissitudine studiorum, officiorũq; iucundius? quòd si etiam illud addimus, quod rectè addi potest, nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat, & contrahat, quàm ad amicitiam similitudo: concedatur profecto uerum esse, ut bonos boni diligant, asciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos, atq; natura. nihil est.n. appetentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura. quãobrem hoc quidem, Fanni, & Scæuola cõstat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse: qui est amicitiæ fons, à natura constitutus, sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. non est enim inhumana uirtus, neq; immunis, neq; superba; quæ etiam populos uniuersos tueri, eiq; optimè consulere soleat: quòd non faceret profecto, si à caritate uulgi abhorreret, atq;, etiam mihi quidem uidentur, qui utilitatis caussa singũt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere. non .n. tam utilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat: tumq; illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum amore, & studio est profectum: tantumq; abest, ut amicitiæ propter indigentiam colantur, ut ij, qui opibus, & copijs maximéque uirtute præditi, in qua plurimum est præsidij, minimè alterius indigeant, liberalissimi sint, & beneficentissimi. atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquàm omnino deesse amicis: ubi.n. studia nostra uiguissent, si nunquàm studio, nunquàm consilio, nunquàm opera nostra nec domi, nec militiæ Scipio eguisset? non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam secuta est. non ergo erunt homines diuitijs affluentes audiendi, si quando de amicitia, quã nec usu, nec ratione habent cognitam, disputabunt, nã quisque diligat quenquam, atque hominum, qui uelit, ut neffluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundãtia uiuere? hæc.n. est tyrannorum uita, nimirũ in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis beneuolentiæ põt esse fiducia: omnia semper suspecta, atq; solicita, nullus locus est amicitiæ. quis .n. aut eum diligat, quem metuit; aut eum, à quo se metui putat? coluntur tamen simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus, quòd fortè (vt fit plerũq;) ceciderint; tum intelligitur, qui fuerint inopes amicorũ. quod Tarquinium dixisse ferunt. tum, cum exul esset, se intellexesse, quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos. in illa superbia, & importunitate si quenquam habere potuit. atque ut huius, quoniam dixi, mores ueros amicos parare non potuere: sic multorum opes præpotentiũ excludunt amicitias fideles. non enim solum ipsa fortuna cęca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos cõplexa est. Itaque illi efferuntur fastidio ferè, & contumacia: neque quidquàm insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem uidere licet. eos. qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperniq; ab ijs ueteres amicitias, & indulgeri nouis. Quid autem stultius, quàm, ut plurimũ copijs, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quæ parant, pecuniam, equos, famulos, uestes egregias, uasa preciosa? amicos non parare, optimã, & pulcherrimã uitæ (vt ita dicam) supellectilẽ? etenim cetera cum parant, cui parent, nesciunt, nec cuius caussa laborent. eius enim est istorum quodq;, qui uincit uiribus: amicitiarum sua cuiq; permanet stabilis, & certa possessio; ut, etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen uita inculta, & deserta ab amicis, non possit eẽ iucũda. sed hæc hactenus. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini deligendi. de quibus tres uideo ferri sententias. quarum nullam probo; unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos; Alteram, ut nostra in amicos beneuolentia illorũ erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; respondeat; tertiam, ut quanti quisq; seipse facit, tanti fiat ab amicis. harum triũ sententiarum nulli prorsus assentior. nec.n. illa prima uera est, ut, quemadmodum in se quisq;, sic in amicum sit animatus. quàm multa.n. quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi insectarique vehementius: quæ in nostris rebus non satis honestè, in amicorum fiunt honestissimè multæ quoq; res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahiq; patiuntur, ut ijs amici potius, quàm ipsi, fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs, ac uoluntatibus, hoc quidem est nimis exiguè, & exiliter ad calculos reuocare amicitiam; ut par sit ratio acceptorum, & datorum. ditior mihi, & affluentior uidetur esse uera amicitia, nec obseruare strictè, ne plus reddam, quam acceperim. neq;.n. uerendum est, ne quid excidat, aut ne aliquid in terrã defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius uero ille finis deterrimus, ut, quãti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Sæpe.n. in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius eniti, & efficere, ut amici iacentem animum excitent, inducãtq; in spem, cogitationemq; meliorem. Alius igitur finis ueræ amicitiæ constituendus est, si prius quid maximè reprehẽdere Scip. solitus sit, edixero. Negabat ullam uocẽ inimiciorem amicitię potuisse reperiri, quàm eius, qui dixisset, ita amare oportere, aut aliquando esset osurus; nec uero se adduci posse, ut hoc quemadmodum putaretur, à Biãte dictum esse crederet, qui habitus esset unus è septẽ; sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potẽtiam reuocantis, esse sententiam. quoniam.n. non quisquã amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quin etiam necesse erit cupere, & optare, ut quàm sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquã ansas ad reprehendendum. Rursum autem rectè factis, cõmodisq; amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam ualet. Illud potius præcipiendũ fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quoniam aliquando odisse possemus quãdo etiam si minus felices in

diligendo

diligendo fuissemus; ferendum id Scip. potius, quam inimiciarum tempus cogitandum, putabat. His igitur finibus utendum arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & uoluntatum sine ulla exceptione communitas: ut etiã si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates sint adiuuãdæ, in quib. eorum, aut de capite agatur, aut de fama, declinãdum sit de via, modo ne summa turpitudo sequatur. est.n. quatenus amicitiæ dari uenia possit. Nec uero negligenda est fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiã ciuiũ, quam blanditiis, & assentationib. colligere turpe est. virtus quam sequitur caritas, minimè repudianda est. Sed (sępe.n. redeo ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quod in omnibus reb. homines diligẽtiores essent; capras, & oues quot quisq; haberet, dicere posse; amicos, quot haberet, nõ posse dicere: & in illis quidem parãdis adhibere curam, in amicis eligẽdis negligẽtes esse, nec habere quasi signa quędam, & notas, quib. eos, qui ad amicitiã essent idonei, iudicarẽt. Sunt igitur firmi, & stabiles, & cõstantes eligendi; cuius generis est magna penuria, & iudicare difficile est sane, nisi expertum: experiẽdum autẽ est in ipsa amicitia: ita pcurrit amicitia iudicium, tollitq; experiẽdi potestatẽ. est igitur prudẽtis sustinere, vt cursum, sic impetum beneuolentię, quo utamur, quasi aquis tẽtatis, sic amicitijs, aliqua parte periclitatis morib. amicorum. Quidam sępe in parua pecunia perspiciuntur, quam sint leues. quidam autem, quos parua mouere nõ potuit, agnoscuntur in magna. si vero erũt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitię, sordidum existiment, ubi eos inueniemus, qui honores magistratus, imperia, potestates, opes amicitiæ non anteponant; vt, cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera uis amicitiæ, non multo illa malint? Imbecilla.n. natura est ad contemnendã potentiã: quã etiã si, neglecta amicitia, cõsecuti sunt, excusari se arbitrantur; quia nõ sine magna cã sit neglecta amicitia. Itaq; ueræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in ijs, qui in honorib. req; publica uersantur. vbi.n. istum inuenias, qui honorẽ amici anteponant suo? quid? (hęc ut omittã) quàm graues, quã difficiles plerisq; videntur calamitatum societates? ad quas, non est facile inuentus qui descendat. quanquam Ennius rectè,

Amicus certus in re incerta cernitur:

tamen hæc duo leuitas, & infirmitas plerosque conuincunt: aut si in bonis rebus contemnunt; aut si in malis deserunt, qui igitur utraque in re grauem, constantem, stabilemq; se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus, & penè diuino. Firmamentum autem stabilitatis, constãtiæq; eius, quã in amicitia quærimus, fides est: nihil.n. stabile est, quod infidũ est. simplicẽ præterea, & cõem, & consentientẽ. i. qui rebus iisdẽ moueatur, eligi par est, quæ omnia pertinent ad fidelitatẽ. neq;.n. fidũ potest esse multiplex ingeniũ, & tortuosum. neq; uero, qui non iisdẽ rebus mouetur, & natura consentit, fidus, aut stabilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat illatis. quæ pertinent omnia ad eã, quã iãdudum tracto, cõstantiã. ita fit uerum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse nõ posse. est.n boni uiri, quem eundem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia; primũ, ne quid fictum sit, neve simulatum (aptè enim, uel odisse, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiã) deinde non solum ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ipsum quidem esse suspiciosum semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatum. Accedat huc suauitas quædam oportet sermonũ, atque morum, haud quaquam mediocre condimentum amicitiæ. tristitia autem, & in omni re seueritas absit. habet illa quidem grauitatem; sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemque procliuior. Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis; num quãdo amici noui, digni amicitia, ueteribus sint anteponẽdi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus? indigna homine dubitatio. non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. ueterrimæ quæquæ (ut ea uina, quæ uetustatem ferunt) esse debent suauissimæ, verumq; illud est, quod vulgo dicitur; multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. nouitates autem, si spẽ afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco cõseruanda est; maxima enim uis vetustatis, & cõsuetudinis atque in ipso equo, cui modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est qui non eo, quo consueuit, libentius utatur, quàm intrectato, & nouo. nec modo in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo ualet; cum locis etiam ipsis montosis delectemur, & siluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. sæpe enim excellentiæ quædam sunt; qualis erat Scipionis in nostro (ut ita dicam) grege, nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Quinctum uero Maximum, fratrẽ, egregium uirum, omnino sibi nequaquã parem, quod is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat; suosq; omnes per se esse posse ampliores uolebat, quod faciendum, imitandumque est omnibus; ut, si qui præstantiam uirtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis; ut, si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores, uel animo, uel fortuna, eorum augeant opes, eisq; honori sint, & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu, propter ignorantiam stirpis, & generis, in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamẽ caritatẽ in pastores, quos patres suos multos annos esse duxerunt, quod quidem est multo profecto magis in ueris patribus certisque faciendum. fructus.n. ingenij, & uirtutis, omnisque præstantiæ tum maxime capitur, cum in proximum quemque confertur. Vt igitur ij, qui sunt in amicitia, coniunctionisq; necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent: sic inferiores dolere non debẽt, se à suis amicis, aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari, quorũ plerique aut quæruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis si aliquid habere se putant, quod officiose, aut amice, & cum labore aliquo suo factum queãt dicere. odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit, quamobrem ut ij superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. sunt enim quidã, qui molestas amicitias faciunt, cum

cum

cum ipsi se contemni putant, quod non ferè contingit nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modo uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. tantum autem cuique tribuendum est, primum, quantũ ipse efficere possis: deinde etiam, quantum ille, quem diligas, atque adiuues, possit sustinere. non enim tu possis, quantumuis licèt excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere; ut Scipio P. Rupilium potuit consulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit. quòd si etiam possis quiduis deferre ad alterum; uidendum est tamẽ quid ille possit sustinere. omnino amicitiæ, corroboratis iam, confirmatisq; & ingenijs, & ætatib. iudicandæ sunt; nec, si qui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodẽ studio præditos dilexerunt. isto.n. modo nutrices, & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt. sed alio quodam modo colendi. aliter.n. amicitiæ stabiles permanere non possunt. dispares.n. mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum, studiorumq; distantia. Rectè etiam præcipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolentia, quod persæpe fit, impediat magnas utilitates amicorum. nec.n. (ut ad fabulas redeam) Troiã Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quẽ erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire uoluisset; & sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui impedire vult, quòd desiderium non facilè ferat: & infirmus est, mollisq; natura, & ob eã ipsam causam in amicitia parum iustus. Atque in omni re considerandum est, & quid postules ab amico; & quid patiare à te impetrari. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitijs dimittendis nonnunquàm necessaria. iam.n. à sapientum familiaritatib. ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. erumpunt sæpe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia. tales igitur amicitiæ sunt remissione usus eleuandæ, &, ut Catonem dicere audiui, dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt; nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit; ut neq; rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio, disiunctioq; facienda sit. sin autem morũ, aut studiorum commutatio quædam, ut fieri solet, facta erit, aut in reip. partib. dissensio intercesserit (loquor.n. ut paulo ante dixi, non de sapientum, sed de cõmunibus amicitijs) cauendum erit, ne non solum amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptæ uideãtur. nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter uixeris. ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat, ut scitis, Scip. propter dissensionem autem, quæ erat in rep. alienatus est à collega nostro Metello. utrunque egit grauiter, auctoritate, & offensione animi nõ acerba, quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorũ dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ uideantur. Cauẽdum uero est: ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiæ: è quibus iurgia maledicta, contumeliæ gignuntur, quę tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt: & hic honos ueteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, nõ qui patiatur iniuriam, omnino omnium horum uitiorũ, atque incommodorum una cautio est, atque una prouisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis causa, cur diligantur. rarum istud genus: & quidem omnia præclara rara, nec quidquam difficilius, quàm reperire, ꝙ sit omni ex parte in suo genere perfectum. sed plerique neque in rebus humanis quidquàm bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; & amicos, tanquàm pecudes eos potissimũ diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos: itaq; pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia, per se, & propter se expetenda. nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc uis amicitiæ qualis, & quanta sit. ipse.n. se quisque diligit, non ut aliquam à seipso mercedẽ exigat caritatis suæ, sed ꝙ per se sibi quisque carus est. ꝙ nisi idẽ in amicitiam transferatur; uerus amicus nunquàm reperietur. est.n. is amicus quidem, qui est tanquàm alter idem. ꝙ si hoc apparet in bestijs, uolucribus, agrestibus, natantibus, cicuribus, feris, primum, ut se ipsa diligant (id.n. pariter cum omni animante nascitur) deinde, ut requirant, atque aptant, ad quas se applicent, eiusdem generis animantes; idq́ue faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. quanto id magis in homine fit natura? qui & se ipse diligit; & alterum acquirit, cuius animum ita cum suo commisceat, ut efficiat penè unum ex duobus. Sed plerique peruersè, ne dicam imprudẽter, amicum habere talẽ uolunt, quales ipsi esse non possunt: quæq; ipsi non tribuunt amicis, hæc ab ijs desiderãt. par est autem, primum ipsum esse uirum bonum; tum alterũ similem sui quærere. in talibus ea, quam iam dudum tractamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest; cum homines beneuolentia cõiuncti, primum cupiditatibus ij, quibus ceteri seruiunt, imperabunt; deinde æquitate, iustitiaq; gaudebunt, omniaq; alter pro altero suscipiet; neque quidquàm unquam: nisi honestum, & rectum alter ab altero postulabit, neq; solum colent se inter se, ac diligent, sed etiam uerebuntur. nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. itaque in ijs perniciosus est error, qui existimant libidinum, peccatorumq́ue omnium patere in amicitia licentiam, uirtutum enim amicitia adiutrix à natura data est, non uitiorum comes: ut, quoniã solitaria non posset uirtus ad ea, quæ summa sunt, peruenire coniuncta, & sociata cum altera perueniret. quę si quos inter societas, aut est, aut fuit, aut futura est; eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus, beatissimusq; comitatus. hoc est, inquàm societas, in qua omnia insunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atq; iucunditas: vt cum hæc adsint, beata uita sit, & sine his esse non possit. quod cum optimum, maximumq́ue sit; si id volumus adipisci, uirtuti opera danda est: sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus. ea uero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tũ se denique errasse sentiunt, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca (dicendum est.n. sæpius) cum iudicaueris, diligere oportet; non, cum dilexeris, iudicare. sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis, & deligendis, & colendis. præposteris.n. utimur consilijs, & acta agimus: quod vetamur veteri prouerbio. nam implicari ultro, & citro, uel usu diuturno, uel etiam officijs, repente in medio

cursu amicitias, exorta aliqua offensione dirumpimus. quo etiam magis uituperanda est rei tam maximè necessariæ tanta incuria. una est enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes vno ore consentiunt. quãquam à multis ipsa uirtus contemnitur; & uendicatio quædam, atque ostentatio esse dicitur. multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus, cultusq; delectat: honores uero, quorum cupiditate quidam inflammãtur, quàm multi ita contemnũt, ut nihil inanius, nihil esse leuius existiment. itemq; cetera, quæ quibusdam admirabilia uidentur. permulti sunt, qui pro nihilo putent: de amicitia omnes ad unum idem sentiunt, & ij, qui ad remp. se contulerunt: & ij, qui rerum cognitione, doctrinaq; delectantur, & ij, qui suum negocium gerunt ociosi; postremo ij, qui se totos tradiderunt uoluptatibus; sine amicitia uitam esse nullam; si modo uelit aliqua ex parte liberaliter viuere. serpit enim nescio quo modo per omnium uitam amicitia; nec ullam ætatis dirigendæ rationem patitur esse expertem sui. Quinetiam, si quis ea asperitate est, & immanitate naturæ, ut cõgressus, societatemque hominum fugiat, atq; oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus, tamẽ is pati non possit, ut non acquirat aliquem, apud quem euomat uirus acerbitatis suæ. atque hoc maximè iudicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudine vspiam collocaret, atq; ibi suppeditans omnium rerũ, quas natura desiderat, abundantiam, & copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam uitam ferre posset? cuiq; non auferret fructum uoluptatum omnium solitudo? uerum igitur illud est, quod à Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum; si quis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, nisi aliquẽ, cui narraret, habuisset. sic natura solitarium nihil amat; semperq; ad aliquod tanquam adminiculum annititur; quod in amicissimo quoque dulcissimum est. sed cum tot signis eadem natura declaret, quid uelit, ac quęrat, q.d desideret: obsurdescimus tamen nescio quo modo, nec ea, quę ab ea monemur audimus. est enim uarius, & multiplex usus amicitiæ; multæque caussæ suspicionũ, offensionumque dantur. quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. una illa subleuanda offensio est, & vt vtilitas in amicitia, & fides retineatur. nam & monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt. sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit:

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

molesta ueritas est, si quidem ex ea nascitur odiũ, quod est uenenum amicitiæ. sed obsequium multo molestius, quòd peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia est: primum, ut monitio acerbitate: deinde, obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano uerbo libenter utimur) comitas adsit, assentatio uitiorum adiutrix procul amoueatur, quæ non modo amico, sed ne libero quidem digna est. aliter enim cum tyranno, aliter cum amico uiuitur. Cuius autem aures clausæ ueritati sunt, ut ab amico uera audire nequeant, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quòd eos amicos, qui dulces uideantur, illos uerum sæpe dicere, hos nunquam. Atque illud absurdum est, quod ij .s. qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debent carere. Peccasse .n. se non anguntur, obiurgari molestè ferunt: quòd contra oportebat de licto dolere, obiurgatione gaudere. Vt igitur, & monere, & moneri proprium est ueræ amicitiæ: & alterum libere facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter, sic habendum est, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. quàmuis enim multis nominibus est hoc uitium notandum, leuium hominum, atq; fallacium, ad uoluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est uitiosa (tollit .n. iudicium ueri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maxime. delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitiæ ualere non potest. Nam cum amicitiæ uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si nec in uno quidem unus animus erit, idemque semper, sed uarius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tã flexibile, tam deuium, quam animus, qui ad alterius non modo sensum, ac uoluntatem, sed etiam uultum, atque nutum conuertitur?

Negat quis, negò: ait, aio.

postremò imperaui egomet mihi,

Omnia assentari:

ut ait, idem Terentius: sed ille sub Gnathonis persona; quòd amici genus adhibere, omnino leuitatis est. multi autem Gnathonum similes cum sint, loco, fortuna, fama superiores; horum est assentatio molesta, cum ad uanitatem accessit auctoritas. secerni potest blandus amicus à uero, & internosci tam potest, adhibita diligentia, quàm omnia fucata, & simulata à sinceris, atque ueris. concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet, quid intersit inter popularem .i. assentatorem, & leuẽ ciuem, & inter constantem, seuerum, & grauem. Quibus blanditijs C. Papirius consul nuper influebat in aures cõcionis, cum ferret legem de tribunis pl. reficiendis? dissuasimus nos. sed nihil de me: de Scip. dicam libentius. quanta illi, dii immortales, fuit grauitas, quanta in oratione maiestas: ut facilè ducem populi R. non comitem, diceres. sed affuistis: & est in manibus oratio. itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atq; (ut ad me redeam) meministis, Q. Maximo fratre Scip. & L. Mãcino cos. quam popularis lex de sacerdotis C. Licinij Crassi uidebatur. cooptatio .n. collegium ad populi beneficium transferebatur. atque is primum instituit in forum uersus agere cum populis. tamen illius uendibilem orationem religio deorum immortalium. nobis defendentibus, facile uincebat. atque id factum prætore me, quinquennio ante, quam cõsul sum factus. itaque re magis, quam auctoritate caussa illa defensa est, quod si in scena, idest in concione, in qua rebus fictis, & adumbratis loci plurimum est, tamen uerum ualet, si modo id patefactum, & illustratum est: quid in amicitia fieri oportet, quę tota veritate perpenditur? in qua nisi (vt dicitur) aptũ pectus videas, tuũq; ostẽdas; nihil fidũ, nihil exploratum

ratum habeas; ne amare quidem, aut amari possis, cũ, id quam uerè fiat, ignores. quamquam ista assentatio quãuis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei: qui eam recipit, atque ea delectantur. ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maximè, qui ipse sibi assentetur, & se maximè ipse delectet. omnino est amans sui virtus; optimè enim seipsa nouit; quamque amabilis sit, intelligit. ego autem non de uirtute nunc loquor, sed de uirtutis opinione. uirtute enim ipsa non tam multi præditi esse, quàm uideri uolunt. hos delectat assentatio, his fictus ad eorum uoluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. nulla est igitur hæc amicitia. cum alter uerum audire non uult, alter ad mentiẽdum paratus est. nec parasitorum in comœdijs assentatio nobis faceta uideretur, nisi essent milites gloriosi.

Magnas uero agere gratias Thais mihi?

satis erat respondere, Magnas; Ingentes, inquit, semper auges assentatio id, quòd is, cuius ad uoluntatem dicitur, vult esse magnum. quamobrem quamquam blanda ista uanitas apud eos valet, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen etiam grauiores, constantioresque admonendi sunt, ut animaduertant ne callida assentatione capiantur. aptè enim adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum est excors: callidus ille, & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. nec enim facillimè agnoscitur, quippe qui aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans, blandiatur, atque ad extremum det manus, uinciq; se patiatur, ut is, qui illusus sit, plus uicisse uideatur. quid autem turpius, quàm illudi? quòd ne accidat, magis cauendum est; ut in Epicureo,

Hodie me ante omnes comicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissimè:

hæc enim in fabulis stultissima persona est, improuidorum, & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum, idest sapientum (de hac dico sapientia, quæ uidetur in hominem cadere posse) ad leues amicitias defluxit oratio. quamobrem ad illa primа redeamus, eaque ipsa concludamus aliquando. Virtus, inquam C. Fanni, & tu Q. Muti, & conciliat amicitias, & conseruat. in ea est enim conuenientia rerum, in ea constantia: quæ cum se extulit, & ostendit lumen suũ, & idem aspexit, agnouitque in alio, ad id se admouet, uicissimq; accipit illud, quod in altero est: ex quo eorũ exardescit siue amor, siue amicitia. utrunque enim dictũ est ab amando: amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita, quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. hac nos adolescentes beneuolentia senes illos L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, T. Gracchum, Scip. nostri socerum, dileximus, hæc etiam magis elucet inter æquales, ut inter me, & Scipionem, & L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummium, uicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus, ut in uestra, & Q. Tuberonis: equidem etiam admodum adolescentis, P. Rutilij, & A. Virginij familiaritate delector. Quoniamque ita ratio comparata est uitæ, naturæque nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia; maximè quidem optandum est, ut cum æqualibus possis, quibuscum tanquam è carceribus emissus sis, ijsdem ad calcem, ut dicitur peruenire: sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. caritate enim beneuolentiaque sublata, omnis est è uita sublata iucunditas, mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, uiuit tamen, semperque uiuet. uirtutem enim semper amaui illius uiri; quæ extincta non est; nec mihi soli uersatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui; sed etiam posteris erit clara, & insignis, nemo unquam animo, aut spe maiore suscipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem proponendam putent. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi, aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicis Scipionis possim comparare. in hac mihi de rep. consensus, in hac rerum priuatarum consilium, in hac requies plena oblectationis fuit. nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. una domus erat, idem uictus, isque communis, neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communes. nam quid ego de studijs dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus, remoti ab oculis populi, omne ocium, tempusque contriuimus, quarum rerum recordatio, & memoria, si una cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi uiri, atque amantissimi ferre nullo modo possem: sed nec illa extincta sunt, alunturque potius, & augentur cogitatione, & memoria; &, si planè illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium. diutius enim iam in hoc desiderio esse nõ possum: omnia autem breuia, tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. Hæc habui, de amicitia, quæ dicerem. uos autem hortor, ut ita uirtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.

DVm] Quousque, quoniam omnis benignitas properat, inquit Sen. & non tulit gratias, qui cum rogasset accepit. Arist. in ix. Mor. sic præcipit, est amici beneficia conferre præsertim in eos, qui indigent, & antequam illi requirant. [Studium] Cura, uoluntas. [Cũctatio] Mora gratissima sunt beneficia, inquit Sen. parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis uerecundia optimum est antecedere desiderium cuiusq;, proximum sequi illud, melius occupare antequam rogemur, quoniã ut maioribus nostris grauissimis uiris uisum est, nulla res carius cõstat, quam quæ precibus empta est. Ideo diuinanda cuiusq; uoluntas, & cũ intellecta est necessitate grauissima rogandi liberanda. illud beneficium iucũdũ, uicturumq; in animo scias, quod rogantis uerba intercidamus, ne rogari uideamur. [Liberè] Solutè, apertè sine aliqua retractatione. [Auctoritas] Grauitas, æstimatio. [Ea] Auctoritas, & seueritas. [Apertè] Liberè citra simulationẽ, & dissimulationẽ [Acriter] Asperè. [Pareatur] Obtẽperetur. [Nã quibusdã] refellit Lælius Democriti, Stoicorũ, & Epicureorũ opiniones de amicitia. [Habitos] Existimatos. [Mirabilia quædã] Admirabiles opiniones. [Illi] Democriti, & Stoici. [Prosequãtur] tractent, disputent. [Argutius] pressius, subtilius, minutius, enucleatius. [Nimias] multas, & arctas. [Solicitũ] Anxium. [Curam] studiũ. [Quã laxissimas] ualde remissas. translatio ab equis quos nunc immittendo, nũc contrahendo habenas moderatur, & regit insessor. & habenas pro uinculis amicitiarũ ponit, & usibus. Adducas] cõtrahas. Remittas. Relaxes. Caput primũ, ac maximũ. [Securitatẽ] Animi trãquillitatẽ. Idẽ Cic. in ult. de fin. dicit. Democriti aũt securitas, q̃ est animi trãquillitas eo separãda fuit ab hac disputatione, q̃ a isti animi trãquillitas ẽ ipsa beata uita. hæc in Cic. Sen. ĩ libello de trãqu. uitæ. Serenũ sic alloquitur. quod desideras magnũ, & summum est, deoq; uicinum, non concuti hanc stabilẽ animi sedẽ, græci ἐυθυμίαν uocant, de qua Democriti uolumẽ egregiũ est

ego

ego tranquillitatem uoco. Nec enim immutare, & transferre uerba ad illorum formam necesse est, res ipsa de qua agitur ali quo signāda nomine est, quod appellationis græcæ uim debet habere non faciem. ergo, quærimus quomodo animus semper æqualis, secundoq; cursu erat, propitiusq; sibi sit, & sua lætus aspiciat, & hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat, nec extollens se unquam nec deprimens, id tranquillitas erit. [Parturiat] laboret, doleat, solicitusq; sit, & anxius ritu parturientis. Arist. differens an quā plurimi amici, comparādi sint dicit, forsitan benè est non quęrere multos, sed quot ad communitatem uitæ sufficiant. neq; posse uidetur multis vehementer amicum esse, qua propter neq; adamare plures. exuperatio.n. quædam amicitiæ est, hoc autem est ad unum, & vehementer, igitur amare ad paucos erit. Hesiodus Persen fratrem sic monuit, Hospite ne careas, hospes neq; pluribus esto. [Alios autem]. i. Epicureos ad proprium commodum, & uoluptate omnia referentes, ut dictum est. in hac parte dicit Seneca. nobis pugna cū Epicureorum delicata, & umbratica turba in cōuiuio suo philosophantiū, apud quos uirtus uoluptatū ministra est illis paret, illis deseruit, illas supra se uidet. [Inhumanius] importunius, & ab humana benignitate, & caritate alienius. uñ monet Horat. Surge, & inhumanæ seniū depone camœnæ. [Pręsidij] Fauoris, cōpendij, tutelæ. [Caritatis] Naturalis affectionis, & amoris. Firmitatis] Roboris, stabilitatis, sufficentiæ. Beati] Felices, quibus deest nihil. O præclarā] Ironicè loquitur Lælius, taxatq; obscurā, mancā, & languidam Epicureorū rationem in lustris natam, & ganeis. Amicitia, inquit, præclarum dei donū est, societati omnia bona accepta referenda sunt, illa nos ad omnia muniuit, atq; instruxit. Idem Cic. in Orat. pro Sex. dicit, quodā tēpore homines nōdū neq; naturali, neq; ciuili iure descripto fusi per agros ac dispersi uagabantur, tantūq; habebant quantū manu, & viribus per cędē, aut vulnera, aut arripere, aut retinere potuissent, qui igitur primū uirtute, & cōsilio præstanti extiterunt, hi perspecto genere humanæ docilitatis, atq; ingenii, dissipatos in locum cōgregarūt, eosq; ex ferocitate illa ad iustitiam atq; māsuetudinē transtulerunt, tū res ad communem utilitatem quas publicas appellamus, tū conuenticula, quæ hominum postea ciuitates nominauerunt, tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, inuento, & diuino, & humano iure mœnibus sepserunt. [Iucundius] delectabilius. Quæ est] q.d. talis animi tranquillitatis vituperāda est, quoniā homo hoīum usibus natus est, & maximè amicorum duo, quorum commodis non modo suscipiēda cura est, sed etiā graues labores, & solicitudines, quæ ob ius naturæ, & amicitiæ necessitudinē iucūditati ascribēdæ sunt. [Specie] Aspectu, & noīe ipso. Blāda] Lenis, iucūda. Ab se] Sua spōte, ꝓpriaq; natura, ut ita dixerim. [Multis lo.] Necessarijs negocijs, opportunisq; officijs, ac debitis. Is locus officio, inquit Silius, cum cessant prospera, cūq; Dura ad opē fortuna uocat, nā læta fouere Haudquaquā magni est animi decus. Consentaneum] Rationi, ac naturę cōgruum. Ne solicitus] Anxius, & curis districtus. uulnera, inquit Arist. forti viro molesta sunt, fert tamen, quia honestū est ferre, & turpe nō ferre. Curā] Cogitationē, & aliqui molestiā, & animi commotionē. Bonitas] Simplicitas, & iusta prudētia, quę recta ratio agēdi diffinitur. Malitiam] Fallacem nocendi, & circumueniēdi modum, & viā. Tēperātia] Moderatio cupiditatum omniū. Libidinem] Infrenē cupiditatem, & voluptatē. Ignauiā] Pigritiam, desidiam, torporem. Fortitudo] Virilitas, & promptus ardor in laboribus, & periculis. hæc siquidem uirtus est, quasi fida custodia ipsius officii. [Imbecillibus] Ignauis, abiectis. icirco Virgilianus Aeneas ignaua morte angitur in primis. & Papinianus Hippomedon. [Flagitiosis] Libidinosis, sceleratis, probrosis. [Modestos] Modum uitæ habentes, & temperātiam atq; decorum in omni re seruantes. Instructi] subornati natura, & disciplina edocti. Humanitatem] Naturalē qualitatem, & teneritudinem affectibus peruiam tenere siquidem est humanus animus ac mollis, recipitq; naturæ motus in vtrāque partem, etenim non est humanum pectus, sed ferreum potius, & adamantinum, quod res humanæ non tangunt. Icirco celebratur, & sententia Antonini Cæs. qui dicit, Neq; imperiū neq; philosophia tollit affectus. Motu animi] Cura, affectione cogitatione, reputationeq; rerum humanarum. [Sublato] Remoto. [Pecudem] Brutū animal. [Generis eiusdem] similis, qualitatis, & naturæ, nullo sensu præditæ ac motu. Isti] Stoici asserentes uacare affectibus sapiētem, vt dictū est in iij. de fin, & dicetur suo loco in Tuscul. scholis. [Duram] Præfractam, inflexibilem. Ferreā] Asperam, immobilē, impalpabilē. Lactātius urgens Zenonē Stoicorum principem, & sectarium dicit. Illud satis est ad coercendum furiosi homines errorem, quod inter vitia, & morbos misericordiam posuit. Adimit nobis affectū, quo ratio humanæ vitæ penè omnis continetur. cū.n. natura hominis imbecillior sit, quā ceterorum animalium, quæ uel ad perferendam uim temporum, uel ad incursiones à suis corporibus arcendas naturalibus munimentis prouidentia cœlestis armauerit, homini autem, quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum. nulla esset hominum societas, nulla urbium condendarum, uel cura, uel ratio, sic neque uita quidem satis tuta, cum ceteris animantibus exposita esset imbecillitas hominum, & ipsi inter semetipsos belluarum more sæuirent. Tenera] Mollis, indulgens, compatiens, misericors. [Tractabilis] Palpabilis. sensus est, uirtutis natura facilis habere, & apta recipiendis affectibus, ut cera uarijs formis, qua ꝓ arbitrio plastes effingit, diffunditur, inquit Læl. ipsa uirtus, & contrahitur. i. lætatur, & angitur, ut ratio humanitatis, & societatis exposcit, nec non officium cuique, ut decet præstandum. qua propter gaudet cum gaudentibus, & cum plorantibus plorat, quod & apostolicum præceptum est, atque consilium. Sil. Italicus humanitate Batti regis Cyrenensium laudat his uersibus, Battus Cyrenem mori tū fortè fouebat Imperio mittit Battus, lacrymasq; dedisse Casibus humanis facilis, ꝗ supplice uisa, Intremuit regum euentus dextramq; tetendit. [Diffundantur] Dilatentur. i. gaudeant. [Contrahantur] Tristētur, doleant, angantur. est siquidem dolor, & mœror, animi cōtractio, & gaudium, atq; lætitia diffusio quadam, & extensio, ut in Tusc. scholis docet, ac diffinit Cic. [Angor] Mœstitia, & solicitudo siue tristitia. [E uita] Ex usu modoq; uiuendi politico, & humano, ut est, inquit, de uirtutibus ita, & de amicitia, quæ iustitiæ quædam pars est, & sine uirtute esse non potest. vnde de similibus idem debet esse iudicium. [Contrahat] Copulet, coniungat. [Eluceat] Appareat. Nunquam in obscuro uirtus latet, ait Sen. sed mittit sui signa. [Applicet] agglutinēt propter morum similitudinē. Plato in dialogo, qui Lysias de amicitia inscribitur dicit, fortasse & sapientum scripta legisti in ꝗbus eadem hæc affirmant, simile simili necessario semper amicum esse, atque hæc est eorum sententia, qui de natura, & uniuerso tractarunt, præterea dicuntur poetæ homines conciliatoris dei ductu amicos fieri. sic.n. aiunt, Deus similem semper ad similem agit, & notum facit. [Amor] Caritas quædam quæ uoluntas est benefaciendi, & gratificandi. Carum siquidem, ut alibi dicit Cic. uerbum est amoris, vnde amicitiæ nomen ductum est. Amare uero nil aliud est, quā alicui bonum uelle optareq; oportere aiunt dicit philosophus amico bona illius gratia uelle. [Inanibus] uanis, & solidam utilitatem non habentibus. Cultu] ornatu. [Redamari] Diligi, & coli. qua propter Aristot. dicit amicitiam esse beneuolentiā mutuam non latentem. [Remuneratione]. i. reciproco amore. [Vicissitudine] Alternatione. [Studiorum] Curarū, & uoluntatū. [Officiorū] Actionum decentium. amicitiæq; iure debitarū. Alliciat] Inuitet. Adsciscāt] adiungāt, & decreto quodam aduocent. Natura] Qualitate, ac dote. Rapacius] Vehementius ad rapiendū, & attrahendū, quā similitudo naturæ, ac morum ad Amic. ait Sen. in epist. fert bonum uirum, & sapientem nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. nā ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic & amicitiæ. Constat] Conuenit inter nos, ut manifestum, & uerū, fons, principium, & origo. beneuolentia dicit Arist. amicitię quidem est similis. non tamē est amicitia. fit.n. beneuolentia, & ad ignotos, & latens. uidetur principiū amicitiæ esse sicut & amandi, uoluptas ea, quæ per aspectū efficit. nemo nāq; adamat nisi ante delectatus fuerit forma, qua qui gaudet, nō cōtinuo amat, sed cum absentē desiderat, præsentiam affectat. Sic igitur etiam amicos impossibile est esse nisi beneuoli fuerint. omnino beneuolentia ob uirtutem sit aliquam, & bonitatē. Eadē bonitas] Virtus beneuolētiæ, & amicitiæ, quæ bonitatis. i. iustitiæ pars, est, tribuens hominibus natura congregatis, & sociatis, quod illis debetur lege naturæ, quæ hominē homini cōmendauit. [Inhumana] Aspera, inhospitalis, & fera. Immunis] Iocosa, nihil ꝓstans humanitatis. in hac significatione dicitur prompta, & benefica in omnes beneuolētia, & caritas. Superba] Elata, contumax, sed facilis, humilis, benigna, comis, affabilis. Tueri] Protegere. Cōsulere] Prouidere, ac illorū ꝗeti, & securitati ꝓspicere.

undegræcum adagium eſt,homo homini deus, & oppoſitum,
homo homini lupus. [Abhorreret]Aliena eſſet ab amore om-
nium hominum,quicunque illi ſint. Amicitiam,dicit philoſo-
phus,non eſt ad inanimata,nec iuſtum immo,neq; ad bouem,
uel equum, neq; ad ſeruum ea ratione qua ſeruus eſt. non eſt
.n.quidquam cōe. Seruus.n.animatū eſt inſtrm̄,ſed qua eſt ho
mo. Nam omni homini iuſtum quoddam eſt ad hominē, qui
communicare ſecum legem pactumq; poteſt quare & amici-
tiam ratione,qua homo eſt. [Fingunt] Simulant. [Nondum]
Vinculū,gluten, nexum.[Amor]Studium,uoluntas, affectio.
[Cum ſtudio]uolenti animo,& amico. Animus eſt,inquit Sen.
qui parua extollit,ſordida illuſtrat,magna,& in p̄cio habita de
honeſtat ipſa,quæ appetuntur neutram naturā habēt, nec bo-
ni,nec mali id refert,quo illa rectior animus impellat,à quo for
ma datur rebus. non eſt ergo beneficium ipſum,quod numera
tur, aut traditur,ſed pia, & recta voluntas. [Colantur] Obſer-
uentur,& frequententur, atq. honorentur uſus gratia,& com-
pendij. [Opibus] Potentijs, clientelis. [Copijs] affluentia rerū,
qua propter maiores noſtri Iouem optimum primo.i.beneficē
tiſſimum,deinde maximū.i.potentiſſimū appellauerunt, oſtē-
dētes maius eſſe,& gratius benignum eſſe,ac liberalem, quam
magnus opes habere. Qui beneficia confert deum imitatur, in-
quit Sen.qui reperit feneratorē.[Præſidij]Opis,& tutelæ.Opus
ſit] Expediens ac neceſſarium.[Viguiſſent] Prōpta fuiſſent ad
uelandam indigentiam,quæ aperit voluntates amicorū.& ideo
interdum neceſſaria, cum officia excitet,& uirtuti campum pa-
tefaciat, atq; argumento amoris. Aduerſa ſiquidem amicos
explorant. Amicos, ait Sen. res optimæ parant, aduerſæ pro-
bāt. In utraq; fortuna,dicit Philoſophus, quærūtur amici. Nā
& qui fortunā habēt aduerſam indigēt ope, & qui ſunt in rerū
proſperitate eorū indigēt quibus cū uiuant,& in quos benefi-
cia conferant. Amicos igitur habere magis neceſſarium eſt in
aduerſa fortuna. oportet autem felici tempore amicos prom-
ptè accreſcere.honeſtum ſiquidem eſt beneficum eſſe, Infelici
vero pigrè, nam participes malorum facere amicos non decet.
vnde Oreſtes apud Eurip. in Electra Pyladi amico dicit. Sat eſt
grauis triſtisq; fortuna ſi me urget. Maximè tamen uocandi
ſunt tunc amici,cum parua ſuſcepta moleſtia multum prodeſ-
ſe poſſunt, Contra fortaſſe congruum eſt ad calamitoſos ire
amicū antequā vocet. eſt n.amici beneficia cōferre p̄ſertim in
eos, qui indigēt,& priuſquā illi requirāt, vtriſq; ſiquidē hone-
ſtius eſt,atq; iucūdius. Ad fortunatos prōptè accedendū eſt,ad
opus agendū,tardè vero pro cōſequendis beneficijs.non.n. ho-
neſtum eſt utilitatis ſuæ gratia properare. [Domi] In toga, &
domeſtica,& ciuili.[Vſu]Experiētia.[Ratione]Doctrina,& phi
loſophico inſtrumēto.[Proh]Interectio eſt admirantis,& qua-
ſi implorantis,atq; adiurantis fidē .i. opem auxiliumq; numi-
nis,& hominis.[Deum]Deorum, antiqua locutio eſt paſſim à
poetis,& oratoribus uſurpata. [Circunfluere] Vndiq; redun-
dare. Arbitrantur hoīes,inquit philoſophus, felicem iucundè
viuere oportere. Solitario difficilis eſt vita. Retinēdū eſt,inquit
Lact.vinculū ſocietatis humanę,quia hō ſine hoīe nullo modo
pōt uiuere. Epicurus,auct.Sen. dicere ſolebat ſine amico viſce-
ratio leonis,& lupi uita eſt. ut ſolitudo in odio eſt, ait Sen.ſic
in dulcedine appetitio ſocietatis,quomodo hominū hoī natu-
ra cōciliat,ſic ineſt huic quoq; rei ſtimulus, qui nos amicitiarū
appetentes facit.[Fides]ueritas,& ſecuritas. [Fiducia]ſpes, bo-
nusq; animus.i. ſecurus. [Coluntur] Honorantur, & frequen-
tantur,ad aliquod tempus,ut periculū declinetur ſimulatione
officii.[Ceciderint] Amittent tyrannidem, qualis eſt,ut pluri-
mum exitus tyrannorum,vt per cruorem ad manes deſcendāt.
[Tarquinius] ſuperbus mortuus eſt, cuius quo ſe poſt fractas
opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum cōtulerat.[Gra-
tiam referre]Par pari reddere,benemerentibus uidelicet bene-
ficium, & infidis talionęm, & pęnam. [Importunitate] Mali-
gnitate tyrannica,& feritate in qua nulla poteſt eſſe quies,nul
la commoditas. [Præpotētium]Fortunatiſſimorum,quos au-
ra fortunæ inflat, & aliorum contemptores efficit.[Excludūt]
Eiiciunt. Fideles]ueras, conſtantes,atq; reciprocas.[Cæca]Te-
meraria, improuida. uiolenta fortuna,inquit Sen. quem ni-
mium fouet,ſtultum facit, & fortuna nemini plusquam con-
ſilium valet. [Plerunq;] ſæpius,quoniā nonnulli fortuna pru-
denter,& moderatè vtuntur, ſeruantq; in magna peccādi licē-
tia modum,cum tibi alludit uitæ proſperitas,ait Sen. tūc te ve
lut in lubrico retinebis, ac ſiſtes, nec tibi dabis impetus libe-
ros,ſed circunſpicies, quo eundum,uel quouſq;.[Afferuntur]
criſtas erigunt more gallorum, atq; alios contemnunt,& ad-
uerſantur.[Faſtidio]Quadam nauſea, & contemptu. [Contu-
macia] Animi tumore conuicijs,deſpicientia,ſuperbia.[Inſipiē
te]nullis diſciplinis exculto, & quaſi mitigato. unde ſtudia hu-
manitatis dicta,quę ſincera mente cupiētes humaniſſimi ſunt.
[Fortunato]Opulento. [Intolerabilius]Inſolentius,& impor-
tunius. [Commodis]Facilius,aptis, menſuratis,modumq; ha
bentibus,& ſeruantibus.i. rationem humanitati conſentaneā.
[Imperio] Prælatura, exercitus. [Poteſtate] Iure aliquo ſibi
conceſſo. Cum imperio eſſe dicebatur apud antiquos, cui no-
minatim à populo dabatur imperium, cum poteſtate autem
de eo, qui à populo præferebatur alicui negocio. [Proſperis]
felicibus, atque ſecundis. [Indulgeri] Animum applicari, atq;
obſequium? [Stultius]Hebetius,imprudentius.[Copijs]affluē
tijs rerum. [Facultatibus]diuitijs, opulentijs. unde difficultas
domeſtica inopia. [Opibus] Potentis, factionibus, clientelis,
fauoribus, affectationibus. [Supellectilem] Inſtrumentum
ad magna quæque efficaſſimum, qua propter Stoici appella-
bant amicum efficiens quoddam bonum, ut in 3. de Fin. di-
ctum eſt. Supellex propriè, ut habetur 33. Digeſtorum etiam
domeſticum inſtrumētum,quod neq; argento, auro ue facto,
vel veſtibus adnumeratur. Cui]quoniam ſubinde alios, atque
alios ſortiuntur dominos cū in arbitrio fortunæ ſint. ut rectè
monet in epiſt. C.Cæcilius,& Horat. his verſib. Nā propriæ tel-
luris rerū natura neq; illū, Nec me,nec quēquā ſtatuit, nos ex-
pulit ille. Illū, aut nequities, aut vafri inſcitia iuris Poſtremo
expellet certè viuacior hæc res. Nunc ager Vmbreni ſub nomi-
ne dictus Ofelli, Dictus erit nulli propius, ſed cedet in uſum
Nūc mihi,nunc alij, quo circa viuite fortes, Fortiaq; aduerſis
opponite pectora rebus. Sua] Propria, & non fortuita. Certa]
Firma,non uacillans,inuariabilis. Inculta]non frequētata. De-
ſerta]Deſtituta.[Iucunda]ſuauis, & delectabilis. Abſurdū eſt,
inquit,philoſophus,felicem hominē ſolitariū facere. Nā homo
ciuile animal eſt,& cū alijs aptū uiuere, ac uerba mētemq; cō-
municare ſic.n.dicit in amicis viuere ſimul,& nō, ut in pecudi-
bus eodē in loco paſci,quo circa alij cōputant, alij talorū ludo
ſimul ſeſe exercent,& una uenantur,aut philoſophātur ſingu-
li totos dies idipſum agentes,quod maximè amant. uiuere .n.
ſimul cum amicis uolentes hæc faciunt, & in ea cum his com-
municant,cum quibus uiuere expetunt, quæ maximè ipſos in
uita delectant.[Conſtituendi]Ponendi, firmādi, ſanciendi. Fi-
nes[Termini,& metæ, ut pateat quatenus progrediendum ſit
cum laude in amicitia. [Ferri] Dici, narrari à philoſophanti-
bus, morūq; magiſtris. Eo modo]Affectu,& animi diſpoſitio-
ne,atq; propoſito. Ariſt.9. Moral. dicit. At vero, quæ ad amicos
attinent,& quibus amicitiæ diffiniūtur,ex his, quæ ad ſeipſum
quiſq; facit profecta eſſe uidētur.ponūt.n. eū amicū eſſe, qui
uult,& agit bona,uel,quæ uidentur ami gratia. Aut eum, qui
uult eſſe, uiuereq; amicū gratia ipſius amici, quod matribus
ad ſuos accidit filios. Quidā vero eū eſſe dicūt, qui verſatur vna
cū amico,& eadē expetit. Aut eū,qui dolet pariter,atq; gaudet
cum amico Maximè āt, & hoc matribus accidit. Horum etiam
aliqui,!& amicitiam ipſam diffiniunt. unumquodq; autē horū
uiro competit erga ſe bono,reliquis uero ea ratione,qua tales
eſſe ſe opinantur. uidetur autem, ut dictum eſt uirtus, & ſtu-
dioſus ipſe cuiq; eſſe menſura. hic .n. ſibi conſentaneus eſt, ac
eadē cupit anima omnis,& vult igitur ſibi bona,& agit.& quip
pe boni uiri bonum agere, ac ſui ipſius gratia, mentis ſiquidē
cauſa,quæ quidem uidetur quiſq; eſſe,& uult etiā ſe viuere,ſal
uūq; eſſe,atq; id maximè,quo ſapit,atq; talis ſecū degere vult.
Libēter.n. hoc,& cum voluptate facit.nam, & actarum rerum
recordatio periucunda eſt,& futurarum ſpes bona. talis artem
delectat,& inſuper contemplationibus abundant. præterea vna
ſecum maxime dolet,atque lætatur. Idem.n.eſt ipſi moleſtum
atq; iucundum,& non alias. aliud eſt.n.ſine penitentia prorſus
ex eo igitur, quia unumquodq: ipſorum ad ſeipſum competit
ſtudioſo,ad amicū,aut ſic ſeſe habet, ut ad ſeipſum. amicus.n.
eſt alter ipſe,& amicitia videtur horū aliquid eē, & quibus hæc
inſunt vidētur eſſe amici Qui multas res p̄nicioſas atq; nefan-
das egerunt, uitam odio habent ob prauitatem, ſibiq; mortē
conſciſcunt. Quærunt præterea alios ipſi flagitioſi, quibuſcum
uerſentur, ſeipſos uero fugiunt, nam ſi ſint ſecum recordan-
tur multarum,grauiumq; rerum,& timent alias tales. Si uero
cū alijs ſint,obliuiſcuntur. Atq; cum nihil habeant,quod ama-

bile

bile sit, nulla re prorsus afficiuntur ad seipsos, quæ ad amicitiã pertinet. Neq; igitur una secum gaudent, atq; dolent. est.n. eorum anima in seditione, at q; interdum ob prauitatem dolet abstinens à quibusdam, interdum lætatur. & hæc quidem pars huc, illa uero illuc trahit distrahentes. Quod si fieri nequeat, ut doleat, simul atq; lætetur, aut paulo post dolet, quod lætatus fuit, & nollet sibi fuisse illa uoluptati. Improbi nãque pœnitentia referti sunt. Improbus igitur ne erga se quidem amicè affectus est, propterea quod nihil habet, quod sit amabile. Quod si ita se habere uehementer est miserum, totis uiribus fugienda est prauitas, & enitẽdũ est ad bonitatẽ. sic.n. & ad ipsum habebit amice, & alijs amicus poterit esse. Affecti] Dispositi, animati. Respondeat] Consonet, parq; sit, & similis. Quanti] Quanto precio, & indicatura. Nulli assentior] Nullam duco probabilem, quod quibusdam rationibus ostendit Lælius. [Atten.] Acrius consideranti, rationes Aristotelicæ non modo probabiles uidebuntur, sed etiam uerissimæ consummatæ siquidem uirtutis uir philosophus ille intellexit, tui omnia insunt, quæ amico præstanda sunt, & maiora nullo modo possunt. quapropter si amat amicum sicut seipsum, omnes numeros impleuit necessitudinis. Quærit idem philosophus, an deceat quẽquàm amare sese maximè, & decere concludit non omni modo, sed quodam, his uerbis. Eum inquiũt oportere summè amare, qui maximè est amicus. Is autẽ est talis qui uult, cui uult bona illius gratia, si nullius etiam scierit. At hæc ipsi ad seipsum maximè competunt, & cetera omnia quibus diffinitur amicus. dictum est.n. ab ipso ea omnia, quæ ad amicitiã attinent, & ad ceteros peruenire. eodem accedunt, & prouerbia uniuersa, ut anima vna, & amicorum omnia sunt cõia, & amicitia est æqualitas, & genu tibiæ propinquius. hæc.n. uniuersa ipsi ad seipsum maximè competunt. Maximè nanq; amicus est ubi, & se igitur ipsum maximè amare oportet. Siquis curet agere iusta maximè, aut moderata, aut quæuis alia profecta à uirtutibus honestatemq; omnino sibi uendicet. hunc nemo uituperabit sui amatorem. Magis autem uidebitur talis homo sui amator, cũ sibi tribuat quæ pulcherrima sunt bona, & maxima, qua propter maximè sui est amator, diuersa specie ab eo, qui reprehẽditur tantumq; differt, quantum uita cum ratione differt à uita cũ perturbatione, & appetitio, aut honesti, aut eius, quod vtile esse uidetur. Qui autem sui amatores uituperãt ad eos respiciũt, qui sibi plus tribuunt in pecunijs, & honoribus, & corporeis uoluptatibus. hæc.n. ipsa multitudo affectat, & ipsis, ut optimis omni studio incumbit. qua propter, & pro his digladiãtur. qui igitur in his plus habere pergunt, hi cupiditatibus, & omnino affectibus, eiq; patri animæ, quæ rationis est expers gratificantur. tales autem sunt ipsi multi. ieicirco appellatio nata est ex multitudine, quæ praua est. igitur iustè uituperantur, qui sic se amant. Non est autem obscurum uulgus, eos qui sibi ipsis talia tribuunt sui amatores dicere consueuisse. Quare bonum quidem hominem amatorem esse sui oportet. nam & sibi proderit, ac ceteris agendo honesta. paruum uero non oportet. & sibi nanq; nocebit, & propinquis prauos sequendo affectus. ea igitur quã uir improbus agit, & ab his discrepant, quæ agere oportet. At probus, quæ oportet agit. mens.n. omnis id expetit, quod sibi est optimum. Vir etenim bonus rationi obtemperat. Atqui uerum est illud, quod de studioso dicitur, complura inijqua ipsum, agere & amicorum, & patriæ gratia, etsi opus fuerit mortem obire. pecunias.n. & honores objiciet, & ea bona omnino, de quibus certant homines, sibi uendicans honestatem. In uniuersis denique laudabilis ipse uir bonus plus honestatis tribuit sibi. Sic igitur sui amatorem esse oportet, ut ipsi autẽ multi sunt non oportet. Animatus] affectus, dispositus. Quam multa] Prima ratio Lælij primam rationem reprobantis, quæ tamen, ut dixi rectè æstimata, & iudicata uerissima est. Precari] Precibus aliquid contendere ab inertissimo homine, ac malignissimo. Supplicare] Quasi adorando supplices manus tendere, genuaq; ponere. Acerbius] Asperius impetere conuitijs quẽpiam pro amici negocio, & ratione. Honestè] decore, laudabiliter. Diffinit] Terminat. Paribus off.] similibus actionibus, & obsequiis. Voluptatibus] Delectationibus, & iucunditatibus. Exigue] Parce. Tenuiter] Auarè. At calculos] Lapillos. i. supputationem, & rationis æqualitatem ritu mercatorum, & fœneratorũ. Calculi sunt lapilli, quibus utuntur ratiocinatores summam facientes. inde & calculatores dicti, sed elegantius ratiocinatores. Par ratio] Quantitas, & qualitas. Ditior] Copiosior. Affluentior] Redundantior. [Obseruare] Adnotare. [Restrictè] Minutè, parcè, auarè. [Excidat] E memoria labatur. [Aequo] Pari. Quanti faciat] Aestimet talem qualis à se iudicatur. Abiectior] Timidior, remissior. [Fortuna] Conditionis, status, sortis [Fractior] Debilior, timidior; [Iacentem] abiectum, timidum, fractum. [Excitet] Erigat, adiuuet ad meliorem fortunam. [Adduci] Trahi ad hanc opinionem. [Impuri] Corruptum habentis iudicium. Impurus apud antiquos pro improbo ponebatur. [Ambitiosi] uentosi, & magis amari quærentis, quam amare. Plerique ait Arist. 8. Moral. ob ambitionem magis amari quã amare uelle uidentur, qua propter amant adulatores. Amari autem propinquum huic esse constat, affici, inquam honore, quod quidem pleriq; affectant. uera autem amicitia magis in exhibendo amore, quam recipiendo consistit. Argumento sunt matres amando gaudentes. nonnullæ siquidẽ nutricibus dant filios, & amant quidem scientes, ut amentur autem ab illis, nõ quæruntur si utrunq; fieri nequeat, sed satis est ipsis, si in prosperitate uidetur illos esse cõstitutos. [Quo nam modo] q.d. talis opinio excludit amicitiam. unde Arist. monet non esse amãdum quasi sis osurus, vt aiunt, sed ita exercendum odium tanquam aliquando sit amaturus. [Optare] Votis omnibus petere. [Ansas] Causas, & occasiones. [Angi] Cruciari animo, & affligi. [Tempus] Opportunitatem aliquando. [Emendati] Emaculati, compositi, moderati, sine menda. [Communitas] Participatio, consociatio, [Fortuna] Casu aliquo. [Minus iustè] Aliqua ratione à recto exorbitantes. [Aut caput agatur] Tractetur de uitum à recto exorbitantes. [Aut caput agatur] Tractetur de uita, sitq; in periculo. inde capitale dicitur crimen, quod pœna capitis luitur. idem Cic. in orat. pro lege Manil. dicit. Agitur salus sociorum. Aguntur certissima P. R. uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. [Aut fama] Nomen ipsum, & decus, quod honestis uiris omnibus fortunis debet esse antiquius, quoniã turpissima est infamiæ nota, & probrum. Triplex præterea diminutio capitis minima, media, & maxima tractatur à professoribus ciuilis iuris. [De uia] Recto ordine officiorum, atque iustitiæ. [Turpitudo] dedecus, & vituperatio. [Est.n. quat.] idest conceditur, ut usq; ad aliquem finem declinet ab honestate amicus in amici periculo, qui terminus in singulis actionibus cõstitui nequit, aut uix ponitur, quoniam uariæ circunstantiæ variant officia, & nullis formulis possunt singula comprehendi, nulla quippe de his scientia, sed experientia tantum. qua ꝓpter Gell. hunc Cic. acri iudicio, & anxio pensauit his uerbis Chilo præstabilis homo sapientiæ, quo nam usque debuerit contra legem, contraq; ius pro amico progredi dubitauit, eaq; res in fine quoq; vitæ ipso animũ eius auxit, & alij deinceps multi philosophiæ sectatores, ut in libris eorũ scriptũ est satis scite, solicitè quæsiuerunt, vt uerbis, quæ scripta sunt ipsis vtar. Nunquid oporteat contra iustitiam amico subuenire. & quafini, & in eiusmodi ea uerba significant quæsisse eos, an nõnũquàm contra ius, contraue morem faciendum pro amico sit, & in qualibus, & in quibus causis, & quem nã ad usq; modum. Super hac quæstione cum aliis sicuti dixi multis, tum diligentissimè à Theoph. disputatur uiro in philosophia Peripatetica modestissimo, doctissimoq; disputatio scripta est, si rectè meminimus in lib. eius de amic. j. cum lib. M. Cic. uidetur legisse, cum ipse quoq; de amic. lib. cõponeret, & cetera quidẽ quæ sumẽda à Theoph. existimauit, vt ingenium facundiaq; eius fuit, sumpsit, & transponit cõmodissimè, aptissimeq;. Hunc autem locũ de quo satis quæsitũ dixi omniũ rerum aliarũ difficillimum strictim, atq; cursim trãsgressus est. Neq; ea, q̃ à Theophr. pẽsiculate, atq; enucleatè scripta sunt, executus est, sed anxietate illa, & quasi morositate disputationis ꝓtermissa genus ipsum rei tantum paucis uerbis notauit, dicens. Est quatenus amicitia uenia dari possit, cum agetur, aut caput amici, aut fama declinãdum est de uia. Sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat, qualisq; ad adiuuandũ digresio, in quanta uoluntatis amici iniquitate nõ dicit. Quid autẽ refert scire me in huiusmodi periculis amicorum, si non magna me turpitudo insecutura est de uia recta esse declinandũ? nisi id quoq; me docuerit, quã putet magnã turpitudinẽ, & cũ decessero de uia, quousq; digredi debeã, est.n. inq̃t, quatenus dari amicitiæ uenia posit, hoc imo ipsum est, qđ maximè discẽdũ est, qđq; ab his q̃ doceãt minimè dr̃, quatenus quaq; fini dari amicitiæ venia debet. Chilo ille sapiẽs de quo antedixi, cõseruandi amici cã de via declinauit, sed video quousq; ꝓgressus ẽ. falsũ.n. ꝓ amici salute cõsiliũ dedit. Idipm tñ in fine quoq; vitæ an iure posset rephẽdit, culpariq; dubitauit,

dubitauit.contra patriam, inquit Cic. pro amico sumenda arma non sunt,hoc profectò nemo ignorat,sed id quæro, id desidero cum pro amico contra ius,& contra quàm licèt salua tamen libertate,atq; pace faciendũ est , & cum de uia sicut ipse ait,declinãdum est,quid & quãtum,& in quali causa,& quonã usq; id fieri debeat Pericles ille Athen. egregius uir ingenio bonisq; omnibus disciplinis ornatus in una quidẽ spẽ,sed planius tamẽ quid existimaret professus est. Nã cũ amicus eũ rogaret, vt pro se causaq; eius falsum defeÿraret , his ad eũ uerbis usus est:Opus est me amicis cõmodare, sed vsq; ad aras.Theoph.in eo quẽ dixi lib.inquisitius quidem super hac re ipsa,& exactius expressius,quã Cic.differit. Sed is quoq; in docẽdo nõ de unoquoq; facto singulatim existimat , neq; certis temporũ documẽtis,sed generibus rerũ summatim , vniuersim utitur ad hũc fermè modum,parua,inquit,& tenuis,vel turpitudo , uel infamia subeunda est,si ea re magna utilitas amico quæri põt.Reprehenditur quippe, & cõpensatur leue dãnum delibatæ honestatis maiore alia,grauioreq; in adiuuãdo amico honestate,minimaq; illa labes,& quasi lasciuia famę imminẽtis partarũ amico utilitatum ratione solidatur.Neq; nominibus . inquit moneri nos oportet,quod paria gñe ipso non sunt, honestas meæ famæ,& rei amici utilitas ponderibus. hæc.n. potestatibusq́ue præsentibus,non uocabulorum appellationibus, neq; dignitatibus generum dijudicanda sunt.Nam cum in rebus, aut paribus,aut nõ lege secus utilitas,amici,& honesta,nostra cõsistit, honestas proculdubio præponderat.Cũ uero amici utilitas nimio est amplior , honestatis aũt nostræ in re nõ graui leuis iactura est,tũc quod vtile amico est,id primũ illud,qđ honestum nobis est fit plenius sicuti est magnũ pondus æris parua lamina auri fit preciosius.post deinde Theophrastus ad hanc fermè sententiã disseruit.Has tamẽ,inquit,paruitates rerũ,& magnitudines,atq; has omnes officiorũ æstimationes , alia nõnũquã momẽta extrinsecus,atq; aliæ quasi appendices personarũ , & causarũ,& tẽporũ,& circũstantiæ ipsius necessitates quas includere præceptis difficile est moderantur,& regũt,& quasi gubernãt,& numeratas efficiũt,nũc irritas. Hæc talia, quæ Theophr. satis acutè,& solicitè,& religiosè causa differendi magis dispu tandiq; diligentia, quã cum decernẽdi sententia, fiduciaq; disserit.Eius aũt Chilonis à quo disputatiunculæ huius initiũ fecimus,cũ alia quædam sunt cognitu utilia, atq; prudentia , tũ id maximè exploratæ utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris,atque odij intra modos tãtum coercuit. Hac inquit,fini ames,tãquàm fortè fortuna osurus: hac itidẽ tenus odieris tanquã fortasse post amaturus.[Fama]bonum nomẽ . [Telum]Instrumentũ,& adminiculũ.[Colligere] Captare adulationib. & simulato uultu.uerbisq;.[Turpe]Indecorum.[Virtus]affabilitas,humanitas,comitas,& liberalitas,quæ iũcta iustitiæ amatur in primis.[Caritas]amor ciuium.[Cõstantes]nõ vacillantes in officio.[Præcurrit]præuenit,anticipat locũ.[Tollit]Aufert potestatem experientiæ,atq; iudicii.[Sustinere] cõprimere,coercere,translatio ab agitatorib.equorum,contrahẽtibus habenas ne ex nimis effuso cursu in præceps ruant equites.[Equis temp.]moderamine quodã dispositis, & non præcipitantibus cursum.[Periclitatis]probatis,tentatis.Opus est,inquit Gel. uersari,& exerceri in reb.cominus noscendis,& periclitandis.[Leues]uani,futiles inconstantes,ut amicũ prodant ludicelli cuiusque gratia,& ius necessitudinis uiolent spe compendioli.[Sordidum]Probrosum, indecorum.dictum iã est de honoribus,magistratibus,potestatibus,opibus.[Vis]Natura,robur,efficacia,ius,religio.[Imbecilla]debilis,impotens.[Potentiã]opulentiam,clientelas,principatum.[Non sine magna cã] ob potẽtiam.s.magistratum,regnum,imperium . Quapropter Arist.ut dictum est.celebrat in 9.Moral. bonum uirum honores abijcientem amici causa,cui talia bona concedit', Rarũ genus hominũ,sed omne præclarum rarum.[Honoribus] Dignitatibus,& prælaturis.[Graues]Onerosæ,molestæ.[Difficiles] Asperæ.[Certus]Fidus.[Non facilis est inuentus]Non facile inuenitur.[Incerta]Dubia,vacillantiq; causa,& negocio.[Cernitur]Perspicitur,iudicatur,exploratur . qua propter fidus amicus,ut ait Hom.non est fratre ducendus inferior . uir infidus , ait Plato in 5.de Leg.ab amicitia ualde alienus est,& tandẽ cognitus in tã odiosam senectam incidit, ut seu uixerint , seu decesserint amici,ac filij,æquè orbam uitam acturus sit , & miseram.[Leuitatis]Inconstantiæ.[Infirmitatis]Ignauiæ.[Conuincunt]Arguunt,accusant.[Fides] Veritas dictorum , & cõuentorum obnixa stabilitas.fides,ait Sen.sanctissimum humani pectoris bonũ est,nulla necessitate ad fallendũ cogitur, nullo corrumpitur præmio,fidem qui perdit nihil potest ultra perdere. fides unanimis unde abiit,nunquã redit,laudatur,& inter maxima humani generis bona fides colitur.Simplicem] Purum , apertũ,non uafrum,non simulatorẽ,ac dissimulatorẽ,sed simplicis ueritatis amicum.Cõmunẽ] Congruentẽ naturæ cõi ;& non suæ hæresis, atq; capitis hominẽ , qm̃ contentiosus est , & sæpe,ut ait Flac.rixatur de lana caprina.Moueatur] Afficiatur, & capiatur ijsdem studiis,quorum dissimilitudo distrahit amicitias.Par est]Decet,& est uerum prudentiæ consentaneũ,quæ locũ pœnitentiæ raro relinquit, uel potius nũquã si cõsummata est,pro captu humani ingenij,atq; solertiæ. Multiplex] Variũ,non uniforme. Tortuosum]obliquum,uafrum,fallax, sub dolũ.Consentit]Congruit,conuenit.Consentire tuis studijs,q̃ crediderit te(dicit Horat.)Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum.Eodem]Ad id quod dictum est de natura fidi amici . Criminibus.]Calumnijs In sola bonorum amicitia. dicit Philosophus 8.Moral.nullum calumnia locum hẽt. Non.n.facilè alicui quispiam de eo credere potest,quẽ ipse diuturno tẽpore cõprobauit.In his ipsis est,& sibi mutuo credere,& nunquã iniuriã facere,ceteraq; omnia,quæ ueræ amicitiæ censentur inesse. In reliquis uero amicitijs nihil prohibet ea, quæ sunt his cõtraria fieri.Dudum]Paulo ante.Sapientem] Consummatum hominem.Ingenuum]Generosum,atq; decorum. Fronte] simulato uultu,& arridenti,quãuis cor liuidum sit,& inimicũ . Suspiciosum]De amico male opinantẽ.Violatum]Contaminatũ atq; corruptum inimico animo,& infida.officij claudicatione. Accedat huc]Adueniat.huic præcepto,& adhæreat, ut appendix quædam.Suauitas]Lepor,comitas,leuitas . Condimentũ] Gratia.Condire est dare saporem.unde conditi sale dicũtur faceti,& urbani.Tristitia]Morositas citra hilaritatẽ. Seueritas] Rigiditas morũ,atque nimia grauitas,rusticitati adsimilis austeritas. Grauitatem]Pondus;& æstimationẽ. Remissior] Lætior,hilarior,lepidior. Liberior]Solutior,facilior,aptior. Comitatẽ]Affabilitatẽ.Facilitatem]Benignitatem. Procliuior] Propensior.Idem Cic.in orat.pro Corn.Balbo dicit, Comes , benigni,faciles suauesq; homines esse debent , qui erranti comiter monstrant uiam,benignè,non grauatè.Existit]Emergit hac in parte.Quæstio]Dubitabilis propositio, & inquisitio,non nihil habens difficultatis,& ideo subdifficilem appellat eam Cic. Nũquando]Ad interdũ.Teneros]Equulos.Homini] hominis præstantia,& generositate ipsius naturæ.uetus adagiũ est. Nouos parãs amicos,ueterum nequaquam obliuiscere. Sacietates aliarũ rerũ].i.fastidia quædam,& repudiationes.Plato dicit in libello de amic.Nisi uterq; diligat , neuter alteri dicendus est esse amicus.ergo nec amici equorum sunt,quos equi non adamant, neq; coturnicũ,neq; canũ,neq; uini; amant tamen hæc plerîq; omnes,sed amica non sunt,quamobrẽ mentitur ille poeta,qui dicit,Felix ille est cui pueri amici,equi,venatorum canes,& alienigenæ.[Ferunt]Tolerant,unde dixit Pindarus , Lauda uetustum uinum,& florentes hymnos recentiorum poetarum. Cur apud te,inquit Sen. uinum ætate tua uetustius labitur? Quod dicitur]Adagium est,& prouerbialis sentẽtia.[Modios salis] Arist.8.Mor.dicit. Tales amicitiæ raræ sunt . Tempore igitur , & consuetudine opus est . Secundum .n. prouerbium , non fit ut mutuo se cognoscant priusquam simul consumant dictã salis mensurã.Nec igitur fit,ut prius recipiant se, sintq; amici , quã amabilis utiq; uideantur esse,atq; credatur uterq; . Qui uero ea celeriter inter se mutuo faciũt , quæ ad amicitiam attinent, uolunt quidẽ esse amici,sed nõ sunt,nisi sint amabiles , & idipsum sciant.Amicitiæ nanq; uoluntas , nõ amicitia celeriter fit. Hæc igitur,& tempore,& ceteris pfecta est amicitia , & per hæc omnia fit. hæc ille.vetus adagiũ est , salem & mẽsam ne prætereas .i.amicorum consuetudinẽ ne neglexeris,ne ue uioles iura amicitiæ.Pythagoras cẽsuit sal in primis in mẽsa ponẽdũ.qm̃ æquitatis iustitieq; nos admonet. Sal etenim id seruat & tuet̃,qđ occupauerit.Munus]Officium.Expletum]Cumulatum.Fructus] Commoditas futuri amici,honestumq; compẽdiũ . Suo loco] dignitate,auctoritateq;. Intractato]insueto,& feroci. Consuetudo]Conseruatio. Parẽ esse] descendere ad sortẽ ipsius amici, ut amicitiæ sit æqualitas,ut Pythagoræ placuit.Vetus illud uerbum ait Plato in Leg.& uerè atq; elegãter dictũ est æqualitatẽ amicitiæ causam esse. Inferiori]Dignitate.s.ordine,ac fortunis. Grege]Cœtu senatorio,& conuentu. [Ordinis] Gradus,& cõditionis.

ditionis. Colebat] Honorabat. Fratrum societas, dicit Philosophus, similis est censuum potestati. sunt. n. pares præter differētiam ætatis, quo circa si multum ætatibus differant, non fraterna inter ipsos fit amicitia. Per se] Per suam operam, & fauorē. uir bonus, ait Arist. res agendas concedit amico, honestumque ducit se causam fuisse, auctoremque ut agat illas amicus. Ampliores] Maiores, & auctores. Virtutis] Bonitatis. Ingenij] Doctrinæ, Fortunæ] Opulentiæ. Impertiant] Distribuant. Humilibus] Obscuris. Imbecilliores] Debiliores, ignauos, inopes. Stirpis] originis Generis] Natalium. Famulatu] seruitute. Caritatem] Amorem. In] Erga. Dixerunt] Existimauerunt. In proximum quenque] quoniā talib. maiora debentur officia. Exprobrant] obiiciunt, in dedecus. Beneficia perdes, ait Sen. nisi adiuueris. parum est dedisse, fouēda sunt. si gratos uis habere quos obligas, non det oportet beneficia, sed ut ames, præcipuè parcamus aurib. Admonitio tędium facit, exprobratio odium. Nihil ęquè in beneficio uitandum est, quàm superbia, lacerat animum, & premit frequens meritorum commemoratio. Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit. Extollere] Erigere se animo, officiis, dignatione, bona spe, ac opinione de amici iudicio erga se, ut omnis mala suspicio facessat. Opere] Actu ipso, & officijs animum iudicantibus. Sustinere] Ferre cū decoro. i. an rerum ponderi sufficiat, efficiendiq; uim habet, quoniam magistratus cum ad usum alienum sit, & iustam requirat intelligentia, uirum ostendit, ut Bias dixit, & Arist. 5. Mor. repetit. Omnino] Certè. Ingenijs] Naturis. Necessarios] Amicissimos. necessitudo ponitur pro uinculo religiosæ coniunctionis. Eodē studio præditos. eiusdem rei studiosos, & amatores. præditus studio dicitur cura affectus. & id curans atque studens. Colendi,] Amandi, & frequentandi non eo studio, & cura, quo ueri amici, cum quibus omnia debent esse communia. [Aliter] Nisi fuerint iudicata confirmatis ætatib. & iudicijs. Iuuenum amicitia, dicit philosophus, est ob uoluptatem. & ob id maximè sectantur iuuenes, quod ipsis iucundum est ac præsens. At cum mutatur ætas, alia fiunt, & ipsa iucunda quocirca cito fiunt amici, citoq; desistunt, nam simul cum eo, quod ipsos afficit uoluptate, & amicitia ipsa mutatur, bonorum amicitia similiumque uirtute perfecta est amicitia, quæ permanet quamdiu boni fuerint. At uirtus res permanens est. Dispares] Dissimiles. Studia] Curæ, uoluptates. Quorum] studiorum, & curarum. Quocirca, dicit Arist. Iuuenes quidem cito, senes autē non cito fiunt amici. non. n. sunt his amici, quibus non delectantur. Similiter nec seueri propterea, quod non simul degunt, neq; inuicem delectantur, quæ ad ipsam amicitiam pertinent maximè. Morum] Qualitatum animi. Studiorum] Curarum, & actionum. Intemperata] Immodica. Neoptolemus] Pyrrhus nouus bellator Achillis filius, & Deidamiæ filiæ Lycomedis regis Scyri insulæ. Audiam te] Illi obtemperare. Magnæ res] Necessaria negocia, & rationes. Desiderium] Absentiam, & cupiditatem uidendi absentem. Infirmus] Debilis, fractus. Mollis] Tener, leuis, fœmineus, non utilis animi, fortis atque constantis. Parum] Iustus impediens amici rationes, atque compendia. Calamitas] Pernicies quædam, & causa cogens dissoluere amicitiam. Calamitas propriè dicitur grando, aut quid tale perdens calamos, & fructus. inde ad cetera in commoda transfertur, & pater latius. Sapientum] Perfectorum hominum. Vulgares] Imperfectas, & temporarias. Qui se spectat, inquit Sen. j. epist. & propter hoc ad amicitiam uenit, male cogit, quemadmodum cœpit, sic desinat, parauit amicum aduersus uinculo laturum opem. Cum primum crepuerit catena discedet. hæ sunt amicitiæ quas temporarias populus appellat. Dilabitur] discedit. Erumpunt] Existunt uiolenter, ac temere. In contra] Alienos extrarios, siue extraneos. Redundet] Refluat. unde dicit Sene. Turpium amorē non posse, nisi malis rationibus conciliari. turpitudo igitur recurrit in amicum, quoniam si persuaserat in amicitia, turpis esse noster, iccireo abijciendus est ne nomen boni uiri contaminet manifestè uitiosus. est dubitatio, dicit Philosophus si dissoluēdæ sint amicitię, nec quo ad illos, qui non permanent, etiam manifestè paruus amandus sit, an impossibile est, inquit. Siquidem non omne quoduis est amabile, sed bonum, neque decet prauum habere amicum, neque oportet. non enim conuenit improborum esse amicum, aut similē effici prauo, dictum est autem simile simili esse amicum, est ne igitur statim amicitia dissoluenda? an non omnis, sed quæ incurabilis est ob prauitatem. Nihil absurdi uidebitur facere, qui amicitia dissoluit. non

.n. huic aut tali amicus erat. Cum igitur mutatum ad priores mores redigere nequeat, sese ab illo seiungit; oportet ne igitur ipsum non secus ad illum se habere, quàm si amicus nunquam fuisset? an memoriam præteritæ consuetudinis habere oportet. atq; ut amicis potius quàm alienis arbitramur gratificari oportere, & sic his, qui fuerunt amici, tribuendū est aliquid ob amicitiam, quæ antea fuit, cum non ob exuperantem paruitatem dissolutio amicitiæ facta est. Remissione] Relaxatione, atque imminutione. Vsus] Conuersationis. Eleuandæ] Minuēdę, extenuandę. Exarserit] Exercuerit, ut quoddam incendium. Rectum] Iustum. Honestum] Decorum. Morum] Affectuum, qualitatum animi. Studiorū] Curarū, uoluntatum. Partibus] Diuisionibus, factionibus. Dissensio] Discordia in sententijs, & iudicijs de ratione regendæ, gubernandæq; reip. Intercesserit] Interuenerit. De cōibus] vulgarib. inchoatis. Meo nomine] Causa, & respectu. In rep. modo, & uia tuendi publica negocia domi forisq;. Collega] Socio in augurandi munere, ac dignitate. Grauiter] Prudenter, & moderatè. Auctoritate] Dignitate, seueritate, constantia. Offensione animi non acerba] Indignatione, cōmonitioneq; non aspera, & ut ita dixerim citra grauem animi passionem, atq; molestiam, quæ animum lædit, & cruciat. Dissidia] Dissensiones, & discordiæ. Extinctæ] Paulatim leuatæ. Oppressæ] Obrutæ, statimq; suffocatæ, ut non extent. Graues] Perniciosas, capitales. Iurgia] Concertationes. Maledicta] Conuicia. Contumeliæ] Probrosæ iniuriæ, despicationesq;. Tolerabiles] Faciles, leues. Hic honos] Respectus. Patiatur] æquanimiter toleret. Omnino] Certè. Cautio] euitatio, & declinatio. Prouisio] Remedium. Causa cur diligantur. i. ipsum uerè bonum, quo nihil est amari dignius. i. ipsa uirtus, quæ rationis absolutio diffinitur. Omnis amicitia dicit philosophus, aut est ob bonum, aut ob uoluptatem, uel simpliciter, uel amanti, & similitudinem quandam, hæc autem omnia bonorum per seipsos amicitiæ insunt. huic similes sunt, & ceteræ. maximè igitur hæc sunt amabilia, & amara, amicitiaq; in his est maximè, & optima amicitia. Sunt autem merito tales amicitiæ raræ. pauci. n. sunt tales. In suo genere] Natura, & qualitate. Fructuosum] Vtile. Pulcherrima] Honestissima, & naturæ in primis cōsentanea. Per se] Propriam qualitatem. Propter se] Iucunditatem quā in se continet, & non ob aliquam rem extrinsecam. i. lucrum, aut corporis uoluptatem. habet. n. se quandocunque amabile, rerumq; honestarum precium. Hæc uis] Natura quoniam ratio amicitię ad alium, ut ex philosophi sententia dictum est, sumitur ab ea quæ cuique est ad seipsum. Per se] Per propriam qualitatem, & naturæ commendationem. Aliter idem] i. habens eūdem animū, quasi quod anima una sit in duobus corporibus, quod certè rerum omnium æqualitatem arguit, & concentū. Propterea Pythagoras dixit amicitiam esse æqualitatem, unā animam, & amicum alterum ipsum. Cicuribus] Mansuefactis, quæ feris opponuntur, ponit genera bestiarū. sunt. n. uolucres. i. alatæ, agrestes siue syluestres. Nantes] Atque amphibiæ, cicures & ferę, quæ in sua præstant natura, tamen hæ omnes animātes diligunt se, uitamq; tuentur pro uiribus, quoniā omne animal sibi cōmendatū est natura, ut in lib. de finib. patuit latius. Desiderio] Cupiditate, affectu. Peruersè] iniquè, imprudenter, atque absurdè. Par est] Decet, utrunque esse cernitur. Imperabunt] Coercebunt, ad modumq; redigent Aequitate] Bonitate, rectitudine. Colent] Frequentabunt, honorabunt, opitulabuntur reciprocis studijs. Verebuntur] Timebunt cum quadā uerecundia, & reuerentia. unde idem Cic. ij. de Fin. dicit: Me ne ergo, & triarium dignos existimas apud quos turpiter loquare? prouerbialis denique sententia est, ubi timor ibi pudor. nā audacia parit imprudentiam. Necnon pudor in oculis. Verecūdiam] Erubescentiam, & timorem iustæ uituperationis. quapropter in officiis monet idem Cic. reiiciendam esse Cynicorū rationem uerecundiæ inimicam. Perniciosus error] Detestabilis hallucinatio, & damnata opinio. Libidinum] obscœnarum cupiditatum. Licentiam] prauam libertatem. unde adagia de imprudentibus, perfricuit frontem, os durum, & ferreum. Nudo capite ita quippiam molitur, & atticus aspectus, atque canis oculi. Comes] socia, & auxiliatrix. Solitaria] solitario difficilis est uita, dicit philosophus. nō enim facile est seipsum semper agere, cū aliis uero atq; ad alios facile. erit igitur actio continua magis cum sit per seipsam iocunda, quod quidem esse circa beatū ipsum oportet. studiosus. n. hoc ipso, quo studiosus est, gaudet quidē his actibus, qui à uirtute proficiscuntur,

molestè autem fert, qui à uitijs prodeunt. fuerunt etiã, & quædam virtutis exercitatio ex conuictu bonorum, ut Theognidi placet. hæc Arist. uerba Theognidis hæc sunt. Bona discessi bonorum consuetudine uteris. Si autem prauorum bona quæ in te sunt amittes. [Ad summum bonum] Ad maximam perfectionem humanæ docilitatis. [Comitatus] Conciliatio, consociatio; atq; consensus, & græce συμπαθεία. [Expetendã] Bonam, & honestam. [Grauis casus] Asper euentus, & infortuniũ. [Iudicaueris] Præuideris, an amicitia dignus sit aliquis. [Plectimur] Damus negligentiæ pœnas, & imprudentiæ. [Diligendi] Adhibito delectu, adsciscendus. [Et colendis] Amandis, & frequentandis.]Præposteris] Inordinatis, atque peruersis. præposterum dicitur, quod recto ordine caret, & primo loco ponitur, quod esse deberet postremum. ordo præposterus, inquit D. Hieron. sed necessario commutatus. Post amicitiam credendum est, ait Sen. ante amicitiam iudicandum. Isti uero præpostere officia permiscent, qui contra præcepta Theophrasti, cum amauerint, iudicãt, & non amant, cum iudicauerint. [Acta agimus] Consultamus de re iam facta, & constituta, quod ueterdiam sapit. acta agit, qui post rem consilium capit, & præpostera utitur ratione. Adagiũ uetus erat acta ne agas, & incassum ne labores. [Vltro, & citro] Hinc & inde. [Vsu] Consuetudine. [Officijs] Mutuis meritis, & obsequiis. [Offensione] Læsione, uiolatione, modestia, & ut ita dixerim, displicentia. [Incuria] Negligentia, hallucinatio. [Vno ore] Concordi sententia; & iudicio. [A multis] Ab imperitis, uoluptarijs, & iniquis uirtutem esse nomen inane asseuerantibus, ut in libris de fin. dictum est. [Vendicatio] Iactantia. uendicatio est frequens actus ostentationis, & captationis iudicij popularis, & famæ. à uendo fit uẽdibilis, & uenditatio. Idem Cic. in 2. scola Tusc. dicit. mihi laudabiliora uidentur omnia, quæ sine uenditatione, & sine populo teste fiunt. uenditationem, inquit Non. ueteres pro ostentatione posuerunt. [Tenuis uictus] Parcus cibus, & potus. [Cultus] Ornatus, uestitus. [Honores] Dignitates, magistratus. [Inanius] Vanius, infructuosius. [Leuius] Vilius. [Ad unum] Nemine excepto. [Ociosè] Tranquillè, ac priuatim. [Vitam nullam] Delectationem uiuendi. [Liberaliter] Ingenuè, non seruiliter, non bestialiter. unde illiberaliter viuere est turpissimè, & bestialissimè. illiberaliter olim agere dicebatur, qui omne genus maleficij exercebat. [Nescio quomodo] Occulta quadam uia, naque homines fecit sociabiles, & amorem indidit mutuum. [Rationem] Viam, modum, artem, genus, qualitatem. Asperitate] Duritate morũ, & naturæ. [Immanitate] Feritate. [Congestus] Compositus, cumulatus, ut sit ἀρεσκόμενος, ut Græci dicunt. Timon Atheniensis Echecratidæ filius osor hominum, & inhospitalis, qua propter apud Lucianum sic loquitur. Aedificabo turriculam soli mihi sufficientem, nemini miscebor, ignorabo omnes, atq; despiciam, Amicus aut hospes, aut socius, aut aramisericordiæ miserariq; lacrymantem, egeno ue succurrere iniquitas sit, morumq; solutio, omnes habeantur inimici, & insidiatores, & si quem tantum uidero infausta sit dies. nomẽ meũ iucundissimum sit μισάνθρωπος. [Euomat] Expuat. [Virtus] Venenum, & asperitatẽ suæ malignitatis, & duritatis. [Frequẽtia] Conuentu. [Tolleret] Remoueret, & aliqua solitudine constitueret. [Vsplam] Alicubi. [Ferreus] Durus, inhumanus. [Fructum] Commodum, & suauitatem, atque fruitionem. [Adminiculum] Fulcrum. [Adnititur] Pergit, & adhæret. de commodis societatis dictum iam est sententia Senecæ. [Dulcissimum] Iucundissimum. proborum amicitia, dicit philosophus, cõgressionibus suscipit incrementum. uidentur. n. tales, & præstantiores euadere tangendo, quam sese uicissim emendando. unde illud Theognidis celebratur; Disces e studiosis nimirum optima semper. [Nescio quomodo] Torpore quodã, & desidia contumaci, & quasi refractaria. [Vsus am.] Actus amandi, & conseruandi, quoniam uarijs de causis fit iste conciliatur. Aliqui uirtutem spectant, nonnulli uoluptatem atque compendium, & mutatis causis effectus etiam cõmutantur. inde querelæ oriũtur, atque dissidia. [Suspicionum] Opinionum, & cogitationũ de uiolatis amicorum officijs, unde suspiciosi, qui tali opinione laborant. [Offensionũ] Læsionum, & uiolationum iuris ipsius necessitudinis. [Quas suspiciones] Et offensiones. [Euitare] Declinare. [Eleuare] Imminuere, & extenuare. [Ferreto] lerare pertinet ad prudentiam. [Subleuanda] Sumouenda, & minuenda læsio, & quasi indignatio] Vna il. quæ scilicet magna est, & in primis curanda est, efficiendumque, ut amici vtili, & fida castigatione amici, non offendatur, qua propter hæc admonitio prudentiam requirit, & locum, idest temporis opportunitatem. Cum his uersare, ait Sen. qui te meliorẽ facturi sunt, illos admitte quos tu potes facere meliores, mutuo ista fiunt, & homines dum docent discunt. Vtilitas] Commoditas, quàm præstat uera amicitia. Fides] Integritas, & bonitas, quæ amico succurrit in moribus, maximè hi siquidem omni auro preciosiores sunt. Obiurgandi] Castigandi. Amicè] beneuolè, amicabiliter, & caritate duce, idest ad emendationem non ad notam. Qui emendari possunt, ait philosophus, his magis ferendum est in moribus auxilium, quàm in pecunijs, quanto præstantiores sunt, & magis amicitiæ proprij. Nescio quomodo] occulta quadam sorte ac peruersitate morum, qui vera indicatura offenduntur, & fuco gaudent adulationis, & palpationis. Familiaris] quasi domesticus, quoniam Terent. cum Scip. Afric. & Lælio familiariter uixit. Obsequium] obsecundatio. Indulgens] consentiens. Præcipitem] Ruinosum ac per hoc uitiosum, improuidum, acruentem in caput, malamq; frugem, & æstimationem. Fraudem] Vitium, & temeritatem. Obsequio] Assentatione, adulationeque. Habenda ratio] Cura, respectus. [Acerbitate] Asperitate, austeritate, rigidoq; supercilio. [Obiurgatio] Castigatio. [Contumelia] Iniuria, & dedecore. [Obsequio] Assensu, & obsecundatione, bis peccas, inquit Senec. cum peccandi obsequium, accõmodas. [Assentatio] Adulatio, & corruptum obsequium, ac fraudulentũ. Adulatio, ait Senec. quam similis est amicitiæ, non imitatur illam tantum, sed uincit, & præterit; apertis ac propitijs auribus recipitur; & in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit. [Libero] Ingenuo uiro, & è natura uiuenti, ac nullo modo seruili. [Cum tyranno] Violento domino, cui timor adulari cogit interdum. unde Iuuen. illum laudat, qui nũquam direxit brachia contra torrentem. & Hom. πολύτροπον celebrat Vlyssem, quod blanditijs, & Maroneo vino feritatem Polyphemi euaserit antrumq; cruentum. [Cum amico] Cui omnia recta debentur officia, citra omnem adulationem, quam blãdus grassatur inimicus. unde prouerbia, Demulcere caput, Blandius alloqui, Cauda blandiri, Benignior pellace uulpe, Mellitus gladius, Letale mulsum. Mellea præfocatio, quoniam assentatio, & adulatio strangulant mendacio. [Scitum] Elegãs, argutum, & prudentia plenum, [Multo melius mereri] Plus illis debere, ut utilioribus, quoniam taxando uitia sunt causa emendationis. [Dulces] Blandi, & assentatores. [Absurdum] Rationi non consonum. [Liberè] Solutè, nõ ambiguè, & quasi retractanter, & balbutienter, sed aperte, atque sincere. [Adulationem] Aristot. 4. Mor. ponit differentiam inter assentatorem, & adulatorem, his uerbis: Qui delectat si id agit studens esse iucundus, non ob aliud quidquam μισάντρωπος uocatur, idest assentator Latinè, & placere cupidus. Sine emolumenti sui causa, ut inde proueniat in pecunijs, & his quæ pecuniis comparantur utilitas, dicitur κόλαξ, idest adulator Latinè Isocr. monet Demonicum, ut adulantes eo loco habeat quo deceptores, & impostores. [Blanditias] Mellita uerba, & planis congrua. [Notandum] Signandum, nominandum, nomina siquidem rerum notæ sunt. [Leuium] Vilium, nulliusque pensi, nec frugis bonæ. [Simulatio] Fictio. [Adulterat] Corrumpit, contaminat. Sine qua] Veritate, quoniam amicitia non est, ubi simulatio uiget, ac dissimulatio, sed omnia fida simplicia, uera, & nuda. est enim uirtus quædam, ut dictum est, & sine uirtute suum nomen retinere non potest. [Vis] Proprietas, & potestas siue significatio. [Flexibile] Variabile. [Deuiũ] Obliquum, & à recto exorbitans. [Sensum] Iudicium. [Vultum] Frontis qualitatem, & colorem. [Nutum] Signum capitis, & oculorum. [Omnia assentari] Concedere, & nunquam repugnare. quod uitæ decretum Gnathoni conuenit, cuius personam sustinet Terent. seruatque illius decorum in Eun. comœdia. [Leuitatis] Imprudentiæ, & intemperantiæ. [Similes Gnathonum] Eosdem habentes mores. [Loco] Gradu, & ordine. [Fortuna] Diuitiis, & opibus. [Fama] Nomine, & æstimatione. [Ad uan.] Mendacium, & simulationem, atque dissimulationem. Mendacium, inquit Plato in Leg. pro medela utile est hominibus. quare publicis medicis concedendum, priuatis autem uiris minimè attingendum. [Accessit] Aduenit, adiuncta est. [Auctoritas] Aestimatio personæ ac dignitas, quoniam efficacius persuadet

ipsum

ipſum mendacium, facitque impoſturam planus auctoritate aliqua præditus. [Fucata] Colorata, & palliata. [Simulata.] Ficta. [Sinceris] Puris. [Veris] Genuinis, atque naturalibus. [Concio] Populi conuentus ad legem recipiendam, aut reiiciēdam, uel quodcunq; nouū inſtitutū, atque ſcitum in populi fauorem. [Popularem[Captantem populi animos, & auram. [Leuem] Inconſtantem, & adulantem. [Conſtantem] Firmum, & ciuili rationi conſentaneum. [Seuerum] Auctoritate decorum. [Grauem] Prudentem, & iuſtum. [Blanditiis] Verborum lenociniis. [Influebat] Intrabat. [Concionis Popularis cœtus. [Reficiendis] Iterum creandis, & confirmandis. [Grauitas] pondus ſententiarum. [In oratione] In ipſa ſtructura uerborum, & actione. [Maieſtas] Excellentia, & amplitudo. [Ducem] Auctorem, & principem. [Non comitem] Socium. [Eſt in ma.] Paſſim legitur. [Popularis] Fauens populo. [Suffragiis] Vocibus, iudiciis, ſententiis. [Repudiata] Recuſata, reiecta. [De ſe.] Dignitatibus, electionibus, officiis, & prouentibus eorum qui ſacris præpoſiti erant, aut præponendi. [Cooptatio] Electio, & ſubſtitutio, ſiue ſub rogatio in demortui locum fieret a populo, & non ſenatu, aut cenſore, ut ſolebat. in Bruto idem Cic. agros de morte Hortenſij dicit, Interitu talis augurii dignitatem noſtri collegij diminutam uidebam, qua in cogitatione, & cooptatum me ab eo in collegium recordabar, & inauguratum ab eodem. [Inſtituit] Ordinauit, principiumque fecit, & hoc inchoauit, quod Senatoriam imminuit dignitatem, cuius ordinis, & ſummi conſilij arbitrio, & iudicio decernebantur reip. negotia, tribunorū uero tantum erat intercedere. i. obſiſtere, ac repugnare, ſed nō iudicare atque decernere, hanc poteſtatem Sylla dictator cū faueret optimatibus, ademit tribunis, reſtituit poſtea Pom. auxiliante Cæſ. vnde dicit Tranq. ipſum iuuiſſe enixiſſime auctores reſtituendæ tribunitiæ poteſtati, cuius vim Sylla diminuerat. Sibi in forum ius ag.] Cum populo i. poteſtatem uocandi, & regendi populum ad aliquid iubendum, aut uetandū. Agere cum populo, inquit Gell. eſt rogare, quod populū, qđ ſuffragiis ſuis ante iubeat, aut uetet. concionem uero habere ad populum eſt verba facere ſine ulla rogatione. In iij. legū ſic ſcribit Cic. Cum populo patribusque agendi ius eſto conſuli prætori, magiſtro populi, equitumq;, eiq; quem produnt patres conſulum creandorum ergo, Tribuniſque. quos ſibi populus rogaſſet ius eſto cum patribus agendi. iidem ad plebem, quod cenſum erit ferunto. [In fortun. i. in loco iudiciis deſtinato cum populo agi, & conciones haberi fas erat, & publicus mos, atq; vſus. Venerabilem] Popularem, aſſentatricem, & populo arridentem vendibile dicitur, quod facile pōt vendi, & qđ eſt populare. [Religio] diuina maieſtas, & ſanctitas pij cultus, qui deo glorioſo debetur. de his reb. copioſe dictum eſt in libris de natura ſupremi numinis. [Nobis def.] Quoniam Lælius tunc prætor, & augur diſſuaſit impiam rogationem, diſſerens grauiter, & religioſe de iure collegiorum, & dignitate. Idem Cic. in Bruto dicit. At oratio Lęlij de collegis, non eſt melior, quam de multis, quam uoles Scipionis? non illa Lælij quidquam ſit dulcius, aut quod de religione dici poſſit auguſtus, & in iij. de Nat. Deorum. habeoque C. Lælium augurem, eundemque ſapientem, quem potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili, quam quemquam principem Stoicorum. [Re] Veritate rei & natura ipſius religionis, & diuini cultus, quo continetur ipſa religio. [Auctoritate] Excellentia perſonæ ac dignitatis, quoniam inquit non eram conſul, tamen è ſententia Craſſum deturbaui, deo ſuam cauſam agente ac defendente. [Quod ſi in ſcamna]. i. inter ſedilia concionis, & ſubſellia, per quæ concionem ipſam intelligit Lælius. Dicet Criticus aliquis, & naſutus in ſcannis enunciandum eſſe in ſcanna. Audiat Gellium defendentem, ut ueram & in primis latinam Cic. enunciationem his uerbis. In oratione de imperio Cn. Pompei ſcriptum eſt. Portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. Neque ſolœciſmus eſt in poteſtatem fuiſſe, ut vulgus ſemidoctum putat. ſed ratione certa dictum eſt, & probata, & Plautus uerborum Latinorum elegantiſſimus in Amphitryone dixit. Nunc uero mihi in mentem fuit, non ut dici ſolitum eſt in mente, utrunque dici Latine poterat. Cic. in poteſtatom dicere maluit, quam ptāte, ſicuti eſt hercle, quod explicauit dicere maluit, quam explicuit, quod ſi diceret imperfecto, & debili numero uerborū ſonus clauderetur. [Fictis] Simulatā, & fucatam honeſtate, & utilitatē populi habentibus, qualis erat rranslatio cooptationis collegiorum ad populum, tamen plus ualuit ueritas, quamuis apud imperitam multitudinem, quam ficta libertas Licinii Craſſi trib. pl. [Adūbratis] Non ueram imaginem, & expreſſam veri compendii habentibus, ſed quandam vmbram, & ſimilitudinē, quoniam nihil eſt utile, quod non ſit honeſtum. [Plurimum loci] Valde audiuntur, & recipiuntur, quoniam uulgus apparētem ſectatur utilitatem, & uoluptatem. [Valet] Efficaciam perſuadendi habet, & uim. [Patefactum] Apertum, declaratum, explicatū iudicio, & oratione uiri ſapientis, grauis, & iuſti, prudentia ſiquidē æquitati adiuncta maximas habet vires ad perſuadēdum [quid oporteat] q. d. in primis neceſſarium eſt. [Perpenditur] Ponderatur, æſtimatur, indicatur, diffinitur. ea ſiquidē dicitur eſſe fida amicitia, quā ueritas metitur, & dirigit. [Vt dicitur] Prouerbiali ſententia eſt. [Apertum pectus] Reſerata præcordia, & animi penetralia, receſſusque, quoniam magnas habet latebras uita hominis, & difficilis eſt humana coniectura. [Fidum] Verum, conſtans, ſincerum. [Exploratum] Certum, & indubitatum. [Pernicioſa] Noxia, & capitalis, quoniam plurimum habet ueneni. tamen illis tantum nocet, qui non à ſe pendent, ſed ab alieno iudicio, ſeq; extra quærunt. quod Satyrus poeta notauit. unde Apollo rectè monuit quendam, ut ſe cognoſceret acremq; ſe iudicem ſuorum bonorum, & contrariorum præberet. [Aſſentetur] Aduletur, & blandiatur, ideſt quia plura ſibi tribuat, quam re uera inſint. & maximè ſibi placeat falſa ſui opinione inflatus, quapropter Horatius celebrat Auguſti Cæſaris prudentiam nullis adulationibus peruiam dicēs. Niſi dextro tempore Flacci Verba per attētam nō ibunt Cæſaris autem, Cui male ſi palpere, recalcitrat undiq; totus. [Omnino] Certe, inquit, amat ſe virtus cum ipſa nil ſit. amat ſe quatenus oportet, & de ſe id ſentit, quod decorum eſt. qui autem uera uirtute carent, errore, opinionibus ducuntur, & adulationibus credunt, quales finguntur in comœdis milites glorioſi, qui, ſi non eſſent Gnathones locum non haberent. [Amabilius Amari digna. [Opinione] Falſo nomine ipſius uirtutis, quam multi ſimulant, pauci habēt. [Præditi] Ornati affecti, exculti. [Vanam] Falſam, mendacem, adulatoriam. [Teſtimonium] Probationem, confirmationem. [Non uideretur facta] Non habuiſſet locum. [Paraſitorum] Captantium aliquas ſortes, & lucellum ad regū pocula, & delicias, unde duxerunt nomen. [Glorioſi] Iactabundi, uentoſi, & opinionis errore turgidi potentes undiq; adulationibus, & uanis laudib. criſtas erigunt, & inflantur, ut folles. unde dixit Horat. Creſcentem tumidis infla ſermonib. ut rem. Iccirco, inquit, in pictura humanæ uitæ, ideſt comædia, quæ nil aliud eſt, quam imitatio humanarum actionum, & morum ciuilium ſunt Gnathones, quoniam ſunt milites glorioſi, & uani homines blandis impoſturis gaudentes, planorumq; præſtigijs ac fucis. [Agere Agebat. uerba ſunt Thraſonis apud Terent. [Ingentes] Immenſas. [Ad uoluntatē] Studium, & delectationem. [Blanda uanitas] Melleum mendacium. [Valeat] Efficaciam habeat. [Allectat] Aduocat. allectare eſt frequenter allicere, ac blande aduocare, attrahereq;. [Inuitat] Irritat, prouocat [Grauiores] prudētiores. [Conſtantiores] Subnixiores, firmiores, ac ſeueriores. [Animaduertant] Cōſiderent, caueant. [Callida] Aſtuta, uafra, uerſuta [Capiantur] Decipiantur. Excors] hebes, ac ſtolidus, aut bardus. Occultus] Tectus, ueterator, & vafer, ſimulator, ac diſſimulator. Inſinuet] Fraudulenter adrepat, & illabatur obliqua uia, & arte. Studioſe] Diligenter. Aduerſando] opponendo ſe, contrariasq; partes tuendo, quod eſt nouum, & callidum genus aſſentationis. diu ſ. contradicendo, & demum fatendo ironicè uictum ſe eſſe oppoſitis rationib. illius, cui aſſentationem molitur. & laqueū ſtruit, temperarq; caſſes, atq: ut ita dixerim muſcipulas, & pedicas. [Blandiatur] Aduletur. [Ad extremum] Tandem. [Det manus] Fateatur ſe eſſe uictum, & ligādum aduerſarij arbitrio. Horat. ait, Iamiam efficaci do manus ſcientiæ, ideſt cedo, & ſuccumbo. [Illuſus] Tali uaframento deriſus. [Turpius] Probroſius, quoniam oſtendit mentis cęcitatem, & bardum ingeniū. [Illud] Derideri, & calliditate alterius traduci. [Magis] Valde ac in primis. [In Epicureo] Comædia, in qua ſimplex repræſentabatur ſenex, & ſtolidus, atq; credulus, quales erant Epicurei, quos optimos, ideſt ſimpliciſſimos appellat idem Cic. in lib. de fin. & dogma optimum decretum ſiue placitum ipſius Epicurei; boni ſunt Epicurei dicit, ſed non ſatis acuti. hoc autem accidebat illis ob ignorationem dialectices, & uiam philoſophā-

di

di simplicissima. Stultos] Vecordes. Versaris] tractaueris, uolueris, agitaueris. Luseris] Derisere, traduxeris. Lautissimè] copiosissimè. Hæc.n. etiam] Quemadmodum est miles gloriosus, parasitus. In fabulis] In fictis narrationibus, & argumentis poeticis ad representandos ciuiles mores, & varias personarū qualitates, in quibus decorum seruatur, & maximè à comicis poetis, tragicis, atq; mimicis. Improuidorum] imprudentiorum. Credulorum] Facilè credentium ac per simplicium, & deceptioni patentium undique. Credulitas dicitur facilitas ad credendum. Prudentis proprium est, ait Sen. examinare consilia, & nō cito falsa crudelitate ad falsa prolabi. Nescio, quo pacto[Lapsu quodam occulto, & nobis non animaduertentib. De hac sapiētia] Quam, scilicet nouit uita communis, & nō illa Stoica, quā optare quispiam potest, indipisci uero minimè. Leues] futiles, uiles, inchoatas. Defluxit] Delapsa est. Aliquando] tandem, vt defendamus his amicitiæ formulis, & pręceptionibus fastidiū. Conciliat] Coniungit. In ea] Virtute. Conuenientia rerum] Consensus circa omnia appetenda, & fugienda. nam cupiditates rationi parent, & discrepantia nulla est. sic, & in ea amicitia, quam uirtus connectit. Talis concordia, dicit philosophus in ix. Moral. est inter bonos. Nam, & secum quisq; horum est cōcors, & omnes inter se congruunt. quippe cum in eisdem omnino fint. Talium si quidem uoluntates manēt, & non refluūt, vt Euripus, uoluntque semper ea, quę iusta sunt, & prosunt: hæc autem, & communiter affectant. prauos uero concordes esse impossibile est, & nisi breui in tempore quemadmodum, & amicos esse. fit igitur, ut in seditione uersentur. hæc ille. Plato etiā in libello de amic. sic scribit: Poetæ asserentes amicos esse similes, de bonis uiris intelligunt. Improbos autem, ut sæpe de illis dicitur nunquam, uel sibipsis, uel inuicem similes esse, sed perturbatos penitus, & instabiles. Qui uero secum ipse dissentit, nullo modo cum alio consentiret, nec ulli amicus esse poterit. Stabilitas] Firmitas. Constantia] congruentia, perseuerantia circa discrepantia. Extulit] Erexit, patefecit officiis, & claris signis. Lumen] splendorem, & decorem. habet etenim ueram, & lepidam suarum partium conuenientiam, & proportionem. Idem lumen] Eundem decorem, & concētum. Admouet] Adiungit, ut ad sui simile, idest penetrat in animum alterius, & ipsa mutuo affectu penetratur, ac recipitur, & sic fit naturalis nexus inter bonos uiros, paresque uirtute. unde illud vulgo fertur: Docti doctos amabunt si docti sunt, & artifex artificem. Exardescit] Accēditur feruor amoris. Indigentia] Re necessaria quoniam in uera amicitia fructus amoris est ipse amor, & officii ipsum officium. Amicum si quidem amare debemus, non res amicorum. Efflorescit] Exoritur utilitas, & pullulat, ut flores, & fructus ex arboribus. Minus] Non respexeris in ēs amicitiam, sed tantum tibi proposueris amici uirtutem, & iucunditatem amandi. Hæc] Tuli, idest honesta, & per se ac propter se expetenda. Socerum] Quoniam Sempronia Scipionis uxor, & soror Gracchorum filia fuit T. Gracchi singularis uiri ac ciuis, cuius uirtus domi forisq; claruit. Aequales] Eiusdem ætatis. Caritate] Amore, cultu, frequentatione, deductione, reductione, allocutione, consuetudine. Acquiescimus] Quietem animi accepimus, & oblectationem. Ratio] Via, qualitas, proprietas. Ita comparata] ordinata, constituta. Oriatur] Mutetur. E carcerib.] Vitæ primordiis. translatio ab equis, qui repagulis continentur priusquam recipiant missus. Ad calcem, finem stadij, & metam. Vt dicitur] Prouerbialis sententia est. A Carcerib. ad metam, à capite ad calcem, Aliena incipere. Fragiles] Fluxæ. Caducæ] Momentaneæ. Veræ] Sincero amore ac fido.] Iucunditas [oblectatio, unde illa imprecatio Satyrica. Nec amet quemquam, nec ametur ab ullo. Amicitia dicit philosophus necessaria est in uita in primis. Nemo siquidem habens cetera omnia bona, sine amicis expetere uiuere. Subito] Repentina morte, ut in principio dictum est. Insignis] Conspicua, illustris. Animo] Cognitione. Spe] Fidentia, & uoto. Memoria] Recordationem. Imaginem] imitandum exemplar in pace, ac bello. ut fiat uir singularis, & imperator, qualis fuit Scipio, uirtutum, quasi uiua imago. P. Africanus, inquit Gellius Pauli filius uir omni uirtute præditus. Consensus] Eadem uoluntas, studium, cura. Consilium] Sententia, & ratio agendi, ac tuendi rem domesticam, & propriam. Requies] Curarum depositio, & animi relaxatio. Offendi] Læsi, contristaui. Victus] Cibus, potusq;. Peregrinationes] Lustrationes, qm̄ Scipio legatione Asiatica functus est. peregrinari est ire per alienas terras. inde peregrinus, & peregrè proficisci. Rusticationes] rurales secessus. de quib. Flaccus in serm. Quin ubi, se a vulgo, & Scena in secreta remorant. Virtus Scipiadæ, & mitis sapientia Lælij, Nugari cum illo, & discincti ludere, donec Decoqueretur olus soliti. Contriuimus] Honeste cōsumpsimus. Occidisset] euanuisset. Desiderium] Absentiam, & cupiditatem eius uidēdi. Memoria] Mea recordatione, ac cæterorum. Plane] omnino essem priuatus. Aetas] senectus, quæ non procul abest à fine. Tolerabilia] Toleratu facilia. Ita locetis] In tali dignitate, & gradu ponatis. Præstabilius] Excellentius, fructuosius, iucundius.

HAEC igitur sanciatur] Sanctæ leges appellantur, non modo inuiolatæ, verum etiam frangentib. pœnam sanguinis persoluunt. Honesta] Quæ sunt cum virtute, sed vehemēs quædam voluntas, sit ad inseruiendum studium. Libere] Liber homo est cuius animus alicui passioni non est subiectus. Ideo non libere damus consilium quando alicui, aut vtilitatis nostræ, aut lucri causa consulimus. Sed etiam acriter.] Non modo manifeste, sed & cum acrimonia verborum familiares admonebimus, vt puta hoc non facere dèbes, quoniam est ad maiorum tuorum vituperium. Acriter] qui timide, negate docet. Si res postulabit] si necessitas erit admonendi acriter; nam vt inquit Plut. amicitia ad iucunditatem potius quam reprehensionem reperta fuit. Adhibitæ pareatur] obediatur ipsi auctoritati adhibitæ, quia q d quid auctoritas præcepit honestum, illi obtemperādum est. Nā qui] Reprehendit aliquos, & potissimum Epicuros, quorū opinio erat amicitias intrinsecas nō esse emittendas, euitandæ causa nimiæ solicitudinis. & est ordo, opinor mirabilia quædā placuisse quibusdam, quos audio sapiētes. Habitos] Non affirmat sapientes. Mirabilia quædam] idest, παράδοξα quædam contra hominum opinionem. Suis argutijs] suis subtilitatib. & argumentis persequuntur omnia, vt, & quæ vera non sunt verisimilia reddant. Vnum solicitum esse pro plurib.] qui enim plures amicos habet, & amicitias intrinsecas, si bonus est amicus curā illorum habet, æquè ac sui, qua ex re semper in solicitudine nō mediocri versatur, ideo melius est, vt mediocres homo adipiscatur amicos. sufficit enim, sibi ipsius cura. Cōmodissimum] Alia regula ad habendam amicitiam secundum opinionem Epicureorum, qui vincula iunxit amicitiæ. laxamen habemus quo remouere, & obducere secundum arbitrium nostrum possumus, vt si amicus aliquid a te petat, ei prout placebit denegabis. Caput enim] Ratio superioris, qui beate uult viuere, sine cura esse debet, sed qui intimas gerit amicitias, ipse sine cura non viuit. Securitatem] sine cura viuere. Si tanquàm parturiat] Vnus pro plu. tracta est similitudo, a muliere parturienti, quæ ingentes patitur dolores pro partu, sic amicus pro plurib. amicis plures habet dolores, & curas. Inhumanius] crudelius quam illud superius factum. Perstrinxi] idest tetigi breuiter superius, ideo eū dem repetit, & de illo impresentiarū disputat. Neque caritatis] deest gratiæ. Itaque vt quis,] secundum opinionem istorum, quanto magis est aliquis modicus, & imbecillis, tanto magis indigebit amicitia. Mulierculæ] Mulieres igitur propter imbecillitatem uirium magis appeterent amicitias. Xenophon quidem ait, naturam fecisse mulieres imbecilliores hac de causa, vt bona à viris conquisita maiori cura conseruarent, unde uidemus mulieres esse minores uiris, vt propter timiditatem suam omnia cum diligentia custodiant. Calamitosi] Calamitas est quando grando impetu suo stipulas frāgit, & est Græcum uocabulum. O præclaram] Confutat argumenta superiora quadam irrisione, si quis enim solem è mundo tolleret æque peccaret, ac ille, qui amicitiam auferri debere prædicat. Ista securitas?] Non dicit hæc, & incipit à priori propositione, quod secure nō possunt viuere, qui amicitias intimas expetunt. Specie quidem blanda] In primo quidem aspectu uidetur hoc iucundum, quod homo careat solicitudine, sed in effectu ista securitas repudianda est. Species oritur à specio is, quod non est in usu, idest inspicio. Cōsentaneum] Non conueniens, vt homo aliquam rem aut actionem perspiciat sine cura, & solicitudine. Actionem] Factionem. Virtus fugienda est] Quæ principales habet quatuor partes, ut inquit Cic in arte noua, quarum quidem partium officia exequi non possunt sine animi solicitudine, ut hic Læl. ait[Res cōtrarias aspernatur] Res aduersas cum animi anxietate uirtus aspere tolerat, & eas odit, utputa bonitas odit malitiam, & illam spernit. [Flagitiosis.i. libidinosis, flagitium est scelus in libidine. ergo cum ita sit, quod animus non bene constitutus lętatur fœdis, & doleat rebus contrariis, proprium hoc est animi

uirtute præditi, ut passiones habeat. Animi bene cōstituti] Per circuitionem dicit animum uirtute præditum. Extirpatā humanitatem] .i. hominis proprietatem. proprium .n. hominis est, ut humanus sit, si dolore nō afficitur in reb. aduersis, & lætitia cōmoueatur ad res secundas, is humanitate carere dicitur. Quid enim interest] Si amicitia tollitur, hoc sequitur inconueniens, quod nihil interest inter hominem, & lapidem. Non dico inter hominē, & pecudem] Quia pecus habet aliquē sensum, & motum. Aut quid vis generis eiusdem] Vt puta inter hominē, & statuam æream. Non sunt audiendi] Sed abominandi sunt, qui asperam, & duram uolunt uirtutem. Mordet autem Stoicos, qui dicebant sapientem hominem non moueri debere aliqua re, siue dolore, siue lætitia. Vt ex bonis amici, quasi diffundantur] Hoc amicorum est, ut in lætis rebus simul cum amicis lætentur, & in aduersis tristentur. Diffundantur] Per circuitionem dicit lætitiam, quæ fit in dilatando frontem, & uultū. Et incommodis contrahatur] Periphrasis est tristitæ, cuius habitus est supercilia contrahere. Angor] Tædium uitæ. Nō plusquam uirtutes] Similitudo est talis, quod eodem modo errant, qui amicitiam auferri uolunt gratia euitandæ molestię, quemadmodum erraret si quispiam uirtutem repudiare uellet propter labores, & solitudines, sine quibus nunquam uirtus acquiritur, ac si dicat frigora, famem, & alios labores sufferre debemus, ut uirtutem consequamur. Cum autem uir] ostendit, ut dictum est superius amicitiam inter animos bene constitutos contrahi, & inter simili bonitate præditos. Eluceat] trahit similitudinem ab uno porrigenti lucem alicui pergenti, uel nauiganti. Similis animus applicet] Animus habens uirtutis habitum se alicui simili applicat. Id cum contingit] .s. ut animus bene constitutus sit, etiā se applicat alicui simili, necesse est autem amor, & amicitia oriatur. primo .n. oritur amor, quia animus bonitate præditus similem sui aspiciens ei ad bene uelle inducitur, deinde alter hunc erga se amorem gerere intelligens uehementi studio eum diligit, qua ex re oritur amicitia. Tam absurdum] idest non audiendum, quod homo delectetur inanibus rebus, & animo uirtuoso non, quia est amicitiæ genitor. Inanibus rebus] Vt uestibus, & ædibus, quæ res caducæ sunt, & inanes appellantur, quarum possessio nō facit nomine meliorem, uirtus, & amicitia inanes non sunt, quia possessorem meliorem efficiunt. Honores] Quo modo melior efficitur, sed aliquando propter illum superbit. Eo, qui uel amare] Diximus, quod animus est ille, quo inducimur ad amicitiam. Redamari] Ab alio amari possit. Animus] .s. animus præditus bonitate amat alium, & ipse à simili redamatur, amor componitur cum re, sed d. interponitur ꝓpter hiatum, sicut redeo. Nihil remuneratione] In amicitia iucundior non inuenitur res, quam remunerare amorem amico, & conferre. Vicissitudine studiorum] Mutua amicorum, & innocentium uoluntatum collatione, ut maximam habes uoluntatem beneuolendi amico, & illa hæc maxima tibi profecto est iucunditas. Benefic.] Officiorum, & ordinem fecit naturalem, primo est opus beneuolendi remuneratione, secundo mutua collatione studiorum, idest amicorum, & noluntatum, tertio officiorum mutua collatio. Similitudo] Si istis rebus adiungatur similitudo amicorum, ut si sint duo in eadem arte studētes, illa erit firma amicitia, & nihil est, quod magis alliciat ad amandum, quam animorum similitudo. Qui est constitutus] Sæpe numero traditum est, quod beneuolentia habet fontem, & principium à natura. Sed eadem bonitas] Ostendit bonitatem non solum ad duos, uel ad paucos pertinere, sed etiam ad multitudinem, & populum. nam uirtus cuius est ipsius pars bonitatis, non spernit aliquem, sed omnes diligit. Quæ uniuersos populos] Quæ .n. res P. R. imperantem fecit nisi uirtus? Quod non faceret] .i. si non tueretur, & populus consuleret, omnino uirtus abhorteret à caritate, & ab amicitia populi. Abhorteret] Animum remoueret. abhorrere .n. est animū remouere. quis .n. non diligit P. R. & abhorreat à ciuitate Carthaginiensium propter scelera sua? bonitas etiam ad multitudinem pertinet, ut beneuolos reddat P. R. cuius animus fuit bene sonstitutus. Fingunt] Et bene, quia hæc non est uera amicitia, sed ficta, quæ oritur utilitatis causa. Non .n.] Reddit rationem, quare utilitas non sit causa remouendæ amicitiæ, quia amici magis amore amicitiæ, quam utilitate aliqua delectantur. Tumque il. fit, quod ab amico] si utilitas est officium ab amico profectum, aliquando fit, & cum amore, & cum hilaritate, tamen illud beneficium. iucundissimum est, primum cū præcesserit, amor deinde vtilitas, vt in sequentibus demonstratur. Tantumque abest.] Tantumque differt indigentia à causa generandæ amicitię, quantum differunt, homines copiosi, & opulenti ab indigentia. [In qua plurimum est præf.] Virtus pro amicis maximam tutelam habet etiam sine copijs, vt in orādo, in defendendo amicum in iudicio. [Liberalissimi] Ad opes', & copias retulit, nam liberalis proprie est in pecunijs. [Beneficentissimi] Autem refertur ad uirtutem, & beneficum in aliis rebus dicimus, ut diximus in orando. ostendit igitur amicitiam non oriri ab indigentia, nā diuites amicitia delectantur. Tantum abest opinio istorum qui asserunt propter inopiam amicitiam esse habendam tantum remota est à ueritate quantum hoc uerum est, quod sequitur, uidelicet, quod homines opulenti, & copiosi in dādo liberales sint, ac si dicat, si amicitia causa inopiæ fieret, diuites eam contemnerent, quod non est uerum, ergo illorum opinio a ueritate abest, ut officia nonnulla conferunt, non ut ab amicis aliquid officij consequantur. [Atque haud scio] Occurrit tacitæ obiectioni, utrum opus, & necesse sit, ut indigentia oriatur inter amicos. cui respondet, qđ sic, quoniam ex indigentia experimētum amicitiæ [Vbi enim] subiecit exemplum sui Lælius, non enim nostræ uehementes uoluntates suum exercuissent officium, nisi Scip. aliquando eguisset opera mea, & consolatione. [Sed Amicitiam vtilitas] Post amicitiā sequitur officium, & utilitas. [Non ergo] Reprehendit illos qui opulenti sunt, & abundantes delicijs indulgēt, quibus non alios amare, neque ab aliis se amari uolunt, & ipsi de amicitia disputare cupiunt. [Nec ratione] .i. regula. nec. n. cognoscunt amicitiam aliqua regula, uel præcepto, neque practica aliqua, quia amicitiam contemnunt. [Proh deum fidē, atque hominum] Exclamatio comica ad indignationem, quia inuenitur aliquis qui neque alium amare uelit, neque amari ab aliquō, sicut sunt isti diuites flentes. quos detestat̄ Iuuen. neque ament ipsi neque amētur ab aliquo. [Hæc est tyrannorum uita.] Neque amari proprium tyranni est. [Nulla caritate] Nullus amor, omnia sunt suspecta, suspectos habent uiros doctos, ideo Iunius Brutus sup. Tarquinio stultum se finxit. Sen. enim inquit de tyranno, oderint dum metuant. [Nullus loc' amicitiæ] si amat te hodie, cras deinde te expellit. Quis enim] Quis posset amare tyrannum quem ipse metuit? aut quī tyrannus putet eum se diligere a quo ipse metuitur? [At cum tyrannus putet eum se diligere a quo semetui putet] Quis tyrannus putet eum se diligere a quo ipse metuitur? ac si dicat, neque subditus tyrannum diliget quem ipse timet, neque tyrannus putet se diligi a subdito, a quo ipse putat metui. [Coluntur] occurrit obiectioni, diceret aliquis, uenerantur tamen tyranni, cui respondet, quod nō uenerantur, nisi ad tempus, & simulando. [Ferūt Tarquiniū cum esset] Tarquinium, inquit se cognoscere dixit quos amicus haberet, & inimicos. [Cum iam neutris gratiam] Prēmiū neque amicis, neque inimicis referre posset, quoniam neminē habeat, inimicis autem referre non poterat præmium. i. pœnā, & supplicium inferre. quoniam pauper erat, & impotens. [Importunitate] Importunitas dicitur vbi nullius est portus, nulla est sedes. [Huius mores ueros amicos] Iniqui mores Tarq. amicos ueros comparare non potuerunt, qui vt dictum est, bonitas est amicitiæ fundamentum, qua Tarq. indigens erat. Simul cōparat omnes Tarq idest malos mores copijs, & fortunis quorūdam, qui opum causa amicitias contemnunt. [Non enim, solū] Ratio quare amicitia ab istis fortunatis contemnitur. fortuna, enim quæ secundum antiquos a casu uenit, cæca est, & possidentes cæcos efficit, Christiani autē fortunā nō tenent, nam ut, inquit B. Hieron. ne minimum quidem folium sine nutu dei ad terram cadit. Ideo incertum aliquid nobis, num euenit nobis autem fortunæ incertus euentus rerum per ignorantiam [Contumacia] Contumaces sunt, qui alios audire nolunt [Quid stult.] Nihil est insipientius quam parare equos, vasa preciosa, cum suis diuitijs, & facultatibus, quibus quidem hæc inania parare semper possunt, & amicitias cōtemnunt. [Vestes egregias] Vestes non solum appellamus, quibus tegitur corpus, sed tapetes, alia supellectilia ad domus ornamentum uestes uocamus. [Vt ita dicam] Quare amicitia non est velle supellectilis, tamen ad vsum est omniū rerum, vt supellectilis [Cui parent, nesciūt] Putānt .n. isti diuitias filijs adipisci, quas sæpe numero tyranni vt milites auferuut. [Nec cuius cā] sua dare sua existimant cā filio rum, sed plerumque tyranorū, & incendiorum gratia laborasse repe-

reperiuntur. Amicitiarum sua permanet cuiq; possessio]Igitur egregiè est indulgere amicitijs,quam diuitijs,ut etiam ponamus per casum,quod diuitiæ istæ vsq; ad mortē stabiles sint, tamen sine amicorum cōsuetudine ueram reddunt uitam modestam.Præterea diuitiæ inanes appellātur res,sed amicitia inanis nō uocatur,q̄a possessorē efficit meliorē,& humaniorē.Sed hæc hactenus],Ac si dicat,hæc præcepta sunt ad cōfirmamentū amicitiæ. Constituendi sunt fines] Impræsentiarum quousq; diligendum sit amor duraturus, atq; permansurus sit à Lælio demonstratur,primo tres opiniones proponit, quas orationibus suis diligenter confutat. Affecti simus] Hæc est prima, ut dispositi, & animati simus æqualiter erga amicos quemadmodum erga nos.Alteram]secunda, ut eodē modo amicos diligamus,quo nos diligimur ab ipsis. Tertia] Quæ est deterior alijs, ut tanti faciamus amicum quanti ipse se facit, tura se dignum existimet, nos faueмus ad illam, nec ultra dignum facere debemus. Facimus caussa amicorum]Hoc modo si amicus ob scelera in carcerib. esset,supplicamus, illi cum ueneramur atq; præcamur,ut amicum à carcere liberet, quæ nostra gratia non faceremus, potius succumberemus morti. Ergo maiorem erga amicum amorem gerimus in aliquib. locis, quam erga nos. Tum acerbimus inuehi]In aliquem,& miserati in aliquem inuehimur minando sibi pollicēdo supplicia,quædam,quæ non faceremus pro nobis.Non satis honestè]Non.n. honestū, ut supplices,& præceris indignum pro se. Suis incōmodis]Viri boni, ut succurrant amicis multa patiuntur in cōmoda, spoliando se amicorum cā. ideo magnopere uehementius diligunt amicos,quam semet.Hoc idem exigit,quod æquali amore amicos diligamus, ac ipsi diligunt nos. Ad calculos] Horum opinioni est similis,qui rationem per calculos ducunt, calculcus est lapillus, quo in rationibus computandis calculatores vti consueuerunt. Ditior]Affluentior, uera amicitia non strictè, & ad summum obseruat officia sibi collata,sed remune ratione illorum accumulatissimè omnia conficit. imitatur.n. agros fertiles,qui multo plus reddunt, quam acceperint. Neq; .n. uerendum est] similitudo tracta à mēsurante, qui timet ne quid in terram cadat,dicit ergo, quod beneficia remuneranda sunt cum accumulatione, & timore ne cadat in terram, dum accumulata est. Nec plus æquo in amicitiam congeratur]Subaudi nō uerendū est ne dum cōferimus beneficium plus æquo aliquid in amico conferatur,sed ultra beneficium acceptum aliquid accumulandum est. Tertius uero] Hæc ast alia ratio illorum imperitorum, ut tanti faciamus amicum, quanti se facit. Sæpe.n.] Propositionis ratio,confutatio multi sunt,qui se cōtemptibiles putant, & eorum animum abiectum habent, propter suam humilitatem,qui ab amicis excitandi sunt ad maiora, & uirtutē cappescendam sicut traditur de Mario, qui dicebat,dignitates,& magistratus desiderare non audeo, quoniam agricultura exerceo.eius .n.aīusab amicis excitādus erat. Spes] Expectatio amplificandi status sui,& eorū gñis, in multis debilis est, ideo amici exhortandi sunt, ut superent,ut,inquit Læl. Terentio Varr. qui consul fuit. Efficere] Cum effectu,ut amicorum animus nitatur ad ardua. Nec uero posse adduci] subaudi dicebat Scip. nō posse adduci,& applicari, ut crederet hoc esse præceptum Biantis, quemadmodum putatur. Nam Bias Prienensis fuit unus de septem, qui in Græcia sapientes habiti sunt. Sed impuri] subaudi,& dicebant, & est sententia cuiusdā impuri reuocantis omnia ad suam potentiam.Impuri]Qui in quia omnia pro honoris cupiditate faceret, & sic simul præceptum, & auctorem illius uituperatur. Quinetiam necesse erit magistro] Hæc optare debemus, ut si amicitia alicuius futuri nobis inimici contraximus, quod ille sæpe flagitia reprehensione digna committit, quo ab illo remouendi argumentum habeamus,& non inimicitiarum tempus expectemus. Cupere] Ad uerba. Optare] ad uota, & animum refertur. Plures ansas] .i. plures commoditates præbeat, ut eum possimus reprehendere. Ausa est uas,quod geminos habet annulos, uel alia instrumenta ad capiendum, hæc .n. fortè minus inepta uidetur opinio,quam sit,ut intendit præceptum Biantis,vt capiamns amicitiam illius cuius inimicitiam sumus consecuturi, hoc necessarium foret, ut optaremus commissionem scelerum ab amico,quæ non negaretur,causa inimicitiæ futuræ. Rursum autē rectè factis] si hoc esset uerum consequeremur amicitiam illorum, qui nobis inimici futuri sunt, in conuenientia hæc incideret,vt amicorū cōmodis doleremus,& inuideremus.Nā proprium inimicorum est alienis bonis inuidere, & amicorum officium est rebus secundis amici lætari. Ideo si adipiscimur amicitiam hæc de causa; ut in discordiam perueniamus tanquam futuri inimici, bonis amici præsentis tristaremur. igitur in amicorum officiis exerceri non posset. [Illud potius] Suam demonstrat opinionem, quod diligentia in amicitiis comparandis adhibenda est, ne erga illum geramus amorem quam olim est nobis inimicus faciendus, frustra enim est facere per plura, quod potest fieri per pauciora. [Si minus felices.] Dicebat enim Scipio,quod si fortuna,& ut ita dicam constellatio,impulerit nos ad amicitiam illius quodam casu inimici futuri, eam amicitiam potius tolerare debemus,quam aliquam inimicitiarum causam excogitate. His igitur finibus utendum] Quousque amicitiam,& amores producere debeamus. hoc in loco Læl.optime declarat, ut cum amicitiam alicuius adèpti fuerimus,cuius mores integri sint,& ab omni parte remota macula omnium rerum nostrarum consilij & voluntatis communitas cum illo fiet. solebat dicere Pythagoras, σώματα μὲν δύω ψυχὴ ἐμία,corpora quidem duo animus,aut vnus amicorum esse debet.[Sine vlla exceptione.]Non interponatur hic nisi quæsita, cum & munus dicitur communitas,quasi eius muneris,& officij coniunctio,& copulatio.[Adiuuandæ sunt.]In omnibus perfectus esse non potest ideo si aliquādo peccauit in leuibus eum adiuuare debemus.[In quibus eorum de capite agatur] Ponit exemplum in quibus amici adiuuandi sunt,hoc modo, si amicus senatui accusatur,vt ipsius maiestatē vituperet, in qua quidem accusatione capitis pœna intercedat, succurrendum tunc est amico, hoc modo, Quod.n. ad vos P. C. delatum est de hoc viro integerrimo falsum esse constat, vbicunque enim nomen senatus maxima cum reuerentia memorare audiuit,semper senatoriam dignitatem coluit,hæc quidem amicorum gratia facienda sunt,quamuis verum non sit [Aut fama] Siquis amicus noster in amissionem famæ venerit,cum pro viribus defendere nitemur. [Ne turpitudo summa] Non enim pro amicis ea facienda sunt, quæ in maximam nostram turpitudinem descendunt. hoc modo adducam nobis testes quemadmodum iste coluerit dignitatem senatus testificantes,& ipsi quidem in contrarium testificarent,hæc maxima esset infamia, quæ omnino eu tanda est.[Quatenus]Quousq; venia amicitiæ dari posset amicis succurrēdum est. parcit.n. amicis leuia peccātibus amicorū suorum causa.[Nec vero negligēda est fama].f.mala tradita negligēda non est.[Mediocre telū]Reddit rationem quare fama, quauis falsa sit,negligenda non est, quoniam ciuium fama bona multum prodest ad res gerendas,mala aūt nocet. Quā blāditijs] Non enim assentationibus, hanc famam adipisci debemus, sed virtute,& bonis moribus, assentando enim facimus stultum insanire.[Sed quærebatur] Reprehendit homines qui in emendis equis magna ponunt diligentiam,& in cōparandis amicis negligētes sunt.[Quare] Scipio lamētabat, quare hoīes essent negligentiores in cōparandis amicis,cętera sunt ꝑ parenthesim.[Quod habere]Quod non posset dicere,qm̄ putat multos habere amicos quos inimicos reperit,&hoc accidit propter suam negligentiam, scit enim quot habet capras, & ignorat amicos. Nec habere signa] Quædam in emendis equis signa habemus quibus cognoscimus utrum sint germani, vel alpini, sed in amicis signa non cogoscere uolumus, sed negligentia in ducti ducimur ad amandum. signa ad naturam, ut puta ad dentes cognoscimus ætatem equorum. [Sunt igitur] Tradit aliquas regulas quibus per signa naturam amicorum percipere possumus. [Stabiles] Quantum ad honores, & dignitates, qui amicum suum in adipiscēdis honoribus, & magistratibus adiuuat amicitiæ locum tenere videntur constanter, quorum opera uerbis correspondebant,plerique enim sunt, qui habēt multa uerba,& ea minus in re obseruant, huius generis amici non sunt appellandi. qui autem firmi, stabiles,& constantes, erunt boni,& interiores appellantur amici. Magna penuria] Pauci reperiuntur,qui has habent uirtutes, & hoc modo amicitiam teneant. [Nisi expertum] Nisi experiamur difficile est iudicare aliquem esse nostrum amicum. [Ipsa amicitia] Ac si dicat ante amicitiam experiendi sunt illi,quos diligere intelligimus. [Ita præcurrit amicitia] Fit isteron proterō, primo iudicium faciendum est de amicis, antequam amemus. Est igitur prudens homo, qui ante iudicium iam inuenerit aliquem amicum,ipsum amorem sustinere,debet.est.n.gubernare quēadmodum

admodum thedarius suos refrenat equos. A quis tempestatis] Quemadmodum gubernat nauem in uentis regendis legitur ēt equis tēperatis, & erit similitudo ab rhedario tracta, ut dixi mus. [Periclitatis moribus amicorum expertis in aliqua re amicorum moribus qui nobis amicitiæ modum in totum obseruare non uidentur ab hoc amicorum gñe beneuolentiæ impetus refrenandus est, periculum qñ significat discrimen deriuatur à pereo, sinautē significat experimentum uenit ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας.i.experiētia,& tunc ab eo fit periculum, inde periclitatus i.expertus. [Quidā in parua pecunia] hoc modo sint experiendi amici penes ipsos aliq̄ deponamus pecuniā,qui si nobis fuerint fideles in hac parua re poterimus eis dicere etiam quæ uoluerimus,quoniam fideles semper inueniemus. [Quidam cognoscuntur in magna] aliud genus amicorum qui forte in illa parua pecunia moti nō sunt tamen mouentur in maiori re,utputa in honore in magistratibus. [Vbi eos] Sæpenumero illi qui existimabant turpe esse pecuniam præferri amicitiæ,inuenimus in magnis reb. eos beneuolētiæ anteponere honores,dignitates, magistratus,cōsulatum, censuram, imperia fieri exercitus auctore. [Potestas] Magna in factione. [Proposita sint. [Mallent diligere istas dignitates, quam uim amicitiæ. [Imbecilla enim natura] Reddit rōne quare homines magis appetant opes & honores,quam amicitiam, quoniā natura quæ est debilis cupit potētiam opum,dignitatum, & aliarū rerum,& imbecillis uidetur ad contemnendas istas res. [Excusatum est]Impersonale est etiam ideo iungitur cum plurali,& singulari,& cum omni persona, quoniam infinitum est. Non sine mgna causa,] q.d. propter honores,& magistratus neglexit amicum, & ideo excusandus est. [Hæc ut omittam] Occupatio color rhetoricus. [Graues, societates ē calamitatū] Pauci reperiuntur, qui descendant ad amicorum calamitates adiuuando eos,& sibi subueniēdo. [Quanq̄ Ennius,]Subaudi dicat recte.[Tñ hæc duo] conuenerunt hæc duo, s.q̄ sequuntur, aut in bonis,&est ordo,hæc duo aut in bonis rebus contēnunt aut in malis deserūt, uel cōueniūt subaudi crimē leuitatis,aut infirmitatis.[Tñ hæc duo conuincūt.]Tracta est similitudo ab uno litigāte qui inducit testes, & multa facit, ut conuincat alterā partem. Ideo,inquit ista duo, quia neq; p p res secundas contemnere, aut aduersas deserere debemus amicos,quia hoc euenit ex leuitate, & infirmitate quadam. [Aut si in bonis rebus contemnunt] Si consecuti sunt magnum statū, quod dormiunt, & ideo non possunt secum esse. [In malis deserunt]Si amicus pauper factus est, eum amplius uidere non uis. [Quiigitur] Concludit, quod si aliquem constantem uidemus in utraque re in malis amicorum, & in bonis suis hunc uerum amicum existimare debemus. [Raro genere] Quoniam pauci reperiuntur, qui in istis duabus rebus sint constantes, & firmi & ideo si reperiatur, non humanus, sed diuinus uidetur. [Firmamentum autē constantiæque] Tradit ultra prædicta quasdam regulas,quæ sunt ad stabilitatem amicitiæ, & constantiā amicorum, quam. s. constantiam quærimus in amicitia, primum enim firmamentum constantiæ est fides, nam infideles constantes esse non possunt, fideles autem constantiam hñt. [Simplicem] Simplices appellantur qui lingua loquuntur,qđ habent in corde simplices igitur erga amicos debemus esse omnes. [Consentientem].i. simul sentientem, consentientes dicimus qui æquali affectione cum amicis sentiunt, hoc est si amicus dolet doleas etiam tu, si lætetur æquo modo tu afficieris. i.declaratiue stat quis idem reb. mouetur, quibus amicus tuus moueatur. motus animi appellantur à Cic. affectiones, scilicet dolere, tristari. [Ingenium] Multiplex. Ingeniū, quod lingua tenet unum,uel profert,& intus sentiat, illud multiplex dicit. Tortuosum à torqueo s. quod torqueat, falsitates, & simulationes fidelitatem in se non hñt,& est rō quantum ad simplicē. [Neque enim]Redit rationē quantum ad consentientem,qui enim paribus reb. una cum amico non afficitur,contra nam facere uidetur. Ideo inquit ratio naturæ consentit, nam induxit hominem ut hominis misereatur,ergo si amici calamitate nō mouemur contra naturam facimus. [Natura consentit] Subaudi non fidus atque stabilis esse potest. [Addendum est eodem]idest ad gandem regulam,& præceptum constantiæ addē dum hoc,ut amici nō delectentur suis amicis inferre crimina, neque oblata suscipere ab alio. quæ oīa pertinent ad constantiam,de qua nunc Lælius tractabat, sic Plato non audiebat crimina amicorū oblata,quidam enim criminās amicos Platonis putabat,qđ illi de Platone male dicebant, & ille tandē illū criminantem, hoc modo repellit, si amici de me male dixerunt, tunc amicitiæ officium requirebat, ut de me male dicerēt. Ita fit,idest sequitur, & concluditur, quod amicitia non nascit nisi inter bonos,qui enim infideles sunt, & amicos inique criminātur boni non sunt, sed si fideles sunt boni nuncupantur. [Est enim boni uiri] Pertinet ad bonum uirum. hæc duo teneantur in amicitia, primo ut non fingat neque aliud simulet. secundo ut criminationes de amicis oblatas repellat. [Quem cū sapientem] Bonum appellamus hominem, qui sapiens est, ut ratione,& oratione utatur, non enim uocamus sapientes istos more uulgari, qui sunt inepti, nihil mali faciunt hi qui non doctrina,non regulā alicuius uirtutis habent, ideo boni nō sunt. [Fictum ad animum, simulatum ad uerba; tu dicis unum, & aliud facis. [Ingenuum est]Ad liberum hominē pertinent non occultare opinionem,sed aperte,uel diligere, uel odisse aliquē; deinde est secundū ne solū repellamus criminationes oblatas de amico, sed ne putemus quidem non esse suspiciosas. i. non debeamus solum suspicari de amico neque existimare nihil esse uiolatum quidem. [Accedat huc.i. præterea ad hæc accedat, ostendit ut amicitia non sit acerba neq; aspera,sed mitis,& suauis. [Morum] Vt mores faciles erga amicum habeamus [Seueritas absit]Dicitur seuerus a sequēs,& uerū, Habet il. grau.] Ac si dicat, pertinet ad Catonem maiorē,nam seueritas est pars uirtutis, sed in amicitia seueritas ista repudiandæ est. [Liberior] Vt liber uoceris cum amico sine seueritate. [Existit] Hoc loco ponit quandam quæstionem. si amicitiæ ueteres causa nonarum repudiandæ sint, quam quidem quæstione probat aliquibus exemplis non esse dimittendam ueterem amicitiam. [Quęstio subdif] Parum difficilis ad soluēdum,sub in compositione significat parū, vt subrusticus; qō sic diffinitur à dialecticis,est dubitabilis propositio. alias significat torturā. [Nō indigni] imò digni sua uirtute, & morib. [Indigna dubitatio] Hæc est de qua nō est dubitādū. [Veterrima] Declarat p exemplū,qđ ueteres magis sint in precio quā nouæ. [Verūq; illud ē] Prouerbiū antiquū ē apud Græcos,& Latinos,ut comedamus multos modios salis cū amicis hoc est, ut simul lōgo uiuamus tpe,ergo amici ueteres repudiādi nō sunt. [Munus amicitiæ expletū].i.perfectū fit munus amicitiæ,qđ explet multitudine amicorū. [Nouitates aūt]Sic amicitiæ nouæ si disciplinis,& bonis morib. futuræ amicitiæ bonæ p se ferant nō cōtēnēdæ sūt, dūmodo antiqua amicitia in suo loco stabilis sit. [Vt tanq̄ herbis] Similitudo tracta est à rustico,qui in herbis seminis sui futuros percipit fructus, sic & nos noua amicitia contrahenda futuros fructus cognoscimus. [Cuius mentionē feci] & est contra illos qui debent amicitias esse mutandas sicut renouamus equum. [Si nulla res impediat] Si morbus, uel podagra siue punctura aliqua non impedit equum ueterem nobis consuetum libentius eo utimur, quā aliquo indomito. [Intractato] scilicet indomito,loquimur secundum uiros prudentes, quoniā stulti adolescentes magis equitant pullū equinū quā ueterem. [Sed in his]Quæ.s.nō solū in animal.,sed etiam in locis inanimatis,ut putat in siluestrib. locis,in quibus nati sumus gerimus amorē,& magis delectamur,quā nouis locis,q̄ uis amœnissimis, sic amicitia ueteris magis delectandū,quā noua. [Sed maximū est in hac amicitia]tradit vnū maximū preceptū,videlicet,quod amici pręstantiores suis amicis se deprimere debēt, honorādo,colēdo eos,quāuis inferiores sint. [Esse parem inferiori]. Non n. propter fortunā, aut uirtutem aliquam nos in amicitia extollere debem⁹ imò nos pares illi efficere debemus. [Sæpe.n.quædā excellentiæ]Multoties aliquis uirtute, & ingenio, & fortuna nos superat amicos, ut Scipio fuit, qui non se maiorem existimans continuè familiaribus, & sibi coniunctis succurrebat,& uenerabat illos. Inferioris ordinis]Amicis inferioris dignitatis nunquam se anteposuit. [Colebat tāquā superiorem] Quāuis Scipio grandis esset natu, & in omni re prudentior,atq. excellentior fratre suo Q. Maximo tamē eū quadā reuerentia colebat cedendo sibi uenīam,& alia faciēdo. [Per se] Pro uiribus nitebatur, ut amicos suos omnes q. ceteris ampliores efficire. [Præstantiam] Si excellētiam alicuius disciplinę,seu subtilitatis ingenij à natura datę, siue status alicuius consecuti fuerimus, amicis impartire deberemus [Impartiant] Impartio, & impartior reperitur. [Siue sint imbecilliores] Exhortandi animo sunt, si pauperes locupletandi sunt. [Vt in fabulis] Sicut Paris, qui propter coniectores insomnio-

insomniorum inter pastores educatus est. illi enim iusserant, vt occideretur, ne Troia sua causa periret, tandem filius regis cognitus, statumq; amplissimũ adeptus cum suis pastoribus conuenire conabatur. [Propter ignorantiam stirpis] Ignorabat Paris quis esset eius pater, & is tanquam famulus uiuebat cũ pastoribus, sicut de Romulo, qui ignorans patrem, educatus est à Faustulo, erga quem maximum gessit amorem. [Aut regum filij] Iupiter qui inter capras educatus amore nimio, quem habebat in capram, quæ ipsum lactauit, eam in cœlum transtulit, & Amalthea uocata est. [Duxerunt] .i. existimauerunt longo tempore illos pastores esse patres suos. ut diximus de Paride. [Vt hi igitur] Aliud præceptum per contrarium tradit, quòd quemadmodum superioris amici inferioribus se pares tribuere debent, eodem modo inferiores dolere non debent fortunis amicorum, imò lætentur, ut illos ad maiora peruenire cupiant. Necessitudine] Stricta necessitate, vel affinitatis, uel alicuius alterius coniunctionis. [Quorum plerique] Aut quarũ multi sunt qui lamentantur amicis, quoniam sibi non subueniunt, quod quidem verum non est, sed inuidia quadam queruntur non n. uellent amicos suos ea dignitate existere. [Magis] quæ autem dicere, si aliquid putant, tanto magis pleriq; audent exprobrare beneficia, si putãt amicos suos habere aliquid ex ipsis. [Sunt enim quidam] Plerique reperiuntur, qui amicitijs molesti sũt; quoniam ipsi putant amicitias contemni, cum uident amicos suos in ampliore dignitate, & reuerentia. hoc modo fit, si pater quispiam filium doctorem haberet, filius quidem in conuiuio honestiori loco sedeat quam pater, qua ex re oritur huius amicitiæ molestia, quod pater putat se esse in contemptum aliorum, quoniam sit filius in ampliori loco positus. tales .n. amici ab hac opinione, & verbis, & opera, atq; affectu remouẽdi sunt. [Tantum enim] Cui est tribuendum, tanta existimatio de amico est facienda, quantum ipse efficere possis, hoc est uiribus tuis ad omnem extollas amicum dignitatẽ, licèt tamen illa tribuẽda sunt amicis, quæ uirib. ingenij sustinere possint, u.g. nõ amicum consulem faciamus, si ea dignitate dignus non sit, ut habeat litteras, & prudentiam, ad consulatum requisitam, tribuere est æstimationem de aliqua facere. [Sustinere] Si amicus sit dignus pratura, illo magistratu uenerandus est. Et non ultra ad honores perducere propter illorum ignorantiam, sicut Scipio fratrem suum propter imbecillitatem ingenij consulem facere non potuit, sed Rutilium familiarem suum uirum doctissimum consulari dignitate honorauit. [Omnino amicitiæ corroboratis] Ad amicitiã corrobandam hoc in loco declaratur, quod necesse sit temporis, atque morum similitudo intercurrat, longitudo temporis, & morum similitudo ad amicitiæ stabilitatem requirit. [Nec se, non. n.] Oportet in prouecta ætate amare eos, hoc est habere amicitiam cum illis quos dileximus ineunte ætate. [Eos habere] Hoc est habere amicitiam, quoniã æqualia exercebant studia in venatione, in ludo pilę, sed crescẽte ætate morũ similitudo accessit, qua ex re illa frangitur amicitia, ideo tempus, atque morum similitudo ad amicitiam requiritur. ordo est, nec decẽt eos habere necessarios, quos cum eodẽ studio præditos dilexerunt, si qui ineunte ætate &c. [Isto n. modo nutrices] Si hoc esset conueniens, ut propter temporis longitudinem amaremus amicitiam hac de causa contrahemus, sequeretur quòd nutrices, & pædagogi nobis essent intimi familiares, quod non accidit. nam aliàs adulti inuenimus amicitias relictis puerilibus amoribus. pædagogos uocat, qui curam habent puerorum, ut cuius doctrinam pueri discunt, atque maiores colere non ignorant. qui. n. disciplinam literarum præcipit præceptor, siue magister appellatur, dicitur autẽ pædagogus ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀγάγω, quasi agens puerum. [Sed alio quodam modo colendi] Non. n. nutrices, & pædagogi negligendi sunt, sed subuenire, atque amare debemus eos alios modo quam amicos. [Aliter amicitiæ] Concludit, quod amicitiæ constantes esse non possunt, si non fuit tempus, & similitudo morum, sicut per contrarium demonstratum est. [Dispares mores] Pares cum paribus facilè congregantur, si quis malos tenet uitia sequitur, ideo amicitiã cum morato uiro literarumq; cupido nunquàm consequi poterit. Nec ob aliam causam] Imò ob istam causam .i. morum dissimilitudinem boni malis amici non reperiuntur. [Nisi quod tanta est] Hoc impedit a micitia inter bonos, & improbos, quod maxima est inter ipsos morum, atque studiorum distantia. [Rectè etiam præcipi] Præceptum tradit amicis ne aliqua propria utilitati mori amicorum utilitatem impediant. pleriq;. n. propter imtemperatum amorem amicorum utilitatem retinent. Quod sæpe fit] Hoc modo si amicus ad dignitatẽ magistratus uocatus fuerit eum impedis verbis tuis. Heu mihi iam absentia tua ius maxima uersabor inopia. [Nec. n. ut redeam] Ponit exemplum. hæc est historia, sed quia tractatur à poetis nomẽ fabulæ consecuta est. Lycomedes rex insulæ si Pyrrhum Deidamiæ filiũ propter iucunditatem quã ex eo infante percipiebat à bello Troiano retinuisset, non tantã gloriam, atq; honorem habuisset. [Nec potuisset capere Troiam] hoc. n. apud peritos manifestum est. quis. n. ignorat oraculum à Græcis esse consultum Troiam nõ posse capi si aliquis de genere Aeacidarum non interfuisset? [Neoptolemus] νέος nouus πόλεμος poeticè bellũ dr̃. Pyrrhus uocatus est, quoniam crispos habebat capillos. Et sæpe incidũt magnæ] Res, vt si amicos uocet ad magistratum opus esset, ut ab amicis discedat. [Desiderium] Absentiam amici molestè ferunt amici, quoniam infirmi, & molles sunt. [Infirmus]. i. debilis est, ut non patiatur amicum discedere, ut ad aliquam proficiscatur dignitatem. [Parum iu.] si iustitiam haberet amici cuperet utilitatem, atque in omni re, ut dixit superius, hæc lex in amicitia est, ut ab amicis honesta petamus, & amicorum causa honesta faciamus. [Est etiam] Docet quasdam regulas quibus amicitiam dissoluere possumus, si opus fuerit. [Nonnunquam neces.] Ac si dicat necesse est, vt calamitas quædam uitiorũ oriatur in amicitia, loquendo de amicitia uulgari. non enim loquitur de amicitia uera, quæ oritur inter bonos. hæc enim usque ad extremitatem uitæ perdurat, illa autem uulgaris familiaritas uitiorum calamitate ingruente frangitur. [Erumpunt sæpe uitia] Emanant uitia quibus amicitia frangitur, & est similitudo tracta à fonte labẽte à uenis terræ. [Tum in ipsos]. s. uitia rumpunt in amicos, utputa furantur amici uitiosi aliquid alter alteri [Tum in alienos] Si furantur, vel adulterium faciant in alienos. tamen infamia, & turpitudo illorum amicorum pertiner ad te eorum familiarem, quæ quidem amicitiæ ex consuetudinis remissione remouẽdę sunt. Et, ut à Catone audiui] Cato maior aiebat, tales amicitias. paulatim dissuẽdas esse magis, quam discindendas, & apertè frangẽdas, vtputa respondere faciat, quod domi non est, si ab amico non cupiatur. [Nisi quædam] Iniuria exarserit, sed si aliquid iniuriæ inter amicos ortũ fuerit, quod sustinet, neque rectum, neque iustum est, ut si amicus conspirat contra patriam, tunc clarè talem amicitiam coram renunciare debemus. [Sin autem morum, vel studiorum] Si ille cuius amicitiam contraximus mutauerit bonos mores, & studia bona in mala, ut fecit Titius familiaris Horatij, qui libros uendidit, ut artem militarem exerceret, tunc paulatim illius amicitiam deponemus. sic faciemus, ut non solum amicitia deposita ad ne inimicitia suscepta uideatur cum illo. [In reipu. dissensio.] Si amicus fauet marianæ parti, & tu reip. hæc dissensio amicitiam dissoluit. [Ab amicitia Q. Pomp.] Scip. n. remotus est ab amicitia Põpeij uerbis meis. quoniã potiue mei amicitiam quam illius tenere uoluit. [A collega nostro Metel.] Metelli amicitiam reliquit propter quandam dissensionem reipu. quoniam ille fauebat uni factioni: & Scip. alteri. [Offensione animi non acerba] Prudentia sua, & simulatione disiunctionẽ amicitiæ cum istis Scipio fecit, itaque ab ipso offenso non uidebantur, & adhuc illius amicitiam retinere putabant. [Qgam obrem] Primum tradit regulas quibus elaborandum ne amicitia sic opprimatur, ut deinde inimicitiæ oriantur. [Opera] Vt sæpenumero diximus, mater. & opus filius. nã opera est labor, qui præcedit, opus omnis operatio q̃ fit. ad informandũ gladiũ uocatur opera, opus aũt gladius ipse nuncupatur. [Sin aliquid euenerit tale] Si intercesserit causa aliqua propter quã amicitia dimittenda sit. [Vt extinctæ] Similitudo trahitur ab igne. q̃dum per se moritur appellatur extingui, si aũt per uim aquarũ quã primũ suffocatur opprimi dr̃, dicit ergo si quid accidit, ut nos p̃p amicorũ uitia dissoluamur ab ipsis debemus extinguere paulatim ipsam amicitiã hoc mõ, nõ habere frequẽtẽ cõsuetudinẽ cũ illis, tũc amicitia extinguetur, nisi esset cõspiratio cõtra patriã, qm̃ tũc amicitia illa nõ extinguenda, sed opprimẽda est. Maledicta] Appellare ipsum latronẽ, p̃ditorẽ. [Cõtumeliæ] Veniunt aũt à con, & tumeo. ut si diceret hunc hoĩem, pessundabo, contumelia uocabit. [Quæ tñ] Istæ contumeliæ tolerandæ sũt cũ maximo vitu pio, & maxime veteris amicitię gr̃a, qm̃ ipse, q̃ maledicit magis in culpa existimabit̃, quã ille, q̃ eas tolerauit. Incõmodorũ] Quę amicitiæ dissoluant p̃pter amicorum uitia,

vitia, hæc erit optima cautio Vt ne nimis cito aliquem diligere incipiamus] Diligere est principium beneuolentiæ, ut idem Cic. Quem diligere solebam, nunc amare uideor. Digni autē.s. qui virtute morum probitatē continent amicitia digni iudicādi sunt omni ex parte. In suo genere perfectū] Homo in suo genere perfectus nō inuenitur. equus in genere aliquis non reperitur perfectus, ut bonas ungulas egregium caput ceteraq; sibi ad perfectionem habeat necessaria. Sed pleriq;] Aliquorum reprehēdit opinionem, eorum.s. qui amicitias appetēdas esse aiunt non beneuolendi gratia, sed vtilitatis cōsequendæ causa. huius.n. generis homines aliquid humani cognouisse non uidētur. Fructuosum] Fructum appellamus quidquid vtile est. Tanquam pecudes] Pastores diligunt pecudes, & armenta propter utilitatem. Ipsi sibi exemplo] Scilicet.i. tales homines non considerant ꝙ sibi ipsis exemplū esse possunt, qualis sit huius amicitiæ naturalis uis.s. officium membrorum respiciant, nā ut diximus inter membra à se diligunt absq; fructu illius amoris, qua ex re unusquisq; sibi exemplum esse potest, sed ipsi tenent ἔρωτ' αἴδιον χαὶ ἑαυτὸν.i. amorem propriū, vt ament non causa amicorum, sed propria utilitate consequenda. Qualis] Quātum, ad illud pulcherrima. quod] quātum ad per se, & propter se. Ipse.n. quisq;] Declarat, quid sit amor naturalis. Quod nisi].i. nisi iste amor trāsferatur in amicitiā, amicus non reputatur. nā, quam seipsum, amor hic appellatur.i.ἑαυτὸν, sed ille amor tantū in amicis transferatur, quātum habet in seipsum, & ecōuerso, si fiat ab amicis hæc appellatur amicitia, ac si diceret amicus æquè debet amare amicum ac seipsum. Is tam amicus].i. amicus est alter ego, vnde dicitur bene Græcè ἄλλος αὐτός, quasi idem alter, siue alter ego. Cicurib.] Cicuris dicitur bestia māsueta, nam cicurare uocabulum antiquum dicimus mansuefacere. Feris Contrarium est cicurib Ad quas applicent amātes] Ad sui amantes applicant bestię, primum amorē.i. πρὸ τοῦ ἔρωτα, nam hoc datum à natura, vt unusquisq; se amet, & tueatur, deinde ad sui similes se adiungunt, & vulpes copulantur cū uulpibus. Animantes] Declinatur hic animans, tis, quod usurpat sæpenumero Lac. [Cum desiderio].i. ita amant, quod dolent absentia sociorum, ut si equus uideat amicum, & socium suum. Penè unum duob.] Hoc est præceptum Pythagoræ, σώματα μὲν δύο ψυχὴ δὲ μία. [Sed pleriq.] Castigat homines inter quos aliqui sunt, qui uolunt ab amicis, quod ipsi amicis facere nolunt, sicut sunt maiores, qui semper ab amicis inferiorib. aliquid expectant, & aliquid de suo illis non tradunt. Peruersè] Ne dicam imprudenter, ac si dicat tā propter imprudentiā, quā propter peruersitatē. Quales] Vbi illi esse non possunt, quia volunt esse tales in amicos quales in se ipsos putāt esse amicos, ideo nō possunt. Par est] Iustū est amicū esse bonū, deinde sibi similē inueniunt In talib.] .s. amicis, qui bonitate, atq; virtute præditi sunt amicitiæ stabilitas inest. [Iustitia] Quę præmiorū est vnicuiq; secundū debitū retributio, omnia pro altero suscipiet.s. consilium labores, & alia suscipiet pro amico. Sed etiam verebuntur] Nō solum verebuntur his tales amici, sed etiā verebuntur, ac reuerentia quadā timebunt facere aliquid corā amicis, quod non sit in uirtute, quod quidē faciendū est, ut amicus nisi honestū corā amico cōficere audeat. Verecundiā] Vbi.n. deficit verecūdia, illic amicitia nō potest esse, verecūdia est timor ignominiæ. Itaq; in his error] Reprehēdit illos, qui volunt, vt inter amicos sit licētia peccādi.si.n. amicus alteri inseruiret, ut libidine potiretur, īter istos amicitia nō haberet locū. Solitaria] .i. sola nō ad summitatē honoris, & recti venire pt, sed si cū alio similiū cōiuncta sit, ad summum ꝓuenire solet. Quæ si quos inter].i. inter, quos hęc societas virtutis fuit, siue est, vel erit istarū copulatio istius societatis, & virtutis ad summum omnium bonorum habēda. Beatissimus] Bonum ad uirtutem externis correspondeat. [Hæc societ.] Hæc.n. copulatio amicitiæ uirtuosæ, est illa in qua sunt omnes, quæ homines existimant. [Honestas] Quæ honorem continent [Tranquillitas animi] Quantum ad rectum, & uirtutem. [Sine his] Vita enim, quæ istis rebus honesto, iusto, & laudabili caret beata esse non potest, sic econtra ea beatissima uita nuncupatur, quæ his bonis ornata sit, quid cum optimum sit ad virtutem, cui opera danda est, maximum habet commercium. [Rectum] laudabile, quibus ex reb. uita conficitur beatè, elaborandū est, vt id consequamur, quod non adipiscemur, si uirtuti indulgebimus, sine qua uirtute nulla amicitia nascitur. [Tum deniq; se errasse sentiunt] qui.n. sine uirtute sunt plerosq;, habere putant amicos, quos in experientia alicuius rei in alienos esse reperiunt, & cum grauis casus eos cogit experiri, si aliquid infortunium cogit istos uirtute carentes suos experiri. uel ut sibi consulant, seu illis inseruiant, uel subueniant, tunc reperiunt se uehementer errasse, quoniam sibi non sunt amici. sic econuerso, si illi petunt istos, ut aliqua in re succurrant illis nolunt, quoniam uirtutes in istis amicitijs non regnant. [Dicendum etiam sæpius] Præcipiendum est, ut prius iudicemus illum, quem uolumus amicum, si uirtutem habeat ante, quam incipiamus diligere, non autem ordinem retrogadum committamus.s. primo diligamus, deinde iudicium faciamus, nam stulti primum emunt librum, post uero emptionem utrum sit correctus aspiciunt. [Sed cum multis in reb.] ostendit inconueniens, quod sequitur ex hac protestationæ nam, negligentia præiudicandi non solum in amicitia, sed etiam in multis reb. maximas damus pænas, in amicitia uero si ante iudicium, alicuius amicitiam adipiscimur, & deinde illum uitiosum cognoscimus magnas patimur pœnas, quia potius cōsuetudinem retinemus, quam frangere amicitiam, qua ex re mœrore semper afficimur. [Plectimur] Pœnas damus, ꝓpter negligentiam nostram. [Quæ uetamur ueteriq; prouerbio] maiores uetabant aliquid fieri, nisi prius sit iudicium factum. non.n. domus ædificanda est, postea iudicium facere de ea, & cum eam uolemus habere. prouerbium appellatur probatum uerbum, quod Gręcè dicitur παροιμία [Vltroq; citroq;] .i. inuicem coniuncti, uel consuetudine quotidiana, uel beneficiis, non cito pussumus amicitiam dirumpere. quamuis sit necessaria causa dirumpendi. Nam istud consequitur incōueniēs, quoniam consuetudinem habemus. [In medio cursu] tempore amicitiæ. [Offensione] Qua rumpenda est amicitia. Tracta est similitudo ab uno, eunte, cuius pes in aliquo obiectās læditur, & offenditur, In cura] Rei maximè necessariæ. Negligentia istius amicitiæ supra ceteras res uituperanda est, cum trāsit necessaria. [Incuria] Componitur ab in, & cura. [Vna est.n.] Per comparationem aliarum rerum ostendit in quanto precio sit amicitia, quoniam multi reperiūtur, qui spernunt diuitias, & alias res, sed amicitia semper desideratur. [Vno ore] Nemine contradicente, omnes tenent hanc opinionem, amicitiam esse utilem [Virtus contemnitur] Quod sit laboriosa, per quā homines moriuntur. [Vendicatio] Rapacitas honoris, & aliorum à multis despicitur. [Ostentatio] Sicut Diogenes, qui patriam suam habere noluit, sed eam puer abiecit, sicut Fabricius. Honores] Quorum cupiditate ita inflantur, multi cupiunt honores, ab aliquibus autem contemnuntur. [Inanius] Nullos fructus, & utilitates. hi honores afferunt. [Leuius] Nullius grauitatis. [Itemq; admirabilia uidentur] Sicut lapides preciosi, & aliæ res preciosæ, quæ aliquibus autē contemnuntur. [De amicitia omnes ad unum sentiunt] omnes de amicitia eandem habent opinionem. [Rerum cognitione].i. qui discunt amicos habere uolunt, uel cognitione rerum.i. disciplina historiarum, nam historia nihil aliud est nisi rei cognitio. [Doctrina] Scientia aliqua, qui in Mathematicis student, socios, quærunt. [Ocio sè suum negocium, qui à ceteris rebus remoti sunt, & circa suū negocium intenti etiam amicitiam desiderant. [Postremo] Vlterius Epicurei, qui uoluptatib. dediti sunt in ipsarum uoluptatum fructu amicos habere cupiunt. [Si modo uelint liberaliter uiuere] Ac si diceret, si lupi esse nolunt in comedēdo, semper amicum inueniunt. Nescio, quo modo] Modus dicēdi, quā do non potest reddi ratio, dicitur nescio, quo modo. [Degendæ rationem] non dimittit aliquam ætatem siue iuuentutem, siue utilitatem cum ratione uiuentem esse uacuam, sed in amicitiæ officio. [Ea immanitate].i. ea crudelitate, bonus, na, num, inde appellant mane primam partem dici.i. bonam, quia in die nulla est pars melior, quam in mane, immanis uero dicitur non bonus crudelis, ideo immanes lupos uocamus [Congressus] Collocutiones. [Nescio, quem] Optimè dixit nescio, quoniam memoria dignus non est. [Aliquem apud quem euomat].hic.n. Timon de omnibus bonis supplicium sumebat, ut uenenum istius suæ aserbitatis expromere posset necessarium erat inuenire aliquem, qui eum audiret, ergo quamuis unus sit omni immanitate præditus, tamen indiget amicitia. Euomere.n. est de pleno stomacho aliquid educere. [Atq; hoc maximè iudicaretur].s. quanta sit necessaria amicitia, si deus aliquo in loco solitario poneret quendā nullius rei indigētem hoc modo uiuere sine hominum aspectu, talē cernere possumus semper męstum [Vspiam] In aliquo loco. [Verum ergo] Solebat dicere

Erant q. iudicant

plerosq; sine virtute esse amicos, quos in experiētia alicuius rei alienos esse repe-riunt.

cere

cere Archytas optimus Mathematicus , quod nullam iucundi
tatem in cognoſcedis ſtellis,& alijs rebus haberet, niſi ſociũ ha-
beret, & ideo probat ſuperiora per huius exemplum. [Noſtros
ſenes.]denotat morem antiquum , nam ante vſum literarũ ſo-
lebant antiqui per memoriam habere hiſtorias,pater narrabat
filijs , deinde ille filijs ſuis commemorare conſueuerat. [Tan-
quàm adminiculum] tracta eſt ſimilitudo à vitib. quæ capreo-
los habent ad ſuſtentandum. adminiculum appellatur ſuſten-
taculum.[Quod in amiciſſimo dulciſſimum] Hæc ſcilicet natu
ra induxit coniunctionem,& communicationem rerum.quæ ſi
eſt inter amicos ea dulciſſima eſt,ſi enim ſuſtentaculum, & ad-
miniculum oritur inter amiciſſimos, iucundiſſimum erit [Sed
cum] Admonet homines, vt in amicitia acquirenda non ſint ne
gligentes,cum ſit tantum bonũ,vt demonſtratum eſt ſuperius,
quæ nunquàm contemnitur,ſicut alia contemnuntur à pleriſ-
que[Tot ſignis]Tot exemplis,& regulis declarat natura quan-
tum bonum ſit amicitia. [Quæ ab] ſcilicet deſideret res abſen-
tes[Abſurdeſcimus]Hoc eſt audire nolumus ea,quę monemur
à natura,quoniam in colendis amicis negligentes ſumus. [Va-
rius]Diuerſus[Suſpicionum[Quib.non putamus habere perfe
ctum amicum, & econtra ab amicis nõ putamur eſſe boni ami
ci offenſione quæ frangit amicitiam[Tum euitare]Hoc modo
ſi uellet cõſulatum appetere cui amicus competitor,verbis ſuis
debet remouere ab amico hanc rem , vt euitetur offenſio [Ele-
uare]Aliquando ea eleuanda eſt offenſio,ſaltem ſi me hunc cõ
ſulatum acquirere velis, & me collegam tuum ſuſcipere tibi cõ
modum ſit.[Tũ ferre]ideſt,patientiam habere.Igitur in tã præ
claro munere veſtro ſicut eſt amicitia noſtra,cuius gratia tute-
la offenſionum facienda eſt , hæc tria toleranda ſunt , vt euite-
mus offenſiones amicorum ſiue eas alicui debemus, ſin autem
æquo animo pateremur [Vt vtilitas retineatur] In leuandis of-
fenſionib.adhibenda eſt vtilitas,non ne vides quod ad hanc vti-
litatem conſequẽdam mihi eris impedimento?[Fides]vt in ami
cum fidem retineamus.his duab. regulis offenſio ſubleuatur ;
in fide ſic, vbi eſt fides quam in me oſtendis.quod tui cauſa con
ſularẽ dignitatem adipiſci non poſſum [Monendi] ſine obiur-
gatione.[Obiurgandi]Sunt hoc modo,vbi eſt fides caritaſque,
quam erga me gerere conſuetus eras ? vel ſic : Non enim reſpi-
cis tuorum maiorum virtutem,quib.maior erit infamia, ſi lite
ris operam non dederis , & hæc omnia ſuſcipere debent amici.
[Familiaris meus]Terent.fuit tempore Lęlij.[Obſequium]Ab
obſequendo dicitur,quod vulgo complacẽtia appellatur,vt in-
quit ille,ait quis,aio,negat,nego.Teren.enim de vulgari amic.
locutus.nam vulgares homines,& ignorãtes,oderunt veritatẽ ,
ideo amant aſſentationem.[Moleſta veritas]ſecundum Teren.
veritas eſt moleſta Imperitis,ex qua naſcitur odium,quod ami-
citiæ contrarium eſt . Odium autem mali imprecatio dicitur,
ſed obſequium ideſt,complacẽtia atque aſſentatio multo plus
moleſta,& amicis indulgens delitijs ſuis,amicus enim tuus ala-
pam in foro cuidam in facie plantauit , quem ſummopere be-
ne feciſſe laudas.hoc quippe illud faciendo Terentianum facit,
& ex ſtultis inſanos faciunt,& eos pręcipites in ſcelera duci per-
mittuut ſic aſſentando. [Impellitur in fraudem obſequio [In
infamia detruditur.[Comitas] Additur in obſequendo amico,
nam amicis obſequendum eſt,ſi bene fecerunt,& laudandi qua
dam comitate. [Scitum illud] Hæc eſt ſententia, color rhetori-
cus , quæ quidſit aut quid eſſe oportet breniter oſtendit.erat
enim, dictum Cat.maior. quod melius eſſet plures inimicos,q̃
aſſentatores habere,nam aſſentatorum cauſa multa ſcelera ad-
mittimus, ſed inimicorum gratia virtuti damus operam,ne de
nobis maledicere queant. [Scitum] ideſt prudens, & peritum à
ſcio dicitur.alias ſcitus nuncupatur pulcher , vt ſcitus puer na-
tus à Pamphil.[De quibuſdam acerbos mereri, [Hoc eſt,inimi-
cos plura beneficia conferre aliquib.quam aſſentatores,qui vi-
dentur iucundi amici mereri poſſe, in accuſatiuo regit perſo-
nam,quæ beneficium ſuſcepit.[Illos verum ſępe]ideſt inimicos
aliquando verum de inimicis ſuis dicere, vtputa virtutem eis
deeſſe,hoc dixiſſe conſtat, aſſentatores vero nunquàm veritati
adhærenti.[Atque illud abſurdum]ideſt non audiendum, ac ſi
diceret bene ſtulti qui mouentur,quoniam moleſtiam habent,
quam habere non debent, moleſte quidam ferunt ſe ab amicis
moueri,& delictorum nullam ſuſcipiunt moleſtiam.[Non agũ
tur]Nam agi opportebat eos peccaſſe, eſt autem contrarius co
lor [Libere facere] Oportet libere , & quodam optimo amore
admonere amicum, non autem aſpere, ſi amicus ea æquo ani-
mo tolerare debet.[Multis nominib.eſt notandum]ideſt,ſignã
dum ſit,multis quidem nominib \uitia notanda ſunt, quo ho-
mines magis abſtineant.atque admoneantur,vt dicere vni ò im
probe, ſcelerate, perfide, inanis, hoc modo ſit increpatus vehe-
menter mouetur,ideo Lælius appellauit aſſentationem adula-
tionem, & blanditias maxime in amicitia nocere , quæ propriè
hominum leuium eſt,quorum officium eſt ad voluntatem au-
dientium,non autem ad voluntatem loquentium. [Tum autẽ
omnium rerum eſt ſimulatio]Deteſtationẽ ſimulationis oſten
dit, quæ non modo in amicitia, ſed etiam in omnib.reb. perni-
cioſa eſt,vtputa in vendendo,in emendo.[Tollit enim,]Et ſub-
ijcit rationem qnare ſimulatio eſt pernicioſa, quoniam verita-
tem nunquàm in ſe retinet. [Adulterat] ideſt corrumpit iudi-
cium verum.adulterare eſt rem falſam.pro vera ponere.]Repu
gnat amicitiæ]Sup.omnis ſimulatio eſt amicitiæ pernicioſa.nã
amicitia ſine veritate eſſe non poteſt. præterea amicorum eſt
idem velle,& idem nolle,& aſſentator non vult idem quod ami
cus,quoniam non omnino ſentit, quod lingua exprimit. ait e-
nim Plut. quod ſimulatio eſt contra deum : Deus autem eſt ip
ſa veritas.Ideo quidquid cõtra veritatem,fit etiam contra deũ.
[Si ne in uno]ideſt aſſentatore ſunt plures auimi ideſt,animus
qui diuerſns eſt,& multiplex.[Idemque erit]ideſt varius diuer-
ſus commutabilis contra conſtantiã amicitiæ.[Multiplex] Qui
modo penes hominem militarem laudib.militiam extollit, pe-
nes medicum ſciẽtiam medicinæ laudat,& militiam uituperat.
[Flexibile]Mutabile.[Deuium]Quod recedit à via, & rectitudi
ne amicitię atque virtutis.[Ad ſenſum]Ad illud quod alter ſen
tit.[Ad vultum]Si ille quem amare ſimulat triſtitiam oſtendat
in facie, aſſentator ſupercilia cõtrahit, ſi lætetur.hic vero hilari
tatem facit,omnia enim efficit ad nutũ.[Idem]De quo eſt ſupe
rius facta mẽtio:Obſequium amicos,veritas odium parit. [Sed
ille in Gnathonis] Terent.in Eun. quendam introduxit nomi-
ne Gnathonem qui ventri, & gulæ deditus erat, ideo unicuiq;
aſſentator erat, modo cœnam quandam conſequi poſſet. Læl.
igitur,inquit,quod Terent. auctoritati fides non eſt adhiben-
da , quoniam ille decorum perſonæ ſeruiat , ſiquidem aliquis
amatorie loquatur illa præcepta neque capienda, neque imitã-
da ſunt.[Sed ille Gnathonis perſonã]ſubaudi deſcripſit.[Multi
autem Gnathonum]Peryphania atque fortunis excellentiores
alij Gnathonib.ſimiles reperiuntur,multo peiores ſunt, quam
Gnathones , quoniam Gnathones fidem in ſimulationib. ſuis
non habent,hi autem propter auctoritatem familiæ, & diuitia
rum eorum ſimulacionib.decipiunt homines.[Fucus]Color ſu
per inductus dicitur,quod Græcè φύκος vocatur,antiqui faciem
vngebant aliquo colore, quod quidem moderniores non fa-
ciunt , qui vero id faciunt fucati nuncupantur. [Concio] Per
exemplum oſtendit quod amici cognoſcere poſſunt aſſentato-
rem a bonis amicis,quoniam plebs quæ cõſtat ex hominib.im-
peritiſſimis cognoſcit aliquem concionantem,ſi verum vel fal-
ſum dicat,quanto magis amici, qui boni, & periti ſunt ſimula-
tores dignoſcere poterunt ? Concio eſt multitudo ad audien-
dum congregata.quandoque dicitur oratio,quę habetur ad eã
multitudinem,alias vocatur locus,in quo hæc cõgregatur mul
titudo.]Inter populare]ideſt aſſentatorem,declarat quid ſit po
pularis homo ſcilicet,imperitus,leuis,atque alias popularis ap
pellabatur ille qui fauet populo. [Conſtãtem] Ad popularem.
[Seuerum] ad aſſentatorem . [Grauem] Refertur ad leuem.
[Quib.blanditijs]Oſtendit quod plebs ideſt,hominum imperi-
torum multitudo cognouit in hoc iudicio quis eſſet leuis uel
grauis homo. Quidam C. Papirius legem attulerat de reficien-
dis magiſtratibus, hoc eſt vt trib.pl. continuarent in ſuo magi-
ſtratu,quã rẽ fieri Læl.& Scip.non permiſerunt.[Diſſuaſimus]
Animum plebis in contrarium ad credendum induximus.[Ni-
hil de me]Vitat arrogãtiam.In manib. eſt oratio] Quã habuit
Scipio ad populum . [Maieſtas regum atque principum]Ideo
ſubiunxit.[Ducem pop.Ro.]Non enim Scipio comes,ſed prin-
cipes illius videbatur ciuitatis . [Diceres] aliquis diceret more
auctorum.[Lex popularis [ideſt quæ erat ad populi fauorem,
vel popularis ideſt hominis indocti,]quæ populi ſuffragio repu
diata eſt,quis eſſet verus vel falſus amicus reip.cognouit plebs.
[Ad me redeam]Quia de ſcipſo mentionem fecit,quidam Lici
nius fuit qui legem ferre volebat de confirmandis ſacerdotum
dignitatibus , quæ quidem lex Lælio defendente ſpreta atque
contempta fuit. [Videbatur popularis]ideſt fauens populo, &
tamen oratione Lælij repudiata eſt.[Cooptatio]Hæc enim,re-
fectio,

fectio, & iterum cooptatio, atque confirmatio collegiorum in utilitatem populi referebatur. Collegium est hominũ multitudo, ut congregatio medicorum collegium dicitur, quamuis hæc lex ad populi utilitatem transfertur, tamen defendẽte me accepta non fuit nouerat.n.populus quis magis reip. fauẽret.[Atq; is]Iste Licinius primã fecit orationem in uersibus, vt magis auditorẽ leniret.[Vendibilẽ]Vtilitatis causa orationem habuit.[Religio]sine arrogãtia, sequitur, quod deorum cultus, me defendente, illã superauit orationẽ. [Atq; id actum] Non auctoritate mea debellaui illius orationem, quia eram iunior. [Quod si in Scena]Adaptat ad propositũ, ac si diceret quorsum hæc? quoniam si in multitudine ita est plurimum auctoritatis, & argumenti magis ad credendũ res fictas, & falsas, quã ueritatẽ, & tamen uerum creditur, quanto magis in amicitia uerum valere debet, q̃ sola oritur inter peritos, & bonos.[In scena].i.in concione, declarat ad audiẽdas comœdias. [Plurimum loci] In maximum adiumentum est reb. fictis.s.multitudo imperiorũ. [Si id patefactum]sicut patefecit Læl. [Perpenditur]liberatur, ut dicitur, quod re uera apertum pectus uidere non possis, sed sic consuetudo est loquendi. [Apertũ pectus].i. quod habes in pectore, ostendas amico.[Cum id]Quam uerè fiat ignores id.s. amare, vel amari ab alio nescis, quam uere amaris ab amico, nisi uoluntatem, & omnia, quæ sunt illius cognoscas. [Quamuis ista]ostendit unde oritur hæc assentatio, quæ nemini nocitura est, nisi originem suam hoc modo trahat, necesse quidẽ prius esse, quod aliquis assentetur sibi, deinde adulatorem reperiat, qui suæ stultitiæ confirmator sit.[Patefaciat aures[Excitat auditor studium, inquit Ouid. hoc siquis se sapientem nobileq; extimet, huius suæ opinionis adulatorem inueniat, sic inquit, non dicebã ego, quod erã excellentior aliis.[Omnino est amãs] Apostrophat se uirtuti, quæ laudari cupit. nam bonus uirtute præditus laudib. extolli cupit, & desiderat, quæ quidẽ laus uera est, nõ assentatio. qui uero scelerati existunt, & omnino gloria, & laude delectantur, ipsi sibi assentari solent, vt alium assentationis testem adipiscantur, qui eos stultos insanire facit.[Sed ex uirtutis opinione]Ac si dicat, loquor de stultis, qui uirtutem habere putant, & se laudari optant. uirtus.n. esse mauult quam uideri, quod minimè, qui sibi assentãtur faciunt. Multi præditi] Vt suarum rerum assentatores quos assentatio delectat.[Testimonium laudum]cum ad istos assentator proficiscatur, qui laudet, & quidẽ uane illos tum existimãt illos nõ fictos sermones esse.[Nec parasitorum]Trahit exẽplum ex comœdia Terent. parasiti autem, qui semper ad assentandũ parati sunt, nec sic blandirentur, si eorũ blanditiæ nõ uiderentur esse gratæ quibusdã. Thraso quidam imperat parasito, ut serua quædam uerbis ipsius Thrasonis donetur suæ meretrici. cum autẽ parasitus ad regem suũ Thrasonem quendam hominem militem gloriosum redisset, interrogat Thraso, si illa gratias agere, respondit parasitus, non solũ magnas, sed etiam ingentes. magnus est ille, qui excedit communem naturam, sed ingens dicitur maior magno. παρὰ significat penes, σῖτος cibum, parasiti sunt illi, qui causa cibi permanent. [Milites gloriosi] .i. homines gloriosi, qui delectantur assentatione. [Magnas vero]sic inquit Thraso, respondit parasitus ingentes. [Is cuius dicitur] Ad cuius uoluntatem, loquitur, assentator semper auget illud, quod ille uult esse magnum. [Quamobrem] Persuadet hominib. ut sint cauti in cognoscendis assentatorib. quoniam plerique graues uiri aliquib. artib. pditi in assentiẽdo, quorũ assentatio cognitione difficil s est [Allectant].i. alliciũt per se, & sibi ipsis assentantur [Nisi, qui est excors] Quilibet nouit adulatorẽ apertum, ut sunt parasiti, nisi sit aliquis stultus, & sine corde, qui non modo adulãtem, sed ne aliam quidem rem cognoscit. [Callidus ille cauendus est]Cautio hñda est nõ ad apte adulãtes, sed ad illos, qui callidi sunt, ne per quosdam sinus insinuationis derideant, & assententur cum astutia quadam.[Ne se insinuet] Per insinuationes nobis assentetur, u.g. si uenit talis assentator ad sedendum, ubi aliquis uir amplissimus sedere consueuit, audiendæ gratia prædicationis, quamprimum assentator ille assurgit huic magnifico uiro sic dicens, parcatis mihi, quoniam ego seruitor uester in sede tanti uiri omni uirtute præditi collocauerim. [Quippe, qui aduersando] Quippe sæpenumero assentator simulans litigare deridet aliquem hoc modo, quidam proficiscitur ad alium, qui militiam dimiserat, cui assentando ait, militia est illa, quæ defendit ciuitates amplas. cui ille, ad militiam non uadunt nisi latrones, ille vero assentator multis argumẽtis factis simulat se esse victũ, & dicit per uerum tu dicis uerum, & nunquam audiui meliores rationes, tu es sapientior omnib. ciuib.[Atque ad extremũ dedit manus].i. tandẽ dedit se, & ostendit se uictum fuisse ab illo bono uiro. Plus uicisse uideatur] Facit hoc assentator, ut ille qui dederit, putet se uicisse unam magnã rem, quod superauit illum callidum simulatorem, & assentatorem, & in eo diligentia est adhibenda ne derideamur. ut quidam seruus q. delusit dñm suum inuitatum ad nuptias. dicebat seruus, dñe uade ad nuptias, presentia enim tua locum illum nuptiarum decorabit.[Sed nescio] Facta digressione ad ostendendã assentationem, operi finem imponit epilogando quæ dicta sunt. Ordo est, sed nescio quõ oratio defluxit ad leues amicitias, ad assentationes, ab amicitia, q̃ uera sunt.[Quæ uidetur in homine] Ac si dicat de sapientia diuina, aut Stoica loquor. Ad illam primam] hoc est amicitiã sapientum q̃ uera est. [Virtus inq̃] Epilogat, nam dictũ est, virtus gignit amicitiã, & eã conseruat.[Cõstantia] Quod illud, qđ est in corde rñdeat verbis.i. simul stantia, non aũt unum fiat, & aliud dicatur, omnia hæc in uirtute sunt. [Quæ cum se extulit] Quæ.s. uirtus. i. cum aliquis suam extulit uirtutem, & lumen eius, & eadem in alio perspexerit ad illum amandum mouetur. [Vicissimq; accipit] splendorẽ uirtutis in alio existentis suscipit, ex quo nascitur quidam ardor, ut ames illum. [Amor] Qui ab uno nascitur. Eũ ipsum] quasi respectu alicuius utilitatis. [Quæ tamen] Nascitur tamen utilitas ex amicitia. [Etiam] Si tu.i. quãuis nõ sis consecutus amicitiã p.p utilitatẽ, ñ dicitur utilitas in ipsa amicitia. [Hac nos adolescentes] Cic. in arte præcepit, quod in epilogis sunt adhibenda exempla, quam rem hic Læl. obseruat, exemplum.n. est!, quod ipse adolescens existens amabat seniores, nõ utilitatis cã, sed amicitiæ.[T. Gracchum]Qui erat Scipionis socer minoris, filiam enim suam dederat ei uxorem, quæ appellabatur Sempronia,[Hoc.s.amare fit magis inter æquales ætate.[Vicissim] quamuis maior sit amicitia inter iuuenes, tamen, & senes delectantur, caritate, & familiaritate iuuenum, & ẽconuerso iuuenes iucunditatem cõsequuntur ex senum amicitia, & sic amor uicissim oritur, Quoniam itaque, & in amicitia est conuenientia omnium rerum, & ratio naturæ exigit, & ætates mouẽtur, ideo acquirendi sunt æquales.i. eiusdem ætatis. [Quibuscum] .i. cum quib. possis ad calcem peruenire.s. ad finem.[Tanquam è carcerib.] Metaphora sumpta ab equis currẽtibus, qui simul è carceribus.i. repagulis emittuntur, ut ęqualiter ad metã perueniant [Sed quoniam res] Ratio uitæ nostræ ita comparata est, ut alia ætas oriaẽ ex alia, & quia sic sunt fragiles res humanę, acquirendi sunt qui nos diligant, & quos diligamus, qua beneuolẽtia oĩs iucunditas aufertur.[Equidem] Vere Scipio mihi uiuit, quia nihil quod humani sit, potest ei cõparari, in hac uere nihil possum comparare cũ amicitia Scipionis, q.a oẽ bonũ cũ ipso habui.[Nã qđ ego] Ista q.d memorem maiora, quæ nobis ignota sunt, & se promittendo tacere, tunc dicit, & occupatio color rhetoricus. [Omnia autem] Quid ad rem, si diutius non uiues dicit aliquis, imò multum ad rẽ ait, quia omnia breuia tolerari debent. [Hęc habui] vos rogastis me, ut de amicitia. In fine autem uos perhortor, ut uirtutem ualde colatis, sine qua amicitia esse non potest, ut ea excepta nihil præstabilius existimetis.

HAEC igitur] Quia multa intermiscuerat, priusq̃ primã legẽ absolueret, repetit eã, dicẽs. Igitur, q.d. vt inceperã dicere hæc sanciaẽ i. sanctè cõstituatur prima lex amicitię, ut petamus honesta.s. duntaxat ab amicis, et faciamus honesta sup. dũtaxat amicorũ, neque expectemus quidem dum rogemur sup. ab eis. Vnde ẽm Sen. Qui cito dat, bis dat, nec carius quidq̃ emitur, quam qđ precibus. sed studium.i. diligẽtia adsit semper, & cunctatio, imò cunctatio, idest mora absit.s. à nobis. Cunctatio dicitur mora. unde cunctari immorari. Et quia inuestigantes aliquid immorantur, ideo percunctari est inquirere profunde cogitando, & in ea re moram faciendo. Contus autem pertica, qua nautæ profunditatem aquarum perquirunt. Vnde percunctari pro requirere dicitur. Gaudeamus dare uerum consilium libere, idest sine dissimulatione, ut liberum decet, quia auctoritas amicorum bene suadentium ualet, idest potest, aut prodest plurimum in amicitia. Eaq;, idest & ea auctoritas adhibeatur ad monendum. i. dũ admonere uolumus non modo.i. non solum aperte.i. manifeste, & nude, sed etiam acriter.i. vehementer cum acrimonia, si res.i. utilitas, & expectientia

tientia postulabit.i. exiget,& pareatur.i. obediatur. (Est autē uerbi impersonalis uox) auctoritati adhibitæ.i. ad castigationem. Nam ego opinor, quædam mirabilia.i.quædam Paradoxa placuisse quibusdam .f. Epicureis,quos audio fuisse habitos in Græcia.i.illic existimatos sapientes. Non dicit fuisse sapiētes, nec etiam eorum libros legisse;cum non philosophice,sed crassa minerua cum generis suis disceptare instituerit.diligenter ergo fingit Cic. personam Lælii seruans decorum eius . Sed nihil est, quod illi .f. græci philosophi non persequantur suis argutijs, idest subtilibus argumentationibus, placuisse inquam partim amicitias nimias esse fugiendas, ut idest, utpote cum necesse sit unum esse solicitum pro pluribus, & cuique curam suarum rerum esse sibi satis, & molestum esse implicari nimis alienis sup. curis, & esse quam commodissium, idest ualde commodum habere habenas, idest frena amicitiæ, quam laxissimas,idest maxime laxas, & solutas,quas scilicet habenas vel abducas,idest contra has cum uelis,vel remittas,idest laxes. Enim pro quia opinor placuisse, ut dicunt, securitatem esse caput ad uiuendum beate, qua,scilicet securitate animus non possit frui, si tāquam parturiat,idest meditetur aut desideret parere,idest produceret aliquid commodi. unus, idest cum sit unus ex pluribus, scilicet amicis. Aiunt autem,qui scilicet philosophos legūt,q. d. ego lego . Aiūt alios , scilicet philosophos dicere etiam inhumanius multo (quem locum ego perstrinxi, strictè pertractaui paulo ante breuiter) aiunt inquam dicere amicitias esse expetendas causa præsidij,idest defensionis honorifice,& adiumenti, idest auxilij non causa beneuolentiæ neque caritatis. Itaque aiunt, ut quisque habeat minimum, idest minimam partem firmitatis,idest roboris,aut ualetudinis, & minimum uirium, ita appetere maxime amicitias. Et sup. aiunt fieri ex eo,idest ea re , ut mulierculæ,quæ sunt fragiliores quærant magis præsidia.i.iuuamina cum honore amicitiarum,quæ proueniunt ex amicitia,quam uirr.& inops quærant magis,quam opulenti.i.pauperes,quam diuites,& calamitosi, idest calamitatem frequenter passi , hoc est dissfortunati quibus omnia in peius euenient , erant magis præsidia amicitiarum, quam sup.illi qui putantur esse beati. i. bene habentes , hoc est diuites . O præclaram sapientiam.ironia est , quasi dicat insanientem. vnde Flac.Insanientes dum sapientiæ Consultus erro. Illi enim qui tollunt amicitiam è uita, uidentur tollere solem è mundo.qua scilicet amicitia habemus nihil melius, nihil iucundius. Enim pro quia,quæ,idest qualis est ista securitas blanda quidē specie, sed est repudianda à seipsa multis modis. Enim pro quia, neque est consentaneum. f. ueritati ullā, idest quamuis unam rem honestam,aut actionem,aut non suscipere,aut deponere. f prius. quod si nos fugimus curam,uirtus est fugienda supp. a nobis q.scilicet uirtus necesse est , ut aspernetur, atque oderit cum curat aliquas res contrarias sibi, ut quod bonitas oderit malitiam , temperantia libidinem, & fortitudo ignauiam, idest torporem , & ad fortiter agendū inutilitatem. Itaq; idest,& ita,ut uideas , idest quilibet uideat iustos maximè dolere rebus iniustis.i.de rebus iniuste actis ab alio , & fortes dolere maxime rebus imbecillibus. i. non fortibus,& modestos.i.modeste,& temperate uiuentes rebus flagitiosis,idest plenis flagitij, idest immodeste flagitione dignæ. Ergo hoc est proprium animi instituti bene, idest decenter , & idest simul lætari rebus bonis , & idest simul dolere contrariis . Quamobrem si dolor amici cadit in sapientem (qui scilicet dolor cadit sup.in eum nisi arbitremur humanitatem extirpatā, idest radicitus euulsam ex animo eius,uidelicet sapientes,quæ causa est , ut tollamus amicitiam funditus è uita , ne suscipiamus aliquas molestias propter eam,q.d.nulla causa est . Quid enim interest sublato motu animi.i.postquā motus animi est sublatus, non dico inter pecudem,& hominem,sed inter hominem,& saxum,aut truncum , aut quiduis. i. quemlibet eiusdē generis.f.nihil sentientis,q.d.parum admodum . Neque enim isti.f. uiles,& abiecti sunt audiendi.i. probandi (quia quos approbamus libenter audimus) qui uolunt uirtutem esse durā quādam,& quasi ferream , quæ quidem uirtus est tum in multis aliis rebus,tum i.præcipue in amicitia tenera, atque tractabilis,ut amici,& diffundantur.i.dilatentur quasi bonis.i. commodis amici.f.sui,& cōtrahantur incommodis.i.propter incōmoda amici. Quamobrem iste angor.i.hæc angustia,qui est capiendus sæpe pro amico non ualet tm̄.i.non habet tantum efficaciæ,ut tollat amicitiam uita hominum, non plus quā supp. ualet,ut uirtutes repudientur, quia afferunt nonnullas curas, & molestias. Cum autem contrahat uirtus &c. (vt dixit supra) uirtus contrahat.i.conciliet, quasi per contractum mutuæ beneuolentiæ,si qua.i.aliqua significatio uirtutis eluceat.i. emineat, ad quam animus similis applicet , & adiungat se , necesse est,ut amor exoriatur ibi,cū id contingit.Enim pro quia, quid est tam absurdum, quā delectari multis rebus inanibus.i. nihil ad beatā vitam facientibus? ut honore.i. honoratione . ut gloria,vt ędificio.f.sumptuoso,vt uestitu,& cultu corporis.f.immo dico. Autem pro sed,non delectari admodum.i.non valde,quasi usq; ad iustum modum animo prædito .i.præ ceteris ornato eo inquam possit,vel amare, uel(ut ita dicam)redamari.i.mutuum amari.nihil est.n.iucundius.i.quod magis iuuet, & delectet,remuneratione beneuolētię,qua cui vis etiā tibi bene vult, & nihil est iucundius vicissitudine studiorum, & officio.i. exhibitione eorum mutua, aut per vicissitudinem quandam,quod si addimus etiā illud, quod potest addi rectè , nihil est,quod tā .i.in tantū alliciat , & attrahat, tā.i. tantū ad se vllā.i.quamuis vnā rem.i.quantū similitudo f.morū,& studiorum alliciat sup. & attrahat ad amicitiam.profecto id sup.cōceditur esse verum. Vt boni diligant bonos,& asciscant.i.associent, & adiungant sibi bonos,quasi cōiunctos propinquitate,atq; natura.i.propinquitate naturali. Nihil est.n.appetentius.i. magis appetens similium.i.rerū similium sui,& nihil est rapacius similiū sui.i. quod ad se rapiat similia sui,quam natura. Quamobrem,ò Fanni , & Scæuola,hoc quidem constat.i.manifestum est, vt opinor beneuolentiam esse,quasi necessariam bonis inter bonos,quæ.f. beneuolentia est fons amicitiæ cōstitutus à natura. Sed ea bo.pertinēt,& ad similitudinem.i.ad multos amandos,licet non multi diligantur amici. Enim pro quia uirtus non est inhumana.i. sine humanitate,& clemētia, neq; est immunis ab officio,neq; est superba.i. fastidiosa. Quæ f. uirtus soleat tueri .i. protegere etiam uniuersos,& consulere.i.prodesse,& prospicere eis f.uniuersis optimè.i.decentissimè.Quod.i. quam rem ipsa non faceret profecto.i. reuera si abhorreret .i. aliena esset , & animum amoueret à caritate vulgi.i.quæ vulgares prosequitur. Sciemus autem per uirtutem,& amicitiam , dum eius attribuitur actio significari eum in quo sunt,atque etiam,qui fingunt amicitias causa utilitatis, uidentur quidem.i. certe mihi , q.d. ut alijs uideantur nihil dico tollere.i. amouere quēdam amabilissimum modum amicitiæ .f. amorem . Non .n. tam .i. intantum delectet utilitas parta.i. acquisita per amicum, quam.i. quantū ipse amor amici.i.qui est in amicum. Tum.i. tunc illud, quod est profectum ab amico sit iucūdum,si est profectum.i.si uenit ab eo cum studio.i. diligendi conatu eius, & ab animo benefaciēdi. Et tantū abest , ut amicitiæ colantur.f.principaliter propter indigentiam,ut ij,qui præditi.i præter ceteros donati sunt opibus.i.facultatibus,& copiis.i. abundantijs seruorum , clientū , & similium,& maximè.i.præcipuè uirtute,in qua f. uirtute est plurimum præsidii,idest honesti adiumenti,& tutamenti indigeant minimè alterius , scilicet præsidii , aut facultatis,sint liberalissimi propter opes, & beneficentissimi propter virtutem. Vnde tales non colunt amicos , ut fiant ab eis diuites , sed ut eos diuites faciant . Atque haud scio , idest nescio an ne opus sit quidem si ad fouendam amicitiam nihil omnino deesset unquam amicis,idest an ne expediat amicos nostri egere,vt cōseruetur beneficio amicitia, & si ita est,non colitur amicus,ut det , sed ut accipiat . Probat exemplo. Enim pro quia,ubi, idest,quando,aut in quo,q.d. nunquam, & in nullo, aut nusquā nostra studiosa in alterutrum officia uiguissent, si Scipio nunquam eguisset,nec domi tempore pacis,nec militię.i.cum esset in militia tempore belli studio nostro nunquam eguisset consilio nostro,nunquam eguisset opera nostra. Studium uidetur esse in animo,cum nisi tamen corporis consilio datur, ore,opera,labore. Igitur amicitia non est consecuta utilitatem.i.nō est initia propter utilitatem consequendam. Sed utilitas consecuta est amicitiam.i.quia amici eramus,ergo etiam alter alter,vtiles eramus, ergo homines affluentes diuitiis non erunt audiēdi sup. cum crudelitate,si quando disputabunt , scilicet ex usu de amicitia,quam nec habent cognitam vsu, idest experientia, nec ratione,idest argumentatione, & disputatione philosophica. Nā Proh fidem deum,atq; hominū , affectuosa exclamatio. quis est,qui velit vti ea lege?vt neq; diligat quenq̄ nec ipse diligatur ab vllo circūfluere circuncirca, aut undiq; affluere omnibus.f.omnium rerum copijs, atq; uiuere in abundantia omniū

rerum,

rerum,q.d.nemo sanæ mentis. hæc est.n. uita tyrannorum , nimirum,idest haud dubie , in qua nulla fides, fidelitas, aut fiducia, nulla caritas .i. uerus amor , & nulla fiducia beneuolentiæ stabilis .i. de beneuolentia stabili alicuius erga se potest esse, & in qua omnia sunt semper suspecta,atq; solicita,vt nullus locus est amicitiæ. Autem pro sed,quis diligat,aut eum,quem meruit, aut à quo putet se metui .i. formari,q.d. nemo. Coluntur tamen . Per ἀντυποφορὰν occurrit obiectioni , dicere cum possent tyrannos coli, & haberi in precio à suis sectatoribus , ad quod Lælius, quidem .i. certe tyranni coluntur . Tamen .i. nihilominus, simulatione.i.per simulationem amicitię.i.per eos, qui se simulant esse amicos, sed duntaxat i.solummodo ad tēpus.i.pro tempore felicitatis, quod si ceciderint forte,ut si plerunq; .i. ut plurimum,quia nullum violentum perpetuum immo ferè occiduntur. vnde est illud Iuuen.postea dictum.Ad generum Cereris sine cæde, & sanguine pauci Descendunt reges, & sicca morte tyranni. Tum.i. tunc.s.post casum intelligitur.s. ab eis,& aliis,& omnibus , quam.i.quantum inops amicorum fuerit,quod.i.quam rem dicunt Tarquinium.s.superbum ultimum Romanorum regem dixisse tum .i. tunc, cum.i. quando esset exul,se intellexisse quos amicos habuisset fidos, quousq; .i.& quos infidos,cum iam neutri .i. non alteri , hoc est neq; fido,neq; infido posset referre gratiam.i. retributionem beneficiorum , qui miror si Tarquinius potuit habere, quenquam sup. amicum in illa.s.notissima superbia,& importunitate.i.insolentia uiuendi. Atque ut .i. quemadmodum mores .s. praui huius, quem dixi,hoc est Tarquinii non potuere parare.i.com parare ueros amicos, sic opes .i. facultates nimiæ multorum potentium excludunt amicitias fideles .i. quæ colantur cum fiducia. Enim pro quia,non solum fortuna ipsa.s.prospera est cęca,quia sine ratione hos deprimit,& illos exaltat,sed efficit plerunq; eos cæcos, quos est complexa.i.quos nimium fouet. Itaque.i.& ita illi.s. quos fortuna complectitur præpotenter efferuntur , idest extra metas rationis, & modestiæ feruntur fastidio, idest superbo contemptu aliorum contumacia .i. contumaci arrogantia , & æstimatione sui . Nec quidquam potest fieri intolerabilius insipiente fortunato,quod etiam à sapiente dictum est . Et quia fœmina plerunque minus habet prudentiæ, ideo dicit Iuuen. intolerabilius nihil est, quam fœmina diues. Atque licet quidem uidere hoc,uidelicet eos , qui antea .s.quam diuites essent,fuerunt moribus commodis.i. oportunis, immutari imperio .i. per imperium caquisitum, potestate sup. acquisita, & prosperis reb. obtentis, & veteres amicitias.i. veteres amicos spernit.(quod grauius est,quam deseri)ab ijs,& sup. eos indulgere.i. nimiā operam dare nouis.s. amicitijs. Autem pro sed,quid sup. est stultius?q.d.nihil,quam cum possint parare plurimum.i.abundantissimè,copijs,facultatibus,& opibus suis, uetera,quæ parantur.i. solent,ut pecuniam,& sup.nō parare amicos,apposito te optimam,& pulcherrimam suppellectilem uitæ , ut ita dicam .i. si liceat uocare amicos suppellectilem , unde suppellex solet accipi pro omni re, qua familiariter utimur. quo circa dicit Persi. Tecum habita,& noris, quam sit tibi curta supelex. Ideo autem id stultè fit Etenim.i.quia certe cum cetera,scilicet bona parantur.i. acquiruntur, nesciunt, qui eas parant,cui, idest ad cuius utilitatem parantur.i. acquirantur,nec etiam cuius causa laborent,quia alij non habent liberos , alii habent , sed bona non possident exclusi, aut expulsi quauis ui, alij habent , quæ posside ant , sed breui aliorum per diuitias perduntur. Enim pro quia,quidquid est istorum.s.bonorum fortunæ , idest sup. est eius , qui uincit eos , scilicet , qui acquirunt viribus, sed possessio amicitiarum permanet cui que sua,scilicet propria,& stabilis . Vt etiam sup. dicatur , si .i. tametsi illa , quæ sunt quasi bona fortunæ moueant,tamen vita inculta, & deserta ab amicis non possit esse iucunda,sed hec hactenus sup. dicta sint.Constituendi autem &c. recitat,qui fines seu termini in amicitia constituendi sint , & primo tres adducit sapientias, quas confutat , ut ex ordine patebit,qui talis est,Autem pro sed, fines,& quasi termini deligendi, qui sint.i.esse debeant in amicitia,sunt constituendi(vulgarius dixisset,Cōstituendum autem est sicut in j. off. in primis constituendum est &c.) de,quibus .s. finibus , & terminis, scilicet ad quos usq; uideo tres sapientias,idest tres opiniones quas diuersi sentiunt ferri.i. quasi pro lege dari,quarum ego nullam probo,idest approbo. Vnam.s. sententiam video ferri,vt simus effectu eodem modo erga amicos , quo erga nosmetipsos . Alteram .i. secun-

dam,ut nostra beneuolentia in amicos respondeat pariter.i.pa ri formiter,& æqualiter beneuolentiæ illorum.s.amicorum erga nos. Tertiam ut quanti quisque facit.i.æstimat , aut reputat seipsum, fiet.i. æstimetur tanti ab amicis. Ergo nulli.i. non vlli, non assentior prorsus vlli harum trium sententiarum.Nec enim illa prima est vera , ut uidelicet quisque sit sic animatus, idest affectus in amicum. quemadmodū est affectus in se sup. ipsum. Enim pro quia, quam idest quantum multa, q.d.plurima facimus causa amicorum, quæ nunquam faceremus causa nostra, vtpote precari aliquid ab indigno supplicare. s. alicui indigno. Tum.i. insuper inueni acerbius.i. ferri per amaram obiurgationem in aliquem qui læserit amicum , in quem non inuehimur honeste si nos læserit, & insectari aliquem uehementius,quæ.i.quæ res nō fiunt satis honeste in reb. nostris, & in amicorum sup. reb fiunt honestissime. Et multæ res sunt in quib. viri boni detrahunt multa de suis commodis.i.de suo iure, & patiuntur detrahi ab aliis, ut amici fruantur potius iis s.commodis,quam ipsi. Altera sententia est, quæ diffinit. i. determinat amicitiam paribus.i.æqualibus officiis ac uolunta tibus.i.beneuolentiis seu affectibus, quidem.i.certe hoc. s.facere est uocare amicitiam ad calculos.i.ad supputationem seu ra tionem,aut ut dicūt computum nimis exigue.i.modice,& exiliter.i.tenuiter,quia nihil plus referre fuit,quam acceperis.s.vt ratio acceptorum datorū sit par,& i.æqualis,sed sup. uera ami citia uidetur mihi ditior , & affluētior,nec obseruare restricte, ne reddat plusquam acceperit . Neque est verendum.i. timendum, ne quod excidat.i.e manibus cadat, dum gratiam referimus, aut ne quid defluat in terram,aut ne plus æquo.s.quam æquum sit congeratur.i.conferatur in amicitia.i. dum tractatur amicitia,aut in amicitiam.i.in amicum. Vero pro sed , ille tertius finis est,deterrimus.i.minimum bonus,ut quanti quisque facit i.existimat se,tanti ipse fiat ab amicis . Sæpe enim est in quibusdam,aut animus abiectior.i. humilior,& vilior quam par sit,aut spes fortunæ.i.conditionis seu ut debent status , & possessionis.Quinetiam i. insuper necesse erit sup. talem cupe re optare,ut amicus penes quem sæpissime. i. valde sæpe, ut.s. occasionē habeat eius obediēdi quo.i.ideo,ut ipse det sibi plures ansas.i.opportunitates,& instrumēta ad reprehendendum, sicut uas clapsum si plures hēt ansas reprehenditur per eas. Aūt pro sed,necesse erit rursum. i. contrarium ipsum angi recte factis,& commodis amici,& dolere,& inuidere. Quare.i. quamobrem hoc quidem præceptum cuiuscunque est , siue Blantis, siue alterius ualet ad tollēdam amicitiam . unde illud fuit potius præcipiendum,ut adhibeamus eam diligentiam in amicitiis præparādis, aut potius comparandis, ut nequando , idest ne aliquando, aut quando que inciperemus amare eum , quē possemus odisse,idest odio prosequi aliquando.i,quouis tempore,Odisse dicit non odire. quia illud in visu non est . Quinetiam.i.insuper Scipio putabat si fuissemus minus fideles in diligendo.s.amico, aut in diligendo.i. dū diligeremus.i. de mul tis legeremus amicum,id ferendum.i. tolerandum sup.esse potius, quam tempus inimicitiarum.s. futurarum cogitandum. s.dum diligeremus . His igitur finibus nunc, quod constituerat prosequitur,ostendens quousque amicitiam extendere debemus,ac dicens,Igitur,ut ad institutum redeam,ego arbitror vtendum esse his finibus.s.amicitiæ. ut cum mores amicorum sint emendati.i. mendis,& uitiis tersi Tum.i.tunc cōitas. i. cōicatio omnium rerum,consiliorum, & uoluntatū sit inter eos sine ulla exceptione, ut etiam si qua. i. aliqua fortuna acciderit,ut uoluntates amicorum minus iustæ sint adiuuandæ. In quibus.i. uoluntatibus agatur,aut de capite.i. uita , aut de fama eorum declinandum est de uia.s.honestatis, non tamen ue ritatis,aut iustitię,quia modo i.dūmodo sup.caueatur ne summa turpitudo,quæ.s.peccatum habeat annexum sequatur, unde sciemus duplicia esse honesta,quædā enim sunt quia recta, & iusta,& ob id necessaria , ut seruare , quæ legis diuinæ sunt . Quædam sunt medio crimina seu communia ex opinione hominum inducta,ut nemini supplicare, nullum humile, & abiectum negociū tractare,decentes vestes,nitidas pro strepitu fortunæ uillas habere , magnificas ædes,& similia honesta ducimus,& tamen his contraria sine peccato facere possimus. unde etiam duplicia sunt inhonesta,quædam sic inhonesta, ut ēt iniqua,& contra legem diuinā. ut mentiri, furari, & id genus alia, quæ neq; ob amici, neq; ob propriam salutem, quis i se admittet, alia sunt mediocria ex opinione horum īducta, ne supplica-

re humilioribus, conuersari cum obiectoribus, tractare ministerla sordidiora, quæ mœchanica uocant, uendere, aut diminuere patrimoniũ,& similia, quæ qui uis, quia sine peccato facere potest, pro amico facere non prohibetur. unde auctor. Est enim .i. extat constitutum,& præfinitum, quatenus.i. unquam usq; uenia possit dari amicitiæ.i. siquid fiat ob amicitiam. Nec uero fama .s. honesta est negligenda immo curanda, quia curam habet de nomine bono. unde D. Aug. dicit. Famam nostram bonam necessariam ex proximo. nec scãdalizetur, vitam bonam nobis ne polluamur. Nec oportet sup. quemuis existimare.i. iudicare beneuolentiam ciuium esse mediocrẽ, immò præcipuum, aut summum telum.i.instrumentum ad res.s.magnas gerendas,& ita curanda est fama, quam.s. beneuolentiam blanciuiũ turpe est colligere.i.uenari, aut aucupari ex diuersis blanditiis,& assentationibus, sed virtus, quam caritas.i. dilectio multorum sequitur, est minimè repudianda, immo maximè amplectẽda. Sed Scipio sup. sępe.n.inq t redeo ad Scipionẽ, cuius omnis sermo erat de amicitia, quærebatur.i. cõquerebatur, quod homines essent diligentiores in omnibus rebus sup. quam in amicitia, ita, ut posset quisq; dicere, quod haberet capras, & oues, & similia, & non dicere quia sciret, quot amicos haberet, & homines adhibere quidem curam in putandis, idest comparandis, & acquirendis illis.s. capris, & ouib. & similibus, & esse negligentes in eligendis amicis, nec habere quasi signa, & notas .i. iudicia quibus iudicarent, qui essent idonei ad amicitiam. Igitur amici sunt eligendi firmi,& stabiles, & constantes, cuius generis.s. hominum .i. cuiusmodi hominum magna penuria .i. difficultas inueniendi est, quia pauci sunt, & difficile est sane .i. ualde quenquam sup. nisi expertum .i. eum, qui periculum fecerit iudicare an amicus est talis. Autem pro sed, experiendum est, non autem inita amicitia, sed in ipsa amicitia iam inita, & ita amicitia percurrit .i. peruenit celeriter ipsum iudicium,& tollit.i. aufert potestatem iudicandi. Igitur prudẽtis est.i. ad prudentem pertinet sustinere, ut cursum .i. temperatum processum, sic impetum .i. uehementem uim beneuolentiæ, quo .s. impetu utamur quasi aquis tempestatis, quas dum præcipites de montib. cadunt, sustinemus quidem, quia necesse est, & quia scimus non duraturas, cursum autem aquarum fluentium intra ripas suas sine molestia sustinemus, & ita sic utamur amicitias, ut aquis tempestatis morbus amicorum periclitatis.i. facto periculo, & exprimẽto cognitis aliqua parte, hoc est sicut cursum aquæ modestè toleramus, & impetus aquarum,& tempestatum sustinemus, scientes per experientiã similium tempestatum tales aquas non diu duraturas, ita cursum amicitiæ, modestè patimur, impetum autem sustinemus periclitatis aliqua ex parte moribus amicorum, ex quibus nos speramus pro propediem cognituros, an sint in numero verorum amicorum habendi. Quidam.n. perspiciuntur .i.quasi per medium eorum inspiciũtur, cognoscuntur in parua pecunia .s. ipsis credita, aut ab ipsis petita, quam .i. quantum leues.i. incõstantes sint. quidam autẽ quos parua pecunia non potuit mouere à fide,& stabilitate, cognoscuntur in magna.s. pecunia. Vero pro sed, tametsi aliqui erunt reperti, qui existiment .i. iudicent sordidum sup. esse præferre amicitiæ pecuniam, ubi inueniemus eos, qui non anteponant.i. præferãt amicitiæ honores, magistratus.i. gubernationes reip.& officia pub. imperia, potestates, opes, q.d. nusquàm, vt cum hęc.s. iam dicta honores, magistratus &c. sint proposita ex altera parte, & uis amicitiæ sup. sit proposita ex altera parte, non malint, idest magis uelint etiã multo illa, scilicet prius dicta, quam sup. amicitiam. Enim pro quia, natura humana est imbecilla, idest fragilis ad potentiam contemnendam, quam, scilicet potentiam si homines sunt consecuti, idest obtinuerunt etiam amicitia neglecta, ipsi arbitrãtur sup. se excusatum iri.i. excusandos esse, quia amicitia sit neglecta, non sine magna causa. Itaq;.i. & ita uerę amicitiæ reperiuntur difficile in his, qui uersantur in honoribus, scilicet gerendis, & in rep. administranda. Vnde est illud Luc. omnisq. potestas Impatiens consortis erit. Enim pro quia, ubi inuenias istum, qui anteponat.i. præferat honorem amici suo .s. honori? q.d. nusquam. [Quid?] Affert alias causas ob quas amicitiæ dissolui solent; uidelicet ob calamitates graues, quæ cum amicis sunt communicandæ, dicens. Quid sup. de sequentibus dicemus, ut omittam hæc, scilicet iam excepta? quam .i. quantum graues,& quã.i. quantum difficiles? q.d. grauissimè,& difficillimè uidentur plerisque.i. valde multis societates, idest communicationes calamitatum.i. aduersitatum fortunæ, per quas, vt rustici per calamitatem.i. per calamorum à grandine prostrationem paupertatem redigũtur, ad quas .s. societates nõ est inuentus facilè.i. faciliter. Autẽ pro sed, nõ est facilis inuentu, qui descendat.s. tanquã in statum humiliorẽ,& deteriorem, aut periculosiorem, ad quẽ uerbo descendere sæpe vtimur. Quãquam Ennius.s. poeta, inquit, rectè, dicens amicus certus.i. constans, & fidelis cernitur.i. perspicitur, & cognoscitur in re incerta.i. fracta,& instabili, tñ hæc duo .s. aut si contẽnunt amicos in rebus sup. suis bonis.i. prosperis, aut si deserunt .i. deficiunt amicos in malis.s. aduersis rebus cõtemnunt.i. condẽnunt, & arguunt plerosq; leuitatis, si in rebus lætis cõtemnant, & infirmitatis, si in aduersis deserũt. Igitur qui præstiterit.i. exhibuerit se in vtraque re grauẽ, constãtem, stabilem in amicitia .s. fouẽda, nos debemus hunc.i. talẽ iudicare esse, ex genere hominũ maximè raro,& penè.i. quasi diuino. Autẽ pro sed, firmamentũ.i. firmitas, & soliditas stabilitatis, & cõstantiæ, quã quærimus in amicitia est fides.i. fidelitas; qua fit, quod dictum,& cõuentum est. Enim pro quia, nihil est stabile, quod est infidum .i. non fidum. Præterea par.i. æquum,& iustum est amicum eligi simplicem.i. nõ fictum, nec fraudulentũ, aliud in ore,& aliud in corde habentẽ, vnde vulgo dicitẽ plebeius versiculus: Qui mel in ore gerit,& retro pungere, quærit. Eius amicitiam nolo mihi sociam,& communẽ.i. cõmunis vitæ, aut cõmunem.i. affabilẽ, & dulcẽ, & cõsentientem.i. concordem,& idem sentientẽ, & qui moueatur.i. afficiatur iisdem rebus quibus amicus alter, quæ omnia pertinent ad fidelitatem. Neque.n. ingenium multiplex, & tortuosum.i. habẽs uarios sinus,& reductus, vt fluuii, quorum cursus obliquus est. potest esse fidũ. Neque vero is, qui non mouetur .i. afficitur iisdem rebus, quibus alter, & qui non consentit sup. amico natura, idest per naturalẽ inclinationẽ potest esse fidus aut stabilis. Addendum est eodẽ, idest ad idẽ propositum, ut ne pro non, ut amicus non delectetur, aut inferendis criminibus .i. aut in ferendo criminationes amico, aut credat oblatis, idest ab aliis præter spem obiectibus, quæ omnia pertinent ad eam constantiam, quam tracto.i. discutio, & describo iandudum .i. iam paulo antè. Ita illud, quod initio dixi sit uerum, uidelicet in amicitiam.s. ueram non possit esse nisi inter bonos, boni uiri.i. pertinet ad bonum uirum, quem eundẽ, idest etiã licet dicere, idest appellare sapientem, tenere hæc duo in amicitia. Primum ne quid sit fictum, idest compositum ita, ut aliter se videtur habere, quam habeat, ne ue.i. vel ne quid sit simulatum, scilicet esse, quod non sit. Est enim odisse, nedum non amare aliũ aperte.i. manifestè,& euidenter, quẽ occultare sententiã.i. affectionem animi fronte.s. ficta, quam magis ingenuum, idest ingenuo,& libero homine, dignum, vel.i. et letam, & beneuolam ostendat, cui male uult. Deinde est sup. uiri boni non solũ depellere criminationes oblatas ab aliquo, sed ipsum ne suspiciosum quidem esse, vtpote existimentem semper aliquid esse violatum ab amico. Oportet etiã supp. quædam suauitas .i. dulcedo, & comitas atq; affabilitas sermonum atq; motuum accedat huic .i. ad hoc idem propositum de amicitia suauitas dico haud quaquàm.i. nequaquàm mediocre, sed uehemens condimentum,& ita conseruatum, sicut sal cibos conseruat,& etiam affectiuum boni saporis amicitiæ.i. ad amicitiam condiendam ne insulsa, aut insuauis sit. Autem pro sed, tristitia, & pro, idest seueritas in omni re absit, scilicet hac amicitia. Illa .s. seueritas habet quidem grauitatem.i. pondus quoddam, sed amicitia debet esse remissior.i. laxior, & non tam rigida, & liberior, & dulcior,& procliuior.i. inclinatior ad omnem comitatem, & facilitatem. Existit. Mouet, quæstionem non inutilẽ dicens. Autem pro sed, quædam, quæstio subdifficilis.i. aliquantulũ difficilis, existit hoc loco.s. ad hunc locum dissentiendum apta. Nũquando .i. nunquid aliquando amici noui digni amicitia sint anteponendi ueteribus, ut.i. quemadmodum nos solemus anteponere, equis uetulis i. imminutis,& decrepitis,& uetustatẽ, aut parum adhuc ueteribus teneros .s. equos dubitatio sup. hæc est indigna homine .i. de qua homo utens oratione dubitet. Enim pro quia, societas.i. saturitates, & repletiones amicitiarum non debent esse sicut aliarum rerũ, sed sup. ueterrima quæq;.i. maximè antiquã debent esse suauissima. ut ea uina suauissima sunt, quæ ferunt.i. afferunt uetustatem, vt in j. Aen. Implẽtur ueteris Bacchi. Et ideo Salomon quoq; uino nouo amicũ nouum comparat, & veteri veterem. Et quod dicit vulgo est verum, videlicet multos modios salis esse edendos simul .i.

in

in communi uita,& consuetudine, ut munus.i. officium amicitiæ sit expletũ Autem pro sed, nouitates.i. nouæ amicitiæ afferunt spem,scilicet fidelitatis,& constantiæ in nouo amico, illæ quidem non sunt repudiandæ.i. abiiciendæ, aut repellendæ, sed uetustas,idest uetus amicitia est conseruanda, tamen,idest nihil ominus suo loco,idest in suo gradu,& ordine. Enim pro quia,uis uetustatis, & consuetudinis est maxima. Atqui.i.sed certe,aut sed quomodo obiicitur. s.de equo nouo præferendo cum in equo cuius modo fecit mentionem, sed nulla res impediat. s. cur uetus in suo loco, & precio conseruetur, nemo est, qui non utatur libentius eo quo consueuit.s.uti, quam intractato. i. quem nondum tractauit & nouo. Nec consuetudo valet modo.i.solummodo in hoc quod est animal,uidelicet in equo,sed etiam in his quæ sunt inanimata,cum delectemur etiam ipsis locis montuosis,& siluestribus in quibus sumus cõmorati diutius.Sed ma. est in ami. s.fouenda superior esse. i.se reputare parem inferiore, Excellentiæ enim quædam sunt sæpe.s. in altero amicorum qualis erat sup. excellentia Scip. qui erat clarissimus imperator,in nostro (ut ita dicam, quia proprius non est sermo) grege.i. cœtu, & conuentu. Ille. s. Scip. licet excelleret nunquam anteposuit se Philo amico,illo licet inferiori, nunquam. s. anteposuit se Rutilio, nunquàm Mummio, bonis quidem,sed inferiore dignitate uiris, nũquam sup. anteposuit se amicis.s. ceteris ordinis inferioris, quam ipse esset,aut etiam illi iam dicit. Vero pro sed, Scip. colebat tanquã superiorem, Q. Max. fratrem suum uirum egregium, sed nequam.i.omnino parem sibi,quod is.i. quia ipse ante ibat.i.præcedebat ætate, quod.s factum Scip.est faciendum, & imitandum omnibus, qui uolunt cum amicis decenter uiuere, ut si sunt consecuti, quam.s.aliquam præstantiam.i. præeminentiã uirtutis,ingenij, aut fortunæ impartiant. is condiuidant & impendant eam suis.s amicis,& familiaribus, & cõicẽt.i.cõem faciant cum proximis,ut si sunt nati parentibus.i. de infimo genere, & si habeant propinquos imbecilliores.i minus potentes vel animo,uel fortuna,augeant opes eorum, & sint ei honori, & dignitati.i.ad honorem,& dignitatem.i. quemadmodum in fabulis ij,qui fuerint in famulatum. i.famulantes aliquandiu propter ignorãtiam stirpis,& generis,ut de Alexandro, seu Paride,de Rom. Cyro,Telepho,aliisq; multis legimus.Cum sunt cogniti, & inuenti aliorum filij,aut deorũ,aut Regum,tamẽ, idest nihilominus quasi inuenti aliorum filij retinent caritatẽ. idest filialem dilectionem,in.i.erga pastores,quos duxerunt.reputauerunt multos annos.i.per spatium multorum annorum patres.s. suos Sed sciemus in consanguinitate,& affinitate nõ solere addi possessiua pronomina,eo quod manifesta sunt. Cũ enim dicitur,Misi filium,manifeste subaudiamus meum. Misisti filium, manifeste subaudiam tuum. misit ille sup. suũ &c. Quod.s. retinere caritatem est faciendum magis multo in ueris, quã in putatiuis patribus, & in ceteris.i. indubitatis patribus. Enim pro quia,fructus,idest dulce commodum quo fruimur, aut quod,ut fructum metimur ingenij.i.naturalis industriæ,& uirtutis.s.acquisitæ,& omnis præstantię.i.eminentiæ in aliquo officio præstanda capitur maxime tum. i. tunc, cum. i. qñ confertur.i.erogatur, & impartitur in proximum, quenq;.i.quelibet proximis. Vt igitur. Præscribit officiũ maiorũ, & potentiorum inminores,& imbecilliores; nunc prosequitur officium minorum erga maiores dicens,Igitur, ut.i.quemadmodum hi,qui sunt superiores in necessitudine. i. necessario uinculo amicitiæ, & coniunctionis.s.societatis arctissimæ debent æquare.s.i. æquales hẽre se ac gerere cũ inferiorib. s.amicis suis, sic inferiores sup.amici non debẽt dolere.i.ægre ferre se superari a suis amicis,aut ingenio,aut fortuna,aut dignitate. Nõ dicit uirtute morali,quia in ea pars esse possident. Quorũ s.amicorum inferiorum præsertim pleriq;.i. plurimi, queruntur.i. conqueruntur semper aliquid,aut etiam exprobrant. i. contumeliæ dant siquid in amicos tamquã immemores cõtulerint, & eo.i.tanto,aut iccirco magis, si putant se habere quodq. aut dicere, factum esse officiose. i. ex officio, aut amice. i. ut amicum decet,& cum aliquo labore suo s. adiuncto, aut comitante. Genus hominum exprobrantium.officia.i.obsequia debite collata,est sup.sane i. multum odiosum.i.molestum,& odio dignum,quæ.s. officia debet is in quem sunt collata.i. qui ea accepit,meminisse.i.in memoria habere,ut gratiã ubi tempus sit, referat, sed sup.is qui contulit.i.impedit, non debet commemorare.i. recensere præcipue exprobrando. Quamobrem ut.i. quemadmodũ ij, qui sunt superiores debent submittere se in amicitia,scilicet foueda,sic inferiores debent extollere.i. erigere,& exaltare se quodammodo,i.,modo decenti sine superbia, & fastu,eo duntaxat animo,ut amicorum similiores fiant. Nã qui cum summis viris conuersantur,eosq; amicos habent, debent decentius uestiri,& honestius conuersari, dignioraq; loqui,& facere,ut amicitia illorum non indigni cẽseantur. Sunt enim quidam qui faciũt.i.arguunt, aut reddunt amicitias molestas, cum ipsi putant se contemni, quod non facerent nisi nimis humiliter de se sentirent. unde addit,quod non contingit ferè.i.quasi nunquam contingit nisi his, qui arbitrantur se ẽt contemnendos,qui.s.amici sunt leuandi.i. liberandi, & deonerandi (sicut in Buc. Ego hoc te fasce leuabo) hac opinione, q. se contemni arbitrantur,non modo.i. non solũ (inquã leuandi sunt) verbis.i.per uerba amica,& consolatoria,sed ẽt opere. quo superiores se illis pares gerũt. Autem pro sed, tribuendum est cuique.i.unicuique primum.i.primo loco tantũ quãtum ipse.i.tu qui tribuis, possis efficere.i. exhibere in opere nõ in conatu tuntum.i.primum pro uiribus,& facultatibus tuis. Deinde etiam quãtum ille,quem diligas atque adiuues possit sustinere.i.pro statu, & idoneitate eius ad honores,& magistratus gerendos. Enim pro quia,non possis, licet excellas quantumuis.i.quantumlibet seu quantumcunque perducere omnes tuos.s.amicos ad honores amplissimos,ut i. verbi gratia: Scipio potuit efficere Rutilium amicum suum, consulem non potuit (pulchre autem supprimitur particula,sed autem vero quia, uerbum reperitur) efficere Lucium fratrem eius. s.Rutilij,consulem. nam de Scipionis fratre dixisset suum. Quod idest posito casu,quod si idest tametsi possis deferre ad alterum, quid uis,scilicet honoris,& dignitatis,tamen uidẽdum est sup. tibi,idest considerandum, quod est.s.quod alter possit sustinere,idest decenter gerere,& administrare. Omnino ostendit in quibus ueræ amicitiæ esse possint, aut uerisimiliter, sic dicẽs. Amicitiæ sunt omnino iudicandæ sup. esse ueræ, & ingeniis, & ætatibus corroboratis, iam & confirmatis, idest postquàm inter amicos ingenia, & ætates sunt corroboratæ, & firmatæ. Nec si qui fuerint studiosi,idest multum dediti studio uenandi, aut pilæ, idest ludendi pila. nec dico oportet. i. non ideo oportet habere eos necessarios. i. inter necessitudine quadam coniunctos amicos, quos dilexerunt tum.i.tunc præditos studio eorum. Enim pro quia,nutrices,& pędagogi.i. puerorum ductores ad ludum literarium,aut similes & disertores, postulabunt, idest æquo iure deposcent sibi plurimum beneuolentiæ iure uetustatis, quia prima cum eis societas est habita, qui scilicet nutrices,& pædagogi ne neglidendi quidem sunt, sed colendi alio quodam modo quam scilicet amici perfecti. Enim pro quia, amicitiæ non possunt permanere aliter.i. nisi iam corroboratis ætatibus, & ingeniis, stabiles.i.constantes. Enim pro quia, mores, idest instituta consuetudines uiuendi dispares sequuntur studia disparia, quorum,idest studiorum dissimilitudo dissociat amicitias,nec ob ullam causam boni i.probi non possunt esse amici improbis, nec improbi bonis nisi quod tanta distantia morum, & studiorum est inter eos,quanta potest esse maxima. [Recte etiam] Aliud præceptum utile proponens, dicit. Potest etiam præcipi recte in amicitiis, ne quid impediat magnas vtilitates amicorum quadam beneuolentia intemperata,quod tamen sæpe fit,hoc est ne quis indulgens amicitiæ concedat amico,quod illius commoda remouẽtur,vt probat exemplis dicens. Nec enim (ut redeam ad fabulas)quia prius fabularum mentionem fecit,loquens de his qui ex diis, aut regibus nati pastoribus famulati fuerant. Neoptolemus.idest nouus miles, Pyrrhus Achillis, & Deidamiæ filius non potuisse capere Troiam si uoluisset audire Lycomedem auum suum maternum regem Scyri, & patrẽ Deidamiæ apud quem fuerat educatus. Lyc. dicit impedientem inter suum. s. Pyr.cum multis lacrymis.s.cõcomitantibus. Et sæpe incidunt. i. casu interueniunt sæpe magnæ res, vt sit discedendum. i. ut oporteat discedere totaliter ab amicis,quas.s magnas res, qui uult impedire, quod .i.quia non ferat.i.nõ patiatur facile.i.patienter, & sine difficultate desiderium. s.absentiam amici. Is inquam est,& simul infirmus, & mollis natura.i. per naturam; aut potius molli natura.i.habens naturam mollẽ i. imbecillẽ, & muliebrẽ,&parũ istius est in amicitia ob eam ipsam causam. Atq; &c. Affert rursus aliud s.quod utilitates amici impediat, præceptum sanè utile dicens, Atque considerandũ est in oĩ re,

& idest simul quid postules ab amico, & quid patiare.i.pati de-
beas impetrari à te .s. per amicum. Est etiam quasi quædam
calamitas necessaria nonnunquã i. interdũ in amicitijs dimit-
tendis.s. dissoluendis, aut legamus in amicis dimittendis. Ora-
tio.n. nostra delabit̃ i.descẽdit à familiaritatibus sapiẽtũ, inter
quos nõ incidit talis calamitas ad amicitias uulgares, hoc autẽ
per parẽthesin dixit, occurrens tacitæ obiectioni. Possent.n. di-
cere prius dictum esse amicitias indissolubiles esse, conueni-
re, cum amicos nunquam osuri simus; quomodo ergo cala-
mitas talis incidet? ad hoc respondet, quod de uulgaribus nũc
loquitur, inter quos erumpunt.i.vi exeunt sæpe vitia, tũ in ami
cos ipsos, tũ alienos ab amicitia nostra, sed tamẽ in tales alie-
nos, quorũ infamia redundet.i.torqueatur ad amicos. Igitur ta
les amicitiæ propter quas in infamiã incurras sint leuandæ.i.
diminuendæ remissione.i. relaxatione ab intẽso amore, & fre-
quenti consuetudine. Et (ut audiui Catonem dicere) tales ami
citiæ sunt magis.i. potius dissuendæ.i. paulatim dissoluendæ
sine uiolentia, ut dum uestis dissuitur fila duntaxat inciduntur
pãno illæso, quàm discindendæ.i. uiolenter disrumpendæ,
& vnico impetu dissoluendæ, nisi quædam iniuria intolerabilis
admodum.i. ualde exarserit.i. ardenter emerserit, ut neque sit
rectum, neq; honestum, neq; possit fieri, vt non sit facienda sta-
tim alienatio, aut disiunctio, vt si amicus fiat tyrãnus, aut cõiu
ret in patriam, aut contra ciues bonos, aut fiat enormi crimine
infamis. Autẽ pro sed, sin.i.sed, si, quædã cõmutatio.i. uariatio
morum, aut studiorũ erit facta amico, ut solet fieri, aut dissen-
sio intercesserit in patrib, reip. Loquor.n. inquit, ut dixi paulo
ante, non de amicitijs sapientum, sed de amicitiis communi-
bus. si igitur intercesserit commutatio talis, tunc cauendũ erit,
ne solum amicitiæ uideant̃ depositæ, sed inimicitiæ uideantur
etiam susceptæ. Nihil n. turpius sup. est, quam gerere bellum
cum eo, qui cũ.i.cum quo vixeris familiariter, Scipio (ut scitis
ò generi mei Scæ. & Fanni) remouerat se ab amicitia Q. Pomp.
meo nomine.i. propter nomen meum inuisum fortè Pomp.
aut propter amicitiam, quam mecum habebat. Autẽ pro sed,
ipse alienatus est à collega nostro Metello, & sup. egit utrũque
.i. utriusq. amicitiæ dissolutionem grauiter, quia auctoritate,
& non acerba offensione.i. læsione animi. Offensio enim ferè
passiuè accipitur, offensa actiuè. Quamobrẽ danda est opera.i.
adhibẽda diligentia primũ, ne qua dissidia amicorũ fiant. sin.i.
sed si aliquid tale euenerit, vt amicitię uideantur potius extin-
ctæ.s. sponte mortuæ, quam oppressæ.i.vi suffocatæ. Vero pro
sed, aut ad uerũ cauẽdũ est, ne amicitiæ cõuertãt se in inimici-
tias etiã graues, idest multũ molestas, aut difficiles, è quib.s.
inimicitiis iurgia.i.obiurgationes, maledicta.i. execrationes, &
cõuitia, & cõtumeliæ, idest diffamationes gignũtur. Quæ tñ cõ
tumeliæ, aut inimicitiæ si erũt tolerabiles, idest vt dñt suppor-
tabiles, sunt ferẽdæ, idest tolerãdæ, & patiẽdæ. Et hic, idest hmõi
honos, idest honor est tribuẽdus veteri amicitiæ, vt is sit in cul-
pa, idest culpẽt, q̃ faciat iniuriã, nõ q̃ patiat̃. Oĩno docet, qũo
euitari possent incõmoda, ut pote si digni dũtaxat assumãtur
amici, occasione cuius docet ẽt, q̃ sint digni cẽsendi dicẽs, Vana
est cautio, atq; vana est ꝓuisio oĩno oĩum horũ.i.hmõi vitiorũ
& incõmodorũ, vt idest, vtpote ne sup. q̃ s ĩcipiat diligere nimis
cito. vñ gallico dr̃ ꝓuerbio, Oportet nosse priusquã amare, ne
vel, idest vel vt non incipiat diligere indignos. Autẽ ꝓ sed, illi
sunt digni amicitia, in quibus ipsis inest cã, scilicet iusta, cur dili
gãtur appositione. Rarũ genus, idest q̃ digni sunt gen⁹ hoĩum
rarũ, & quidẽ, idest certè oĩa p̃clara, idest q̃ a egregia, & valde ex-
cellẽtia rara sup. sunt, nec est q̃dquã difficilius, quã reperire sup.
aliquid, quod sit in suo genere perfectũ ex omni parte. Solus
autẽ deus simpliciter, & in omni genere boni perfectus est, at
amicus dr̃ perfectus si ꝑfectè colit amicitiã, musicus si musicã
perfectè sciat, ẽt si ceteras artes ignoret. Sed pleriq; neq; norũt
quidquã in genere humano boni, nisi qđ sit fructuosum.i. qđ
afferat aliquẽ fructum, & vtilitatem. Et diligunt amicos, tanq̃
pecudes, utpote eos potissimum ex quib. sperant se capturos
esse maximum fructum. Itaque.i. & ita ipsi, carent illa pulcher-
rima, & maximè naturali amicitia expetenda per se, & pro-
pter se, nec ipsi sunt exemplum, quo uideant quomodo, &
quamobrem debeant amicum colere, & quanta, & qualis sit
hæc uis amicitiæ. Quisq;.n. diligit ipse se, scilicet semetipsum,
sed Cic. raro dat ipse apposito reciproco, sed ferè supposito, ut
ueritas seipsa defendit, non seipsam dicit. Quisq; inquam dili-
git se non ipse diligit se, non ut exigat à se ipso aliquã merce-
dẽ caritatis suę, sed quod, idest quia quisq; est sibi carus per se,
idest sine alterius gratia, aut respectu, quod, idest quę res, scilicet
propter nullã mercedẽ amare, nisi transferatur in amicitiã, ut
amicus etiam propter ipsum ametur, nunc verus amicus repe-
rietur. Quod si hęc apparẽt in bestijs, vtpote in volucribus agre-
stibus, idest in agro degentibus, natantibus, idest aqualitibus,
suibus, idest porcis, cicuribus, idest domesticis, vt mansuefactis
feris adhuc in siluis degentibus primum, ut ipsæ diligãt se. Id
enim, scilicet seipsum diligere nascitur pariter cũ oĩ animante,
deinde, vt requirãt atq; expetãt animãtes eiusdẽ, idest eiusdem
speciei, ad quas applicent se, scilicet per societatem quandã na-
turalem. hoc autem uerbum sic legitur apud Vallam cap. 35.
Vnde patet hunc locum fuisse corruptum. Et bestiæ faciunt id,
idest applicant se ad consimiles animãtes cum desiderio, & cum
quadam similitudine amoris humani. Quanto igitur magis id
fit in homine natura, idest per naturam, qui & ipse diligat se, &
acquirat alterum, scilicet amicum, cuius animum, idest uolun-
tatem commisceat ita cum suo, ut afficiat penè, idest quasi
unum ex duobus, quia in eis est unum velle, & vnum nolle. Sed
plerique volunt (peruersè ne dicam) imprudenter habere ami-
cum talem, quales ipsi non possunt esse, idest perfectissimum,
quæque sunt duæ dictiones, idest & ipsi non tribuunt amicis de
siderant hæc ab his, scilicet amicis. Autem pro sed, par i. ęquum,
& iustum est ipsum, scilicet, qui amicum desiderat esse primum
uirum bonũ, tum, idest deinde, quærere alterum similem sui,
uidelicet, in moribus, vnde, & in genitiuo utitur. Ea stabilitas
amicitię, quam tractamus iamdudum. [Non autem legetur tra
ctabimus] Potest confirmari in tabulis, idest amicis, cum homi-
nes cõiuncti beneuolentia primum imperabunt, idest domina-
bunt̃ his cupiditatibus, quibus ceteris i. animales, & bestiales ser
uiũt. Deinde deuictis cupiditatibus gaudebũt ęquitate, & iusti
tia, & alter, scilicet amicorum suscipiet omnia pro altero, quia
inter tales occurrent nisi honesta. Enim pro quia, neq; alter po
stulabit vnquam ab altero quidquàm nisi honestum, neq; solũ
colent ac diligent inter se, idest se mutuo. Non autem legetur
se inter se, ut Valla rectè notauit. Sed etiã verebuntur, idest ob-
seruabant quidam reuerentia, & timore amicabili. Nam is tol-
lit maximum ornamentũ, idest dedecus amicitiæ, qui tollis ex
ea uerecundiam. Itaq;.i. & ita error perniciosus, idest vsq; ad ne
cẽ noxius est in his, qui existimant licentiam, idest malã permis-
sionẽ libidinum, idest malarum uoluntatum, & omniũ peccato
rum, quæ ex libidine proficiscũtur, patere.i. expositã esse in ami
citia, idest inter amicos. Enim ꝓ quia, amicitia est data.i. institu
ta à natura adiutrix virtutum non comes.i. socia, & assistrix ui-
tiorum, vt quoniam uirtus non posset solitaria, idest sine comi
te, & adiutrice peruenire ad ea, quæ sunt summa, ipsa perueni-
ret ad ea existens coniuncta, & sociata cum altera, scilicet cũ ami
citia, aut cũ altera uirtute, scilicet amici. Quæ societas si est, aut
futura est, quos inter, idest inter aliquos comitatus eorum ha-
bendus, idest reputãdus optimus ac beatissimos ad summum
bonum naturæ, idest quod per naturam assequi possent. Hæc
est inquam. Repetit in laudem amicitiæ, quæ beatã uitã perfi-
cit dicens: Hæc inquam societas, scilicet bonorum uirorũ est, in
qua insunt omnia, quæ homines putãt expetẽda, vtpote hone-
stas, gloria, idest trãquillitas, atq; iucũditas aĩ, vt cũ hæc.s. dicta
adsint, vita sit beata, & nõ possit esse beata sine his, quod.s. bea-
tam habere uitam, cum sit optimum.i. quod omnes præcipuè
expetũt, si nos volumus adipisci id, dãda est a nobis opera.i. dili-
gens studiũ, & operatio uirtuti.i. ad virtutem obtinẽdam, sine
qua neque possumus consequi amicitiam, neq; vllam rem sup-
ple aliam expetendam, & ita honesta, quia appetibile quale-
cunque est, expetibile semper honestum appetitus, idest ad
quæ nos sensus trahit expetimus, idest ex multis petimus, quæ
ratio diligit. Vero pro sed, quia arbitrantur se habere ami-
cos, ea scilicet uirtute neglecta, ij sup. sentiunt se errasse. De-
niq;.i. tandem tum.i. tunc cum.i. quando aliquis casus grauis
cogit experiri eos.i. periculum facere de iis, quos amicos puta-
bant. Quocirca. (dicendũ est n sæpius) id interponit quia prius
dictum est, ne uideatur antedictorum immemor, oportet dili-
gere cum iudicaueris.i. censueris esse dignum, & uirum bonũ,
non iudicare cum, idest post, quam dilexeris, quia tunc serum
est. Sed cum.s. quod nos plectimur.i. punimur, & pœnam da-
mus, aut luimus negligentia.i. propter negligentiam in mul-
tis rebus sup. aliis, cum maximè.s. uerum est, quod plectimur
negligentia in amicis colendis, & diligendis. Enim pro quia

nos

nos utimur eis consiliis præposteris.i. post, quæ priora esse de-
bebunt, & agimus acta quæ uetamur sup. agere veteri prouer
bio, unde comicus, Actum est, aiunt, ne agas. Et est à foro tra-
ctum, ubi postquam sententia data est, & lis transit in rem iu-
dicatam, frustra amplius agitur.: Nam nos implicati ultro.i. in
negociis amicis, quæ ultro à nobis eunt, & citro.i. negociis no-
stris cum amico, quæ citro.i. quasi ad nos ueniunt, uel usu di-
urno dicerem potius diuturno, uel ēt officiis, nos exorta ali-
qua offensione. i. postquam exorta est aliqua offensio, dirum
pimus amicitias repente in medio cursu. Quod.i. in quo, uel
quanto magis est uituperanda tanta iniuria, idest negligentia
rei tam maxime necessariæ, ut est amicia, sine qua nemo bea-
te uiuere potest. Enim pro quia una.s. sola amicitia est in reb.
humanis, de cuius utilitate omnes consentiunt uno ore.i. con-
fessione, aut prædicatione, quanta ipsa uirtus contemnitur
à multis, & dicitur esse quædam uendicatio, idest usurpatio
honorum, & ostentatio, scilicet ad dignitates, & magistratus
obtinendos. Multi decipiunt.i. uilipendunt diuitias, utpote
ij quos contentos paruo, uictus, & cultus tenuis.i. exilis, & mo-
dicus delectat. vero pro sed, quam.i. quantum multi cōtēnunt
honores, quorum cupiditate quidam inflammantur.i. exarde-
scunt, contemnunt dico ita existimāt nihil esse inanius, & ni-
hil leuius quam honores. Item permulti, idest valde multi sint,
qui putant. i. existimant pro nihilo cetera, quę vidētur quibus-
dam admirabilia, ut uoluptates, & natales. Omnes autem ad
unum.i. ullo dempto sentiunt idem de amicitia. omnes dico.
& hi qui contulerunt se ad remp.i. aministrationem reip. idest
quos in vita actiua constitua constituunt, & hi qui delectantur
cognitione rerum doctrina, ut, & philosop hi, qui gerunt suū.i.
priuatum negocium ociose, idest in ocio, hoc est inuocatione
ab reip. administratione, & postremo hi qui tradiderunt se to-
tos uoluptatibus, sentiunt uitam esse nullam.i. iucundam, ac
si nulla sit, ho c est nullius uoluptatis sine amicitia, si modo, id
est dum uelint uiuere liberaliter, idest, ut liberalē decet. Enim
pro quia, amicitia serpit.i. irrepit, nescio quomodo per viam
omnium, nec patitur ullam rationem ętatis degendæ. idest de-
ducendæ, esse expertem.i. non participem sui.s. amicitiæ. Quin
etiam, i. insuper: si quis est ea asperitate, & immanitate naturę,
idest habet eam asperitatem, & immanitatem, ut fugiat, atque
oderit congressus, & societatem hominum, qualem nos accepi
mus, idest intelleximus, & audiuimus à narrātibus, nescio quē,
q.d. ignobilem uirum Timonem, scilicet nomine fuisse Athe-
nis. Tamen is.i. talis ratio possit pati, ut non acquirat aliquem
apud quem euomat.i. expuat uirus.i. uenenum, & terribilita-
tem suę acerbitatis. Velit enim aliquem habere cui narrat, aut
in quem exerceat acerbitatē suam. Atq; hoc.s. cum necessaria
sit hominū societas, & coniunctio, quam amicitia conciliat, iu-
dicaretur maxime siquid tale posset cōtingere, ut aliquis deus
tolleret.i. auferret nos ex hac frequentia hominum, & colloca-
ret nos uspiam in solitudinem, atque suppeditans.i. sufficiens,
& ministrans abundantiam, & copiā omnium rerum, quas na-
tura desiderat, eriperet oīno potestatē hoīs aspiciendi. q̄s pos-
set tam ferreus.i. tam durus, & sine sensu humano q̄ posset fer
re.i. tolerare eam? idest talem uitam? q.d. nemo, cuique, idest,
& cui solitudo non auferret fructum omnium uoluptatum? q.
d. etiam nemo. Verum &c. Probat idem auctoritate Archytæ
philosophi Tarentini dicens. Ergo illius est uerum, quod solitū
dici ab Archyta Tarentino.s. philosopho, ut opinor, q.d. id cer-
to nō scio, quia Læl. non inducitur, hic, ut philosophus, aut ex
præceptis philosophiæ loqui, sed ut is qui multa experientia, &
usu rationem amicitiæ didicisset, unde ꝓtestatus est crassa Mi
nerua se uelle agere, ego audiui senes nostros commemorare
auditum ab aliis senibus, quia multa, quæ scripta non sunt re-
citatione memorię commendantur. Si quis ascendisset cęlum,
& perspexisset, idest perfecte inspexisset, & ita cognouisset na-
turam mundi, & pulchritudinem siderum illam admirationē
fore, idest futuram fuisse ei insuauem.i. minime dulcem, quia
solus esset, quę fuisset iucundissima si habuisset aliquē, cui nar
raret. Sic.i. intīn amat nihil solitarium, & admittit semper ad
aliquid tanquam adminiculum.i. sustentaculum, quod scilicet
adminiculum est dulcissimū in amicissimo quoque.i. in quo-
libet amico, ubi quoque est ablatiuus à quisque. Sed cum eadē
natura declaret tot signis.i. iudiciis, quod uelit, acquirat, quid
desideret. Tamen.i. nihilominus nos obsurdescimus.i. surdi su
mus nescio quomodo, nec audiuimus ea, qua mouemur.i. ab-
hortamur ab ea/ Est enim uarius, & multiplex usus amicitiæ,
& multæ causæ suspicionum, & offensionum dantur, quas cū.
s. partim euitare, tum.i. partim leuare.i. diminuere si euitare
nō possunt, tum.i. partim, ferre.i. tolerare, si neque euitare, nec
diminui possunt, est sapientis.s. officium.i. pertinet ad sapientē.
Illa una offensio est subleuanda, sic & utilitas, & fides retinea-
tur in amicitia.i. non sic debet quis subleuare, aut euitare of-
fensionem seu offensam, ut aut fides, aut utilitas tollatur. Nā
amici sunt sæpe, & admonendi, & obiurgādi, & hæc.s. dicta hoc
est admonitio, & obiurgatio accipienda sup. sunt amice.i. ut
dicunt amicabiliter, dum fiunt beneuole.i. ex bona affectione.
Sed nescio quomodo uerum est, quod Terent. comicus fami-
liaris meus dixit in Andria. priusquam cetera construam ad-
monendi sunt imperiti rerum, qui legentes hunc locum dicūt
Terent. fuisse familiarem Cic. cum ante eum mortuus fuerit.
multa tamen, & libenter Cic. Terent. dicta citare solet. uerum
hic non dicitur Cic. sed Lælij familiaris. Nam Scipio, & Lælius
poetas fouebant, ut de Lucilio testatur Horat. quod cum eo
nugari essent soliti, donec decoqueretur holus. Dicit igitur
in Andria comœdia illa prima, Obsequium parit amicos, & ve
ritas parit odium, uerum Terent. aut Sosia ille Terent. prēmi
sit nanque hoc tēpore, q.d. id fieri non decere, & q. Lælius ap-
probans dixit. Veritas est molesta quidem si odiū nascitur ex
ea, quod.s. odium est uenenum amicitiæ. i. quo amicitia subi
to quasi hausto ueneno de medio tollitur, sed obsequium.i.
seruitium, & morigeratio, est molestius multo, quod indul-
gens.i. affectatam ueniam concedens, & ignoscens peccatis, si-
nit.i. permittit, & patitur eum ferri.i. ruere præcipitem.i. in prę
cipitium uitiorum. Autem pro sed, maxima, idest grauissima
culpa est in eo, qui & aspernatur ueritatem dum ab amici ad
eius castigationem vera adducantur, & impellitur in fraudem.
i. in factum turpe, aut stultam credulitatē obsequio. i. per ob-
sequium assentatoribus/ Omnis igitur ratio, idest considera-
tio, & diligentia est habenda in hac re. Primum, ut monitio
careat acerbitate. deinde, ut obiurgatio careat contumelia. i.
conuiuio diffamatorio. Autem pro sed, comitas, idest affabi-
litas, & facilitas non grauate facientis, qua precamur an sit in
obsequio.i. dum obsequium præstamus. Et quia obsequiū ite-
rum dixit, ne id inopia sermonis repetere uideatur, addico,
q, d. dico iterum obsequium (quoniam utimur libenter uer-
bo.i. uocabulo Terentiano) & assentato adiutrix uitiorū ad-
moueatur procul.s. ab obsequio. Quæ assentatio non modo.i.
non solum modo sup. est digna amico, sed ne libero quidē sup.
homine.i. tantum abest, ut amico digna sit, ut ne libero qui-
dem quicunque is sit, digna sit. Viuitur enim aliter cum tyran
no, cui assentandum est, & aliter cum amico, cui inimicitiæ, ēt
quæ ipsum dedeceant dicenda sunt. Autem pro sed, salus hu-
ius est desperanda. huius dico, cuius aures sunt clausæ uerita-
ti, ita ut nequeant audire ab amico uerum. Scitum.i. elegans
dictū est illud Catonis.s. maioris, acerbos inimicos mereri mul
to melius de quibusdam, quam eos, qui uideantur dulces. Nā
sup. dixit illos.i. acerbos inimicos dicere sæpe, uerum.i. duces
hoc est assentatorios amicos nunquā sup. uerum dicere. Atque
illud est absurdum.i. non audiendum, & non habens locum, ut
audiatur, unde Græce ἄτοπος dicitur.i. sine loco.s. hi qui mo-
uentur non capiunt eam molestia, quam debent capere, & ca-
piunt eam, qua debent carere. Enim pro quia, non aguntur,
idest non moleste ferunt, nec animi cruciantur peccasse.i. quod
peccauerunt, quam tantum molestiam capere deberent, & fe-
runt moleste obiurgari ab amico, quam.s. molestiam capere
non deberent, unde addit, quod contra.i. contrario oportebat.
s. factum, aut eos facere, utpote dolere delicto.i. de delicto, aut
propter delictum, & gaudere obiurgatione s. amici, quia eman
dātur. Vt igitur. hoc loco præcipue excludit adulationē dicēs.
Igitur ut.i. quemadmodum proprium verę amicitiæ est, & mo
uere.s. amicum delinquentem, & peccātem, & moueri.s. ab ami
co dum quis peccat, & facere alterum.s. monere: libere.i. intre
pide, ut liberum decet, & non aspere.i. non minus rigide, ut ma
leuoli solent, & accipere alterum.s. moneri patienter, & non re-
pugnanter, ut faciunt, qui peccata sua defendere, quam emen-
dare malunt. Sic habendum est.i. reputandum, & censendum
nullam pestem.i. infectionem esse maiorem in amicitiis, quam
adulationem, blanditias, assentationem, quod multis nomini
bus exprimit. Enim pro quia, hoc uitium.s. adulationis est no
tandum.i. firmādum, & signandum nota infamiæ. quamuis.i.

quantumuis multis nominibus hoc ostium dico hominum le uium futiliũ,& uanorũ, atq; fallacium loquentiũ omnia ad vo luptatem.f. audientis,& nihil ad ueritatem.Autẽ pro fed, tum .i.insuper omnis simulatio rerũ,qua simulantur esse, quæ non sunt,est vitiosa.Enim pro quia ipsa,tollit iudicium veri,& adul terat.i.corrũpit,id,tamẽ.i.præterea repugnat maximè ipsi ami citiæ.Enim pro quia,delet veritatem,siue qua nomen amicitię non potest ualere,esse in uigore, aut utilitate. Nam cum uis, idest uirtus, & potestas amicitiæ sit, idest consistat in hoc, ut fiat quasi unus animus ex pluribus. Qui,idest quare, uel quo- modo poterit fieri, sine quidem in quoq;.i. quonis uno sup. ple homine erit unus,& idem semper animus, sed uarius com mutabilis,& multiplex?q.d. nullo modo. Enim pro quia, quid potest esse tam.i.tantum flexibile,i.à firmitate sua mutabile,& ita deuium .i.tam aberrans de uia, quam .i. quantum animus eius, qui conuertitur .i. immutatur non modo ad sensum, & uoluntatem alterius,sed etiam ad uultum atq. nutũ?ut assen- tatoris, qualis est Graccho ille Terent.in Eun. cuius ferè fre- quentia sunt uerba. Negat quis sup.aliquid ego nego etiam il- lud, ait sup. quis aliquid animo,scilicet etiam illud,idẽ Postre- mo egomet imperaui mihi assentiri .i. per assentationem ap- probare omnia,ut idem.f. iam citatus Terẽt. ait.f.in Eun.sed ille ait in persona Gnathonis.f. parasiti,quod genus amici.f.as- sentatoris adhibere.f. ad societatem, & amicitiam est omnino leuitatis.i. pertinet omnino ad leues homines. Autem pro sed, multi sup. sunt similes Gnathonum.i.Parasitorum,& adulato- rum morbus cum sint superiores loco.f. nascendi,hoc est nata- libus,fortuna.i.diuitijs,& fama. Assentatio horũ.f. potentium uirorum est molesta,ut pote auctoritas .f. & fama, & diuitiis, aut genere accessit .i. addita est ad uanitatem,i. mendacii ina- nitatem. Autem pro sed,amicus blandus.i. blãdies per assenta- tionem potest,adhibita .i. si adhibita fuerit diligentia tam,id- est tantũ, aut tã faciliter secerni, & internosci à uero .f. amico, quã.i quantũ omnia fucata.i.adulterino colore,tincta,& simu lata possunt secerni, & internosci à sinceris.i.pueris,aut à since- ris.i.integris,& ueris.i.non simulatis Concio.i. multitudo po- puli,quę constat ex imperitissimis,quia ex plebeis,& mediocri- bus,tamẽ.i.quãuis ex imperitissimis constet nihilominus solet iudicare quid intersit inter assentatorem,& leuem.i.futilem ci- uem,& inter ciuem cõstantem,seuerum,& graue,quando.f. ad populum in concione loquitur. Quib.blanditiis q.d. maximis, & apertissimis C. Papyrius consul nuper.i.tunc parũ esse tẽpo ris transacti, influebat.i. se abunde ingerebat in aures concio- nis .i. multitudinis, & audiendum concitæ.i.conuocatæ, cum ferret legem de trib. pl. reficiendis.i.vt trib. pl. reficiantur,Nos .f. priuati, & minimè adulantes dissuasimus, sed nihil dicam de me, dicam libentius de Scipione, O dij immortales quanta grauitas, fuit.f. Scipioni, & quanta maiestas in oratione?q.d. maxima, ut diceres, idest quilibet dicere posset eum facile,id- est haud dubie ducem, idest principem, & doctorem P. R. aut P.R. non comite, idest simul cum eis ab alio ductum.unde pa tet differẽtia Vallæ inter socium,& comitẽ.quia socius ferè par est,comes superior est,hoc est ducẽ habet,sed uos affuistis, q.d. nõ est opus,ut vobis dicam,& oratio Scip. est in manibus,idest extat scripta, & uersatur in manibus multorum. Itaq;.i. & ita per maiestatem orõnis ipsius Scipionis hæc popularis .i. lata in fauorem,& assentationem populi, est repudiata suffragiis.i. punctis, uotis, & uocibus populi. Atq; ut redeam ad me, id- est ad narrãda, quæ gesserim. uos meministis,quam.i.quantũ popularis, idest populo fauens uidebatur lex C. Licinii Cras- si de sacerdotiis, scilicet lata, Q. Maximo fratri Scipionis, & L. Mancino supp. existentibus consulibus. Videbatur, inquam multum popularis, quia cooptatio, idest electio, & refractio collegiorum, scilicet sacerdotalium transferebatur.f. per eam legem à beneficio patrum ad beneficium populi.Atq;.s.f.Lici- nius instituit primus agere in forum.i. concionem uersus cum populo .i. habere in orõnem metto constantem, aut legamus agere in foro cum populo uersu.i. uersum, & metricã oratio- nem,nisi fortè aliud,uult,vt sic instituit primus agere cum po- pulo existens uersus.i. cõuersus in forum,cum alii forte in Ca- pitolium uersi deos aspicerent, quamuis autem hoc posterius forte argutius dicatur,prius tamẽ tutius dicetur. Tamẽ religio deorũ immortalium,quæ non satis obseruaretur,si ad populũ trãslata fuisset instituendorum sacerdotum potestas,uincebat facilè orationem illius.f. Licinii uendibilem.i. exornatam, & fucatam,ut facile uendi posse uideretur, nobis defendentibus sup. eam uidelicet religionem. Atq; id factũ est me prætore.i. cum adhuc essem nõ nisi prætor,uidelicet quinquẽnio.i.spacio quinq; annorũ ante, quàm factus sim consul. Itaq; .i. & ita causa illa.f. religio deorũ est defensa magis re .i. ex utilitate, & rei ueritate. (quia ita se res habebant) quam auctoritate, sci- licet defendentis.cum nondum consul esset. Quod si in Scena. Reducit ante actũ sermonẽ ad institutũ,argumentaturq; qua- si à minore dicens,quod si in scena .i. inquit in concione, quæ quasi scena est, quia ibi populo res exponuntur, in quam plu- rimum loci,idest opportunitatis reb.fictis,& adumbratis,idest umbra quadam simulationis tectis. Tamen.i. nihilominus,ue- rum,quod verum est, aut rei veritas valet.i plurimum potest, quia uincit,si modo.i.dummodo id patefactum est, atq; illu- stratum.f.ab aliquo uiro bono,ut à Scip. & à se prius factum dixit Læl.quod oportet fieri in amicitia, quæ perpenditur to- ta in ueritate, q. d. multo magis debet illic uerum pollere. In qua.f. amicitia nisi(ut dicitur) tu uideas pectus amici .f. aper- tum,& ostendas.i. denudes,& aperias tuum,nihil fidum, & ni- hil exploratum habeas,nec amare quidam possit, aut amari, cum ignores,quam,idest quantum uerè fiat id.f.quod ameris. Quamuis.i. quantumuis,ista assentatio sit perniciosa,tamẽ ne- mini potest nocere,nisi ei qui recipit.i.admittit eam,atque de- lectatur ea.Itaque.i.& ita fit ut uis, maximè, idest potissimum patefaciãt,idest aperiãt aures suas assenta torib. qui ipse assente tur,idest aduletur,& complaceat sibi,& qui ipse delectet maxi- mè se. Virtus est omnino amans sui.i.amat sei psum.n. p quia, ipsa nouit optimè se,quamque.i. & quam. & intelligit, quã.i. quantum amabilis ipsa sit. Autem pro sed, ego loquor nunc non de uirtute.f.uera,& perfecta,sed de opinione uirtutis. Eñ pro quia,non tam multi uolunt esse præditi,idest præter cete- ros dotati,& ornati uirtute,quam.i.quantum uideri.f. esse præ diti,& hos, idest huiusmodi delectat assentatio. & cum sermo fictus ad voluptatem eorum adhibetur his,idest huiusmodi ho minib. ipsi putant illam orationem uanam.i. fictam,& menda cem testimonium laudum suarũ. Igitur hæc.i. huiusmodi ami citia cum alter non uult audire uerum, & alter est paratus ad mentiendum, est nulla.i. nullius momenti,aut ualoris. Nec as- sentatio parasitorum.i.eorum, qui assentantur gloriosis cau- sis causa uentris sui,in comœdijs,idest introducũtur à comicis, uideretur nobis faceta.i.lepida,& partes suas faciẽs. Nisi essent milites gloriosi.i.gloriæ cupidi,qui eam acceptarent. unde cũ miles gloriosus uidelicet Thraso percunctaretur à Gnathone in Eun. Teren. Magnas uero agere, idest agebat.ne uero .i. ad uerum Thais.f.meretrix amica Thrasonis mihi, qui ad eam fi- dicinam misit satis erat Gnathonem respondere, magnas, sed, inquit,ingentes.i. ualde magnas. Ingens enim est tam magnũ quid sit sine gente,idest excedat magnitudinem generis sui. Assentatio auget semper id,quod is ad cuius uoluntatem, seu uoluptatem dicitur uult esse magnum. unde Iuuen.de parasi- tis,& adulatoribus. Qui de magnis maiora loquuntur. Qua propter quamuis ista uanitas blanda ualeat apud eos, qui ipsi allectant, idest frequenter alliciunt illam, & inuitant, tamen etiam grauiores,& constantiores sunt admonendi,ut animad- uertãt.i. attente circunspiciant,ne capientur assentatione calli- da,idest subtili,& astuta. Enim pro quia,nemo non uidet, idest unusquisque uidet adulantem apertè,nisi qui est admodum.i. valde excors.i.sine corde,aut extra cor .i. prouidentiam, sicut contra cordatus dicitur,qui prouidus,& circũspectus, sed sup. cauendum est studiosè ne ille callidus,& occultus sup. assenta- tor insinuet.i.per insinuationem implicet,aut ingerat se in pe- ctus auditoris. Enim pro quia, ille nec pro non facilè,idest diffi culter agnoscitur, quippe.i. utpote, qui assentetur sæpe etiam aduersando.i.cum uideatur aduersari,& qui blandiatur simu- lans se litigare,idest obiurgare amicum, atq; det manus, idest se uictum fateatur ad extremum,ibi.f.tantum efficit,ut quem laudare intenderat se defenderit. [Nam ferè usu uenit, ut in oppositum mittamur.dum .n. laudamur,laudes nostras immi nuimus,dum uituperamur, augemus, quod scientes callidi a- dulatores primo ab aliquo facto,quod in in utranque partem interpretari potest amicum obiurgare incipiunt,& dum ille, vt fit,se defendit, statim dant manus, fatentes se uictos,& nescisse quo animo id ille gesserit) & patiantur se uinci, ut ille, qui si illusus uideatur plus uicisse, dum etiam obiurgatorem re- futauerat. Autem pro sed, qui turpis sup. est, quam illud .i.

manifestè

manifestè,ut sæpe fit ab adulatoribus,quod ne accidat est ma-
gis cauendum,in Epicureo.i.in fabula illa. senex quidam illudi
tur cui dicitur hodie.i.nonne uersaris.i.uersaueris , & àgitaue-
ris te, atque luseris lautissimè hodie ante omnes senes stultos
coamicos.s.tuos . quod cum ille senex pulchrum putasset, &
annuisset,ab omnibus est illusus. Et ita hæc persona senum im
prouidorum,& credulorum est cultissima , etiam in fabulis .i.
Comœ.& Tragędijs,ac Mimis . Sed nescio quo pacto rediēs ad
institutum facit dictorum quasi epilogum operi finem impo-
nens,ac dicens.Sed nescio quo pacto.i.quomodo oratio deflu-
xit ab amicitijs perfectorum hominum.i.sapientum (de hac di
co sapientia,quæ uidetur posse cadere in hominem,& quæ nō
tantum est Stoicis excogitata,& in nullo adhuc reperta) ami-
citias leues.i.leuium virorum.Quamobrem redeamus ad illam
primam.s.quæ inter sapientes est,& concludamus aliquando.i.
tandem eam ipsam.i.tractum de ea.C.Fanni,& tu Q.Muc. ego
inquam.i.dico vti per epilogum omnia repetam,quod uirtus,
&.i.simul conciliat.i.coniungit,& iure facit amicitias,& conser
uat sup.eas.Enim pro quia,conuenientia rerum est in ea.s. uir-
tute,stabilitas rerum est in ea,& constantia est in ea.Quæ.s.vir-
tus cum extulit se,& ostēdit lumen suum,& aspexit, & agnouit
idem.i.consimile lumen in alio,admouet se ad id, & accipit ui-
cissim.i.econtrario illud.s.lumen,quod est in altero,ex quo.i.ex
qua re ardescit,siue amor,siue amicitia eorum . utrumq;.n. tā
amicitia,quā amor est dictum ab amando.amare.n. nihil est a-
liud,nisi diligere eum ipsum,quem ames . Nulla indigentia.i.
per nullam indigentiam , & nulla utilitate quæsita .s. per te ab
illo.Quæ tamen utilitas ipsa.i.sua sponte , & efflorescit ex ami-
citia.etiam si tu sis minus.i.non secutus eam .s.vtilitatem.Hac
.s.grauitate,beneuolentia nos adolescentes.i.cum essemus ado
lescentes duximus senes illos.s notissimos L.Pau.s.Aemilium ,
M.Catonem.s,maiorem,vticensis nondum erat.C.Gallum,Pu-
blium Nasicam.s.Scipionem. T. Gracchum socerum Scipionis
nostri.s.amici.Hæc etiam amicitia elucet etiam magis inter æ-
quales.s tēpore.i.inter coæuos.vt inter me,& Scip.L.Furium,&
P.Rutilium,& Spurium Mummium.Autem pro sed,nos senes
.s.effecti acquiescimus in caritate adolescentium , ut in uestra
.s.caritate, qua uos prosequimur,ut in Q. Tuberonis sup. cari-
tate. Equidem .i. ego quidem delector familiaritate P. Rutilij
Virginij admodum.i.valde adolescentis.i.adhuc.quandoquidē
ratio uitæ,& naturæ,& nostræ est comparata ita , ut alia ætas
oriatur ex alia optandum est quidem maximè, ut possis uiue-
re.s familiariter,& iucundè cum æqualib.i.coæuis,aut contem
poraneis tuis,cum quibus sis emissus.s.in curriculum vitæ,tan-
quàm è carceribus.i.repagulis materni vteri in quibus, ut equi
cursuri in carceribus detinentur,donec signum datum est, nos
usq; ad maturum partum conclusi sumus . Sunt autem carce-
res in hac significatione,vt Seruio placet numero tantum plu-
rali quasi arceres,quibus equi arcētur , ne ante signum datum
cursum instituant(est ergo metaphora ab eis) peruenire cum
ijsdem ad calcem.i.ad finem cursus,ut dicitur.s.per metaphorā
quandam.Sed quoniam res humanæ sunt fragiles, & caducæ ,
acquirendi sunt semper aliqui quos diligamus,& à quib.diliga
mur.Enim pro quia,caritate.s.casto amore,& beneuolētia sub-
lata.i.postquam sublata est omnis iucunditas est sublata è ui-
ta quamquam est ereptus è uita subita.i. subitanea morte . ta-
men viuit,& viuet semper quidem.i.certè si non alijs , saltē mi-
hi.Enim pro quia,ego amaui,semper virtutem illius viri , quæ
.s.uirtus non est extincta,nec.i.& non , & uersatur ante oculos
non mihi soli , qui habui illam semper , in manibus , sed erit
etiam clara,& insignis posteris.i,post nos uenturis.Nemo susci-
piet.i.attentabit animo,aut spe maiora.qua non putet memo
riam,atq; imaginem illius, uidelicet Scipionis præponendā si-
bi.videlicet tanquàm speculum , & exemplar . Equidem.i. ego
quidem nihil habeo ex omnibus rebus, quas aut fortuna , aut
natura tribuit mihi , quod possit comparari cum amicitia Sci-
pionis, quia illa,& maior, & præstantior est . In hac.s.amicitia
Scipionis fuit mihi consilium rerum priuatarum.i. ad statum
meum pertinentium.In ea mihi fuit requies plena oblectatio-
nis.Ego nunquàm offendi illum,ne quidem.i. non etiam mini
ma re,quod quidē senserim.Et ego nihil audiui ex eo .i. ea eius
ore,quod nollem. Vna domus,idest domicilium, & māsio erat
nobis,& idem metus,& ijs.s.uictus communis.i.uulgaris,& nō
nimis exquisitus,aut delicatus . Neque solum militia erat no-
bis communis, sed etiam peregrinationes,& rusticationes erāt
nobis communes. Nam quid dicam ego de studijs cognoscen-
di,& discendi semper aliquid ? in quibus non remoti ab oculis
populi contriuimus,& absumpsimus, omne ocium.i. uacatio-
nem à publico munere,& tempus.s.ocij.Quarum rerum recor-
datio,& memoria,si occidisset.i.disperisset una.i.pariter cum il
lo.s.Scipione,ego nullo modo possem ferre desideriū .i. absen-
tiam,& ablationem uiri coniunctissimi,atq; amātissimi .s.mei,
sed nec illa.i.bona extincta sunt.s.in memoria,& alūtur potius,
& augentur cogitatione,& memoria. Et si ego essem orbatus ,
idest viduatus,aut spoliatus seu priuatus planè, idest omnino ,
illis.s,bonis,& iucundis rebus. tamē ipsa ætas afferret mihi ma-
gnū solatium . Nam ego non possem esse diutius, idest ualde
diu in hoc desiderio.s.tam uehementi. Autem pro sed , omnia
breuia,idest breui tempore durantia debent esse tolerabilia,ēt
si sint magna,quibus dictis ponit clausulam,qua perorantes.i.
finem orationis facientes uti solent,dicēs. Ego habui hæc quæ
dicerem de amicitia:Autem pro sed,ego hortor vos à Fanni,&
Scæ.vt ita, idest eo ordine , & gradu locetis uirtutem sine qua
amicitiæ non possunt esse,ut excepta ea.s.virtute nihil.i.non a-
liquid,non putetis aliquid esse præstabilius amicitia.Hæc quo
que habui,quæ in huius operis expositionem adducerem.

MARTINI

MARTINI PHILETICI IN CICERONEM DE SENECTVTE COMMENTARIA.

MARCVS Tullius Cicero linguæ Romanæ decus, & splendor non in eloquentia solum, & omni bene dicendi ge-
nere magno nostris adiumento fuit, & sempiternæ laudi: verumetiam in omni parte philosophiæ tradendis mo-
ribus, & doctrinis. Suam autem hoc opere uitam silentio præterire constitui, potius quàm pauca de multis expo-
nere: uel maximè cum eam ipsam pertractare alio loco decreui in Tusculanarum quæstionum libris. Ceterum
arbitror in hoc opere exponendo potius aliquid de Attici uita esse dicendum, ad quem hoc ipsum dirigitur de Senectute uolu-
men, & qualis sit huiusce operis titulus aperiendum.

MARCVS Pomponius Atticus præclarus ciuis Romanis fuit, & Romæ perturbationibus
multis, ingentibus, Cinneis scilicet atque Syllanis necessitatem in uolũtatem uertens Athe-
nas decessit, ubi litteris græcis, & bonis artibus inuigilans in eisdem euasit præstantissimus.
vnde Atticus cognomen accepit, ut Romam reuersus est. coniunctissimus sanè fuit, & a-
mantissimus Ciceroni, qui ad eum non modo hoc, sed complurimas scripsit epistolas, quod
quidem uolumen quidam conferunt, quod ad Atticum appelletur. Sed plura de uita huius
non est opus scribere. Extãt enim ornata verba Cornelij Nepotis auctoritate dignissima,
qui uitam Attici, & præclaros mores scripsit ad unguem, quare ad titulum progrediamur:
hic autem talis est: CATO MAIOR, SIVE DE SENECTVTE. In quo Platonem imitatus est, qui in
aliquibus suis codicibus titulum consimilem scripsit. Maiorem Catonem autem dixit, ad differentiam minoris, quia
duos constat fuisse Catones fama, & gloria celebres, unde Iuuen. Tertius è cęlo cecidit Cato. Minor erim ille maio-
ris nepos fuit, & Vticensis appellatus ab Vtica Africæ ciuitate, vbi vitam cum morte commutauit, ne in Cæsaris ser-
uitutem deueniret. Maior uero primum Censorius à censura dictus est, præclarus historiarum scriptor, & orator op-
timus. Vnde ceteri Catones originem duxerunt hoc modo, vt inquit Aulus Gellius de noctibus Atticis. Duos ille
Cato, qui & orator, & Censor fuit filios habuit ex matribus diuersis, & ętatibus longè dispares. Nam iam adolescente
altero, matre eius amissa, ipse quoque multum senex, Solonis clientis sui filiam uirginem duxit in matrimoniũ, ex qua
natus est ei M. Cato Solonianus. hoc. n. illi cognomentum fuit à Solone patre matris datum. Ex maiore autem Cato-
nis filio, qui prætor designatus patre uiuo mortuus est, & egregios de iuris ciuilis disciplina libros reliquit, nascitur
hic de quo quęritur, M. Cato, M. filius, M. Nepos, cuius liberita inscriptus est M. C. nepotis: is vehemens Orator fuit,
multasque orationes ad exemplum aui scriptas reliquit, & consul cum Q. Martio rege fuit, & in eo consulatu in Afri-
cam profectus mortem obiit; sed is non; ut dixi, Catonis prætoris uiri, qui se Vticæ occidit, & quem Cicero laudauit
in libro, qui inscribitur laus Catonis, pater fuit, nec enim, quia hic nepos Catonis Censoris, ille Vticẽsis, ac pronepos
fuit, propterea necesse est hunc ei patrem fuisse. Hic enim cuius nepos, cuius modo plorata oratio hæc est, filium qui-
dem maiorem Catonem habuit, sed eum qui Vticæ periit, sed qui cum Aedilis Curulis, & prætor fuisset, in Galliam
Narbonensem profectus; ibiq́ue uictus, uita functus est. Ex altero uero Censoris filio longè natu minore, quem
Solonianum appellatum dixi, duo nati sunt. L. Cato, & M. Cato. Is, M. Cato tribunus plebis fuit, & præturam petens
mortem obiit. Ex eoq́ue natus est M. C. prætorius, qui se bello ciuili Vticæ interemit, de cuius uita, laudibusq́ue, cum
M. Tullius scriberet, pronepotem Catonis Censoris dixit fuisse, sed tot duo dicuntur fuisse Catones, maior & minor
celeberrimi uiri, pro quorum laudibus duo uolumina Cicero fecit, hoc quod de senectute ad Catonem maiorem, in
quo ipsum de senectute disputantem inducit. Alterum uero, quod de minoris Catonis, scilicet Vticensis laudibus ex-
tat. Contra Cæsarem ad ipsum Catonem, pro quo quidem C. Cæsar libros duos edidit illius uituperatione plenos,
& hos Anticatones appellauit, de quibus Iuuenalis mentionem fecit. Vt duo Cæsaris Anticatones. De titulo satis di-
ctum est. Igitur expositionem aggrediamur, qua pro re sciendum est à scriptura sumpsisse principium. Legimus enim
in arte cum honestum genus causæ fuerit, posse uel uti, uel non uti principio, hoc est exordio. Si uti principio uole-
mus, à lege, à scriptura, ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principium, hoc est initium capere oportebit,
quod quidem Ciceronem hoc loco fecisse uidemus A scriptura enim assumpsit initium, siue ab exemplo. Est enim
exemplum, ut à Cicerone diffinitum est, alicuius dicti, aut facti cum certi auctoris nomine, posito. Sumpsit autem
hoc ab Ennio, de qua si pauca dicemus ad rem pertinens erit facta digressio. Ennius autem, ut alij uolunt Rudijs, ut
& alij Tarento ciuitate fuit oriũdus, antiquissimus quidem poeta, uir profecto bonus, & magnæ fidei, sed paruæ rei,
id est scientiæ fuit, quod ipse meminit. Haud magna cum re: sed plenus fidei sum. uerũ illis temporibus sapientissimus
est habitus. fuit autem Ennius tanta beneuolentia Africano coniunctus, ut corpus eius in Corneliorum monumen-
to Scipio ipse recondi uoluerit, quod meminit Hieron. in libro de temporibus Eusebij. Ennius poeta, & septuagena-
rio maior articulari morbo periit, sepultusq; in Scipionis monumento uia Appia inter primum ab urbe milliarium.
Quidam ossa eius Rudias ex Ianiculo translata affirmant. Ennius ergo hæc tria crimina; quæ sibi pro principio fecit
Tullius ad Titum Flaminium scripsit familiarem suum. Hic uero, ut scribit Plutarchus Græcus ille præclarus Traiani
magister, cui res Romanæ plurimum debent, ciuis Romanus fuit illis temporibus imperator militiæ, qui ea quidem
tempestate magno dolore affectus erat, eo quòd frater eius propter intemperantem uitam senatu à Censorio Ca-
tone priuatus fuit, quem postea talibus uersiculis consolatur, O Tite &c.

PETRI MARSI RECOGNITIO, ET INTERPRETATIO DIALOGI, M. T. CICERONIS DE SENECTVTE,

Ad Illustris. Principem Fabricium Columnam.

DIVINAE legis interpretes magnanime Fabrici, nec non certa uita, & ratione humani officij ueritatem indagantes magistri uitæ philosophi summum nobilissimi animalis bonum esse congruenter naturæ uiuere perspexerunt, & decreuerunt. Illa siquidem indulgentissima parens uirtutum omnium semina humanis animis ingenerauit, & quosdam ueluti igniculos in primigenijs accendit, qui fida doctrina, & solerti usu tanquam leui flatu adiuti eam excitant flammam, quæ iter naturæ penitus illustrat, & proprias dotes rationi, ac prudentiæ patefacit. Ad hoc diuini nutus præscriptum, atque exemplar uiuentes ueram humanitatis induunt formā, & prudentiam, iustitiam, constantiam, modestiamq; sectantes amicitiam, immo necessitudinem supremi numinis, uirtute illam conciliante, ineunt. Et discipuli atque æmulatores tanti doctoris constituuntur, & appellantur. Qualem suspexit antiquitas Tusculanum illum Catonem, & ut ucrioribus utar notis, uiam & consummatissimam uirtutum omnium imaginem spectatu undecunq; dignissimam. Optimus etenim habitus est, & fuit ætate sua Orator, optimus Senator, optimus Imperator. Quo nil seuerius Roma uidit unquam, nil animosius, nil frugalius, nil iustius, nil denique publici usus & gloriæ studiosius. Testis quæstura, testis consulatus, testis rigidissima censura, testis deniq; Sena, & Metaurus, nec non Thermopylarū angustię, atq; Callidromos, ubi supra humanas uires depugnans magnanimus heros cū ea fortuna quæ ignauissimum quemque auersatur, & reijcit: acri animo, & præfracto uigore compositus non solum hominibus admirandum, uerum & Deo optimo, maximoque gratissimum spectaculum exhibuit. Et quoniam senectutem, ut postremum, ac maximum naturæ munus grato animo excepit, atque consummatissimi uiri officio functus illam in primis honestatem ab omnibus imprudentium hominum calumnijs uindicauit. Iccirco Ciceroni Philosophorum omnium instituta tenenti, & Academica libertate, arbitrioque præcepta tractanti Catonis popularis tui persona uisa est idonea, quæ prudentissime grauissimeq; de senectute dissereret, & dialogum tanti uiri rationes ac præcepta cōplexum Catonem maiorem inscriberet. Quod præclarū Ciceronianæ sapientiæ, ac eloquentiæ monimentum, sed nonnullis quasi neuis, & mendis dehonestatum, & obscuritate nonnulla inductum emendatoris ac interpretis officio functus ab informi situ uindicaui, & illustraui. Quæ lucubrationes tibi sacrantur iucundissime ac moderatissime Princeps Fabrici, qui Porcij Catonis uestigiis insistens togatus, & armatus decorum seruas tuum, Subiectorum commodis, & quieti studiose prospicis Generosam indolem tuæ sobolis, qua te nobilissima, & pudicitiæ quoddam sacrarium coniux Lysina singularis, & uiri, & Imperatoris Federici Vrbinatis ducis filia, priscis quibusque heroinis non æquanda solum, sed præponenda honestauit: tuo exemplo instruis, & ad ueram imaginem, ut patrem decet dies noctesq; effingis. Ignauum siquidem ocium fugiens: quod uiro è natura uiuenti, atque industria pœna est: nunc tua oppida inuisendo, nunc uenando honestissimis laboribus frueris. Qui generosos animos nutrire, & ad omnia officia erectiores, & promptiores reddere consueuerunt. Et ut te tanquam alterum Catonem fortuna exploraret per aspera quæq; adegit, in quibus enituisti in primis, & opima spolia tanquam nouus quidam Marcellus Ioui Feretrio triumphans retulisti. Maximam etenim gloriam id tantum affert, quod cum ancipiti, & maxime arduo periculo tractatur, & uincitur. Pacificam Neapolitani regni possessionem maxima ex parte prudentiæ tuæ, ac bellicis periculis, & sudoribus, necnō magnanimi Prosperi solertiæ, cuius lęta grauitas, sublimis spiritus, robur in uictum, consultus ad ardua quæque impetus, & prouidæ mentis amabile pondus Brutos, Decios, Torquatos, Coruinos, Fabios, & Scipiones undique redolent, acceptam refert grato animo Rex Catholicus. Sed de his aliâs. hoc quantulumcunque est Petri Marsi clientis tui munusculum innata tibi benignitate suscipere dignum ducas. Nec rem ipsam, sed animum rebus etiam minimis gratiam, & æstimationis nōnihil imponentem expende. Qui te colit, & maximam tibi, ac tuis optat felicitatem. Vale igitur, ac uiue felix, & curis aliquando uacuus, quibus pro communi usu distringeris, cum tuo Catone te oblecta. Qui rationibus, & exemplis leuem esse, ac iucundam senectutem demonstrabit, & immortalitatem animorum asserens, contra ultimum terribile te armabit, & erecto animo te illud excipere docebit, quod omnibus natura constituit. Cuius institutis, ac legibus ęquanimiter parendum esse; sapientiæ professores censuerunt, & paruerunt. Ius etenim, quod quibuslibet latum est, ac latissime patet, æquissimum ducere par est, & decet in primis.

M. TVLLII

M. TVLLII CICERONIS CATO MAIOR, VEL DE SENECTVTE, AD T. POMPONIVM ATTICVM.

PRAEFATIO.

O Tite, *si quid ego adiuto,*
curam ve leuasso,
Quæ nunc te coquit, & uersat
sub pectore fixa,
Ecquid erit præmij?

licet enim uersibus eisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille uir, haud magna cum re, sed fide plenus. quamquam certo scio, non, ut Flaminium, solicitari te, Attice, sic noctesq; diesq;. noui enim moderationem animi tui, & æquitatem; teq; non cognomen solum Athenis deportasse: sed, humanitatem, & prudentiam intelligo. & tamen suspicor ijsdem rebus, te quibus me ipsum, interdum grauius cōmoueri. quarum consolatio, & maior est, & in aliud tempus differenda. nunc autem mihi uisum est aliquid ad te de senectute conscribere. hoc enim onere, quod mihi tecum commune est, aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis, & te, & me ipsum leuari uolo. etsi te quidē id modicè, ac sapienter, sicut omnia, & ferre, & laturum esse certo scio. sed mihi, cum de senectute uellē aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam, & iucundam senectutem. nunquàm igitur satis laudari philosophia poterit: cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. sed de ceteris, & diximus alias multa, & sæpe dicemus. hunc uero librum de senectute ad te misimus. omnem autem sermonem tribuimus nō Tithono, ut Aristo Chius, ne parum esset auctoritatis in fabula; sed M. Catoni seni, quo maiorem auctoritatē haberet oratio: apud quem Lælium, & Scipionem facimus admirantes, quòd is tam facilè senectutem ferat, ijsq;ue eum respondentem. qui si eruditius uidebitur disputare, quàm consueuit ipse in suis libris, attributio græcis litteris, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. sed quid opus est plura? iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sentētiam.

O Tite, si quid ego adiuto,] Præfatiuncula hæc operi consentanea iucundissimè id agit, cuius gratia inuenta est, & vsurpata. hoc siquidem quasi uestibulo, quid artifex designet, aperitur, & animus lectoris veluti ad opera quædam sacra pernoscenda inuitatur, & instruitur. Auspicium facit ab Enniana consolatione ad T. Flaminium ęgerrimè ferentem censoriam notam inustā L. Flaminio fratri è senatu moto à Catone, Flaccoq; censoribus. lege hist. apud Liu. lib. 9. Decadis bel. Maced. Val. 2. exemplorum, & Plut. in T Flaminio, & seniore Catone. [Si quid adiuto] Si in aliquo tibi opem fero. [Curam] Languorem animi, & ægritudinem. [Leuasso] Minuo, & leuem facio. uerbum Ennianis temporibus aptū. ut illud Virg. Cetera qua iusso mecum manus inferat arma. [Coquit] Vtendo macerat. [Versat] Quatit, solicitat. [Deprimeris] Grauaris, atq; prosterneris. [Ecquid precij] Quæ merces, & compensatio erit operæ, ac medelæ. [Enim] Certè, inquit te Ennianis uersibus appellabo, sed è philosophico quasi narthecio iucundiora, & efficaciora cōpromam medicamenta. [Ille uir] Calaber Ennius Rudiarum alumnus. unde Silius, Rudiæ genuere uetustæ, Nunc Rudię solo memorabile nomen alumno. & Ouid. Ennius emeruit Calabris in montibus ortus Vicinus poni Scipio magne tibi. [Haud magna cum re] Non subnixus, & subornatus philosophico instrumento, & rationibus ægritudinem conuellere, ac eius, vel minimas fibras extirpare idoneus. Idem Cic. in prima schola Tusc. sic scribit: Alcidamas quidā Rhetor antiquus, scripsit laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum, cui rationes hæ quæ exquisitius à philosophia colliguntur defuerunt, ubertas orationis non defuit. [Plenus fidei] Puræ simplicitatis, & bonitatis. est igitur hic horum uerborum sensus Enniana consolatio fidam, ueram, & bonam auctoris affectionem ostendit, quamuis exquisitis uacet philosophiæ rationibus, quæ affectibus medetur, & angoribus. Vir magnæ rei dicitur grauis, frugi, constans, contra nullius rei, leuis, nequam, erro, nebulo, nauci, nihil. Solicitari] vexari, affligi, cruciari. est autem solicitudo animi, & corporis conquassatio. [Moderationem] Temperamentum docto uiro, constanti, forti, & frugi dignum, quem uidelicet nec secunda extollunt, nec aduersa depeimunt, sed in omni ætate ac uita naturam sequitur ducem. hac siquidem repugnante irritus est mortalium labor. [Et æquitatem] Parem in omni fortuna tenorem, & tranquillitatem, constanti naturæ consentaneam. [Humanitatem] Eruditionem atticismo dignam. [Prudentiam] Acre iudicium rerum, humanarum, & fortuitarum. [Suspicor] Puto. [Iisdem rebus] Patriæ ruinis, interituq; legum, & libertatis, & sic ad intermissam libertatem suspirans Cæs. sigillat tyrannidem. [Grauius] Vehementius, & molestius. [Commoueri] Turbari, & solicitari. [Maior] Maiora fomenta desiderans, & leuationes, quoniam talis mœror non facilè tollitur. est siquidem ingratissimi ciuis, leuiter ferre patriæ interitum. [In aliud tēpus] Ne in nostram perniciem tyrannum irritemus, nam sapiens qui sibi prodesse nescit, nequidquam sapit. [Onere] Molestia ingrauescentis ætatis. [Vrgentis] Instantis, & grauantis. [Aduentantis] propinquæ. aduentare est ueniendo proximum fieri. [Leuari] Exonerari. [Modestè] Temperatè, æquanimiter. [Sapienter] Prudēti consilio, & acri iudicio, quod parenti naturæ semper adhæret. [Iucunda] Suauis, & grata. [Confectio] Compositio. [Absterserit] Exarserit, expulerit. [Mollem] Lenem, facilem, & gratam, quoniam senectus præclaras habet dotes, existimationem siquidem affert, & auctoritatē. [Philosophia] Quæ rerum omnium uerum habet iudicium. falsas autem, & inanes eijcit opiniones, docetq; ea timenda non esse, quæ naturalia sunt, & in se nihil habent mali, ideoq; laudatur tanquàm uitæ dux, atq; magistra. [Degere] Viuere citra perturbationes, quæ ex opinione bonorum, & malorum oriuntur. [Omnis ætas propria curricula metiri debet prudenter, atque animi æquitate lustrare, decorumq; suum tueri pro uiribus, & à præscripto naturæ nūquàm discedere. [De ceteris inst.] Philosophicis, & præceptis ad bene, beateq; uiuendum spectantibus, & id egerat Cice. cū hæc commentaretur in quinq; lib. de Fin. & totidem Tusc. scholis. [Tribuimus] Adscripsimus, assignauimus. Tithonus diu uixisse fingitur à poetis, & tandem in cicadam uersus. [Aristo] Hic fuit ex Coo insula, inde Cous denominatus est è Peripatetica familia Lyconus, siue Lysiæ discipulus, de quo sic scribit Idem Cic. in ult. de Fin. Concinnus, & elegans Aristo, sed ea quæ desideratur à magno philosopho grauitas in eo non fuit, scripta sanè multa, & polita, sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. [Auctoritatis] Existimationis, & dignitatis in fabulosa persona, & sic latenter notat Aristonis iudicium in personis diligendis [Facilè] Leniter, iucundè. [In suis libris] originibus, & concionibus, necnon de re rustica Catonē græcas literas

sero

ſero didiciſſe,dicit Plut. plerique auctores ſunt. in ſumma etenim ſenectute Græcos libros in manu ſumens breues è Thucydide commentariolos,plures autẽ è Demoſthene cõfecit quos in cauſis orandis magno vſui fuiſſe conſtat.ſcripta quoque ſua Græcis,& ſententijs,& hiſtoriis diſtincta etiam,atque etiã exornauit pleraque grauiter,& ſapienter dicta ad uerbum è Græco in Latinum tranſtulit.Sententiam]Opinionem,iudiciũ. [Grauem]Moleſtam,oneroſam. Aetna]Mons,& urbs Siciliæ.

O TITE, ſi quid ego adiuto] Adiuto frequentatiuum à iuuo uas,ab ultimo ſupino formatum mutatione, u in o. Et ſciendum ſanè,quod omnia frequentatiua primæ coniugationis ſeruant ſignificationem primitiuorum, tametſi quædam ex his in alium ſenſum tranſire uideantur,ut traho,tracto, cogo,cogito,dico, dicto,habeo,habito, ut Virg. Atque humiles habitare caſas,& figere ceruos. Cura] quaſi cor urens appellatur,quã μελεγῶνα græci μέλη dicunt memòra οδέξαι, corrodere, quod corrodat membra, quod uocabulum quaſi exponens,inquit,ille.Quæ nunc te coquit].i.urit. unde interdũ cura amorem ſignificat,ut Virg. in iiij. At regina graui iandudũ ſaucia cura. Leuaſſo]Antiquum verbum deſideratiuum,amaſſo,capaſſo.Deprimeris]Vrgeris,à premo compoſitum. Ec]Pro ecce apocope eſt. Præmij]Legitur,& præcij,ſed melius præmij, niſi ponatur præmium pro precio.vt Sal. in Iugurtha.Vicit tamen in ſenatu pars illa,quæ vero precium,aut gratiam ante ferebant.precium.n.illud proprie eſt,quod re empta datur.Licet .n.]ſequitur Tullius, Licet hoc eſt poſſum. interdum Licet ſignificat tametſi.& tunc eſt coniunctio. Attice] M.Pomp.ut diximus]ſuum cognomen eſt Atticus nomen Marcus, cognomẽ etiam Pomponius nam ſua familia Pomponia uocabatur. Dictus.n. eſt Atticus ab Athenis,quæ etiam,Attica ab regina quadam Atti uocitata eſt,ſicut Athenę.ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς i.Minerua, quæ ei ſuum impoſuit nomen.Flaminium] Principem Romanum,de quo diximus,qui uiam ſtrauit Romæ,& de ſuo nomine Flamineam nominauit. de qua Iuuen. Experiar quid concedatur in illos,Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina. Haud m.]Cum re.i.non magna cum ſapientia,& doctrina. Plenus fidei].i.amicitiæ,& bonitatis. Fides.n. ut Cic.in lib. de off. docet,eſt dictorum conuentorumq; conſtantia. Dicta autem eſt fides,ut Noni.ait,quod fiat,quod dictum eſt. Plenus autem & cum ablatiuo,& cum genitiuo iungitur. Iuuen. Plena ipſo. Terent. Plenus ſum rimarum.Solicitari] Angi, dolere, unde ſolicitudo dicta eſt.i. anxietas. Afficiebatur.n. Atticus magno dolore,tum propter Remp. occupatum, tum propter perturbationes multas, cum propter fratrem interemptum ſorori; ſui, qui Cinneis pturbationibus fuit occiſus quia Cinna ſocer Cæſ. fuit. & cauendum eſt ne ſolicitum pro diligente dicamus, ut plerique dicũt,cum anxium ſignificet.ut Cic.Solicitus,equidem eram de rebus urbanis. Ouid. Res eſt ſoliciti plena timoris amor. [Noctesq; diesq;].i.ſemper,& honeſtius eſt loqui per accuſatiuum,quam per ablatiuum, ut in lib. de off. annum iã audientem Cratippum.Facimus, & præterea in hoc differẽtiã, quandoquidem cum dicimus per accuſatiuum, tempus integrũ,& cõtinuè ſignificamus, cũ uero per ablatiuũ tẽpus intermiſſum. ut in hoc anno ſtudui, & per hũc annum ſtudui.[Moderationem] Quod benè ſcias moderari in rebus aduerſis, & ſecundis, & à modo hoc eſt menſura nomen accepit. unde captat beneuolentiam ab eoq; captatur, ſi eos,qui audiunt laudamus, ut ipſe in Rhetoricis docet, ſi res eorum fortiter, mãſuete, ſapienter, magnifice iudicatas proferemus. Aequitatẽ] Tolerantiam.ſignificat.n. æquitas duo,iuſtitiam,ut ſeruantiſſimus æqui, & tolerantiam,ut æquo animo tuli .i. forti, & patienti. [Cognomen] Proprie dixit, quamuis aliter uideatur. nam cognomen, agnomen,& nomen in hoc diſcrepant, quod cognomen eſt à ſignificatione, & à familia, ut Pomp. ut Cor. Agnomẽ ab euẽtu rei, ut Scip. Afric. ab Africa ſuperata agnomen eſt ſortitus. & ſic Att. eſſet Agnomen, & non cognomen. Sed Tul. reſpexit tempus futurum ſuæ cognitionis, quod poſteri omnes illius Attici ſunt cognominati,ſicut Virg.Cui nũc cognomen Iulo additur. itaq; principium ab Attic. Nomen vero eſt,quod à patribus imponitur pueris,ut Scip. ut Mar.[Humanitatem]Dupliciter intelligitur.eſt.n.pro humanitatis morum ſuauitas,dexteritas, & aptitudo, & ipſa animi manſuetudo,quam πραοτητα Græci dicunt, ſecundo ſignificat doctrinã, & diſciplinam[Iiſdem rebus ſuſpicor] Senatu reip. & perturbationibus multis in ciuita. [Grauius] Moleſtius, aut qui nunquam grauem tibi ſenectutem eſſe ſenſerim. [Conſolatio]Doloris diminutio, quam Græci dicunt παραμυθίαν. [In aliud tẽpus]quia alias rebus iſtis perditis publicis,& priuatis doloribus conſolationem afferemus. [De ſenectute] Docilem facit auditorem,quia ſummam cauſæ breuiter expoſuit. [Hoc.n.onere] Attentum reddit auditorem Atticum. quia oſtendit ſe eſſe dicturum de rebus,quæ ad eum ipſum,qui audit,pertinent,ſcilicet,quomodo leuare poſſit onera ſenectutis,& hoc modo ſubiungit utilitatem operis. ſecundo commendationes philoſophiæ,quæ eſt, illa quæ dat medicinam, ideſt conſolationem ſenectutis, tertio, & ultimo totius operis huius formam, & modum, uelut maiorem Catonem inducit diſputantem de ſenectute. quia, ut ait Non. Marcel. Senes omnibus ſunt tædio, & odio, & ab onere dicitur oneratus,honuſtus uero ab honore, & in hoc diſſerunt, quod oneratus eſt qualicunque depreſſus onere,inquit Ser. honuſtus uero cui onus ipſum honori eſt.ſiquis ſpolia hoſtium ferat. ſed oneratus non aſpiratur, quia ab onere uenit. honuſtus autem,quia etiam ab honore deſcendit retinet aſpirationem. [Vrgentis]tanquam ad tempus poſſunt. ſed futurum illud,quod aduentãt,quaſi præſentis,& futuræ ſenectutis onere, & uſus eſt frequentatiuo, ut anni celeritatem oſtenderet. cito .n. pede labitur ætas,ſic Seneca in Hercule furente. Rota præcipitis uertitur anni. Horat. Heu Poſthume, Poſthume labuntur anni, & nihil eſt annis uelocius. [Et meipſum]Addit ipſum,qui ſolet mederi alii,& dare conſilia, & remedia,ſe ipſum etiam uelit.& ſciat curare, ne uideatur, ſicut, inquit Sulp. ille,imitari malos medicos, qui in alienis morbis ſe profitentur tenere medicinæ ſcientiam, & ſeipſos curare nõ poſſunt. [Modeſte]moderate, quantum ad intolerabilia mala. [Et ſapienter] Quantum ad mala tolleranda, quæ ſapienter ſcit tolerare. Duo enim ſunt genera malorum. Vnum intolerabile, quod tu modice fers. Alterum tolerabile, quod ſapienter toleras. [Certo ſcio] Libentius Cicer. hac utitur locutione,quam qui dicit certe ſcio.[Vellem].i. eligerẽ. nam uoluntas eſt alicuius rei faciendæ electio. [Occurrebas] In mẽtem veniebas,ſed occurrere plura ſignificat, & interdum obuiare.Iuuen.Occurrit matrona potẽs, quæ molle calenum. p.u.m.ſ. & eſt obſtare, ut Perſius. Venienti occurrere morbo. [Iucunda] cum uoluptate fructuoſa, dicta ſunt iucunda à iuuando non à iocando, & quia magna erat affinitas inter,u,&, o, dicitur iucundus iucunda iucundum, & iocundus iocunda iocundum, & differt ab amœno, quia amœnus eſt uoluptuoſus ſine fructu,dictus ab à quod eſt ſine munere,& cum dipthõgo ſcribitur. quia, u fit ex œ facit u, & econtra œ facit u, ſicut eſt apud Græcos,quod œ facit eu. Feſtus tamen, inquit, amœna eſſe loca,quæ ad ſe ananda alliciant,& trahant. [Nunquam igitur] Commendatio philoſophiæ, quæ medetur non modo ſenectuti, ſed omnibus dolorib. & morbis, dicta philoſophia, quod amica ſit ſapientiæ, hanc uero latini ſtudium dicunt ſapiæ. Cic. in 4. de offi. nihil aliud eſt philoſophia,ſi interpretati uolumus,quam ſtudium ſapientiæ. Item in proœmio Tuſcul. quæſtionum. Studio ſapientiæ, quæ philoſophia dicit continetur. Quæ quidem philoſophia triplex eſt. Vna quæ facit hominem doctum,quam Græci φυσικὴν, noſtri naturalem appellant. altera quæ reddit hominem politum,& bene loquẽtem, quæ apud Græcos λογικὴ, & apud Latinos rationalis nuncupatur, quæ habet Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricã. Tertio uero reddit hominem bonum, & bene operantem, quã Græci : ἠθικὴν mortalem noſtri uocant. [Sed de ceteris] Diximus multa, & ſæpe dicemus. uerba dicit Cic. ſe multa dixiſſe de ceteris rebus. nam multa extant præclara,& admiranda uolumina, quæ multum linguæ Latinæ, cunctoque humano generi proſunt, in quibus mores hominum, iuuenumque ſenumque, ceterarũque rerum omnium doctrina tractatur. [Hunc librum.] hoc dicit de ceteris rebus multa diximus, ſed ad te hunc librum miſimus de ſenectute. [Omnem autem ſermonem] Beneuolentiam captat ab aduerſario,& à rebus ipſis, quod facimus quando noſtram rem laudando extollimus, aduerſatiorum per contemptionè deprimimus. Non Thitono, ſed Catoni] Thitonus autem Laomedontis filius fuit, qui cũ magnanimus eſſet,ne domi torpeſceret, profectus eſt in Oriẽtem,vbi eius amore capta Aurora eum duxit in maritum, & in cœlum leuauit, cum qua Tithonus longo tempore dicitur uixiſſe, adeo quod per longam ętatem fingunt poetæ in cicadã eſſe mutatum Horat. Longa Tithonum minuit ſenectus,quẽ

Ariſto

Aristo Chius in suo lib. induxit disputantē de senectute. Aristo. ,n. orator fuit in Chio insula,& ciuitate natus.[Ne parum auctoritatis esset in fabula] quia,quod de Tithono dicitur fabulosum est,s. in cicadam esse mutatum , & Aurorā habuisse vxorem . quia Aurora nihil aliud est nisi splendor solem præcedēs, & in cicadam esse mutatum natura non patitur humana , sed ueritas hæc est. Quod Tithonius in Orientem iuit,& ibi splendidissimam reginam accepit uxorem,cum qua vsque ad decrepitam uixit ætatem, & quia in senibus nihil aliud nisi uerbum remanet , ideo in cicadam dicitur esse mutatus , quæ cantando uitam finit. In hoc itaque, quod fabulosum est Arist. Chiū Cic. noluit imitari, sed in ceteris bene secutus est eum. [Maiorem auct.] Est autem auctoritatis sententia imitatione digna. & bene disputante Catone maiorem auctoritatem habet oratio,cuius uerba, ut ait Plin.de naturali hist. pro oraculis apud Rom. habita sunt, qui etiam dicitur tria in se habuisse præclara , quod summus,orator summus senator , summus imperator fuit , & quartum etiam rectè adiungere possumus, summus , & optimus paterfamilias fuit. [Lælium , & Scipionem] Vnum par amicorum , & singulare. sicut Pylades , & Orestes apud Græcos . Læl. enim fuit Rom. adolescens præclarissimus Scipio item Rom. & ille minor præstantissimus , qui Carthaginem funditus deleuit . multi enim fuerunt Scipiones , sed duo potissimum hisce libris à Cic. memorati. Ille, aūt primus Scipio Corn. Afr. maior dictus , qui Carthaginem P. R. tributariam fecit . Secundus uero, qui in hoc opere inducitur ad loquendum , Scip. Corn. Aemil. Afr. minor est appellatus. [Admirantes] admiramur .n. uirtutes , & homines uirtute præditos.Miramur autem opera, & mœnia , arces, domus,templa. [Qui si eruditus uidebitur disputare] Quasi tacite respondet quæstioni . quia auctores omnes suis in operibus decorum seruare debent loquentium personarum,hoc est quod quisq; pro sua qualitate loquatur . Vnde dicit Hora. in poetica , Intererit multum Dauus ne loquatur, an heros, Maturus ne senex &c.quod Cato loquatur politè,& ornatè,& eruditè in hoc opere non conueniret.quia Cato is doctus quidem est,& peritus,qui plurima composuit uolumina,ut de originibus,de agricultura,& alijs rebus,sed non politus, & ornatus,& nesciebat quidem limam Cic. Verum dicit nunc Cic quod effectus est politus,& eruditus ex literis Græcis , quibus potest optimè tam ornata,& polita uti oratione in hoc opere de Senect. Constat.n.Catonem iam senem perstudiosum fuisse literarum Græcarum. Vel eruditus,inquit , ut tacitè seipsum cōmendaret hac figura dicendi,Scimus n.non Catonem, sed ipse Cic. uerba facturum.[Disputaret]Tractum verbum ab arte putationis. quia superflui rami,& sarmenta amputantur.sic in sermonibus superflua verba dimittuntur , & bona cum ratione dicta tenentur.Vnde dicta est disputatio,quæ est docta, & emēdata,& polita,& erudita elocutio.In suis libris] De originibus, & agricultura,& alijs in quibus doctè dixit,sed nō politè,& eruditè.[Per studiosum]Valde studiosum, adeo ut in concilio , & in scena Græcos legeris libellos . Studium autem est quædam uoluntas,& animi applicatio ad aliquid peragendum.[Sed q̄d opus est plura?] Facit finem dicēdi Cic.sed sermonē committit Catoni de senectute disputanti , & ipse interea dormiet Cice. sed sanè sciendum hunc librum à multis dialogum appellari, ut ait Plin.dictus vero dialogus est ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod plurimum sit sermo,& disputatio,non solum duorum,ut quidam dicunt literarum Grecarum imperiti.Valde enim errant, quia δύο, & λόγος dictum putant.

O TITE si quid ergo adiuto &c.] Tametsi hic liber ante superiorem,ut in illius præfatione patet compositus est,iuxta tamen rationem eum sequitur in legendo. Nam quemadmodum post officia uniuerso hominum generi præscripta bene secutum est opus de amicitia,ut egregium in amico colendo significetur officium,ita nunc,quia inter amicos ex officio uiuētes in extremam usq; uitam est caritatis coniunctio,bene sequitur de senectutis onere,si quod haberet consolatio. affatur autem in præfatione Cic. Titum Pomponium Atticum ijsdem uersibus,quibus Ennius T.Flaminius cōsolaturus eum , quod frater eius Senatu priuatus fuerat,dico frater L.Flaminius,ut Cato dicet in hoc opere post rubricam, sequitur tertia &c. Hic autem dictus est M.Titus Pomponius Atticus,ubi Marcus proprium est nomen à Martia,tamen virtute inditum. Titus pronomen à tutando dictum , unde ingentes Titos dicit Persius. Pomponius cognomen,quia cognationis,& familiæ nomē.Atticus agnomen ex euentu impositum,quod Atticam eloquentiam reportauerat,ut hic Cic.innuit. Ceterum quia omnia in commentariis graphicè declarātur, satis instituto meo fecero, si ordinem contexuero. Hoc tamen præmittam propter carmē melius legi precii, quam præmij.accipique precium,ut à comico.ego precium ob stultitiam fero.dicit itaq; Enn.O Tite Flamini nisi ego adiuto sup.te,quid.i.in aliquo,ue , pro uel leuasso.i.leuem facio , & imminuo curam , quæ coquit nunc te , & uersat te existens fixa sub pectore.i.in præcordijs . Et qua.s.cura tu deprimeris.i.deijceris,& deorsum premeris,hoc est demisso animo sis,ecquid i.ecce quid precij.s.laboris .i. quid præmij erit mihi? Et si Atticus quærat . At qui mihi hæc carmina scribis Cic. Respondet.Non ab re.licèt enim .i. licitum est mihi ò Attice affari.i.alloqui te ijsdem uersib. quibus ille uir .i. notissimus s.Ennius,haud cum magna re.i.supellectile rerum, & diuitiarum,sed plenus fide.i.fidelitatis affatur Flaminium .s. Titum à Senatu deiectum,quamquam certè aut certo scio ò Attice non solicitari sic noctes,& dies, ut Flaminium.i.quēadmodum,aut quantum audiui Flaminium solicitari . Noui.n.moderationem,& æquitatem.i.æquanimitatem animi tui . Et intelligo te deportasse Athenis non solum cognomē, ut Atticus dicaris,sed etiam humanitatem , & prudentiam . Et tamen suspicor te commoueri interdum grauius]ijsdem rebus , quibus meipsum.s.noui commoueri.i.tyrannide Cæsaris,& desolatione reip.Dico.s.noui,quia non suspicatur,sed certo scit, quibus rebus ipse commoueatur.Quarum.s.rerum consolatio est. &.i. simul maior quam.s.quæ hoc codice possit explicari,& differēda in aliud tempus. Autem pro sed,visum est mihi .i. vtile scribere nunc ad te aliquid de senectute. Enim pro quia ego uolo, & te,& meipsum leuari hoc onere senectutis,aut urgentis, iam aut certè aduentantis,quod.s.onus senectutis est mihi commune tecum.Et i.tametsi,scio certo te quidem, q. d. ut de me mihi affirmem,& ferre.s.nunc,& laturum esse.s. in posterum modestè ac sapienter.d,s.onus senectutis.Sed cum ego uellem scribere aliquid de senectute,tu occurrebas mihi dignus eo munere,quo uterque nostrum uteretur communiter.i. ut re cōmuni.Quidem.i.certè confectio huius libri fuit mihi ita iucunda , ut non modo.i.non solum absterserit omnes molestias senectutis,sed etiam effecerit senectutem mollem.i.non duram , & facilè tolerabilem, & iiucundam,quod adhuc plus est. Nunquam igitur.Quia ex philosophiæ studio ad senectutis onus leuandū inuenerat,aptè ad eius laudationem progreditur dicēs: Igitur quia ista ex philosopia discuntur , philosophia nunquàm poterit laudari satis dignè , cui , idest philosophiæ . Moralis qui pareat, idest obediat, possit degere, idest de agere , & deplere, omne, idest totum tempus ætatis sine molestia, sed de ceteris, scilicet commodis philosophiæ, & idest simul diximus multa , & dicemus sæpe multa . Vero pro sed , nos misimus ad te hūc librum de senectute. Autem pro sed, tribuimus omnē sermonem , idest disputationem non Tithono (quem fabulæ antiquissimum fuisse fingunt , ita ut in cicadam præ senio uerteretur .) Vnde Horat. Longa Tithonum minuit senectus . ut idest quemadmodum Aristo Chius sup. fecit in eo libro quem de senectute scripsit . Ne parum auctoritatis esset in fabula , idest si fabulosa admiscerem , ut ille. sed tribuimus sup.sermone M. Catoni seni. non igitur Vticensi, quo idest ideo, ut oratio haberet maiorem auctoritatem . Apud quem , idest in cuius colloquio nos fecimus Lælium , & Scipionem amicos illos inter se sapientissimosque uiros admirantes, quod is , scilicet Cato ferret tam facilè, idest tam patienter senectutem . Et fecimus eum, scilicet Catonem, respondentem ijs , scilicet Scipioni , & Lælio. Qui.s.Cato si uidebit disputare eruditius,quá ipse, idest dum ex proprio inuento loqueretur in libris suis,attributo , idest uolo attribuas literis Græcis , quarum constat eum fuisse per studiosum , idest valde studiosum In senectute? quasi dicat ne putetis , quod contra decorum personæ fecerim plus eruditionis illis tribuens in disputatione,quam apud me habet , quam in libris . Sed quid opus est sup. dicere plura ? quasi dicat nihil . Enim pro quia , sermo ipsius Catonis explicabit rem , idest proximo libro omnem sententiam nostram de senectute .

Dialogi personæ,

SCIPIO, CATO, LAELIVS.

SAepenumero admirari soleo cum C. hoc Læ lio, cum ceterarum rerum tuam excellentē, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel maximè, quòd nunquam grauem tibi senectutem esse persenserim: quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. CATO. Rem haud sanè Scipio, & Læli, difficilem admirari uidemini. quibus enim nihil est in ipsis opis ad bene, beateq; uiuendum, ijs omnis ætas grauis est: qui autem omnia bona à seipsis petunt, ijs nihil potest malum uideri, quod naturæ necessitas afferat: quo in genere est in primis senectus: quam ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adepti; tanta est inconstantia, stultitia, atque peruersitas. Obrepere aiunt eam citius, quam putassent. primum. quis coegit eos falsum putare? qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia, obrepit? deinde, qui minus grauis esset ijs senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm si octogesimum? præterita enim ętas, quamuis longa; cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. quocirca, si sapientiam meam admirari soletis, quæ utinam digna esset opinione uestra, nostroque cognomine; in hoc sumus sapientes, quòd naturam optimam ducem, tanquā Deum, sequimur, eique paremus; à qua non uerisimile est cum ceteræ partes ætatis bene perscriptæ sint extremum actum, tanquam ab inerti poeta, esse neglectum, sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum; & tanquā in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiua quasi uietum, & caducum: quod ferendum est molliter sapienti quid enim est aliud, gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Læ. Atqui, Cato, gratissimum nobis, ut etiam pro Scipione pollicear feceris, nisi quoniam uolumus (speramus quidem certè) senes fieri, multo ante à te didicerimus, quibus facillimè rationibus ingrauescentem ætatem ferre possimus. Ca. Faciam uero, Læli, præsertim si utrique uestrum gratum, ut dicis futurum est. Læ. Volumus sanè, nisi molestum est tibi, Cato tanquàm longam aliquam uiam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quò peruenisti; uidere quale sit. Ca. Faciam, ut potero, Læli. sæpe .n. interfui querelis æqualium meorum (pares autem cum paribus ueteri prouerbio, facillimè congregantur) quas C. Salinator, quas Sp. Albinus homines consulares, nostri ferè æquales, deplorare solebant; tum, quòd uoluptatibus carerent, sine quibus uitam nullam putarent; tum, quòd sperenerentur ab ijs, à quibus essent coli soliti. qui mihi non uidebatur accusare, quòd esset accusandum, nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu euenirent, reliquisque omnibus maioribus natu; quorum ego multorū cognoui senectutem sine querela; qui se, & libidinū uinculis laxatos esse non molestè ferrent, nec à suis despicerentur. sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. moderati enim, & nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt: importunitas autē, & inhumanitas omni ætati molesta est. Læ. Est ut dicis, Cato. sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem senectutem uideri, id autem non posse multis contingere. Ca Est istud quidem, Læli, aliquid, sed nequaquā in isto sunt omnia, ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorē assecutū, nec hercule, inquit, si ego Seriphius nobilis, nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquàm fuisses. quòd eodem modo de senectute dici pōt. nec enim summa inopai leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem; nec insipienti, etiam in summa copia nō grauis. Aptissima omnino sunt, Scipio, & Læli, arma senectutis. artes, exercitationesque uirtutum: quæ in omni ætate cultæ, cum diu multumque uixeris, mirificos afferunt fructus, non solum, quia nunquàm deserūt, ne extremo quidem tempore ætatis (quamquam id quidē maximum est) uerum etiam, quia conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. Ego Q. Maximum, eum, qui Tarentum recepit, senem adolescens ita dilexi, ut æqualem. erat .n. in illo uiro comitate condita grauitas: nec senectus mores mutauerat. quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. anno enim post, quàm Consul primum fuerat, ego natus sum: cūq; eo quartum consule adolescentulus miles ad Capuā profectus sum quintoq; anno post ad Tarentum quæstor: deinde ædilis, quadriennio post factus sum prætor: quē magistratum gessi consulibus Tuditano, & Cethego, cum quidem ille admodum senex suasor legis Cinciæ de donis, & muneribus fuit hic, & bella gerebat, ut adolescēs cum planè grandis esset, & Annib. iuueniliter exultantem, patientia sua molliebat; de quo præclarè familiaris noster Ennius.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo magis, magisq; uiri nunc gloria claret.

Tarentum uero quia uigilantia, quo consilio recepit? cū quidem, me audiente, Salinatori, qui, amissio oppido, fugerat in arcem, glorianti, atque dicenti, mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti; certè, inquit, ridens: nam, nisi tu amisisses, ego nunquàm recepissem. Nec uero in armis præstantior, quàm in toga; qui consul iterum, Sp. Caruilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno pl. quòd potuit, restitit, agrum Picenum, & Gallicum uiritim contra senatus auctoritatem diuidenti: augurque cum esset, ausus est dicere. optimis auspitijs ea geri, quæ pro reip. salute gererent. quæ contra remp. fierent, contra auspicia fieri uir; multa in eo uiro præclara cognoui: sed nihil est ad mirabilius, quam quo modo ille mortem Q. filij tulit, clari uiri, & consularis. est in manibus laudatio: quam cū legimus, quem philosophum non contemnimus? Nec uero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, sed intus, domique præstantior. qui sermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ scientia iuris, augurij? multæ etiā, ut in homine Romano, litteræ: omnia memoria tenebat non domestica solum, sed etiam externa bella, cuius sermone ita tum cupidè fruebar, quasi diuinarem id, quòd euenit, illo extincto fore unde discerem, neminem. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? quia profecto uidetis, nefas esse dictu miseram fuisse talem senectutem. nec tamē omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres,

naualesve

nauales ve pugnas,vt bella à se gesta,ut triumphos recor
dentur.est etiam quietè,& purè,atque eleganter actæ æ-
tatis placida,ac lenis senectus:qualem accepimus Plato-
nis,qui uno,& octogesimo an.scribens est mortuus:qua
lem Isocratis;qui cum librum,qui Panathenaicus inscri-
bitur,quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, ui-
xitq; quinquennium post: cuius magister Leontinus
Gorgias, centum,& septem compleuit annos; neq; un-
quam in suo studio,atque opere cessauit.qui,cum ex eo
quæreretur cur tamdiu esse uellet in uita,nihil habeo in-
quit,quòd accusem senectutem.præclarum responsum ,
& docto homine dignum.sua.n.uitia insipientes,& suam
culpam in senectutem conferunt : quod non faciebatis ,
cuius modo mentionem feci, Ennius.

Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

equi fortis,& uictoris senectuti comparat suam : quem
quidem meminisse probè potestis. anno .n. unde uigesi-
mo post eius mortem hi consules, T.Flaminius,& M At
tilius facti sunt : ille autem Cæpione, & Philippo iterum
consulibus mortuus est,cum ego,quinque, & lx. annos
natus legem Voconiam magna uoce, & bonis lateribus
suasissem.sed annos lxx natus (tot.n.uixit) Ennius ita fe-
rebat duo,quæ maxima putantur onera,paupertatem,&
senectutem,ut eis penè delectari uideretur. etenim cum
complector animo,quatuor reperio caussas,cur senectus
misera uideatur;unam quòd auocet à rebus gerendis:al-
teram,quòd corpus faciat infirmum;tertiam, quòd pri-
uet omnibus ferè uoluptatibus;quartã, quòd haud pro-
cul absit à morte.earum , si placet , caussarum quantum
quæq; ualeat, quãque sit iusta, uideamus. A rebus geren
dis senectus abstrahit:quibus?an ijs,quæ iuuentute gerũ
tur,& uiribus?nullæ ne igitur res sunt seniles,quæ uel in-
firmis corporibus,animo tamen administrentur?nihil er-
go agebat.Q.Max.?nihil L.Paulus,pater tuus Scipio , so-
cer optimi uiri,filii mei? ceteri senes,Fabricij,Curij,Co
runcanij,cum remp. consilio , & auctoritate defendebãt
nihil agebant?ad Ap. Claudij senectutem accedebat ẽt ,
ut cæcus esset : tamen , cum sententia senatus inclinaret
ad pacem cum Pyrrho fœdusq; faciendum , non dubita-
uit illa dicere, quæ uersibus persecutus est Ennius.

Quò uobis mentes,rectæ quæ stare solebant
Ante hac,dementi sese flexere ruina?

Ceteraq; grauissimè.notum.n.uobis carmen est:& tamẽ
ipsius Appij extat oratio. atque hæc ille egit septem, &
decem annis post alterum consulatum , cum inter duos
consulatus anni decem interfluxissent, censorque ante
superiorem consulatum fuisset.ex quo intelligitur ; Pyr-
rhi bello grandem sanè fuisse:& tamen sic à patribus acce
pimus. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda uersari se-
nectutem negant:similesque sunt , ut si quis gubernato-
rem in nauigando nihil agere dicat,cum alij malos scan-
dãt,alij per foros cursent,alij sentinam exhauriãt;ille au-
tem clauum tenens , quietus sedeat in puppi, non facit
ea,quæ iuuenes, at uero multo maiora,& meliora facit.
non.n.viribus, aut uelocitatibus , aut celeritate corporis
res magnæ geruntur,sed consilio,auctoritate,sententia :
quibus non modo non orbari , sed etiam augeri senectus
solet.nisi fortè ego uobis,qui & miles,& tribunus:& Le-
gatus,& Consul uersatus sum in uario genere bellorum ,
cessare nunc uideor,cum bella non gero:at senatui : quæ
sunt gerenda,præscribo:& Carthagini, male iam diu co-
gitanti,bellum multo ante denuncio. de qua uereri non
ante desinam,quam illam excisam esse cognouero . quã
palmam utinam dii immortales,Scipio, tibi reseruent,ut
aui reliquias persequare:cuius à morte sextus hic, & tri-
gesimus annus est:sed memoriam illius uiri omnes exci-
pient anni consequentes anno ante me censorem mor-
tuus est,nouem annis post meum consulatum, cum con
sul iterum,me consule creatus esset.num igitur,si ad cen
tesimum annum uixisset,senectutis eum suæ pœniteret?
nec.n.excursione,nec saltu,nec eminus hastis, aut com-
minus gladijs uteretur;sed consilio,ratione,sentẽtia,quę
nisi essent in senibus,non summum cõsilium maiores no
stri appellassent senatum . Apud Lacedæmonios quidem
ij, qui amplissimum magistratum gerunt,ut sunt,sic etiã
nominantur senes. Quòd si legere,aut audire uoletis ex-
terna; maximas resp. ab adolescentibus labefactas,à seni
bus sustentatas reperietis Cedo,qui uestram remp. tan-
tam amisistis tam cito? sic enim percunctanti, ut est in
Næuii ludo , respondentur & alia, & hæc in primis.

Proueniebant oratores noui,stulti adolescentuli.

temeritas est uidelicet florentis ætatis,prudentia senectu
tis.At memoria minuitur:credo , nisi eam exerceas , aut
etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium ciuiũ
perceperat nomina:num igitur censetis eum cum æta-
te processisset, qui Aristides esset , Lysimachum salutare
solitum?equidem non modo eos,qui sunt noui,sed eorũ
patres etiam,& auos,nec sepulchra legens,uereor(quod
aiunt) ne memoriam perdam his enim ipsis legendis in
memoriam redeo mortuorum. Nec uero quenquam se-
num audiui oblitum,quo loco thesaurum obruisset om
nia,quæ curant,meminerunt,uadimonia constituta, qui
sibi , cui ipsi debeant.quid iurisconsulti, quid pontifices,
quid augures,quid philosophi senes?quàm multa memi
nerunt?manent ingenia senibus , modo permaneat stu-
dium,& industria:nec ea solum in claris,& honoratis ui-
ris,sed in uita etiam priuata,& quieta.Sophocles ad sum
mam senectutem tragœdias fecit . qui propter studium
cum rem familiarem negligere uideretur, à filijs in iudi-
cium uocatus est,ut quemadmodum nostro more, ma-
le rem gerentibus patribus bonis interdici solet ; sic illũ,
quasi desipientem,à re familiari remouerant iudices , tũ
senex dicitur eam fabulam , quam in manibus habebat ,
& proximè scripserat.Oedipum Coloneum recitasse iudi
cibus;quæsisseq;,num illud carmen desipiẽtis uideretur.
quo recitato, sentẽtiis iudicum est liberatus. num igitur
hunc,num Hesiodum,Simonidem,Stesichorum , num,
quos ante dixi,Isocratem,Gorgiam,num Homerum,nũ
philosophorum principes, Pythagoram , Democritum,
num Platonem,num Xenocratem,num postea Zenonẽ,
Cleanthem, aut eum , quem uos etiam Romæ uidistis,
Diogenem Stoicum coegit in suis studiis obmutescere
senectus?an non in omnibus ijs studiorum agitatio uitæ
æqualis fuit?Age,ista diuina studia omittamus , possum
nominare,ex agro Sabino rusticos,Romanos,uicinos,&
familiares meos , quibus absentibus nunquàm ferè ulla
in agro maiora opera fiunt,non serẽdis , non percipien-
dis fructibus,non condendis . quamquam in his minus
hoc mirum.nemo.n.est tam senex,qui se annum non pu
tet posse uiuere.sed ijdem in ijs laborant,quę sciunt nihil
omnino ad se pertinere.

Serunt arbores, quæ alteri sæculo prosint.

vt ait Statius noster in Synephebis, nec uero dubitat agricola, quamuis senex, quærenti, cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere modo hæc à maioribus uoluerunt, sed etiam posteris prodesse. Melius Cæcilius de sene alteri seculo prospiciente, quàm illud,

† *Aedepol senectus, si nihil quicquam aliud uitij*
Appetes tecum, cum aduenis; vnum id sat est:
Diu quis uiuendo, multa, quæ non uolt, uidet.

proAe depol, it stet. ersus enarij enim unt.

& multa fortasse, quæ uolt: atque in ea, quæ non uolt, sæpe etiam adolescentia, incurrit. Illud uero idem Cæcilius, uitiosus:

Tam etiam in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri,

iucundum potius, quàm odiosum. ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur: leuiorque est eorum senectus, quæ à iuuentute coluntur, & diliguntur. sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad uirtutum studia ducuntur, nec minus intelligo me uobis, quàm uos mihi esse iucundos. sed uidetis, ut senectus non modo languida, atque iners non sit, uerum etiam sit operosa, & semper agens aliquid, & moliens, tale, scilicet, quale cuiusque studium in superiore uita fuit. Quid quòd etiam addiscunt aliquid? ut Solonem uersibus gloriantem uidemus, qui se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit: ut ego feci, qui græcas literas senex didici: quas quidem sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens: ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti uidetis. quòd cum fecisse Socratem in fidibus audirem: uellem equidem, & illud (discebant enim fidibus antiqui) sed in literis certè elaboraui.

SAEpenumero] Incipit dialogus, in quo primum Scipio Catonem alloquitur. Locum autem priorem Scipioni attribuit, uelut iuniori, atque ita petulantiori, uel etiam dignitatem potius ac nobilitatem, quam ætatem respiciens. Cum, & tum] Hoc est partim, quæ particulæ ita discrepant, quod cum semper præponitur, & tum postponitur, & cum generali causæ iungitur, tum uero particulari, ut hoc in loco, cum & tum dicimus quando partes sunt dispares, ut cum lucro, tum uirrute studio operam damus, tunc uero cum, & dicimus quando partes sunt partes, ut tum Virgilio, tum Cic. opera mdemus. [Sapientiã] Est enim, ut à Cicero 2. de offic. diffinitum est, Sapientia diuinarum humanarumq; rerum, quibus hæ res contineantur. Scientia senectutem] Quoniam omnis disputatio de senectute futura est, quid senectus est, & unde dicatur non debemus ignorare. Est autem senectus sexta ætas hominum, dicta, à senario numero, uel ut alij uolunt, à sentiendo, quod in ea sensus deficiant. ætas quidem incipit ab infantia, quæ durat usque ad 7. an. dicta à non fando, quia homo in ea non fatur, aut si fatur imperfectus est sermo. Secunda est pueritia, cuius pars est pubertas, & durat in masculis ad quartumdecimum annum, fœminis autem ad tertiumdecimum, quia fœminæ citius maturescunt, & citius deficiunt, quia ut dicit Donatus, Quæ tardius crescũt diutius durant. Tertia est adolescentia, ab adolesco dicta. est autem est cresco. iuuenta est quarta. Virilis ætas quinta. Senectus sexta, quæ etiam senium appellatur. cuius pars est Decrepitas. Aetas uero ab æuitate per sincopam, hoc est concisionem dicta est. æuitas autem ab æuo, quod quidem à Græco ueuit αἰών, idest ætas per diphthongum scribitur. Grauem] Molestam, ut Nonius Mar. exponit, hunc tex. allegans Grauis autem multas habet significationes, ut idem, inquit. Plerisque] Multis, uel aliquibus. Odiosa] Tediosa, unde etiam Nonius sensum esse tædium, & odium dicit, quod adeo plerique senes ita dicunt. Filij senectus ipsa morbus est. Aetnæ] Mons in medio Siciliæ. quæ cum diphthongo, & sine aspiratione scribitur. Rem haud sanè difficilem] Ergo facilem. Catonis responsio est, cuius talis sententia est, quod res, quam ipsi difficilem admirantur, & putãt, facilis est uiris uirtute præditis, & obtemperantibus rationi, & difficilis, & grauis illis, qui nulli obtemperantes rationi, & hebetes sunt, & stulti, & inconstantes. Nihil opis] Auxilii, & fulcri. In ipsis] In propriis dotibus naturæ uidelicet atque artis, nec non cumulo, & summa earum uirtutum, quæ sua sponte ingenerantur. & illarum, quæ à uoluntate, rationeq; gignuntur, quæ absolutione rationis diffiniuntur, animique bona certa, & firma habentur ad quæ fortuna non aspirat. cetera fluxa, & momentanea sunt. uir ergo grauis, prudens, & constans à se pendet non à sorte, quæ ceca est, & temeraria, eorumq; aciem præstringit quos amplectitur. Bene] Studiosè, & honestè, quod non præstat nisi uirtus. Beatè] Sufficienter, affluenter, feliciter. is enim beatus dicitur, cui nihil deest. Grauis] onerosa, & molesta, non solum senectus, uerum, & ceteri gradus ætatis, in quibus non datur quies, & tranquillitas, nisi per uirtutem. Omnia bona] Perfectionem corporis, & animi, in qua uera consistit laus bonitatis, & excellentia, unde Bias ille Prieneus omnia sua secum asportare se dixit bona cum direptam patriam fugeret. Necessitas naturæ] Venditio, & sors naruralis, quæ lex diuina habenda est, eique sine cunctatione parendum. natura siquidem, aut deus est, aut diuinum instrumentum, & uirtutes omnes natura sunt, uitia uero contra. Inconstantia] Leuitas, hallucinatio, fluctuatio uotorum, & iudiciorum. Stultitia] Hebetudo, ignorantia, stoliditas. Prauitas] Peruersitas iudicii, atque corruptio. Obrepere] Latenter aduenire. Putare] Aestimare, iudicare, opinari. Qui] Quomodo, q.d. eadem ratio est de ceteris ætatibus, quæ inuicem succedunt, & accedunt. Permulcere] Lenire, oblectari. Stultam] Hebetem, ignaram, & deliram. Nostro cognomine] Catoniana appellatione. Principio, inquit Plut. non Cato, sed Priscus uocabatur, deinde Cato virtutis ergo cognominatus. nam Romani eum in quo multarum rerum usus esset, Catonem nominant. Carum, inquit Varro, Sabini appellant acutum, unde Ennius dixit: Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. [Descriptæ] Designatæ, compositæ, translatio à comœdiis, & tragœdiis, quæ actibus distinguuntur, & describuntur. Actus, inquit, Pompeius in comœdiis, & tragœdiis significant certa spatia canticorum, & motum corporis histrionum, & saltatorum, qui actuosi iccirco dicuntur. [Inerti] Rudi, inepto, imperito. [Extremum] Vltimum. [tempestiua] Opportuna. [Vietum] languidum, naturalibus priuatum uiribus. [Caducum] Momentaneum, & facile ad casum, & Caduca dicuntur poma per se cadentia. [Molliter] Iucunde, æquanimiter cum fit ex ordine naturæ, cui non est repugnandum, ne gigantes, idest terrestres quasdam naturas, & stolidas imitari uideamur hoc malum poetæ inuenerunt bellum gigantum, cum cælicolis referentes, quapropter inter Delphica dicta hoc erat: Deum sequere. Deum cole, Legi obtemperato, Sapientiam imitare, Sapientibus utere, pelle dolores. Sani morum carnifices, opportunitate temporis utere. [Ingrediendum] Ambulandum, eundũ. [Quale] Cuius naturæ, ac proprietatis. [Sæpe enim interfui.] Et Platonicis uestibulis hanc fabricam describit Cic. & ex illis quasi carceribus, & repagulis in hæc spatia excurrit, lustrataq; meta tendit ad palmam, siquidem apud Platonem in principio Politiæ iuuenis Socrates Cephalum honoratum senem sic appellat. Valde delector senilibus uerbis. uideor enim ab his audire oportere, qui uiam aliquam iam perfecerint, quæ & nobis fortasse peragenda erit, qua aspera, & difficilis, uel quam facilis sit, & peruia. Cui Cephalus, sæpe coimus plerique ferme æquales, antiquum illud seruantes prouerbium. plurimi ergo nostrum in cætu quæruntur uoluptatum, quibus in iuuentute frui licuit, desiderio affecti, & rem uenercam, & conuiuia ceteraque id genus recordati grauiter tanquam maximis priuati rebus, & tunc quidẽ se bene uixisse affirmãt, nunc aũc ne uiuere quidẽ. Nonnulli uero domestico rũ cõuicia, cõtumeliasque deplorant, & in hoc senectutẽ maximè

mè accusant, tanquam maximorum causam malorum, mihi
autem huiusmodi homines iniuria senectutem, vt horum cau-
sam culpare uidentur. nam si hæc causa esset, & ego eadem es-
sem passus propter senectutem, & reliqui omnes qui ad id æta-
tis deuenerunt. [Querelis] Expostulationibus æquæuorum.
[Pares] Aetate similes, moribus, atque studijs. Nam similia simi
libus gaudent, & simile ad simile agit deus, ut dicit Plato. pro-
uerbium, ait D. Hieron. in expositione canticorum, dictum est,
quoniam aliud palam dicit, & aliud intrinsecus indicat, unde
parabola etiam nominatur. [Facillimè] Aptissimè, & iucundis-
simè. [Quas] Querelas. [Voluptatibus] Delectationibus sen-
suum, in quibus plerique homines omne bonum ponunt, cum
animalia uiuant, & non homines. [Coli] Honorari. [Vsu ueni-
rent] Acciderent. [Laxatos] Liberatos] Liberatos, atque resolu
tos. [Moderati] Temperantes, & modum seruantes. [Non diffi-
ciles] Leues, faciles, citra morositatem. [Ne inhumani] Mites at
que tractabiles. [Tolerabilem] Facilem, & leuem. [Importuni-
tas] Morositas, & morum difficultas. [Inhumanitas] Asperitas.
[Opes] Fortunæ auxilia, & commoda. [Copias] Rerum necessa-
rium affluentia. [Dignitatem] Existimationem, auctoritatem,
nobilitatem, celebritatem. [Tolerabilem] Facilem, & mollem.
[Istud] Habere opes, copias, & dignitatē. [Seriphio] E Seripho
parua insula una è Sporadibus exulum quondam ergastulum,
& pœna [Iurgio] Conuicio, dissensione, altercatione. [splendo-
rem] Gloriam, & celebritatem nominis. [Inquit] Themistocles,
ut est apud Platonem, fatetur patriam conferre plurimum ad
gloriam comparandam, & opus ad facilem senectutem, sed re-
quiri etiam industriam, & mores, citra quos nobilis patria ciuē
non nobilitat. locus autem obscurus curricula non habet ad
nominis claritatem, atque splendorē. uerba Themistoclis apud
Plat. in j. de rep. hæc sunt: ἀλλὰ τὰ τοῦ θεμιςοκλέους εὖ ἔχει ὃς
τῷ σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι ὅτι οὐ δι' αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν
πόλιν εὐδοκιμοῖ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς σερίφιος ὢν ὀνόμα-
ςος ἐγένετο οὔτ' αὐτὸς ἀθηναῖος καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις χαλεπῶς τὸ
γῆρας φέρουσι δὲ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' αὐτὸ ἐπιεικὴς πάνυ τοι ῥᾳ-
δίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι οὔθ' ὁ μὴ εὔκολος ποτ' ἐν ἑαυτῷ
γένοιτο. [Vnquam] Aliquando. Ordo est. Nec ego fuissem no-
bilis si essem Seriphius, nec tu clarus si Atheniensis. Attamen
ignobilitatem loci non impedire claritatem nominis Liu. 10.
Decadis. bel. Maced. asseuerat. agens etenim de Catone dicit,
sed omnes patricios, plebeiosque nobilissimarum familiarum.
M. Porcius longè anteibat. in hoc uiro tanta uis animi inge-
nijque fuit, ut quocunque loco natus esset fortunam sibi ipse
facturus uideretur. Eodem modo] Pari ratione. [Leuius] Fa-
cilius, & tolerabilius. Ne sapienti quidem] Etiam uiro consum-
matissimo. [Insipienti] stolido, bardo, & imperfecto. Grauis]
Molesta, intollerabilis. [Aptissima] Conuenientissima, & de-
centissima. [Arma] Tutelæ, instrumenta, & fulcra. [Artes]
Rationes, cognitiones, & usus. cuius gratia uirtutes compa-
rantur, & iccirco actuosæ, dictæ. uis etenim quæ in actum non
prodit frustra habetur. Habeo, inquit idem Cicer. in 7. epist.
ad Lent. duas res quibus me sustentem, optimarum artium,
& maximarum rerum gloriam, quarum altera mihi uiuo nun-
quam eripietur, altera ne mortuo quidem. [Cultæ] Exercita-
tæ, ac frequentatæ, ac usurpatæ. [Mirificos] Maximos, & ho-
nestissimos. [Nunquam deserunt] quoniam infixæ sunt ani-
mis, & radicatæ, nec pendent à fortuna. Habitus siquidem cū
sit affectio, & dispositio permanens non facilè conuellitur. [Id]
Quod nunquàm deserant, etiam in senectute. [Conscientia]
Notitia honestatum, actionum. [Benè] Honestè. [Iucundis-
sima] Gratissima. Quicunque, dicit Plato, iustè sancteque ui-
tam exigit, dulcis cum spes comitatur, cor nutriens senectu-
temque fouens. ponit exemplum Qu. Fabii Maximi, de quo
abundè dictum est in Silianis comment. [Recepit] Actu recu-
perauit. cum Annibal, inquit Liu. captam urbem audisset, &
Romani dixit suum Annibalem habent, eadē qua ceperamus
arte Tarentum amisimus. [Vt æqualem] Eiusdē ætatis. [Gra-
uitas] seueritas. [Condita] Ornata, quasi quodam lepido
sapore gustuque uenusto. [Comitate] Affabilitate, benigni-
tate, humanitate. [Colere] Amare, assectari, frequentare.
[Grandem, ætate prouectum] Grandis ad ætatem refertur; nō
ad corpus, & in parte ætatis dicitur grandis non in tota uita.
nisi addatur natu, ut gerendis natu parens, grandis puer, gran-
dis ephebus. [Quartum consule] Collegam habuit Marcel-
lum tertium consulem, lege histor. apud Liu. libro iiij. deca-
dis 2. bel. pun. [Legis Cinciæ] Muneralis lex inquit Sext. Pom-
pe. uocata est qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere.
Martianus agens de verborum significatione dicit, dona pro
priè sunt, quæ nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur,
quæ si non præstentur nulla reprehensio est. Munus est, quod
necessario sub imus lege, more, imperioque eius, qui iuben-
di habet potestatem. Vlpianus dicit inter donum, & munus
hoc interest, quod inter genus, & speciem. nam genus esse
donum Labeo ait, vel à dando dictum. munus speciem. nam
munus esse donum cum causa, ut puta natalitium, & nuptia-
le. [Grandis] Annosus. [Exultantem] Vagantem, prouo-
cantem, & armorum annorumque ardore furentem. [Mollie-
bat] Frangebat, domabat. [Familiaris] Amicus, & quasi do-
mesticus. Nam quæstor Cato Romam duxit Ennium è Taren-
to, ut dicit Eusebius. [Cunctando] Tardando, pugnamque
differendo. [Rem] Romanum statum recuperauit, penè a-
missum, & labentem confirmauit. [Rumores] Inuulgatos
sermones de sua cunctatione, & ignauia. nam ab inuidis, ut
proditor taxabatur, & cunctator pro dictatore appellatus est,
atque traductus: quam calumniam magno animo, & erecto
Fabius pro communi utilitate, & salute contempsit. Salutem]
Conseruationem patriæ, quæ tunc in cunctatione consistebat.
unde Silius de Fabio, Ec mi sacra seni uis impressumque fuis-
set, sistere cunctando fortunam aduersa fouentē, Vltima Dar-
danii transisset nominis ætas. [Ergo] magis, magisque,
idest in dies fit maior, & splendidior; quoniam uegetas, & so-
lidas habuit radices. unde dicit alibi Cicero, uera gloria radi-
ces agit, & propagatur, ficta omnia tanquam flosculi celeriter
decidunt. [Vigilantia] solertia, diligentia. [Consilio] Pruden-
tia, commento. [Opera] Labore, atque industria. [In toga] i.
ciuilibus negocijs. [Viritim] per singulos uiros. Auctoritatem]
Voluntatem, atq; decretum. [Ferrentur] Proponerentur, &
decernerentur. de auguriis in explanatione diuinationis di-
ctum est. [Quo modo] qua constantia, & æquitate animi. [Lau
datio] Inquit Seneca, uocem exigit. ideo dicimus funebrem lau
dationem. Laus autem non ad uocem refertur, sed ad senten-
tiam licet enim uir bonus taceat, sed aliquem iudicet laude di-
gnum esse laudatus est. Laudat, qui laudandum esse iudicat.
Laudatio est oratio cōplectens laudes laudati, & dotes. [Est in
manib. [Extat recens, grata est, lectitaturq; illa dicuntur es-
se in manibus, quæ arrident, & iugi contactu fouentur. idem
Cic. in j. ep. ad Lent. Sic in manib. habebant, sic fouebant, sic
me præsente osculabantur. [In luce] In aperto, & negocijs po-
pulo notis, & manifestis. Intus] In priuata uita domestica-
que. Iuris] Ciuilis institutionis, quæ bono cuique nota es-
se debet. [Et auguri] Artis, & disciplinæ auguralis, idest spe-
ctandarum auium, & captandi loci ad auspicandum. In ho-
mine R.] cui, scilicet in proprietate Latinis sermonis magister
est usus, & non anxiæ ac scrupulosæ Grammaticorum græco-
rum formulæ. Nō sunt ociosi, dicit Sen. qui in litterarum inu-
tilium studiis detinentur, quæ iam apud Romanos quoq; ma-
gna manus est, Græcorum iste morbus fuit. [Literæ] Peritia
Grammatices, idest literariæ scientiæ, purique sermonis, &
elegantis. [Domestica] Itala, & Romana. [Externa] Pere-
grina, & barbara. [Miseram] Infelicem, & intolerabilem.
[Pedestres] Terrestres. [Quietè] Ociosè. [Purè] Iustè, castè, in-
nocenter. [Eleganter] Cultè, ornatè, politè, concinnè, citra
sordes uitæ uictusque. [Panathenaicus] Liber Socratis de lau-
dibus patriæ recitatus in magnis Panathenæis, idest celebritato
Palladis, quæ ἀθηνᾶ dicitur à Græcis. [Leontinus] E Leon-
tinis urbe Sicula. [Cessauit, ociosus fuit] Cessare, est nihil age-
re. [Supremo] Vltimo curriculo. [Olympia] Ludos curules
in campis Eleis, atque Olympicis. [Confectus] Remouetur,
s, in scansione, ut priscus fuit mos. Voconius inquit Asc. Ped.
legem tulit, ne quis census, idest pecuniosus hæredem relin-
queret filiam. Classici, inquit Gellius, dicebantur, non om-
nes, qui in classibus erant, sed primæ tantum classis ho-
mines, qui centum, & uiginti quinque milia æris amplius
ue censi erant. infra classem autem appellabantur secun-
dæ classis, ceterarumque omnium classium, qui minore sum-
ma æris, quam supra dixit censebantur. hoc eo strictum no-
taui, quoniam in M. Catonis oratione, qua Voconiam le-
gem suasit, quæri solet, quid sit Classicus, quid infra classem.

[Bonis

[Bonis lateribus] Vegetis uiribus, & spiritu sonoro ac ualido, in lateribus illa sunt quæ adducunt,& remittunt, anhelantes qui malis lateribus laborant. [Onera] Pondera difficilis uitæ. Ennius, inquit Eusebius in historia temporum à Catonem Romam translatus, habitauit in Auentino parco admodum sumptu contentus,& unius ancillæ ministerio. [Etenim] Certè, omnino. [Complector] Colligo, considero. [Causas] Rationes [Misera] Calamitosa intolerabilis infelix. [Auocet] Abstrahat, auellat, abducat. [Voluptatibus] Corporeis delectationibus,& maximè gustatus,& tactus. [Quanta] quam magna, potens efficax. [Iusta] Legitima, uera honesta. [Vel] etiam languescentibus corporeis uiribus, quæ animi robore compēsantur,& prudentia, quæ usu comparatur,& augetur iuuenes etenim non temere sunt prudentes, quamuis,& habeantur,& sint sapientes. [Socer] Quoniam Tertia Pauli, Aemilij filia, nupsit filio Cat. [Auctoritate] Aestimatione, dignitate, maiestate. [Ad Appij Claudii] Liu. dicit Cyneas legatus à Pyrrho est senatum missus petiit, ut componendæ paucis causa, rex in urbe reciperetur, de qua re cum ad frequentatiorem senatum referri placuisset Ap. Claud. qui propter inualetudinem oculorum tam diu à consiliis publicis abstinuerat, uenit in curiam,& sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. [Prosecutus est] Complexus est numeris, expressit, tractauit, cecinit. Rectè] Fortes, constantes, intrepidè. [Flexere] Curauerunt,& deiecerunt. [Dementi ruina] Vecordi casu,& stolido impetu citra rationem,& decorum Romani nominis. [Grauissimè] Prudentissimè ac seuerissimè. [Egit] Habuit pronunciauit. [Alterum] Secundum [superiorem] Primum App. Claudius Censor, inquit Liu. aquam perduxit,& uiam strauit, quæ Appia uocata est libertinorum filios in senatum legit. [Grandem] Annosum. [Accepimus] Audiuimus maioribus natu senem Appium talem dixisse in sententiam. [Afferunt] Probant, gubernator est rector nauis,& moderator. [Malos] Arbores nauium quarum ima pars sentina dicitur. [Foros] Tabulata,& spatia, per quæ discurrunt nautæ. [Clauum] Temonem,& gubernaculum. Meliora] Vtiliora. Tribunus] Cato meruit ad Termopylas sub M. Attilio Coss. Tribuni militaris officium erat milites in castris continere, ad exercitationem ducere delicta castigare, querelas audire, ualetudinarios inspicere. legatus est etiam in Africa Cato ad discordiam inter Carthaginienses,& Masinissam componendam. In consulatu collegam habuit Val. Flaccum,& citeriorem Hispaniam sortitus est, legatusque fuit Sempronii consulis. [Cessare] Languere, ociosum esse. [Præscribo] Præfinio, ordino, formulas do. [Malecogitanti] Aemulæ imperii nostri,& inimicæ. [Denuncio] Præmoneo, prædico, exhortor. [Palmam] Victoriam,& lauream. [Aui] Per adoptionem Africani, qui superato Annibale Carthaginem tributariam effecit. Persequere] Perseuerando conficias, atque absoluas, quod ille inchoauit. [Memoriam] Exemplarem recordationem [Consequentes] Futuri .i. ipsa posteritas. [Minus] A longe, [Cominus] Prope [Ratione] Prudentia, consilio. [Amplissimum] Summum Iurisconsul. 2. digest. dicit magistratus est, uel is, qui in potestate aliqua sit, utputa proconsul, uel prætor, uel alii, qui prouincias regunt. Vlp. agens de significatu verborum, inquit, hi magistri appellātur quibus præcipua cura rerum incumbit,& qui magisquam ceteri diligentiam rebus quibus præsunt habere debēt quinetiā,& ipsi magistratus per deriuationē à magisco nominātur. un̄ ēt cuiuslibet disciplinæ pceptores magrī appellātur à mouēdo, uel mōstrādo. Extrema] Peregrinas historias. [Labefactas] Concussas, euersas. [Restitutas] Erectas,& recreatas. [Cedo] Dic, expone verba sunt ex Attellana fabula. [Percontantur] Quærunt (ut est in Nonii præcone posteriore) Non. auct. Mac. poeta fuit Attellanarū fabularum, inter quas erant præco prior,& præco posterior. Nouius Marcellus testem citat Pomponium poetam Attellani cum in præcone posteriore Nouius, inquit Macrob. probatissimus Atellanarum scriptor. Mummius quoq; qui post Nouium,& Pomponium iacentem artem suscitauit. [Oratores] Suasores. [Stulti] Bardi, imprudentes. [Temeritas] Impetus, cæcitas, imprudentia. [Prudentia] Iudicium uerum. [Tardior] Hebetior docilitas,& memoria uirtutes naturales habentur,& sunt. [Sepulchra] Elogia sepulchrorum. [Quod aiunt] prouerbialiter usurpatur, memoriam ab his amitti, qui talia monimenta legerent ea siquidem refouent memoriam, non debilitant, ut uulgus opinatur. Adagiū vetus erat viuorū meminisse oportet, cuius meminit idem Cic. in ult. de Finib. monimentum, inquit Iurisc. xi. digest. est, quod memoriæ seruandæ causa positum est,& res memoriæ causa in posterum prodita in quam si corpus, uel reliquiæ inferantur fiet sepulchrum monimentum Græci κενοτάφιον appellant. [Ipsis legendis] Legendo ipsa. [Obruisset.] Defodisset. [Vadimonia] Sponsiones in iudicio sistendi quempiam, uel seipsum ad præfinitum diem. atque tribunal. unde uas dicitur sponsor datus in re capitali. differre uadimonia, est tempus sistendi prorogare. quod prætorium est munus. [Debeant obligentur.] Debitor, inquit, lauris consultus de uerborum significatu, is intelligitur à quo inuito exigi pecunia potest. [Iurisconsulti] Peritiam ciuilis iuris habentes. [Pontifices] Qui iura callent pontificia. hi quondam annales conficiebant, qui maxime appellabantur. [Augures] Ius rite augurandi profitentes quorum libri augurales. [Manent] Perseuerant, durant. [Ingenia] Naturales dotes, docilitas uidelicet atque memoria, quæ uno ingenij nomine appellantur. [Studium] Cura, exercitatio. [Industria] Honestus labor,& uigilantia. [Honoratis] Honore functis magistratibus, qui sunt ad communem bonum. [Quieta] Ociosa, remotaque a publicis curis. nam publicum,& priuatum opponuntur, ut sacrum atque profanum. [Familiarem] Domesticam. [Nostro more] Romano ritu. Iustin. dicit furiosi, prodigi licet maiores 25. annis tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. [Patriis bonis] Bonorum administratione suspendi, atque priuari. [Desipientem] Delirantem, insanientem. [Proxime] Nouissime ac ultima opera,& loco [Coloneū] Tragediam de Oedipo, qui è patrio solo deturbaus Atticum littus incoluit. quem tyrannum idem Sophocles tragico stylo descripserat. Colonus littoralis locus Atticæ regionis Neptuno sacratus ubi Oedidus patria à sceptro à Creonte pulsus ultimam egit ætatem, cuius uitam,& studia prosecutus est Sophocles tragœdia, quam Oedipum Coloneum inscripsit. Antigone quærenti, de patre, ut auctor est Euripides in Phœnissis, quis cum locus excepturus esse respondit, Sacer colonos domus equestris dei. Cic. in 5. de Fin. dicit, Me huc modo uenientem conuertebat ad sese Colonus ille locus cuius incola Sophocles ob oculos uersabatur. me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc ueuientis,& illo mollissio carmine, quæ nam essent hæc loca requirentis spes quædam cōmouit. [Hesiodus] Ascreus fuit, Simonides poeta Lyricus ex Cea insula Stesichorus Siculus, Pythagoras Samius, Democritus Abderites, Zeno Stoicorum princeps è Citio urbe Cypri. unde Citicus dictus. Cleanthes ex asso urbe Troadis. [Romæ uidistis] Athenienses legauerunt ad Senatum Populumque Rom. Carneadem Academicum. Diogenem Stoicum,& Critolaum Peripateticum. [Agitatio] Exercitatio, tractatio. [Aequalis] Par,& comes.i. eiusdem ætatis, quoniam senectutem nunquam deseruit. [Familiares] Amicos,& quasi domesticos. [Maiora opera] Grauiora,& præsentiam domini requirentia, ut est serere, fruges percipere, atque reponere. [Serendis frugibus] Terræ mandando semina. serere aliquid est illud terræ admouere condere proprie, inquit Pompeius, est unum,& interiorem locum dare ad custodiam faciliorem, quod uerbum, nunc significat conscribere, nunc facere, nunc instruere. Condus dicitur is qui uitalia recondit, promus qui promit, profertq; in usum. [in illis] Rebus rusticis ad anuas fruges, fructusque pertinentibus. ratio autem est, qm̄ opinantur se eis posse frui,& adhuc per annum prorogari uitam. [Serunt] Plantant [Alteri seculo] Aetati posteræ, ac nepotibus cū ipse sator fructum sperare non possit, sed posteritati consulit. [Statius noster] Cæcilius comicus amicus,& ferè æqualis fuit siquidem Cæcilius Mediolanensis Ennij contubernalis. Gel. lib. 5. sic scribit, Statius seruile nomen fuit, plerique autem ueteres serui eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comœdiarum poeta inclytus seruus fuit,& propterea nominatus est Statius, sed postea uersum est nomen in cognomen, appellatusque est Cæcilius Statius. [Synephebis] Comœdia cui appellatio indita est à combuscentibus, in ea siquidem de duobus æqualibus ephebis agebatur. Diis] Ad honorem deorū, quos ut præsides frugum, fructumque uenerabatur Prisca ætas. [Prospiciente] Prouidente,& consulente satu arborum alteri seculo profuturarum. [Quam illud eiusdem] Illa sententia

eiusdem Cæcilij, quæ talis est. [Aedepol] Aduerbium est iurandi per numen Pollucis dixit hoc Cæcilius in sugillationem senectutis hæc secum incommoda ferentis. [Vitij] Rei uitiosæ ac noxiæ. [Videt] Ipsa senectus, & senex confectus senio. [Et multa fortasse] Responsi est Catonis, & Cæcilianæ sapientiæ confutatio. idem, inquit vsu venit aliquando etiam adolescentiæ. [Vitiosus] idest praue atque corrupte citraq; uerum rei iudicium. [Tum etiam] Præterea dixit Cæcilius accumulans miserias senectutis. Reputo] Existimo, iudico, opinor. [Miserrimum] Infelicissimum. [Sentire] Cognoscere, experiri, sensu percipere. [Odiosum] Iniucundum, illepidum. [Iucundum] Gratum, & lepidum, atque uenustum dicit Cato contra Cæcilium indoles dicitur signum, & quasi odor quidam futuræ uirtutis, ac uitii. [Leuior] facilior, & tolerabilior. [Coluntur] frequentãtur, honorantur. [Studia] Exercitationes, curas, & uoluntates rectas, atque honestas. [Languida] Debilis. [Iners] Ignaua, pigra, ociosa. [Operosa] Actuosa, solertis, opere indulgens. [Moliens] Cogitans, tractans, moliri est, uel corpore, uel animo aliquid conari, & moueri ad aliquid agendum [Studium] Cura, usus & uoluntas. [In uersibus] Plato in Timæo agens de uersibus Solonis dicit, si Solon non tantum relaxandi animi gratia, sed dedita opera serioq; sicut alij poesim sectatus esset, uel historiam, quam ex Aegypto reuersus instituerat, absoluisset, à qua seditionibus ceterisq; ciuitatis fluctibus deturbatus medio incursu destitit, nec Homero Hesiodoque inferior extitisset, canebat siquidem bellum Atlãticum gestum à priscis Atheniensibus cum his, qui Atlantidem insulam incolebant. Idem in libello de philosophia dicebat Solon, senesco semper plurima addiscens, & mihi quidem uidetur semper sic oportere aliquid addiscere cum hominem, qui philosophus futurus sit, siue iunior fuerit, ut in uita, quam plurima addiscat. [Arripui] Apprehendi, hausi. [In fidib.] In musicis instrumentis, & concentibus. Connas citharœdus erubuit in fidib. Socratem senescentem, qua propter pueri Connam, vt senum doctorem cauillabantur, ut auct. est Plato in Euthydemo. [Discebant antiqui] Poteram, inquit Fabius, uel iudicio veterum esse contentus. nam quis ignorat musicem tantum iam illis antiquis temporib. non studij modo, verum etiam venerationis habuisse, vt ijdem musici, & uates, & sapientes iudicarentur. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit, deniq; in prouerb. vsq; græcorum celebratum est, indoctos à musis, atq; græcis abesse.

FRAN. MAT. NIHIL opis] Hoc est auxilij. Terent. Iuno Lucina fer opẽ. in plurali numero diuitias significat. ut Virgil. in ij. Troianas, ut opes, & lamentabile regnum. & in singulari possibilitatem etiam significat, ut non opis est nostræ Dido [In ipsis] Hoc est in animo suo, & hoc uerbum magnam uim habet, nam homo componitur ex corpore, & anima, & corpus est, quædam vagina animi, & cum dicit in ipsis intelligit de animo, & ipsis hominib. quia homo est animus, & sensus latens in corpore, unde dicunt græci οὐ κὲ ςιν ἄνθρωπος ὁ ὁρωμεν. Sic Cic. in lib. de rep. hoc est de somnio Scipionis, non est homo, quod digito monstrari potest. [A bene] quantum ad uirtutem [Beate] Quantum ad copiam unde beatus ab habendo dictus est. Iuuen. Vetulæ uesica beatæ, unde dicitur beatitudo, quod magnam copiam habeat. [Naturæ necessitas] Quia à natura necessario sequitur senectus. [Quo in genere] Quo in malo, quod afferem à natura, si malum dici potest, est modus loquendi oratorius, & maxime Ciceronianus, & vt plurimum ponitur, pro qualitate. vt quatuor sunt genera causarũ. item epistolarum multa genera esse nõ ignoras. [Ex optant] Animo deliberant, & in hoc differt à cupio, quod est uerbis, illud autem animo. [Eandem accusant adepti] .s. senectutem, ad quam cum peruenirent eam accusant, & dicunt grauem, & molestam esse, & quendam morbum. [Tanta] .s. est eorum inconstantia, quædam animi discordia, quod non stant firmi in proposito, quia primo exoptant ipsam senectutem adipisci, quam postquam sunt adepti uehementer accusant. [Stultitia] Vt dicit Donat. in Eun. est quatuor modis aut non uenire in mentem quod oportet, aut si ueniret non tenere, aut bonum cõsiliũ amittere, ex quo facilè intelligere possumus raros esse, qui non sint, quod quidem in epistolis noster confirmat Cice. Stultorũ plena sunt omnia. & stultus dictus est à stultitia, & in hoc differt à fatuo, qđ fatuus est ꝓpriè inepta loquẽs à fando dictus. hinc fatuus dr̃, & fatuus differt ab insulsu, q.a fatuus est verbis, & dictis, Insulsus uero est corde, & animo, & stultus ab insano, Terent. Hic stultus insanos facit. [Peruersitas] Est ordinis confusio, & peruersio, quod ordinem naturæ tales senectutem accusantes uertunt. [Obrepere aiunt] ἀνθυποφορὰ ad aduersarios, quod dicunt eam scilicet senectutem. [Obrepere] Clanculum subintrare. est autem proprie serpentum, quæ humiliter, & per terram trahunt corpus, unde appellantur reptilia, primum respondet τῇ ἀνθυποφορᾷ ab aduersariis factæ. [Quis coegit eos falsum putare?] Quia dicunt obrepere senectutẽ citius, quam putassent, quasi dicat nullus. [Senectus citius obrepit adolescentiæ, quam adolescentia pueritiæ.] Hoc autem ideo uidetur hominibus, quia omnes uellent in adolescentia permanere, quæ ceteris ætatibus iucundior est. Sed sanè sciendum secundum antiquos hoc loco ætatem in tres partes esse diuisam Veluti Var. scribit, & ab A. G. noct. Att. libro 9. excipitur, scilicet in pueritiã, quæ est usque ad 17. ann. & adolescentiam, quæ durat usque ad 46. ann. & in senectutem quæ reliquo tempore satisfacit. [Si octingentesimum annum agerent, quam octogesimum,] Hoc est fecit, quod unusquisque longam duceret ætatem, quod maxime cupit, unde est, quod nemo est tam senex, qui se non putet annum uiuere posse. [Quamuis longa] Hoc est quantumuis longa. [Stultam senectutem] scilicet quæ est in stultis hominibus, non autem quod sit senectus uituperatio. [Quæ utinam digna esset opinione uestra] Verecunde loquitur Cato, quod utinam essem sapiens ueluti uos existimatis adolescentes. [Nostroque cognomine] Quia per cognomen sapiens Cado dicebatur, & bene cum summus orator, summus senator, summus imperator, ut Plin. inquit, & summus paterfam. legitur. [Et nostro cognomine] Et est sensus, ut essem dignus isto nostro cognomine, idest appellatione ista qua me nominatis. Verum cognomen, ut ante diximus proprie loquendo ad familiam spectat. [In hoc sumus sapientes] Ad euitandam arrogantiam usus est numero plurali, quod istis temporibus contrarium est. Naturam] Retionem uirtutis. Natura enim est, ut ait Ser. in Georg. mater omnium rerum dictaque, quod inde nascatur omnia, qui qui pater, dicitur rationi obedire, quã tanquam deum dicit Cato se esse secutum. [Extremum actum] Quod est ipsa senectus. Similitudinem traxit à comicis, & tragicis, qui comœdias, & tragœdias in actus diuidunt, & earum nulla est, quæ plures quinque, aut pauciores habere possit, ut Horat. Fabula, quæ posci uult, & spectata reponit, Neu minor quinto, neu sic, productior actu. [Ab inerti poeta] Sicut fuere illi de quibus in poetica loquitur Horat. Infelix operis summa, quia ponere totum Nesciet. Iners autem ab in & arte dicitur, quasi sine arte. Poeta uocabulum græcum ποιητης, a ποιέω fingo, uel facio. Quidquid enim dicunt poetæ, fingunt quidem. [In arborum baccis, & terræque frugibus] Similitudo est tracta à fructibus. nam fructus cum sint acerbi, & fruges immaturæ, sunt in altum erecti, cum postea maturescunt incipiunt declinare, sic est in hominibus. [Bacca autem est fructus omnium arborum, & tantum significat, quantum poma, & per unum c. scribitur. Iuuen. Vsque nihil est, quod nostra infantia cœlum Hausi Auentini bacca nutrita Sabina. quando uero puellam bacchantem, tunc per binum c, & cũ aspiratione scribitur. Tempestiua] Quę venit in tempore. Vnde dicitur tempestiue uenisti, hoc est in ipso t.pe. [Vietum] Curuũ, & flexum, a uinco, & caducũ. [Molliter] Suauiter, æquo aîo. [Bellare cum diis] Et de his nota est fabula. nã montes montib. imposuerunt, ut Ioui cœlũ auferrẽt. vt Virg. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. [Atqui Cato] Qm̃ tolerabilem esse senectutẽ à Cat. præmonstratum est. quæritur modus ab istis adolescentib. [Vt uia] Ratio tolerantiæ, quibus si forte ad senectutem peruenerint eam ferre possint. [Nobis] Vt humanitatẽ ostenderet adolescẽtulus dixit nobis. i. mihi, & Scipioni. [Polliceat] Pollicemur sponte, promittimus rogati. [Si multo ante à te didicerimus] Hoc est multos annos antequam ad senectutem perueniamus. [Quibus rationibus] .i. quatuor modis, & formis. [Ingrauescẽtem ætatem] .i. ipsam senectutem, quæ grauescens ætas appellatur, ut Cic. in epist. ad Cur. ut ætas nostra ingrauescens in amore atque in adolescentia conquiescat tua. [qm̃ speramus] .i, bonum futurum expectamus, & per parenthesim hæc dicta sunt. est enim sperare bonum expectare futurũ. [Faciã vero Læli] Hoc potissimũ obseruare,

uare, ut per sermonem intelligatur quis loquitur, & cui sermo dirigatur. Sane sciendum maiorum istorum præceptorũ partem à Platone cępisse Cic. [Nisi molestum est] Decorum seruat, ut istis adolescentulis humanitas tribuatur. & Cat. humanitas, & uenerabilitas, grauitas, & molestia à mole dicta est. [Tanquam aliquam longam uiam] Tanquam per omnes ætates, quæ quidem comparat uiam, per quam itur ad senectutem, vt catholici faciunt, qui homines viatores appellant. [Istuc] Pro istud utroq; modo facit, & propriè loquitur .s. quod est in re audiente, nam hic, & hæc, & hoc, rem proximam dicenti significat, & istam rem proximam audenti Cic. in epist. Putares ne nunquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, neque solum ista nostra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? [Quale] Asperum, aut mite, aut iucundum. [Vt potero] Pro uerbis meis. & captat beneuolentiam arrogantiam euitando. [Interfui querelis] idest præsens sui sæpe, nam præsentiam significat quãdo iungitur cum datiuo. [Aequalium meorum] Dicuntur.n. æquales, & ætates, & amore. [Salinator] Quia .s. æquales isti ciues R. tuere, & Cat. familiares, & fermè eiusdem ætatis viri, Pares autem, per parenthesim dictum est. Consulares] Quod olim in consulatu fuere. [Voluptatibus] scilicet corporis, alias uoluptas est iucunditas. Cic. in epist. Magnæ mihi fuerunt uoluptati literæ tuæ, sed uoluntas per inscriptum alicuius rei honestæ faciendæ desiderium, & appetitum significat. [Carere] Est propriè rem desideratam non habere. [Ab his] .s. filiis, uel amicis, uel clientibus. [Coli] Est uenerari uerbis, gestu aliquo corporis, & multas habet alias significationes, quas Non complectitur opere suo, qui respondet his æqualibus suis ita conquerentib. Quod etiam esset accusandum, quia non senectus, sed eorum mos malus erat accusandus, quod probat dicens. [Nam si id] .s. quod uoluptatibus carerent, & quod spernerentur. [Vsu ueniret] Illud usu nihil facit, nisi quod contingere significat, ut Q. Pædianus ait Terent. in Phor. Mihi usu uenit: hoc scio, sed non contingunt, ergo non culpa senectutis, sed morum malorum id accidit. [Libidinum uinculis laxatos] Liberatos, & elargatos à libidinibus, quib. seruiebant. vnde uidetur, quod senectuti plurimum debeamus, quæ ex seruis nos fecit liberos, cum ex libidinibus, & uoluptatibus nos liberet, quib. dum paremus serui sumus. In moribus] .s. malis. mos .n. est uiuendi bene, & male consuetudo, & duplex est bonus, & malus. unde moratus, & morosus dicitur. moratus .n. est bonis instructus moribus, morosus, qui nullum bonum habet morem, & nulla re contentatur, quod modo ait modo negat, & modo uult, modo non uult. Nec difficiles.] Sed faciles, & mansueti. & benigni. [Importunitas] A porte in qua nullus est portus, & quies à quo opportunus, & opportunè non autem ab oportet, ut quidam dicunt. [Est ut dicis Cato] Obiectio est sumpta ab humanitate. cuius sententia talis est. M. C. verum est, quod dicis, sed aliquis fortè diceret, quod non idem est in omnibus, id quod est in te, qui diues, qui in dignitate positus, qui sapiens ea possides, quibus facillimè ferre potes senectutem. Nam qui pauperes sunt, & maximè inopia constituti, istis non tolerabilis uidetur esse senectus. [Opes] Ad magnificentiam, & ultra usum sunt, diuitiæ quæ ad vsum tantum, & ad uitam ducendam sunt, unde Cice. in libro de amicit. Diuitiæ vt vtare, opes, ut colare. [Copias] Cuiuslibet rei facultates à con, & opibus dictas, & interdum copiæ copiarum populi tantum exercitum significat. Ter. in Eun. militem secum ad te quantas copias adducet, at copia uero aliarum rerum in singulari. [Et dignitatem] Auctoritatẽ cum honore est, & dignitas magistratus aliquis. [Et illud] Respondet Cato obiectioni prædictæ, cui aliquãtulum assentitur, sed post modum ostendit, quæ ueram tolerantiam faciunt senectutis per similitudinem, & exemplum. [Istuc] prisco more declinauit. nec est pronomen ab iste, & hic compositum, ut quidam putant. [In isto scilicet in opibus, copiis, & dignitate, quas tu dicis sunt omnia, scilicet, quæ requiruntur ad ueram senectutis tolerantiam, quia sunt artes, & uirtutem actiones, ut Themistocles Athen. præclarus ciuis, & summus imperator, qui Persas Xerxemque profligauit, de quo Aemilius Prob. multa dicit in uita eius. [Seriphio] Viro cuidam de Serípho. Iuuen. Contingit, & paruæ tandem paruisse Seripho. vnde Seriphius nomen est gentile. [Gloria] Amplissima fama ex perfectissimo hominum sermone. [Nec hercle] Aduerb. iurantis per quod tantum mares iurabunt, ut per Castorem fœminæ, per pollu-

cem uero vterq; sexus. [Inquit ille] A Gell. de noctibus atticis, ordo est, inquit ille Themist. Hercle si ego essem Seriphius, nec ignobilis, scilicet fuissem, quia sola uirtus me fecisset nobilem, tametsi natus fuissem in Caucaso, & mihi admouissent ubera tigres non modo in Seripho, & tu nunquam fuisses nobilis, & clarus quamuis, & natus fuisse Athenis, uel aliquo alio nobilissimo loco, & celeberrimo, quia in te nulla est uirtus, quę fecisset te nobilem. [Quod eodem modo] Aptat comparationem. [Nec enim] subiungit rationes, quòd sapienti senectus inopia non potest esse non leuis, & insipienti summa copia non potest esse non grauis. [Inopia] In qua nihil sit opis. inops, & pauper in hoc differunt, quia inops propriè dicitur, quia nec opem habet .i. auxiliũ aliunde, uel tantum terræ quo possit sepeliri, pauper uero, quod non omnino caret auxilio, & paruam habet pecuniam, & res unde uiuat. uiuit tamen, sed male. [Aptissima ar.] Ostendit qua arte tolerabiliorem senectutẽ habere possimus. Arma enim quælibet instrumenta cuiuslibet artis appellantur. unde Virg. de agr. instrumentis, inquit. Dicẽdũ, & quæ sint duris agrestibus arma. Artes, exercitationesq;] Bene subiungit exercitationes, quia ars sine exercitatione non multum prodest. [Cultæ] Ab arte agriculturæ tractum est, cui respondent etiam partes sequentes, ut mirificos fructus. [Diu multumque] Frequentissimè his duobus aduerbiis utitur Cic. eodem modo, ut in ueteri rethorica, diu multumque. [Vixeris] Optimus modus loquendi cum secunda pro tertia utimur persona, ut nunc vixeris, hoc est aliquis uixerit. [Non solum] Exponit ipsos mirificos fructus uirtutis, quos dicit esse duos. [Verum etiam] Secundus fructus. [Conscientia] Vocabulum mesum est, ut valetudo, uenenum, quod dicunt græci φαρμακον. [Iucundissima est] Voluptuosissima cum fructu, vnde in contrarium uertendo dicimus conscientia malæ actæ uitæ, multorumque malefactorum recordatio grauissima est. [Ego Q. Max. [Exemplum exponit, quo ostendit senectutem esse tolerabilem. Q. F. Max. nobilissimus ciuis Rom. fuit, & præclarissimus imperator ex gente Fabia, ex tota hac familia ipse solus euasit cum una uice omnes Fabij, qui erant 306. occisi fuerunt intenti in campis, idibus Feb. quam rem meminit Ouid. de Fast. Hæc fuit illa dies in qua uehementibus armis Trecentum Fabij, ter cecidere duo. ut hic Fabius euasit paulopost inquit Naso. Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes, Ad bellum missos abstulit una dies. ut tamen Herculeæ superessent semina gentis. Credibile est ipsos consuluisse deos: Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis, unus de Fabia gente relictus erat. Scilicet, ut posses olim tu Maxime nasci, Cui res cunctando restituenda foret. [Qui Tarentum] Calabriæ ciuitas in fine Italiæ Tarentum autem primo breue oppidum, quod Taras Neptuni filius ædificarat, sed postea Lacones auxerant duce Phalanteo octauo ab Hercule, quam rem tetigit Virgi'. in 3. Herculei si uera est fama Tarenti. [Recepit] liberauit ad Annibale. Virg. frugesque receptas. [Comitate] Benignitate, & facilitate, unde benignus, & facilis. [Condita] Accentum habet in penultima. [Tamen iam ætate] pro qua poterat haberi circiter quinquaginta annos, quam ætatem cognoscere possumus ex sequentibus. [Anno enim] Ordo est enim primo consul fuit postquam ego natus sum, unde possumus scire, quòd & Fab. habebat 25. annos antequam Cato fuisset natus, quia consulatus nemini tribuebatur, nisi 25. ann. ageret, & per hoc ab anno primo consul fuit postquã Cato natus fuit. [Quartum consule] Hoc est eo iam quartum cõsulatum agente. Vnde notandum est, quod differentia est inter quartum consul, & quarto consul, quam A. G. de noctib. att. ponit. nam quarto consul significat locum consulum, uel ordinem, hoc modo. Marcus fuit quarto consul, hoc est, quod tres consules ab origine, & constitutione, & ordine consulatus ante fuere, quã fuisset M. consul, qui tenet nunc quartum consulatum quartum autem consul significat personam, quod quater fuerit consul, ut hic, & sunt aduerbia. [Miles] Arma exercẽs a milenario numero dictus est. [Ad Capuã] Apuliæ ciuitatem, quæ se dedit Annibal. illuc profecto, & ibi regnũ Italiæ habere pollicenti si uictoria potiretur, & hoc fuit in 2. bello pun. qñ Annibal xv. ann. fuit in Italia, & hæc historia latissimè patet in Liu de ij. bel. pun. Dr̃ uero Capua a Capy. quẽ falconẽ uetustissimi uocitabant, a pede introrsus curuato appellatũ, siue, ut alij dñt, à regionis planicie est Capua denominata.

minata. [Quæstor] Vice fungens aliquãdo imperatoris in exercitu, quem vulgo dicunt Senescalum exercitus. significat etiam iudicem maleficiorum. Tertio significat, qui uulgo dicitur camerlengus communitatis, qui est ærarius pecuniæ publicæ, & dicti sunt quæstores, vt ait Varr. à quærendo, quia conquirerẽt publicas pecunias, & maleficia, quæ trium uiri capitales tempore Varr. conquirebant. [Aedilis] qui rebus publicis, sacris, & priuatis curandis, uendundis, & emundis ædibus præest ædilis dictus, & magistratus ædilitas, quę erant summa apud Rom. [Prætor] Qui præerat populo. Non, ait teste Var. quod præirent populo prætores, quod considerent in senatu consules. [Legis Cynthiæ] Cynthius quidam præclarus ciuis R. qui artem, & exercitationem dicendi, & orandi non mercede, & precio, sed quadam animi nobilitate fieri uoluit. unde talem legem tulit, ut nemo precio ad dicendã ueniret. quæ lex Cynthia de donis, & muneribus est appellata, quæ quidem sic est lata, ne quis ob causam orandam donum precium ue recipiat. dona .n. sunt illa, quæ alicui donantur amore, & caritate, munera uero cui debentur pro aliquo beneficio suscepto, & labore. dona deorum, munera hominum. [Bella] Dictum est .n. bellum à nulla re bella, ut Eumenides, uel à belluis, quod eorum dissensio perniciosa sit, & differt à prœlio, cum illud sit tempus ipsum discordiæ utriusque partis, prœlium uero pars belli, & ipsa pugna, & militum congressio. [Patientia sua mollem in Italia exultantem] Quia cum ceteri imperatores Rom. contra Annibalem missi ab eo omnes fuerant profligati. hic Q. Fabius post illos creatus imperator cunctando, & expectando Annibalem molliuit. unde Annibal dicere solitus fuit, quod alterum Annibalem inuenirent Rom. Annibal. ut arbitror aspirationem non habet. Græci enim cum psile, scribunt, & geminant n, & sic apud latinos, nisi consuetudo usurpet aspirationem, sicut in aliis nominibus abstulit, ut fama, carta, & caritas cum deberent aspirari, & per consuetudinem non aspirantur, sed si aspirantur, doctiores habentur. [Familiaris] Qui Cat. ætate fuit. [Vnus homo] Solus Q. F. [Cunctando] Expectando, longam moram ducendo cum irritaretur ab Annibale ad Pugnam. [Rem] idest remp. & hoc carmen Virg. 5. posuit. [Rumores] Famam, quæ per omnes gentes ibat de ipso Fabio, qui longam pugnæ producebat moram. unde uituperabatur à multis, & quod erat sapientiæ tribuebatur inertiæ, atque timori, & ignauiæ. & rumor Latinum est nomen, fama Græcum. [Salutem] scilicet reip. quæ maximè ei curæ fuit. [Recepit] Recuperauit ab Annibale occupatũ. [Cum Salinator] Sup. inquit Salinator autem ciuis R. fuit, & illius temporibus ij belli pun. præfectus urbi Tarenti fuit, ad quam cum iuisset, Annibal eam expugnauit, & Salinator in arcem Tarentj fugit amissa urbe, in qua quidem arce se tenuit donec Fab. cum exercitu uenit, cui Salinator ipse in arce dedit ingressum, & totam urbem Tarenti recuperauit deiecto Annibale de ciuitate, quia Salinator gloriabatur, & dicebat sua opera Tarentum à Fabio liberatum, & recuperatum fuisse, cui Fab. certè, inquit, ridens sub quodam prætextu pudoris. Nam si tu nũquam amisisses, nunq̃ recepissem, uerum, inquit, dicis ò Salinator, quia ego nunquam potuissem recuperare Tarentum, nisi primo à te amissum fuisset, quod non eguisset recuperatione, & opera mea. [Nec uero] postquam dixit, quomodo se magnificè habuit circa rem militarem, subiungit quomodo se habuit in pace, & in toga, & in ciuitate R. & est color rethoricus, transitio. [In toga] In pace, ut cedant arma togæ, toga .n. erat uestis sine manicis qua utebantur tam uiri, quam fœminæ à tegendo dicta. [Consul iterum] Qui nunc erat in consulatu ipso, nam collegæ sunt socij in quocunque officio. [C. Flaminio tribuno pl.] Hic contra voluntatem senatus diuidere uolebat agrum Picenum in populo, unde maximum damnum, si fiebat resp. patiebatur, sed Fabius tunc consul constanter restitit ei, & vetuit hoc fieri. tribuni autẽ fuerunt tres principio, quia in tres partes P. R. fuit diuisus, postea uonem fuerunt. hi autem defendebant plebem contra senatum, & tria sunt genera tribunorum. Tribuni celeres, qui regi proximi erant, & trecentis militibus ad regis continuam custodiam pra erant, celeres autem à celeritate dicti. Tribuni pl. qui defensores plebis erant, contra senatum ad consules, ne uis aliqua in plebem, aut fraus afferretur, ut æquitas in ciuitate, & maior libertas esset. Tribuni militum, qui exercitus patroni erant, quales Tribuni pl. in urbe pro plebe. [Agrum Picenum] Regionem, ut ait Festus. qua est Asculum, dictam, quod Sabinicum Asculum proficiscerentur, peruenerint ubi Picus cõsederat, & dicitur Picens, & Picenus. [Galliam]. i. [Cisalpina, in qua est Venetia pars Italiæ. [Viritim] A uiro aduerb. per singulos uiros. [Augur.] Qui habeat prognosticam & rei futuræ diuinandi scientiam, quam græci μαντειαν dicunt. dictus autem augur, ut dicit Fest. ab auium gestu, quia per eum auium gestus educitur, siue ab auium garritu, unde, & augurium. [Ausus] Quasi contra præcepta diuinationis, nam audere de rebus arduis dicimus, qua de re scire debemus, quod erant quidam qui Fabium uetabant certis diebus exire contra Annibalem propter auspicia quædam mala, quibus constat Fabium hæc uerba dixisse. Optimis auspiciis] Est enim auspiciũ ab aue spicienda dictum, quo quidem uerbo nunc non utimur, nisi in compositione aspicio, respicio, prospicio. [Multa uero] uult transire ad particulares æque præclaras Fabij laudes. [Mortem M.] Filij Fabij Fabius Marcũ filium habuit unũ omni uirtute præditum, quem amisit consularem. Est in manibus] Est in promptu. [Laudatio] oratio continens laudes, & inter laudem, & laudationem hanc facimus differentiam, quod laus est, uerbum continens bona alicuius, laudatio uero est ratio continens laudes alicuius qua de re debemus scire quod Fabius in morte filij sui M. funebrem quandam facit orationem, in qua filium suum commendauit, & aliquos præclaros philosophiæ locos, & admiranda quædam inseruit argumenta, de qua nunc dicit [Quam cum legimus quem philosophum non contemnimus? [Interrogatiue, quasi dicat omnes. [In lucem] Foris inter ciues, sed intus, & est contrarium color rhetoricus. [Qui sermo] Cum admiratione leguntur hi loci, idest qualis sermo? est enim sermo consertio orationis, & confabulatio duorum, uel plurium. [Iuris augurandi] Distinguendum est, ut quanta scientia iuris, quanta scientia augurij, ut in homine Rom. quia sero ad Rom. hæc studia literarum uenerunt, pauci literas scierunt. [Fruebar] fructum capiebam. nam frui, & uti in Doctr. Christiana dicit August. in hoc differunt, quod utor est ad aliud, fruor ad seipsum. [Fore] Semper de futuro, esse uero de presenti. Cicer. ad Treb. scripsit ad me Cæs. per humaniter nondum se tibi satis esse familiarem, & occupationibus, sed certe fore. [Quorsum]. Ad quem finem, & honestius dicimus sine uerbo. [Expugnatores] In Hoc differunt pugno, & expugno, quia pugnare est pugnam inferre, expugnare est pugnando uincere. [Vt pedestres] idest, quæ fiunt in terra non solum à peditibus, sed ab equitibus. [Triumphos] Qui uictoribus debentur honores. Et sciendum sane, quod duplex erat triumphus maior & minor proprie erat orat.o, si quis enim ouationem merebatur uno duntaxat utebatur, equo, & à plebeis equitibus Rom. in Capitolium ducebatur, & oues sacrificabat. Qui uero maiorem merebatur triumphum, quatuor albis equis utebatur, & præsente senatu in Capitolio tauros sacrificabat. [Platonis] qui ciuis Athen. fuit præclarus philosophus, immo deus quidam philosophorũ, ut in lib. de deor. nat. Cic. dicit, & tanta fuit eloquentia præditus, ut aperte ueteres illi faterentur Iouem si de cœlo descendisset in terram, nulla alia quam Pla. lingua fuisse locuturum, & hic in Italiam uenit, postmodum in Aegyptum profectus est, ut rerum multarum cognitionem haberet. præceptorem habuit Socr. cui maximam in suis libris laudem attribuit, adeo, quod in operibus suis eum semper inducit disputantem. Socr. autem numquam scripsit aliquid. [Scribens] Hoc est componens libros. qui uero describit aliquem librum, librarius dicitur, scriptor qui libros componit, ut Prop. Cedite Romani scriptores cedite Graij. [Isocrates] Iste præclarus philosophus, & summus orator suauissimæ linguæ fuit, & ciuis Athen. qui multa composuit. inter quæ, scripsit librum qui inscribitur Panathenaiens, qui laudes Atheniensium omnes continet, sicut etiam alium. [Quinquennium postea] quod ad summum sunt 99. cuius Isocratis magister fuit Gorgias, qui Rhetoricam eum docuit. Gorgias autem Leontinus Siciliæ fuit oriundus, quæ Leontini, orum declinatur de isto etiam Val. mentionem fecit. [Studio] Tum scribendi, & componendi, tum aliquid excogitandi, [Quod uituperem] quod, aut esset cæcus, aut surdus, aut aliquid tale patiens. [Præclarum] Insigne, & laudabile, commendat enim tale responsum. [Docto.] Quia doctrina est illa, quæ homines facit cla-

ros. [Sua enim uitia] Quæ in se sunt, quod male uixerunt in iuuenta, & pueritia scortando.s. & bibendo, unde postea in sene ctute multi gnantur more.i. [Culpam, & uitia] Quia ab illis ui tuperantur. [Modo] Paulo ante, & nunc est breue cũ aduerb. est. Virg. Tu modo posce deos ueniam. Cum autem datiuus est tunc longum. interdum significat. tantummodo, ut Terent. dummodo possim Daue. [Spacio supremo] Aetatis suæ. interdum supremus altum significat. Terent. in Phormione, proh supreme Iupiter [Olympia] Ludos factos apud Olympum, & ipsam ciuitatem in Olympia, unde nota differentiam quod Olympus est mons, Olympia Olympiæ regio circa Olympum, Olympia Olympiorum ludi, qui ibi fiebant Ioui, Olympias, a dos lustrum, idest spacium quinque annorum, unde annos connumerabant antiqui. Olympias etiam mater fuit Alexandri, & Olympus etiam pro cœlo ponitur. [Confectus] s, abiicitur, & fit dactylus in quinto pede, nam uersus hexametri, & ut placet Pris. deponitur s, nam, u, c, q, u, sunt liquidæ, sed scanditur sic. Vicit, Olympia nunc seni, o confectu qui, escit. deposito autem s, quęcumque uocalis præcedat potest breuiari. [Meminisse] Recordari, & dicimus memini illam rẽ, & illius rei, sic etiam recordari, sed hanc hñt dñiam, cum dicimus memini cum accusatiuo rem certam significamus. Virg. in 4. Aen. hoc meminisse, pigebit Elisæ, & sic recordor. Cic. in epist. Ad Cur. ut si quando, quod nolim, dispicere tibi tuum consilium cæperit, meum possis recordari. [Anno enim] Subiungit rationem quomodo recordari posit. unde nota, quod maiores tempora significabant à consulibus, sic nunc minores ab incarnatione Christi. [Vndeuigesimo] idest 19. ann. quo ẽt notamus, quod solũ vnũ, & duo cum decimo, uigesimo, trigesimo, & quadrigesimo reperitur esse compositum, ut untrigesimo, & quadrigesimo reperitur esse compositum, ut undeuigesimũ, duodeuigesimum, & unũ numerum demit, aut duos, ut undeuigesimo.i. decimonono, quasi uno dempto de uigesimo, ut Iuuen. Vnceolam Proculeius hẽt, sed Gillo deuncem. & duodeuigesimo.i. 18. quasi demptis duobus de uigesimo. [T. Flaminius] De quo mentionem fecimus. O Tite, siquid ego adiuto, &c. [Iterum consulibus] Iterum uero quando adiungitur significat, quod bis fuit consul, mortuus est au tem Enn. istis existentibus cons. [Ego quidem] Probat a seipso, quod senectus non spernitur, & de se posuit exemplum, vt probabiliorem faceret senectutem. [Voconiam legem] Sciendum est, quod moris erat Romæ, quod si quis unicam habens filiam moriebatur, eam in omnibus bonis suis relinquebat hæredem, & quia mulier cum nubit alicui uiro, in aliam trãsit familiam, iniustum est uisum bonis uiris. Itaque quidam Rom. cuius nomine Voconius uir magna auctoritate legem constituit talem, ut nemo moriens unicam habens filiam nisi in tertia, aut in quarta parte eam hæredem relinquere posset, & reliquum hæreditatis in familiam eius generis distribueretur, uel secundum, quod lectum est in legibus? Voconius legem tulit nequis census, hoc est pecuniosus hæredem amicum relinqueret filiam. Erat autem census ille, qui centum millia in professione detulisset, unde magna fuit cõtentio, quod iuniores uetabant, uiri boni affirmabant, inter quos Cato surrexit, & legem ipsam approbauit. [Magna uoce,] Hoc est optima contentione. [Et bonis lateribus] Quibus uox confirmatur. unde Orator bona latera habere dicitur, quando bonam, & firmam uocem habet. [Suasissem] Animum ad credendum induxissem ad illam legem laudandum. [Putantur] Non autem, ut sint, sed ut ab insipiẽtibus putantur. [Paupertatem] A parua pecunia dicta, est qua non solum Ennius, sed omnes ferme sapientes delectati sunt, adeo quod multi, ut inquit Lact. qui diuitias habere potuissent, aspernabantur. unde, & dixit ille, nisi uos perissetis, ego perissem. [Sed cu. & Fa.] Optima sunt paupertatis exẽpla: differt autem ab inopia, & mendicitate, quia inopia est quasi sine ope. idest auxilio. Mendicitas uero a manu, quod paret eleemosinam manu. [Quatuor] Repetitio causæ. diuiuisio est totius operis in quatuor causis, quibus, & absolutis erit absolutum totum opus. [Auocet rebus gerendis] Remouet a rebus, quæ geri debent. idest fieri. Virg. in ix. Nec te enm talia gesst, Magnanimum Aeneam. Interdum uero est habere. Virg. 2. Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. [Alterem].i. secunda, alter enim, & alius in hoc differũt, quod alter de duobus, alius uero de pluribus dicitur. [Infirmum] Inualidum natura firmum ualidum, & beneuolentem significat. Si te firmnm quam primum uidero, quod componitur cum in, & priuat, & aliquãdo auget. ut infractus. Virg. Turnus, ut infractos aduerso Marte Latinos Defecisse uidet [Omnibus uoluptatibus] Corporis.s. & animi. corporis .n. uoluptates sunt ad delenimenta quædam sensuum, animi autem ad aliquid bene, uel male cogitandum. Epicuri tria aiebant esse uoluptatum genera. Aliquas enim naturales, & necessarias, aliquas uero naturales, & non necessarias, nonnulla, & neutrum esse. [Haud procul] Non nimis longè. nam procul est quasi procul ab oculis dictum. unde, & satis longè significare potest, & non ualde longè. Cuius rei manifestator probus est Virg. in 5. Est procul in pelago saxnm. Item in j. Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria uelis Agnoscit lacrymãs. [Si placet] Perhumaniter locutus, unde captauit beneuolentiam ab eis. [A rebus gerendis] Quia Rethoricum est eo ordine, quo diuisimus, eodem prosequi debemus. ab illo, quod primò proposuit, incipit exponere. unde dicit propositionem, Senectus abstrahit homines à rebus gerendis, & postmodum interrogat dicens. [Quibus] scilicet rebus gerendis abstrahit senectus hominem. [An his] scilicet rebus, quæ in iuuentute geruntur, & uiribus. quasi uelit dicere, quod ea, quæ geruntur à iuuentute, idest multitudine iuuenum, & in uiribus non pertinent ad senes, & non sunt officia senum, quæ si à senibus geri non possunt, tamen dicere non possumus senes à rebus gerendis esse remotos. nam senes habent res, & officia sua, & consilia, & prudentiam, & grauitatem, quæ ab ipsis geruntur. [Nullæ ne igitur sunt res seniles] idest ad senes pertinentes, q.d. multæ sunt, & optimæ, ut consilium, & prudentia [Nihil ergo age. Q. F. Max.] post propositionem subiungit exemplum, probando, quod à senibus multa præclara fiunt, & quod non sunt remoti à rebus gerendis. unde interrogando dicit, nihil ergo est? & autem sine interrogatione, & quod, sit ironia, & melius. [L. Paulus, pater tuus, Scipio] Iste, qui introducitur in hoc opere Scip. Aemilianus Cor. Africanus minor appellatur, filius enim naturalis fuit L. Pauli Aemilij. Primus autem Scipio, ut ait Macr. de Saturn. fuit Corn. eo cognomine patrem luminibus carentem pro baculo gerebat Scipio cognominatus, nomen, & cognomen posteris dedit. [Socer optimi uiri, filii mei?] scilicet. M. Cato, filii mei, qui Aemiliam L. Pauli filiam duxit uxorem. hoc enim pacto se habet Aemiliorum familia. Paulus Aemilius L. Paulum genuit, hic uero Scipionem Afr. minorem Aemiliam filiam procreauit, quæ nupsit M. Car. filio Censorini. Scip. autem ita descendunt, P. Scipio Scipionem Afr. maior, qui Carthaginem P.R. reddidit tributariam, genuit. huius filius fuit Scip. Corn. ualetudinarius, idest qui deficiebat uiribus, sed seipsum consilio recuperabat. hic adoptauit Scip. Aemil. Afr. minor. Cn. uero Scipio fuit P. Scipionis, de quibus, inquit Virg. duo fulmina belli Scipiades. [Fabricij, Curij, Coruncani] Nobiles R. fuerant magis rebus gestis clarissimi, & paupertate gloriosi, quorum Fabricius, qui legatis Samnitibus respondit aurum sib. offerentibus, Romanos non aurum habere uelle, sed aurum habentibus imperare. M. uero Curius Dentatus primus de Samnitibus, ut, inquit Plin. triumphauit, iterum de Sabinis, tertio de Lucanis ouans urbem introiuit. Pyrrhum Epirotam de Italia repulit, quaterna dena agri iugera uiritim populo diuisit. Totidem deinde sibi constituit dicens, nemi nem esse debere cui non tantum sufficeret. legatis Samnitium aurum offerentibus cum ipse in foco rapas torreret: Malo hęc, inquit, fictilibus meis edere, & aurum habentibus imperare. [Nihil agebant] Ironicè, q.d. omnia. [Ad Ap. Claudii] Hic ciuis R. insignis fuit. Erat autem cæcus, quam quidem cæcitatem propter intelligentiam religionis passus fuit, quam rem Valer. in cap. de neglecta religione ponit. Neglexit autẽ App. sacra Herculis hoc pacto, vt scr. Plin. duæ familię ad Herculis sacra sunt destinatæ, scilicet Poticiorum, & Pinariorum. Poticios Herculis sacerdotes precio corrumpit, ut sacra Herculis seruos publicos edoceret, unde cæcatus est. genus Poticiorum funditus periit. [Ad pacem cum Pyrrho] Cum Romani Italiam debellassent quadraginta annos cum Tarentinis potissimum difficillima bella gesserunt, in auxilium, Pyrrhum Epirotarum regem euocauerunt. quare cum crudelia bella inferrentur Roma. deliberauerunt pacem, & fœdus cum Tarentinis inire, quam rem uetuit magna uoce, & firmis lateribus Appius, quamuis cæcus fuisset, & senex lectica in senatum

natum latus, siue tamen omnes orationi Romani assenserũt, quam rem meminit Plin. Cum de pace Pyrrhi ageretur, & gratia potentum per legatum Cyneam precio quæreretur, senex & cæcus in lectica in senatum latus, turpissimas cõditiones magnifica oratione discussit. à pactione dicta est pax. fœdus siue à fide dictum est, quia in fœdere interponitur fides, siue quod in paciscendo fœdere hostia mactaretur. Virg. & cæsa iungebant fœdera porca. [Quæ uersibus prosecutus est Ennius] Nã Enn. poeta illam orationem quam App. habuit versibus suis inseruit, quorum duos tantummodo posuit. nimis enim longum fuisset, nanque centum fortasse uersus erant. [Quo] In qua dicit persona Appij. [Rectè constantes] Non flexibiles ad componendam pacem cum Pyrrho. [Ante hac] .i. in præterito tempore. [Dementi ruina] stulta, & inepta ratione faciendo pacẽ cum isto Pyrrho. [Ceteraq; grauissimè] Quia nimis longa fuisset illa allegatio uersuum, dicit cetera, quæ erant in illa oratione erant grauissima; & etiam carmen ipsius Ennij erat omnibus Rom. notum, sicut nunc Virgilij. & notandum, quod dixit carmen in numero singulari, cum plures essent uersus. quia carmen non modo unum uersum, sed totam compositionem librorum significat, & opus ipsum significat. ut carmen Georgicum, & Bucolicũ. Vnde Virg. in Buc. dixit de duobus uersibus carmen. & tumulo superaddite carmen. [Atque hanc ille egit] .i. Appius recitauit, & computauit annos, diximus antiquo more. & sciendum est, quod nemo poterat esse consul nisi 25. annũ ageret; poterat ergo Appius annos natus esse circiter 60. aut plus eo quando istam egit orationem, cum post 25. annum esse poterant consules. Et iste duos habuit consulatus, & inter duos consulatus istos anni 10. interfuerunt. & post consulatũ an. 16. egit orationem, & antequam consul fuit censor. [Alterum] i. secundum consulatum huic, alterum partitiuum est de duobus. [Censor] Primum censui solum, postea lustris condendis, & moribus ciuitatis præfuerunt censores, & erant duo tantum, & à multis magistri morum dicti sunt, à censura uero denominati, ad quorum censionẽ .i. arbitrium censebatur populus. Lustris autem quibus præerat tota ciuitas sequente populo cum publica precatione ambiebatur. [Accepimus] Audiuimus esse uerum. [Nihil igitur afferunt. [Dicunt nihil, qui negant senes rebus gerendis esse remotos, quia per probationem iam factam plus faciunt, quàm iuuenes. [Similesq; sunt] Comparat senes gubernatori nauis, apta quippe similitudo est, cui respondent omnes partes. [Malos] Malus masc. generis arborẽ significat. Hor. Nec malus sceleri saucius Africo, dictus à similitudine malorum, quæ pendent in arbore pomifera, quia in arbore nauis etiam aliqua sunt suspensa, & alligata ligna rotunda, circa quæ uoluuntur funes, quæ formam malorum imitãtur. Malus quãdo arborem ipsam pomiferam significat, fœm. generis est, & ambæ istæ duæ dictiones sunt longæ. quando uero malus improbum significat, tunc habet primam breuem, ut Virg. O socij. neque. n. ignari sumus ante malorum. [Foros] Fori tantum declinantur in plurali, & mascul. generis sunt. & significant locum in naui. i. medium nauis, per quem currunt exhortatores nauium. unde dixit, cursitent. [Sentinam] Fundum nauis, quo omnes sordes defluunt. [Sed consilio] Et bene, huic uero rei assentitur Sal. in Cat. Bello nostra omnis uis in animo, & corpore sita est animi imperio, corporis seruicio magis utimur, alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune est. quo mihi rectius esse uidetur ingenij, quam uirium opibus gloriam quærere. consilium autem dictum est à consulendo, vel à silendo, quo facilius consilium reperitur. [Nec fortè ego] post particularia exempla miscet exempla de seipso. Legatus] quem dicunt uicarium in exercitu, aliàs legatus orator, quem uulgo dicunt ambasciatorem. [Carthagini male cogitãti] scribebat Cato, hæc, quia semel ad cõponendas lites conuicinorum à Ro. illuc missus est potentibus Carthaginensibus, ibi animos Carthaginensium animaduertit, & cognouit eos. Demum Romam reuersus inflammans omnium Romanorũ animos, exposito negocio à Catone tertium bellum Punicum factum est, & funditus deleta est Carthago. Deinde post annos aliquot alia est in Lybia constituta Carthago haud multum lõge à prima, quæ deleta fuit à minore Scipione. [Vtinam dij immortales, Scipio tibi reseruent. [Quod optauit Cato haud multo tempore post euenit, quod iste Scipio eam deleuit. [Aui] .s. Scipionis Africani maioris, qui fecit eam tributariam, ut diximus supra. [Cuius] Aui, erat. n. auus per adoptionem, cum ualetudinarius ille adoptauit in filium huius Scipionis filium. [Excipient] Et ex præcedenti dicitur excipere. dicit ergo, quod semper manebit memoria eius. [Cum consul] Hoc est designatus. nam semper erant quatuor consules, duo designati, & duo existentes consules. semper. n. per annum antea creabantur, & postea alterum annum in consulatu manebant. [Eminus] Dictum aduerbium quasi extra manum: cominus uero quasi cũ manu, à con, & manu. [Gladijs] Ensibus. Iuu. Mittentur bracchæ, cultelli, frena, flagellum, Idem alibi. [Senatum] Qui in senibus est, in quibus sunt consilia, quorum arma sunt prudẽtia, consilium, auctoritas, ratio. nam si à iuuenibus diceretur, iuuẽtus appellaretur. Maiores nostri] Maiores, & minores quotiescunque pro superioribus, & posteris nostri ponuntur tantummodo numeri pluralis sunt, & tunc utimur maioribus, & minoribus, quando non amplius uocabula habemus quibus eos appellemus hoc modo pater, auus, abauus, tritauus, proauus, attauus, & maiores, sic de minoribus dicitur. [Apud Lacedæmones] Instat etiam, ut probet senectutem non esse remotam à rebus gerendis. [Summum consilium] appellatur senatus nõ tantum propter ætatem, quantum propter dignitatem, nam cum γέροντες, sit senes γερουσία, ab eis senatus cognominatus. Lacedæmon autem ciuitatem, quam Spartam dicunt. unde nomen gentile fit, Lacedæmoniosq; hymeneos. & scito, quod in tota græcia duæ erant ciuitates excellentiores ceteris Lacedæmon, & Athenæ, duæq; oculi græciæ nuncupantur. Legere. s.] Apud poetas, & auctores historias, & res scriptas. [Et audiere] Ab aliquibus, qui multa sciunt præterita, & nouerũt res gestas vel audiere, ab alijs legentibus. Reperietis externa] Peregrina. [Cedo] Pro dic. & est verbum imperatiuum, & cedo, & cedite tantum inueniuntur, & acceptum habet in fine, & exẽplum, & textus est Neuij poetæ comici, Vticæ mortui. Roma pulli factione nobilium, ac præcipuè Mete. qui lib. composuit, quem ludum appellauit, in quo induxit duos adolescentes, quorum unus alteri obuians, inquit, quomodo resp. Thebanorum eo pact. labefactata esset, cui respondet à iuuenibus, quod nõ amplius à senibus regebatur. per quod probat Cato, quod senes sunt, qui resp. gubernant, & quod sunt remoti à rebus gerẽdis. unde dicit unus eorum adolescentulorum ab Ennio introductus. [Cedo] Dic. remp. nostram. s. Thebanam. [Sic enim] Verba Catul. exponentis, quod dixit. [Perconctantur] Quærunt? Terent. in Eun. Quem perconcter, qua insistam uia. [Responderetur, & alia] scilicet ab ipso adolescente interrogato, quo prę ueniebant oratores noui stultos adolescentes, qui suis temerarijs consilijs remp. nostram perdiderunt. oratores enim dicit uim maximam in dicendo habentes. unde Quintil. diffinit oratores esse uiros bonos dicendi peritos. sed hoc loco non cadit diffinitio. orare autem prisci dicebant agere. hinc oratores causarum actores sunt appellati, & legati qui reipu. mandata peragerent, ut Cẽtum oratores. [Temeritas uidelicet] Certè [Florentis] Metaphoricum uerbum est, quoniam, Licuit semperq; licebit Signatum præsente nota producere nomen. Horat. Prudentia bonorum, & malorum discreto, & memoria multarum rerum. [At memoria minuitur] ἀνθυποφορά est, quam aliquis Catoni facere potuisset, dicens senes obliuiosos esse, & in eis minui memoriam, aut quod sit Læl. uel Scipio. est enim memoria animi rerum, & uerborum dispositionis firma præceptio. At & sed semper significant differẽtiam rerum. [Cedo.] Respondet Cato obiectioni factæ, & probat, quod in senibus memoria non deficit, nisi in illis qui eam non exercent, & qui à natura sunt obliuiosi. [Tardior] Crassior ingenio. nam tardus duo significat, & crassum ingenio, quod tarde intelligat. Terent. qui tardus es, & lentus, & segnem corpore, quod tarde moueatur. [Themistocles] De quo diximus supra mirabilem memoriam habuit adeo, ut omnium suorum ciuium nomina memoriter teneret iam senex. Lysimachum salutaret] Hoc est, ut unum hominem salutaret pro aliquo ipsum honorans, q. d. non Lysimachus autem pater fuit Aristidis Atheniensis, hic uero Aristides tanta uirtute, & gloria fuit, ut æqualis propemodum extiterit Themistocli. Itaque, ut ait Aemilius Probus, cum eo de principatu contendit, obtrectarunt inter se, & tantæ hic iustitiæ fuit, quod cognomine iustus est appellatus. ex ea Aristidis iustitia factum est, quod se omnes quasi gręcię ciuitates ad Atheniensium societatem applicauerunt. [Equidem noui] Scio, etiam de seipso loquitur nec mirum, quia senes de seipsis plerunque laudatores sunt. Equidem] Ego

quidem

quidem. iungitur.n.prima,secunda, & tertia persona, tum in Cic. tum in aliis auctoribus. Persius.] Non equidem hæc dubites amorum fędere certo Cōsentire dies.[Qui sunt] Hoc est viuunt,sed patres,& auos ipsorum,qui fuerunt,hoc est mortui sunt.[Auos] patris matrisq́; patres, ex illa uoce nuncupatos, quam græcis ἄμυος, proferunt magnum significantem, cum auus magnus sit in familia.[Quod aiunt] Dicunt, & est in prouerbio, quod qui legunt inscripta, & epitaphia, & epigrammata mortuorum, memoriam perdunt. hoc ego Cato non timeo, quia in ipsis legendis magis memoriam exerceo, & ipsam confirmo meam.[Thesaurum] Rerum preciosarum repositionem. græcum quidem nomen θησαυρος, non autem ab auro, ut dicunt multi. nam non solum auri,sed omnium rerum preciosarum repositionem Thesaurum dicimus.[Meminerunt, uadimonia] In promptu habent. unde accusatiuum regit, ut diximus memini.uadimonia.n.sunt fideiussiones, & promissa, quæ fiunt pro alijs debitis.[Qui sibi distin.] Qui debent sibi, & cui debeant, hoc est obligati sint.[Iurisconsulti] Quos dicunt doctores legum, & dicuntur iurisconsulti,& iureconsulti.[Pontifices]qui rebus sacris præsunt,quos nunc Papas appellamus.dicti uero à posse,& facio. Varro tamen arbitratur à ponte.nam ab his Sublicius est factus primū,& restitutus sæpe.[Augures]Hi prodigiis publicis præerant,& in istorum collegio erat ordinum hominum prudentium. Ingenia]Quasi innata à natura dicuntur ingenia. Studium]Est, quædam uehemens applicatio animi ad aliquid peragendum summa cū uoluptate.[Industria]Diligentia, quædam ardens circa res honestas.[Quietas] Sine armis[Sophocles] Iste fuit præclarus, & sapiētissimus poeta græc⁹ Atheniēsis,q multas scripsit tragędias, de quo Virgil. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. vnde iam factus senex scripsit tragœdiam,quam ἐπὶ κωλωνῷ appellauit, cum haberet filios, qui gubernationem rei familiaris cupiebant, accusarunt eum iudicibus, quod iam desipiebat, & rem domesticam non bene curabat. vnde uocatus in iudicium,sciens accusationē factam à filiis secum sub pallio Tragędiam Oedipi colonei adiunxerat,quam illis diebus absoluerat,qua lecta statim fuit absolutus.[Tragœdias fecit] s. Oedipum coloneum.[Familiarem] Domesticam,sed ut plurimum familiaris significat amicū, ut si negotiis familiaribus impediti, hoc est rebus, & negotiis familiaribus, impediti, hoc est rebus, & negotiis, & causis amicorum nostrorum occupati,in quo multi erant exponentes familiaribus pro domesticis. Nostro more] Romano more. est.n. mos bene, uel male uiuendi consuetudo,& est μέσον nomen, ut ualetudo uenenum.[Interdici] ne ministrare possit amplius,& est uerbum iurisconsultorum.[Desipientem] A desipio, quod est uerbum compositum à de,& sapio. [Eam fabulam].s. Oedipum Coloneum. posuit .n. fabulam pro Tragœdia, sicut Terent. fabulā pro comędia. Oedipus autem rex Thebanorum fuit, qui Laium patrē ignoranter interfecit,& matrem Iocastam ignorāter duxit vxorem, à qua 4. suscepit filios Polynicem, Etheoclem, Ismenem, & Antigonem filios. quam rem,ut resciuit Oedipus,oculos effodit sibi, & Athenas exulauit. ubi magnificentissimè susceptus est, & ibi mortuo sepulturam magnificam, & eminentem in altum confecerunt. unde Coloneus dictus est, quia κολώνη est locus eminens in altum, & sublimis, quam rem Sophocles stylo tragico scripsit. Item Stat. Item Eurip. Item Sen.& idem scripsit, & dicitur Oedipus, quia pedes inflatos habuit, & adustos, cum fuit expositus à parentibus. nam perforarunt ei pedes ueru ignito,ut moreretur, quia per oraculum acceperant scelus, quod postmodum contingit, quamuis euitare conati fuerint. inuentus autem fuit Oedipus ita expositus puer à quodam uiro, & illum ad Corinthium regem detulit, quem libentissimè suscepit in filium, cum ab uxore prolem habere non posset.[Illud carmen] opus illud metricum. ut diximus, carmen appellatur.[Num igitur.] Hunc.n. Sophoclem, & ponit nunc cumulum, & frequentiam exemplorum, quibus sit manifestum à rebus gerendis senectutem non esse remotā. [Hesiodum] Poetam gręcum,quē Virg. imitatus est in Georg. [Simonidem] Poetam græcum lyricum, qui tempore, quo Stesichorus poeta mortuus est, clarus habebatur, inquit Eus. præterea Pindarus, & Simonides poetæ lyrici uno tempore habiti sunt insignes.[Stesichorum] Alium poetam.[Socratem] Qui Delphici Apollinis oraculo omnium hominum sapientissimus fuit iudicatus, ut diximus primus philosophiam de cœlo deduxit in terram,& eo tēpore dicitur natus,quo Themistocles hausto tauri sanguine mortuus est.[Gorgiam]Leontinum.s. de quo ante diximus, qui tantum docendæ artis oratoriæ,quæstum consecutus fuit,vt omnium hominum primus ad sui memoriam in Delphis in tēplo solidam ex auro statuam posuerit.[Homerum num] an philosophorum, an poetarum principem appellemus in dubio est. Omnium bonarum artiū peritissimus fuit, ut cæcus tamē,ideo Homionici.n.ὅμηρον cęcum dicūt.Suum.n.proprium Melesigenes erat.Principem]Antiquitate,& uirtute Pythagoram principē dicimus, qui relicta Samo patria in Aegyptum profectus est, uti uariarum rerū intelligentiam assequeretur.Inde ad Persas commigrauit,maiorió; doctrinæ se tradens erudiendū sidereos motus stellarūq́; cursus accepit. hinc Cretam Lacedæmoniamq́; petens,tādem in Italiam uenit, regnante Numa, vbi tanta seueritate vitam duxit, ut Crotoniatæ ad quos primum diuertit, tanti uiri auctoritate ad bonos sanctosq́; mores breui tempore reducti fuerint, qui magna prius, & intemperata luxuria psofluebant,seculis postea quamplurimis sic eius Pythagoreorum, quod uiguit in Italia nomen,ut alius uideretur doctus nemo. Adeo,ut Platonem relictis Athenis institutionis illorum cognoscendæ gratia in Italiam aduentasse comperio.[Democritum] Abderitam philosophum.hic uero tātas fuit sortitus opes, ut pater eius Xerxi Persarum regi, exercitū dapibus explere sumptuosissimis facilè potuerit.eis tamen opibus donauit patriam, reseruatis quibusdam rebus admodum paruis, quod ideo fecit, vt suo studio liberiore quidem animo vacare posset, reliquorumq́; semper ipse ridebat ambitionem, & curas inanes, de quo Iuuen. ait, Iam ne igitur laudes, quod de sapientibus alter Ridebat quoties à limine mouerat unum. Sustuleratq́; pedem,flebat contrarius alter.[Platonem] Qui in Italiam uenit, ut ante diximus, Pythagoræ fama permotus, ubi quamplurimos cognouit.Tum maximè Architam Tarentinum, Timeū, Arionemq́; uiros certè philosophos,& rerum naturæ omnium doctos.[Xenocratem]Zenonem, Cleātem philosophos omnibus artibus claros Athen. non enim est inuentus philosophus aliquis Cleans nomine. Sed Zeno ille præclarus philosophus Zeno Cleanthes est appellatus à familia.Xenocrates uero, ut inquit Val.tanta sapiētia sanctitateq́; fuit,quod ingentissimus ei honos exhibebatur Athenis, adeo quod cum testimoniū dicere coactus ad aram accessisset, ut more eius iuraret, se omnia uerè retulisse,uniuersi iudices consurrexerunt, conclamaueruntque,in iusiurandum diceret,quodque sibimet postmodum dicendæ sententię loco remissuri nō erant,sinceritati eius concedendum existimauerunt.[Eum Dio.]Hic Romam semel legatus ab Athen. missus fuit. ordo ergo est περίφατον. nū igitur senectus coegit hunc,num Hesiodum &c. q.d. no.[Agitatio] frequentatio,& exercitatio à frequentatiuo uerbo agito. Age]Exhortantis est græcum quidem, & transitio est,qua utimur,cum de diuersis rebus dicimus, & transitum ad aliam rem facimus.[Vicinos,& fam. me]Quia,& Cato agros,& prædia habebat in Sabino agro.[Quibus absentibus nunquàm maiora opera fiunt]ut est arare,seminare,condere, quæ uocantur maiora opera,ergo ipsis semper præsentibus omnia opera maiora fiunt.[Condendis]Reponendis in horrea.[Minus mirum]Nō mirum,quia laborāt pro se,ut habeant pro anno futuro, quid corrodant,cui rei subiungitur ratio.[Viuere] Vitam ducere. Est autem uiuo uerbum medium, ut ualeo.Nā exoptantis est, & maledicentis.Virg.in iij. Viuite felices,quibus est fortuna peracta Iam sua.Item in Buc. uiuite syluæ.i. perite. Sed ijdem in aliis quidem rebus non mirum est si laborant, quia nemo est tā senex.[Statius noster] Aut latinus,aut proximus ætati suæ.unde notamus duos Statios, unum maiorem,de quo nunc dicitur,qui Statius Cæcilius dicebatur,alterum minorem Galli, cū qui Vespasiani Imperatoris tempore,& usq́; ad Domitiani Titi fratris peruenit imperium,qui & Titus iunior dictus. At hic de quo nunc agit Cato scriptor comœdiarum clarus habitus est,natione Insuber Gallus, & Ennii primum contubernalis, quidam Mediolanensem ferunt mortuus est anno post mortem Ennii, & iuxta Ianiculum sepultus,ut inquit Euseb.[In synephebis] In lib. quē synephebos,appellauit.[Agricola] Quod colat agrū dictus,unde sciendum est, quod apud maiores agricultura in magno erat honore,ad quam etiam milites emeriti accedebant.[Posteris] nepotibus.[Melius].s.dixit de sene perspiciente,cum dixit,serit arbores.[Cęcilius.] Quē diximus Stat. Cæcilium.

Cæcilium. [Quam illud idem] Quod .s. tamen illo libro dixit. [Quid est ædepol] est autem ædepol aduerb. iurantis ab æde, & templo Polucis. [Quæ non uult, ut morbos, & alia huiusce. hoc autem argumētum est debile, & nullius momenti. falsum, quia idem in ceteris ætatibus dicimus, & absurdè in hæc uitu-perat senectutem. Volt autem est antiquum. quia magna erat affinitas inter u, & o, vult volt, quoius cuius, quoi cui [Et mul-ta fortasse, quæ uult] Responsio Catonis est ad Cæcilium, quia etiam senes uident multa fortasse, quæ uolunt, vt honores, re-uerentiam, auctoritatem, qua boni homines uenerantur. At-que sæpe etiam adolescentia dissoluit] Vt diximus argumentū Cæcilii simili in florida ætate. [Iam equi.] Alia uerba Statii Cæcilij uitiosissima, & idem dicit Nonius Marc. Hunc textum Statij allegans, & senes in omnibus odio, & tædio sunt. Ad φ respō-det Cato dicens, iucundum potius quam odiosum, cuius rei subiungit rationem optimam dicēs per comparationem. [Indoles] Hæc est.n. indicium futuræ probitatis. Nec minus pro-bat per exemplum in ipsis adolescentibus Scip. & Læl. [Langui-da] ocio, & lentitudini dedita. [Iners] sine arte, & opera, contra illud Horat. Sæpe longius iners auidusq; futuri. [Moliens] Fa-ciens aliquid cum grauitate. [Superiore] præterita, quia sancte uixit. & studiosus fuit in iuuenili ætate, in senectute. Vnde Vir-gil. illud dictum præclarum est, usque adeo à teneris consuesce-re multum est. [Addiscunt aliquid] .s. in senectute, de quo po-nit exemplum de Solone. quod enim accipit Val. hic autē Ath. posuit unus de septem sapientibus legumlator quorum duo fue-runt Solon, & Draco. Solon autē suis uersibus gloriatur, quod senescens addiscebat multa dicens, Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδα-σκόμενος. [Senem fie.] senex didici. unde non est mirum, si eru-ditius loquitur, ut diximus supra. nam constat in his perstudio-sum fuisse, adeo quod in concilium proficiscens sub pallio li-bros græcos portabat. sic etiam posuit arripui uerbum uiolen-tum. [Statim] Traxit similitudinem ab homine sitibundo, uel cane. [Socratem] Hic iam senex perstudiosè fidibus operam de-dit, in quibus magna laus, & gloria fuit, sicut in literis, ut Pro-bus Aemil. in proœmio dicit. In fidibus, hæc fides est cithara, & chorda eius dicta, quod tantum inter se chordæ eius concor-dent sonentque, quantum inter homines fides. [Illud] .i. fides pulsare, & ipsam musicam sicut Soc. [Discebant etiam fidibus antiqui] Hoc per parenthesim dicitur. nec mirum si antiqui di-scebant fidibus. summus .n. honor musicæ erat apud antiquos cuius rei manifestator est. Probus Themistocles, qui cum cla-rissimarum rerum gestarum excellentissimus esset, & militiæ peritissimus cum in conuiuio lyram recusasset, habitus est in-doctior. hic est quod excellentissimi uiri fidibus laborauerūt. Epaminundas Greciæ princeps. Chiron medicinæ peritissimus, & hic Socr. sapientissimus. de quo nunc agitur. [Neque ego] Rhetorico ordine utitur. eo enim ordine quo diuisit, eo pro-fecto sequitur. Nam & dixit de prima causa, quæ auocata re-bus gerendis, nunc aggreditur alteram, quod corpus facit infirmus.

ASC. SAEPENVMERO. quemadmodum dixerat Cic. se fa-cturum, loquuntur cum Catone Scipio, & Lelius de senectu-te. unde dicit Scipio. Ego ò Marce Cato soleo mirari sæpenu-mero, cum hoc scilicet præsente amico meo C. Lælio, cum .s. ita quod mirari soleam excellentem, & perfectam sapientiam tuā ceterarum rerum .i. in ceteris rebus. Cum .s. uerum est, φ mirari soleam, vel maxime quod nunquam senserim senectutem tuā esse grauem tibi .i. quod senectus tua, ut sensi, nunquàm fuerit tibi grauis .i. molesta. Quæ .s. senectus est ita odiosa .i. molesta, & odio habita, ut dicat se sustinere onus grauius Aetna .i. monte illo Siciliæ, qui secundum Virg. Aen. 3. impositus est Encelado. unde dicit, Fama est Enceladon semustum fulmine corpus Mo-le hac torqueri &c. ad quæ Cato respondet. O Scipio, & Læli nos uidemini admirari rem. haud .i. non sane .i. valde difficilem. Enim, pro quia, omnis ætas est grauis .i. molesta iis sup. dun-taxat quibus nihil opus .i. facultatis inest ad uiuendum bene, & beatè. Autem, pro sed, nihil potest malum uideri, quod ne-cessitas naturæ afferat. nihil dico potest uideri malum ijs, qui petunt omnia bona à seipsis, .i. qui habent omnia, quæ bona du-tant in seipsis posita, vt Bras ille dicebat, & Maro in viro bo-nis scripsit, unde, & illud. Nec te quæsiueris extra. In quo gene-re .s. necessitatis naturæ est senectus in primis .i. præcipuè, quàm .s. senectutem omnes .s. homines optant, ut adipiscantur, & omnes accusant .i. damnant eandem adeptam .i. acquisitam tanta inconstantia, stultitia, atque peruersitas est .s. in homini-bus, primum .s. stulti sunt. Nam quis coegit eos putare falsum .s. quod senectus non tam cito obrepere? vnde admonet Me-uanius poeta dicēs, Iam subrepta iners ætas, nec amare licebit, Dicere nec cano blanditias capiti. Et Iuue. Subrepit .n. nōdum intellecta iuuentus. Enim pro quia, qui .i. in quo obrepit .i. ta-citè interuenit. Senectus citius adolescentiæ .i. ætati quā adole-mus, & crescimus, nam omnino distinguit eam à iuuenta, quā adolescentia obrepit pueritiæ, q.d. in nullo. Et ita si non quærū-tur se factos ex pueris adolescentes, non debent quæri si ex ado-lescentibus facti sunt senes. Deinde quod tacito, quæruntur se-nectutem obrepere, & ita molestiorem esse dicunt, errant. nan-que .i. in quo esset senectus minus grauis .i. molesta, & impor-tabilis iis .s. quæ de ea quæruntur, si agerent annum 800. quam .s. modo ubi agunt 80 q.d. in nullo, imò multo grauior esset, & ita, quanto citius aduenit, tanto minus grauat. Enim pro quia, ætas præterita quamuis .i. quātum uis longa, cum .i. post-quam effluxisset .s. illis improuidis. nulla .i. non ulla non posset permulcere .i. mitigare, & placare senectutem stultam ulla con-solatione. Quo circa Scipio, & Læli si soletis admirari meam sa-pientiam, quæ .s. sapientiam utinam esset digna opinione ue-stra, & cognomine nostro, qui Cato dicitur quasi Catonis, idest prudens, & circunspectus, nos sumus sapientes in hoc, quod se-quimur naturam .s. a deo institutam, optimam ducem tanquā deum, quia quæcunque à deo sunt ordinata, sunt sicut cursus naturæ, quem deus dirigit. & paremus ei .s. naturæ à qua cum ceterę partes ætatis sint bene descriptæ .i. constitutæ, non est ve-risimile extremum actum .i. finem ætatis, hoc senectutem esse neglectam, tanquam ab inerti poeta. qui cum arte careat, & solo impetu ingenii ad carmina feratur, principia interdum bo-na facit, sed finem ponere nescit. unde Horat. in ar. poet. Infe-lix operis summa, quia ponere totum Nescit. Sed tamen quā-uis obmurmurant, necesse fuit, esse aliquid extremum .s. in æta-te, quasi uietum .i. incuruatum, & flexum, & caducū, idest spon-te decidentem maturitate tempestiua .i. suo tempore aduen-tante, tanquam in baccis .i. fructibus minutis sparsim nascen-tibus arborum, ut oliuarum, cornorum, & similium, in frugi-bus terræ, ut sunt legumina, & frumentum, quod ferendum .i. patiendum est molliter .i. dulciter, & patienter sapientis. Enim, pro quia, quid est aliud pugnare cum diis more gigantum, ut dicunt fabulæ, nisi repugnare naturæ? q.d. nihil. Vnde Læl. At qui Cato. Conuenienter inducta occasione de senectute dispu-tandi cohortatur Læl. & rogat Cat. ut de ea dicere pergat his uerbis. Atqui .i. quinimò ò Cato tu feceris gratissimum .i. rem gratissimam nobis. (Et quia ad utrunque Lælium Scipionem complectitur. ideo addit, ut etiam pollicear pro Scipione .s. qđ illi, ut mihi gratissimum feceris) si quoniam nos uolumus, & quidem idem certè speramus fieri senes, didicerimus multo an-te .s. quod senes simus. Quibus rationibus possumus ferre fa-cillimè ætatem ingrauescentem, idest senilem. Respōdet Cato, O Læli ego faciam .s. quod petis, præsertim si dicis futurum es-se gratum utrique uestrum. Id quod Scipio confirmans. Volu-mus sanè .i. ualde omnino (nisi .i. si non est molestum) ò Cato tanquam confeceris .i. finiueris aliquam uiam longam, quasi sit ingrediendum quoque .i. etiam nobis uidere quale sit illus .i. terminus est, quo .i. ad quem peruenisti. Cato respondet ò Le-li, ego faciam, ut idest, qualiter potero. Enim pro quia, ego in-terfui sæpe querelis meorum æqualium .i. coęuorum. Autem pro sed, pares congregantur facillimè cum paribus ueteri pro-uerbio .i. iuxta uetus prouerbium, aut in ueteri est prouerbio, quæ .i. qualia putas Caius Salinator, & quæ, idest qualia Spu-rius Albinus homines consulares .i. qui aliquando consulatum gesserunt, ferè .i. quasi æquales .i. coęui nostri solebant deplora-re? quasi dicat friuola quidē, sed plurima. Tū simul propterea quod carent in senio uoluptatibus, sine quibus .s. uoluptatibus ipsi putant uitam esse nullam .i. nullius utilitatis, aut momen-ti. Tum .i. simul, idest quia spernerentur ab ijs, à quibus essent soliti coli .s. dum fortes essent, & consulatum gererent. Qui .s. Salinator, & Albinus non uidebantur mihi accusare, id quod esset accusandum. Nam si id, scilicet non habere uoluptatem, aut sperni accideret culpa, idest per culpam senectutis, eadem usu uenirent .i. contingerent mihi, & reliquis omnibus maio-ribus natu .i. senioribus, quorum multorum ego senectutem cognoui .s. degi, aut duci sine querela, utpote, qui ferrent non molestè, non grauate, nec impatienter se laxatos, idest solutos,

aut

aut minus ligatos esse uinculis; idest laqueis, & irreptionibus
libidinum, ne despicerentur.i.contemnerentur à suis, sed culpa
omnium querelarum istiusmodi est in moribus senum, non in
ætate. Enim, pro quia, senes moderati.i.temperati, & non diffi-
ciles.i.non morosi, nec inhumani agunt senectutem tolerabi-
lem, & sibi, & alijs. Autem, pro sed, importunitas.i.insolentia, &
difficultas importuna, & inhumanitas est molesta omni ætati.
ad quod Læl.est inquit, vt dicis ò Cato. sed fortasse quispiã di-
xerit, senectutem uideri tibi tolerabilem propter opes, & co-
pias, & dignitatem tuam, quia censorius, & consularis erat. Au-
tem, pro sed, dicere id non esset contingere multis, ut.s. ea tria
habeant. Ad quod Cato quidem.i.certè ò Læl. Istud quod dicis
est aliquid.i.ad senectutem patientius ferẽdum, sed nequaquã
omnia, s. quæ eam tolerabilem faciunt, sunt in isto.s.per te di-
cto. Vt.i.quemadmodum ferunt.s historiographi. Themist. im
peratorem illum Athen. clarissimum respõdisse in iurgio .i cũ
eo obiurgaretur, & conuicia audiret, cuidam Seriphio.s.ex Seri
pho insula modica, & barbara vico, cum ille.s.Seriphius dixisset
eum.s.Themist.non affectum.i. non obtinuisse eum splendorẽ
.i.celebritatem nominis, & famæ, sua.i.propria ipsius Themist.
gloria, sed gloria patriæ.i. Athenarum inquit.n. Themist. her-
cle.i.per herculem, si ego essem Seriphius, ut tu, non essem pro
pterea ignobilis, ut tu, nec si tu esses Athen. ut ego, fuisses un-
quam clarus.i.illustris, & nobilis, ut ego sup. Quod potest dici
eodem modo de senect. Non.n.senectus potest esse leuis, idest
facilis toleratu, in summa inopia.i. paupertate, & egestate sine
ope.i.subsidio. Nec quidem.i.non etiam sapienti, cui tamen ma
ximè tolerabilis uideretur, nec potest esse nõ grauis.i.non mo-
lesta insipienti in summa copia.i.abundantia rerum. Quocirca
oportet, ut ei facultas, & animus lætus adsit ac sapientia, sic fa-
cilis erit senectus. Aptissima prosequitur per quæ senectus effi-
ciatur minus molesta dicens, O Scipio, & ò Læli, arma.i. instru-
mẽta senectutis aptissima.i. per quæ facilè dici potest, sunt om
nino artes. unde Pers. Miserisq; uaticanis, & exercitationes vir
tutum, quæ cultæ.i.exercitæ in omni ætate afferunt fructus mi
rificos, cum uixeris multum, & diu. Non solum ideo sup. affe-
runt fructus, quia nunquam deserunt.s.hominem, ne quidem,
idest non etiam in extremo tempore ætatis, quanquam .i.ma-
ximum.s.commodum est.quia cetera bona nos deficiunt. Ve-
rum etiam ideo, quia conscientia uitæ bene, idest laudabiliter
actæ, & recordatio multorum benefactorum est iucũdissima.
Vnde est illud Aen. ix. Pulcherrima primum Dij moresque da-
bunt vestri, tum cetera reddet Actutum pius Aeneas. Ego qt
dem adolescens dilexi Q. Maximum eum, scilicet qui recepit.i.
in potestatem Romanorum Tarentum .s. oppidum Calabriæ
ita.i.intantum senem.i.quamuis esset senex, ut.s.diligere debe-
rem æqualem.i.coæuum mihi. Enim, pro quia, grauitas quæ-
dam condita.à condior.quartæ .i. quasi sale quodam tempera-
ta comitate.i.affabilitate, & iucunda conuersatione, nec sene-
ctus mutauerat mores, quanquam cœpi eum colere non admo
dum grandem natu.i.priusquam valde senex erat. Sed tamen.i.
nihilominus prouectum, idest adultum, & maturum in ætate.
Enim, pro quia, ego, inquit Cato, natus anno.s. uno postquam
Qu. Maximus consul primum.i. ut dicunt prima uice creatus.
Cumque duæ sunt uoces, quæ pro, &, ego sum profectus cum
eo consule quartum.i.quarta uice. (Cogor.n.ineptius loqui, vt
manifestius loquar) ad Capuam .s. urbem in Campania Italica
existens miles adolescentulus, & factus sum Quæstor.i.receptor
uectigalium publicorum, quinto anno post.i. postquã sub eo
militaueram ad Capuam, factus autem sum dicit ad Tarentũ.
deinde factus sum ædis, idest ædium, & edendorum ac mensa-
rum censor, & prouisor, postquam ædilis fuerã factus sum qua
driennio.i.spacio quatuor annorum prætor, quem magistratũ
ego gessi Tuditano, & Cethego Romanis illis existentibus con
sulibus.illi, scilicet Q. Maximus ille existẽs tum.i.tunc admodũ
senex fuit suasor, scilicet in concione legis Cynthiæ.i. cum fer-
retur lex Cynthia de donis, & muneribus, idest quæ uetabat, &
dona.s.gratuita, & munera, scilicet merita conferri in precium
artis rhetoricæ tradendæ. Hic & bella. Prosequitur narrationẽ
de Q. Fabio Maximo, cuius exemplo uult ostendere quantum
virtus, & sapientia in senili ætate prosint dicens, hic.s. de quo lo
quor, Q. Maximus gerebat, ut adolescentulus.s.gereret, uel tan
quam adolescentulus esset, bella cum esset grandis.i.annosus
admodum. Et molliebat.i.languẽtem, & mollem reddebat sua
patientia.i. cunctatione, & dilatatione sua.quia non faciebat
ei copiam pugnandi, Annibalem ducem Carthaginiẽsem exul
tantem iuueniliter.i.petulanter, ut iuuenes solent, unde est il-
lud Aen.v. Si mihi quæ quondam fuerat, quaq; improbus iste,
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta. de quo .s. scripsit præ-
clarè familiaris noster, quia fuerat in contubernio Lælij Scipio
nis, Ennius.s poeta, unus homo .s.Q. Fabius Max. restituit no-
bis.s.Romanis, rem, idest imperium penè amissum, cunctando
.i.moram trahendo. Enim pro quia non ponebat rumores .i.
sermones populi, & inimicorum, qui nescientes quo consilio id
faceret, arguebant eum timoris, & inertiæ, ante salutem.s. suã,
& patriæ.i.malebat cum nota infamiæ ad tempus duratura sa-
luti, quam famæ consulere. Et ergo gloria ipsius postquam cõ
silium est inuentum utile claret, tunc post .i. postmodum ma-
gis quam fecisset, si gloriæ cupidus esset citius, sed minus pru-
denter uixisset. uero pro sed, quia.i.quasi uigilantia, & quo cõ
silio recepit Tarentum, q.d. summo tamen sup. quidem.i.certè.
Cum.i.quando, inquit.i.respondit me audiente Salinatori, qui
amisso oppido.s.Tarentino fugerat in arcem.i.in castrum, aut
ut dicunt fortalitium oppidi, Salinatori inquam glorianti, at-
que dicenti ita .i. in hanc formam, O Quinte Fabi tu recepisti
Tarentum mea opera. Ipse dico non, inquit, ridens certè tua
opera cepi. Nam si tu non amisisses Tarentum, ego nunquam
recepissem, & ita ignauia illius erat occasio recipiendi oppidi.
Nec uero ipse Q. Fabius Maximus erat præstantior in armis, in
quibus res bellicas gerebat, quam in toga in qua res pacificas
domi tractabat. Qui consul iterum, idest cum iterum, hoc est
secundo esset consul factus Sp. Caruilio collega.i.consule eius,
idest qui fuerat cum eo consul eodem anno quiescente .i. nihil
pro rep. agente restitit, quod potuit C. Flaminio trib. pl. diui-
denti uiritim.i.per uiros, & per singula capita agrum Picenum,
idest quidquid terræ utilis ad culturam circum Picenum iace-
ret, & agrum Gallicum.s. Cisalpinum, aut ubi Veneti, aut ubi
Ligures, & Pedemontenses modo sunt diuidenti dico contra
auctoritatem senatus. & augur i. cum ipse augur erat ausus est
dicere, ea geri optimis auspicijs, idest exceptionibus auium in-
spectione approbatis, quæ fierent pro salute reip. & quæ ferren
tur contra remp. ferri etiam contra auspicia, quasi auspicia ni-
hil approbarent, quod contra remp. esset. Ego cognoui in eo
uiro multa præclara, sed nihil est admirabilius in eo quam cũ
ille tulit.i.passus est mortem Marci filij.s.sui uiri clari, & consu
laris.i qui iam consulatum gesserat, aliquando consularis dici-
tur dignus, qui gerat. Laudatio, idest oratio funebris ipsius pa
tris de laude uiri Marci filij sui est in manibus, idest, est scripta.
Quam sup. orationem cum legimus quem philosophum non
contemnimus? q.d. nullum non contemnimus, & ita quemli-
bet contemnimus cum non pertingat ad sapiẽtiam ipsius. Nec
uero ipse Fabius erat modo, idest solum magnus in luce, idest
in aperto, ut in plateis, atque in oculis ciuium, sed erat pra stã-
tior intus, idest in occulto, & domi, qui.i. qualis sermo (ubi no-
tabis puer raro sequentes dici quis, sed qui, ut me qui sim que-
ris Alexi. Attamen iste Deus, qui sit dat Tityre nobis) q. agitur
sermo, q.d. planè diuinus, quæ præcepta sunt erant in eo, aut
dabãtur ab eo, quãta notitia antiquitatis sup. erat in eo. Quæ
scientia iuris?.i.de iure augurandi. q.d. maxima. Multæ.n. lite-
ræ, idest peritiæ latini sermonis, ut in homine Romano, idest
secundum quod Romani erant literarũ studiosi, & tenebãt me
moria, idest per memoriam omnia bella non solum domestica
.i. Romana, aut à familia sua gesta. semper enim gens Fabia
bellicosa fuit, sed etiam externa bella, cuius sermone fruebar
ita cupidè quasi diuinarem, id quod euenit. neminem unde di
scerem fore, idest futurum esse illo extincto.i. mortuo. Quor-
sum, quia prolixius locutus uideri posset à proposito deuiasse,
reducit se in uiam dicens, quorsus, idest ad quem finem igitur
sup. dixi tam multa de Maximo, idest de Q. Fabio Maximo. Pro
fectò respondet, ideo quia uidetis esse nefas dictu, idest ut dica-
tur talem senectutem, qualis in illo fuit, fuisse miseram. Nec ta
men omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi .s. Scipionum,
& Maximorum similes, quia Scipiones Carthaginem, & Numã
tiam expugnauerunt. Maximus, ut dictum est Tarentum, ut
scilicet ipsi recordentur urbium expugnationes.i. deuictiones,
& captiuitates, ut recordentur pedestres, & nauales pugnas .s.à
se exhaustas, & similiter gestas, & ut recordetur bella à se gesta,
& triumphos à se ductos. est .n. placida ac leuis senectus ætatis
actæ, quiete, & pure.i.sine uitio, & eleganter, idest cum exquisi-
to honore, & cultu, qualem scilicet senectutem, nos accipimus,

idest

idest audiuimus fuisse Platonis, qui mortuus est scribens .i. inter scribendum, uel dum scriberet adhuc anno uno, & octogesimo. Qualem sup. accepimus, etiam fuisse senectutem Isocr. qui dicitur scripsisse anno quarto, & nonagesimo ætatis suæ eum librum, qui inscribitur .i. prænotatur, quod uulgares minus latinè dicunt intitulatur Panathenaicus .i. continens Quinquatria Mineruæ festa. Caue autem lector ne legas Socrates, aut Socratem nihil scripsisse. Nec tā senex mortuus est cum in carcere eiectus sit. Omnesq; qui hunc locum recitant, ut nulla de numeris agens, & Ioannes monachus in dictionario græco, ubi exponit uocabulum Panathenea, legunt Isocratis, & uixit quinquennium, idest spacium quinque annorum postea .i. post eius libri editionem. Sunt tamen qui legant quinquennio, quia post, & antea ablatiuos excessus regunt. Cuius .s. Isocratis magister .s. Gorgias Leontinus compleuit centum, & septem annos. Diligenter obseruat, quod Valla præcepit, ut ante uiginti, & post centum maior numerus præcedat interueniente coniunctione, sed inter uiginti, & centum minor. neque cessauit unquam in suo studio, atque opere. Qui .s. Gorgias cum quæreretur .i. sciscitaretur ex eo cur uellet esse tādiu in uita, inquit, idest respondit, nihil habeo, quod .i. propter quod aut cur incusem .i. accusem, & damnem senectutem. Responsum, inquit Cato præclarum, & dignum homine docto. Si quærat grāmaticus cuius casus sit responsum, hoc loco dici posset fortasse nominatiui, ut intelligatur erat. sed melius dicetur accusatiui, ut intelligatur particula quam non expressit, quia non est uehemens officio, ut esset si diceret ò præclarum responsum, & cetera, dignū, homine docto. Enim pro quia, insipientes conferunt .i. detorquent sua .i. propria uitia, & suam .i. propriam culpam in senectutem, quod non faciebat is, cuius Ennius fecit modo .i. paulo ante mentionem. uidelicet Q. Fabius Max. sed melius legitur, fecit Ennius, ut sit, quod nō faciebat is uidelicet cuius ego feci modo mentionem. Nam Ennius comparat suam senectutem senectuti equi fortis, & uictoris dicens. Sicut fortis equus, qui fortè uicit supremo spacio uitæ suæ Olympia .i. certamen Olimpicum quiescit nunc confectus senio. Ideo dixi melius legi fecit, quam fecit, quia mala esset reciprocatio si diceres Ennius comparat suam .i. Q. Fabij senectutem. dicens ergo comparat suam .i. propriam senectutem &c. Pro ratione autem metri notum est antiquis liquefieri penitus, ut pronunciaretur confectu quiescit, & illud u, sicut us, sequente uocali corripitur, q. a ideo petitis, ut corripiatur. Quem .s. Enn. aut potius, quam senectutem Ennij uos potestis meminisse probe. Enim pro quia, hi uidelicet T. Flaminius, & M. Attilius facti sunt coss. anno undeuigesimo .i. 19. post mortem .s. Ennij. Ille autē mortuus est Scipione .s. maiore, & Philippo coss. iterum .i. secundario, cum .i. quando ego quidem natus annos quinq;, & sexaginta suasissem .s. in concione legem Voconiam, quam Voconius primus tulerat, suasissem dicit uoce magna, & bonis lateribus .i. instrumentis quibus uox confirmabatur. Ennius itaque 70. annis natus. tot .n. uixit .s. annos, ita ferebat duo onera, quę putātur maxima uidelicet paupertatem, & senectutem, ut uideretur penè, idest quasi delectari eis. Etenim &c. Proponit quatuor causas ob quas senectus grauis uideri soleat, quibus purgatis finem imponet operi. Ordo est. Etenim cum .i. quando, ego cōplector animo .i. considero hanc totam disputationē, reperio quatuor causas, cur senectus uideatur misera .i. afflicta, & miseratione digna. una (non dicit primam) quia ordo non est in his attendendus, quod senectus auocet .s. hominem senem à rebus gerēdis, quia non potest res gerere. Alteram .i. secūdam, quod facit corpus infirmum. Tertiā quod priuet ferè omnibus uoluptatibus. Quarta quod senectus absit haud procul .i. longè à morte. Videamus si placet quantum quæque .i. quæuis earum causarum ualeat, & quantum iusta sit unaquæq; senectus. abstrahit, idest putat ne quod ut isti si dicatur quærēt, quibus .i. à quibus, an ab his rebus, quæ geruntur iuuentute à uiribus, q. d. id quidem fatear. sed non continuo concedam, nihil senectuti agendum. Igitur si hoc uerum, & nullæ sunt res seniles .i. ad senes pertinētes, quæ administrentur, vel etiam infirmis corporibus, tamen animo .s. firmo, q. d. sunt quidē plurimæ. Igitur, quia senex erat Q. Maximus nihil agebat, & L. Paulus Aemilius non Macedonicus quo adoptatus es, sed naturalis pater tuus ò Scipio socer filij mei .s. M. Catonis, qui unicam L. Pauli filiam uxorem duxerat, socer dico filij mei existentis optimi uiri, nihil agebat & ceteri senes, ut Fabricij, Curij, Coruncani cum defendebant rēpu. consilio & auctoritate, nihil agebant, q. d. imò plurimū, & plus quam adolescentes. Ad senectutē Ap. Claudij accedebat ob neglectam religionem etiam, ut cæcus esset, tamen cum sentētia senatus inclinaret sup. se, aut inclinaret .i. tenderet ad faciendā pacem, & fœdus cum Pyrrho rege Epirotarum, is .s. Appius, licèt cæcus, tamen non dubitauit dicere illa, quæ Ennius poeta ille, est prosecutus uersibus. OP. C. Quo .i. in quam sententiā mētes, quæ solebāt uobis stare rectæ, ante hac .i. ante hoc tempus, flexere .i. inclinauere sese directo tramite, ruina dementia, idest ad dementiam festinanti &c. super non dubitauit dicere, aut dixit grauissimè. nō autem decet cetera eius carminis verba pronunciare. Notum enim est uobis carmen .s. Ennii, qui eorum familiaris fuerat, tamen .i. nihilominus oratio ipsius Appii extat, idest nondum deperiit, sed conseruata est. Atque ille egit hanc .s. orationem septem, & decem annis post alterum .s. secundum consulatum suum, cum decem anni interfluxissent inter utrūque consulatum. Et fuisset Censor ante consulatum superiorē .i. priorem. Ex quo .i. ex qua supputatione intelligitur Appium fuisse grandem .s. ætate .i. annosum. Sanè .i. ualde bello .i. tempore belli Pyrrhi .s. à Pyrrho illati, & tamen accepimus à patribus .i. à progenitoribus nostris sic .s. eum fuisse, & dixisse. Igitur illi qui negant senectutem uersari .i. occupari in re gerenda .i. in administratione rerum, nihil afferunt .s. argumenti solidi, & sunt similes .i. tales, ut idest quales sup. si qui .i. aliqui dicant gubernationem .s. nauium nihil agere in gubernādo, cum alii ex nautis scandant malos, idest arbores in nauibus erectas. alii cursitent per foros .i. tabulata nauium, quæ à ferendo dicuntur. unde Aen. 4. Implessentq; foro. Carcāt autem singulari, nec apud latinos reperitur forus. licèt à canonistis repertū sit capitulū forus. Alii exhauriant .i. euacuent aquis sentinam .i. receptaculum aquarum in imo nauis. unde Iuuen. Sat. 6. Tum sentina grauis &c. Autem, pro sed, ille .s. gubernator tenens clauum .i. gubernaculum, ut 5. Aen. Clauumq; affixus, & herens nusquam amittebat. sedeat quietus in puppi .i. summa parte nauis, & nō faciat ea quæ iuuenes sup. faciunt. At uero .i. sed certè facit maiora quo ad artem, & meliora quo ad utilitatem. Enim, pro quia, res magni momenti non geruntur uiribus corporū, aut uelocitatibus, idest agilitatibus, aut celeritate corporum, sed consilio .s. dando, & auctoritate .s. qua ualet sententia, quam pronunciat, & diiudicat, quibus .s. consilio auc. & sententia senectus solet non modo .i. non solum non orbari, idest priuari, sed etiam augeri .i. auctius donari, & uendi. Nisi fortè ego qui, & miles .i. cum essem miles, & tribunus, & legatus, & consul sum uersatus in uario genere bellorum, uideor uobis cessare nunc, cum, idest quando non gero bella, q. d. scio, quod putatis me minimè cessare, & ita nec senectutem debere conferri cessantē quamuis iuuenilia non tractet. At senatui docet se non cessare, quamuis bella non gerat dicens. At, idest sed nihilominus ego præscribo .i. diffinio, & declaro senatui, quæ sunt gerenda, & denuncio multo ante .s. quam fiat, quomodo bellum inferatur, idest inferri possit, aut debeat Carthagini, idest ciuibus Carthaginensibus. Cogitanti iandiu malè .i. perniciem Rom. imperii de qua .s. Carthagine, non desinam, ueteri .i. timere nobis, ante idest priusquam cognouero illam esse excisam .i. funditus euersam. Quam palmam .i. uictoriam, utinam ò Scipio dii immortales reseruent tibi, ut persequare reliquias aui .i. Scipionis maioris, qui Carthaginem tributariam fecit, quam hic Scipio postmodum deleuit, quod quia factum nouit Cice. facilè inducit Cat. id optantem, & quodammodo præsagientem. A cuius .s. aui tui morte hic, idest præsens annus, & tertius, & trigesimus, sed utinam omnes anni consequentes excipiant, idest amplexētur memoriam illius uiri, ut .s. eum imitentur. Ipse auus tuus mortuus est anno ante me censorem, idest priusquam censor essem nouem annis post consulatum meum. Cum esset creatus consul iterum, idest secundo me consule. Num .i. nunquid igitur si uixisset ad annum centesimum, peniteret eum senectutis suæ? q. d. minimè. Nec .n. quia certe non uteretur in tanto senio excursione. ut faciunt milites agiles, & ueloces, qui extra ordinem in agrum inimicorum permissu Imperatoris excursionē faciunt. nec saltu, ut qui pernicitate freti aliquem assiliunt. Nec eminus .i. de longè quasi telo manu misso, nec cominus quasi confecta, & coniuncta manu gladijs. sed uteretur consilio, ratione, sententia .s. in senatu dicenda. Quæ .s. tria nisi essent in senibus, maiores nostri non appellassent senatum .i. seniorum ordinem summum consilium. Quidem .i. certè ij, qui

gerunt

gerunt amplissimum.i. maximum, aut summum magistratũ apud Lacedæmonios.i.populos Spartanos,ut sunt senes. sic.n. appellantur senes,hoc est presbyteri quemadmodum, & apud Iudæos.Quod si uultis legere, & audire externa i.externarum gentium historias uos reperietis maximas resp. labefactatas.i. ad labem,& ruinam concussas,per adolescentulos.s.earum gubernatores, & sustentatas ne caderent à senibus. Cedo.i. dic, qui.i.quomodo amisistis tam cito uestram remp. Sic.n.percontantur.i.interrogant,ut est in lib.Ennij poetæ. Respondentur, & alia,& hæc in primis.i.præcipuè.Amisimus sup.remp.nostrã, quia prouenie bant oratores.i.legati noui,utpote adolescentuli. Videlicet.i.uidere licet cur id dictum sit, quia temeritas est.s. propria ætatis florentis.s.iuuenilis,prudentia est senectutis.Lælius autem obijcit dicens. At.i. nihilominus memoria minuitur sup.senibus,q.d.quomodo ergo sunt prudentiores? Ad qđ Cato credo, quod minuitur, nisi exerceas eam,aut etiam si tu sis natura.i.per naturam tardior.s.quam par sit.i.tardiusculus. Themist.dux ille Athen.perceperat nomina omnium ciuium, quia quemlibet proprio nomine compellere poterat. Num.i. nunquid censetis igitur eum cum præcessisset ætate, idest cum fuisset productus solitum salutare eum Lysimachum.i. nomine Lysimachi,qui esset Aristides?q.d.minimè. Equidem.i. ego quidem,ut de Themistocle non affirmem,non modo.i.non solum noui eos qui sunt,sed etiam patres eorũ, & auos. Nec ego legens sepulchra.i. epitaphia, & inscripta sepulcrorum uereor (quod aiunt).s.superstitiosi dicunt.i.qui talia legunt memoriã amittere,aut quia populares senes, & sepulchris uicini talia legunt,aut quia inuiti sepulchra quasi ea legentes inspiciunt, cũ sint senio incuruati.Autem qui legunt.i. eligunt sibi sepulchra iam uicini sunt morti, & ita uim memoriæ amittentes dicuntur diuerbio ex æquiuocatione sumpto sepulchra legere, non inquit uereor,ne perdam memoriam.Enim pro quia, ego redeo in memoriam mortuorum,eis ipsis legendis.i.dum hæc ipsa lego. Nec uero audiui quenquam senum.i. seniorum oblitum quo loco obruisset.i.terra operuisset thesaurum, quia senes natura ad rem propensiores sunt,qui.s.senes curãt omnia, & meminerunt.i.memoria tenent uadimonia constituta,idest si quando uadem ad diem comparaturi constituerint,& meminerunt qui debebant sibi.s.senibus, & quibus ipsi debeant, & meminerunt quid iurisconsulti.s.præcipiant, quid pontifices, quid augures, quid philosophi,quam.i. quantum multa meminerunt senes,q.d.plurima. Manent ingenia, concludit senibus naturales uires ingenij,& memoriæ non tolli dicẽs.Ingenii .i.ingenij capacitas ad res gerẽdas,aut intelligendas manẽt,modo.i.dummodo studiũ,& industria,idest naturalis permaneat. Nec ea sup.manent solum in uiris claris,idest conspicuis,& honoratis,sed etiam in uita priuata.s.à magistratu, aut negocio publico,& quiete,qualem philosophi,ac poetæ gerunt.Sophocles poeta ille tragicus clarissimum fecit.i.effinxit tragœdia ad summam,idest usque ætatem, qui cum uideretur negligere rẽ familiarem,idest utilitatem domesticam uocatus est à filiis in iudicium.ut quemadmodum solet nostro more.i.Romano interdici bonis.i.vsu,& commutatione bonorum patribus gerentibus.i.administrantibus rem.s.domesticam,mole.i. cum damno,& iactura rerum, sic iudices remouerunt illum, uidelicet Sophoclem à re familiari.i.usu,& administratione eius, quasi desipientem.i.delirantem.Senex.s.Sophocles dicitur recitasse, idest pronunciasse,tum.i.tunc iudicibus eam fabulam.i.tragœdiam,quam habebat in manibus.i. tunc faciebat, & tractabat uidelicet Oedipum Coloneum,idest fabulam sic inscriptã, aut cuius titulus erat Oedipus Coloneus. & dicitur quæsisse.i. interrogasse. Num.i.nunquid illud carmen.i. poema uideretur desipientis.i.insania,aut male sapientis. quo.s. carmine recitato liberatus est.s.à petitione filiorum,sententijs iudicum,num .i.nunquid igitur senectus coegit hunc.s. Sophoclem obmutescere in studiis suis?q.d, minimè. Num coegit Hesiodum antiquissimum poetarum quem in Georg. imitatus est Maro; nũ Simonidem poetam lyricum,num Stesichorum etiam lyricũ? Num quos ante dixi philosophos uidelicet Isocratem (ergo illic malè scribebatur Socrates) Num Gorgiam etiam philosophum?Num Homerum fontem ingeniorum, & poetarum sine controuersia summum?Num Pythagoram principem philosophorum?quia ante eum non philosophi.i.amatores sapiẽtiæ,sed philosophi.i.sapientes dicti sunt. Num Democritum et philosophum? Num Platonem diuinum philosophũ cui proprium nomen Aristocles erat? Num postea Zenonem principẽ Stoicorum? Num Cleanthem philosophum? unde Iuuen. Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthes. aut eum quem uos ò Læli,& Scipio uidisti etiam Romæ uidelicet Diogenem Stoicum. Num inquam hos coegit Senectus obmutescere in studiis suis?at sup. dicent, quod agitatio studiorum non fuit æqualis uitæ in omnibus his. Age omittamus ista studia diuina,ego possum nominare ex agro Sabino rusticos uicinos, & familiares meos.Quibus absentibus.i.in quorum absentia nunquàm ferè fiunt in agro.i. ulla opera maiora.i. maioris momẽti,non sup. fiunt eis absentibus,ferendis.s.fructibus.i.dum fructus,aut fruges feruntur,non etiam percipiendis.i. dum percipiuntur,& conduntur non condendis.i.dum cõduntur in horrea,quamquam minus mirum est in illis.s.rusticis. Nemo.n.est tam senex,qui non putet se uiuere annum.s.integrum adhuc, sed iidem.s. senes laborant in eis.s. operibus, quæ sciunt nihil omnino pertinere ad se.i. è quibus nullum sperant fructum. Nam serunt.i.plantant arbores,quæ possit alteri.i.proximè sequenti seculo.Vnde Varro à Sene.Seculum deducit,alij à secando,quod homines secat, & diuidat. Rari.n.ultra centum annos,quod seculum est,uiuunt,ut Statius.i. Cæcilius poeta noster.non Papinius ille,qui longè post Thebaidem condidit, ait in synephebis,in ea fabula ac dicta,quasi compueris, seu compubescentibus.syn.n.dicitur con,& ephebus putrescẽs,seu adolescens. Nec uero agricola,quantum uis senex,dubitet respondere quærenti cui serat,diis immortalibus sup.sero,qui uoluerunt me non tantummodo accipere.s.fata, & fructus à maioribus,idest ut dicunt prædecessoribus meis,sed etiã prodesse posterius.Melius Cæcilius &c.hoc puto Lælii esse uerbũ,qui male signatus est illic loqui. Aedepol &c. quod Cæcilii est. Melius inquit Cic.sup.dixit de sene prospiciente alteri seculo,quam illud idem,quod dixit in comœdia Aedepol.i.per ædem Pollucis senectus si.i.etiam si nihil aliud uitii apportet secum cum aduenerit.tamen sup.id unum.s.uitium est satis,quod senex sup. uidet diu uiuendo multa quæ non uult, &.i. etiam multa sup. uidet fortasse,quæ uult,ubi graphicè docemur uerbis modo seculo usitatis uti debere. nam Cæcilius more sui seculi uolt dixit.Cato autem non uolt,sed uult uidet.quæ etiam adolescentia incurrit sæpe nõ iustè.quia iustius etiam lege naturæ senes morbum pati,& funera suorumq; iuniores.Vero, pro sed, inquit Lælius.i. Cec.scripsit sup.aut dixit illud uitiosius,tum etiã reputo in senectute.i.ætate hoc sup.esse miserrimum.Sed uidetis,ut qualiter senectus non modo.i.non solum non sit languida.i.lenta atque iners.i.sine arte, & grauitate. Verum etiam sit operosa agens, & moliens, idest mole, & conamine attentans semper aliquid.s. tale quale fuit studium cuiusque in uita superiore.i.ante acta.Quid sup.de eo dicendum, quod senes addiscunt etiam semper aliquid, ut uidimus Solonem gloriantẽ in uersibus.i.carminibus suis,qui dicit se fieri senem addiscentem quotidie aliquid,ut ego.s.Cato feci, qui didici græcas literas senex,quas.s.græcas literas ego arripui sic auide, quasi cupiens,idest ut qui cuperet explere.i.saturare diuturnam sitim, ut ea ipsa essent mihi nota sup.exempla quibus uos uidetis me nunc uti(quæ uerba à Cice. decenter huic data sunt ne contra decorum persona loqui uideatur.Dandus est enim personis sermo aptus.vnde nisi Cato græcas literas didicisset, non debuisset græcarum historiarum tam peritus induci.) Quod.s. aliqd didicisse cum ego audirem Socr. philosophum illum Athen. qui primus de moribus disputauit fecisse in fidibus.i. scientia fidium,seu citharæ, quam senex didici. Equidem.i. ego quidẽ aut certè uellem,& illud.i.etiam fidib. scire,aut didicisse.Enim pro quia,antiqui.s.maiores nostri,aut antiquitus.i.olim discebant fidibus.i. cithara,& plectris canere. Sed certe elaboraui in literis.i. cognitione literarum, non fidium, de musico autem studio habetis hic commentarios. Nec nunc quidem. Ingreditur ad purgandum secundum obiectũ,quod dictum est, quod sint imbecilles atque impotentes uirium senes, dicens.

NEC nunc quidem vires desidero adolescẽtis (is.n.locus erat alter de uitiis senectutis) non plus, quam adolescens tauri, aut elephãti desiderabam. quod.n.homini naturaliter insitum est, eo uti decet:& quidquid agas, agere pro uiribus.quæ enim uox potest esse contemptior, quàm Milonis

lonis Crotoniatæ? qui cum iam senex, athletas se in cur-
riculo exercentes videret: aspexisse lacertos suos dicitur,
illacrymansq; dixisse:

at hi quidem mortui iam sunt:

non vero tam isti, quam tu ipse, nugator. neque enim ex
te unquàm es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis.
nihil Sex. Aelius tale, nihil multis annis ante T. Corunca-
nius, nihil modo P. Crassus: à quibus iura ciuibus præ-
scribebantur: quorum usque ad extremum spiritum est
prouecta prudentia. Orator, metuo, ne languescat sene-
ctute, est enim munus eius non ingenii solum, sed laterũ
etiam, & uirium. omnino canorum illud in uoce splende
scit etiam nescio quo pacto in senectute: quod equidem
adhuc non amisi; & videtis annos meos: sed tamen est
decorus senis sermo quietus, & remissus; facitq; persæpe
ipsa sibi audientiam diserti senis compta, & mitis oratio.
quod si ipse exequi nequeas, possis tamen Scipioni præ-
cipere, & Lælio. quid .n. est iucundius senectute stipata
studijs iuuentutis? an ne eas quidem vires senectuti relin
quemus, ut adolescentes doceat, instituat, ad omne offi-
cij munus instruat? quo quidem opere quid potest esse
præclarius? mihi uero Cn. & P. Scipiones, & aui tui duo,
L. Aemilius, & P. Africanus comitatu nobilium iuuenũ
fortunati uidebantur, nec vlli bonarum artium magistri
non boni putandi, quamuis consenuerint uires, atq; de-
fecerint, etsi ista ipsa defectio virium, adolescentiæ uitiis
efficitur sæpius, quàm senectutis. libidinosa .n. & intem-
perans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cy-
rus quidem apud Xenophontem, eo sermone, quem mo
riens, habuit, cum admodum senex esset, negat se unquã
sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quã ado
lescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, qui cum
quadriennio post alterum cõsulatum pontifex maximus
factus esset, uiginti & duos annos ei sacerdotio præfuit,
ita bonis esse uiribus extremo tempore ætatis, ut adole-
scentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ip-
so dicere. quamquàm est id quidem senile, ætatiq; nostræ
conceditur. uidetis .n. ut apud Homerum sæpissimè Ne-
stor de uirtutibus suis prædicet. tertiam enim iam ætatẽ
hominum uiuebat: nec erat ei uerendum, ne, uera prædi-
cans de se; nimis uideretur, aut insolens, aut loquax. ete-
nim (ut ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior flue-
bat oratio: quam ad suauitatem nullis egebat corporis vi
ribus. & tamen dux ille Græciæ nunquam optat, ut Aia-
cis similes habeat decem, at ut Nestoris: quòd si accide-
rit, non dubitat quin breui sit Troia peritura. sed redeo
ad me. Quartum ago annum, & octogesimum, uellem
id quidem posse, quod Cyrus: sed tamen hoc queo dice-
re, non me quidem ijs esse uiribus, quib. aut miles bello
Punico, aut quæstor eodem bello, aut consul in Hispa-
nia fuerim, aut quadriennio post cum tribunus militum
depugnaui apud Thermopylas M. Acilio Glabrione cõ-
sule: sed tamen (ut uidetis) non planè me eneruauit, non
afflixit senectus: non curia uires meas desiderat, non ro-
stra, non amici, non clientes, nõ hospites. nec .n. unquam
sum assensus illi ueteri, laudatoq; prouerbio; quod mo-
net maturè fieri senem, si diu velis senex esse. ego uero me
minus diu senem esse mallem, quàm esse senem ante quã
essem: itaque nemo adhuc conuenire me uoluit, quin fue
rim occupatus. at minus habeo uirium, quam uestrum
uteruis. nec uos quidem T. Pontij centurionis uires ha-
betis. num iccirco est ille præstantior? moderatio modo
uirium adsit, & tantum quantum potest, quisque nita-
tur: næ ille non magno desiderio tenebitur uirium. Olym
piæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum hume-
ris sustineret bouem. utrum igitur has corporis, an Py-
thagoræ tibi malis uires ingenij dari? denique isto bono
utare, dum adsit: cum absit ne requiras nisi fortè adole-
scentes pueritiam, paululum ætate progressi adolescen-
tiam debent requirere. cursus est certus ætatis, & uia una
naturæ, eaq; simplex, suaq; cuiq; parti ætatis tempestiui-
tas est data. ut .n. infirmitas puerorum est, & ferocitas iu
uenum, grauitas iam constantis ætatis sic senectutis ma-
turitas naturale quiddam habet, quod suo tempore per-
cipi debeat. arbitror te audire, Scipio, hospes tuus Massi
nissa, quæ faciat hodie nonaginta annos natus: cum in-
gressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascende-
re; cum equo ex equo non descendere: nullo imbre, nul-
lo frigore adduci, ut capite operto sit: summam in eo esse
corporis siccitate, itaque exequi omnis regis officia, &
munera. potest igitur exercitatio, & temperantia in sene-
ctute etiam conseruare aliquid pristini roboris. nõ sunt
in senectute uires: nec postulantur quidem uires à sene-
ctute. ergo, & legib. & institutis, uacat ætas nostra, mune
ribus iis, quæ non possunt sine uiribus sustineri. itaq; non
modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus,
quidem, cogimur. At ita multi sunt imbecilli senes, ut nul
lum officii, aut omnino uitæ munus exequi possint. at id
quidem non proprium senectutis est uitium, sed cõmu-
ne ualetudinis. quam fuit imbecillis P. Africani filius is,
qui te adoptauit? quam tenui, aut nulla potius ualetudi-
ne? quòd nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciui-
tatis. ad paternam .n magnitudinem animi, doctrina ube
rior accesserat. quod mirum igitur in senibus si infirmi
sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere
possint? resistendum Læli, & Scipio, senectuti est, eiusque
uitia diligentia compensanda sunt; pugnandum tanquã
contra morbum, sic contra senectutem; habenda ratio va
letudinis; utendum exercitationibus modicis; tantum ci-
bi, & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non op-
primantur. Nec uero corpori solum subueniendum est,
sed etiam menti atq; animo multo magis. nam hæc quo-
que nisi tãquam lumini oleum instilles, extinguuntur se-
nectute. Et corpora, quidem exercitationum defatigatio
ne ingrauescunt: animi autem exercendo leuantur. nam
quos ait Cæcilius comicos stultos senes, hoc significat
credulos, obliuiosos, dissolutos. quæ uitia non sunt se-
nectutis, sed inertis, ignaue, sonniculosæ senectutis. ut
petulantia, ut libido magis est adolescentium, quam se-
num, nec tamen omnium adolescentium, sed non pro-
borum, sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari so-
let, senum leuium est, non omnium. quatuor robustos fi-
lios, quaq; filias, tantã domum, tantas clientelas Appius
regebat, & senex, & cæcus. intentum .n. animum, tãquam
arcum habebat, nec languescens succumbebat senectuti,
tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in
suos; metuebant eum serui, verebantur liberi, carum om-
nes habebant. uigebat in illa domo mos patrius, & disci-
pliua. ita .n. senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius
suũ retinet si nemini mã cipata est, si vsq; ad ultimum spi
ritum dominabatur in suos. vt .n. adolescẽtem, in quo ali-
quid senile, sic senem, in quo aliquid est adolescẽtis, pro-

bo quòd qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquàm erit. septimus mihi liber originum est in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo, causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quàm maximè orationes conficio, ius augurum, pontificum, ciuile tracto; multum etiam græcis litteris utor; Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro uesperi. hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis; in his desudans, atque elaborans, corporis uires non magnopere desidero; adsum amicis, uenio in senatum frequens: ultroq; affero res multum, & diu cogitatas, eaq; tueor animi, nó corporis uiribus. quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret, ea ipse cogitantem; quæ iam agere nó possem, sed, ut possim, facit acta uita. Semper enim in his studiis, laboribusq; uiuenti non intelligitur; quando obrepat senectus. ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Nec nunc equidem] Confutat nunc secundam rationem, & causam qua senectus misera videbatur, quod s. corpus infirmum redderet, concluditq; omnia bene à natura esse descripta, & eo quemq; contẽtum esse debere, quod illa ordinauerit. Nestor Hom. in 4. Ill. sic loquitur. Non omnia pariter dii hominibus dare consueuerunt, atque, ut tunc iuuenis eram valens robore, ita nunc senio confectus, nihil tamen minus sic quoq; inter equites in prælio versabor tantum instigans, hoc nanque seniorum ducum proprium officium est, qui post me n ti sunt uiribus uigent, hi bella committant, manusq; conferãt. sed mea tamen uoce gubernentur. [Alter locus] secunda causa miserabilis senectutis. Infinitum] innatum, proprium, peculiare. Pro uiribus] Pro ratione datarum a natura uirium, & facultatũ. Conteptior] Vilior, & insipientior, quoniam ignorare uidetur uim naturæ ordinemq; diuinum, cui semper est acquiescendum. Croton urbs Calabriæ siue Brutiorum patria Milonis robustissimi Athletæ .i. certatoris in priscis conuentibus, & spectaculis. Curriculo] Stadio, circo, cauea, theatro. curriculum dicitur locus, & spatium in quo certamina celebrantur, & maximè cursus, Græce στάδιον. Mortui] Languidi, affecti. Nugator] Delirus, & uanus. nugę dicunt leuia uerba, & ridicula. hinc nugor, & nugator, qui uana loquitur, & futila. Ex te] Ex tui animi dotibus, sed & corporis. Nobilitatus[Celebratus, nomenq; adeptus. Lateribus] uiribus. Lacertis] Musculis brachiorum, & toris. Tale] quale tu dixisti de mortuis lacertis. T. Coruncanus primus è plebe factus est pontifex maximus. Modo] Paulo ante. Præscribebantur] Dabantur, ordinabantur, præfiniebantur. Prouecta] Progressa, extensa iuris peritia. Languescat] Flaccesat, debilitetur. Munus] Officium. [Laterum] Spirituum, qui bona latera requirunt, & illa, ut actionibus, & contentionibus suppetant oratori. Canorum] Sonorum, & clarum in uoce, pronuntiationeq;. [Nescio quo pacto] occulto quodam naturæ dono ac munere. Decorus] Honestus, aptus. Quietus] sedatus [Remissus] Lenis, placidus, grauis citra intentionem, & elationem iuuenibus decoram. [Audientiam] attentionem. Deserti] Eloquentis, & docti. Compta] ornata. Mitis] Lenis, tranquilla, sedata, ut decet senilem prudentiam [Quod] facere sibi audientiam. Exequi] Perficere, præstare. Præcipere] præcepta dare iunioribus, & eloquendi, & uiuendi. si .n. orare causas nequeant senes, alios dicere docent, præcepta ferme auctoritatem non habent, nisi ex ore senili, atq; sagaci, & longo rerum usu edocto. Stipata] circundata, inde stipatores, & laterones. Studiis iuuentutis] studiosa pube, ac cœtu honesto, cupidoq; disciplinæ. Instituat] Erudiat ad bonas artes. inde institutiones & instituta. Ille etiam reip. prodest, ait Seneca, qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia uirtute instruat animos, & in priuato publicum negocium egit. hoc ab homine ratio exigit, ut prosit hominibus si fieri potest, multis: si minus, paucis, si minus proximis, si minus sibi. nam cum se utilem, ceteris efficit commune agit negocium, quoniam qui se deteriorem facit, non sibi tãtummodo nocet, sed etiam omnibus his quibus melior factus prodesse potuisset; sed quis bene de se meretur, hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat. Munus officiosam artem, & actionem priuatam publicamque. Instruat] Effingat, omneq; tribuat instrumentum, quod gerendis necessarium sit. inde instrumentum Rhetoricum, philosophicum, & cetera id genus, & à natura instructus, is dicitur bene sic ornatus, & cuique negocio idoneus, instrumentorum nomine, inquit, iurisconsultus, ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest, & ideo tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. Cn. & P. Scipiones. hi fratres bello pun. ii. claruerunt, pugnandoq; in Hispania ceciderunt. Publius pater fuit maioris Africani, qui per adoptationẽ auus fuit huius Aemiliani Scipionis [L. Aemilius] qui consul cecidit in Cannensi strage, pater fuit Pauli Aem. qui de Macedonia triumphauit. è quo natus est hic Scipio, qui in Corneliam trãscriptus est familiam. Comitatu] stipatione, assectatione, deductione, reductioneq;. Magistri] Doctores, & professores. Defectio] Debilitatio. Vitiis] intemperãtia, nequitia, ignauia. Libidinosa] Lasciua, profusa, mollis, & immoderata. Effœtum] Exhaustũ, & languidum. Cyrus quidem] Verba Cyri in extremo octaui Pædiæ hæc sunt, Cum iam ætate procedere mihi auctas cognoscere uisus sum uires meas, itaq; senectutem nunc sensi factam esse iuuenta mea imbecilliorem. Ego. L. Metellum] Plin. agens de uariis exemplis fortunæ dicit, Metellus in ea oratione, quã habuit in supremis laudibus patris sui L. Metelli pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum, decẽ uir agris dandis, qui primus elephantos .i. bello Pun. duxit in triumpho, scriptum reliquit decem maximas res consummasse eum. Is Metellus dicit Plin. orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio cum Palladium raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed euentu misero. Id] De seipso dicere peculiare est, & naturale senibus, si uero senex præsens est, inquit Macr. habes occasionem, quam plurimum illi contulisse uidearis, si eum interroges, uel quæ alium omnino non pertinent. est n. huic ętati loquacitas familiaris. hæc sciens Homerus quandam congeriem simul interrogationum Nestori fecit offerri, vt pruritum senectutis expleret. [Apud Hom.] In 4. & 11. Iliados. [Prædicet] Palam loquatur & iactanter inuulget. [Insolens.] Iactabundus, arrogans. Vt ait Ho. [lib. j. Iliados his uerbis, surrexit Nestor Peliorum, & imperio, & facundia longe princeps, cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio, fuit sapientia simul, & annis grauis. Siquidem tertiam iam ætatem hominum uiuebat, & cum multis, q iã decesserant una floruerat. Dux Græciæ] Agamenõ Græcorũ imperator cuius verba hæc sunt apud Hom. ij. Iliados: Venerãde senex, omnis sine cõtrouersia Græcos senatores uincis in dicenda sententia. Ac utinam fecisses tu Iupiter, tuq; Minerua, & tu Apollo, ut decem mihi ex omnibus Græcis forent tanto consilio uiri, breui profecto Troia nostris manibus capta deleretur. Thermopylas] Thermopylæ sunt angustiæ montis totam Græciam diuidentis ita nominatæ ab aquis calidis, & portis. Liu. vi. decadis belli Maced. agens de pugna Attilii. C. Labeonis consulis cum Antiocho rege ad Thermopylas dicit, plures cecidissent, nisi M. Porcius Cato deiectis è iugo Aetolis, & magna ex parte cæsis, supereminentem castris locum aperuisset. Planè] omnino ac penitus. Eneruauit] Debilitauit. Afflixit] Prostrauit, affligere est prosternere. significat etiam angere, vexare, turbare. affligere id olim significabat, qđ sternere. profligatus dicitur perditus, prostratus. Curia] Senatus, & locus ubi publicæ curæ geruntur. Rostra] Forum. id est causæ forenses atque iudicia. Clientes] Affectatores, & cultus. quorum sum patronus, & uindex. Hospites] Externi amici, & in primis Rhodiẽses. Gell. lib. vij. dicit. Tum M. Cato exurgit, & optimos fidissimosq; socios, quorum opibus diripiendis possidendisq; non pauci è summatibus uiris intenti infensiq; erant defensum conseruatum pergit, orationemq; inclytam dicit, quæ & seorsum fertur, inscriptaq; est pro Rhodiensibus, & in v. Originum libro scripta. Laudato] Celebrato communi iudicio. Maturè] Cito ac tempestiuè. Ego uero] Sensus est, nollem diu esse senex, quemadmodum senectutem ante tempus nec optaui, nec optassem, ea sorte contentus, quæ me donatura donasset, è cuius prescripto, qui uitam agit, nunquam iure queritur. Conuenire] Reperire. Quin] quod non aliquo negocio districtus fuerim, homines nihil agẽdo dicebat Cato, male agere discunt. Vteruis] Vnus è duobus quemuis, hoc enim significat

gnificat uteruis. uter de duobus dicitur, quis de pluribus, &
quilibet unus è pluribus. qui tibi magis libet. uterlibet uero
unus è duobus qui libeat. [Tritānij Pontij] Lucilius auct. Cic.
ij. de fi. inducit Scæuolam taxantem Albutium his uerbis Græ
corum te Albuti, quam Romanum, atque Sabinum Munici-
pem ponti Tritanni centurionum Præclarorum hominum, ac
primorum signiferumq́ue Maluisti dici hæc ille Plin. in vij. di-
cit Tritannum in gladiatorio ludo Sannitum armatura cele-
brem, filiumq́ue eius militem magni Pompeij, & rectos, & trāſ
uerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachiis
etiam manibusq́ue auctor eſt Varro in prodigioſa uirium re
latione. carmen Lucilij ſuadet, ut ſic legam potius quam T.
Pontij, ut uulgati habent codices forte. hallucinantes critici
pro Tritanno poſuerunt. T. dixeruntque T. Pontium quem a
Ponto reor denominari. Non ſum in hoc pertinax, & ſiue T.
Pontium centurionem, ſiue Tritannum Pontium legas pa-
rum refert, uel potius nihil. Lis etenim eſt de lana caprina, diſ-
ſimulari iudicij mei, ut Fa. ait, conſcius eſſe non potui, uiri ma
ximè ualentis exemplum ponitur adde notam lector, quæ tibi
magis arriſerit. [Moderatio] Temperamentum quoddam, &
menſura ætati conueniens, & neceſſaria. [Olympiæ] Apud O-
lympiam regionem Peloponenſi prope Olympum montem, &
Olim atque Alpheum, ubi erat luſtralis celebritas ludorum.
[Stadium] Spatium, & curriculum. Crotoniatam Milonem,
inquit, Plin. in vij. athletam cū conſtitiſſet, nemo ueſtigio edu
cebat, malum tenenti, nemo digito corripiebat. [Iſto bono]
Viribus corporis. [Certus] Ratus, firmus indubitatus quidam,
nunquam uacillans. [Vna uia] Ratio progreſſus, & uitæ cur-
ſus. [Simplex] Inuariabilis, & uniformis, quoniam omnia or-
ta occidunt, & aucta ſeneſcunt. Sua] propria. Tempeſtiuitas]
opportunitas temporis. Infirmitas] Delibitas. Ferocitas] ani-
moſitas. Grauitas] ſeueritas. Conſtantis] Firmæ, & conſtitu-
tæ. Maturitas] Lenitas, & mitigatio quædam. Matura ætas
dicitur lenitas, mitis, & quaſi coacta annis, ut pomum dicitur
maturum, mirificatum, & dulce. Suo] opportuno. Percipi] Ap
prehendi ad uſum, & fruitionem, ut maturos fructus decer-
pimus, & fruges, Hoſpes tuos. Corneliæ familiæ amicus. ho-
ſpites ſunt, qui ſe mutuo in peregrinationibus recipiunt, & ho
ſpitalitas eſt benignitas, & facilitas in recipiendis hoſpitibus.
Maſiniſſa rex Numidarum in amicitiam P. R. receptus fuit a
P. Scipione qui primum Africanus appellatus eſt. Siccitatem]
optimam corporis habitudinem deſiccari iugi exercitatione
humoribus, qui ignauia putreſcunt, corpusq́ue corrumpunt.
exercitium omne laborque naturaliter ſiccat corpora, & for-
tia facit, & animæ prodeſt, ſenſusq́ue augentur exercitium le-
ue poſt cibos, uel deambulatio corpora ſiccat, & uentrē pin-
gueſcere non ſinit, Matutinum exercitium, uel deambulatio
corpora, temperat, capti multum prodeſt, & oculis exercitium
in puluere corpus infrigidat, & tumorem nudis pedibus tollit,
exercitium cum oleo calefacit corpus, Cyrus, ut eſt apud Xe-
nophontem priuſquam ſudaſſet nunquam cęnauit, dicebatq́;
primū operando ne unquā ſaturer, deinde per laborē immiſſo
conſumo. Exequie] Peragere, obire, perficere actiones regi cō
uenientes. Munera] onera, opera, unde immunes dicti, & im-
munitas quæ ad nullum tenetur munus. i. onus, & opus. Tem-
perantia] ſobrietas; & frugalitas in eſculentis, & poculentis.
Priſtini roboris] Iuuenilis uigoris. Legibus] Formulis uitæ ſcri
bendis, atque documentis tradendis. Inſtitutis] Ciuilibus or-
dinationibus, & ferendis moribus, atque decretis, quibus cen-
ſeri poſſit uita communis. Vacat] Dat operam, incumbit ſeni
lis prudentia. Muneribus his] Hæc per appoſitionem dicūtur,
ideſt his oneribus, q̄ poſſunt ingenio portari ſine uirib⁹ corpo
ris Munus, inquit iuriſc. de uerb. ſig. tribus modis dicitur uno
donum, altero onus, quod cum remittitur, uacationem mi-
litæ muneriſq́; præſtat, inde immunitas dicta. tertio officium,
unde munera militaria, & quidam milites munifici vocantur.
& municipes dicti ſunt, quod numera ciuilia capiāt. Suſtineri]
Tolerari, & ferri Officij] Actionis debitæ amicis patrięque. Vi-
tæ] Rei pertinentis ad uitæ uſum, qui tali ualetudine laborāt
mortui pene uidentur. Munus] onus. Exequi] Excercere, ad-
miniſtrare. Vitium] Incommodum; culpa, malum morbus.
Valetudinis] Infirmitatis, debilitatis, imbellicitatis. Imbecil-
lis] Debilis, ualetudinarius. Adoptauit] In filium aſciuit, at-
que elegit, inde cooptatio. Nulla ualetudine] Corporis inte-
gritate ac robore, ualetudo medium uocabulum eſt bonam
ſiquidem, malumq́; ſignificat. qua p̄p̄ adiunctis diſtinguit, lo-
cisq; diſcernitur. Alterum lumen] Alter ſol, & ſplendor Rom.
nominis, qualis fuit pater Africanus maior. Magnitudinem
animi] Militarem, & imperatoriam excellentiam in rebus ar-
duis, & periculoſis. [Vberior] Copioſior, & maior eruditio. [Ac
ceſſerat] Aduenerat, addita erat, inde acceſſio adiunctio ſiue
additamentum. Reſiſtendum] Reſponſandum, & repugnan-
dum contentione mentis, & generoſis laboribus. Vitia] Mala,
incommoda morbi. Diligentia] Vigilantia induſtria. Com-
penſanda] Rependenda, emendanda, ſuperanda, permutan-
da, compenſatio, inquit Iuriſconſ. eſt debiti, & crediti inter ſe
contributio. Ratio] Cura. Valetudinis] ſanitatis. [Modicis]
Temperatis, ſuum modum, ideſt menſuram habentibus, &
rationem. prima corporis curatio, inquit Celſus, exercita-
tio eſt, quæ ſemper antecedere cibum debet, in eo qui minus
elaborauit, & bene concoxit, amplior, in eo qui fatigatus
eſt, & minus concoxit remiſſior. commode autem exercent,
clara lectio, arma, pila, curſus, ambulatio, atque hæc non
ita plana commodior eſt. ſiquidem melius aſcenſus, & de-
ſcenſus cum quadam uarietate corpus moueat niſi tamen id
per quem imbecillum eſt. melior autē eſt ſub dio quam in
porticu melior ſi caput patitur in ſole quam in umbra melior
in umbra quam parietes, aut uiridaria efficiunt, quam quæ
tecto ſubeſt. melior recta quam flexuoſa. Exercitationis, aut
plerunque finis debet eſſe ſudor, aut certe laſſitudo, quæ ci-
tra fatigationem ſit. idque ipſum modo minus, modo magis
faciendum eſt. [Reficiantur] Refoueātur, recuperentur, quo
niam laborat ſemper noſtra natura, indigetque fulciri. ſed mo
dus tenendus eſt ne quod infunditur, ſuperfluum fiat & noxiū
ubi ad cibum uentum eſt, inquit Celſus, nunqam utilis eſt
nimia ſatietas, ſæpe inutilis nimia abſtinentia, ſæpe ſi qua in-
temperantia ſubeſt durior eſt in potione, quam in eſca. ubi ex-
pletus eſt aliquis facilius concoquit, ſi quidquid aſſumpſit po-
tione aquæ frigidæ includit, tum pauliſper inuigilat, deinde
bene dormit. Si quis interdiu ſe implebit poſt cibum, neque fri
gori, neq; æſtui, neq; labori ſe debet committere. Oppriman-
tur] Debilitentur, ſuffocentur nimia copia, & pondere cibo-
rum, & potionum, quibus coquendis, & conficiendis naturales
uires non ſufficiunt. Subueniendum] ſuccurrendum ſuis exer-
citationibus, & commentationibus, ne ſitu obducatur, & lan-
guorem torpeſcat. Graueſcunt] Debilitatur, ſi modum exceſ-
ſerint labores. Leuantur] Leuiores fiunt, agiliores, & uegetio-
res. Stultos] Bardos, inſipientes, imprudentes. [Credulos] Le-
ues, futiles, deliros, omnia facillimè credentes citra iudicium,
& prudentiam prudentis eſt, inquit Sen. examinare conſilia, &
non cito facili crudelitate ad falſa prolabi. Obliuioſos] Imme-
mores, & obtuſos, citra ingeniū. Si prudens eſt animus tuus,
dicit Sen. tribus temporibus diſpenſetur præſentia ordina, fu-
tura prouide, præterita recordare. nam qui nihil de præterito
cogitat perdet uitam, qui nihil de futuro præmeditatur in om
nia incautus incidit. [Diſſolutos] Negligentes, incontinentes,
hebetes, inconſtantes, [Inertis] ocioſo, deſidioſæ. inertes pro-
priè illi ſunt qui artem non habent, & artifex, atque rudis igna
rusq́; opponuntur. [Ignauæ] Pigræ, langueſcentis. Somniculo-
ſæ] Torpidæ, marceſcentis, & ſomno tantum indulgētis, qui eſt
mortis imago. Petulantia] Laſciuia, procacitas, immoderatio.
Libido] Effrænata cupiditas uoluptatum, & uenerearum ma-
ximè. Non probatorum] Improborum incontinentium, intē-
perantium, & notam merētium. Stultitia] ſtoliditas, hebetudo,
inſipientia, barditas. [Deliratio] A recte rationis linea exorbi-
tantes, & inſanientes. Iactu ſemine, inquit Plin. iteratio ſequi-
tur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod uocant lira
re, operientes ſemina unde primum appellata deliratio eſt. Le
uium] Vitium, nullo rerum pondere ſubnixiorum. Tantam
domum] Numeroſam familiam. familiæ appellatione, inquit
iuriſc. 21. digeſt. omnes qui in ſeruitio ſunt continentur, etiā
liberi homines qui bona fide ſeruiunt. [Tanta clientelas] Tur
bas, & cœtus clientum qui patronos adſectantur, & colunt. Re
gebat] Prudentia, & conſilio gubernabat. [Intentum] Para-
tum, uigilantem, acrem. Langueſcens] Torpeſcens. Nec ſuc-
cumbat] Non cedebat, ut debilis, & uictus, ſed repugnabat
vitijs ſenectutis, luctabaturq́ue cum illa viribus ingenii, & con-
ſtanti robore erectæ mentis, & præfractæ. [Auctoritatem] Aeſti
mationem, dignitatem. [Imperium] Dominium, & principatū.
[Verebantur] Honorabant. cum verecundiā illi reuerentiamq́
exhibe-

exhibebant. Vereri est liberi hominis, timere uero serui. hic pœnæ metu tenetur, ille autem pudoris. [Carum habebant] Amabant. Carum, inquit alibi Cic. uerbum est amoris. inde dicta Caritas amor sincerus ἀγάπη dicitur à Græcis. [Vigebat] Florebat, uigorem habebat. [Patrius mos] Auita consuetudo, & rectus ordo uitæ. [Disciplina] Domestica ratio, & honesta eruditio, normaq; uiuendi. [Ius suum] Auctoritatem, imperium, ditionem. [Emancipata] Dedita, & addicta in seruilem morem. Emancipatam, inquit. Non citans hunc Cic. locum, dicitur obnoxiū, & deditum. Ho. in Epod. Romanis (eheu posteri negabitis) Emancipatus fœminę Fert uallum, & arma miles, & spadonibus Seruire rugosis potest. [Dominatur] Retinet dominū. [Senile] Graue, maturum. [Aliquid adolescens] Vegetum, actuosum, celere, promptum. [Animo] Animi uigilantia, & solerti agitatione. [VII. liber.] Cato hic Censorius in senectute scripsit historias in vii. vol. digestas. primum continebat res regum P.R. secundum, & tertium unde quæque Italica ciuitas orta sit, cuius rei gratia oēs libros appellauit Origines. In quarto narrabatur primum bellum Pun. In quinto secundum. aliis duobus reliqua bella complexus est usq; ad præturam Galbæ, qui Lusitanos diripuit. [Est in manibus] Nunc elaboratur, & componitur. [Monimenta] Recordationes, & historias originum. [Causarum] Actionum, & negociorum [Illustrium] Nobilium, & splendidarum. [Conficio] Compono, & literis mando, vt prosint posteri, doceantq; nepotes, quibus prospiciēdum est. [Ius augurum] Auguralem disciplinam, & potestatem, siue auctoritatem, quam habent augures Iouis consiliarii diuiniq; nutus per auguria interpretes. [Pontificum] Quo pontifices in sacris ceremoniis utuntur. [Ciuile] Quo ciuitas gubernatur, & regitur. Ius ciuile positum absolutè Romanorum significat, vt poeta Virg. apud Latinos, & Homerum apud Græcos per excellentiam. [Exercitationes] Commentationes, quibus ingenio subuenitur, & memoria confirmatur. [Curricula] Spacia per quæ mēs exercetur, & rationis celeritas atq; discursus. hæ sunt, inquit, occupationes, quæ senile ingenium hebescere non sinunt, sed uegetum seruant, & agile. [In his] Curriculis. [Non desidero] Quoniam ingenii uiribus exercentur, magisq; corporis, quod ad eum finem curandum est, vt animo seruiat. fulcris etenim corporis animus sustētatur. [Adsum] Faueo in causis patronus, & aduocatus defendo amicos, eorumq; negocia. adesse amico significat aduocatum esse, causam eius defendere. atque id dicitur, inquit Gell. non in compitis tantum, neq; in plebe uulgari, sed in foro, in comitio apud tribunalia. [Frequens] Assiduus frequento curiam, in qua publicæ curæ geruntur. frequens dicitur senator, qui suum frequentat munus, & frequens cura passiuè frequentia multorum celebrata, frequēs miles qui à signis non recedit. [Vltro] Mea sponte, ut generosam decet naturam. non .n. expectandum est dum rogemur. si vero velimus officio fungi, non tulit gratis, inquit Sen. qui cū rogasset accepit. [Tueor] Defenso, exerceo, conseruo. [Quę] Supradicta omnia. [Exequi] Exercere, peragere. Ante acta] Præterita, quæ tales dotes parauit senectuti, atq; viaticum. [Studiis] curis, exercitiis. Obrepat] Adueniat, obrepere, adrepere, subrepere propriè est illorum animalium, quæ pedibus carent, & ob id reptilia dicuntur. trāsfertur tamen ad multa, sed ita, vt accessum humilem significet. ut repere per accliuia, angusta, foramina. [Sensim] Paulatim. [Sine sensu] Perceptione, & cognitione. sentire proprie est sensuū iudicio aliquid percipere. transfertur, & ad animum, inde sensu, & sententia [Frangitur] Debilitatur, abrumpitur. [Diuturnitate] Spacio temporis. [Extinguitur] Vitalem calorem amittit, & uitam cum morte compensat, & mors inter naturæ munera reponenda est.

MAR. PHIL. DESIDERO] Est propriè de rebus absentibus, unde ponitur desiderium pro absentia. [Is enim] Per parenthesim .i. inter positionem sententiæ. [Plusquam adolescens] Quia desiderare uires tauri esset plusq̄ adolescentis uires expetere. [Tauri, aut elephanti] Ista sunt animalia miræ fortitudinis. Elephas, tis declinatur, & Elephantus, phanti, ut sectoq; Elephanto. Et cum esset adolescens ipsorum uires non desiderabam, quia contra naturam fuisset, nunc autem cum senex vires adolescentium non desidero, quia esset cōtra naturā, quod dicit. [Quod naturaliter] A natura datum. [Decet] Decorum, condecens est, ut cum sis adolescens adolescentium uiribus utare, cum uero senex senumq; utare uiribus, & sic non sit minuta Minerua. [Pro uiribus] Pro autem multis modis ponitur tam in appositione, quam in compositione, ut, inquit Prisc. nunc uero ponitur pro ad uel secundum, ut pro uiribus, idest ad uel secundum uires, [Quæ uox] Vituperat Milonem Athletam Crotoniatam, qui factus senex deplorabat uires suas amissas per senectutem, uidens Athletas se exercentes, & dicebat. [At hi qui] scilicet, lacerti mei sunt mortui, quia amiserunt uires suas. Sciēdum tamen, quod iste de quo nunc agitur Milo, fuit quidam Athleta de Crotone Italiæ ciuitate, unde est patrium nomen Crotoniata. [Curriculo] Huius uocabuli significationē non habemus manifestam, sed alia significat interdum tempus & spatium cursus, interdum paruum, currum, & cursum. [Lacertos] Latine, brachia Græce dicimus, in Italia enim erant tres linguę, Latina, Osca, & Græca. [Non uero] uerba Catonis uituperātis Milonem. [Isti] scilicet, lacerti tui, unde nota differentiam inter iste & hic. [Quā tu ipse nugator] .s. mortuus es. [Neque enim] subiungit rationem, quia nunquam. [Ex te] .i. ex animo tuo, unde nota illud quod diximus de Platone, qui dicebat animū esse hominem, & corpus quidem esse animal, quod est commune cum bestijs. Sic & Cic. & in Somnio Scip. Non est homo quē uides, homo autem est a ratione, & sic intelligitur hoc loco, ideo addit contrarium .s. ex lateribus, & lacertis. [Sex. Aemilius] P. Crassus, Coruncanus præstantissimi uiri R. fuerunt. [Prudentia] Quæ est præteritarum, & futurarum, & præsentium rerum cognitio. [Orator] Ponit quandam obiectionem, quam ei aliquis facere potuisset, pro quo ipse loquitur, uel quod sint uerba ipsius Lelij. Orator qui est uir bonus dicendi peritus. [Metuo] sub quodam timore reuerentiæ. [Munus] officium. alias domum significat. Sed laterum etiam, & uirium, ut bonam habeat uocem, & latera fortia & firma, quibus uox ipsa formatur, & stare possit ad recitandum. [Nescio quo pacto] Modus quidam loquendi, cum res ipsa habet nescio quid latentis energię, quod uerbis aperire nescimus, quale est illud Iuuen. Hunc qualem est nescio monstrare, & sentio tantum. [Quod] Canorum. [Non amisi] probat ex ipso, & bene. Nam hoc est decorum auctoris, ut idem docet Horat. ut seruetur ad imum. Quidquid ab incepto processerit, & sibi constet. unde etiam debemus scire illud, quod dixit Plin. de laudibus Cat. quod nullus in urbe fuit qui toties fuisset accusatus, & semper absolutus, quadragies .n. patet accusatus, & gloriose absolutus, quam rem etiam Val. opere suo complexus est. [Non amisi] Et hoc quod sit uerum Galba probauit Cat. aduersarius. unde, inquit, Plin. accusator malorum assiduus Galbam octogenarius accusauit. amitto autem differt ab admitto. amittere .n. perdere est, admittere uero recipere. Et uidetis tamen meos canos, hoc est capillos, & hæc dicens demulsit sibi barbam Græco more. [Sermo] uox remissa & finitima quotidianæ locutioni, est autem duplex uox una, quæ cōtentio dicitur, altera quam sermonem appellamus. quam rem optime in Rhet. diffiniuit Cic. [Nequeas] Secunda utitur persona, ut diximus plerunque pro tertia, modus quidam loquendi in omni genere dicendi. Scipioni præcipere, & Læl. docere Scip. & Læl. pro quibus intelligit omnes adolescentes. unde probat quod senectus si non habet uocem dicendi, saltem habet facultatem dicendi, & faciendi bonos uiros. [Stipata] Circundata. Vt magna stipante caterua. Stipare .n. proprie est densare. tractum a stipa, quam interponunt nautæ uasis omnibus. [Doceat] Quantum ad literas, & doctrinam. [Instruat] Quantum ad bonos mores. [Ad omne officij munus] Hoc est ad omne officium honestatis, munus enim pro officio, officiū pro honestate ponitur officium enim πολύσημο sermo est, interdum munus, interdum obsequium, interdum debitum, hoc est illud quod debet effici ab efficiendo dictum, non ut quidam dicunt ab officiendo. [Cn. & P. Scip.] Isti fuerunt fratres, de quibus, inquit, Virg. Duo Fulmina belli Scipiadas, in quo multi errant putantes maiorem, & minorem Scip. Africanos, cum isti duo fratres fuissent, qui in Hispania apud nouam Carthaginem insidiis interempti sunt, cum illic fortissime præliarentur. sed hoc pacto se habet istorum coniunctio Scipionum. P. Scipio Afr. maior ualetudinarium Scipionem genuit, ut diximus, qui hunc Scipionem adoptauit minorem Africanum. unde fit P. Africanus auus huius per adoptionem huius, L. autem Aemilius est auus eius naturalis, qui P. Aemilium genuit, huius Scip. Afric. patrem. [Comitatu] Est enim omnes proprie in itinere hoc ab omni magistro putandi boni, & beati. magistri autem dicuntur non modo artium præceptores, sed quicunque sunt in aliquo magistratu. di

cti quidem, quod magis ceteris possint. [Et si ista] Probat, quod si uires defecerunt senibus, euenit ex uitiis, & intemperantia, & libidine & male acta uita iuuentutis. [Effœtum] Debilitatũ, tractum à similitudine puerperæ, quæ post debilitatur, vt ab extra, & fetum, quasi sine fœtu, nam fœtum dicimus cuiuslibet germen, vel fructum. [Tradit] Quia una ætas traditur alteri. [Cyrus] Hic de humili statu, & regno ad magnum euenit, de quo Xenophon scripsit lib. quem περὶ παιδείας τοῦ κύρου nominauit, & Iustinus noster eius historias non silentio præteriuit. Xenophon autem præclarus philosophus, & orator, & in re militari studiosus fuit. Cyri præterea fuerunt duo, de quo nunc agitur, & minor cuius ἐν ἀναβάσει Xenophon meminit. [Imbecilliorem] Debiliorem. nomen quidem dimin. à baculo bacillus, hinc imbecillis debilis, ut est senex, qui se baculo regit. [Ego L. Metellum] Vt non inferiores externis uiderentur Latini, de nostris subiungit exemplum, probationis causa. Ordo: Ego puer memini L. Metellum ita bonis uiribus extremo tempore ætatis. [Viginti, & d.] Annos ei sacerdotio præfuit, hoc est per parenthesim dictum. [Sacerdotio] Hoc est pontificatus, qui omnibus paret sacerdotibus. Erant enim tria genera sacerdotum, Feciales, qui fœderibus faciendis præerant. Salij à saltando dicti à Numa Pomp. instituti, qui 12. numero fuerunt, quo tempore de cœlo Clypeus cecidit. & Flamines, qui à flosculo lanæ quem præeminentiæ causa sub apice ferebant denominati sunt. [Alterum] Secundum. [Nihil necesse] Vellet de se dicere Cato, & ne uideatur arrogans excusat se, & facit quandam digressionem, quam dicit ad rem tamen pertinere causa probationis. [Videtis] Exemplum probationis, & imitationis causa. [Homerum] Patrem omnium bonarum artiũ. [Nestor de uirtutibus suis prædicat] Tertiam hominum uiuebat ætatem, hoc est, quod erat in tertia ætate, hoc est quod habebat circiter octogintanouem annos, quia ætas dicebatur spatium triginta annorum, sed scire debemus, quod tribus modis ætas intelligitur, interdum.n ponitur pro anno, & tunc videtur deriuari ἀπὸ τοῦ ἔτους. i. anno, interdum ordinem ipsum annorum hominum, ut infantiam, pueritiam, interdum uero spacium 30. an. quod appellat Hom. γενεὰν, quod apta sit ad generandum. Hom. autem carmen est huiusmodi:

τῷ δ᾽ ἤ τοι δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ᾽ οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ᾽ ἐγένοντο.

Hoc est, duæ ætates hominum inuicem distantium erant consumptę Nestori. quod sic Cicer. in Latinum conuertit, tertiam hominum uiuebat ætatem. Possumus etiam ætatem hoc loco, ut superius diximus, tripartitam in hominibus esse dicere, & in ea quidem sententia melior est sensus. [Aut insolens] Cũ quo nemo solere hoc eo conuersari possit. [Loquax] De se multa magnifica dicens, & clara uerba. Ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. [Dux ille] scilicet Agamemnon qui cum Achille contendit, de quorum cõtentione orationem fecit Nestor apud Hom. eorum tractantem concordiam. unde Agamemnon eius cognita sapientia, inquit, quod potius optabat habere quinque Nestores, quam decem Aiaces in exercitu, quod breui superaret Troiam. Aiax autem fortissimus fuit, scilicet Telamonius. Nam duo fuerunt, Telamonius, & Oileus. & furias Aiacis Oilei. Telamon autem Aiacis filius duos habuit filios Teucrum ex Hesiona, & Aiacem ex alia uxore. hic cum arma Achillis iam mortui habere non posset, in furorem uersus seipsum interemit. [At] Sed sup. optabat quinque similes Nestoris habere. Atenim, & sed, semper differentiam significat rerum. [Troia] Prouincia Priami, in qua est Ilion ciuitas, quam Græci dicunt Τροίαν. interdũ vero significat ludum equestrem puerorum, & ciuitatem, quam primo condidit Aeneas, cum in Italiam profectus est, ut nec tentoria capit. [Sed redeo] Facta digressione ne uideatur arrogans, seipsum laudare incipit, & de seipso dicere, & narrare magistratus quos gesserat. [Cyrus] Persarum rex, de quo, inquit, nunquam imbecilliorem senectutem suam sensisse. [Miles] Nomen est professionis militiæ, & habet duas partes in equo, scilicet equites, & in pede unde pedites dicuntur, & utrique Milites appellantur, dicti uero à Millenario numero, quo conficiebantur legiones, quos & Græci dicunt χιλιάρχους, quasi χιλίων ἄρχους. Sed hic propriè tribunos militum significat. [Bello Pun. scilicet secundo, quia tria bella Punica fuerunt. [Quæstor] Vice fungens imperatoria in exercitu. fuit enim quæstor fortissimus Scipio. [Eodem bello] scilicet Pun. [Consul in Hispania] Vbi Celtiberos domuit, & ne rebellare possent ad singulas ciuitates literas misit, ut muros diruerẽt, quod executioni mandarunt singulæ ciuitates. [Tribunus militaris] Qui erãt ad corrigendos, & castigandos, puniendos, & soluendos milites, ideo dicti, quod terni tribus modis, Rhannensium, Lucerium, Tatiensium ad exercitum mittebantur. fuit autem tribunus militum Cato Syriaco bello, & occupatis Thermopylarum iugis præsidium hostibus depulit. fuit etiam tribunus militum in Sicilia, Item prætor, & in sua prætura Sardiniam subegit. Item Censor quando L. Flaminium consularem in senatu mouit, quod ille in Gallia ad cuiusdam scorti spectaculum rectum quẽdam in eo carcere iugulari iussisset. [Apud Termopylas] Montes longissimos in occidente incipientes, & in Aegeum mare finientes, & totam Græciam per medium diuidentes. apud quos Antiochus rex cum Romanis bellum gessit, in quo bello tribunus militum fuit Ca. dictæ Thermopylæ portæ, calidarum aquarum, quia ibi sunt aquarum calidarum uenæ. θερμὸν enim calidum, πύλη uero porta. [Curia] locus senatorum, & concilia curia dicta, quod ibi curaretur status Rom. [Vires meas desiderat] Hoc est deficio à curia. desiderare enim est rem absentem cupere. non enim est opus, ut uires meas curia desideret, quoniam quidem me habet assiduè in senatu. hinc sæpe in historia ponitur desiderare pro deficere, ut desiderata sunt decem millia hominum. unde nota, quod ut diximus summus orator fuit, & in curia se exercebat in genere deliberatiuo, in foro autem in genere iudiciali, in amicis, & populo in genere demonstratiuo. Scimus enim tria esse genera causarum, deliberatiuum, demonstratiuum, & iudiciale. [Rostra] Autem forum significat, in quo rostra nauium pro insigni laudє de uictoriæ habitæ suspensa fuerant, tanquam in loco frequentiori, ut omnes uiderent. [Clientes] Quasi colentes à colo dicti, cuius correlatiuum est patronus, qui eum in causa defendit, sicut filius, & pater. unde est nomen patrocinium, causarum defensio. Hospites, externi homines, & amici, quorum tanta necessitudo, & reuerentia fuit adinuicem suscipiendorum, quod & deum ipsi hospitalitati præfecerunt, quem Iouẽ ξένιον dixerunt. unde Vig. Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. [Minus mal.] Non magis uellem. [Antequam fuissem] scilicet senex. nanque dum iuuenis fui iuuenilia tractaui, & sic ceterarum ætatum, quæ sua fuerunt officia libenter executus sum, nunc cum sim senex senilia mihi cara sunt officia. [Conuenire] Inuenire alioquin. Inuenire enim, & reperire in hoc differunt, quod inuenire est rem quæsitam offendere, reperire autem est à casu. Ouid. Tu non inuenta reperta es. [At minus] ἀνθυποφορά. [Vteruis] Vtrique dicimus, & idem est. [Nec uos quidem] respondet τῇ ἀνθυποφορᾷ. [Centuriones] Centum militum præfecti, & decuriones, decem militum. centuria uero dicitur, quæ sub uno erat centurione, & cum nunc centurio dicitur, & decurio, centurionus & decurionus, & curionus dicebatur. [Quantum potest] scilicet, ut pro qualitate ætatis uires habeat, ne ille quidem, nunquàm ponitur ne, & quidem, quin interponatur aliquid. [Magno desiderio uirium] Quoniam tantum hebebit uirium, quantum, scilicet satis erit, & quod sibi non deficient uires. Ponitur n. desiderium pro re deficienti. [Per stadium] Curriculum, & locum ipsum ubi currebatur, & ludebatur significat, uocabulum autem est Græcum σάδιον. hoc enim primum ab Hercule ferunt esse constitutum, & eo quidem spacio, quod ipse uno spiritu confecisset, & ex illo stadium appellatum, quod in fine respirasset, atq; stetisset, significat autem octauam milliarii partem. [Milo] s. Crotoniata, de quo diximus. [Sustineret boue] Taurum enim quendam consueuit Milo à teneris annis sustinere suis humeris, & hoc quidem ad multos annos effecit, & cum iam taurus grandis esset admodum, Milo non maiore nisi tantundem agebat, & id omnibus stadio Olympiæ spectaculo fuit, sed suis istis confidens uiribus non abiuit impunis. Forte enim fortuna nodosam quandam quercum loco deserto iacentem offendit, & cuneos adhuc in se fixos habentem, quam scindere agricolæ robusti non poterant, & ut illic uires suas ostenderet, quercum ipsam aperire manibus conatus est, cunei prosiliere quamprimum, quercus uero manus. Milonis illuc affixas inclusit, & futura nocte cum discedere nequisset, eum lupi commanducauerunt. [Vires ingenij Pythagoræ] Qui cum Phliuntem aduentasset nobilissimem Aetoliæ ciuitatem, ibi de rerũ natura omnium grauiter, & ornatè, & copiosè disseruit, & ibi

à Rege

à Rege interrogatus qua potissimum arte ualere, & an sapiens esset, respondit nullam artem scire se. Est autem ingenium subtilitas quædam naturæ, & sapientia. Sal. in Catilinario, ingenium nemo sine corpore exercebat. [Isto bono]. s. uirum. [Paulum ætate pro] Ineūte. s. virili ætate. [Cursus] ratio bona, quod ætas est certus cursus, & una uia, quod prima infantia, postea pueritia, deinde ceteræ ætates, & quælibet habet vires sibi conuenientes, & congruas. [Tempestiuitas] Conueniens tempus, unde tempestiuè dicitur, ut tempestiuè uenisti, hoc est in ipso tempore. [Infirmitas] Quod non sunt firmi in proposito. has partes Horat. in poetica tangit optimè, ut, Reddere qui uocē iam scit puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas, Ferocitas iuuenum. Ho. Imberbis iuuenis tandem custode remoto Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi. [Constantis] ætatis, uirilis. s. Ho. Conuersis studiis, ætas, animusque uirilis Quærit opes, & amicitias, inseruit honori, Commisisse cauet, quod mox mutare laboret. [Maturitas] quia quidquid agit senex, agit quam maturè, & sapienter. Sed ut hanc partem Horat. intelligit hoc loco Catonis gratia præbeamur. [Percipi] Quia dixit maturitas, tracta similitudo est à frugibus, quæ maturantur, & percipiuntur. [Audite te] Bene obseruat præceptum Horat. qui dicit, Primo ne medium, medio ne discrepet imum. omnia. n. adducit à principio usque in finem ad laudationem senectutis. [Masinissa] Hic rex fuit Mauritaniæ, quæ prouincia in Africa est, socius & confœderatus P. R. de quo dicit Liu. in 2. debell. pun. quod semper fauens fuit P. R. & maximè fuit amicissimus istius Scip. de quo Valerius etiam ponit exemplum. [Hodie] aduerbium temporis dictum ab hoc, & die. [Frigore] Sic ait de seipso Tibullus, Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis, Non mihi cum multa decidit imber aqua. [Summam siccitatem] Soliditatem, quod nullum catarrhum passus est, hoc est defluentiam humorom. Nam καταῤῥοῶ est defluo. [Officia] Quæ debent effici à rege. [Temperantia] Abstinentia à potatione, & luxuria, & alijs huiusmodi. est enim temperantia, ut a Cic. diffinitum est, ueteri rhetorica, rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata damnatio. eius uero partes sunt tres, continentia, clementia, modestia. [Non sunt in senectute uires] ἀντιποφορὰ est. [Nec postulantur] Quia esset contra naturam, cum naturaliter senectus sit sine uiribus. [Ergo leg.] Ita legendum est, ergo ætas nostra, scilicet senilis absoluta est per leges, & instituta ciuitatum ab istis muneribus, quæ sustineri non possunt, ut est præliari contra hostes, & arma ferre pro patria, & huiusmodi officia. Cauendum est sanè ne legamus, ergo uacat legibus, & institutis, ordo est, uacat his muneribus, quæ non possunt sine uirib. sustineri. [Vt ergo na.] Hoc est caret, q. d. infinitè, & tūc uacat, intēdit signāt. Lex aūt ab instituto, & iure differt. Lex. n. est iuris species. Virg. Iura dabunt legesq; uiris. Iuuen. Quod si vexantur leges ac iura curari. ius autem generale. institutum vero particulare à legibus. Sed nec quantum possumus quidem cogimur, quod si etiam possemus aliquod istorum officiorum præstare non cogimur, quia alienum est etiam à nostra ætate, cum senectutis sit consilium, & prudentia. [Et multi] Alia ἀντυποφορὰ cui respondet dicens. [At id quidem non proprium senectutis uitium] Quia id quod est proprium rei semper inhæret ei, sicut caliditas igni, frigiditas aquæ, quod in senectute idem dicitur, cum u res non sit propriè senectutis, iis ergo non inhærent ipsi. [Valetudinis] Naturalis complexionis. nam ualetudo tria significat, sanitatem, infirmitatem, & complexionem. [Quidem fuit] Probat id per exemplum Scipionis ualetudinarii, qui filius fuit Publ. Afri. [Is] Scipio ualetudinarius. [Qui te] Scipionem. [Adoptauit] Filium suum adoptatum fecit. est enim adoptatio in alienam familiam transitio alicuius, qui uiuente patre in eius adhuc potestate est. Arrogatio est transitiuo in alienam familiam alicuius, qui mortuo patre in sua potestate est; & hæc fiebant in concione populi rogati, ut illum rogaret, quod in suam familiam acceptaret, ne uideretur aliqua fraude fieri. [Alterum ille lumen] Secundus splendor Romanæ urbis respectu patris, qui primus splendor fuit ciuitatis Romanæ. [Vberior] Abundantior doctrina, quia fuit eruditior patre. Pater enim summus fuit philosophus, qui Panætium præceptorem habuit, sed iste filius eum doctrina superat, qui uiribus æquare non potuit. [Infirmi] Sunt imbecilles, & debiles, Resistendum, documenta dat optima quibus resistere possumus senectuti. [Diligentia] Vt a nimia potione & ciborum superfluitate [Tanquam contra morbum] Sicut facit aliquis febricitans, qui se abstinet a vino & rebus sibi contrarijs. [Habenda ratione valetudinis] Modus loquendi. Consideranda est valetudo, & maxima habenda est consideratio, ut recte ualeamus. [Exercitationib. modicis] Cum modo & mensura factis. [Non opprimantur] Quia propter nimiam potationem & ciborum abundantiam vires suffocātur, non reficiuntur. [Nisi tanquam oleum] per similitudinem ostendit hoc. quia sicut videmus in lucerna, si nimium olei est, papyrus suffocatur, & non ardet. sic in corpore hominum propter nimiam potionem extinguuntur vires animi & corporis. [Animi vero] Et corpora quidem ingrauescūt exercitationum defatigatione, sed animi multo exercitio magis leuantur, & fiunt subtiliores, per quod probant & ipsi philosophi animum esse immortalem, cum motu & exercitatione leuetur, & corpus esse mortale & caducum, cum ingrauescat exercitationum defatigatione, & faciunt differentiam inter animum & animam. Anima enim qua viuimus, animus vero quo sapimus. [Nam quos ait] Nunc confutat alias obiectiones. [Cœcilius] De quo supra diximus Stat. Cœcilius. [Comicos] Interest inter comicum & comœdum, quia comicus ille dicitur qui comœdias conficit. ut Terent. Plaut. Comœdus vero qui comœdias agit ut Histriones. sic tragicus & tragœdus. Credamus tragicis huic quid de Colchida torua. Per Fabulā funesto ponatur hianda tragœdo. Hos significat scilicet, esse stultos, & qui creduli & qui obliuiosi, qui dissoluti sunt. pars enim stultitiæ est, cito credere & obliuisci præteritarum rerum & necessariarum, & esse intemperantes & dissolutos. Quæ uitia non sunt senectutis. quæ si essent propria senectutis, essent quidem in omnibus senibus, & inhærerent ipsi senectuti, sicut dicimus calor igni & frigus aquæ. [Sed inertis] Ignauæ, somniculosæque senectutis, senum illorum qui sunt somniculosi, inertes & ignaui. Est enim ignauus ab in & nauus, n, in g, mutatur, & significat hominem sine igne & ardore aliquo rei faciendæ. Nauus autem significat strenuum, & promptum alicuius rei faciēdæ, a nauis celeritate dictus, & ignauia est animi, inertia uero corporis. [Petulantia] Sine frœno lasciuiæ, unde petulci & petulces lasciuientes, & libidinosi, & petulantia ipsa lasciuia a peto petis dicta est. [Magis non prob.] Ergo maiorum. Sic appetat comparationem. [Deliratio] A recta uia discessio, & Latinum nomen est, ut dicit Non. dictum a lira, quæ est fossa & sulcus rectus, qui contra agros & tuentos ducitur, & in quem uligo terræ decurrat. hinc delirare a recto recedere. Plaut. in Amphitr. Delirat uxor, & græcum etiam nomen est, & tunc per e. scribitur. ut deliratio & tractum à græco prouerbio. [Quatuor R.] Subiungit exemplum de Appio cæco, de quo diximus. [Domum] Familiam omnium domesticorum. [Clientelas] Causarum defensiones, cuius correlatiuum est patrocinium. [Nec languens] Bis est intelligendum, nec ut languens, nec sane accumbebat senectuti. [Tenebat] Habebat, detinebat, alibi pro dirigere. [Metuebant] Proprie seruorum est. [Verebantur] Cum reuerentia timebant, & est proprie filiorum. [Liberi] Filij. & tantum pluraliter declinatur. Liber uero libri duo designat & corticem & codicem. liber liberi Bacchum notat, & hominem suo iure viuentem. [Mos patrius] Rom. disciplina, interdum pro doctrina. interdum pro bonis moribus, ut hic capitur, unde est disciplinatus. [Honesta] Ab onere dicta, & nunc honoratam significat, cuius partes sunt quatuor, prudentia, temperantia, iustitia, & fortitudo. [Mancipata] Est serua a manu & capio, quod alios in sua capiat potestate, unde seruum mancipium dicimus. A iure autem belli antiqui tractus sermo, quod cum capitalia essent bella, in quibus omnes homines occidebantur, accessit postmodum in captiuis quædam humanitas, ut non interficerentur, sed emanciparentur, & uenderentur, & semper essent serui, unde serui non a seruiendo, sed a seruando dicti, unde & mancipati serui, & manumissi, hoc est donati libertate, & extra manum, idest potestatem missi, cui debebant peremptionem. [Senile aliquid quantum ad mores] Vt in eo sit maturitas. Aliquid adolescentis, ut in eo sint urbanitates, & iucunditates. [Probo] Commendo, laudo. [Septimus] Ex seipso probat hoc. [Originum] In quo omnium ciuitatum Italicarum ponebat originem, id eo originū libros uocauit. [In manibus] Quem tunc scribebat, & in eo

omnia antiquitatis monimenta colligebat. Monimēta.n.sunt
historiæ,& alia scripta ac facta memoriæ causa. Monumentum
vero quidquid mortuorum causa ædificatum est,& ad aliquo-
rum memoriam factum, ut Pyramides, templa, carminaque
ab admonendo dictum,& ideo secundum.i.prope uiam huius-
modi erat aliqua, ut prætereuntes admonerentur, & se fuisse,
& illos esse mortales.[Causarum]Discrepatione dicentium, &
contradicentium.[Illustrium] Nobilissimarum nō uilium per
sonarum.[Conficio]Perficio,& limatas facio. Intelligere possu
mus, quod orationes, quæ in publico recitabant, domi elima-
bant,& dicunt quod cum recitabant erant quidam notarij tan
tæ velocitatis manus habentes, quod ad verbum illas totas scri
bebant. Cic. ergo post recitationem emendasse nulli dubiū est.
Sed quam pro Milone habuit totum recitare non potuit pro-
pter tumultum Clodianorum. [Ius] Quidem humanum est.
Fas uero diuinum.[Pontificium] Est autem pontificium, qđ
nunc ius canonicum dicunt.[Ciuile] Quod leges ciuiles appel-
lant.[Pythagoreorum more] Vt diximus Pythagoras Samius
fuit, & in nostram uenit Italiam in partem .s. quam magnam
Græciam uocant, vbi philosophiam docuit, & suis fuit vsus di-
cere discipulis, ut quæ in die didicerant in vespere commemo-
rarent,& repeterent memoria, & recordarentur, quod omnia
memoriter tenerent, & memoriam exercerent, & sic uideren-
tur in vesperi quid boni mali ve in die fecissent, quos ipse Pytha
goras uersibus cōplexus est, quos aureos appellauit,& interest
multum inter Pythagoricos, Pythagoreos,& Pythagoristas. Py
thagorici.n.sunt Pythagorici discipuli, Pythagorei Pythagori-
corum discipuli, Pythagoristæ dicuntur illi, qui Pythagoreā se-
ctam,& opinionem sunt secuti. [Vesperi] Datiuo pro ablati-
uo ponitur.i.in uespere, vel melius, ut sit aduerbium. Non du-
bitauerunt.n.maiores nostri propter e, & i, literarum affinita-
tem,& uesperi,& uespere dicere,& inani,& inane, & heri,& he-
re. Iuuen. Res hodie minor est here. quam fuit, atque eadē cras.
Diceret exiguis aliquid. [Curricula] Studia quibus adolescen-
tes currendo, saltandoq; exercitantur.[Adsum amic.]Ad defen
sionem amicorum uenio. Adesse.n. sæpe utitur pro defendere
Tullius,& prodesse.[Frequens]Pro frequenter, ut libens pro li
benter, recens pro recenter, sole recens orto [Multum] Quan-
tum ad uehementiam cogitationis,& diu quantum ad tēpus.
[Cogitatas]Et bene,& prudenter fecisti Cato. Parum.n.prudēs
is existimatur, qui accedit ad orandum, nisi prius domi quæ di
cenda sunt excogitauerit. Plut. quod per auctoritatem Demo-
sthenis comprobatum est. ter .n. interrogatus in senatu Athe-
niensi sententiā suam ter, respondit Non.n.pręmeditatus sum.
[Lectulus meus iucundus]Dimin. dixit, lectus est, quod ad sese
homines, sessos alliciat.[Acta].i. bene, temperanter,& modera-
tè, quoniam reseruauit uires.[Obreptat] Clāculum subintrat.
[Sensim]Paulatim sine sensu, quod homo non sentit.

ASC. NEC quidem ego desidero nunc uires adolescentis. Is enim
locus qui uires respicit erat alter.i.secundus supra minus de ui
tijs senectutis, non plus.s.opto, aut desidero, quam ego adole-
scens desiderabam uires tauri, aut elephantis. Decet enim uti
eo, quod insitum est naturaliter homini, & agere pro uiribus
.i. iuxta mensuram uirium quidquid agas. Enim, pro quia,
quæ uox, idest quæ oratio potest esse contemptior, idest con-
temptibilior, quia Milonis illius athletæ insignis Crotoniatæ,
sic à patria dicti, qui cum esset senex,& videret athletas, idest pu
giles, & luctatores exercētes se in curriculo, idest spatio ad cur-
sum instituto; aut in ipso cursu, dicitur aspexisse lacertos, idest
brachia sua,& dixisse illacrymans, At hi quidem, idest uos iuue-
nes nunc uires uestras exercetis. At, idest sed hi, idest mei lacer-
ti olim tam uegeti,& robusti, quidem.i. certe iam sunt mortui,
ad quod dictum addit Cato, O nugator.i. futilis locutor,& ina
nis existimator rerum. uero, idest certe nō tam isti s. lacerti tui
mortui, sup. sunt, quam tu ipse, qui tales sentis, mortuus es (vbi
plane ostenditur hi ad primam, & isti ad secundam pertinere,
unde hi.i.mei, isti.i. tui exposuimus.) Neque.n. tu es unquam
nobilitatus, idest nobilis effectus ex te.i.ex uirtute tua, sed ex
lateribus, & ex lacertis tuis, q.d. ex uiribus corporis non ani-
mi, qui debeat non minus roboris in senio habere. Nil tale
sup. dixit, aut sensit Sex. Aemilius Rom. ille, nihil T. Corun-
canus multis annis ante supra dixi tale. Nihil etiam P. Cras-
sus supra dixit modo, idest paulo ante, uel hoc tempore ta-
le à quibus iura præscribebantur ciuibus.s.Rom.& quorum pru
dentia est prouecta.i. vlterius vecta, & acta vsque ad extremum
spiritum.i.extremi spiritus exhalationē. Ego metuo.i. uereor
forte, ne orator languescat.i.languidus fiat senectute. Enim, ꝑ
quia, munus.i.officiū,& exercitum eius, est non solum ingenij
.i.per ingeniū exercendum, sed etiam laterum.i.illorum robu-
storum,& uiriū.s.uocis,& orgnaorum eius, sed sup. nihil me-
tuendum est. Nam illud canorum.i.concinum, & sonorum in
uoce splendescit omnino, nescio quo pacto.i.quo mō ēt in se-
nectute, quod.s.canorum equidē i. egoquidē nō amisi adhuc,
& tn̄ videtis canos.i.canescentes capillos meos. dicimus aūt ca-
nos substantiue, numero tantum plurali pro capillis ipsis) Cre
derem non esse additum a Cat. aut a Cic. sed a grammaticis ele
gantiā non intelligentibus, illud tamen, satis enim erat,& ui-
detis canos (ut Valla locuples est testis) sed tū.i.q̃uis minus fir
mitudinis hn̄s. Sermo senis est decorus, quietus.i.sedatus,& re
missus,& oratio senis diserti cōpta.i.ornata, & polita,& mitis,
idest lenis, & dulcis, facit persæpe ipsa, idest per se audientiam,
sibi. Quod.s.habere audientiam, aut decēter orare, si tu senex
quicunque nequeas, possit tamen præcipere Scipioni,& Lelio.
i.iuuenibus, quæ & qualiter dicunt. Enim, pro quia, quid
est iucundius senectute stipata, scilicet circunsepta, & de se
comitata studiis.i.studiosis obsequiis iuuentutis.i. iuuenum?
q.d.nihil. An relinquemus senectuti ne eas quidem res, ut do-
ceat adolescentulos, ut instituat, & instruat ad omne munus
officij? q.d. quidem deberemus eis, quod eis proprium est relin
quere. Quo quidē opere, quid pōt esse præclarius? q.d.nihil. Ve
ro, pro sed, C.& P. Scipiones,& duo aui tui s.L. Aemilius Scipio
& P. Africanus videbantur mihi fortunati.i. felicem sortiti for-
tunam comitatu.i. propter comitatum iuuenum nobiliū. Nec
vlli magistri.i.præceptores bonarum artium sup. sunt putandi
non beati, quamuis vires eorum consenuerint atque defece-
rint. Et si.i.quanquam ista defectio.i. desitio, aut derelictio vi-
rium efficitur sæpius vitiis.i.per vitia adolescentiæ, quam sene-
ctutis. Enim idest quia certe adolescentia libidinosa & intem-
perata, idest, incontinens tradit senectuti corpus effœtum idest
exhaustum fœtura virium. Cyrus &c. Comprobat exemplis se-
nectutem his non debilitatam quibus temperata fuerat ado-
lescentia dicens, Cyrus autem rex cum esset admodum senex,
negat eo sermone quem moriens habuit apud Xenophōtem,
idest in præsentia Xenophontis de Cyro conscripta, negat in-
quam se sensisse vnquam senectutem suam factam imbecillio-
rem, quam adolescentia scilicet, sua fuisset. Ego memini puer,
idest cum essem adhuc puer L. Metell. qui cum factus esset qua
driennio idest, spacio 4. ann. post alterum idest secundum con-
sulatum, Pont. Max. præfuit supp. tamen ei sacerdotio scilicet,
summi pontificatus 22 annos, memini esse inquam in extre-
mo tempore scilicet, vitæ suæ virib. ita bonis, vt non requireret
adolescentiam. Norit grammaticos memini cum præsentis
temporis infinitiuo fere apud doctos construi, vt memini vide-
re,& hoc memini esse, non fuisse. Nihil necesse est mihi dicere
de meipso, quamquam & id quidem senile idest, de seipso ma-
gnifice sentire,& dicere conceditur ætati nostræ idest, senili. vn-
de senex est secundum Horat. in Arte, laudator temporis acti
se puero. Videtis ne vt.i. qualiter Nestor prædicet apud Hom.
de virtutib. suis. Enim pro quia, Nestor vixerat iam tertiam æta
tem hominum, idest, secundum quosdam treis cursus Satur-
nios,& ita erat nonagenarius. Verum poetæ omnia in admira
tionem trahunt. vnde Ouid. eum dicentem inducit. vixi annos
bis centum iam tertia ducitur ætas. Nec erat verendum ei, ne
prædicans de se vera videretur nimis aut insolens idest, impor-
tunus in sermone, & arrogans, aut loquax idest, dicax & ver-
bosus. Etenim, vt Hom ait, oratio dulcior melle fluebat ex eius
lingua, ad quam suauitatem nullis, idest, non vllis ipse non ege
bat vllis viribus corporis. Et tamen quamuis non erat viribus
præditus, Nestor ille idest, notissimus apud Hom. dux Græcias
s. Agamennon optabat vt haberet decem similes Aiacis sup.
moribus at idest, sed sup. optabatur Nestoris sup. similes habe-
ret decem. Alij vt Nestori quoque leguntur quod parui refert
licet concinnius dicatur verum quantum ad sententiam dam-
natur Cic. memoria cum etiā Aiacis similes optauit Agamem-
non, quod in 2. epist. vol. apud philosophum videbis. Quod sci-
licet, habere decem Nestori similes si acciderit non dubitat
idest Agamemnon, quin Troia idest, tota regio Priami sit pe-
ritura breui. quod Virg. in laudem Aeneæ transferens facit
Diomedem sic dicere. Si duo præterea talis Idea tulisset Ter-
ra viros, vltra Inachias venisset ad vrbes Dardanus, & versis lu-
geret

geret Græcia ſatis.ſed redeo ad me.i. ad rationem de me. Ego
ago annum quartum,& octogeſimum,quidem.i.certè uellem
poſſe gloriari,idem quod Cyrus.ſ.apud Xenophontem gloria-
tur, ut in principio huius partis viſum eſt. Sed tamen licet id
gloriari non auſim,ego queo.i.poſſum dicere hoc,me quidem
non eſſe his uiribus quibus fuerim, aut miles in bello punico
ſub Scipione maiore, aut quæſtor.i.publicus receptor in eodē
bello,aut conſul in Hiſpania,aut quadriēnio.i.ſpacio quatuor
annorum.ſ.poſt quæſturam geſtam, cum eo exiſtens tribunus
militaris depugnaui in bello Siriaco. Depugnaui.i. debellaui
hoſtes apud Thermo.montes illos longiſſimos. ab occidēte in
mare Aegeum eminentes,& totam Græciam intrinſecantes, &
hoc M.Attilio,& C.Labeone coſſ. ſed tamen.i.nihilominus, ut
vos videtis,ſenectus non eneruauit.i. debilitauit me planè, &
non afflixit me planè.curia.ſ.ſenatus,aut forum iudiciale,non
deſiderat uires meas,quia præſentes mihi ſunt, quæ ſatis ſint.
Deſideratur autem,quod abeſt, aut deficit, roſtra.i. loca unde
dabantur edicta:ſeu,ut dicunt,mandata pub. ex Thracenſium
nauium roſtris fabricata non ſup.deſiderant uires meas. quia
ſat habeo uirium quibus pro roſtris agam.Amici etiam nō de-
ſiderant,non clientes,qui in tutela mea ſunt,& quibus patroci
nium debeo,& hoſpites.i.iure hoſpitalitatis à me defendendi,
non deſiderant uires meas. Nec.n.unquam ſum aſſenſus.Argu
te diſſoluit uetus illud adagiū.Maturè fias ſenex,ſi diu uis eſſe
ſenex.quo ſignificat hominem debere ſibi parcere, & minus in
dulgere labori corporali more ſenum, ſi uelit diu eſſe ſenex.i.
diu ſuperſtes eſſe ac uiuere.dicit.n.non optandum, ut quis ſit
diu ſenex,ſed ut diu ſit priuſquam ſenex eſſe uideatur. Ordo
eſt. Nec enim ſum aſſenſus,ideſt non præbui aſſenſum unquā
illi ꝓuerbio ueteri,& laudato,quod monet ſup.te,hoc eſt quē-
uis fieri ſenem maturè.i.ſatis tempeſtiuè, & cito, ſi uelis eſſe,
diu.i.per longum tempus ſenex. quia qui nihil ſibi parcunt,
tantiſper dum poſſunt,ſemel decidunt. Ego uero dixit Cato,
mallem.i.magis vellem me eſſe minus diu ſenem,quam eſſe ſe-
nem.i.fieri imbecillem more ſenum, aut me gerere ſenem an-
tequam eſſem.itaque i.& ita,quia nondum ſenex uideor nemo
valuit me cōuenire adhuc,quin fuerim occupatus.ſ.aliquo ne-
gocio.At.i.ſed econtrario fateor, quod habeo minus uirium,
quam uteruis.i.alter uidetur uter uis ſit ſiue tu Scipio,ſiue tu
Læli.Nec uos quidem habetis uires T. Pontij centurionis ho-
minis robuſtiſſimi,cuius gentilem putant nonnulli Pilatū fuiſ
ſe,ſub quo Chriſtus dominus noſter,licèt longo interuallo,cru
cifixus eſt.potuit.n.familia Pontiorum,vel longius deduci.Nū
ideſt nunquid ille eſt iccirco præſtantior uobis?q.d.nequaquā.
Modo,ideſt dummodo moderatio, ideſt moderata cōmētatio
uirium adſit, nitatur quiſq; ſupp.aliquid efficere tantum,quā
tum poteſt. Nec ille, ideſt talis tenebitur magno deſiderio ui-
rium,Milo.ſ. Crotoniata ille fortiſſimus dicitur eſſe ingreſſus
per ſtadium Olympiæ,ideſt ubi Olympica certamina Hercules
inſtituerat,cum.i.quando, ſuſtineret, ideſt ſurſum teneret, &
portaret humeris ſup.ſuis bouem uiuum, & ita non exentera-
tum.Igitur an malis has vires corporis dari tibi, an uires inge-
nii Pythagoræ,ideſt quas habuit Pythagoras philoſophus per-
ſpicaciſſimus?q.d.ſcio quod Pythagoræ,denique, ideſt ut tan-
dem quid de viribus corporum ſentio,dicam,utare iſto bono,
ſcilicet uirium corporis dum adſit,& ne requiras cum abſit,ni-
ſi fortè adoleſcētes debeāt requirere pueritia,& progreſſi pau-
lū ætate,ideſt tam iuuenes habiti debeant requirere adoleſcen-
tiam.Curſus ætatis eſt certus,quia uniformis, & certis gradi-
bus procedens,& uia naturæ eſt una, & ea ſimplex.i. huiuſmo-
di,& cuique.i.unicuique parti ætatis eſt data ſua.i. propria tē-
peſtiuitas.Enim pro quia, ut.i. quemadmodum infirmitas eſt
puerorum,& ferocitas iuuenum.unde Maro, Latinus ad Tur-
num Aen.xi. O præſtans animi iuuenis quantum ipſe feroci
Virtute exuperas,tanto me impenſius ęquum eſt Conſulere,&
grauitas ætatis iam conſtantis.i.uirilis habet quiddam natura
le,quod debeat percipi ſuo i.opportuno, & tēpeſtiuo tēpore,
ſic maturitas ſenectutis habet quiddā naturale, quod &c. Ego
ò Scipio arbitror te audire ex his, qui crebro ad te ab eo ue-
niūt,quæ Maſiniſſa rex Mauritaniæ hoſpes tuus facit hodie na
tus annos nonaginta,ideſt cum ſit nonagenarius. Cum ſup. is
ſit ingreſſus iter pedibus,ideſt cœperit ire pedes, dicitur non a-
ſcendere omnino in equum, & cum, ideſt quando equo ſup.
ſit ingreſſus iter.i. cęperit proficiſci eques dicitur non deſcen-
dere omnino ex equo,& nullo,ideſt nō ullo non adduci ullo.i.
quouis magno imbre,& ſimiliter nullo frigore adduci;ideſt ad
hoc induci,& permolliri, ut ſit capite cooperto, & ſummā ſic-
citatem corporis eſſe in eo,ita ut non habeat noxios humores,
ut ſenes ſolent.Itaque ſup.fertur exequi omnia munera, & of-
ficia regis,ideſt ſua,qui rex eſt,aut quæ ad regem pertinent.Po
teſt igitur &c. Infert exemplis uires competentes in ſenectute
reperiri dicens,Igitur exercitatio,& temperantia.i.continētia,
& abſtinentia,& temperatus rerum uſus poteſt conſeruare ali-
quid priſtini roboris etiam in ſenectute. Nō ſunt (inquit ſup.)
uires in ſenectute. Nec uires quidem poſtulantur à ſenectute,
q.d.ſenectus uiribus excellentibus commodè carere poteſt. Er-
go.i. nunquid propterea, quod uires non habet ætas noſtra.i.
ſenilis uacat,ideſt uacua eſt,& caret,&.ſ. ſimul legibus, & inſti-
tutis.i. bonis moribus,& iis muneribus, quæ non poſſunt ſuſti
neri ſine uiribus.Itaque,ideſt & ſi ita eſt nos non modo nō co-
gimur ſup. facere,quod non poſſumus facere, ſed nec quātum
poſſumus.i facere.Læl.At,ideſt ſed inquit Læl.multi ſenes ſunt
ita imbecilles,ut nullum munus.i. officium uitæ.i.quod perti-
net ad uitam,poſſint exequi omnino.Ad quod Cato.At.i. ſed,
id quidem non eſt uitium proprium ſenectutis, ſed commune
vitium valetudinis.i.diſpoſitionis corporum, quod ad ſanita-
tem.i. quantum fuit imbecillis filius Pub. Africani. is uideli-
cet,qui adoptauit.& ò Scipio,quam.i.quantum tenuis.i.exilis,
& modica, aut potius nulla ualetudine. Quod niſi fuiſſet ita.i.
niſi tam ualetudinarius fuiſſet, ille extitiſſet alterum.i. ſecun-
dum à Scipione maiore lumen ciuitatis.ſ.Romanæ. Enim pro
quia,uberior doctrina animi acceſſerat ad paternam magnitu-
dinem.ſ. animi. Igitur quid mirum ſup. eſt in ſenibus, ſi ſunt
aliquando infirmi,cum ne adoleſcentes quidem poſſint effuge
re id.i.infirmitatem? O Læli, & Scipio reſiſtendum eſt ſenectu-
ti,ideſt uitijs ſenectutis,& uitia eius ſunt compeſcenda, ideſt ar
cenda,aut comprimenda diligentia.i. diligenti exercitatione.
(Sunt qui legunt compeſcendam, ſed minus procedit) Pugnā-
dum eſt contra ſenectutem, ſi tanquam ſup. pugnetur contra
morbum,& ratio.i.conſideratio,& diligens reſpectus ualetudi-
nis.i,diſpoſitionis quomodo ad ſanitatem eſt habenda.i.debet
haberi à quolibet. Et utendum eſt exercitationibus.ſ.corporū
modicis. & adhibendum eſt tantum cibi,& potionis, ideſt po-
tus. (Nam ut Valla docet potio ferè medicinalis eſt, potus nu
trimentalis) ut uires reficiantur.i. refocillentur, & inſtaurentur,
non,ut opprimantur, quia crapula, & potatione nimia ener-
uantur uires animi,& corporis, quo animus utitur. Nec uero
ſubueniendum eſt ſolum corpori, ſed etiam multo magis mē-
ti,ideſt parti rationali,quæ meminit,& meditatur, & animo.i.
parti concupiſcibili, & iraſcibili. Nanque hæc.ſ. mens, aut uis
animæ extinguitur quoque? q.d.non ſolus iuncus,aut lychnus
in lampade per infuſionem abundantis olei, aut per ſubtractio
nem olei,uerum & uis animę niſi inſtilles.i.moderatè infundas
tanquàm lumini oleum.i. moderatum nutrimentum corpo-
rum, & exercitium animi.In ſenectute.repetit,quod primo of-
ficio. dictum eſt ſenibus diminuendos eſſe labores corporis,au
gendos animi, dicens, uires & corpora.i.corporum uires ingra-
ueſcunt.i. graues fiunt, quidem in ſenectute defatigatione.i.
quando nimis fatigantur, & exercitatione frequenti, & uehe-
menti exercitatione. Autem pro ſed, animi leuantur.i. leuio-
res,& lætiores,atque agiliores fiunt exercendo ſe. Nam Cæci-
lius.i.Statius comicus poeta ſignificat hos ſenes credulos.i. ni-
mis cito credentes, obliuioſos.i. nimis cito obliuiſcentes, &
diſſolutos.i. circa curam corporum, & rerum ſuarum negligē-
tes, quos ait amētes, ideſt in comœdia ſtultos ſenes.i. deliran-
tes. Quæ uitia non ſunt ſenectutis ignauæ.i. inutilis, aut inido
neæ ad operandum,inertis.i.nullam induſtriam, & artem habē
tis, & ſomniculoſæ.i. ſomnolentiæ, & nimio ſomno ac torpori
indulgentis. Vt.i.quemadmodum petulantia.i.infeſtatio,quæ
fit quemlibet perēdo, & laceſſendo, & vt libido eſt magis vitiū
adoleſcentum,quam ſenum. Nec tamē omnium adoleſcētum,
ſed adoleſcentum non probatorum.i.improbatorum,& malo
rum.Sic iſta ſtultitia ſenilis.i.quæ in quibuſdā ſenibus eſt. Quæ
.ſ ſtultitia ſolet appellari deliratio(q.a ſenes delirā.i.tramite rō
nis flectunt,& deſipere incipiunt)eſt enim non quorum libet,
ſed leuium.i. futilium,& inconſtantium,non aliorum ſ.conſtā-
tium, & grauium. Probat exemplo Appij ſupradicti.Appius,
inquit, Claudium ſub quo militauerat Cato,regebat exiſtens,
& ſenex, & cæcus quatuor filios, quinq; filias, & tantum do-
mum, & tantas clientelas, quantam, & quantas talis uir habe-

bat.

bat.Habebat enim animum intentum,tanquam arcum,nec ip
ſe aut animus eius ſuccumbebat ſenectuti.i. uincebatur à ſene
ctute,langueſcens.i.torpens,& ipſe in ſuos non modo anctori-
tatem patrisfamilias tenebat,ſed etiam imperium,.i. exercitũ,
non ſolum ius imperandi.Serui metuebant eum,liberi & clien
tes,filij,filiæ,& reliqui conſerui uerebantur, & obſeruabant eũ
filiali quodam (ut dicunt)amore,omnesq; habebant eum ca-
rum.Mos patrius,ideſt à patribus,& maioribus inſtitutus,& di
ſciplina patria vigebat in ea domo ſ.Appiana.Ita.n.eſt ſenectus
honeſta,ſi ipſa defendit ſe,& retinet ius ſuum . Et ſi nemini eſt
mancipata.i.addicta in ſeruitutem, & ſi dominatur in ſuos uſ-
que ad extremum ſpiritum .i. extremi ſpiritus exhalationem.
Enim pro quia,ut.i.quemadmodum nos laudamus adoleſcen-
tem in quo eſt aliquid ſenile ,i. maturitatis ad ſenem pertinen-
tis,ſic laudamus ſenem in quo eſt aliquid adoleſcentis probi.i.
quo ad adoleſcentem probum pertineat,quod.i. quam rem is
qui ſequitur.i.imitatur uitam adoleſcentis probi, poterit eſſe
ſenex corpore,ſed nunquàm erit ſenex animo.i. nunquã amit-
tet uires animi.Nam ſenex dici uidetur quaſi ſe necans . Septi-
mus ad probationem doctorum affert ſe in exemplum dicens;
Septimus liber,quia jam ſex abſoluerat, Originum.ſ.Italicarũ
eſt mihi in manib.i.ſcribitur à me, & colligo omnia monimen-
ta antiquitatis.i.quæ nos antiquitatis moneant ſcripta,& ueſti
gia.& conficio nunc quam maximè.i. diligẽtiſſimè orationem
omnium cauſarum illuſtrium,quas defendi .ſ. in foro iudicia-
li. Et tracto nunc ius augurum,ius pontificium.i.ad pontifices
pertinens,quale eſt nobis ,quod canonicum uocant,& ius ciui
le.Vtor.n.multum literis Græcis,& commemoro.i.recito , aut
ad memoriam reduco ueſperi.i.oriente ueſpere, ſeu heſpero ;
hoc eſt ad finem diei.i. more,.i. ad imitationem pythagoreorũ
,i.Pythagoræ imitatorum gratia memoriæ exercendæ.i.ut me-
moriam exerceam commemoro,inquam,quod dixerim,audi-
uerim,aut egerim.unde de uiro bono,& ſapiente ; Maro , Nec
prius in dulcem declinat lumina ſomnum , Omnia quam lon-
gi reputauerit acta diei. &c. Hæ.i. huiuſmodi ſunt exercitatio-
nes ingenij.ſ.mei,hæc ſup.ſunt curricula.i.agitationes, & exer-
citia quaſi in curriculo mentis ſup.meæ . Ego deſudans.i. mul-
tum ſudans, atque elaborans in his , non deſidero magnopere
.i. uehementer vires corporis. Ego adſum, ideſt auxilio ſum a-
micis,uenio frequens,ideſt frequenter in Senatum , & ultro.i.
etiam non accitus, & affero res cogitatas ſ.à me domi , multũ
& diu,& tueor,ideſt defendo eas nou viribus corporis, ſed ani-
mi.Quæ.ſ.omnia iam dicta,ſi ego nequirem exequi,ideſt effice
re,tamen,i.nihilominus lectulus meus in quo me continerem,
oblectaret me cogitantem ea ipſa , quæ non poſſem agere iam
præ ſenio,Sed uita acta, ideſt tranſacta à me facit, ut poſſim .ſ.
ea quæ dicta ſunt exequi. Enim pro quia, non intelligitur.i.nõ
percipitur uiuenti ,i. ab eo qui uiuit in iſtis ſtudiis , & labori-
bus,unde quando ſenectus obrepat,latenter obueniant. Et ita
ætas ſeneſcit ſenſim ,i. paulatim ſine ſenſu, ideſt ſine ſenſione,
aut perceptione , nec ipſa æras .ſ. frangitur ſubito , ſed extin-
guitur, ideſt more ignis in lampade ſeipſum conſumentis, ab-
ſumitur paulatim diuturnitate, ideſt longa duratione tempo-
ris, in qua omnia ſeneſcunt,& labaſcunt .

SEquitur tertia vituperatio ſenectutis, quòd
eam carere dicunt uoluptatibus, ò præclarũ
munus ætatis ; ſi quidem id aufert à nobis ,
quod eſt in adoleſcentia vitioſiſſimum. ac-
cipite enim optimi adoleſcentes, veterem orationem Ar
chytæ Tarentini, magni in primis,& pręclari uiri;quæ mi
hi tradita eſt,cum eſſem adoleſcens Tarenti cum Q.Ma-
ximo,nullam capitaliorem peſtem, quàm uoluptatẽ cor
poris hominibus dicebat à natura datam;cuius uolupta-
tis auidæ libidines,temerè,& effrenatè ad potiundum in
citarentur. hinc patriæ proditiones,hinc rerump. euerſio
nes:hinc cum hoſtibus clandeſtina colloquia naſci: nullũ
denique ſcelus,nullum malum facinus eſſe ad quod ſuſci
piendum non libido uoluptatis impelleret; ſtupra uero ,
& adulteria , & omne tale flagitium nullis alijs illecebris
excitari:niſi uoluptatis.cumque homini ſiue natura, ſiue
quis deus nihil mente præſtabilius dediſſet , huic diuino
muneri ac dono nihil eſſe tam inimicum,quam uolupta-
tem.nec.n.libidine dominante, temperantiæ locum eſſe,
omnino nec in uoluptatis regno uirtutem poſſe conſiſte
re. quod quò magis intelligi poſſet fingere animo iube-
bat tanta incitatum aliquem uoluptate corporis , quanta
poſſet maxima,nemini cenſebat fore dubium,quin tam-
diu,dum ita gauderet,nihil agitare, mente nihil rõne,ni-
hil cogitatione conſequi poſſet:quocirca nihil eſſe tã de-
teſtabile,tamq; peſtiferum , quàm uoluptatem: ſi quidẽ
ea,cum maior eſſet, atque longinquior,omne animi lu-
men extingueret. Hęc cum C.Pontio Samnite,patre eius
à quo Caudino prælio Sp.Poſtumius T.Teturius;conſu-
les ſuperati ſunt,locutum Archytam, Nearchus Taren-
tinus,hoſpes noſter,qui in amicitia populi R permanſe-
rat,ſe à maiorib.natu accepiſſe dicebat;cum quidẽ ei ſer-
moni interfuiſſet Plato Athenienſis: quem Tarentum ue
niſſe L.Camillo,P.Claudio conſulib.reperio. Quorſum
hæc?ut intelligeres, ſi uoluptatem ſpernari ratione, & ſa-
pientia non poſſemus,magnam habendam ſenectuti gra
tiam,quæ efficeret,ut id non liberet, quod non oportet.
impedit.n.conſilium uoluptas,rationi inimica,ac mentis
(ut ita dicam)perſtringit oculos ; nec habet ullum cum
uirtute commercium. Inuitus feci, ut, fortiſſimi uiri , T.
Flaminini fratrem, L. Flamininũ è ſenatu eijcerem ſeptẽ
annis poſt quàm conſul fuiſſet : ſed notandam putaui li-
bidinem. Ille .n. cum eſſet conſul in Gallia, exoratus in
cõuiuio à ſcorto eſt, vt ſecuri feriret aliquem eorum,qui
in uinculis eſſent damnati rei capitalis . hic Tito , fratre
ſuo,cenſore,qui proximus ante me fuerat,elapſus eſt. mi
hi uero,& Flacco neutiquam probari potuit tam flagitio
ſa, & tam perdita libido , quæ cum probro priuato con-
iungeret imperij dedecus. Sæpe audiui à maiorib. natu ,
qui ſe pueros porro à ſenib.audiſſe dicebant ; mirari ſoli-
tum C.Fabricium,quod,cum apud Pyrrhum regem lega
tus eſſet, audiſſet à Theſſalo Cinea,eſſe quendam Athe-
nis,qui ſe ſapientẽ profiteretur, eumq; dicere omnia,quę
faceremus,ad uoluptatem eſſe referenda:quòd ex eo au-
dientes M.Curium,& T.Coruncanum,optare ſolitos,vt
id Samnitibus,ipſiq; Pyrrho perſuaderet;quo facilius vin
ci poſſent, cum ſe uoluptatibus dediſſent . uixerat Man.
Curius cum P. Decio , qui quinquennio ante eum con-
ſulem ſe pro rep.quarto conſulatu deuouerat. norat eun
dem Fabricius , norat Coruncanius ; qui cum ex ſua ui
ta, tum ex eius,quem dico, P.Decij facto iudicabant eſ-
ſe profecto aliquid natura pulchrum, atque præclarum,
quod ſua ſponte peteretur , quodque ſpreta, & contem-
pta uoluptate optimus quiſque ſequeretur . quorſum igi
tur hæc tam multa de uoluptate? quia non modo uitupe
ratio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quod ea
uoluptates nullas magnopere deſiderat,caret epulis,ex-
tructisque menſis , & frequentibus poculis : caret etiam
uinolentia , & cruditate , & inſomniis.ſed ſi aliquid dan-
dum eſt uoluptati , quoniam eius blanditijs non faci-
lè obſiſtimus (diuinitus enim Plato eſcam malorum
appellat uoluptatem , quod ea uidelicet homines ca-
piantur , ut piſces) quamquam immoderatis epulis
caret ſenectus , modicis tamen delectari poteſt . C.
Duilium , M. filium , qui Pœnos primus claſſe deui-
cerat , redeuntem à cœna ſenem uidebam puer . de-
lectabatur cereo funali , & tibicine , quæ ubi nullo

exemplo priuatus sumpserat: tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad meipsum reuertor. Primum habui semper sodales. sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ matris accepit. epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat quidam feruor ætatis; qua progrediente, omnia fiunt in dies mitiora. neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem uoluptatibus corporis magis, quàm cętu amicorum, & sermonibus metiebar. bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet conuiuium nominarunt melius, quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem uocant: ut, quòd in eo genere minimum est, id maximè probare uideantur. ego uero propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuijs delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci iam admodum restant, sed cum uestra etiam ætate, atque uobiscum: habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. quòd si quem etiam ista delectant ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est etiam fortasse quidam naturalis motus: non intelligo, ne in istis quidem uoluptatibus ipsis carere sensu senectutem. me uero, & magisteria delectant à maioribus instituta; & is sermo, qui, more maiorum, à summo magistro adhibetur in poculo; & pocula, sicut in symposio Xenophontis, minuta, atque rorantia; & refrigeratio æstate, & uicissim aut sol, aut ignis hibernus: quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo: conuiuiumque vicinorum quotidie compleo; quòd ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus. At non est voluptatum tenta quasi titillatio in senibus: credo: sed ne desideratio quidem: nihil autem molestum, quòd non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam affecto ætate quæreret, uteretur ne rebus uenereis, Dij meliora, inquit: libenter uero istinc sicut à domino agresti, ac furioso, profugi. cupidis enim rerum talium odiosum fortasse, & molestum est carere: satiatis uero, & expletis iucundius est carere, quàm frui. quamquam non caret is, qui non desiderat. hoc ego, non desiderare, dico esse iucundius. Quod si istis ipsis uoluptatibus bona ætas fruitur libentius: primum paruulis fruitur rebus, ut diximus; deinde ijs quibus senectus si non abundè potitur, non omnino caret. vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat; delectatur tamen etiam, qui in ultima, sic adolescentia uoluptates propè intuens magis fortasse lætatur; sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt, animum tanquàm emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium. secum esse, secumque (ut dicitur) uiuere? si uero habet aliquod tanquàm pabulum studij, atque doctrinæ: nihil est ociosa senectute iucundius. Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cęli, atque terræ Gallum familiarē patris tui, Scipio. quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane cępisset? quàm delectabat eum, defectiones solis, & lunæ multo nobis ante prædicere? Quid in leuioribus studijs, sed tamen acutis? quàm gaudebat bello suo Punico Næuius? quàm Truculento Plautus? quàm Pseudolo? Vidi etiam senem Liuium: qui cum septem annis ante: quàm ego natus sum, fabulam docuisset, Centhone, Tuditanoque consulibus vsque ad adolescentiam meam processit ætate. Quid de P. Licinij Crassi, & pontificij, & ciuilis iuris studio loquar? aut de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? atque eos omnes, quos cō memoraui, his studijs flagrantes senes vidimus. M. uero Cethegum; quem rectè suadæ medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo uidebamus etiam senem? Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum aut scortorum uoluptates cum his uoluptatibus comparandæ? Atque hæc quidem studia doctrinæ prudentibus, & bene institutis pariter cum ætate crescunt: ut honestum illud Solonis sit, quòd ait uersiculo quodam (ut ante dixi) senescere se multa in dies discentem, qua uoluptate animi nulla certè potest esse maior. Venio nūc ad uoluptates agricolarum: quibus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis uitam proximè uidentur accedere. habent enim rationem cum terra: quæ nunquàm recusat imperium, nec unquā sine usura reddit, quod accepit, sed aliàs minore; plerunque maiore cum fœnore. quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ uis, ac natura delectat: quæ cum gremio mollito, ac subacto sparsum semen excepit, primum id occatū cohibet; ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde tepefactum uapore, & compresso suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatē: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. culmoq; erecta geniculato; vaginis iam quasi pubescens includitur. è quib. cum emersit fundit frugē spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus munitur uallo aristarum. Quid ego uitium satus ortus, incrementa commemorem? satiari delectatione non possum; ut meæ senectutis requierem, oblectamentumq; noscatis. Omitto .n. vim ipsam omniū, quæ generātur è terra, quæ ex fici tātulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut stirpiū minutissimis seminib. tantos truncos, ramosq; procreat: malleoli, plantæ, sarmenta, uiuiradices, propagines non ne ea efficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? uitis quidem quæ natura caduca est, nisi fulta est, fertur ad terram; eadem ut se erigat, clauiculis suis, quasi manibus: quidquid est nacta, cōplectitur: quā serpentem multiplici lapsu, & erratico: ferro amputans coercet ars agricolarum, ne siluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. itaque ineunte vere, in ijs, quæ relicta sunt, existit tāquàm ad articulos sarmentorum ea, quæ gemma dicitur; à qua oriens uua se ostendit: quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primo est peracerba gustatu; deinde maturata dulcescit; vestitaque pampinis nec modico tempore caret, & nimios solis defendit ardores: qua quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed cultura, & natura ipsa delectat; adminiculorum ordines, capitum iugatio, religatio, & propagatio vitium sarmentorum, ea quam dixi aliorum amputatio, aliorū immissio. quid ego irrigationes, quid agrifossiones, repastinationesq; proferam: quib. fit multo terra fæcundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro, quem de reb. rusticis scripsi: de qua doctus Hesiodus ne uerbum quidem fecit: cum de cultura agri scriberet, at Homerus, qui multis (ut mihi uidetur)

detur) ante sæculis fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum, & cum stercorā-tem facit. Nec uero segetibus solum & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ latæ sunt, sed hortis etiam, atq; pomarijs, tum pecudum pastu, apum examinibus, florum omnium uarietate. nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones quibus nihil inuenit agricultura solertius. Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa, quæ dixi, fuisse sentio longiora. ignoscetis autem, nam & studio rerum rusticarum prouectus sum, & senectus est natura loquacior: ne ab omnibus eam uitijs uidear uindicare. Ergo in hac uita M. Curius cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus ætatis, cuius ego uillam contemplans (abest enim non longè à mea) admirari satis non possum, vel hominis continentiam, uel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. non enim aurum habere præclarum sibi uideri dixit, sed ijs qui haberent aurum, imperare. Poterat ne tantus animus non efficere iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas; ne à me ipso recedam. In agris erant tunc senatores, idest senes, siquidem aranti L. Quincio Cincinnato nunciatum est, eum dictatorem esse dictum. cuius dictatoris iussu magister equitum C. Seruilius Ahamit. à uilla in senatum accersebantur, & Curius, & ceteri senes: ex quo, qui eos accersebant, uiatores nominati sunt. num igitur eorum senectus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? mea quidem sententia, haud scio, an ulla posit esse beatior uita, neque solum officio, quòd hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris; sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaq; rerum omnium, quæ ad uictum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent. & quoniam hæc quidā desiderant, in gratiam iam cū uoluptate redeamus: semper.n. boni, assiduiq; domini referta cella uinaria, olearia, mellaria, & penuaria est: uillaq; tota locuples abūdat porco, hędo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. iam hortum ipsi agricolæ Succidiam alteram appellant. conditiora facit hæc etiam superuacanei operis aucupium, atq; uenatio. Quid de pratorum uiriditate, aut arborū ordinibus, aut uinearum, oliuetorumve specie dicam? breui præcidam. agro bene culto nil potest esse, nec usu uberius, nec specie ornatius: ad quem fruendum non modo, non retardet, uerum etiā inuitat, atque allectat senectus. ubi enim potest illa ætas, aut calescere, uel apricatione melius, uel igni, aut uicissim umbris, aquis ve refrigerari salubrius? Sibi habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauā, & pilam, sibi natationes, atque cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant, & tesseras; id ipsum, utrum lubebit; quoniam sine his beata esse senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quæso, studiosè, ut facitis. quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur? atque, ut intelligatis, nihil ei tam regale uideri, quàm studium agri colendi. Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, Persarum regem præstanti ingenio, atque imperij gloria, cum Lysander Lacedæmo. uir summæ virtutis, uenisset ad eum Sardis, eique dona à locis

attulisset, & ceteris in rebus comem erga Lysandrum, atque humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse. cum autem admiraretur Lysander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur è floribus, tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, atque descripta: & ei Cyrum respondisse: atqui ego sum omnia ista dimensus; mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarū arborum mea manu sunt satæ: tum Lysandrum intuentē purpuram eius, & nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro, multisque gemmis, dixisse: rectè uero te Cyre beatum ferunt, quoniam uirtuti tuæ fortuna coniuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus, nec ætas impedit, quo minus, & ceterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus, usque ad vltimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Coruinum ad centesimum annum accepimus vitam perduxisset, cum esset acta iam ætate in agris, eosq; coleret. cuius inter primū, & sextum Consulatum, octo, & quadraginta anni interfuerunt, ita quantum spatium ætatis maioris nostri ad senectutis initium esse uoluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. atque huius extrema ætas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris uero minus. apex autem senectutis auctoritas quanta fuit in L. Cæcilio Metello, quanta in Atilio Calatino, in quem illud elogium, Vnicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum: notum est carmen incisum in sepulchro. iure igitur grauis, cuius de laudib. omnium esset fama consentiens, quem uirum nuper P. Crassum, Pontificem max. quem postea M. Lepidum, eodem sacerdotio præditum, uidimus? quid de Paulo, aut Africano loquar? aut tam ante de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in natu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ uoluptates. sed in omni ratione mementote eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit. ex quo efficitur id, quod ego magno quodam cum assensu omnium dixi, miseram esse senectutem, qui se oratione defenderet. non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt; sed honestè acta superior ætas, fructus capit auctoritatis extremos. hęc.n. ipsa sunt honorabilia, quæ uidētur leuia, atq; cōia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, cōsuli: q & apud nos, & in aliis ciuitatibus, ut quęq; optimè morata, ita diligētissimè obseruatur. Lysandrū Lacedæm. cuius mō mētionē feci, dicere aiūt solitū, Lacedæmone esse honestissimū domiciliū senectutis. nusquā.n. tantū tribuitur ætati, nusquā est senectus honoratior. quin etiā memoriæ proditū est: cū Athenis, ludis quidā in theatrū grandis natu uenisset magno consensu locum ei nusquā datū à suis ciuibus: cū autē ad Lacedęm. accessisset qui legati cum essent, certo in loco cōsederāt, cōsurrexisse omnes, & senem sessum recepisse: quib. cum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex ijs quendam, Athenienses scire, quæ recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio præclara. sed hoc, de quo agimus in primis, quòd, ut quisque ætate antecedit, ita sententię principatum tenet. neque solum honorē habentibus; sed ijs, etiā; qui cum imperio sunt maiores;

natu

natu augures ante ponuntur. Quæ ſunt igitur uoluptates corporis cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui ſplendide uſi ſunt ij mihi uidentur fabula ætatis pegiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe: At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam auari: ſed hæc morum uitia ſunt, non ſenectutis, ac moroſitas tamen, & ea uitia, quæ dixi, habent aliquid excuſationis non illius quidem iuſtæ, ſed quæ probari poſſe uideatur contemni ſe putant, deſpici, illud ideſt præterea ideſt fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. quæ tamen omnia dulciora fiunt, & moribus bonis, & artibus; idque cum in uita tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero duritas, in altero comitas? ſic ſe res habet. ut enim non omne uinum, ſic non omnis. nam uetuſtate coaceſcit. ſeueritatem in ſenectute probo. ſed eam, ſicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo. auaritia uero ſenilis quid ſibi uelit non intelligo. poteſt enim quidquam eſſe abſurdius, quam, quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere?

PETR. MAR

Vnus] Donum, quod ſenilis ætas affert ſecum. Vitioſiſſimum] Turpiſſimum, quoniam uoluptas corporis communis eſt homini cum cęteris animalibus, & uoluptariis, ut inquit Ariſt. bruta uiuunt animalia non homines, qui rationem ſequuntur ducem, & in mente bonorum ſuorum reponunt ſummam. Accipite] Audite. Enim certe] Profecto. Magni] Docti in primis. Præclari] Nobilis, & illuſtris. Quæ mihi tradita eſt a Nearcho] ſ. Pythagoreo philoſopho, & hoſpite Catonis, ut auctor eſt Plut. in Catone. Capitaliorum peſtem] Perniciosiorem morbum, & nocumentum, capitale crimen dicitur, quod capitis pęna luitur. Corporis uoluptatem] Senſibilem delectationem guſtatus, & tactus. Communis eſt is ſenſus, dicit philoſophus, circa quem intemperantia uerſatur, propterea iure uituperãda eſt, quod hominibus nõ ratione qua homines ſunt accidit, ſed animalia, talibus igitur gaudere, maximeque talia conſectari ferinum eſt, præterea uoluptates impedimento prudentiæ ſunt, atque quo magis his quiſpiam gaudet, eo magis impeditur, ut in uenerea fit delectatione. nemo ſiquidem dum in illa eſt mente quidquam perſpicere poteſt. Tantum ad uirtutẽ adijcies, ait Seneca, quantum ex uoluptate abſtraxeris. Auidæ libidines] Ardentes cupiditates, rationi non obtemperantes. Temere] Imprudenter, inconſiderate, uiolenter. Effrenate] Immoderate, profuſe. Incitarentur] Commouerentur, & efferueſcerent. Hinc] ex talibus libidinibus cupiditatibus immodicis. Clandeſtina] Occulta, ac per hoc fraudulenta. Magnum facinus] Nefarium flagitium. Libido] Appetitus alicuius culpabilis delectationis circa honores, pecunias, opes, dominatus, imperia & q. id genus ad quæ plerique cupiditate inflammati rapiuntur. Stupra] Raptus Virginum. Stuprum inquit iuriſconſultus, in virginem uiduamque committitur. Adulteriũ in nuptam propter partum ex altero conceptum compoſito nomine. Stuprum cum inceſto committitur ueluti cum priuigna, nuru, nouerca. Flagitium] Scelus ad uenereum actum pertinens, & cum ueſtali ſacrilegium. Illecebris] Blanditiis, titillatione, atque pruritu. Voluptate] Iucundo motu ſenſus. Dominante] Tirannidem obtinente in regno animæ. Temperantiæ] Moderationi circa guſtatum, & uenerem. Regno] Dominio, & imperio, quoniam nullum ſeruat modum, quo uirtus ipſa terminetur, cum ſit inter duo extrema mediocritas, quam effrænata libido ſeruare non nouit, ſed per extrema quæque debacchatur. Ludebat] Hortabatur. Cenſebat] Exiſtimabat. iudicabat. Quin] Quod. Dum] Quandiu, & quoad. Agitare] Tractare, meditari. Mente] Animo. Ratione] Intellectu, commentatione, diſcurſu. Conſequi] Attingere, atque percipere. Deteſtabile] Abominabile ac fugiendum. Peſtiferum] Noxium, & uenenoſum. Maior] Contra præſcriptum naturæ incitatior, & plus æquo ardentior. Longior] Prolixior, & diutius occupans ſenſus. Animi lumen] Rationis indicium, & conſilij aciem oculoſque mentis, qui uoluptate immodica hebetantur, & caligine obducuntur, ut uerum bonum nõ diſcernant, & iccirco temperantia dicitur à Græcis σωφροσύνη, quaſi conſeruatrix mentis, & iudicij, de reb. ipſis, atque fine, ad quem recta tędit ratio. Caudino prælio] Ad furcas caudinas in Sannio Saltus duo inquit L. alti, ſiluoſque ſunt montibus circa ſe perpetuis inter ſe iuncti iacet inter eos ſatis patens in medio campus herbidus aquoſusque, per quem medium inter eſt, antequam uenias in eum intrandæ primæ anguſtiæ ſunt. hæc Liu. Caudiũ oppidum à quo Caudinæ furcæ dictæ; procœliumq; Caudinum. Hoſpes] Amicus. Ratione] conſilio. Sapiẽtia] Firmo iudicio, & vſu, atque doctrina ſubnixo. Liberet] Placeret. Non oporteret] Neceſſarium non eſſet, aut opportunũ, ac per hoc honeſtum. nam oportet, ut in oratoris libris dicit Cic. neceſſitatem importat officii, quo utendum eſt omnibus, & ſemper. Conſilium] Mentem, rationem, & rectam uiam. Aciem] Acumen. Præſtringit] Hebetat, & retundit. Vt ita dicam] Per quandam tranſlationem, & ſimilitudinem loquar, nam præſtigiatores, & præſtigiæ illuſores, & deceptiones. Commercium] Societatem, & conuenientiam, quoniam eſt, ut meretrix, & uirtus matronali pudore cenſetur. Notandam] Cenſoria nota, & ignominia puniendam. Libidinem] Nefariam cupiditatem, uoto meretricio emancipatam. Feriret ſecuri] Truncaret. Rei capitalis] Criminis morte digni. Proximus] Vltimus poſt quem alius non fuerat. Neutriq;] Nequaquam, nullo modo. Probari] Tolerat. Flagitioſa] Scelerata. Perdita] Diſſoluta, intolerabilis. inde perditi mores, quaſi mortui, irrecuperabiles, irreparabiles, & audacia perdita, quæ frontis pudorem penitus amiſit. Proprio] Priuato domeſtica, & ſua turpitudine. Imperii dedecus] Conſulatus infamiam, & publice dignitatis notam. Porro] Certe. Legatus] Deſtinatum ad eum à ſenatu, ut de redimendis captiuis ageret, quos ſine precio Pyrrhus remiſit. Theſſalo] Cyneas, inquit Suidas, fuit unus præfectorum à Philippo Theſſalis negotiis. Cyneas dicit Pli. Pyrrhis regi legatus ſenatui, & equeſtri ordini Romæ poſtero die, quam aduenerat nomina reddidit. Quendam] Epicurum, qui ad uoluntatem omnia retulit, & ante ipſum Ariſtippus. Profiteretur] affirmaret ſe eſſe philoſophum, & quidera ſua opinione ſummum, cum in uitæ propoſito, atq; ordine hallucinaretur ac deliraret. Referenda] Et reducenda, & dirigenda, i. uoluptatem eſſe finem ad quem natura contenderet quod eſt abſurdiſſimum, & non uiri decretum, ſed meretricis. Samnitibus] De quibus Curius triumphauit. Deuouerat] Morti ſe addixerat pro Romanis legionib. ad Viſerim Campaniæ, ut diffuſè narrat Liu. libro 8. Coruncanus primus è plebe factus eſt pontifex maximus. Ex ſua uita] Graui ac ſeuero uitæ ſuæ tenore. fuit in. moderatiſſimus. Facto] Conſtanti deuotione ac morte, quippe qui non ad uoluptatem reſpexit, ſed honeſtatem, gloriam dignitatem, & compendium, cui uel atroci morte conſulendum duxit. Natura] naturali quadam proprietate, ac dote ſe mota, penitus uoluptates corporis. Pulchrum] Honeſtum, & decorum, quod eſt maximè è natura. Præclarum] Illuſtre, excelſum. Sua ſponte] propria natura, & qualitate circa quãpiam uoluptatis illecebram. Sequeretur] appeteret, reſpiceret, & conſequi eniteretur, ut bonum ſummũ uel potius ſolum. Idem Cic. in vlt. de Fin. agens de innata cupiditate ſciendi dicit. Atq; hoc loco, qui propter animi uoluptates debent coli ea ſtudia, quæ dixi, non intelligunt iccirco ea eſſe propter ſe expetenda, quod nulla vtilitate obiecta delectẽtur animi, atq; ipſa ſcientia etiam ſi incommoda datura ſit, gaudeant. Epulis] Publicis conuiuiis, & frequentib. Extructis menſis] longo ac multiplici ordine concinnatis, atque magnificis. Frequentibus] Denſis, & crebris, ut in magnis celebritatib. fieri ſolet, cum ſe conuiuiæ prouocant uiciſſim ad bibendum. hæc dicta ſunt per quandam obiectionem qua potuiſſet is uti, qui ſenectutem ob id taxat, quoniam talib. careat uoluptatib. Cato autem id omne in laudem torquet ſenectutis. careat, inquit his malis quibus hi laborant, qui tales epulas menſasq; ſectantur. Vinolenta] Ebrietate, ſpiritus fęditate. Cruditate] Nauſea, indigeſtione marceſcentiq; ſtomaco. cruditatis ſigna ſunt ructus graues, uirus animæ, uẽtris ſonitus ciborũq; faſtidia, crudi dicuntur, qui male cibos digerunt. In ſomniis] Viſis nocturnis, & uariis imaginib. quas uiolentia excitat. unde idem Cic. in 1. de Diu. dicit, cum dormientibus ea pars animi quæ mentis, & rationis ſit particeps ſopita langueat illa autem

tem in qua feritas quædam atq; agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu, atq; exaltare eã in somno immoderateq; iactari, itaq; huic omnia uisa obiiciuntur ratione uacua. Dandum] Tribuendum dummodo seruetur modus. Blanditiis] illecebris, & suauitatibus, quas ab infantia cum lacte gustauimus, & aliis innatus nobis affectus, num facilè extruditur. Obsistimus] repugnamus. Diuinè] Præclarè. Plato in Timæo sic scribit, Rationalis anima grauibus perturbationibus quatitur, quantum prima est uoluptas esca maxima mali. Escam] Illicium quoddam, & quasi cibum quo pisces decipiuntur, & lues. Malorum] vitiorum, quæ per se non appeterentur, cum mala sint, quæ omnia fugiunt, ut contra bonum ipsum appetunt omnia, ut ueteres philosophi determinarunt, sed uoluptas ipsa conciliat humanæ imprudentiæ, quæ scabie quadã, & pruritu uitiorum capitur. Capiantur] Atrahantur, & decipiãtur, ut pisces unco, quem esca tegit. Immoderatis] nimiis, superfluis, luxuriosis. Caret] Vacat. Modicis] Mensuratis, & temperamento quodam moderatis. Modicum, inquit Nonius, moderatum, & cum modo dixerunt ueteres, & modicè, moderatè, temperatè, modestè. Funali] Cerei lumine, funalia dicuntur à fune, quem cera tegit. Nullo exemp.] nemine ante ipsum usurpante. [Priuatus] sine magistratu. [Sumpserat] propria auctoritate suscepta. L. tamen dicit, Cn. Duillius consul. aduersus classem Pænorum prospere pugnauit, primusq; omnium R. ducum naualis uictoriæ duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus honor habitus est, vt reuertenti à cœna Tibicines canerent, & funale præferrent. Crebro funali] Frequenti, multiplici. funalia clara (inquit Silius) sacerq;. post epulas tibicē adest. [Gloria] Naualis ille triũphus. [Sodales] Inquit, iurisconsultus 47. dig. dicuntur, qui eiusdem collegij sunt, quos græci ὁμοκαπνίους vocãt. Sodalitates dicuntur aliter collegia, & corpora, unde titulus est in pãdectis de collegiis, & corporibus. [Sacris Idæis] Phrygiis, Cybelis ab Ida Phrygia. quoniam è Pesinunte loco Phrygiæ aduectum est Romam simulacrum Magnæ matris in 2. bello Pun. & sodalitas instituta, ludiq; Megalenses. Phryges sub hoc nomine Tellurem communem celebrant matrem. unde Lucr. lib. 2. hãc variæ gentes antiquo more sacrorum Idæã uocitant matrem Phrygiasq; cateruas Dant comites, quia primum ex illis finibus edunt Per terrarum orbem fruges cæpisse creari Gallos attribuunt, quia numen, qui uiolarint. Matris, & ingrati genitoribus inuẽti sunt. Significare uolunt indignos esse potandos, Viuam progeniem, qui in oras luminis edant. [In quibus] sacris sol ennibus, & sodalitiis ludis. [Mutitare] Gell. in 2. agens de Priscorum Parsimonia dicit. Parsimonia apud ueteres R. & uictus atq; cænarum tenuitas non domestica solum obseruatione, ac disciplina, sed pub. quoq; animaduersione, legumq; cõplurimum sanctionibus custodita est, legi adeo nuper in Capitonis Atteii commentariis senatus decretum uetus C. Fannio, & M. Valerio Coss. factum, in quo iubentur principe ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, i. mutua inter se cõuiuia agitarent. iurare apud eos uerbis cõceptis non amplius in singulas cænas sumptus esse facturos, quã cẽtenos uicenosq; æris, præter olus, far, & uinum, neq; vino alienigena, sed patrio usuros, neq; argẽti in conuiuio plus pondo, quam libras cẽtum illaturos. [Epulabar] Conuiuia celebrabã, frequentabam epulas. [Omnino] certe. Modicè] Temperate, modeste, frugaliter, citra luxum, & inanes delicias, quæ ad ueram, & genuinam uoluptatem nihil omnino faciunt. Feruor] calor iuuenilis, & studium circa talia promptũ, & ardens. Progrediente] Tendente ad ipsam maturitatem, etiam ipsa studia mitescunt, tranquillaque fiunt, & ponit paulatim. residetque ille flatus qui præcedentem inflabat ætatẽ. Mitiora] maturiora, leniora, tranquilliora, In dies] quotidie magis, magisque. Neque enim ratio quomodo fiũt, omnia, cum ætate mitiora, quoniam mutuum iudicium non considerat voluptatem ciborum, sed honesti conuentus, & cõsuetudinis. Metiebar] æstimabam, mensurabã, & in ipsis epulis, repositam esse arbitrabar, sed in ipso cœtu. & conuentu clarorum uirorũ. Sermonibus] Collocutione ad dissertationibus conuiuio aptis, quoniam seuerissima philosophia conuiuium non ingreditur, sed illa quæ rationes epularum scrutatur, atque uenatur, ut in Macr. Saturn. legere licet. Accubationem] sessionem ad mensam, quę lectus discubitorius dicitur. accumbere proprie est adiacere, unde accubitor, & accubitus. Epularem] Conuiuialem. Coniunctionem] Communicationem humanitati, uel maximè conuenientem. Sunt etenim homines natura coniuncti, adhibereque debent studiosè congregandi diligentiam, quæ uel maximè relucet in conuiuiis caritate celebratis. unde dixit Virg. Qui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Quod] Comportare, & cõcœnare, quoniam his maiora quærunt in conuiuio communicantes uidelicet consiliorum, & rationum ad usum uitæ communis, & honestæ pertinẽtium. combibones autem. & deuorones talia non considerant, gulæ tantum nati ac uentri cui plerique homines uiuunt. In eo genere] Tali accubatione, atque conuictu. Tempestiuis] opportunis, & tempori, loco personisque conuenientibus. Aequalibus] eiusdem ætatis, quoniam tales facillimè conueniunt propter morum, ac studiorum similitudinem. Restant] supersunt, remanent. Ista] Potio, & cibus. Induxisse] Quasi solenni ritu denunciasse, & classicum cecinisse in uoluptatem. Naturalis modus] Mediocritas quædam naturæ humanæ consentanea. hæc siquidem humanæ uitæ prospiciens in cibo, potu, & uenere decentem posuit delectationem, qua uitæ onera compensantur. itaque in naturalibus, & necessariis uoluptatibus nõ peccat, nisi qui modum excedit. Alimenti cupiditas naturalis est, inquit Aris. omnes enim indigent nutrimento, siccum aut humidum alimentum. & nonnunquam utrunque cupiunt. Cubile etiam cupit, ut inquit Homerus, iuuenis, atque uegetus. habet aliquid naturale. alios enim alia delectant, & quædam quibusdam magis, quam alia cupiditatibus pauci peccant, & ad unũ, ad ipsum inquam plus. cum enim quispiam quæuis comedit, aut bibit, donec superfluo impleatur, fit rei naturalis exuperatio multitudine ipsa, namque naturalis cupiditas indigentiæ repletio est. Cupiditates, inquit Seneca ĩ longinquum mittendæ non sunt, sed in uicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. In istis ad uoluptatem sensibilem spectantibus epulis, & potionibus. Sensu] Perceptione sensuum gustus. s. ac tactus, qui tamen à naturæ necessitate, ac præscripto non recedat. Magisteria [Conuiuiorum regna, & moderationes. Magisteria inquit Pompeius dicuntur in omnibus rebus, quæ magis ceteris possunt, hæc ille. qua propter Rex conuiuij, aut priscos, & Horatius dicit. Nec regna uini sortiere talis. Nullus, inquit Macrobius, qui se dignum hoc conuentu meminerit, soliditatem hanc uel ipsum conuentus regem repudiabit. Magistri sunt, inquit Vlpianus de uerborum significatione, quibus præcipua cura rerum incumbit, ei qui magis quam ceteri diligentiam rebus debent, quibus præsunt quinetiam, & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. unde etiam cuiuslibet disciplinę præceptores, magistri appellantur, a monendo, uel monstrando. Instituta] ordinata. More maiorum] Prisco ritu, qui a Romulo, & Seruio Tullo sumpsit originem sacrificiis, & sodalitatibus institutis, auct. Macr. Sermo] Confabulatio, & cõmunicatio rerum honestarum, qualis est Macrobianis conuiuiis. Tempus solenniter celebratum, dicit Macrobius deputant nobilitatis Romanę proceres colloquio liberali, conuiuia quoque sibi mutua comitate præbentes, nec discedentes a se nisi ad nocturnam quietẽ. nam per omne spatium feriarum meliorem diei partem seriis disputationibus occupantes cœnæ tempore conuiuiales sermones agitant, estque in mensa sermo iucundior, ut habeat uoluptatis in quibus fit ueritatis munus. In poculis] In ipsis compotationibus, in quibus fit propinatio amicabilis, & inuitatio. Thetramenes, inquit, idem in j. Tusc. dixerat arridens, propino hoc pulchro Critiæ. Græci enim in conuiuiis solent nominare cui poculum traditurĩ sunt. hæc Cic. Virgiliana insuper Dido, pateram Bitiæ propinauit, qui pleno se proluit auro. [Symposio] Libro quem de more compotationis composuit ad Platonis æmulationem. Minuta] Breuia, exigua, ut suspicio tollatur ebriositatis. Rorantia] Humorem demittentia roris instar. Rorare est rorẽ demittere. Irrorare, persundere, & aspergere. roscidæ herbæ dicuntur matutino rore persusæ, & rorulentum rore plenum. Persequi] Captare, quærere, sectari. Compleo] Frequento, undique impleo. Producimus. [Extendimus] Quasi titillatio. [Delectatio, pruritus, & sensibilis quædam suauitas, & motus. Titillare est uoluptatem mouere actis quibusdam partibus corporis. [Bene Sophocles] Hoc est ex Platone apud quem in l. de Rep. sic loquitur Cephalus, cum Sophocle nonnunquam fuit poeta, qui cum a quodam quonam pacto in venereis se haberet

beret interrogaretur, & an posset mulieribus commisceri, respondit, bona uerba quęso, amice, libentissimè talia tanquam furiosum agrestemq; dominum aufugi. perbelle igitur, & tūc illi respondisse uisus est, & nunc non minus. omnino.n.ab huiuscemodi rebus in senectute multa pax inest, & libertas, quoniam etenim refrixerunt libidines, certè hoc Sophoclem accidit. nam à multis dominis, & his insanientibus liberamur. [Cōfecta] prouecta, matura [Domino] Tyrāno. Agresti] Duro aspero. [Furioso] Insano. unde Seruius queritur apud Aristophanem, in quo factum esse seruum domini insanientis, est autem furor cæcitas mentis ad omnia. [Quanquam non caret] Exprimit Cic. uim huius uerbi, de quo sic scribit in j. schola Tusc. An potest is, qui non est, re ulla carere? triste.n. est nomen ipsum carendi, quia subijcitur hæc uis habuit quis non habet. desiderat, requirit, indiget opinor. hæc incommoda sunt carētis, caret oculis odiosa cæcitas, liberis orbitas. [Bona ætas] Vegeta, & iuuenilis. [Ambiuio Turpione] Nobili comœdo æcate Catonis. [Prima cauea] primo ordine theatrali, & proximiore. Cauea pro inanitate theatri ponitur, & cauum, inquit Pompeius dictum est ab eius inanitate, & cautæ à cauo dictæ. antiquitus.n. ante usum tectorū oues in atriis claudebant. [Quanti sunt] Quanto digna precio. & indicatura. [Emeritis stipendiis] Desita iam militia, & soluto auctoramento, quod obligat ad præstandam operam in omnibus artibus, quæ mercede, ac stipendio exercentur, & qui seruit affectibus durissima laborat seruitute, militatq; in cupidineis castris. unde asseuerabant Stoici solum sapientem esse liberum, atque solutum. Seneca in libello de beata uita dicit, deinde ut possit hoc aliquis emeritis iam stipendiis profligatæ ætatis iure optimo facere. emeriti dicuntur, qui suo munere iam defuncti sunt, & res ipsæ emeritæ, quæ cessant, & uacatione donantur. & stipendia emerita iam finita, parta, & comparata. Mereo, dicimus emereo, demereo, emereor. [Libidinis] uenereæ cupiditatis. [Ambitio] Honoris, magistratus, principatus, quem iuuenilis appetit ætas. [Contentiones] Certaminis in quocunque genere causarum, & negociorum, inimicitiarum, odiorumq; uaria, & dissimilia pariunt uota, & studia. est autem inimicitia ira ulciscendi tempus obseruans. [Cupiditatum omnium] Et omnia spectantium, quæ in uita appetuntur tanquam bona, & iucunda. [Secum esse] In sua potestate ac libertate, nec alicui domino emancipatum, cupidiniq; additum. [Vt dicitur] prouerbialis sententia est in eos, qui nobilissima parte fruuntur, & secum habitant, & nunquam minus soli sunt, quam cum soli. primum argumentum compositæ mentis est, ait Seneca, posse cōsistere, & secum morari. [Secum uiuere] Sua libertate frui, & arbitratu, & non uiuere ad alterius nutum, seruireq; affectibus, quo nihil est turpius, in Paradoxis dicit idem Cic. Libertas est potestas uiuendi, ut uelis. quis igitur uiuit, vt uult? nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi uia considerata, atque prouida est, qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur, atque colit: qui nihil dicit nihil facit, nil cogitat deniq; nisi libenter ac liberè. cuius omnia cōsilia, resq; omnes quas gerit ab ipso ꝓficiscūtur. eodēq; referūtur. nec est alia res, quę apud eū plus poterat, quā ipsius uoluntas, atq; iudiciū. igitur omnes improbi, serui, sicut est obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carētis suo, quis neget leues omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos. [Tanquā pabulū] Cibum, & nutrimentum. i. studiosum laborem, qui generosos animos nutrit, estq, honestę mentis obsonium, & conditæ deliciæ. [Studii] Curæ honestioris circa disciplinas, & ingenitorum cultus. [Ociosa] Cessans, atq; tranquilla. [Mori] Vsque ad ultimam lassationem incumbere [In studio] Cura mensurandi cœlum, & terram per Mathematicam disciplinam. i. Geometriā, Arithmeticam, & Astronomiam. [Familiarem] Amicum, atq; domesticum Pauli Aemilii, qui Persen Macedoniæ regem expugnauit, pater huius Scipionis, qui minor Africanus appellatus est. Fabius agens de Geometria dicit. quid quod sed eadem Geometria tollit ad rationem usque mundi, in qua cum siderum certos constitutos cursus numeris docet, dicimus nihil esse inordinatum, atq; fortilitum, quod ipsum nonnunquā pertinere ad oratorem potest. An uero cum Pericles Athenienses Solis obscuratione territos redditis eius rei casus metu liberauit. aut cum Sulpicius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione disseruit, ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur, non uidentur esse usui oratoris officio? Ingressum] Incipientem. Oppressit] Non sentientem occupauit, & quasi improuidum, & studio ab alienatum inuasit. Leuioribus] Minoribus, & poeticis occupationibus. Acutis] Ingeniosis, & perspicacibus. Bello punico] Nonius Marcellus citat sæpe auctoritatem Neuij in bello punico, & in primis exprimens quid sit cōcinnare, dicit Neuius belli pun. lib. 3. Trāsit Melitā Romanus exercitus insulam integram urit, populatur, uastat, rem hostium concinnat. Idem Cicer. in Bruto agens de Neuio, & Ennio dicit. Ennius sanè, ut est certè profectior, qui si illum, ut simulat, contemneret, non omnia bella persequens, primum illud Punicum accerrimum bellum reliquisset, sed ipse dicit cur id facit. scripsere inquit alii rem versibus, & luculente quidem scripserunt, etiam si minus quam tu polite. Liuius] Andronicus auct. Eus. tragœdiarum scriptor ob ingenij meritum a Liuio Salinatore donatus est libertate. Valerius primo exemplorum agens de institutione ludorum, dicit, paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, quibus primus omnium poeta Liu. ad fabularum argumentaa spectantium oculos, & animos transtulit, isque suis operis actor cum sæpius a populo reuocatus uocem obtudisset, adhibito puero, & tibicinis concentu gesticulatione tacitus perlegit. idem Cic. in præfat. Tusc. dicit. Annis ferè 410. post Romam conditam, Liuius fabulam dedit, Appio Claudio Cæci filio. M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium qui fuit natu maior quam Plautus, & Neuius. Fabulam docuisset] Recitasset, publicè, atque demonstrasset primus. [Pub.] Licinius Crassus, pontifex maximus collega fuit in consulatu P. Cornelij Scip. qui primus Africanus appellatus est. [Flagrantes] Accensos, inflammatos. [Suadæ medullam] suada, & suade la est persuasio, a Græcis πειθὼ dicitur. ille est medulla suadæ, q. ad præcordia penetrat suadendo, flectitq ue animos unde flexamina uis talis appellatur. Cic. in Bruto agens de Cornelio Cethego, & Ennio dicit. est igitur apud illum in nono, ut opinor Annali. Additur orator Cornelius suauiloquenti ore Cethegus Veturio collega Philoni, & oratorem appellat, & suauiloquentiam tribuit. Is dictus est flos delibatus populi, & suadæ medulla, πειθὼ quam uocant Græci, cuius effector est orator, hanc suadam appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullam fuisse uult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sensitauisse, huius hic medullam nostram oratorem fuisse dixerit. hæc Cic. πειθὼ Græcè, dicitur Latinè Suada, suadela, lepor, & gratia. [In dicendo] In fictis causis, & declamationibus. [Scortorum] Prostitutarum scorta, inquit Pompeius, appellātur meretrices, quia ut pelliculæ subigantur. omnia nanque ex pellibus facta scortea appellantur. [prudentibus] Verum, & sanum iudicium habentibus. [Institutis] Educatis ingenue, atque instructis. [Vt] quantum laudabilis est illa Solonis sententia. [In dies] Quotidiani magis. [Voluptate] Honestissima, & generosissima delectatione. quæ præclarum quodcunque opus comitatur, perficit, & exornat, & uerius delectatio dicitur, quam uoluptas, qua sensus quasi perfunduntur, & titillantur. unde Arist. in ultimo Moralium dicit. Siue igitur una sit, siue plures ꝑfecti uiri actiones, hæ voluptates, quæ has perficiunt, proprie dicendæ sunt hominis voluptates, ceteræ uero secundæ, & parum qui admodum, & actiones. Ad uoluptates uarias oblectationes eorum qui rem rusticam curant, cuius tres partes sunt cultus agrorum, & uinearum, pecuaria, & uillatica pastio delibat omnia. Ciceronianus Cato. Cuius decorum ubique seruatur, arte siquidē, & vsu callebat hæc omnia, quę apud Xenophontē in Oeconomico Socrates, Critobolus, & Ischomachus explicant. [Ad uitam sapientis] Ad eam delectationem, quam cōsummatissimi e reb. honestis, sublimibus, & ad bene, beateque uiuendum spectantibus abunde percipiunt. [Rationem] Negocium, calculum, commercium, & quasi quandam societatem negociationis, & mercaturæ. inde rationarij libri dicti, quibus rationes continētur societatum. [Imperium] Præceptum agricolæ, ac uotum. Virg. Vt quamuis auido parerent arua colono. [Vsura] Augmento, quod usu acquiritur. [Alias] Aliquando, interdū. [Plerunq;] Sæpius. [Fœnore] Multiplicatione ipsius sortis, & rei datæ. fœnus dicitur a fętu pecuniæ increscentis τόκος dr̄ a Gręcis, & τοκιςὴς fœnerator, & icciręo fenus contra naturā dr̄, qm̄ numus parit numū. [Fructus] Vtilitas ipsa rei rusticæ. [Vis] Potētia, efficacia, īgeniū. [Natura] Dos, & ꝓprietas, natura dr̄ a nascēdo, a Græcis φύσις. Gremio] sinu, & sulco. Molito] Bene macerato,

cerato, resoluta, & fermentato. Colere terram, inquit Columella, est resoluere ipsam,& fermẽtare. [Subacto] Arato, proscisso, mangonizato, & concinnato ad semen opportunè recipiẽdum. [Id occatum] Occatione, & comminutione glebarum opertum, occator, inquit Pompeius, ab occidendo dictus, quod grandes terræ cædat globos. Aratione, inquit Plin. per trãsuersum iterata occatio sequitur, ubi res poscit Crate, uel rastro uineæ occãdæ sunt, inquit Varro, ne sit gleba dura, quod ita occidant, occare dicunt. [Cohibet] Continet, tegit. [Vapore] Tepore. [Complexu] fotu,& quasi quodam incubitu. [Diffundit] Inflat, extendit, alterat, mutat. unde unum diffusum mutatum corrumpitur semen ui callidi,& humidi, mutaturq; in id, cuius seminalem uim habet. [Elicit] euocat, emittit, extrahit. [Viridem her.] Assurgentem in dies in caulem, culmum, spicam, aristas,& frugem. [Nixa] Fundata,& solidata. [Fibris] Radiculis,& ramulis maiorum stirpium .i. radicum. [Culmo] Stipula siue calamo. [Geniculato] Internodijs distincto, quæ genua, per quandam similitudinem dicuntur. [Frugem] Granũ, fructum. [Structam] ordinatam,& compositam. [Munitur] Sepitur. [Vallo] Sepimento. Aristæ ab ariditate dictæ sunt, ut spica à spe. [Satus] Plantationes. [Requiem] Curarum dispositionem, solatium, & delectationem. [Vim] Naturam, efficaciam, proprietatem. [Tantulo] Minimo. [Acini] Baccæ, uinaceo, semine uuarum. hic acinus dicitur, & hoc acinum. Semina eligito, inquit Columella, grandi acino, tenui folliculo, paucis minutisq; uinaceis. [Truncos] Stipites. Maleoli, dicit Columella, sunt palmites innati prioris anni, flagello, cognominatiq; à similitudine rei. quod in ea parte, quæ deciditur prominentes utrinq; malleoli speciem præbent. [Sarmenta] Palmites citra malleoli effigiem. [Vim radices] Palmites radicem habentes dicuntur, & plantaria. Vnde Virg. & uiua sua plantaria terra. [Propagines] dicuntur vites defossæ, vt plures emergant, dictæ, quoniam porro pangantur .i. longè figantur. inde propagare, diffundere, atq; extendere fit etiam propago è palmitibus defossis stante matre, & post annum resectis ne illam grauent. [Caduca] Debilis, & cadens. [Fulta] sustenta pedamẽtis, pedicis, uinculis. Clauiculæ dicuntur, à claudendo, & continendo clauiculę, inquit Plinius, quib. repunt vites tritę, & aqua potæ sistunt uomitionum consuetudinem dicuntur,& capreoli à capiendo capreolus dictus, inquit Varro, & uitis caprea, quod parit caprelum. [Serpentem] Excrescentem, & reptantẽ plurima sobole, ac fruticatione. [Erratico] Vago. [Coercet] Cõprimit, restringit putando,& purgando. [Nimia] Immodica, & supra uires. [Ineunte] Incipiente. [Existit] Emergit, apparet. [Articulos] Nodos, & genua. ut sint articuli digitorum, quib. gemmæ portantur in annulis, ideo dixit ad tanquam ad articulos. [Gemma] oculus instar gemmæ,& margaritæ, siue unionis. [Defendit] Repellit, excludit. unde illud Quadrigari, hostes à pinnis defendebant facillimè. [Qua] idest uite, de qua loquor. [Fructu] Vuis aspectum exhilarantib. [Lætius] Hilarius, quoniam uuæ succo etiam durissima corda nitescunt, & hilarescunt. unde Plat. in 2. de Leg. dicit; Ad sacra seniorum, & ludos vocandum esse Liberum, qui hominib. vinum quasi remedium aduersus senectutis duritiem largitus est, vt reiuuenescere videantur,& mœstitiæ nos obliuio capiat. [Aspectu] Visu. [Cultura] Exornatio, concinnatio,& amputatio cum fossionibus, ablaqueationibus, pampinationibus, vt una sole flauescat, & decoquatur. quod poetæ significarunt Bacchum ad Nysam Aethiopiæ transmissum fabulantes. Natura] Vis,& proprietas. [Adminiculorum] Pedamentorum,& fulcrorũ è palis,& arundinib. ut loci fert natura. [Ordines] uersus. [Coniugatio] Cõnexio. multæ sunt species uinearum, inquit Varro. aliæ humiles,& sine radicis, aliæ sublimes,& iugatę, quarum nomina duo pedamenta, & iuga quib. stat recta uineę. dicuntur pedamẽta, quæ transuersa iungunt, iuga ab eo quoq; iugatæ uineæ [Immissio] Extensio, & diffusio per iuga, & tabulata. [Repastinationes] Renouationes. Pastinum, dicit Columella, est ferreum siue ligneum in terram bifurcum, quo vites, panguntur.i. figũtur, inde pastinata uinea dicta,& repastinata, quæ iam exhausta iterum oditur, & pangitur. [Beotius] Ex A cra uico ad Heliconem Bœotiæ montem. scripsit Hesiodus, ad Persen fratrem de Agricultura libros duos, & Opera inscripsit, & dies. [Vt mihi uidetur] Hesiodus tamen scribit se transisse in Euboicam insulam ad poeticum certamen eo tẽpore, qua classis Græcorũ in Aulide ad bellum Troianũ profectura cõuenerat ergo multo ante Homerũ fuit, qui bellum Troianũ postea cecinit. [Lenentem] consolantem, & mitigantem, de Vlysse filio cupiditatem, [Segetibus] Frugibus. [Arbustis] Maritatis uineis. est autem arbustum ordo arborum ad maritandas uites, & arbustare agrum est illum conserere arboribus. Arboreta, inquit Gellius, ignobilius uerbum est, arbusta celebratius. [Latæ] Abundantes, & fertiles. Pomariis] Arboreis fructibus. pomaria dicunt loca pomieris arboribus distincta, nec non pomorum repositoria. [Pastu] Cibatione in his locis, quæ atatro nõ tanguntur, & sic tangit omnis rei rusticæ partes. habet illa siquidem cultum agrorum, & uinearum, pecuariam, & uillaticas pastiones, inter quas apes, gallinæ, cetera id genus animalia. Examinibus] Cętibus, & sobolæ, Consitiones, complantationes, & seminationes, a consero. i. terræ mando, & semino. Solertius] Ingeniosius, acutius. Insitionem, inquit Plinius, casus docuit ad hunc modum. Agricola casam sepis monimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit exhedra. at illæ uiuaci morsu apprehensæ suam ex alieno fecere uitam, apparuitque truncum esse pro terra. Persequi] Narrare. Studio] Amore, & cura. Prouectus] Extensus, & elatus. Natura sua sponte, & peculiari quadam sorte. Vitiis] Mendis, & malis qualitatibus. Vindicare] Liberare, atque asserere De Samnitibus] Populis insolentibus. Samnium. Curius Dentatus consul, auctore Liuio, Samnitibus cęsis, & Sabinis qui rębellauerant uictis, & in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphauit, qui cum delectum haberet eius qui cisatus non responderat, bona uendidit. Pyrrhumque uicit, & Italia expulit. Villam] Ruralem domum, quæ fundo respondere debebat. modus hic probatur, inquit Plin. ut neque fundus villam quærat, neque uilla fundum. quo in genere censoria castigatio erat, minus arare quam uerere. Contemplans] Conspiciens, considerans. Continentiam] Frugalitatem, & temperantiam. Manij quidem Curij, dicit Plinius, post triumphos nota concio est, perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Disciplinam] Moderationem illius ætatis, & uitæ normam. Concinnatio] Sic cognominatio a forma capillorum, atque cincinnis. lege historiam apud Liu. iib. 4. Occupantem] Inuadentem. Accersebant] Aduocabant. Miserabilis] Infelix, & digna miseratione, q.d. minime. Cultione] Exornatione, atque cultura. Officio] Honesta actione necessaria in primis uitæ. Saturnitate] Abundantia. Et cultum] Venerationem diuini Numinis. Xenophon in Oeconomico agens de rei rusticæ dotibus dicit. Et fructibus ipsius partim uiuimus partim deorum aras extruimus. Hęc Quæ ad uictum, ad delectationem pertinent hi cupiunt, qui genium non defraudant suum,& naturali, atque honesta uoluptate tenẽtur, & dicuntur. Redeamus in gratiam] Amorem,& reconciliationem, ne bellum ei a nobis penitus indictum uideatur. tribuamus igitur illi aliquid, seruetur tamen modus fruendæ uoluptatis. Boni] Iusti,& studiosi. Assidui] Diligentis, atque solertis. est siquidem fimum, vel optimum fundi. per ipsius domini,& oculus. Cella penaria ea pars uillæ, q̃ res cælat, & custodit ad annuũ usum.& dr̃ promptuarium, cõditoriũq;. unde promus,& condus dicti. Penus, inquit Gellius, uariis generibus dictũ,& variè declinatũ est. nam,& hoc penus,& hæc penus,& huius peni,& peniris,& penoris ueteres dictitauerunt quo ad edẽdum bibendumque in dies singulos prandii, aut cœnæ causæ parantur penus non sunt, sed ea potius quæ huiusce generis longe uisionis gratia cõtrahuntur, & reconduntur, ex eo quod non in promptu sint, sed intus,& penitus habeantur, penus dicta sunt. [Locuples] Opulenta, copiosa. [Succidiam] idest rem quotidianis usibus in primis necessariam, qualis est succidia idest caro suilla sale condita ad uictum, ut nõ semper eundum sit ad leniendam mẽsam, sed ad carnarium, succidia, inquit Varro, a suib. cædendis. nam id pecus primum occidere cœperunt domi. [Conditiora] Sapidiora,& gratiora. [Superuacanei] Abũdantis,& superflui laboris,& industriæ, cum scilicet necessariis lebus rusticis factum est satis. [Ordinibus] Distinctionibus ocuros pascentibus, & oblectantib. [Spetie] Forma, decore. [Vsu] Vtilitate, ac fructu. [Allectata] Trahit, allicit. [Aeque] Similiter,& pariter. [Apricatione] tempore loci aprici,& solibus. aprica dicuntur tepida loca soli exposita, & uento non obnoxia; & apricari est talia loca consectari,& aprici senes his locis gaudẽtes, & fruentes. Vicissim] Mutator tẽpore.i æstuis caloribus. Salubrius] Tutius, citra periculum ualetudinis. Talos] Talarum

rum ludum. Talus est os in pedis articulum quadratum forma, sed altera parte concauum, altera uero planum, ad cuius similitudinem dicuntur tali quibus in alueolo ludebatur olim. nunc rarus est eorum usus,& rari eos nouerunt. quatuor tantum habet latera talus. puncta uero hæc sunt unum, tria quatuor,& sex. duo,& quinque deficiunt. Tessera] Etiam κυβος dicitur a Græcis, nostri quadrantalia nominauerunt tales figuras, quoniam ex omni parte quadrata sunt, qualia sunt, inquit Gel. quadrata undique quæ κυβους illi, nos quadrantalia dicimus. imperitum vulgus talos non discernit a tessetis, latera sex habentibus, sed mirum non est quando,& eruditorum cateruæ hallucinatæ sunt interdum. Vtrum ait] Et si placuerit relinquere talarium ludum senioribus, q.d. nil refert vtrum concedant an nō, quoniam grauis,& honesta senectus tali oblectatione caret facillimè. Beata] Felix,& in nullo iminuta, aut manca. Tuenda] custodienda,& augenda. Familiari] Domestica pertinente ad familiam. Regale dignum rege, ac per hoc honestissimum, & magnificentissimum. Cyrum minorē] Ad differentiam alterius Cyri, cuius Pædiā octo uoluminibus scripsit idem Xenophon, qui sub minore Cyro militauit. Studiū] Cura,& diligentia. Sūmæ uirtutis] Eximiæ fortitudinis,& bellicæ laudis, de qua dictum est a me olim in cōment. Offic. Sardeis] In numero multitudinis, urbs fuit Lydiæ, unde Sardini dicti accipiens Lysander, inquit Plutarchus Cyrum sardeis uenisse, ut in eius colloquium ueniret eo profectus est. A sociis] Lacedæmoniis quibus fauebat Cyrus contra Athenienses in eo bello, quod Peloponnesiacum dictum est. Comen] Benignum. Humanum] Facilem, beneuolum, & promptum. humanitas dicitur amor erga homines, & studium, φιλανθρωπείαν appellant Græci, sed miror Ciceronem appellasse hunc Cyrum regem Persarum, & præstantem imperij gloria, cum legitimus Persarum rex non fuerit, sed Darij regis filius, & Artaxersis frater, qui hæreditario iure solium obtinuit regiū. Cyrus autem uiuo patre Lydiæ præfuit, & patre uita defunctum regnum occupare conatus, ope Parysatidis matris fretus,& sociis Lacedæmoniis in prœlio cecidit,& temerarij impetus pœnas luit. opinor Ciceronem secutum esse assentationem Xenophontis, qui bello interfuit, & Cyri ἀνάβασιν, idest ascēsum ad deturbandum regno fratrem descripsit. lege hist. apud Plut. in Artaxerxe Xenophon in Oeconomico celebrans in omni genere uirtutis, & laudis Cyrum, dicit ad eundem dicitur quondam Lysander cum donis missus à sociis belli, vt ipse postea cuidam hospiti suo apud Megaram narrauit, deductusq; ab eo in pomarium, quod Sardib. habebat, cum uidisset ordinem arborum in quincuncem dispositarum,& reliqua. Conseptum] Conclusum Xenophon paradisum dixit. latinè pomarium, uel uiridarium appellatur. Consitum] plantis distinctum. Diligenter] Eleganter, & artificiose. In quincuncem] Distantiam quinque unciarum siue pedum. πεντάδα dicunt Græci. In disponendis arboribus, inquit Plin. arbustisq; ac uineis quincuncialis ordinum ratio uulgata, & necessaria non perflatu modo utilis, uerum,& aspectu grata, quoquo modo intuearе in ordinem se porrigente uersu. Colum. lib. 4. sic scribit: Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. nonnulli tamen omnem uitem per denos pedes in quincuncem disponunt, vt more noualium terra transuersis aduersisque sulcis proscindatur. Fab. Quintil. in 8. sic scribit. Quid illo quincunce speciosius, qui in quancūque partem spectaueris rectus est, sed protinus in id quoque prodest, ut terræ sucum æqualiter trahant? Subactam] Mollitam, maceratam, resolutam ligonib. Puram] Mundam, nitidam squalore omni abacto. Afflarentur] Aspirarent, exirent. Solertiam] Acumen ingenij, & peritiam in tali cultu,& arte. Dimēsa] Ad numerum & modum posita. Descripta] Designata, & diffinita suis. Satæ Plantatæ. Nitorem] Splendorem. Virtuti] Naturali excellentiæ, & peculiaribus ingenij dotibus. Fortuna] Bonorum externorum affluentia,& regum gemma. Hac fortuna] tali felicitate rerumque copia honestissimarum. Studia] Curas, & exercitationes. Coruinum] ope auxiliaris corui sic cognominatum. lege apud Liu. lib. 12. Exacta] Prouecta, & senili. M. Valerium Coruinum, inquit Liu. id enim illi deinde cognominis fuit summo fauore populi, treis,& uiginti natum annos cōsulē renunciauit dictator. T. Manlius Torquatus, collega Coruino de plebe, M. Pompilius Lenas datus est. Cursus honorum] Magistratuū,& ciuilium dignitatū. Auctoritatis] æstimationis,& dignitatis. [Apex] Summitas, cumulus, fastigium. Apex, inquit Pompeius, qui est sacerdotum insigne, dictus ab eo, quod comprehendere uinculo antiqui apere dicebant,[Auctoritas] Aestimatio de L. Cęcilio Merello, lege apud Plin. lib. 7. [Elogium] Est testificatio meritorum, & sententiæ, atq; iudicii ratione,& causa. [Vno ore] concordi iudicio,& opinione, lege hoc elogium apud eundem in 2. de fi. prouerbium esse ostendit Sen. 11. Epist. his uerbis. In tanta iudiciorum diuersitate referendam bene merentib. gratiam omnes tibi vno, quod aiunt, ore affirmabunt, in hoc tam discors turba cōsentiet [Primarium] Quasi principem ciuem,& nulli Romanorū uirtute secundum. tales uiri dicebantur,& optimates,& principes. [Grauis] Honestus, auctoritate plenus, nobilis, gloriosus, & inclytus. [Consentiens] concors,& eadem. [Fama] Communis opinio,& testificatio. [Quem uirum]. i. in uita priuata publicaq; excellentissimum. [Paulo] Patre Africani minoris. [Africano] Qui superato Annibale Carthaginem redegit ad tributū [Maximo] Q. Fabio qui Annibalem cunctando fregit, & summam auctoritatem consecutus est. [In sententia] Prolatione opinionis,& iudicii tam in priuatis negocijs, quā publicis. [Nutu] Signo capitis, & oculorum. unde nuere dicimus signo aliquo uoluntatem ostendere,& abnuere, atq; renuere. nec non nutus,& renutus. [Auctoritas] Aestimatio, grauitas. [Honorata] Honoribus functa,& honesta. [Pluris] Maioris momenti,& æstimationis. Voluptates, oblectationes,& commoda iuuenilis ætatis iucunditate sensuum lætæ. [Fundamentis] Initiis grauib. & composita ineuntis ætatis uia, & ratione [Constituta] fundata, inchoata, & roborata, unde dixit Virg. Adeo à teneris consuescere multum est. nam frequens usus, quasi callum ducit,& alteram efficit naturam, qua propter ipsæ uirtutes dicunt habitus. i. dispositiones,& qualitates non facile mutationem admittentes. [Efficitur] Concluditur,& euenit. [Assensu] Applausu,& approbatione. [Miseram] Infelicem, damnabilem. [Oratione] uerbis causantib. uitia senectutis cum fluxi mores notandi sint, qui languidam, & importunam effecerunt senectutem eamq; penitus labefactarunt. [Auctoritatem] Aestimationem,& dignitatem. [Superior] vegeta,& iuuenilis. [Fructus auctoritatis]. i. ipsam auctoritatem, & apicem senectutis, quæ honore quouis digna est,& cultu, est siquidem grauis, & honestus senex quasi oraculum ciuitatis. [Honorabilia] Honorem præ se ferentia. i. præmium senilis maiestatis. Lenia atq; communia, uilia, uulgaria cum sit maxima consummatæ siquidem uirtuti præmium honore maius dari non potest. unde Aristot. agens de magni animi uiro dicit. Maximum id asseruerint omnes esse quod diis ipsis tribuimus, & quod maximè homines, qui sunt in dignitate affectant. quodq; dari prēmiū ob res pulcherrimas solet, talis autem est ipse honor. hoc est .n. honorum maximum externorum. [Salutari] Honorari salutationib. [Appeti] Desiderari. [Decedi] Honorari cessione loci, & uiæ. [Assurgi] Honestari nudatione cepitis, ei assurgentis corporis flexu. [Deduci] Cingi comitatu,& affectatione honesto rum iuuenum, cum inuisitur, curia, templum, & cetera id genus loca? ad quæ deducuntur senes graues, domumq; honestissimè reducuntur. [Consuli] Interrogari de rebus dubiis, quod prudentiam arguit senilem. hæc etenim uirtus vsum requirit, & ideo raro est in iuuenibus. [Optimè morata] optimis moribus, & institutis ornata, & conformata. [Honestissimum] Honorificentissimum. [Tantum tribuitur] tantum honoratur ipsa ætas. [Ludis] Panathenæis, in quibus olea coronabātur uictores. Iunonii ludi celebrabantur Argis. præmiū erat myrtea corona, & ahæneum scutum. Lycei in Arcadia in honorem Iouis, præmium uas ahęneum Herculei,& Iolai Thebis premium tripes ex ære. [Certo] Constituto, & assignato honoris gratia, scilicet quidam sedebant distincte non promiscue. [Nostro collegio] Augurum cętu, & corpore cuius magna erat in omni re agenda auctoritas, habebāturq; augures Iouis inter pretes. [Primatum] principatum, & primum locum in dicenda sententia. [Honore] Dignitate aliqua, & magistratu. [Antecentib.] Maioribus, & superiorioris, & tales prætorij, aut consulares appellabantur, appellationemq; sortiebantur ab honore quem habuerant, & imperio, ut Tribunitii, Quæstorij, Aedilitii, Dictatorij, Censorii. [Cum imperio essent] Ipso magistratu fungerētur. sed propriè cum imperio esse is dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium. Cū potestate esse is qui à populo alicui negocio præpo-

præponebatur. Merum imperium is habebat, qui animaduertendo in facinorosos homines gladio utebatur. Mistum vero imperium cui esset iurisdictio in danda bonorum possessione. Magistratus & in potestate aliqua sit. [Maiores natu] Aetate superiores. [Auctoritatis] Aestimationis, & dignitatis. [Splendidè] Magnificè, & honestissimè functi sunt talib. præmiis, & fructib. [Fabulam ætatis] Rectum cursum uitæ degendæ, ut histriones in fabularum partibus, nituntur seruare decorum, & maximè in extremo actu, ut plausum referant, & commendationem. Seneca in epist. dicit, Vides aliquem gloriari senectute longa. quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? Quomodo fabulas, sic uita non quandiu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas, quocũque uoles desine, tantum bonam clausulam impone. Si mors uocat licèt immatura sit, licèt mediam præcidat ætatem perceptus longissimè fructus est. Nam, ut Possidonius ait, unus dies eruditorum plus patet, quam imperitorum longissima ætas. [Inexercitati] rudes, & sine usu histrionicæ artis, quæ humanos actus imitatur, & refert. [Corruisse] Cecidisse, amisisseq; nomen ueri histrionis, & mimi. cum in quinto actu fabulæ aberrauit, qui cura, uel maxima tractandus est, & industria. unde celebratur illud Diogenis, cui cum diceretur senes iam esse & us quiesce à laboribus, respondit. quid si stadio currerem? oporteret ne prope metã cursum remittere, an magis intendere? qua propter idem Cic. præcipit in Offic. ut languorem fugiant, senes atque desidiam. [Morosi] Difficiles in modo uiuendi, nec facilè contenti sorte præsenti. Morosi dicuntur qui rectum, & decentem non habent in moribus modum, eorumque mores multi sunt, & uarij, & sic uerbosi appellantur, quorum uerba nimia sunt, & obtundentia. Anxij, queruli, męsti, solicitudine uaria laborantes, & corporis, atque animi cruciatu. Difficiles, asperi, intractabiles. [Morum uitia] Errata, quæ parit mos, uasius, & prauum uitæ institutum, nec non ignorantia decori. quod qui seruat his vacat uitijs, quibus imperitorum uita laborat, [Probari] Probabilis uideri, ac per hoc laudari potius, quam uitio uerti. [Contemni] Sperni, negligi. [Fragili] Debili, & affecto. [Offensio] Læsio, nocumentum, uiolatio. [Dulciora] Mitiora, & tolerabiliora. [Bonis morib.] Emendatiori, uitæ instituto, & arte, qua mores ad rectum diriguntur, & corrigũtur. hæc ars prudentia dicitur, forma uidelicet ipsius honesti, & custodia decori. Considerare oportet, inquit philosophus, ad quę nos propensiores sumus, namq; alij ad alia sumus natura procliues, & ad contrarium oportet nos retrahere longè siquidem à delicto abeuntes, ad ipsam demum perueniemus mediocritatem, ut hi facere consueuerunt, qui obliqua ligna dirigunt ad normam. Cum .n. uirtus inter duo uitia collocata sit, idem est uitium, ad utrum te contuleris. [Idque] .i. fieri mutationẽ morum, & institutorum. [In uita] In communi modo uiuendi. [In scena] Re ficta, ut comœdia, quæ mores humanos imitatur, & ciuilem refert uitam, nec non per se fert theatralem Philosophiam, & uulgarem eruditionem. [Ex his fratribus] Exemplo eorum fratrum, quos Terent. inducit in Adel. quorum nomina diuersos ostendunt mores, qui tamen mutati sunt. nã Demeas lẽita asperitate, atque importunitate factus est Mitio. uirtutes certè, ac uitia in nostro locantur arbitrio. & sibi quisq; dat mores. natura ipsa nos inchoat, sed prudentia, & usus absoluunt. quod nisi ita se haberet, dicit Arist. non esset opus docente, sed omnes boni fierent, aut mali omnes habitus ex actibus similibus fiunt, quorum differentias habitus ipsi sequuntur. Nõ dat natura uirtutem, ait Sen. ars est bonum fieri, virtus non contingit animo nisi instituto, & edocto. [In altero] Demea. Duritas] Asperitas, rigor uitæ seuerioris. Comitas, affabilitas, benignitas, indulgentia, qua præditus erat Mitio. [Non omnis ætas] Non omnis qualitas, & natura hominis fit aspera, & morosa in senectute, sed illa tantum cuius praua fuerunt studia, & mores. [Coacescit] Amara fit, & aspera, ut acetum in quod degenerat aliquando vinum. [Seueritatem] grauitatem prudenti senectute dignam. [Probo] Laudo, & probabilem affero. [Modicam] Temperatam, ut modum non excedat. [Acerbitatem] Duritatem, moram, & asperitatem. [Absurdius] Alienius à præscripto rationis, atque prudentiæ. [Viatici auxilij ad conficiendũ iter] Viaticum id dicitur, quod uiatoribus necessarium est. profecutus eram, inquit Plinius in epistolis, uiatico secedentem. [Re

MART. stat] Superest, reliqua est, remanet.

PHIL. SEQVITVR tertia uituperatio senectutis] Reddit docilem, & attentum, & præuisum auditorem transeundo ad tertiam partem superioris diuisionis. [O præclarum] Incipit confutare opinionem illorum, qui senectutem uituperant, quod uoluptatibus careat. [O præclarum. admirãtis est] Virg. O quã te me [Accipite] Audite, ut Virg. Accipite nunc Danaum insidias, & crimine ab uno Disce omnes. [Veterem orationem] uetus enim interdum ad uituperationem. Terent. Veteris poetę maledictis respondeam. [Archytæ] Hic fuit Tarentinus summus Philosophus ætate Plat. qui Græcè unam egregiam orationem contra uoluptatem composuit, quam Catoni illuc profecto cum Qu. Fabio, vt vidimus supra quidam suus hospes attulit, & eam ipse traduxit in Latinum, & in hoc suo inserit sermone. [Magni] Quantum ad scientiam, quæ facit hominem, & est commendatio testimonii, ut faciat fidem, quod genus intercurrens appellatur. [Præclari] Quantum ad famam, & nomen. [Tradita] A quodam hospite suo. [Nullam] Hæc est illa oratio Archytæ, in qua ordinem Rhetoricum seruauit. Primo enim facit propositionem. Secundo rationem. Tertio rationis confirmationem. Quarto exhortationem, postmodum conclusionem. dicit ergo. [Dicebat] scilicet Archytas bene, inquit, ut oratoris est aptè, distinctè, & ornatè dicere. [Capitaliorem] Mortaliorem à capite denominamus totum, quod maximum est in homine. [Cuius ratio est] Regit artem, quod est maximè faciendum. [Voluptati] Est enim uoluptas uocabulum μέσον, sicut ualetudo, uenenum, facinus. Voluptas quidem est delinimentum quoddam sensuum, & sic nũc capitur. Et uoluptas etiam est quædam animi iucunditas, & delectatio qua sæpe utitur Cice. in epist. & quia ista uocabula μέσον sola per se posita, ut plurimum in malam partem sumũtur, ut hic, quando in bonam partem accipimus aliquod addimus ἐπίθετον, ut bene uale, bona ualetudo, bonum facinus. [Effrenate] Intemperanter. [Ad potiundum] In sua potestate habendum. & bene elegit uerbum aptum, quod propriè est in uoluptatibus. [Hinc] Ex ista uoluptate, & est rationis confirmatio. [Patriæ] Pro qua mortem adire debemus, ut, Dulcis amor patrię. Item, Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido. quod ꝑ uoluptate pecuniarum, aut alicuius alterius rei prodimus ipsam. [Cum hostibus] Sunt enim ab honestamento, idest æquamento dicti. adeunt enim prælium ex æqua causa, & indicta, & hostes, & inimici in hoc differunt, quod hostes sunt publici, inimici uero priuati, ut nihil est tam inimicum, quam uoluptas. [Magnum facinus] Quia, & bonum, ut diximus. [Ad suscipiendum] .i. capere ad perficiendum. [Stupra] In uirgines. [Adulteria] In uxores. [Flagitium] Omne magnum scelus, & potissimum in libidinibus, à flagitando dictum, quod est cum quodam ardore, & igne petere. [Illecebris] Attrectationibus ab alliciendo. [Quis deus] Aut Prometheus, qui hominem ex limo fecit, & post modum solis calores fudit, aut ipse deus, qui regit omnia. [Dono] Quod sit nullo merito intercedente. [Donum] Inquit Donat. diis datur. Munus, & præmium hominibus, sed donum, & munus tam ante factum, quam post factum datur, Præmium uero non nisi factum. [Nihil] dictum quidem à nec, & hilo, quod nec hili sit. Hilum enim est medulla sambuci, siue cannæ. in Tuscul. Saxum sudans nitendo, nec proficit hilum. [Virtutem] Virtus cum uoluptate, & libidine esse non potest. Et uirtus, inquit Cice. in ueteri Rhet. est habitus animi in naturæ modum rationi consentaneus. [Iubebat] Pro decernere etiam ponebant antiqui, nũc pro velle, & præcipere, & nota quod omnes istæ sunt exornationes, quæ collocantur in medium orationis. [Quanta percipi] Vt omnes habeat uoluptates ad omnes sensus delinimenta similiter uisum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. [Consequi posset] Quia uoluptates ipsę impediunt omnem cogitationem, mentem, & rationem. [Pestiferum] Bene complexus est, quia in propositione dixit capitaliorem pestem. [Longior] Quantum ad tempus. [Hæc cum C. Pontio] Nunc ponit quomodo, & cum quo habita fuerit illa oratio, & quis ei tradidit. ordo est, Nearchus Tarentinus hospes noster dicebat se accepisse à maioribus natu Archytam locutum hic cum C. Pontio, & cetera pro cuius notitia hæc legimus in Liu. libro 8. Ruptis inter Romanos, & Samnites fœderibus, & eodem tempore T. Veturio, Sp. Postumio coss. Et Samnites eo tempore Heren. Postumium, & C. Pontium eius filium regem habebant, hic enim C. Pontius ad Rom. legationem misit, & infecta pace legati reuersi sunt, unde suo, & suorum consilio usus decreuit

bellum

bellum Romanis inferre. Itaque Rom. exercituum in aliquas angustias cogere cogitauit. Simulauit enim Luceriam Apuliæ ciuitatem. Rom. Coloniæ obsidere, & illuc dum iret exercitus aggrederetur, quod fecit. Nam quamprimum Romani exercitum Apulis miserunt ad Luceriæ auxilium, ad quam adeundā duæ erant uiæ, una præter oram superni montis, quæ tutior, sed longior erat. Altera uero per furcas Caudinas breuior, quā non ulterius considerantes, ut citius irent, elegere. Verum locus iste, ut scribit Liuius, hoc modo angustus erat. Saltus duo alti angusti siluosique sunt montibus, montes circa perplexus inter se iuncti, iacet inter eos satis patens, clausus in medio, campus herbidus aquosusque, per quem medium iter est. Sed antequam uenias ad eum, intrādæ primo angustiæ sunt, & aut eadem qua insinuaueris uia retro repetenda, aut si ire porro perges per alium saltum altiorem impeditioremque euadendum in eum campum uia alia per cauam rupem Romani remisso agmine, dum ad alias angustias protinus pergerent, sepem deiectam arborum saxorumque iacentium adiacentem molem inuenere, quo protinus captos se esse intellexerunt. C. Pontius uero postquam id explorauit Rom. teneri exercitum, custodiens exitum, legatos quam primum misit ad patrem, quid faciendum esset de capto exercitu Romano. Respondit omnes liberaliter citissimè dimittendos intactos. quod C. Pontius stolidum esset existimauit, & patrem delirare. & iterum misit ad eum Legatos, quibus respondit iterum omnes simul, & ad unum esse interficiendos de integro. & tertiam patri misit legationem, ut ad concionem suam ueniret. qui statim plaustrum conscendit, & ad filium uectus est, & sua responsa ualidis rationibus corroborauit, & inter alia uerba hæc dixit. Est ea Rom. gens, quæ uicta quiescere nescit. & his dictis patriam remeauit C. Pontius postea usus consilio fecit furcas fieri humiles, & sub ipsas omnes Rom. spoliatos præterire iussit, & primi quidem consules inclinatis capitibus fuerunt sub iugum, tum ut quisq; gradu primus erat dignitatis, ad hanc ignominiam primus fuit. [Maioribus natu] Quia per successionem res gestæ, & historiæ habebantur. Rarus n erat usus literarum apud antiquos, quamuis omnes scirent loqui Latine. & Plato, qui sciendi gratia ferme terrarum orbem peragrauit, & Pythagorei nominis gratia in Italiam uenit, & Tarenti Archytam, Timæum, Arionemque magna sapientia viros agnouit. [Sapientia] Quia, ut ait Valer. Blandum malum luxuria, quod reprehenditur facilius, quam uitatur. [Habendam gratiam] Habere enim gratiam est animo, referre munere, agere uerbis. Cicer. in episto. ad Vatin. Nec enim tu mihi modo gratiam habuisti, sed accumulatissimè retulisti. [Vt id] scilicet uoluptas. [Impedit] A ligatis pedibus, sicut à solutis expedit tractum est. [Consilium] Declaratio rerum faciendarum. [Vt ita dicam] Modus loquendi quo utimur, quando aliquid improprie dicimus. Vt nunc oculos mentis, cum propriè oculi sint capitis. Præstringit] Præoccupat. inde præstigiatores dicuntur isti, qui faciunt uidere res, quæ non sunt in esse. [Cum uirtute commercium] Communicationem, & consuetudinem. uirtus spernit dulcia, & uoluptas amat, ea quæ sunt suauia, & uirtuti quidem labores, & sudores multi sunt dulcia. ut Luc. ix. Serpens est sitis ardor arenæ. Dulcia uirtuti sunt, & sunt quidem uerba alteria Catonis. [Inuitus feci] Ponit quid mali consecutum est ex uoluptate, & quid ipse fecit contra Læl. Flaminium uoluptuosum. L. Flam. frater T. Flaminij, de quo diximus in principio, fuit consul in Gallia Cisalpina apud Placentiam, & cum ibi suum ageret consulatum, cuiusdam meretricis amore inductus, quendam hominem interfecit, quē in carcere detinebat, cum illa dixisset nunquam uidisse mortem hominis, & cupidam esse uidere. quod contra legem, & iustitiam fecit pro uoluptate, quia ipsum interfecit non debito loco, & tempore determinato, sed in quadam porticu, sine officio debito, quam uis ille mortem meritus esset, & quia eo tempore frater suus T. Flaminius erat censor, non fuit illis annis reprehensus, sed postmodum finita fratris censura, quæ durabat per quinque annos, Cato factus est censor, qui L. Flaminium pro illo scelere puniuit, quod eum de senatoria dignitate deiecit. [A Senatu eijcerem] Senatoria dignitate eum priuarem. [Notandum] Infamiā dandam. Nam nota est infamia. [Ille enim] scilicet L. Flaminius. In Gallia] scilicet Cisalpina apud Placētiam. Duæ enim sunt Galliæ, Cisalpina, & Transalpina. [A scorto] Meretricio, hoc scortum, scorti, utriusque generis est. [Fratre suo] Dictus enim frater quasi ferè alter. [Elapsus est] Euasit pœnam, & nullum de eo uerbum factum est. [Mihi & Flacco] Qui Censores fuerunt post Censuram T. Flaminij. [Imperij dedecus] Quia imperio Romano magnum dedecus erat, ut qui erant cum magistratu, talia uoluptuosa facerent. [Maioribus natu] Quia, ut diximus rarus erat literarum usus. [Apud Pyrrhum legatus esset] Quando scilicet, Pyrthus erat Imperator Tarentinorum, idest ductor eorum exercitus contra Rom. vt diximus. [Cynea Thessalo] De Thessalia. iste autem Cyneas præceptor fuit Pyrrhi, & præclarus philosophus, cum recitasset aliquas philosophorum opiniones, & Stoicorum summum bonum in uirtute ponentium, inter eas quoque referebat opinionem Epicuri cuiusdam Atheniensis eo tempore uiuentis, per quod profitebatur se esse sapientem, summum bonum in uoluptate ponebat, & talia dicenti affuit C. Fabricius legatus Ro. quem solitum mirari de hac re dicebat, quod omnia scilicet, quæ faceremus ad uoluptatem esse referenda illius Epicuri opinione. [Optare solitos] Ita quod utinam diceret, ut Samnites, & ipse Pyrrhus hæc crederent, omnia scilicet, esse referenda ad uoluptatem, quia facilius ipsos uincerent, si uoluptatibus se darent, quæ sunt contra omnem uirtutem. [P. Decio] Duo fuerunt Decij, pater, & filius, qui ambo se pro rep. deuouerunt. Decius autem pater in bello Latino, ut inquit Plin. positis apud Viserim fluuium castris, cum sibi & Manlio Torquato collegæ somnio obuenisset eos fore uictores, quorum dux in prœlio decidisset, cum collato cum collega somnio conuenisset, ut cuius cornu acies laboraret, dijs se manibus uoueret, inclinante sua parte se cum hostium exercitu per Valerium Pontificem dijs Manibus deuouit, impetu in hostes facto uictoriā suis reliquit. P. uero Decius Decij filius, de quo nunc agitur, consul cum Fabio Maximo cum Gallis, Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos conspirarent, ibi exercitu in acie ducto, cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato Mar. Liuio pontifice hastæ insistens in solemnia uerba respondens, se & hostes dijs Manibus deuouit, impetu in hostes facto uictoriam reliquit suis, corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est. hoc autem non fiebat pro uoluptate, sed pro uirtute. ergo qui dicebant uirtutem esse per uoluptatem, errant, quod si uirtus per uoluptatem esset, uirtus quidem esset serua uoluptatis, quod est falsum. [Quod sua sponte] Vt fecit ipse Decius, non per uoluptatem, sed sponte, & tunc est nomen, quia, & genus, & casum habet, sicut forte, & mane, ut, Dum mane nouum, dum gramina canent, Pers. Nempe hoc assi due iam claro mane fenestras Intrat. [Spreta] Et contempta. quod spernere est eiicere, & despicere Contemnere est de aliquo nullam existimationem habere. [Quorsum] Hæc concludit quod male sentiunt, qui senectutem uituperant, quod careat uoluptate, cum magis in eo sit laudanda, quam uituperanda, & ei habendæ gratiæ immortales. [Caret epulis] ἀνθυποφορὰ ab aduersariis facta, quod senectus non potest se implere epulis propter debilitatem stomachi, & caret istis sumptuosis conuiuiis, quæ dicuntur opipara, bene inquit epulis. Sunt enim epulæ hominum, dapes deorum. [Caret etiam] Respondet obiectioni factæ, tu dicis quod senectus caret epulis, extructis mensis & poculis, ergo caret uinolentia, & ebrietate, & indigestione, & inepritudine somniorum, quod est laudabile, & non uituperabile. [Vinolentia] A uino, & lento. Lentus autem in compositione significat plenum, ut temulentus, uinolentus, plenus uino. [Cruditate] Indigestione. Iuuen. Et crudum pauonem in balnea portas, hoc est indigestum. [Sed si aliquid] Ordo est, si aliquid est dandum uoluptati, quamquam immoderatis, & cætera. Cetera dicta sunt per parenthesim. [Diuinus] Et bene, quia iste, Plato, diuino quodam spiritu erat inflammatus, quem Cic. de nat. Deor. tanquam quendam philosophorum Deum dicit. præceptor enim Socr. & Arist. fuit, & multorum aliorum sapientum. [C. Duillium] Post regulas ponit exempla. Iste enim Duillius filius fuit M. Duillij, ciuis R. præclarissimus in j. bel. Pun. primus ex nauali prœlio profligatis Carthaginiensibus Romam uictoriam deportauit, qui postea factus senex tali uoluptate delectabatur, quod suis cum familiaribus frequentissime cœnitabat, & nocte domum reuertebatur cum multis funalibus accensis, & cum uno tibicine, qui ante ipsum sonabat. [Redeuntem à cœna] Quæ dicitur cibus communis, qui semel in die fiebat. Antiqui enim solum semel in die cœnitabant, & illud cœnam nuncupabant. Quod autem nos dicimus prandium, erat illis inordinatus

natus cibus, quod dabatur militibus ne penitus ieiuni irent in prælium. [Crebro] Aut aduerbium, aut nomen, & usus est numero singulari pro plurali, ut hostis habet muros. [Funalia autem à funes] Quia nondum erat usus bombycis cerei. [Tibicine] A tibia, & cano, quod, & facit tibicen, quod per synæresim dicimus tibicen, hinc est, quod illud bi est longum. Aliud tubicen à tuba, & cano, quia illud bi est breue, quia nulla synæresis sit. Tibia autem dicta est, quod tibijs crurum animalium fiebat, nunc maximè ex buxo. [Gloria] Est fama magna rerum. fama uero est communis ad omnes, & iam ficti prauique tenax, quam nuncia ueri. [Sodales] Dicti, quasi simul edales, quod in una mensa edant. [Sodalitates] Sodalitio. [Me quæstore] Præfecto ærario reip. [Constitutæ] Ab illis temporibus sodalitates sunt constitutæ, quibus statuta Cybeles de Phrigia Romam portata fuit, de qua ponit Valerius in ritu de religione in libro viij. capit. viij. Hanc uero tanta ueneratione Romani susceperunt, quod unusquisque uolebat eam ad domum suam portare, & cum iam ita ferebant ceremonijs, & plurimis conuiuiis, & quam sumptuosis utebantur, & multæ tunc sodalitates fiebant, unde ipsa sodalitia nata sunt, cum antea nulla essent. Cum igitur Romam portata est plaustro, & in porta est inuecta Capena, à Scipione Nasica fuit accepta. Iuuen. Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hospes Numinis Idæi. [Idæis] Quæ fiebant in Ida silua Troiana. Duæ enim sunt Idæ. una in Phrygia, altera in Creta. [Aetatis] Fortasse uirilis tunc. [Qua progrediente] Grauescente. [Mitiora] A fructibus tractus sermo, ut sunt mihi mitia poma. [Qui hoc idem] scilicet conuiuium. [In eo genere] scilicet ciborum. [Minimum] scilicet potio, & cœnatio, & bene. Ca. enim nunc Græcos accusat, quia semper debemus denominare à præstantiori, ut cum sint tria genera uitæ in homine, scilicet uegetatiua, quæ est in plantis, sensitiua, quæ est in animalibus brutis, rationalis, quæ est in homine ab hac præstantiori uita hominum denominabatur, & dicitur uita rationalis. [Tempestiuis] quæ in suo tēpore proprio sunt. [Cum æqualibus] scilicet similibus ætatis vestræ. [Sermonis auiditatem] quia senes semper sunt loquaces. [Sustulit, scilicet auiditatem remouit. [Ista] quæ non sunt in me, sed in aliis, scilicet voluptatis blandimenta, nam iste ab hoc differt, ut diximus. Vult enim probare, quod senes habent etiā aliquam uoluptatem. moderatam tamen. [Carere sen.] quia etiam senes sentiunt uoluptates. [Magisteria] Magister dicitur quidem superior aliis, & hoc quidem in omni arte, cuius officium uocatur magisterium. unde nūc debemus scire, quod apud antiquos erat hoc institutum in conuiuiis sodalium, qd̄ præeligebaut unum de ipsis dominum, & principem, & magistrum, qui imperaret in illis cōuiuijs. Iste autem assumpto magisterio habebat imperare illis sodalibus, & inter cetera proponebat aliquas conclusiones, & disputationes, ut mensis remotis illæ disputarentur, ut utrum elegantior poeta sit, Virgilius, an Homerus, & Xenophon, qui inducit unam disputationem, Amor utrum spontanea uoluntate, an coacta proueniat. [Is sermo] scilicet tales disputationes delectāt me. [A summo magistro] Ab illo, scilicet quem præelegerunt. dicuntur enim magistri non solum doctores artium, sed aliarum rerum, quia magis ceteris possunt, & hinc magistratus dicebant, & magistrare antiqui pro moderari, unde arbitror esse dictos magistros. [In poc.] idest post cibum, poculum autem est instrumentum quo bibitur. [Symposio] Comparatione, ita ipsum appellat. [Minuta] In quibus omnia quasi sunt degustata. ut est illud Virgilii. Primaque libato summo tenus attigit ore. [Rorantia] Tam quam rore aspersa, non mundantia. [Refrigeratio æsta.] Ex qua etiam senes habent uoluptatem. [In locis Sab.] Vbi Ca. habebat prædia. [Compleo] Perfectum numerum fa-cio, ut ex sua prudentia, & sapientia. quia ubi Ca. ibi omnis bene uiuendi doctrina, & diuina quædam sapientia. [At non] ἀντοφορα ab aduersariis facta. [Titillatio] Irritatio uoluptatis [Sed ne] Desideratio quidem, quod est multum laudabile in senectute, non habere irritationem uoluptatum, & desiderationem rerum absentium, quod isti uituperant, desiderium autem semper est de re absente, & qui desiderat est subiectus, & seruus illius rei desideratæ, & cum senes nihil desiderēt sunt liberi, & illius rei habent uoluptatem. [Nihil autem est molestum] Quod non desideres. quia quidquid desideratur est molestum, & graue non habentibus, uerbi gratia aliquis desiderat habere alas, quas cum non habeat molestia afficitur, sed multa sunt genera molestiæ. [Sophocles] Preclarus poeta Atheniēsis de quo diximus. [Rebus uenereis] Honesto uocabulo usus est in re inhonesta. [Meliora, idest dent, & istam bestialem libidinem auertant à me. [Istinc] à rebus ipsis uenereis, quæ non sunt in me. [Aut furiosa] A quo furor nunquam recedit, furiatus uero, qui furit ex causa, ut Chorœbus Virgilianus, furiata mente Chorœbus. [Agresti] Duro, & inexorabili. [Cupidis] Hominibus exoptantibus talium rerum uenerearum, ipsi carere molestum est, sed mihi non exoptanti non est graue. [Satiatis] Et expletis. in hoc differunt, quod expleri est tantummodo plenum esse, satiati uero ultra modum. hominibus autem qui sunt satiati, & expleti istis rebus esset iucūdius carere quā frui, quod est in senibus. [Non caret] Ergo habet, qui nō desiderat, quia desiderare est de re absenti. & cum non desideramus aliquam rem ipsa non caremus, unde sequitur, quod non desiderare est iucundius, quam desiderare. quod dicit ergo, & cetera. [Bona ætas] Ipsa iuuenta, siue adolescētia. [Paruulis rebus] Et pede certo signat humum. [Deinde his etiam] scilicet uoluptatibus, quas habent in senectute, non omnino caret, quia si non potest ita bene comedere sicut iuuenis, tamen tantum quantū satis est sumit cibum, & ex eo fruitur uoluptate. [Vt Turpione Ambiuio] Nomine proprio mimi, & ponit similitudinem de illis, qui sunt ad spectandum in theatro, quod appellat caueam, sicut Virg. in v. Caueæ consessum, ingentis. & Hor. dicitur etiā Cauea, spectaculum, arena, theatrum, quo conueniebat populus ad spectandum aliquas comœdias recitandas, ubi erant tres gradus consessus, primus, medius, & extremus, mimi erant in medio Theatro, unde dicitur sicut prima cauea, idest in primo gradu Theatri. [Sic adaptat] Comparationem [Spectans] Venatur vocabula respondentia similitudini. [At illa] Nunc ponit quoddam singulare donum, quod est in senectute non in iuuenibus. [Quāti] scilicet precij, & honestius est, quam si addamus precij. [Animum secum] Hoc est cum uirtute, & ratione coniūcti. [Emeritis] Sepositis à militia, quos dicunt cessatos quasi extra militiam. mereo enim milito significat, ut Luc. Aere merēt paruo. [Stipendiis] Salariis militaribus, à stipe hoc est numo. [Ambitionis] Cupiditatis honoris, quæ omnia sunt in iuuenibus, & remota à senibus. [Secumque] Vt dicitur uiuere, & est in prouerbio Latino, tecum habita, quod Persius inseruit carmini. Tecum habita, ut noris quā sit tibi curta supellex, quod Græci dicunt μετασουκατοικει. [Tanquam pabulum] quia studium, & doctrina est in senibus quoddam pabulum, & sustentamentum. [Ociosa] Quod dimissis omnibus aliis rebus uacet doctrinæ. duplex. n. est ocium, iners, & industriosum. [Mori] Dimissis commoditatibus uitæ uehementer intentum esse alicui rei, ut dicimus emoriebatur risu. [Dimetiendi cœli, atque terræ] Latine dixit, quod Grece Geometriam, & Astrologiam, quibus dies noctesq; inuigilat isto Gallus, adeo quod tam cibum dimittebat, ut obseruaret cursus stellarum, & ex eo magnam uoluptatem capiebat. Iste autem præclarus fuit, & familiaris Pauli Aemilii patris istius Scip. qui cum contra Persen apud Lacedæmonios, bellum gessit, quod dictum est bellum Macedonicum; de quo scripsit Liu. hunc Gallum secum duxit, & ibi cum eclipsis facta esset solis omnes obstupuerunt, credentes malum prodigium belli futuri, quos ipse Gallus animauit, & omnem timorem ademit, eis rationem eclipsis ostendens, hæc autem fit per interpositionem Lunæ. Lunaris autem Eclipsis fit interpositione terræ inter Lunam, & Solem, quidquid luminis luna habet recipit à sole. per se. n. est corpus obscurum, unde luna quasi lux aliena dicta est. huiusce uero rei rationem Cic. de nat. deor. graphice scribit. [Lux] s. oppressit. bis. n est repetendum oppressit. [Noctu] obseruando sidera, quo studio nunquam diuertebat, dimittens etiam cibum [Defectiones] Latine dixit, quod Græci ἐκλειψιν dicunt. [Multo ante] Quasi per unum annum. Prædicere] Ante dicere. Quid in leuioribus studiis] quia respectu Astrologiæ, & Geometriæ sunt leuiora studia ista humanitatis. uult ergo per exempla probare etiam in ceteris literariis studiis magnā esse uoluptatem. Actis] Quia ex subtili, & acuto ingenia bello punico. Neuius hic comicus fuit tertius numero, qui vt dicit Hiero. Vticæ mortuus est, pulsus Roma factione nobilium, ac præcipuè Metelli, & quandā comœdiam fecit, quam bellum Pun. appellauit. [Liuium] qui Liuius Andronicus dicebatur. Liuius autem a domino suo Liuio Salinatore, de quo supra diximus, denominatus, & quia doctissimus poeta tragœdiarum scriptor ob ingenii meritum,

tum,& quia liberos eius erudiebat, ab ipso Salinatore donatus est libertate, & multas fabulas fecit. Elicuisset].i. emisisset in pronuntiationem. P. Licinij Crassi] hic doctissimus homo iurisconsultus fuit, qui multa commentaria in iure ciuili,& in iure pontificio fecit. De huius P Scip.] qui sua ętate primus erat, ideo dicit huius. Flagrantes] Ardentes senes, contra dicimus ignauos, & differt à fragrans. id enim est redolens. Virg. Redolentque thymo fragrantia mella. M. Vero Cethegum] Hic præclarus uir fuit, qui uim eloquentiæ indaguit, quod est uocabulorum proprietatem, quem suadam medullam Ennius appellauit, & rectè, quia aliud ore loqui; aliud summo pectore,& medullitus est; nam loqui,& ore,& summis labris est ineptè, & considerate, & temere. Suadam autem dixit, quia suasio,& persuasio est finis oratoris, qua inducitur animus auditorum ad credendum, unde Virgilius Malesuada fames. [Quæ uoluptates sunt comparandæ] quasi dicat nullæ. Scortorum] Scorta enim sunt coria, quæ trahuntur, & detrahuntur, hincinde à coriarijs, ut mollita cœdantur. hinc à similitudine dicimus in utroque genere. Crescunt cum ætate] Et nunquam desinunt senescere. Venio nunc ad uoluptates agricolarum] Vult ostendere, quod in agricultura senes maximas habēt voluptates. vnde nota, quod apud maiores nostros maximi precij, & singularis honoris erat agricultura. unde emeriti milites illi uocabant præterea ex aratro ad magistratus Senatorios creabantur, ut Cincinnatus. [Delector] Et delecto, in una,& eadem significatione, sed delector deponens, delecto neutrum. [Habent enim] rationem cum terra probat, quod ut uidetur accedere ad uitā sapientis uiri, nam ut uidimus in Geor.& Astrologiæ, & aliarū rerum multarum scientia agricola debet esse peritus unde dicit, Habent rationem cum terra, & duplex est sensus, aut computationem, aut quantum expendat in arando, & in alijs officijs, & quantum lucretur, aut rationem, idest causam, ut pro qualitate terræ committat semina. Plerunque enim ut in Aegypto pro uno centum, & ducentum reddunt in Lib. Cum fęnore] A fetu dicto, quod credita pecunia aliam gignat. [Ipsius terræ] Dicta est autem à terendo, eo quod teritur. Natura] Huius uero duo sunt potissimum loca, ut inquit Var. Terra,& cęlum, deinde particulatim utriusque multa. Quæ gremio] Trahit similitudinem à mulieribus, & describit omnes fermè agriculturæ particulas quibus ostendit illis delectari multum, & scire debemus quadripartitam esse rationem agrorum, quam Virg, complexus est in Geor. iiij. libris. est enim primus saturalis ad seminandum, & iste propriè uocatur aruum est, alter consitus, ad plantandum, tertius pastuus ad pascua, quartus florens ad olera, ad flores,& apes. Subacto] scilicet aratione,& occatione domito. Excepit] quasi rem cadentem accepit. Est etiā excipere aliquem honorificè domi suscipere. Occatum] Per syncopem, quod occæcatum dicimus, idest occultatum, & opertū. ab ob,& cæco cæcas, ex quo nominata est occatio, quæ autem sic se habet, quod primo iacimus semina,& illud satum, & illa semina cum occamus, scilicet operiamus,& tegimus aratione, uocatur occatio. [Vapore] calore, & humore, quibus omnia oriuntur. [Nixa] Firmata. [Fibris] Radicibus. [Stirpium] In arboribus, & plantis masculini generis, in prosapia uero fęminini. [Culmo geniculato] Est enim culmus à radicitus, usque ad aristas, quomodo ante usum tegularum cooperiebantur domus, vnde culmina dicebantur. unde adhuc nomen seruatur. Virg. Horrebant culmina regum. Geniculatus autem dicitur, quod habet genua, idest nodos, ad similitudinē genuum. [Vaginis] illis leuibus spolijs, quas Seruius dixit stipulas. Pubescēs] A similitudine herbescens. [Frugem] Fruges à fruendo, aut à frumine, idest palatu, ut dicit Ser. [Spicæ] Hæ à spe dictæ sunt, & ut ait Seruius.& spicus,& spicum dicitur. Cice. in Arat. Spicū illustre ferens insigni corpore virgo. sed à neutro tantum singularem numerum inuenimus, spicos autem de maturis abusiuè dicimus, nam propriè spicus est cum aristę adhuc tenues in modum spiculi eminent. [Munitur] A similitudine castrorū, quæ dicuntur muniri vallo, [Aristarum] Ne aues ipsas comedāt, hic vallus est palus, hoc uallum est ipsum repagulum ex uallis factum. Arista autem dicta est ab areo, quod sit arida. [Vitium] Hæ enim, ut ait Varro, à uino dictæ sunt, id autem à ui, hinc uindemia quasi uinidemia. [Requiem] Hunc textū allegat Friscianus, & dicit declinari posse tam tertiæ, quam quintæ declinationis, & hæc requies, tis, & à quies compositum. [Omitto enim vim ipsam] Perstat in contemplatione naturæ ipsius

terræ, ut ostendat magnam, & singularem in ea esse uoluptatem. & facit unam occupationem, colorem rhetoricum. [Vim] Potentiam. ut Longam multa ui muniet Albam. Ex fici] Ficus fici, & ficus ficus secundæ, & quartæ declinationis pro arbore, & fructu dicimus, sic frequentissimè utitur Tullius, & Plinius dicit hic ficus pro uitio corporis secundæ declinationis. Ex acino] Vinaceo ex grano, quod est in uua. Malle.] Rami uitis, qui abscinduntur ex ea, ut plantentur alibi. dicti malleoli, quia formam malleoli habent, cum eis abscisso modico trunco uitis ueteris, quia aliter plantati non uiuerent. Plantæ] Quæ fiunt ex ipsis malleolis. Sarmenta] Purgamenta ipsarum, à Serpo serpis, quod est purgo, aut serpus, serpa, serpum, quod est purus, pura, purum, unde serpe uinea putata, hoc est pura facta dicitur. Propagines] Quæ fiunt cum rustici uitem supprimunt, ut ex vna plures faciant in similitudinem arcus, & tunc habet primam longā. Virgil. in ij. Georg. Siluarumque aliæ flexo propaginis arcu. quando uero habet primam breuem, tunc progeniem significat, vt Virgil. generosa propago. & dicta est à propagando, ut rustici faciunt in uitibus. Caduca] Quæ cadit ad terram, ut sustentetur furcis, & vtilis. Etenim scilicet) idest sustentata. à fulcio fulcis, quod est sustento, & sursum erigo, vnde furcæ dictæ sunt, quę sustentant aliquam arborem cadentem, vel aliquid aliud. Clauiculis, scilicet hos dicunt capreolos, qui tanquam manus cōplectuntur arborem, vel ramos, vel vallos aliquos. Quidquid est enim) idest inuenit. sunt aliqua uerba, quæ aliud in præsenti, aliud in præterito perfecto significant, vt nanciscor, acquiro, nactus sum, inueni, ut fruor, idest vtor, fretus sum, idest confisus. Quam) scilicet uitem extendentem,& explicantem se per ramos multiplici, & uario lapsu. Amputans) Superflua demens, & pura reddens. vnde dicūt putum aurum, idest putum. In omnes actus) Quod pluralis numeri. Partis) Est & alia regula, quod nomina in his nominatiuo potius in is, quam in es, faciunt accusatiuum pluralem. Vel omnia nomina, quæ in genitiuo plurali in ium faciunt. Ineunte) Incipiēte, hoc nouo uere, quia dicitur nouum, adultum, & præceps. Existit) Eminet, ab extra, & sisto. Articulos) Digitos, qui sicut digiti flectuntur. Gemma) Quam oculos ramorum, dicunt, quando in uere incipiuut apparere. ut Virg. in Georg. ij. Nam quæ de medio tradunt se cortice gemmæ. Succo terræ] De calore solis, quia ab his oriuntur cuncta duobus, ut inquit Onid. Per acerba (Immatura. Vnde uocantur omphaces, quæ nondum maturæ sunt, & uinum omphacium. Pampinis) Palmitibus. Fructu lætius) A, pectu pulchrius, bene maritauit hæc uerba, quia fructus lætificat homines, pulchritudo, mouet, ut pulchra mouent oculos. Cultu) Ars ipsa colendi. Adminiculorum) Vallorum, & cannarum, quæ sustentant uites per ordinem positas, & ex ad, & manus dicuntur adminicula. Coniugatio) Quasi in iugum positæ. Religatio. Cum religantur stipis uallo. Irrigationes) quas faciunt agricolæ per riuos, ut irrigent plantas. Fossiones) Quas, aut ad irrigandum, aut ad plantandum faciunt. (Repastinationes) Per remotionem terræ à radicibus uitium, & per adiunctionem, sicut res ipsa postulat. (Stercorandi) Quod fit per stercus sparsum supra. (Quem de rebus rusticis scripsi) Cato enim librum unum de agricultura scripsit, qui adhuc inuenitur, & in eo tractauit de ui agriculturæ, & utilitate stercorādi. Vnde accuset Hesiodorus poetam Græcum, qui de agricultura ad fratrem Persen scripsit librum, quem ἐργακαὶ ἡμέρας inscripsit, quod in carmine Georg. Virgil. inseruit. Quid faciat lætas segetes, hoc est quo sidere terram. in quo nulla fecit mentionem de stercorandis agris, quod est in arte agriculturæ potissimum. (Doctus) In eo quod dixit doctum momordit eum. (Ne verbum quidem) Notanda est hæc locutio, quod cum ponitur ne sempor quidem est tertium, ut nunc ne verbum quidem. 'At Homerus) adhuc ne diceret aliquis pro Hesiod. quod ad aliud tempus non erat vsus stercorationis, & ideo de eo non dixit, commemorat Hom. de ea re mentionem fecisse in Odyssea, vt patet de Laerte Vlissis patre. Sed in magna dubitatione fuit, & est tam apud Latinos, quam apud Græcos quis fuerit ante Hom. an Hesiodorus, & ideo nunc dicit Cato, ut mihi uidetur, vt inquit Euseb. quidam Hom. & Hesi od. temporibus fuisse aiunt, quibus Vlyssis patrem Laertem desiderare absentiam ante diximus. (Nec uero) Nunc tangit illa qua-

tuor genera agrorum, quæ diximus. [Segetibus.] Terris à ferendo, uel à semine, ut inquit Virg. Maro. Quid faciat lætas segetes. [Et pratis] quæ dicta sunt, quasi parata, quod sine opere parata sunt, quibus nihil potest nocere, & sunt sine labore agricolarum. [Vineis] Vineæ à uite dictæ sunt, sicut, & uineta. [Pecudum pastu] Inquit Var. de lingua Lat. ad Cic. & standi fundamentum parens, à quo dicitur in ædificiis arca parens magnus, & qui negocium instituit pedem posuisse à pede pecudem appellarunt. [Examinibus] Aptum collectionibus, & significat etiam linguam illam mediam bilancis, & subtile iudicium alicuius rei. Apes dictæ sunt à pedibus, quod sine pedibus nascantur, uel quod adinuicem teneant se pedibus, ad similitudinem racemi uuarum. [Consitiones] Ordines plantarum, quos faciunt semper ad imitationem alicuius literæ. [Insitiones] Impositiones surculorum de vna arbore in aliã. [Et senectus est natura loquacior] Re uera senes propter experientiam multarum rerum, & copiam. [Eam] Senectutẽ. [Vindicare] Liberare. [M. Curius] Subijcit exemplum præclarum, ut probet maximam in Agricultura esse uoluptatem. Curius enim præstantissimus ciuis Rom. præclarissimus fuit imperator, qui paruo contentus erat. Triumphauit de Samnitibus, Sabinisq;, & Pyrrho, & postea in uilla sua contemnens diuitias maxima cum paupertate uiuere uoluit, adeo quod semel est inuentus in foco apud ignem coquens rapas, quæ res Samnitũ peruenit ad aures, & ad ipsum quamprimum magnum põdus auri miserũt, quod neglexit, ut patet in textu. [De Pirrho] Qui pro Tarentinis militauit, ut diximus. [Triumphasset] Est enim triumphus honor uictoriæ habitæ, qui fiebat cum curru, & equis albis cum maxima laude, & cum clangentibus tubis, & omni genere musicorum uictori Romam reuertenti, quem duplicem esse diximus. [Cuius] Curij. [Villam] domum, & habitationem rusticanam dictam à uehendo, quod illuc uehitur quidquid in toto rure colligitur, aut dicta à uallibus, quibus circũdatur, & differt à rure, quia rus est ipse, ager, in quo est uilla. [Contemplans] quasi quandam religionẽ, quia nihil in eo erat splendidi, cum magnificæ uillæ antea fuissent. [A me] idest à rure, & uilla mea, quia erant uicini prædijs, & uillæ, & est modus loquendi, quo multum utitur. Admirari] Cum laude uirtutis. [Continentiam] qui paruo contentus, & diuitias uilipendebat. Est autem continentia, per quam cupiditas consilij ratione regitur, ut inquit Cic. & est species temperantiæ. [Temporum] Cum antea multæ magnificæ uillæ factæ essent, quasi theatra. [Ad focum] ecce quod diximus supra. focus enim dicitur ubi fouetur ignis. Ignis autem est ipsum elementum, ut fer sine igne focum. [Non enim] Præclarum responsum. [Tantus animus] qui multa contemnebat, pauca uero desiderabat, quod idem legitur de Fabricio, ut paruoq; potentem Fabricium, & bene, tantus animus. quis. n. est, qui auri auiditatem nõ habeat? Virgil. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? [Acie] pugna, significat autem tria, & oculi uisionem, & cultri acumẽ, & structos milites ad pugnam. [Pecunia] Est enim à pecoribus dicta pecunia, eo quod antiquorum vniuersa substantia in pecoribus constabat. [A me ipso.] Hoc est ab oratione mea agri colendi, quia iam ingressus erat in contemptionem diuitiarũ. Dicit ne recedam à meipso, & subiungit nobilitatem agriculturæ, in qua præclaros homines fuisse commemorat, & uocatos ad senatoriam dignitatem, & subiungit exemplum de L. Q. Cincinnato, hic autem agriculturæ inuigilabat, & cum Romani maxima annonæ caritate laborarent, erat quidam Romanus clarissimus frumenti eo tempore maximam habens copiam, & ipsam uulgo distribuens cogitauit patriam occupare, & fieri dominus Romæ, alliciendo animos illorum dono frumenti, quod ut cognitum est à Senatoribus, quamprimum L. Q. Cincinnatum Dictatorem creauerunt, qui tunc erat ruri, & quando fuit ei nunciatum, arabat, & dimisso aratro uenit Romam & Dictatoriam accepit dignitatem, & illum quem diximus diuitem. f. Sp. Melium regnum affectantem per magistrum equitum C. Seruilium ad se vocare fecit, & si ire negasset, ipsum traheret vi, vel intermeret, unde cum ad eum uenit fugere cœpit, quem persecutus interfecit, & domum eius, ut inquit Plin. solo æquauit. unde locus ille æquimelium dicitur, & hoc fecit in secunda Dictatura. [Magister equitum] Quem uulgo debẽt el seneſcalſco de campo, hic uero proximus erat dictatori, & præfectus erat regendis equitibus. [Occupatum] Præuentum, antequam fuga euaderet. [Et ceteri senes] Vt L. Q. Cincinnatus. [Officio] Beneficio, & honestate. [Salutaris] Quia inde uiuunt homines. [Ad cultum deorum] propter sacrificia uitulorum, & agnorum, & aliarum rerum, & quæ dijs fiunt. [Quæ hæc] Instat contra gulosos, & probat, quod in senibus est uoluptas sensuum, vt in gustu, & uisu. [In gratiam redeamus] Facẽ faciamus cum uoluptate, de qua male diximus, & litem cum ea habuimus. redire enim in gratiam est contrarium illius, quod diximus indicere bellum. [Assiduiq;.], i. diuites. Nam assiduus diuitem significat, & diligentem, & attentum, & tũc dicitur ab assideo, quod est insto alicui rei. Id autem ex ad, & sedeo, & diuitem significat, & tunc ex asse, & do das componitur quasi qđ assem det. [Refert] A farcio, cis quod est impleo. [Cella] generale nomen, unde addidit uinaria. i. cella, ubi stat uinum, quod vulgo dicitur cellarium. [Olearia] Vbi oleum. Penaria uero ubi sunt omnia necessaria ad uictum, ut panis, caseus, carnes salitæ, candelę. [Locuples] omnibus bonis plena, sed propriè locuples dicitur, qui multa prędia possidet, & possidet locos, & possessiones, dictus à loco, & plenus, quasi locorum plenus. Porco] Honestius per singularem auxit, & est intellectio, ut hostis habet muros. & est alius color, qui dicitur articulus. [Caseo] Qui à coacto lacte dictus est. [Hortum appellant alteram succidiã] .i. pernam, quia debent habere duas pernas. i. succidias, agricolæ, unam in carnibus salitis porcinis, & potissimum in lumbis porcorum quos pernas dicũt. Alteram in hortis, & in oleribus, quibus maximè viuunt, dicta autem est succidia, quod paulatim succidunt, idest incidunt, hanc uero Nonius successionem necessariam appellauit, & tam fœmineo, quam neutro declinauit, & dixit lardum significare. [Conditiora] saporem meliorẽ habentia. & condio, condiui, conditum. [Superuacanei] Quia quando est opus laborandi, tunc non debent uenari, & aucupari, sed quando cessant ab opere. [Nec usu] Ad usum, & utilitatem. [Vberius] Bene maritauit hæc uerba. Vber autem, & substantiuum est, & mammam significat, & adiectiuum, ut hic, & hæc, & hoc Vber, vt atq; ubere glebæ. [Specie] Aspectu, aspicio, cis antiquo uerbo, quo nunc per compositionem utimur. unde inspicio, à quo etiam auspicium dictum ab aue spicienda. [Allectat] Attrahit, frequentatiuum est ab allicio. [Apricatione] ipsa statione loci aprici. Est. n. locus apricus sine frigore, & gaudens sole. [Salubrius] Quod magis sanitatis conducat. [Arma] .i. humeris dependentia dicta sunt, siue ab arcendo, ut inquit Varro, quia his arcemus hostes, & est repetitio. Tale, & illud est Plauti in Curcu. Sibi sua habeant arma reges, sibi diuitias, sibi honores, sibi uirtutes, sibi pugnas, sibi prælia, dum mihi abstineant inuidere. [Talos] Taxillos. [Tesseras] Genus est ludi cum lapillis quadratis intinctis aliquibus maculis aureis. hinc eciam dicunt ipsum ludum alearũ, & schacorum tesseras. Vnde etiam aliqua edificia cum istis lapillis quadratis ornata, & insignita appellantur Tessellata. [Ad multas res] Quia quasi ad omnem institutionem humanæ vitæ scripsit uolumina. iste autem Atheniẽsis fuit Socratis discipulus, qui inter alia de Cyris scripsit de maiore, & minore. [Oeconomicus] .i. de re familiari οἶκος domus νέμω distribuo. [Inscribitur] Intitulatur. [In eo libro] s. Oeconomico. [Critobulo] Nomine proprio, quod boni sit consilij dicto. βουλὴ enim est consilium. [Præstanti ingenio] Et ablatiuo, & genitiuo in locutione uti possumus, ut summa uirtute, & summæ uirtutis. Virgil. & talem ablatiuum Ser. appellat septimum casum, vt, Et pulchra faciat te prole parentem. [Lysander] iste uenit legatus ad Cyrum nomine Lacedæmoniorum, qui tunc erat Sardibus ciuitate præclara Asiæ, quæ hæ Sardes, plur. declinãtur. [Vir summæ uirtutis] Atqui, inquit Aemilius Probus, quod magnam reliquit sui famam magis felicitate, quam uirtute partam. [A socijs] Lacedæmonijs confœderatis. [Comem] idest benignum, & suauem. vt hic, & hæc comis, & hoc come, inde comes comitis. [Proceritates] Eminentias. [In quin.] Hoc est in spacium quinque unciarum, & per separationem vnius arboris ad alteram in ordinem positæ. vnde nota, quod vncia tam ponderandarum, quam mensurandarum rerum est terminus. [Humum sub. & pu.] Hoc est exaratam. [Dixisse sup. loquitur So. [Solertiam] Acutam, & subtilem artem, & subtilitatẽ ingenij. [Dimensus] Passiuè significationis est nunc, & actiuæ paulo post. ut, Atqui ego illa omnia sum dimensus. metior, tiris. [Ornatum persicum] Vno uerbo expressit quidquid dixit Xenophon in eo lib. [Gemmis] Hoc interest inter gemmas, & margaritas, quod margaritæ sunt pertusæ, & albæ, gemmæ uero diuersi

uersi coloris,& integræ [Ceterarum rerum]Et rei familiaris,& militaris. [Marcum quidem Valerium Coruinum] ponit exẽpla de Latinis,ne minoris existimationis uideantur Latini,quã Græci.Coruinus enim præclara familia Romanorum,quæ Coruina dicta est,appellatur,quæ miraculo quodam est nata.Nam olim cum quidam Romanus cum uno Gallo pugnasset, Coruus quidam auxilio fuit Romano, & illi Gallo maximo impedimento cum alis, & unguibus . adeo ut Rom.ille Gallum superarit,unde Coruinus ille dictus Rom.est, à quo familia Coruina est cognominata. [Eosque colore] Arando,ligonizando, ut de Cincinnato diximus . [Cuius] M. Valerij, ne paruæ auctoritatis vir uideretur, lauda ipsum à dignitate, & est genus in tercurrens.[Quantum spatium,scilicet] Quadraginta sex anni. quia ab hoc spatio annorum 46. nostri maiores uoluerunt esse principium senectutis. [Fuit in cursu honorum] Et in hac senectute maximę habitus est auctoritatis , in qua etiam beatior fuit,quod dicit. Atque huius,scilicet M.Valerij.[Media]scilicet ætas. [Plus laboris] Labor enim differt à dolore, ut noster inquit Cic.Tusc.quæstionum,Labor est quædam functio animi, vel corporis grauioris operis,uel muneris.Dolor autem motus asper in corpore alienus à sensibus.In quem] idest Attilium Calatinum.[Eulogium]Benedictum εὖ bene , λεγω dico , quod.s. dicebat populo R.primarium fuisse.[Virũ]certe maxima laus, qui primarius populi R. diceretur consensu omnium ciuium. hic uero est ille,de quo,inquit Plin. & dux aduersum Carthaginenses missus maximis,& munitissimis ciuitatibus, Aetna, Drepano,Lilybeo hostilia prælia deiecit,Pachynum cępit, totamq; Siciliam peruagauit,paucis nauibus magnam hostium classem duce Amilcare superauit.[Carmen]Epitaphium,quod erat tale.Attilius Cal. uir primarius populi R. omnibus consentientibus.[Grauis]venerabilis.[Pontificem] Vel à ponte sublicio ligneo, qui est vbi sacra fiebant,ut diximus,vel à ponte,qui sit quidam pons ad diuin.i.[Paulo Aem.] Patre tuo. [Africano] auo tuo.[De maximo Q.Fab.]Maximo,de quibus supra diximus. [In sententia].i.in explicatione mentis suæ in concilio quid faciendum,& quid non faciendum esset,cum habebãt aliquid in Senatu deliberare, & omnes Senatores suam sententiam dicebant.[Nutu]Signo capitis annuentis alicuius faciendæ; vel nõ faciendæ rei. Id autem differt ab annuo , & nuto.nã nutare est capite annuere. Nuere uero labro,vel nare,uictare oculis. [Honorata]Non autem contempta, quæ omnino grauis est . [Sed in omni oratione[idest in omni meo sermone.unde nota , qđ ponit modum comparandæ auctoritatis, quæ quidem auctoritas,ut diximus,est sententia imitatione digna sine ratione, hoc est ratio,idest causa non quæritur in ea,ut solebant de Pythagora dicere.[Efficitur]concluditur.[Oratione].i.uerbis laudatione,& iactatione de seipso cum non reuereetur propter ignauiã suam,& postulat uenerari per canos,& rugas. [Quia non cani] Capilli . ibi.[Rugæ]contractæ cutes.[Sed honesta]Hoc est cum uirtute,& continentia.[Superior],idest præterita. [Videntur] Cum non sint leuia, atq; communia , sed singula atque præcipua,scilicet,& salutari,ut summo mane ire salutatum senes domum suam,si aliquid velint,habeantq;.de quo Iuuen.fecit mẽtionem,ut Me ne salutatum,& cetera. [Appeti] Adiri, dare locum ipsis in omnibus locis [Assurgi] Cum prætereunt.ipsi iuuenes assurgere, & debitam reuerentiam,& uotis, & gestu persoluere festinent . [Deduci] De domo ad templum comitari. [Consuli] Peti ab eis consilium [Quæ] Omnia hæc prædicta Lysandrum , de quo diximus . [Tribuitur] Expectationis, & extimationis datur. [Nusquam] quam Lacedæmone. [Memoriæ proditum est] Scriptum , & manifestum, & mandatum memoriæ. [Ludis] Tempore ludorum . [Ad Lacedæmonios] Legatos, scilicet , qui eodem spectaculo erant apud Athenas. [A cuncto] Vniuerso coniuncto. quasi coniunctus dictus cunctus est, totus uero à tot,quamuis habet primam longam , & unius corporis plenitudinem significat. Omnis uero uniuersalem, sed ista sæpissimè confunduntur. Virg. Omnemq; reuerti per Troiam. Stat. Et toto imponam ordine nepotes. [Consessu] Atheniensium. [Plausus] Signum approbationis , & commendationis, cum percussionibus manuum datum Lacedęmonios bene fecisse, & ipsi tamen non faciebant, & laudando Lacedæmonios uituperabant seipsos. [In nostro] Romano . semper enim cum græcis latina coniungit,ne Latini quidem Græcis uiderentur esse minores. [In primis] Ante omnia.[Sententiæ] Explicationis mentis suæ in consilio . [Honore] aliqua dignitate præcedentibus . [Sed ijs qui cum imperio]idest, qui possunt imperare in ciuitate,ut Senatores,& consules, & dictatores, non autem quod hoc loco intelligatur pro officio militari.imperatores enim appellabantur,quos dicunt capitaneos, & exercitui præerant, & singuli ab aliqua re gesta , uel ab exercitu, uel à Senatu hoc nomine nuncupantur. [Maiores natu] seniores augures . [Voluptates corporis] Vt cibi, & potionis . [Fabulam] idest comœdiam . per similitudinem loquitur , quia sicut comœdia in actus est diuisa, ita ætas nostra in actus tum pueritiæ,tum adolescentiæ, & cetera. [Inexercitati] Quia nullas exercitationes habuerunt in recitandis comœdijs. unde in fine, idest in ultimo actu . [Corruerint] idest defecerint nimium defatigati . Exercitatus autem ab exercitio differt in hoc , quod exercitatus, qui est expertus, & exercitationem , & peritiam habuit alicuius rei dicitur . Exercitus est defatigatus . ut Virgil. Nate illa ętas & exercite fatis.[Histriones]Enim sunt actores comœdiarum , dicti ab Histro quodam , qui primo cœpit recitare , & de Tuscia Romam ductus fuit. [At sunt morosi] ἀντυποφορά facta à Cato. ex persona illorum adolescentulorum, qui audiebant. morosus autem dicitur, quod uarijs moribus contrarijs,& peruersis instructus est,& fastidiosus, & nulla re contentatur,& modo ait,modo negat. [Anxii] Molesti ab angore.[Iracundi]In omnibus indignationem habentes.[Difficiles, queruli,cum quibus nemo uiuere potest , cuius contrarium est faciles. [Etiam auari]ab æuco,& ære,quod auidus sit æris. Vnde Terent. Quanto seniores sunt,tanto auidiores. Et Ho. Et inuentis miser abstinet , ac timet uti , Vel quod res omnes timidè gelideque ministrat, Dilator, spe longus , iners, auidusque futuri, Difficilis , querulus , laudator temporis acti. [Non senectutis] Quia si senectutis essent , in omni quidẽ senectute essent , quod non est in omni senectute , ut patet in exemplis.[At morositas]Et adhuc uult excusare illa uitia, quæ dicuntur esse in senectute,quamuis non sint senectutis,sed morum sint,& subiungit aliquas excusationes debiles. Est enim excusatio reprehensionis,& culpæ diminutio, sed quæ excusatio . [Contemni]In contemptu filiorum esse,quoniam nõ fit,quod iubeat.[Despici]Non uenerari à filijs, cuius contrarium est suspici,haberi in honore. [Illudi] Quorum illusio grauissima est senibus.[In fragili corpore]In uulnerato digito , si quis tangeret.[Moribus bonis]Et bonis addidit.quia mos est uerbum μέσον , & bonus, & malus,sicut nobilis, & illustris. [Artibus]idest disciplinis uirtuosis.[In Adelphis] In comœdia Terent. quæ adelphi dicitur.i.fratres. quia quo fratres in ea diuersis moribus inducuntur.Demea durus,& Mitio benignus,& comis.[In altero] s.Demea.[Duritas]Ita legunt multi,sed Nonius Mar. diritas legit,hunc textum allegans,& dicitur diritas à deorum ira missa. [Comitas] Benignitas.[Sic se]Conclusio ætatis senilis . [Coacescit] acetum fit,quod ὄξος dicunt.[Seueritatem]ueritatem sequentem.[Seuerus]Grauis,maturus, quasi sequens uerũ dictus.[Absurdius]Inaudibilius,sine loco [Quo minus uiæ] ad fossam mortis,per similitudinem uiatorum dicit , quod si longius ab urbe irent, & magnum uiaticum ferrent,esset quid absurdum,& uituperabile , sic senes qui non multum distant à morte, est absurdum habere, & plus quærere , quam oportet, & sufficiens sit ad paruum suis temporis spatium, peragẽdum. sed illud uerum est Terent. dictum . Id enim uitium commune omnium est , quod nimium ad rem in senectam intenti sumus .

SEQVITVR tertia,&c.] Accedit ad purgationem tertii obiecti dicens , Tertia uituperatio senectutis sequitur .s. purganda . Vituperatur etiam tertio , quod dicunt eam carere uoluptatibus. O præclarum munus.i. donum ætatis. s. senilis, aut longæuæ. Quidem .i. certe id sup. dicerem , si aufert à nobis id , quod est uitiosissimum in adolescentia, uidelicet indulgere uoluptati , & libidini . Enim pro quia , ò primi adolescentes Scipio, & Laeli accipite, idest audite, & intelligite ueterem orationem Archytæ , scilicet philosophi, Tarentini, idest à Tarento oriundi uiri magni,in primis,idest inter primos , & pręclari , idest præter ceteros clari in philosophia , quæ oratio est tradita mihi cum ego adolescens essem Tarenti cum Quinto , scilicet Fabio Maximo . Architas sup. dicebat nullam pestem , idest perniciem , & labem capitaliorem , scilicet magis perniciosam esse datam homini à natura quam uoluptatem corporis , cuius uoluptatis libidines auidæ , idest cupidæ excitarentur temere, idest temerariè , & inconsideratè ,

ASC.

aut ferè ſemper, & effrenatè .i. ſine freno, & moderatione ad potiundum.i. ut ea patiantur. Hinc.i. ex hac uoluptatis potione dicebat proditiones patriæ hinc dicebat euerſiones rerum pub.i. inculta cum hoſtibus naſci .i. proficiſci. Et dicebat nullum denique periorum, & ciuitatum, hinc dicebat colloquia clandeſtina, ideſt ocſcelus, & nullum facinus magnum eſſe, ad quod ſuſcipiendum, ideſt in ſe admittendum, & faciendum, libido, ideſt mala appetitio uoluptatis non impelleret, ſcilicet eum in quo eſſet. Vero pro ſed, dicebat ſtupra .i. uiolationes, & oppreſſiones non coniugatorum, & adulteria.i. coniugatorum fornicationes, & omne flagitium ſup. aliud .i. ſcelus flagitione, & increpatione uehementi dignum excitari, ideſt prouocari nullis aliis illecebris i. illectionibus, niſi voluptate. Cumque, ideſt, & cum ſiue natura.i. naturalis uis cœlorum, vt volebant Epicurei, ſiue quis.i. aliquis deus, ut uolebant Stoici, dediſſet homini nihil præſtabilius mente, dicebat ſup. nihil eſſe tam inimicum, ideſt aduerſum, & contrarium huic diuino muneri ac dono, quam voluptatem. Enim pro quia, nec.i. & nō, & dicebat locum non eſſe omninò. Temperantiæ dominante libidine, ubi uel quando dominetur libido, nec uirtutem poſſe conſiſtere in regno uoluptatis.i. ubi dominaretur, & regnaret uoluptas. Quod.i. quæ res, aut quod dictum, quo, ideſt ut poſſet intelligi magis.i. euidentius. Ipſe iubebat fingere animo, ideſt per imaginationem conſtituere aliquem incitatum tanta uoluptate corporis, quanta maxima poſſet percipi, ſcilicet ab aliquo, & cenſebat fore dubium nemini, quin talis tandiu.i. tantiſper dum gauderet ita.i. ſic immoderatè nihil poſſet agitare mente Et nihil poſſet conſequi.i. complecti, & comprehendere ratione, & nihil cogitatione. Quo circa cenſebat nihil tā deteſtabile, & tam peſtiferum, quam uoluptatem. ſiquidem, ideſt quando quidem ea cum eſſet maior.i. intenſior, & longior.i. diutunior extinguere omne lumen animi.i. intellectus, & rationis. Hæc cum &c. Proſequitur narrationem ſuam, qua probat, quam execranda ſit uoluptas beluina, quæ à ſenectute minus percipiatur, dicens, Nearchus, qui dicitur nouus princeps, hoſpes noſter Tarentinus, ideſt à quo cum Tarenti eſſem hoſpitio accipiebar; dicebat ſe accepiſſe, ideſt audiuiſſe, à maioribus natu.i. à ſenioribus, Archytam locutum ſup. eſſe hęc, cum Caio Pontio Samnite patre eius, ſcilicet Samnitis, à quo Publius Poſtumius, & Titus Veturius conſules Romani ſunt ſuperati. Tunc ſup. cum quidem.i. certè, Plato Athenienſis, ſcilicet philoſophus interfuiſſet ei ſermoni, quem.ſ. Platonem, ego reperio, ſcilicet in monumentis librorum ueniſſe Tarentum Lucio Aemilio, & Appio Claudio conſulibus. Sed ſup. quæretis forſan quorſum hæc ſup. tendant. & reſpondet, ut intelligatis ſi non poſſumus aſpernari.ſ. contemnere uoluptatē ratione, & ſapiētia, magnam gratiam eſſe habendam ſenectuti, quæ efficeret, ut ſup. id non liberet (media longa à libet) .i. non ineptè placeret nobis .ſ. indulgere uoluptati, quod non oporteret.i. nō deceret. Enim pro quia, uoluptas inimica rationi impedit cōſilium.i. conſultationem, & præſtringit.i. faſcinat quodam modo, quaſi arte præſtigiatoria oculos, ut ita dicam mentis, nec habet ullum commercium.i. rationem, & ſocietatem, ut habent commercantes inter ſe cum uirtute. Quidem.i. certe, ego feci inuitus, ut eiicerem .i. (ut Valla adnotauit) inuitus eieci Senatu Lucium Flaminium fratrem. Titi Flaminii uiri fortiſſimi, cuius mentio facta eſt in principio huius operis, ſeptem annis poſt quam, ſcilicet Lucius fuiſſet conſul, ſed putaui libidinem eius notandam, ideſt nota infamiæ, & eiectionis è Senatu taxandam. Enim pro quia ille, ſcilicet Luc. frater Titi, cum eſſet conſul in Gallia, ſcilicet Ciſalpina, apud Placentiam exoratus eſt, ideſt precibus inductus. (Non autem legitur exhortatus eſt) in conuiuio à ſcorto, ideſt meretricula, aut puero exoleto, quo ætas illa abutebatur, ut feriret, ideſt percuteret ſecuri aliquem, ideſt quemlibet, ideſt quemuis unum eorū, qui eſſet in uinculis damnatus rei capitalis, ideſt ad capitis amputationem pertinentis. Hic ſcilicet Luc. eſt elapſus, ſcilicet à nota infamiæ, Tito, ſcilicet Flaminio fratre ſuo Cenſore, qui fuerat, ſcilicet cenſor proximus ante me. Vero, pro ſed, libido tam flagitioſa, & tam perdita, quæ coniungeret dedecus imperij, quod tunc gerebat cum probro, ideſt turpi facinore, & ignominioſo uituperio priuato, ideſt proprio, & hominis priuati, neutiquè, ideſt ex nulla parte potuit probari, ideſt approbari mihi, & Flacco, quibus promiſſa data eſt cenſura. Sæpe &c. Cōfirmat aliarum quoque auctoritate, quam deteſtanda ſit voluptas, dicens, Ego audiui ſæpe à maioribus natu, ideſt à ſenioribus, quia pauca erant à Romanis tunc ſcripta. qui dicebant ſe porro, ideſt prorſus, vel longè ante, ſeu omnino pueros audiuiſſe à ſenibus Caium Fabricium Imperatorem illum Romanum à continentia, & abſtinentia laudatiſſimum, ſolitum mirari, quod cum eſſet legatus apud Pyrrhum regem, ſcilicet Epirotarum, audiſſet à Cynea philoſopho, & præceptore Pyrri Theſſalo, ideſt in Theſſalia nato eſſe quendam, ſcilicet Epicurum, quem ut literarum imperitior, aut ut nomine indignum non nominat Athenis, qui profiteretur ſe ſapientem, & eum dicere omnia quæ faceremus eſſe referenda, ideſt dirigenda tāquàm ad finem ſummum bonum ad uoluptatem. Non tamē uoluptatem corporis amplexus eſt. Quod, ideſt quam rem, ſcilicet talem philoſophum eſſe Athenis dicebant Manium Curium, & Titum Coruncanum. quorum in libro de Amicitia mentio facta eſt audientes ex eo, ſcilicet Fabricio, ſolitos optare, ut ideſt ad uoluntatem omnia referenda eſſe perſuaderetur Samnitibus, tunc hoſtibus Romano Imperio, & Pyrrho ipſi, apud quem talia dicebantur, quo, ideſt ideo, ut poſſent facilius uinci, cum dediſſent ſe uoluptatibus. Manius Curius uixerat cum Publio Decio, qui deuouerat ſe, ideſt morti addixerat, & ex eo uoto mortem obierat pro repu. quarto conſulatu quinquennio, ideſt per ſpatium quinque annorum ante eū conſulem, ideſt antequam ipſe Manius eſſet conſul. Fabricius norat eundem, ſcilicet Curium, & Coruncanus norat eūdem, qui iudicabant, tum, ideſt partim, & ſua, ideſt propria uita, tum, ideſt partim, aut ſimul ex facto eius Decij, quem dico, ſcilicet ſe deuouiſſe, eſſe aliquid pulchrum natura, atque præclarum, quod peteretur, ideſt expeti deberet ſua ſponte, ideſt propter ſe, & ex ſua natura, & quod optimus quiſque, ideſt omnis uir bonus ſequeretur ſpreta, & contempta uoluptate. Id autem eſt bonum honeſtum, de quo in officijs latè diſputatum eſt. Igitur quæres forſan, quorſum, ideſt ad quam intentionem, cur multa diximus de uoluptate, & reſpondet Cato, quia non modo, ideſt non ſolum nulla uituperatio, ſed etiam ſumma laus eſt ſenectutis, quod ea, ſcilicet ſenectus nullas uoluptates deſiderat magnopere. Caret enim epulis, & menſis extructis, ſcilicet op pare, & poculis frequentibus, & ergo caret uinolentia, ideſt ebrietate, & cruditate, ideſt indigeſtione, quæ peruenit ex nimia ingurgitatione ciborum, & in ſomniis, ideſt phantaſmaticis uiſionibus his, qui crebro laborant apparere ſolitæ. Sed ſi dandum, ideſt concedendum eſt aliquid uoluptati (quoniam non facilè, ideſt difficulter obſiſtimus blanditijs eius. Enim pro quia, Plato diuinus, ſcilicet Philoſophus appellabat uoluptatem eſcam, ideſt ineſcationem malorum; quod, ideſt quia uidelicet homines capiantur ea, ſcilicet uoluptate, ut piſces ſup. capiuntur hamo, ideſt ferro adunco, aut ſimili inſtrumento) concedendum eſt inquam aliquid uoluptati. unde quamquam ſenectus caret, ideſt carere debet epulis, ideſt cibis immoderatis, ideſt immoderatè ſumptis, tamen poteſt delectari conuiuijs modicis. quod probat exemplo dicens. Ego puer uidebam ſæpe Caium Duillum filium Marci, qui deuicerat primus Pœnos, ideſt Carthag. claſſe, ideſt nauali prælio. uidebam dicit puer ipſum ſenem redeuntem à cœna. Conuenit autem perſonæ, ut permittat conuiuia, quæ ipſe Ca. uſque ad ebrietate interdum cum amicis celebraſſe legitur. Delectabatur.ſ. Duillus funali, ideſt lampades ex fune picato, unde Maro, & noctem funalia uincunt, & tibicines, qui ad hilaranda conuiuia adhibebantur, quæ.ſ. funalia, & tibicines ipſe priuatus, ideſt cum eſſet magiſtratus, ſumpſerat ſibi nullo exemplo, ideſt neminem imitatus, nec à quouis tradita, quia quæ non ſcimus per nos accipimus à tradente gloria, quam ex nauali uictoria pepererat, dabat ſup. etiam tantum licentiæ, ideſt permiſſionis ex libito. Sed quod ego alios ſup. ſector, aut taxo reuertar iam ad meipſum. Primum ſupp. fateor, quod habui ſemper ſodales, ideſt ſocios menſæ, quaſi ſocios ad dapes. Autem pro ſed, ſodalitates, ideſt ſocialia conuiuia ſunt conſtituta me quæſtore, ideſt cum eſſem quæſtor, & hoc ſacris idæis, ideſt Troianis, Magnæ matris ſup. deorum uidelicet Cybelis acceptis, ſcilicet Romanis. Epulabar igitur &c. Ne ſuo exemplo ad comeſſationes inducere uideretur, modeſtiam, & temperantiam ſuam in conuiuiis recitat fortè maiorem quam habuerat, ſed conuenit magiſtro morum nihil turpe de ſe fateri. dicit ergo. Ego igitur, quia ſodalitates inſtitueram, epulabar cum ſodalibus, ſed omnino modicè, ideſt

sobriè,

sobriè,& modestè, sed erat.s. in me quidam feruor ætatis.s.iuuenilis. Qua .s. ætate progrediente, idest ad maturitatem tendente, omnia, quæ in adolescentia sunt cruda,& indigesta,hoc est instituta adhuc , & rudia,fiunt etiam in dies, scilicet singulos mitiora?q.d.decoctiora,& maturiora.ut poma matura mitiora sunt,quam cruda , & uiridia. Neque .n. metiebar , idest compensabam delectationem ipsorum conuiuiorum magis uoluptatibus corporis , quam cœna , idest concione , & conuictu amicorum . Enim pro quia, maiores, idest prisci Romani, aut Latini nominarunt accubationem epularem, idest propter epulas amicorum.s.simul accubantium.Quia haberet coniunctionem vitæ uocarunt,dicit conuiuium,& id melius,quam Græci, qui uocant hoc idem quod .s. nos conuiuium , tum,idest aliquando comportationē,ut συμπόσιον,tum.i.συνδειπνον, concenationem seu commessationem , ita vt videantur probare,idest approbare maximè,id.s. refectionem corporis,quod est minimum,idest minimi faciundum,in eo genere.s. bonorum, aut solatiorum . Ego uero delector conuiuiis tempestiuis, scilicet suo tempore habitis proper delectationem sermonis,nec solum cum æqualibus.i. coæuis meis, qui pauci admodū restāt .i.reliqui,& superstites sunt,sed etiam cum ætate uestra.i.iuuenili,in qua uos estis Scip.& Læl.& uobiscum, & habeo.s.in animo magnam gratiam senectuti , quæ auxit mihi auiditate sermonis, & sustulit auiditatem potus , & cibi. Quod si etiam ista uidelicet potus , & cibus delectant quem.i. aliquem senem (ne uidear omnino induxisse uoluptati bellum,cuius.s.uoluptatis est fortasse, etiā quidam modus naturalis)Non intelligo senectutem carere sensu.i.perceptione . Ne quidem .i. non etiam in istis ipsis voluptatibus,quæ ex cibo,& potu nascūtur.Vero pro sed,& magistri conuiuiorum, sicut ministeria pro ministris, & seruitia pro seruis vulgo accipimus instituta à maiorib.sup.nostris delectant me. Et.i. similis sermo maiorum, qui adhibetur à summo magistro .i. principe conuiuij, aut architriclino , aut à rege conuiuarum in poculo,idest inter potandum,proponēs quæstionem festiuam,& conuiuiis congruam.Et pocula minuta, atq; rorantia, idest guttulis aquæ recentis.qua abluta sunt respersa,sicut in symposio.i. compotatione Xenophontis,idest quam Xenophon inducit in Pædia Cyri. Et refrigeratio , aut potus per aquam recens haustam,aut corporis spiritus lenis aura delectat sup. me in æstate,& uicissim.i.econuerso facta vicissitudine , aut sol .s. incumbens in locis apricis ex aduerso boreæ, aut ignis hybernus .i. tempore hyberno repente delectat me.Quæ.i. quas res ego quidem soleo persequi etiā in Sabinis, & compleo quotidie cōuiuium.i.numerum conuiuarū. Quod .s. conuiuium nos producimus vario sermone ad multam noctem , immo interdum ultra medium noctis,quam .i. quantum possumus maximè . Quia ergo uinosus fuisse legitur, id quodammodo nunc purgat. At non est,ponit aliam obiectionem dicentium senibus imminui uoluptatem uenereā . quod quidem fatetur, sed non desiderari , cum tamen libido iucundius desit,quam adsit.Ordo est,at.i. sed tanta quasi titillatio .i. irritatio,& prurigo libidinis,quanta est in iuuentute uoluptatum præsertim uenerearum non est in senibus. Credo , inquit Cato,quod non sit , sed nec desideratio quidem talium uoluptatum.Sophocles grauissimus Tragœdiæ scriptor,inquit bene.i. conuenienter, aptè cum quidam quæreret ex eo iam confecta ętate habentem iam ætatem confectā,nisi sit ex eo confecto ætate. Ne .i. an uteretur rebus uenereis.i. anne coiret adhuc,inquit dico dii meliora sup.dent. Vero pro sed,ego profugi libēter istinc.i.ab hac libidine venerea tāquā à domino agresti.i.rustico,& duro,& ita immani ac furioso, quia amor furor est,ut Georg. 4.in furias ignemq; ruunt,amor omnibus idem. Odiosum,& pro.i.molestum est fortasse cupiditas talium rerū carere sup. talibus rebus,non habere,ubi libidinē expleant.Vero pro sed, iucundius est satiatis .i. exsaturatis.i. quos satietas coitus cepit, & expletis i.quorum ætas ueneri apta expleta est. Nam , ut dicit .i. ibidem Maro frigidus in uenerem senior est. carere.s. tali libidine , & tētigine,quam frui .i. uoluptatem ex eo capere. Quanquam qui non desiderat sup. hæc, non caret his. carere .n. est non habere rem , qua indigeas. unde absunt multa quibus propriè non caremus. Ergo dico non desiderare sup. talia esse iucundius , quam frui . Quod si bona , idest fortior ætas fruitur istis ipsis uoluptatibus, ipsa fruitur primū libētius rebus paruulis.i.parui emolumēti, ut ipsa parua est , & parū sapit,ut.i.quemadmodum diximus, & deinde si.i.tametsi non potitur etiam abunde ijs.supp. rebus quibus senectus potitur,tamen non caret eis omnino. Vt idest , quemadmodum is,qui spectat.s.fabularum actiones,seu actus in prima .i.proxima ad postremum cauea.i. cauo consessu populi , per modum coronæ circunfusi delectatus magis quam qui in vltima , quia melius intelligitur,rem tamen qui spectat in vltima cauea etiā delectatur.Sic adolescentia intuens prope.i.è propinquo uoluptates,delectatur sup.ei magis quam senectus.sed senectus spectans eas procul,delectatur etiam, & tantum quantum sat.i.satis est.At id econtrario quanti.s.momenti , aut commodi sunt illa,quæ senibus contingunt,uidelicet animum esse secum , ut dicitur viuere secum(vnde Persius.Tecum habita) tanquam stipendijs.i.salarijs,& militationibus,seu auctoramentis, & lucris libidinis,ambitionis,contentionis, inimicitiarum ,& cupiditatum omnium, quæ sunt in adolescentia tanquam emeritis.i.sepositis,& a militia tali , ut minus idoneis absolutis . Vero pro sed , si senectus habet aliquid tanquam pabulum.i. nutrimentum studij, atque doctrinæ.i. se exercet in studio , & doctrina & ita compararit miseris uiatica canis nihil est iucundius senectute ociosa idest a publico negocio libera.O Scip. Nos uidebamus Gallum familiarem patris tui.s. Pauli Aemilij , aut Publij Scipionis mori.i.emori , & enecari in studio dimetiendi pene.i. quasi cœli,& terræ sup.dimetiendæ.Quoties lux.s.postera.i.claritas sequentis diei oppressit.i.obruit,& deprehendit in labore illum ingressum scribere aliquid noctu.i. tempore nocturno? q.d. frequentissime, & ita in studio scribendi pernoctauerat. Quoties oppressit.i.anteuenit , & obruit , ut dixi cum cœpisset aliquid scribere mane?q.d.etiam frequentissime.Quam.i.quātum putas delectabatur cum prædiceret nobis multo ante.s. quam contingerent defectiones , quæ Græce ἐκλείψεις uocantur solis,& lunæ,q.d.plurimum quod sup. faciebat in studijs leuiorib.i.rerum minus grauium minusq; necessarium . Sed tamen acutis.i.subtilibus,& argutis, quam.i.quantum gaudebat Neuius suo bello punico. i. comœdia sic inscripta ? q. d. plurimum.quam.i.quantum Plaut. Truculento,idest illa comœdia, quam.i. quantum Pseudulo.i. alia dicta comœdia ? q.d. etiam plurimum. Ego vidi etiam Liuium.s. Andronicum,qui primus fabulam Romæ edidisse dicitur, senem idest iam annosum,qui cum elicuisset.i.emisisset, & quasi è tenebris ignorationis in lucem agnitionis euocasset septem antequā ego natus sum(non staret grammatica si dicatur septem annos. quia antequam,& postquam mensuram temporis in solo ablatiuo regunt) elicuisset dico Cethego , & Tuditano consulibus.i. cum illi essent consules,processit sup.ad id ætatis,uidelicet vsque ad adolescentiam meam, & ita plurimos annos ei studio impartiuit . Quid loquar de studio Publij Licinij Crasi,& idest,simul iuris pontificij.i.quod nunc canonicum dicunt.& ciuilis.i.quo Crassus studuit , & pontificio iuri , & ciuili. unde , vt annotauit Valla hic vni dictioni,vt pote studio attribuuntur duo genitiui,quorum alter actiue,alter passiue significat.studium.n. Publij Crassi,est quo Crassus studuit,studium iuris , quo iuris studiū est a Crasso,aut sit ita dictum quo ius studium est a Crasso,&c.Aut quid dicam sup.de studio huius idest,nostri temporis.P.Scip.ut pote qui factus est pontifex max. his diebus. Atqui.i.sed certe nescio quomodo nō vidimus eos omnes , quos commemorauit senex flagrantes.i. ardentes his supradictis studijs. Vero,pro sed, quanto studio uidebamus M.Cethegum etiam senem, quem Ennius poeta ille recte dixit medullam .i. penitissimam , & ita potissimam partem,seu virtutē Suadæ.s.deæ leporis, eloquentiæ,quæ ab Horat.suadela, a Græcis dicitur πειθω vnde,vt recitat Angelus Polit. Miscell.c.91.Cic.in Bru.hoc dictum Ennij sic interpretatur:Suadæ medulla,inquit πειθω,quam vocant Græci,cuius effector est orator,hanc suadam appellauit Ennius,eius autem Cethegum medullam fuisse vult , vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sensitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit hactenus in Bruto. Cic. & paulo post Polit. Quam autem vocauit Ennius suadam , puto eandem suadelam. Horat. inquit enim. Sed bene nummatum decorat suadela venusque,dicitur etiam Latine lepos.quanto inquam studio videmus Cethegum exercere in dicendo,idest, arte dicendi?q.d.in maximo. Quæ sunt igitur, &c. Docuit turpem , aut pecuniam , seu belluinam uoluntatem esse in sene , non deesse tamen delectationem naturalem in conuiuio,licet uenerea tentigine non rumpatur.nunc decet ueram, atque honestam,qua animi est uoluptatem, plus etiam in senibus , quam in alijs

esse dicens. Quæ igitur voluptates epularum, aut scortorum sunt comparandæ, idest dignæ, quæ comparentur cum his, scilicet honestis uoluptatibus, & studijs senum? q.d. nullæ. Atque hæc antedicta studia sunt sup. studia doctrinæ, quæ crescũt quidem, idest certè licèt non omnibus, saltem prudentibus, & bene institutis. s. ab ineunte ætate crescunt, dico pariter cum ætate. Vt idest quemadmodum honestum illud est Solonis, quod ait quodam uersiculo, ut dixi ante, idest prius, aut supra se senescere, idest fieri senem addiscentem in dies, idest quotidie multa, vbi notabitur in dies sine incremento poni, quam uoluptate animi certa nulla supp. uoluptas alia potest esse maior. Ego uenio nunc ad uoluptates agricolarum, idest quas habent agricolæ, quibus scilicet voluptatibus ego delector incredibiliter, quæ nec impediuntur ulla senectute, & videntur mihi accedere proximè ad uitam sapientis. Habent enim agricolæ rationem. idest commercium cum terra. i. elemento infimo, quæ terra nunquã recusat imperium. s. agricolæ. unde Maro: Vt quamuis auido parerent arua colono, &c. nec reddit unquam sine usura. i. sine fœnore, & excremento dato, quasi ob usum seminum, aut laborum, quod accepit. s. semen ab agricola. Sed alias, idest alio tempore, aut aliquando reddit sup. cum minore fœnore, sed plerũque, idest vt plurimum cum maiore fœnore, quamquam non modo fructus, idest terræ, idest fruges, quæ colliguntur, sed & vis, ac natura ipsius terræ delectat me, quæ. s. terra, cum. i. postquam excepit gremio, idest receptaculo seminis, cum gremium mulieris est inter femora, cum sinus sit ferè inter brachia ad pectora, mollito. i. mollificato, & subacto, idest domito per arationem, & culturas alias: semen sparsum, idest disseminatum, ipsa cohibet, idest continet in se primum illud. s. semen occatũ, quasi occæcatum, obstrusum, seu occultatum, & opertum. ex quo. s. facto, occatio quæ hoc efficit, est nominata. s. sumpsit nominis originem. Deinde ipsa terra diffundit sup. semen tepefactũ vapore, & complexu suo, idest fortuna sua, & elicit ex eo uiriditatem herbescentem, idest herbas uirides nixa, idest suffulta fibris, idest uenulis stirpium, idest radicum, adolescit. i. fit adulta sensim. i. paulatim, & culmo, idest sarmento, quod inter radices, & spicam, est erecto, & geniculato, idest quasi genibus, hoc est internodijs sustentato, includitur iam quasi pubescẽs, idest fructificans uaginis, idest folliculis quibusdam, aut siliquis, quas stipulas Seruius uocat. E quibus. s. uaginis, & folliculis cum. i. postquàm emerserit, idest caput extulerit, fundit frugem structam ordine, idest per ordinem spicæ, & munitur uallo. i. munimento aristarum, idest aridarum, quasi herbarum, vt in ordeo, & tritico apparet, ad morsum minorum auium, & passerum, & turturum. Quid ego, quia Catonem constat rei rusticæ, de qua eius extant libri studiosum fuisse: conuenienter inducitur auidè prosequi voluptates, & studia agricolarum, & quia de frumento dixit, ꝓsequitur de uitibus hoc ordine. Quid. i. ad quid commemorem ego satus i. insitiones, & plantationes uitium, & ortus, & incrementa? ego non possum satiari delectatione, & ut noscatis requiem, & oblectamentum meç senectutis. Ego enim omitto ipsam uim omnium, quæ generantur à terra, quę terra procreet ex tantulo. i. tam paruo grano fici, aut ex acino uinaceo, idest grano unius uuæ, aut ex minutissimis seminibus ceterarum, aut stirpium tantos, idest tam magnos truncos, & ramos, malleoli, idest palmites, & rami uitis, qui exciduntur, vt alibi plantentur, aut interdum, aut siccentur, ut sarmenta plantæ, quæ cum radicibus euelluntur sarmenta, idest purgamenta, & putamina uitium, quæ resecantur à uitibus, & colligũtur ad combustionem, uites quæ vuas ferunt, radices vnde vites exeunt. Propagines, idest propagationes, & quasi sarculi pullulãtes à radice. nonne ea omnia, quæ sunt in uite efficiunt, ut delectent quemuis admiratione? Vitis quæ est natura caduca. i. ad cadendum prona, & fertur ad terram nisi sit fulta. s. palis, aut stipitis, aut furcis, seu arboribus. eadem uitis, ut erigat se complectitur suis clauiculis, idest capreolis, hoc est minutis, quasi fibris, & cordulis quasi manibus, idest quibus utitur loco manuum, quidquid est tracta, idest quidquid attingere potest. Quam. s. uitem, serpentem, idest compresse se extendentem, ut faciunt serpentes. [Est autem hic serpentem participium] lapsu multiplici, idest in uarias partes, & erratico, idest incerto, & uagabundo. ars agricolarum amputans, idest resecans ferro coercet, idest constringit, & cohibet ne luxurieẽt, & ne sarmentum. i. palmes ipse siluescat. i. fiat siluestre, aut siluester, & ne fundatur nimia in omnes partes. Itaque ineunte uerè. i. quando est principium ueris existit, idest superstes eminent in ijs, quæ sunt relicta tanquàm ad articulos sarmẽtorum. i. quasi ad digitos palmitum, ea quæ dicitur gemma, ad similitudinem gemmarum, quæ prominent in digitis hominum, à qua gemma una. i. botrus, seu racemus oriens ostendit sese. i. seipsum. quę uua augescens, & succo. i. bono, & naturali humore terræ, & colore solis est primo peracerba. i. ualde acerba gustu, aut ingustu si est nomen, aut dum gustatur, si supinum est, deinde ipsa uua dulcescit maturata, idest postquã est matura effecta, & vestita, idest cooperta pampinis. i. frondibus uitium, nec caret tpeore modico. i. temperato calore, & defendit per pampinos. i. à se arcet nimios calores solis. Qua. s. uinea sic disposita, quid potest esse, tum. i. simul lætius fructu. i. propter fructum, tum. i. simul pulchrius aspectu? q.d. nihil, vtpote, cuius non solum utilitas, ut dixi ante, sed etiam cultura, & ipsa natura quæ sponte quædam producit, & delectat me. Ordines adminiculorum. i. uallorum, aut perticarum, quibus sustentatur, coniugatio capitum. s. duarum uitium, inter quas medius est homini transitus, religatio sup. uitium, propagatio. i. extensio procreationis, & ea quam dixi, amputatio aliorum. i. aliquorum sarmentorum. i. purgamentorum uitium aliorum immissio. i. incalmatio. Quid ergo proferam irrigationes per immissas aquas in prædia, aut prata, aut similia loca? quid supp. proferam fosiones agri, & repastinationes, idest radicum aptiones ad repastinationem quodã modo futuram. quibus. s. rebus terra fit multo fœcũdior. Quid loquar de utilitate stercorandi. i. mittendi ad ramos nudatos fimum. Ego dixi in eo lib. quem scripsi de rebus rusticis, de qua Hesiod. doctus. s. poeta, ne uerbum quidem unum fecit cum scriberet de cultura agri, cuius opus latinè dici potest opera, & dies. At Hom. qui fuit multis seculis ante. s. Hesiodum, ut uidetur mihi, quod bene additur: quia sunt qui aliter sentiant. vnde A. G. lib. 19. de Hom. & Hesiod. inter omnes ferè scriptores constitit ætatem, eos egisse, vel iisdem ferè temporibus, uel Homerum aliquanto maiorem, utrunque tamen ante Romam conditam uixisse. facit Laertem patrem Vlyssis lenientem, idest mitigantem desiderium, quod capiebat è filio. s. suo Vlysse, qui post bellum Troianum, quod decem annos durauerat alteros decem in errore uiarum fuit; colentem agrum, & stercorantẽ. i. fimo, & stercore puriorem faciẽtem eum. s. agrum. Neq; res rusticæ sunt solum lętæ segetibus. i. frugibus adhuc in herbis, & vineis, & arbustis, quibus ad hærent uites, sed etiam pomariis. i. in quibus pomi crescunt, qui poma ferunt, & hortis s. arboribus ad uoluptatem consitis. Tum. i. insuper pastu. i. pascuis, aut pastione pecudum. Et examinibus apum. i. nouis fœturis in morem uuarum dependentium aut euolantium apum, uarietate omnium florum. Nec modo. i. & non solum consitiones. i. in ordinem, & sationes multarum arborum simul delectant, scilicet rusticum senem, sed etiam insitiones, idest impositiones surculorum in alienam arborem, quibus agricola nihil inuenit solertius, idest solidius, & plenius in arte, & industria. Possum persequi, quia more senum, qui garruli sunt præsertim in his rebus, quibus oblectatur pluscułis uerbis Cato de rusticorum uoluptate egit, ideo prolixitate ueniam precatur, dicens ego possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum, sed sentio ea ipsa, quæ dixi fuisse longiora, idest prolixiora, & diutius, quam par erat durasse. Autem pro sed, ignoscetis, idest ueniam dabitis. nam ego sum, idest simul prouectus, idest ad senium productus, aut in loquendo ultra quam constitueram, uectus studio rerum rusticarum, & senectus est loquacior scilicet aliquanto quam par est natura, idest per naturam ubi ablatiuus natura, non regitur ui excessus. quia non est sensus, quam natura, sed ui causæ efficientis. quia naturam loquacem, facit, ne uidear uindicare, idest immunem prædicare eam, scilicet senectutem ab omnibus uitiis. Ergo, quia tam delectabilis est agricultura, M. Curius cum, idest postquam triumphasset de Samnitibus, & de Pyrrho rege Epirotarum consumpsit extremum tempus ætatis in hac uita, scilicet rusticana, cuius, scilicet M. Curii ego contemplans uillam, idest domum in agro. (Non enim est uilla urbs, aut oppidum, aut castrum, sed domus rustica) Enim pro quia, uilla Marci Curii non abest longe à me, idest à domo mea, non possum satis admirari, vel continentiam ipsius nominis; uel disciplinam, idest instituta, & mores temporis, scilicet illius, cum Samnites, scilicet legati attulissent Curio sedenti ad focum, & ut uolunt rapam coquendi magnum pondus auri,

ri, ipsi sunt repudiati, idest non recepti cum eorum pudore. Dixit enim non uideri sibi præclarum supple esse habere aurum, sed imperare eis, qui haberent aurum. Poterat ne tantus animus habere senectutem non iucundam? q.d. minimè, immo iucundissimam habere oportuit. Sed uenio. i. redeo ad agricolas, ne recedam à meipso, Senatores, idest senes, & maiores natu, qui ad Senatum Romanum spectabant, & erant patres conscripti. erant tamen. i. eo tempore in agris. Siquidem nunciatum est. s. Q. Cincinnati aranti in agro eum esse factum dictatorem, cuius dictatoris. i. cum dictator esset (qui summus erat magistratus, ita ut ex dictamine arbitrii sui faceret, quæ bona uiderentur, sine alteris consilio, aut prouocatione) iussu, idest manu dato. C. Ser. Hala magister equitum, qui ab eo dictus, interemit Sp. Melium appetentem, & uolentem occupare regnum. s. in Romanos post exactos reges iam liberos. Curius, & ceteri senes quos senatores uocamus, accersebantur. i. aduocabantur, tunc à uilla, idest ædibus rusticanis in senatum. i. locum senatorum, ex quo, idest ex qua causa ministri publici, qui accersebant eos, sunt nominati uiatores, à uia. s. media, quam peragebant. Num. n. nunquid igitur senectus eorum, qui oblectabant se cultione agri. i. agricolatione seu agricultura fuit miserabilis. i. afflicta, ita ut sit miseranda? q.d. minimè, sed potius beata, unde addit quidem. i. certè mea sententia. i. quã tum ego sentio, qualitercunq; alii sentiant haud scio, an ulla. s. vita possit esse beatior. Neq; solum sup. beata est officio. i. propter officiũ tã salutare, q̃ i quia cultura agrorũ est salutaris vniuerso generi hominũ. oẽs. n. ex ea viuimus, sed etiã delectatione. i. propter delectationem, quam dixi, & saturitate, & copia. i. abundãtia omnium rerum, quæ pertinent ad uictũ hominum, & ad cultum deorũ. Et quoniã prosequitur reliqua agrorũ bona his iucundissima, qui frugali oblectãtur uita dicens. Et quoniam quidem. s. senum desiderant hæc. i. huiusmodi oblectamẽta, redeamus iam cum uoluptate in gratiam. i. non repellamus eum, sed suscipiamus dummodo talis est. Enim pro quia, cella uinaria. i. ubi uina celãtur, & penuaria sup. cella, ubi penus. i. prouisio unius anni in usum primatum reponitur domini. i. heri, aut patris familiaris, boni. i. prouidi, & assidui. i. diutis. aut potius continuo illic residentis est semper referta. i. oppleta gaza agresti, & tota uilla. i. domus rusticana est locuplex. i. opulenta. Nam abundant porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam. i. sup. ipsi agricolæ appellant hortum. s. holerum. (Nam voluptatis gratia comparatos hortos pluraliter tantum dicimus) alteram succidam. s. per naturã, quæ succiditur à porco cum parte cruris, hoc est holeribus, ita ut ex parta succidia uiuant, quia lardum, seu laridum holeribus adhibitum epulas habent. Tum. i. insuper aucupium. i. captura auium, & uenatio. i. sectatio ferarum operis etiam superuacanei. i. non pertinentis ad officium rusticanum, quia poterit esse bonus agricola, etiam si non sit auceps, uel uenator, facit hoc modo dicta conditiora. i. sapidiora, quia non est præstantius condimentũ, quam fames. Quid dicam de uiriditate pratorum, aut ordinibus arborum, aut specie. i specimine, aut aspectu decoro vinearum, & oliuetorum, ego expediam. i. absoluam breui. s. oratione. Nihil potest esse nec uberius. i. fœcundius usu. i. quantum ad utilitatem, nec ornatus specie. i. quantum ad aspectum agro bene culto, ad quem fruendum. i. ad cuius fruitionem senectus non retardat, uerumetiam inuitat, allectat sup. quemlibet senem. Enim pro quia, ubi potest illa ætas senecta calescere, aut coalescere melius, supra quam in agro, uel apricatione, scilicet expositione sui ad solem incumbentem, uel igni. s. dum sudum non est, uel uicissim. i. econtrario per uicissitudinem temporum, utpote dum calores uigens coalescere (unde procederet si legatur coalescere, nam non calescimus umbris). i. foueri, & corroborare, umbris, vel aquis salubribus. i. salutem afferentibus. Igitur alii. i. iuniores habeant sibi arma, habeant sibi equos, hastas, clauam, & pilam, habeant sibi uenationes, & cursus, relinquant ex multis lusionibus, idest lusibus uoluptatis gratia comparatis nobis senibus talos, & tesseras, idest ludum talorum, & tesserarum, qui sine defatigatione exerceri potest. Sed id ipsum. i. ludere taxillis, & tesseris utrum lubebit. i. delectabit senes, aut plane senibus? q.d. dubito. quoniam senectus potest planè esse beata sine his. Et ita ne grauis auctor leuia approbare uideatur, hoc additũ est. Multas ad res cõtinuo prosequitur laudes agriculturæ etiam aliorum testimonio dicens. libri Xenophontis philosophi perutiles. i. valde vtiles ad multas res, referi sunt sup. laude agriculturæ, quos libros quæso legite studiose vt facitis. Quam. i. quantum copiose. i. abunde laudatur ab eo agricultura in eo libro, qui est de tuenda. i. tutè gubernanda re familiari. i. domestica, qui inscribitur. i. cuius titulus in fronte scriptus est Oeconomicus, q.d. copiosissime. Atque vt intelligatis nihil vider ei tam regale, idest eam pertinere ad regulam maiestatem quum studium agri colendi Soc. ille princeps philosophorum Moralium loquitur i. loqui inducitur in eo lib. cum Critobulo. i. cum eo viro, cui a bono consilio nomen est inditum. loquitur dico Cyrum minorem idest, iuniorem aut posteriorem regem Persarum præstantem ingenio atque gloria imperij, cum Lysander Lacedęmonius. i. Lacedæmoniorum imperator vir summæ virtutis. i. in quo erat summa virtus uenisset ad eum Sardeis. i. ad eam ciuitatem, vbi Cresi regia fuit. est autem Sardeis accusatiuus pluralis, & attulisset ei dona a socijs, loquitur inquam Cyrum fuisse comem. i. amicabilem & benignum atque humanum erga Lysandrum & idest, pariter & in ceteris rebus, & idest, insuper ostẽdisse ei quendam agrum conseptum. i. circunseptum, vt dicunt circummuratum, & consitum sup. arboribus diligenter. Autem pro sed, cum Lysander admiraretur proceritates arborũ, idest, quod essent proceræ. i. altæ & rectæ, & ordinem arborum directos, in quincuncem. i. spatium quinque vnciarum non pondēris, sed mensuræ, & humum. i. terram in qua consitæ erant subactam. i. laboratam & puram. i. mundam, & miraretur suauitatem odorum, qui odores efflarentur. i. per modum flatus emitterentur è floribus, loquitur inquam cum. s. Lysandrum dixisse, tum. i. tunc ad Cyrum se imitari non modo diligentiam. s. in colendo, sed etiam solertiam eius a quo essent illa dimensa & descripta, & loquitur Cyrum respondisse ei. At qui sup. miraris, ego dimensus sum ista quę miraris, ordines arborum sunt mei. i. a me inuenti & excogitati descriptio. i. in ordinem hunc dispositio est mea. i. a me facta, & multæ etiam istarum arborũ quas tu admiraris sunt satæ mea manu. Tum sup. loquitur, aut dicit Lysandrum intuentem purpuram & nitorem corporis Cyri & ornatum Persicum. i. quem Persarum reges sibi adhibent videlicet multo auro, & multis gemmis. i. lapillis præciosis, dixisse vero. i. ad veritatem & non falso sup. omnes homines ferunt. i. prædicant te beatum. Quoniam so. s. beatæ vitæ (dicerem de regno obtento nisi Cato aliter interpretaretur) est coniuncta virtuti tuæ. Igitur quia ob id fortunatum censuit Cyrum, quod voluptate illa rusticana frueretur, licet senibus frui ac fortuna, nec ætas impedit. s. nos quo minus. i. ut non teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis studia & ceterarum rerum, & in primis. i. præcipue agricolendi. Nos quidem accepimus M. Coruinum præclarum illum Rom. perduxisse vitam ad vnum centesimum. Enim pro, quia, cum esset ætate iam exacta. i. ad finem vsque acta in agris, & coleret eos, inter cuius consulatum primũ & sextum interfuerunt sex & 40. anni. Itaque idest, & ita quantum spacium ætatis, scilicet 46. annorum maiores nostri, idest, progenitores & prisci Rom. voluerunt esse ad initium senectutis, tantus cursus honorum fuit illi, aut vt alij legunt. tam in cursu honorum ille fuit. Atque ætas eius, idest, Coruini extrema idest, vltima fuit beatior, quam in media, in hoc quod habebat plus auctoritatis. Vero pro sed, minus laboris. Autem pro sed apex idest, summitas aut summus titulus senectutis est auctoritas. quanta idest, ò quanta auctoritas fuit in L. Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino in quem plurimæ gentes consentiunt idest, consensu approbant. illud elogium idest, bene dictum & prædicamentum laudis vnicum idest, singulare videlicet ipsum fuisse primarium vnum populi. Notum est carmen idest, epitaphium eius incisum in sepulchro. igitur iure dictus est in eo carmine grauis, de cuius laudibus esset fama omnium consentiens. Quem idest, qualem virum vidimus P. Crassum nuper põtificem max. quem idest, qualem virum vidimus postea M. Lepidum prædictum eodem hoc est maximo sacerdotio, q.d. præstantissimum. Quod loquar de Paulo, aut Africano, aut de Maximo scilicet Q. Fabio, iam ante scilicet, memorato? Quorum auctoritas residebat non solum in sententia quam pronunciabant, sed etiam in nutu, quo innuebat quæ facta vellent. Senectus si non omnis præsertim honorata habet tantam auctoritatem ut ea. s. auctoritas sit pluris idest maioris utilitatis, & pluris æstimanda quam omnes uoluptates adolescentię. Honorata, non autem contempta quæ omnino grauis est. Sed in omni oratione, quia senectutem laudat, ne quamlibet laudare

dare putetur, reſtringit laudationes ſuas ad bonorũ duntaxat ſenectutem dicens. Sed ò Scipio, & Læli. (ad eos .n. loquitur) mementote me laudare in omni .i. tota oratione mea eam ſenectutem, quæ ſit conſtituta .i. confirmata fundamentis adoleſcentiæ .i. quæ ab adoleſcentia cœpit conſtitui. Ex quo .i. ex qua cauſa efficitur id, quod ego dixi cum magno aſſenſu omnium, uidelicet ſenectutem eſſe miſeram, quæ defenderet ſe oratione.i. uerbis,& non factis. Cani .ſ. capilli non poſſunt afferre repente auctoritatem, non etiam rugæ,ſed ætas ſuperior .i. iuuenilis, & uirilis acta honeſtè præbet extremos.i.ſummos fructus auctoritatis. Hæc.n. ipſa quæ uidẽtur leuia.ſ.parui momenti, uelut ſalutari à multis, aperiri in ſocietate multorum, decedi.i. de uia cedi, & locum concedi, aſſurgi à ſedentibus dũ pertranſitur, deduci à domo in forum,reduci à foro in domũ, conſuli .i. conſilium peti, ſunt honorabiliora, quæ apud nos, & in aliis ciuitatibus, ut quæq;.ſ. ciuitas eſt morata .i. moribus inſtituta optimè, ita obſeruantur diligentiſſimè. Aiunt.ſ. ferè omnes Lyſandrum illlum Lacedęmonium,cuius feci modo .i. paulo ante mentionem, ſolitum dicere honeſtiſſimum domicilium ſenectutis eſſe Lacedæmone, ideſt Sparta ciuitate (urbs .n. Lacedæmon dicitur, & ciues eius Lacedæmonij,ſeu Spartiatæ.) Enim pro quia, nuſquam ſup. albi tribuitur tantum quantum in Lacedæmoniorum urbe ætati, ſcilicet grandiori, & nuſquam eſt ſenectus honoratior. Quinetiam proditum eſt .i. porrò datum eſt, vt in longum conſeruetur memoria, cum quidam grandis natu .i. ſenior veniſſet Athen.i. apud Athenas ludis.i.in ipſis ſpectaculis,aut tempore ludorum,locũ ei nuſquam datum in magno conſeſſu .i. vbi plurimi ſimul ſedebãt,à ſuis ciuibus.i.cõciuibus,hoc eſt Atheniẽſib. Cum enim ipſe non eſſet princeps,non poterat Athen. dicere ſuos ciues, ſed conciues. Ideoq; credam hoc mendum, ut ſit ciuibus pro conciuibus ſcriptum. Cum autem ſenior ille acceſſiſſet ad Lacedæmonios, qui tum forte legati illic agebant. Vnde dicit, qui cum eſſent legati conſederant,ideſt ſimul ſederant in certo, id eſt illis aſſignato,& deputato,loco omnes illi.ſ. legati Atheniẽſes dicuntur cõſurrexiſſe.i.ſimul ſurrexiſſe,& recepiſſe illum ſeſſum.i.ad ſedendum,ut ſit ſupinum à ſedeo,niſi ſit legẽdum in cõſeſſu. Quibus.ſ. Lacedęmonijs cum plauſus.i.applauſus in ſignum commendationis multiplex .i. copioſus eſſet datus à cuncto,ideſt ſimul omni,quaſi coniuncto conſeſſu.i. multitudine conſidentium,aiunt ſup.quempiam,ideſt quẽuis unũ ex his.ſ.Lacedæmoniis dixiſſe Athenienſes ſcire, quæ eſſent recta.i. decentia,vtpote ſciebant honeſtum,& decorum eſſe aſſurgere, & locum cedere grandioribus,ſed nolle facere, quæ res apud Valer. Max. & in apopthegmatibus Plutarchi latius habetur. Multa ſup. fiunt,aut ſunt præclara in noſtro Romano,aut ſenatorio collegio .ſ. hæc de quo agimus.ſ. ſenectuti aſſurgere eſt ſup. præclarum in primis, quod ut quiſque antecellit ætate,ita teneat principatum ſententiæ.ſ. dicendæ,hoc eſt cum rogantur ſenatores,antiquiſſimus quiſque primus ſentẽtiam dicit. Neque.n. ſolum anteponuntur augures maiores natu .i.ſeniores, antibus honore, ideſt his qui in aliquo ſunt honore,ſed etiam iis,qui ſunt in imperio.i. qui habent auctoritatem imperandi,ut conſules,& dictatores. Igitur quæ voluptates corporum ſunt comparandæ, cum præmiis auctoritatis,quam ſenectus affert? q.d. nullæ. & ita uult dicere, beatiorem ſenectutem, quam adoleſcentiam, quia tametſi non magnopere delectatur uoluptatibus, habet tamen auctoritatem qua illis longè præſtet. Quibus .ſ. præmijs auctoritatis, qui ſunt uſi ſplendidè, ideſt præclarè, aut glorioſè, ij uidẽtur mihi pergiſſe,ideſt ad finem vſq; egiſſe,& ita feliciter uixiſſe,vt qui comœdiam, aut tragœdiam peregerunt,omnes partes earum feliciter egiſſe, & in agendo perplacuiſſe uidentur. peregiſſe dico, fabulam.i. tanquam fabulam, ut comœdiam,ſeu tragędiã aliquam ætatis, nec corruiſſe .i diſplicuiſſe.(Sicut ſtare dicuntur dum placent,)aut collapſi eſſe ab arte, qua in principio uſi fuerant,in extremo actu vbi ſummum periculum, quia tũc fatigati ſunt actores,& populus ſatiatus,aut nondum fabulæ intelligent aufugit tanquam hiſtriones, ideſt actores, qui perſonati agunt inexercitati,ideſt minus experti. At ſunt moroſi, & cetera. Obiicit, ut purget ea, quæ ſenibus obiici ſolent uitia dicẽs, At ſup. dicetur, quod ſenes ſunt moroſi .i. nimis exactorum, & difficilium morum, & anxii, ideſt ſoliciti, aut moleſti,& iracundi, ideſt ad iram procliues, & difficiles, ideſt queruli, aut inexorabiles, & nulli concedentes. et ſi quærimus, ideſt profundius rimamur, ſunt etiam auari. ſed inquit Cato hæc uitia ſunt morum .ſ. eorum qui tales mores habent non ſenectutis, quia poſſunt eſſe ſenes,& talia non habere uitia Attamen moroſitas,& ea uitia .ſ.reliqua quæ dixi habent aliquid excuſationis,non quidem illius excuſationis iuſtæ.i. exactæ, & iuſtificatis,ſed quæ uideatur poſſe probari .i. approbari, & recipi,quia ſenes putant ſe contemni.i. negligi,& deſpici,ideſt uilipendi,& illudi,ideſt ludibrio haberi. Eſt ergo auxeſis,quia plus eſt deſpici, quam contemni, & plus illudi, quam deſpici. Præterea omnis offenſio eſt odioſa, ideſt moleſta, vt interpretatur Valla, in corpore fragili quale eſt ſenibus. Quæ tamẽ omnia fiunt dulciora.i. mitiora in bonis moribus,& bonis artibus,& id poteſt intelligi tum .i. ſimul in uita .ſ. communi homini,& tum .i. ſimul in ſcena.i.in actu comœdiarum, ex his fratribus.ſ.Demea, & Mitione, qui ſunt in Adelphis comœdia illa Terentiana, ab Adelphis, ideſt fratribus denominata, quanta duritas ſupra ſit in altero, uidelicet Demea, & quanta comitas.i. facilitas,& benignitas,atque affabilitas ſit in altero videlicet Mitione. Res habent ſe ſic,ideſt tale diſcrimen in eis. Enim pro quia, eſt quemadmodum non omne uinum coaceſcit, ideſt fit acetum,& acre uetuſtate.i.per uetuſtatem,ſic non omnis ætas coaceſcit.i. fit acris,acerbè,& rigida uetuſtate. Ego probo.i.approbo ſeueritatem.i. proſecutionem ueritatis in ſenectute,& eam .ſ ſenectutem probo modicam i.ſi ſit modica,ut alia.ſ.probo ſi ſint modica, quia apprimè utile eſt in uita, ut nequid nimis. Acerbitatem ſup. probo nullo modo. Vero pro ſed, non intelligo,quid ſibi uelit auaritia ſenilis. Enim pro quia,quæro ſup.an quidquam poteſt eſſe abſurdius, ideſt auditu indignius, quam quærere eo .i. tanto plus uiatici .i. ſuſtentamenti uitæ, aut ad onera viarum portanda adminiculi preſertim numarii,quo id eſt, quanto minus uiæ reſtat,ideſt reliquum eſt peragendum.

QVarta reſtat cauſſa,quæ maximè angere,atque ſolicitam habere noſtram ætatem uidetur:appropinquatio mortis,quæ certe à ſenectute non poteſt longe abeſſe. ò miſerũ ſenem, qui mortem contemnendam eſſe in tam longa ætate non uiderit?quæ aut planè negligenda eſt, ſi omnino extinguit animum:aut etiam optanda ſi aliquò eũ deducit,ubi ſit futurus æternus,atqui tertium certe nihil inueniri poteſt. quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem,aut beatus etiam futurus ſum?quamquam quis eſt tam ſtultus quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe uicturum? quinetiam ætas illa multo plures,quàm noſtra,mortis caſus habet:facilius in morbos incidunt adoleſcentes:grauius ægrotant:triſtius curantur:itaque perpauci ueniunt ad ſenectutem. quòd ni ita accideret,melius,& prudentius uiueretur. mens.n. & ratio,& cõſilium in ſenibus eſt.qui ſi nulli fuiſſent,nullæ omnino ciuitates fuiſſent.ſed redeo ad mortem impendentem. Quod illud eſt crimen ſenectutis,cum illud uideatis cum adoleſcentia eſſe commune? ſenſi ego tum in optimo filio meo;tum in expectatis ad ampliſſimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni ætati mortem eſſe communem. At ſperat adoleſcens,diu ſe eſſe uicturum; quod ſperare idem ſenex non poteſt. inſipienter ſperat. quid enim ſtultius,quàm incerta pro certis habere, falſa pro ueris?at ſenex,nec quod ſperet,quidem habet. & eſt eo meliore conditione, quàm adoleſcens; cum id, quod ſperat ille,hic iam conſecutus eſt. ille vult diu uiuere: hic diu uixit.quamquam,ò dij boni, quid eſt in hominis uita diu? da enim ſupremum tempus: expectemus Tarteſſiorum regis ætatem.fuit enim ut ſcriptum uideo, Argãthonius quidã Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum & uiginti uixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquàm uidetur,in quo eſt aliquid extremum.cum.n. id aduenit,tunc illud,quod præterijt,effluxit; tantũ manet,

net,quod uirtute,& rectè factis sit consecutus:horæ qui-
dem cedunt,& dies,& menses,& anni: nec præteritum tē
pus unquam reuertitur, nec, quid sequatur, sciri potest.
quod cuique temporis ad uiuendum datur,eo debet esse
contentus. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda
fabula est;modo,in quocunque fuerit actu,probetur;ne
que sapienti usque ad Plaudite, ueniendum. breue enim
tempus ætatis satis est longum ad bene, honesteque ui-
uendum.sin processis longius,non magis dolendum est,
quam agricolæ dolent, præterita uerni temporis suauita-
te,æstatem,autumnumque venisse. Ver.n.tanquàm ado-
lescentia,significat,ostenditque fructus futuros: reliqua
tempora demetendis fructibus, & percipiendis accom-
modata sunt. fructus autem senectutis,est, ut sæpe dixi,
ante partorum bonorum memoria, & copia.omnia ve-
ro quæ secundum naturam fiunt,sunt habenda in bonis.
quid est autem tam secundum naturam,quàm senibus e-
mori?quod idem contingit adolescentibus,aduersante,&
repugnante natura.itaque adolescentes sic mihi mori ui-
dentur, vt cum aquæ multitudine flammæ uis opprimi-
tur:senes autem,sicut cum sua sponte nulla adhibita ui cō
sumptus ignis extinguitur.& quasi poma ex arboribus,si
cruda sunt,ui auelluntur,si matura,& coacta, decidunt:
sic uitam adolescētibus uis aufert,senibus maturitas,quę
mihi quidem tam iucunda est,vt, quo propius ad mortē
accedam,quasi terram uidere uidear, aliquandoq; in por
tum ex longa nauigatione esse uenturus. senectutis autē
nullus certus est terminus:recteque in ea uiuitur,quoad
munus officii exequi,& tueri possis,& tamen mortem cō
temnere.ex quo fit,ut animosior etiam senectus sit, quā
adolescentia,& fortior.hoc illud est;quod Pisistrato tyrā-
no à Solone responsum est,cum illi quærenti, qua tandē
spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dici-
tur,Senectute. Sed uiuendi finis est optimus, cum, inte-
gra mente certisq; sensibus opus ipsa suum, eadem, quæ
coagmentauit,natura dissoluit. ut nauem, ut ædificium
idem destruit facillimè,qui construxit; sic hominem ea-
dem optimè quæ cōglutinauit natura,dissoluit.nam om-
nis conglutinatio recens ægrè;inueterata, facilè diuelli-
tur.ita fit,ut illud breue uitæ reliquum, nec auidè appetē
dum senibus,nec sine causa deserendum sit. Vetat Pytha
goras, iniussu imperatoris,id est dei de præsidio, & sta-
tione uitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogiū est,
quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum, & la
mētis,uacare.uult credo se esse carum suis.sed haud scio,
an melius Ennius:

Nemo me lacrymis decoret,neque funera fletu Faxit.

Non censet lugendam esse mortem, quàm immortalitas
consequatur. Iam, sensus moriendi si quis potest esse, is
ad exiguum tempus, durat præsertim seni: post mortem
quidem sensus,aut optandus,aut nullus est.sed hoc me-
ditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negliga-
mus: sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo
potest.moriendum.n.certè est;& id,incertum, an eo ip-
so die, mortem igitur omnibus horis impendentem ti-
mens,qui poterit animo consistere? de qua non ita lon-
ga disputatione opus esse uidetur, cū recordetur non L.
Brutum,qui in liberanda patria est interfectus; nō duos
Decios, qui ad uoluntariam mortem cursum equorum
incitauerunt,non M. Attilium,qui ad supplicium est pro
fectus,ut fidem hosti datam conseruaret; non duos Sci-
piones, qui iter Pœnis, uel corporibus suis obstruere uo
luerunt; non auum tuum L. Paulum, qui morte sua luit
collegæ in Cannensi ignominia temeritatē,non M. Mar
cellum,cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis
honore sepulturæ carere passus est;sed legiones nostras,
quòd scripsi in Originibus,in eum sæpe locum profectas
alacri animo,& erecto,unde se nunquàm redituras arbi-
trarentur.quod igitur adolescentes,& ij quidem non so-
lum indocti,sed etiam rustici contemnunt,id docti senes
extimescent?omnino,ut mihi quidem uidetur,rerum om
nium satietas, uitæ facit satietatem. sunt pueritiæ certa
studia. num igitur ea desiderant adolescentes?sunt,& in-
euntis adolescentiæ; num eam iam constans requirit æ-
tas, quæ media dicitur?sunt etiam eius ætatis; ne ea qui-
dem à senectute quæruntur. sunt extrema quædam stu-
dia senectutis. ergo, ut superiorum ætatum studia occi-
dunt,sic occidunt etiam senectutis. quod cum euenit,sa-
tietas uitæ tempus maturum mortis affert. Equidem nō
uideo,cur, quid ipse sentiam de morte,non audeam dice-
re.quod eo melius mihi cernere uideor, quo ab ea pro-
pius absim. Ego uestros patres, Pub. Scipio,tuq; C. Lęli,
uiros clarissimos, mihi amicissimos, uiuere arbitror, &
eam quidem uitam,quæ est sola uita numeranda natura,
dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere
quodam necessitatis,& graui opere perfungimur. est.n.
cœlestis animus ex altissimo domicilio depressus, & qua
si demersus in terram,locum diuinæ naturæ,æternitatiq;
contrarium. sed credo deos immortales sparsisse animos
in corpora humana,ut essent,qui terras tuerentur, quiq;
cœlestium ordinem contemplantes,imitarentur eum ui-
tæ modo,atque constantia.nec me solum ratio, ac dispu
tatio impulit,ut ita crederem,sed nobilitas etiam summo
rum philosophorum, & auctoritas. Audiebam Pytha-
goram,Pythagoreosq;,incolas penè nostros, qui essent
Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubi-
tasse,quin ex uniuersa mente diuina delibatos animos ha
beremus. Demonstrabantur mihi pręterea,quæ Socrates
supremo uitæ die de immortalitate animorum disseruis-
set,is, qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudica-
tus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta
celeritas sit animorum, tanta memoria præteritorum,fu-
turorumq; prudentia, tot artes, tot scientiæ, tot inuen-
ta, non posse eam naturam,qui res eas cōtineat,esse mor
talem: cumq; animus semper agitetur,nec principiū mo-
tus habeat, quia ipse se moueat,nec finem quidem habi-
turum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicturus:
& cum simplex animi sit natura, neq; habeat in se quid-
quam admixtum: dispar sui, atq; dissimile, non posse eū
diuidi,quod si non possit,non posse interire:magnoq; es-
se argumēto,homines scire pleraq; ante, quam nati sint.
quod iam pueri, cum artes difficiles discant; ita celeriter
res innuumerabiles arripiant,ut eas non tum primum ac
cipere uideantur,sed reminisci,& recordari. Hæc Plato-
nis ferè. apud Xenophontem autem moriens Cyrus ma-
ior hæc dicit: Nolite arbitrari, ò mihi carissimi filij, me,
cum à uobis discessero, nusquam, aut nullū fore. nec.n.
dum eram uobiscum,animum meum uidebatis;sed,eum
esse in hoc corpore, ex ijs rebus quas gerebam,intellige-
batis. eundem igitur esse creditote,etiam si nullum vide-
bitis. Nec uero clarorum uirorum post mortem hono-
res permanerent,si nihil eorum ipsorum animi efficerēt,
quo

quo diutius memoriam sui teneremus. mihi quidem nũ
quam persuaderi potuit, animos dum in corporibus es-
sent mortalibus, uiuere; cum exissent ex ijs, emori, nec ve
ro tum animum esse insipientem, cum ex insipienti cor-
pore euasisset; sed cum omni admixtione corporis libe-
ratus, purus, & integer esse cœpisset, tum esse sapientem.
atque etiam, cum hominis natura morte dissoluitur, ce-
terarum rerum, perspicuum est, quo quæq; discedat, ab-
eunt enim illuc omnia, unde orta sunt, animus autem so-
lus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Iam uero,
uidetis nihil morti tam esse simile, quam somnum. Atqui
dormientium animi maximè declarant diuinitatem suã.
multa enim cum remissi, & liberi sunt, futura prospiciũt.
ex quo intelligitur, quales futuri sint: cum se planè corpo
ris uinculis relaxarint. Quare, si hæc ita sunt, sic me coli-
tote, inquit, ut deum: sin interiturus una est animus cum
corpore, uos tamen deos uerentes, qui hanc omnem pul
chritudinem tuentur, & regunt, memoriam nostri piè,
inuiolatéque seruabitis. Cyrus quidem hæc moriens:
nos, si placet, nostra uideamus. nemo unquàm mihi, Sci-
pio, persuadebit, aut patrem tuũ Paulum, aut duos auos,
Paulum, & Africanum, aut Africani patrem, aut patruũ,
aut multos præstantes viros, quos enumerare non est ne
cesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memo-
riam pertineret, nisi animo cernerent, posteritatem ad
se pertinere. An censes (ut de me ipso aliquid more se
num glorier) me tantos labores, diurnos, nocturnosque
domi, militiæ suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriã
meam, quibus uitam, essem terminaturus? nonne melius
multo fuisset, ociosam ætatem, & quietam, sine ullo labo-
re, aut contentione, traducere? sed nescio quomodo ani-
mus erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, qua
si, cum excessisset è uita, tum deniq; uicturus esset. quòd
quidẽ ni ita se haberet, ut animi immortales essent: haud
optimi cuiusque animus maximè ad immortalitatis glo-
riam niteretur. quid quòd sapientissimus quisque æquis-
simo animo moritur, stultissimus iniquissimo? nõ ne no
bis uidetur animus is qui plus cernat, & longius, uidere
se ad meliora proficisci; ille autẽ, cuius obtusior sit acies,
non uidere? equidem efferor studio patres uestros, quos
colui, & dilexi, uidendi. neque uero eos solum conuenire
aueo, quos ipse cognoui, sed illos etiam, de quibus audi-
ui, & legi, & ipse conscripsi. quò quidem me proficiscen-
tem haud sanè quis facilè retraxerit, nec tanquam Peliã
recoxerit. quòd si quis deus mihi largiatur, ut ex hac æta-
te repuerascam, & in curris uagiam: ualde recusem. nec
uero uelim, quasi decurso spatio, ad carceres à calce reuo
cari. quid enim habet uita commodi? quid non potius la-
boris? sed habeat sanè: habet certè tamen aut satietatem,
aut modum. non libet enim mihi deplorare uitam; quod
multi, & ij docti, sæpe fecerunt. nec me uixisse pœnitet:
quoniam ita uixi, ut non frustra me natum non existimẽ.
& ex uita ista discedo, tanquàm ex hospitio, non tanquã
ex domo. commorandi enim natura diuersorium nobis
dedit, non habitandi locum. ò præclarum diem, cum ad
illud diuinorum animorum concilium, cœtumq; profi-
ciscar; cumque ex hac turba, & colluuione discedam. profi
ciscar. n. non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi: ue-
rum etiam ad Catonem meum: quo nemo uir melior na
tus est, nemo pietate præstantior: cuius à me corpus cre-
matum est; quòd cõtra decuit ab illo meum. animus ue-
ro, non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca
discessit, quò mihi ipsi cernebat esse ueniendum. quẽ ego
meum casum fortiter ferre uisus sum: non quo æquo ani
mo ferrem; sed me ipse consolabar, existimans non lon-
ginquum inter nos digressum, & discessum fore. His mi
hi rebus, Scipio (id enim te cum Lælio admirari solere di-
xisti) leuis est senectus; nec solum non molesta, sed etiã
iucunda. quòd si in hoc erro, quòd animos hominum im
mortales esse credam: libenter erro: nec mihi hunc erro-
rem, quo delector, dum uiuo, extorqueri uolo. sin mor-
tuus, vt quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam:
non uereor, ne hunc errorem meum philosophi mor-
tui irrideant. quòd si non sumus immortales futuri, ta-
men extingui homini suo tempore, optabile est, nam ha-
bet natura, ut aliarum omnium rerum, sic uiuendi mo-
dum: senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabu-
læ, cuius defatigationem fugere debemus, præsertim ad-
iuncta satietate. Hæc habui de senectute, quæ dicerem,
ad quam utinam perueniatis, ut ea: quæ ex me audistis, re
experti probare possitis.

CAusa] Ratio. [Angere] Cruciare. [Solicitam] Pertur-
batam, & quassatam. [O miserum] Stolidum, bardũ,
& lata culpa, crassaq; ignorantia laborantem, ea si-
quidem ignorat, quæ cuique, uel hebeti, & tardo no
ta esse possunt experientia subinde demonstrante ueritatem.
[Planè] Certe. [Omnino] Penitus. [Extinguit] Delet, enecat, re-
digitq; in nihilum, ex hallucinanti, & plũbeo Epicuri ingenio.
[Appetenda] Votis omnibus optanda cum rem optimam pol-
liceatur, æternitatem. s. animorum, & iucundissimam libertatẽ
corporeæ custodiæ fractis uinculis. [Deducit] Emittit, & comi-
tem se præbet ad gloriam. [Aeternus] Perpetua quiete prædi-
tus, & delectatione, si corporea contagione uacauerit, hæc ue-
ra sententia est, & catholica. [Atqui] Profecto. [Non miser] .i.
nullum sentiens malum si penitus morte extinguimur, quòd
uanissimum est, & absurdissimum. hac hæresi quamuis dogma
ti Stoico addictus laborauit aliquando Sen. sic. n. scribit in con-
solatione ad Martiam: Mors omnium dolorum solutio est, &
finis, vltra quem mala nostra non exeunt, quæ nos in illam trã-
quillitatem in qua antequam nasceremur, iacuimus, reponit.
mors nec bonum, nec malum est, hæc ille. quid autem de statu
animorum, & rectè christianè philosophantibus tenendum sit,
sacræ literæ præscribunt, quibus tota mente inhærendum est.
[Beatus] Felix, & æterna tranquillitate, ac diuina fruitione do-
natus. [Stultus] Imprudens, & inani opinione corruptus. [Ex-
ploratum] Certum, firmum, indubitatum. [Casus] Infortunia,
& nodos calamitatis, & ruinæ. [Facilius &c.] Et uitæ intempe-
rantiam [Grauius] Asperius, & periculosius propter inobediẽ-
tiam, & effrenes cupiditates, & æstus libidinum. [Tristius] Diffi
cilius, laboriosius. [Ita accideret] Paucos uidelicet uenire ad se-
nectutem. [Melius] Honestius, & iustius. [Prudentius] Circun-
spectuis, & rationabilius. prudentia siquidem uitæ magistra, &
bonorum, atque malorum delectum habens, est virtus senio-
rum, quos lõgus edocuit usus, qua propter iuuenes facilè sciẽ-
tiam sibi parant, sed non prudentiam. [Mens] Prudẽtia, rerum
humanarum cognitio. [Ratio] Discursus mentis, p̃teritorum
cum futuris connexio. [Consilinm] Exacta consultatio, delibe-
ratio, & electio. [Nullæ Ciuitates] Ciuiles cœtus, ordinem uitæ
seruantes, & sanctis legibus obtemperantes, quæ nil aliud sunt,
qua sermones ab aliqua graui mente prouidaq; prolati. unde
νομοι appellabantur, à græcis, appellatione deducta à mente, &
apud latinos à lego, deligo, & delectum habeo. etenim lex non
appellatur, sed deprauatio, quæ delectu caret, & ratione non cõ
stat [Impendentem] Imminentem, propinquam. [Quod] Mor-
tem. s. impendere. [Crimen] Vitium, & malam sortem. [Sensi]
Expertus sum, cognoui. [Optimo] Iustissimo, & consummatis-
simo. [Fratribus tuis] qui patris Aemilii Pauli triumphalẽ glo-
riam sua morte temperarunt. erant Aemilio, inquit Plut. qua-
tuor filii, duo in optionem aliarum familiarum dati, Scipio vi-
delicet, ac Fab. duo etiam in potestate retẽti quos ex alia vxo-
re susceperat. horum alter quinq; diebus ante triumphum est
mortuus

mortuus sexdecim annos natus, alter duodecim, tertia die à triumpho. [Dignitatē] Amplitudinē uirtutis, & gloriæ. [Insipienter] Sine ratione consilioque, incerta siquidem pro certis habere stultitia est,& imprudētia.[Stultius]Imprudētius,quoniam uana opinione ducitur, & fallitur. [Eo] Tanto. [Conditione]Sorte, statuque.[Sperat] Optat senectutem ueluti propositum signum,& metā.[Assecutus] Adeptus. [Quid est diu] q.d.nihil,quoniam uita quāquam longissimę perpetuitati cōparata,& æternitati ueluti dies unus,& habetur, & est.[Supremum] Vltimum ad quod humana uita in quibusdam progressa est.Tarthessus Hispaniæ urbs ad fretum Gaditanum,de qua & Arganthonio dictū est apud Sil.huius Arganthonii fabulosæ ætatis meminit, & Lucianus in Macrobiis. [Vt scriptum uideo] Apud Anacreontem.s.& Herodotum,Gades insula in freto,quod Hispanos à Mauris disterminat.[Extremū] Vltimum, & finis. [Id]Extremum. [effluxit] Transiuit,euanuit, cucurrit. [Quod] .i. remanet tantum nomen,& fama uirtutis, & rerum uirtute gestarum. [Cedunt abeunt]Inuigilate uiri, monet Colum. tacito nam tēpora gressu Diffugiunt,nulloque sono con uertitur annus. [Peragenda]Absoluenda, & perficienda placere in quocunq, actu .i. per fabulæ satis ad commendationem, & plausum. [Modo] Dummodo laudetur cum agit primas, aut secundas, non expectato siue in quo spectatorum plausus excitatur. [Sapienti] Virtute prædito, è qua uiuit quocunque tempore gloriosè. nam qui ad uirtutem etiam in iuuenta peruenit,in eaq; defungitur uita, ad ultimam senectutem peruenisse putandus est. [Ad Plaudite] ad ultimum finem fabulæ .i. uitæ. perstat in translatione fabulari: & histrionica.[Bene]Studiosè.[Honestè]Laudabiliter, & plausibiliter. [Quam agricolæ] qui non dolent,sed lætantur potius aduenisse æstatem, & autunum,quo fructus percipiunt laborum, sic seniores auctoritatem nanciscuntur quasi apicem.i.insigne, & honestamentū senectutis qua propter talis ętas accusanda non est,sed celebrāda potius.[Fructus senectutis]Lucrum,quod affert ipsa senilis ætas. [Partorum]Cōparatorum, & acquisitorum. [Memoria] Recordatione studiosarū actionū,& rerum præclarè gestarum, frequētia, & abundātia.hæc sunt, aī gnosi præclara, & summa bona.cetera cū multis cōia. Secundū naturam.]Naturalē ordinē ab intelligēti natura.i.deo sublimi,& gloriosi dispositum.In bonis]In numero bonorū, diuina siquidē opera suū pōdus habent,ordinē, atq; mēsuram.[Aduersante]Quoniam talis mors immatura uidetur.& quasi uiolenta,& ideo uocatur à quibusdā ante diem. Vis]Potentia,impetus.[Opprimitur] Suffocantur, & uiolēter extinguitur. [Sua sponte] Suaptè natura, & quasi uoluntate. [Vi]Conatu,& extrinseco impetu.Cōsumptus]Debilitatus,extenuatus,& diminutus.[Cruda]acerba,immatura. [Vi]Conatu uiolento.[Matura]perfecta,& mitia.[Coacta]sole macerata.[Vis]Violētus impetus morbi,& casus. [Maturitas] Naturæ opportunitas,& fors ætatis à fine non abhorrens.[Aliquādo]Tādē superatis,& finitis laboribus.trāslatio à nauigātibus,qui ad portū dies noctesq; suspirāt. [Certus]Diffinitus,& constitutus.] Rectè. Honestè. [Munus officij] Onus decore actionis,quæ patriæ debetur necessariis,& amicis.[Exequi] Sustinēdo peragere atque subire. Tueri]Seruare atque tractando custodire. ne contra officium fecisse, aut ab officio cessasse ob inertiam,languorem atq; inopiam dicatur senex, ob idq; traducatur torpida senectus, atque immunis. [Fortior] Erectior, & constantior in omni periculo, & casu. [Optimus] In primis optandus cum optimas habeant conditiones. [Integra] Sana ratione ac in nullo labefactata, nec non sensibus incorruptis, qui propriorum obiectorum sunt iudices.[Coagmentauit]Cōglutinauit,composuit,coniunxit,constrinxit.[Aegrè]Difficulter,& laboriosè. [Nec sine causa]Legitima ratione moriēdi,ex Stoicorum sententia seuerissimus Cato loquitur. Stoici siquidem p̄sentiū incōmodorū,uel impendētiū leuationem in morte ponebant. unde Laert. in Zenone Citieo Stoicorum princi pe dicit: Rationabiliter aiunt sapientem seipsum educturum è uita, & patriæ, & amicorum causa siue inter acerrimos dolores, aut membrorum mutilationes, incurabilesque morbos illi occumbendum sit, hæc Laert. Idem Cicer. agens de dogmate Stoico in 3. de Fin. inquit. in quo, aut sunt plura contraria, aut fore uidentur.huius officium est è uita excedere, ex quo apparet,& sapientis esse aliquando officiū excedere è uita cū beatus sit,& stulti manere in vita cum sit miser.hæc Cic.Academia libertate Stoicam personā referens tempore as-

seruit. Sed qui rectè philosophantur, & Christianæ ueritatis præscripta seruant omnem causam inferendi sibi mortem pęnitus excludunt, & Arist. philosophorum facile princeps eos qui sua sponte mortē incurrunt ignauos appellat,& iniustos. dictum est de his in commentarijs officiorum. Socr.apud Plat. in Phæd.sic loquitur: Dij curant nos, qui quædam illorum possessio sumus.Siquis è mancipijs nostris seipsum perimeret ęgre id ferremus,pari ratione non licet alicui iniussu dominantis in nos dei uitam deponere.hęc ille. Sed Cic. Samij Pythagoræ tan tum meminit,ut personæ seruet decorum,ætate siquidem Cen sorij Catonis Italica philosophia cui Pythagoras dedit auspicium uigebat in primis. Vnde in 4.lib.Tusc. quæstionum dicit. Pythagoræ autem doctrina cum longe lateque flueret, perma nauisse mihi uidetur in hanc ciuitatem. [Imperatoris] Exercitus ducis,qui milites in præsidijs collocat, & stationes ordinat. & custodias.ita deus gloriosus noster uerus, & summus Imperator ad tutelam nostri corporis posuit. locum ab imperatore diffinitum,idest,corporis custodiam deserere animum a deo in fusum non debet. declarat igitur Cato uim suæ translationis, quæ ut dixi a Plat.sumpta est.[Præsidio]propugnaculo, & munimento. nomine etiam præsidij milites dicuntur ad custodiā castellorum, & munitionum positi.nomine uero subsidij milites subinde missi ut præsidiorum refoueant uires, sintque auxilio laborantibus. ponit hic præsidium pro naturali tutela,& corporis custodia.[Statione] Loco ad tempus assignato militi bus ab imperatore. hic ponitur pro humano corpore,quod animus tutatur, & seruat è summi imperatoris præscripto. [Elogium]Oratio sepulchralis, & testificatio ultimæ uoluntatis,quæ in præconia defunctorum inscribitur monimentis. Idē Cic.in j.Tusc.de mortis qualitate disputans dicit. si supremus dies perimit ac delet omnino, quid melius quā in medijs uitæ laboribus obdormiscere? & ita conuenientem somno consopiti sempiterno,quod si fiat,melior Ennij quam Solonis oratio. hic.n.noster, Nemo me lacrymis decoret,inq t, nec funera fletu Faxit.At uero ille sapiens Mors mea nec careat lacrymis,linqua mus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu. [Carum]Desiderabilem,præciosum & amabilem. [Decoret]Exornet, honestet lamentationibus meam mortem, quoniam quī semper uiuit non est ueluti mortuus deplorandus. mors, inquit, commutatio quædam est loci, & transitus ad emeritam sortem citra uiaticum.[Censet]Putat,statuit, iudicat tali elogio. [Immortalitas] perpetuitas,qua fruitur anima corporeis uinculis, & correptione carceris liberata. [Iam sensus] Perceptio,morsus,& dolor mortis.[Optandus]Si animus est immor talis,ut est.[Aut nullus]Si moritur, quod absurdum est, uiuit etenim semper animus. licet pro meritis gratiam sortiatur aut pœnam.[Tranquillo]securo, pacato, quieto, ponit Cic.exempla eorum,qui ad uoluntariam mortem alacri animo cucurre runt. [Non ita] Non multum L.Brut. & Sex. Tarquinius mutuis uulneribus conciderunt. [Hosti] Punico senatui. [Scipiones]P. & Cn. in Hispania occumbentes, ut Carthaginiensibus ad Italiam clauderent iter.[Luit]Soluit deditq; pœnam,quam eius collega M.Terent. Varro temerarius merebatur. [Ignominia] Dedecore, & calamitate.[Hostis] ferus Annibal,qui apud Sil.15.sic loquitur: Ipse facem subdens,laus,inquit,parta peren nis Marcel. abstulimus latio uos ita superbæ Exequias,animæ & cinerem decorare supremi Muneris officio, nunquam hoc ti bi Rom.negabo. [Alacri] Læto,prompto.[Erecto] Constanti, fortique.[Omnino]Certe,profecto.[Satietas] Expletio,satura tio,& quasi fastidium. [Certa studia] quædam peculiares curæ cogitationes,exercitationes.[Ineuntis]Incipientis,& iuuenilis. [Constans] firma, & iam constituta integraque. [Occidunt] Euanescunt,& cedunt alijs subinde succedentibus.[Maturum] Aptum,opportunum.[Compagib.]coagmentationibus, & cōmissuris corporeæ custodiæ.[Munere] Onere officioque tuendis corporibus necessario.[Graui]Laborioso, & animæ uim de primente, quam non nulli putauerunt particulam esse diuini spiritus.unde dicit Horat. Atque affigit humi diuinæ particulam auræ;sed uana est hęc opinio deus animam ex nihilo creat, corporique organico adiungit.Laudandi tamen sunt illius opi nionis auctores,qꝫ animam asserunt immortalem, licet in modo longe aberrauerint. [Tuerentur] conseruarent,excolerent. [Ordinem]Ratas,firmasque compositiones,atque progressus, modum æquabilem nunquam excedentes. [Vitæ modo] Mensura viuēdi decora,& iusta.qua propter Euripidea Iocasta filiū

Etheoclem

Ethcoclem erga fratrem iniquè affectum monet,ut cœlestium
ordinem suscipiant, atque iustitiam,omnia quippe sua statio-
ne seruant,atque momentum,nec in iura aliena sedesq; inua-
dunt.[Constantia] perpetuo tenore,atque graui , citra leuita-
tem.& fluxum,uitæ.[Disputatio]Exquisita rationis , & causæ
indagatio,& inuestigatio per collationē rationum , & ex utra-
que parte contentionem : sic etenim ueritas magis apparet, &
quàm tangitur manu.[Nobilitas]Famæ celebritas,auctoritas,
& dignitas,unde dicit alibi Cice. si nullas rationes Plato affer-
ret,tñ ipsa auctoritate me frangeret.[Auctoritas] Aestimatio,
& excellentia.[Incolas no.]quasi suburbanos habitasores.Fuit
enim ut dixi.Samius Pythagoras.& in magnam Græciam,quæ
nunc Calabria dicitur.domicilium suum contulit.Vnde incola
Italiæ dictus,& quasi suburbanus habitator . Suburbana dicũ-
tur loca propè urbem προάστεια Græci uocant . [Penè] Quasi
quoniam non ita distat ab urbe Calabria,cum sit Italiæ pars,&
ipse Pythagoras iam non prouincialis , sed Italus dici poterat .
[Vniuersa] Generali,& amnem natura animante,atque regen
te , Deum siquidem animam esse mundi putauit antiquitas ,
quam opinionem in Georgicis,& Aeneid Virg. tenuit , & ani-
mantes inde uitam sibi decerpere. Vanus est hic sermo,quoniã
si anima humana deus esset,aut pars dei,nec in peius , nec me-
lius uerti posset, oppositum patet,& quasi tangitur manu.De
libatos]Haustos,acceptos,& quasi epotos [Demonstrabatur]
Ostendebatur à monimentis Platonis,qui in Phædone Socratē
de animorum immortalitate disputantem in custodia indu-
xit.[Supremo ultimo quo cicutæ haustu uitam finiuit . [Ora-
culo]Responso,sorte,uaticinio . Socrates apud Plat.in Apolo-
gia sic loquitur,Chætophontem certè nouistis,qui Delphos ꝓ
fectus id uaticinum experiri ausus est Interrogauit certè an es-
set ullus me sapientior,respondit Pythias sapientiorem esse ne
minem . [Celeritas] Agitatio,solertia , quasi quidam discur-
sus ad multa etiam simul consideranda celeritas.Innata est, in-
quit Fabius,humanis animis agitatio,& solertia . [Memoria]
comprehensio rerum,& recordatio quasi quidam Thesaurus .
[Prudentia]Anticipatio,& cognitio quasi diuinans,atque præ
sagiens.à prouidendo est appellata prudentia, quam aliqui di-
uinationem quandam esse dixerunt. [Artes] formulas rerum
efficiendarum,quas eas mens continet, quæ rerum efficienda-
rum principium est,& omnes artifices tali mente cēsentur.[Tã
tæ.]Tam illustres,& excellentes,non minus circa diuina,quam
humana.[Inuenta]Excogitata à summis uiris,& summo inge-
nio præditis,exquisitaq; doctrina nobilibus.[Eam naturam].i.
animam ui naturali honestatem.[Contineret] comprehende-
ret,conseruaret,amplecteretur,& in se haberet . Cumque ani-
mus semper agitetur]Demonstratio Plat.hæc,est de immorta-
litate animorum à motu ipsius animæ,quem & in se habet, ut
sibi proprium,& corpori præbet , quòd animata , posita in eo
dialogo,qui Phædrus inscribitur,& repetita est à Cic.hoc loco,
& in prima disputat Tusc.& in 6 de rep. omnis motus , inquit
Plato in 10.de Leg.aut se mouet,& alia,aut ab alio mouetur,
& alia mouet,prior ad animam,alter ad corpora refertur,& sic
statuit Plato essentiam ipsius animę esse motum,id autem cui
est idem esse ac moueri nunquàm cessat à motu, quoniam ci-
tra suam essentiã esse non potest.Anima ex se moueri dicitur .
quia sine alio mouent se mouet.verba Socr.apud Platonem in
Phædro hæc sunt.Demonstratio hæc contentiosis quidem erit
incredibilis,prudentibus uero cõtra.oportet autem nos, prius
animæ humanæ,atque diuinæ affectus , & opeta intuentes ue-
ra nouisse , huius autem demonstrationis hoc sit auspicium ,
Anima omnis immortalis.quod enim semper mouetur, & reli
qua quæ sequuntur . Arist. philosophorum facilè princeps ne-
gans primam Platonis propositionem acutissimis mediis labe-
factat eius rationem in primo de anima dicens , considerandũ
est primum de motu.Nam fortasse non solum falsum est essen
tiam animæ talem esse,qualem hi dicunt , qui asserunt animã
esse id,quod seipsum mouet,aut mouere potest,sed etiam unũ
quid eorum esse uideatur,quæ fieri non possunt , motum ipsi
in esse. omne quod mouetur ab alio,& ipsum mouetur. quod
igitur primum mouet,aut stat,aut ab alio,& ipsum mouetur.
sed si ab alio,iam non potest hoc primum uocari.& semper qđ
primum moueat requiremus,restat ut stare dicatur.stat ergo,
quod primum mouet.hæc Aristoteles concludit contra Plato-
nem asserentem animam esse principium motus. Anima, inq̃t
Philosophus ille summus,est per se principium motus . princi-
pium autem motus non mouetur. probat idem in viij. Physic.
esse quoddam mouens immobile . At dicunt Platonici motus
animæ sunt cupiditas,uoluntas,intelligētia,& certa id genus .
Respondet Arist.hos non esse motus animæ , sed actus rei im-
perfectæ.Operatio autem perfectè, & cum dicunt Platonici,ic-
circo,animam esse immortalem,quoniã à sua mouetur essen-
tia.respondet,si ita est,corrumpitur,quoniam per illum motũ
suam deseret substantiam,& sic motus erit causa corruptionis
eius.operatio,inquit,perficit operantem . motus autem dista-
re facit.hæc Arist.Platonica igitur ratio uacillat. laudandus ta-
men in primis,quod animam asserint diuinam, & immortalē ,
quamuis hallucinetur in modo attributionis,vt ferè ceteri phi
losophantes,ut dictum est [Et cum simplex]Aliud argumentũ
ab animæ simplicitate ductum in j.q.Tusc.dicit.Animorũ nul-
la in terris origo inueniri potest.nihil enim est in animis mistũ,
uel concretum,aut quod terra natum,atque fictum esse uidea
tur.singularis est igitur quædam natura , atque uis animæ se
iuncta ab his usitatis notisque naturis. ita quidquid est illud,
quod sapit,quod uult,quod uiget,cœleste,& diuinum est , ob
eamque rem æternum sit necesse est.[Dispar]Diuersum , alte-
riusq; qualitatis.[Argumento]Demonstrationi, & signo. Pla-
to quem Cic.sequitur in Menone,& in Phædone dicit,scientiã,
humanam esse quandam reminiscentiam.Humanasq; animas
fuisse ab initio creata ad numerum stellarum. Vnde dixit Vir-
gil.Nec morti esse locum,sed uiua uolare Sideris ad numerũ ,
atque alto succedere cœlo.quæ opinio uanissima est. qua pro-
pter Arist.dixit animam esse quasi tabulam rasam,in qua nihil
pictum est,sed omnia possunt depingi.[Pleraque]Multa [Arri
pient]Apprehendant.[Filii]Cyrus auct. Xenophonte duos re-
liquit filios Cambysem,& Tanaozarē, Trogus aliud ponit no-
men.[Nusquam]Nullo ubi.[Aut nullum]In nihilum redactũ.
[Remissi]Laxati,& soluti.[Relaxauerunt]resoluerint , & libe-
rauerint. [Colite]Honorare,vt numen.[Tuentur] Conseruãt.
[Paulum]Qui consul cecidit in Cannensi pugna. [Africanum]
qui superato Annibale ad Zamam redegit Carthaginem ad tri
butum.[Fratrem]L.Scipionem Asiaticum [Patruum]Cn.Sci-
pionem,qui una cum fratre P. Cornelio Scipione in Hispania
occubuit.[Posteritatem]Successionem temporum,& hominũ.
[Pertinere]attinere,atq; competere , uitam habere posse post
mortem corporis.[Finibus]Terminis.[Ociosam] Tranquillã.
Contentione]Certamine honoris,& gloriæ.Erigens] Attollēs
se magna spe.Prospiciebat]Considerabat , & quasi præsagiens
futuram semper animi uitam sibi repromittebat . Niteretur]
Conatum faceret.Aequissimo]Pacatissimo.Iniquissimo] tur-
batissimo.Obtusior] Hebetior , crassior usus,ac per hoc mens
stolida,& nullum ingenii acumen.Efferor]Erigor in spem.Stu
dio]Cura,& voluntate.Colui]Honoraui.Habeo conuenire].i.
conueniendi sunt mihi,vt dicimus habeo videre.Conscripsi]in
meis videlicet Originibus.Decurso spatio] Finito cursu ac sta-
dio.iterum à fine ad cursus principiũ , redire vbi sunt carceres,
& repagula è quibus dantur missus.Modum]Finem, terminũ.
Ex hospitio]Temporario diuersorio.Vir sapiens ait Sen. scit in
hoc natum hominem,vt vita defungeretur , nec domum esse
hoc corpus,sed hospitium, & quidem breue hospitium , quod
relinquendum est,vbi te grauem esse hospiti uideas.Commo-
randi]Moram aliquam faciendi ad tempus.Concilium]Hone-
stissimum,cœtum,& quasi senatum.Turba]Confusa multitu-
dine.Colluuione].i.hominum sordidissimorum fece colluuio
dicitur immundities in unum collecta.Pietate] obseruantia di
uini numinis,& parētum Contra decuit]Quoniam , ut inquit
Sen.nullum funus non est acerbum,quod parens sequitur.Ae-
quo]Tranquillo,& sedato.[Leuis]Facilis,& tolerabilis.Extor-
queri]Abstrahi,& eripi. Minuti]Indocti Epicurei nihil amplũ,
aut magnificum redolentes , sed hallucinantes in rebus maxi-
mis. Suo]opportuno [Modum]Terminum,mensuram [Pera
ctio] Absolutio , & terminatio uitæ , ut ultimus actus termi-
nat fabulam [Cuius] ætatis ultimam delassationem defuge-
re par est , & maximè cum præcesserit rerum omnium satie-
tas, & quasi fastidium. [Re] Ipso facto,& experientia possitis
ea , quæ de senectute dicta sunt comprobare.

QVARTA restat causa]Ordinem sequitur,quo diuisit,in
quo præuisum, docilem, & attentum reddit auditorem. [Au-
gere] tædio,& molestia afficere.[Quæ certe] Confitetur ita es-
se,sed post modum respõdet dicens.[O miserum senem]Dein-
de subiicit argumentum,hoc modo,quod mors, aut est negli-

MAR
PHIL

gen-da,

genda, aut optanda, quia aut anima uiuit aut moritur, si ui uit, mors est optanda: nam certum est transire ad meliorem locum, & ad æternitatem, & felicitatem, quantum est ex conditione, & essentia, & natura animæ, & cũ deus sit iustus unicuique animæ, dat quod suum est. Animæ uero etiam æternitas, ergo dat rei æterninate, & locum ubi æuo fruatur sempiterno, aliter non esset iustus. Iustitia.n. est unicuique tribuere, quod suum est, & ut ait Iust. Iustitia est constans, & perpetua uoluntas ius suum unicuiq; tribuens. Si uero moritur anima, mors est omnino negligenda, quia non sentit amplius aliquem dolorem, morbum, aut molestiam. Ex quo uult concludere quod mors non est timenda, nec malum quidem est, sed optãda, & bonum, quia post mortem nemo sit miser, at omnino beatus, & æternus est futurus. [At qui tertiũ] hoc est, quod nõ capit aliquod medium hoc pacto, aut uiuit, aut moritur, quia necesse est, quod aut uiuat, aut moriatur. [Quid igitur?] Concludit, quod diximus. [Quid igitur timeã?] q.d. nihil est, quod timere possim si aut non m s r, quia si omnino interit anima nihil sentit, & non sentiendo non potest esse miser quia nulla potest sentire miseriam, hanc uero partem optimè exponit Cic. in lib. Tusc. quæstionũ. [Aut beatus etiã futurus sum,] q.d. si uiuit anima illuc post mortẽ proficiscitur, ubi æuo fruatur sempiterno, & felicitatẽ adipiscitur. quod autem mors optanda sit, & nihil sit ea præstantius, miraculosa mors duorũ filiorum sacerdotis argiuæ Iunonis apud Argos exponit. mos autem erat Argiui sacerdotis ad Iunonis tẽpla proficisci quotãnis iunctis bobus, & forte fortuna cum pestilentia illic maxima per aliquod tempus antea fuisset, & omnia pecora cõsumpsisset, boues nõ reperiebantur solẽnitati, ita Cleobis, & Bito sacerdotis filii, sub matre euntes iugũ ad Iunonis templa duxerunt. tũc Iuno religionem probans, & mirificam eorum fidẽ detulit matri ut quid uellet audacter posceret, quod nullã pateretur ab ipsa repulsam. inquit illa, ut quid sciret dea utile mortalibus, ipsa præberet. Die vero secunda sacerdotes illi iuuenes cõperti sunt mortui. qua pro re probarum est nihil morte præstãtius, quod Herod. inquit in j. hist. Sit exploratum] Pro certo habeo. est modus loquendi apud Cic. frequentissimus in hunc modum. [Spero] Confido, & exploratum habeo. nam semper crescit oratio. [Aetas illa] scilicet adolescentiæ, quam nostra senilis. [Facilius] quia habent maiorem materiam ad morbos, ut sanguinem, ut humorem quibus morbi nutriuntur, & in senibus non ita feruor sanguinis, ut in adolescentibus est. nam sicut ignis multis lignis melius ardet, ita morbus multo humore, & sanguine. [Melius, & prudẽtius] quam senes, cum melius uiuerent, in quibus est mens, ratio, & consilium, & per consequens melius uiueretur. [Ratio] Cognitio discretionis. [Consilium] Deliberatio. [Nullæ ciuitates] ut superius dictum est. [Sed redeo] Quia per transgressionem accessit ad laudem senectutis, redit unde digressum est. [Impendentem] quasi instantem ad ruinam. nam impendo secundæ coniugationes est. [Mirari ruinam] Tractum ab aliquo ædificio ruinam minanti, impendere uero tertiæ coniugationis est considerare. ut Lucr. Animum impendite uestrum. [Sensi ego] probat per exemplum propinquum filij sui. M. C. [Fratribus tuis] O Scip. Paul. Aemil. huius Scipio pater post triumphum belli Maced. septem post diebus duos filios amisit. [At sperat,] Antipophora, qui respondit dicens, [Insipienter sp.] quia sperare est expetare bonum futurum incertum, quod ducit. Quid.n. stultius? dementius? [Senex] Antipophora, quod senex non habet quid plus uitæ speret. [Cum id] .s. posset curare. [Diu uixit] Ad illud refertur, hic consecutus est. [O dii boni] Admiratiue. [Quid est?] q.d. nihil est in uita humanius. [Da diu] .i. concede. [Expectemus] Probat per exemplum, quod in uita nihil sit diu sempiternum, qui ad plus uixerit. uixit quidem 120. annis. [Tharthesiorũ] populi sunt in Hispania, quæ est in occidẽtẽ, vbi est litus, quod Tarthesiũ dicitur. Vt scriptũ] Est à scriptoribus, qui de longę uis scripserunt, ueluti Lucianus, qui de longæuis scripsit. [Argantonius] Gaditanus, à Gadibus nomẽ proprium, quæ quidem Gades in occidẽtem sunt ultra promõtoriũ Calpẽ. unde etiã mare Gaditanũ. [Diuturnum] Diu uiuere, & sempiternũ. est, n. cũ extremũ, ut u. g. ultimus dies, 130. an. [Illud ꝙ præterijt. f.] Elapsi, & 110. an. Effluxit] euanuit, quia nõ uidetur uixisse. Tantũ remanet] solum illud remanet, & sempiternũ est, quod cum virtute factum, & conscientia bene actæ vitæ. Horæ] Ordo naturalis. Ex horis quidam fiũt dies, ex his aũt menses, ex mensibus autem anni. hora uero græcum est, & non solum partem diei significat, sed partes anni, ut uer, æstatem, & pulchritudinem. vnde ὡραῖος, & aspiratur, quando autem regionem significat caret aspiratione. [Dies] qui duplex est, naturalis & artificialis, vt ante diximus. [Menses] quidem dicti ab eo quo est ὁ μὴν, quod significat lunam, uel ab eo quod est ὁ μὴν, quod ἡ μήνη, quod græce idem est quod mensis latine, qui est lunæ cursus. est etiã annus. annorum tria sunt genera lunaris annus, solstitius, & magnus. [Quid cuique] Optimum documentum quod & sancto Fran. dignum esset, & omni sanctissimo uiro. [Neq; enim.] Probat per similitudinem. [Peragenda] Ad finem perducenda. [Fabula] Comœdia, uel tragœdia est diuisa in 5. actus. Horat. Neu maior quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi. [Probetur] Laudetur à spectatoribus. quia non satis erit, si in quocunque actu aliquem egregium gestum fecerit, siue in primo, siue in secundo actu ex quo laudetur, sed requiritur quod in omni actu à primo usq; ad quintum sit idem bonus, sic & uita nostra in quacunque ætate fuerit, satis erit bene vixisse in ea [Applaudite] Ad finem, quia illud est ultimum uerbum in comedijs, ut Terent. Vos ualete, & plaudite. Calliopius recensui. vnde Horat. Donec, uos plaudite dicat. [Bene] Quantum ad copiam. [Honesteque] Quantum ad virtutem. [Sin processeris] Pulchram similitudinem dicit, non esse dolendum de præterita ætate, & comparat ætatem nostrã quatuor temporibus anni. [Quam agricolæ dolent] Quia non dolent, imo gaudent, vt ex floribus qui sunt in uere ad fructus, & maturitatem eorum perueniant, quod dicit. [Ver] Quo nascuntur flores. [Ostendit] Per flores. [Partorum] Bonorum memoria, & copia, hoc est conscientia bene actæ uitæ. Est enim memoria, ut inquit Cic. per quam animus repetit ea, quæ fuerũt. [Omnia uero] Concludit quod mori est habendum in bonis. omnia quæ fiunt secundum naturam sunt habenda in bonis. [Emori] est, enim secundum naturam. ergo mori est habẽdum in bonis. [Quod idem, scilicet mori. [Aduersante] Et repugnante natura. Non quidem, vt mori, vt contra naturam adolescentibus, sed cum in eis sit calor, & humor, quibus cuncta sustentantur, & oriuntur, vt ab eis oriuntur cuncta duobus. videtur difficilius mori, & ipsa natura repugnante, quod per similitudinem ostendit dicens, vt cum uis flammæ magnus ignis accẽsus, cum magna materia lignorum. [Aquæ multitudine] Magna effusione aquæ, sic moriuntur adolescentes in uiolentia aquæ. [Consumpti] Deficientibus lignis, & combusta materia lignorum. [Et quasi poma] Alia egregia similitudo est. [Sic uitam] Adaptat comparationem. [Quæ] scilicet, maturitas, & ostendit benignitatem moriẽdi. [I u unda] Amœna, & delectabilis cum fructu. [Vt quo] Per similitudinem nauigantium loquitur, cũ ex longa nauigatione iam incipiunt terram uidere, in portum venire magnopere lætantur, ut optata potiantur arena, sic nos ex longa vita incipimus uidere mortem, idest quietem, & portum mortalitatis. Omnium ætatum certus est terminus, ut infantiæ vsque ad 7. annos, pueritiæ vsque ad 12. & sic per ceteras præter senectutem, quæ non habet certum terminum vitæ, sed omnis hora, omnis dies, omnis mensis potest esse terminus uitæ suæ, quæ quidem senectus incipit in 46. ann. [Recte] Cum virtute, & iucunditate. [Viuitur] Impersonale est, & in se habet quandam generalitatem. uiuitur in antiquam siluam. [Officij] Honestatis. & rei illius quæ debet effici. [Et mortem contemnere] Non timendo ipsam, & plus est contemnere, quàm vituperare, ut ait Don. [Animosior] Quia cum cogitat paruum temporis viuendi spacium, nihil timet mori animus senum, & omne subintrat periculum, sicut est illud Vir. Vna salus uictis nullam sperare salutem. [Et fortior] Quia fortitudo est aggresio periculorum. [Hoc illud est] Quod dixit probat per exemplum. fuit quidam Atheniensis uir præclarus nomine Pisistratus, qui lingua, & loquentia sua, & opibus omnes sibi fauentes fecerat Athenienses, adeo quod tantum tendebat ad imperium, quod sentiens Solon in omnibus rebus ei contrarius erat, & subsistebat audacter. unde Pisistratus ab eo quæsiuit, qua spe fretus id diceret, cui respondit Solon. senectute fretus obsisto tibi audacter. quasi uoluisset dicere, tu me tuis militib. uis superare, & ego te multitudine annorum, qua fretus neque te, neque militès tuos timeo. quia omnino debeo mori cito, & tu si me interficis, parum adimes viuendi temporis spacium. [Illi quærenti] Pisistrato. [Spe] boni futuri expectatione. [Respondit] Solon. [Senectute] scilicet, fretus. [Ceteris sen.] Vt auditu, gustu, odoratu,

ratu, tactu, & nisu. [Ipsa ea] Nam dissol. corpus suum, corpus ipsum hominis, quod cum augmentauit, & fecit dissoluere potest. [Vt na.] Ostendit per exemplum comparationem. [Conglutinauit] Cōposuit, consolidauit, à glutino dictum est, qđ est colla. hoc.n. græcum est, illud uero latinū. unde dicitur lingua græca notior, quam latina. [Recens] quæ nuper est facta cū maximo labore diuellitur. [Inueterata] .f. cōglutinatio, quę iādiu est facta, ut in senectute. hæc omnia stāt in similitudine. [Illud breue vitæ reliquū] Quod est. f. in senectute nec sine caussa deserendū, ut aliquis se occidat, vt multi inuēti sunt præsertim apud antiquos, quorū multi ne uenirent in manus hostiū gerentes uenenum in annulis obibat mortē. ut Annibal, quod deinde (ut est apud Hom. & apud Vir. in 6.) Inferis dabant pœnas. Nam sciendum est, quod deus postquā corpus in utero matris format, in ipsum mittit animā, tanquam in quoddam castellū gubernandū, & iubet, ut rectè custodiat, donec ipse reuocat. Vnde si datū custodiæ castellum proderet, sequemetipsum interficeret, rebellis esset dei proditor. itaq; non sine causa est ipsum castellum deserendum, hoc est sine mandato imperatoris. i. dei, quam rem tangit Pythagoras. de quo nunc ait Cato sic ho. [Pythagoras] qui Samnius fuit, ut diximus, & philosophiam docuit in magna Græcia, quæ est pars Italiæ, & eius tāta fuit existimatio, ut eius domum ceteri consecrauerint, quasi cēserent satis dignum posse reperire neminem, qui in illud domicilium succederet. [Iniussu] sine mandato, & non inueniatur in alijs casib. [Præsidium] Custodia militum in ciuitate à præsidēdo dictū. [Statione] Vbi stant milites: vt, Longa statione tenebat dicitur, & statiua. ut legitur in Liu. & Stat. ubi stant naues ad tēporis Virg. & statio male fida carnis. [Solonis ponit duas sentētias, quæ discordes videntur, Solonis, & Ennij, ut patet. [Sapientis] Et benè, nō philosophi, quia vsq; ad Pythagoræ Sānij tēpora sapientes cōsequebāt nomina. Cū autem Pythagoras Polycratis tyrānidē effugeret, & Phliūtē peruen setabiq; cū esset interrogatus, an sapiēs esset, inquit se non σοφὸν ἀλλὰ φιλόσοφον esse. Itaq; à Pythagora philosophi sunt dicti, cum antea sapientes nominarentur. [Elogium] Bene dictum, & sapiēter. [Negat uel.] Dicit non uelle. [Dolore] Quantum ad animum. [Lamentis] Quantum ad gestum deplorationis, quare hoc. [Quia uult te cre.] Esse carum su. per commemorationem sui per lacrymas, per funera, per exequias obliuiscatur eius, & in caritate suorum remaneat. [Ennius noster] Latinus. uult præponere ipsum Soloni, qui dixit. [Nemo lacrime dec.] Nemo ploret in morte mea. Decoro, à decus decoris, & tunc habet accentum in prima, decoro autem à decore habet accentum in pen. [Nec fun. fletu] Medius uersus, reliquum habet in Tusc. Voluor uiuus in ora uirum, nec funera flexu facit. i. facit. [Immortalitas per nomen] Fama, & gloria, & multa egregia opera, quæ facta sunt in uita. [Post mortem quidem sensus] Atque optandus, aut nullus est, ut diximus supra, quia aut uiuit, aut omnino moritur. si viuit optandus est, quia locum pro ficiscitur ubi æuo fruatur sempiterno, si moritur, non miser quia miseriam sentire non potest, cum careat sensu &c. [Moriendum] Hoc gerundium importat necessitatem. [Quis] q.d. nullus. [De qua] probat per exempla, quod mors, contēnenda sit omnibus. Non. Iun. Brutum, ordo est Iun. Brutum. sed nostras legiones &c. & est color rethoricus occupatio, cum diximus nos præterire, & nescire, aut nolle dicere, id quod tunc maximè dicimus, ut nunc dicit se nolle recordari. Iun. Brut. & ceteros quos recordatur, sed legiones, & homines imperitos, & rusticos, & hoc ideo quia diceret aliquis non esse mirum in hominibus clarissimis propter doctrinam, & virtutem spretam esse mortem, ideo dicit ab indoctis, & rusticis spretam esse mortem Iun. Brutus, de quo nunc agitur ex sorores Tarquinii Superbi fuit genitus, qui ne ab auunculo occideretur, ut frater, stultitiam finxit, quam rem meminit Ouid. de fast. Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis dire Superbe tuis. Vnde Brutus est appellatus Iuuenibus regis Delphos euntibus ridiculi causa comes accitus baculo sambuceo aurum infusum deo domum tulit, unde responsum est eū Romæ summam potestatem habiturum, qui primus matrē osculaetur, ipse casum simulans terram osculatus est. Deinde propter Lucretiæ stuprum cum Tricipitino, & Colatino in exiliū regium coniurauit, quibus in exilium actis primus consul creatus fuit. [Filios] qui cum Aquiliis, & Rutilius ad recipiendum in urbem Tarquinios coniurauerant, uirgis cæsos securi percuti iussit. Deinde imperio quod aduersus eos gerebat cum Arunte filio Tarquini congressus ambo mutuis vulnerib. ceciderunt, cuius corpus in foro positum a collega laudatum, Matronæ anno luxerunt. [Duos Decios] Patrem, & filium, sed nō eodem tempore, sed vnus Latino aliter Gallico bello pro patria liberando se deuouit ad mortem, ut diximus. [Equorum cursum] quia in hoste facta deuotione quàm primum cucurrerunt, & interfecti fuere. [M. Attilium] Hic est ille imperator militiæ Rom. in 1. bel. pun. M. Attilius, cui nomen per auctores ferme omnes longe lateque diffusum est Fusis in primo Salentinis triumphasse commemorant, & primum Romanorum ducum classem in Africam traiecisse quassatas de Amilcare naues longas tris, & sexaginta, oppida 200. accepisse, & hominum ducenta milia cepisse, & absente quidem ipso datos esse coniugi, & filijs ob paupertatem publice sumptus. Mox arte Xantippi Lacedemonij mercenarij militis captum fuisse, & in carcerem missum dato iureiurando, ut si non impetrasse domum ita rediret, in senatu conditione dissuasisse, & reiectis a se coniuge, & liberis Carthaginem ingressum ibi in arcam ligneam contectum clauis introrsum adactis, vigilijs, & dolorem punitum esse. palpebras enim oculorum, ut dormire non posset, inciderunt. & isto crudelissimo supplicij genere mortem obiuit. [Nō duo Scip.] P. Scip. & Cn. Scipionem fratres præstantissimos uiros, de quibus Vir. inquit, Duo fulmina belli Scipiadas. Isti autem negligentes in 2. Bel. Pun. obuiauerunt Asdrubali Annibalis fratri, ad ipsum Annibalem in Italiam uenienti auxilio, cui de proprijs corporibus inter claudere voluerunt ne in Italia ueniret. [Obstruere] Claudere Paulum, de quo diximus huius Scipionis auum naturalem. [In Cannensi ignominia] Cannæ Cannarum in Apulia uicus est, ubi tanta Clades Romanorum ab Annibale facta est, quanta nusquàm fuit in quam L. Paul. Aemil. fuit interemptus pro patria liberanda, mori potius uolens, quam fugere. pro qua re sciendum est, quod in bello consules erant Luc. Paul. & Terent. Varro plebeius homo, & nullius prudentiæ, & boni consilij pugnare uoluit, & conserto prælio fugit. vnde. L. Paul. cum ceteris fugere nolentibus interempti sunt, & ipse collegæ sui temeritatem luit. [M. Mar.] Nobilissimum, & præstantissimum ciuem R. qui eo prælio Cannensi Annibali congressus occisus est, unde post cladem Annibal corpus eius inter tot cadauera fecit inuenire, & honorificentissime sepelire. [Interitum] Mortem, dictum ab inter, & ita quia mors est solutio corporis, & animæ, ut inquit Plato. [Legiones] In quibus erant inducti tyrones, & rustici, qui nullam habebant doctrinam, quàm cognoscentes mortem contemnerent. Itaque mortem ipsam docti, & indocti contemnebant. Dicta autem legio ab eligendo. fit enim electio personarum in ea, & non habet certum numerum. Est interdum quatuor millia, interdum quinque millia personarum. Liu. tamen in libro ix. de ij. bello pun. maiore numero accepit legionem, suppleuitque ita legiones, ut singula sena millia, & ducentos pedites, trecentos autem haberent equites. [In eum locum] scilicet, in mortē. [Alacri] strenuo, prompto, festinanti. [Quid igitur] scilicet, mortem? & est conclusio, id scilicet, mortem interrogatiue, & est color rhetoricus contentio, quæ contrarijs rebus conficitur. [Indocti] Nomen est, & non participium transit enim participium in uim nominis quatuor modis. [Omnino] Probat contemnendam esse mortem propter satietatem uitæ, quæ nunc, ut ait Cato, facit satietatem, quarum nulla est, ut inquit Iuuen. Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. [Sunt] Probat per exemplum ætatum, quòd satietas sit omnium eorum, studia autem sunt pueritiæ, ut ait Horat. Et pede certo Pulsat humum, gestit paribus colludere, & iram colligit ac ponit temere, & mutatur in horas. [Sunt stu.] scilicet, studia pueritiæ, q.d. non. [Num in ea] scilicet, ineuntis adolescentiæ incipientis. [Adolescentia] Eñim habet ex se studia, ut Horat. Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi, Cereus in uitium flecti, monitoribus asper, Vtilium tardus prouisor, prodigus æris, Sublimis cupidusque, & amata relinquere pernix. [Aetas] Quæ dicitur media scilicet, virilis, quæ quærit opes, & amicitias, inseruit honori, Commisisse cauet quod mox mutare laboret. [Sunt eius æt.] Mediæ scilicet, & subaudi studia senectutis, ut est illud Horat. Quærit, & inuentis miser abstinet ac timet uti. [Quod eo] idest, tanto melius. [Quod ad eam pr.] adsum Propinquus & uicinus sic de Sen. ut de nauigantibus dicere possumus, qui cum longius in mari nauigent minus uidere possunt portum,

quàm

quàm illi,qui non longius absunt à terra. [Ego ue pa.] maiores uestros. Romane .n. & Pythagoricè, & Socraticè uult probare animum esse immortalem, propter quod exoptanda est mors,ex quo poterimus notare,quod cum natura nihil frustra fecerit, nec quis desiderat, quod naturaliter assequi non possit,ut alas habere, & ueluti aues uolare, homines autem cum desiderant quietem, & summam felicitatem, & æternitatem illam assequi posse, certum est quia naturaliter desiderant ipsam.[Clarissimos] Ex splendore uirtutis, & plus est,quam nobilis,quia id μέσον est.[Eam qui. ui.].s. immortalem,& æternã [Quæ ex so.ui. nom.]quia est uera uita, & immortalis. [Nam] Hæc nostra uita humana, si uita dicit potest,non est uera uita, sed falsa, & mortalis, quæ quidem opinio concordat cum fide Christiana. [In his comp.] coniuncturis membrorum, quæ faciunt carcerem quendam animæ sic appellat Virg. ut clausula tenebris, & carcere cæco ideo compagibus facit, quia usurpatum est compago. Antiqui.n. compages, & ambages dicebant, quorum genitiuus est compagis, & ambagis. Vnde declinatio non mutatur,quãuis varius est nominatiuus,hinc in datiuo,& ablatiuo compagibus.Vir. Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem. [Munere quodam necessitatis] Quæ necesse sunt fieri in uita humana, ut dormire, comedere, bibere &c. huiusmodi,quæ ad uictum,& ad vitam humanã necessaria sunt. Graui opere]Quod molestiam hominibus affert, &.i.quidquid fit in uita humana.[Est.n.animus] Et animus sit, & æternus,& eius sola uita sit nominanda,ponit rationẽ.[Celestis]In cęlo formatus. Dicebat.n.antiqui philosophi, quod animus erat formatus in cœlo,quem deus postea in corpus in vtero matris formatum infundebat.Moderniores autem philosophi dicunt,quod cũ corpus est in utero matris formatum, quã primũ in eo generatur anima. quod autẽ animus formetur in cœlo patet nunc ex sentẽtia Cat.[Ex altissimo domicilio]Ex habitaculo cœlesti.[In terrã]exponit seipsum dicẽs. [In locũ contrariũ diuinæ naturæ]Quæ est immortalis,& inuisibilis, & hæc terrena est mortalis,& uisibilis.[Sed credo]ponit opinionẽ suã quare diu fecerunt hæc,quod diuinos animos in corpora cadu ca infudissent.[Vt esse]Ecce causam. Nã id fecerunt dii,ut habitarẽt,& tuerẽtur terram,& imitarentur cœlestium ordinem, unde originem habebant, & mererentur per actiones bonas in terra cœleste domiciliũ. Terram tu.]Quam constat à deo factã antequã hominẽ, immo omnia facit deus antequã formaret hominem ad hæc,vt omnia parata inueniret,& omnia ei seruirent.[Cœlestiũ orb.]Vt planetarũ,stellarũ,& ceterarũ rerũ cœlestium.[Contemplantes]sub subtili quodam intellectu considerantes. [Imitarentur eum].i.ordinem. Vnde Ouid. Pronaq; cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus. Iuuen.Sensum à cęlesti demissum traximus arce.sic & modum, & constantiam. [Modo] Ordine, & mensura. [Constantia] Quæ & constet, & concors sit. [Nec me solum] Idem probat Pythagorica ratione,animum.s.esse immortalem.[Pythagoricos] Discipulos Pythagoræ,& eius sectæ.Incolas, habitatores. [Pene no.] qui haud nimis longe à Romanis nam in magna græcia sunt,quæ Calabria dicitur. Venit .n. Pythagoras in Italiam,ut ante diximus, siue Tarquinio Superbo rege, siue Numa, & in extremis Italiæ partibus,quam magnam gręciam vocitauerint,philosophiam docuit,cuius nomen inuenerat,cum antea Sophia nominaretur. [Itali philosophi nominati] Magnis .n. disciplinis, quas è græcis secum adduxerat plurimos ibi uiros Pythagor. edocuit, effecitq;, ut qui sub eius doctrinã operam dedissent,Pythagorei, & philosophi Italici nominarẽtur.[Delibatos]Formatos. [Demõstrabatur] Tertia ratio Socratica est,quod animus sit immortalis,hic autem Socrates magister Platonis, cum inuenisset nouam religionem, & unum deum colendum esse disputaret, fuit accusatus ab Anyto, & Melito,quod malos mores doceret Athenienses, & nouos deos esse colendos persuaderet. unde ductus ad iudicium damnatus, & cum discipuli sui ad eum consolandum irent, ut æquo animo mortem ferret, aiebat nihil aliud se magis exoptare, quam mori,quia ad immortalitatem proficiscebatur,& ad veram uitam, & quãdiu esset in hac uita humana, esset maximo supplicio,& probat immortalitatem animæ,quam disputationem Plat.scripsit in li. qui φαίδων appellatur.[Supremo die]vltimo quo damnatus est,sumpto cicutæ succo diem obiit supremum. Sapientissimus oraculo Apollinis interrogatus Apollo, qui omnium esset sapientissimus, respondit Socr. quod cum Socrati renunciatum esset,inquit non verum Appollinem dicere,si eum sapientissimum omnium iudicasset, quia nemo est omnium sapientissimus, & nemo est qui omnium humanarũ diuinarumque cognitionem habeat, immo tantarum comparatione rerum sciendarum omnium est ignorantissimus. Sed si Apollo dixisset Socr. hominem esse sapientissimum, id verũ esse fateretur, hac ratione quia nemo erat, qui illud uerbum Socr. diceret. Hoc enim scio, quod nihil scio. Nam nihil scire Socr. uidebatur, quamuis in omni re peritissimus fuisset. ceteris autem multa scire, cum nihil aut parum scirent. Sic mihi persuasi uerba Socr.a Plat.scripta eod.lib.[Celeritas animorũ] quia paulo ante dixit,n.omento huc illuc transit,& uadit in cognitionem multarum,& longisimarum rerum, ut is qui Romæ est paruo momento transit. Venetias, & quæ in eis fiunt uidet,& sic de ceteris rebus maxime notis.[Inuenta] Excogitata in uita uidemus in diuersitate operum. [Cumque animus agitetur]Exercetur mouendo,cogitando,sciendo, considerando,deliberando &c.Est animus, & corpus, ut ait Macr.in Som. Scip.vt ignis,& ferrum,ignis enim ex se semper est calidus.Ferrum autem est calidum ex igne. & tantum retinet illam caliditatem,quantum sua natura patitur, sic est animus, & corpus. [Principium motus est] quia semper fuit in motu, & est æternus,in motu enim agendi,deliberandi, huiusmodi aliquid excogitãdi, & quod non habeat principium motus ratio est quia ex se non ab alio mouetur,ut qui seipsum moueat. [Nec habiturum esse finem motus],quia semper mouebitur, & æternus erit,& ratio est,quia non habebit finem,quia nunquam relicturus sit seipsum sed semper erit. [Et cum simplex animi natura] Alia ratio est,quæ probat animum esse immortalem,quia animi natura est simplex,& cęlestis,cum nulla remista, nec aliquid dissimile,& dispar habeat,ex quo sequitur, quòd sit indiuisibilis,& diuidi non possit econtra corpus,quod est multiplex eius natura.Nam ex quatuor elementis compositum est, quod habet est mistum,& dispar,& dissimile,& per consequens est diuisibile, & diuidi potest & mortale est.quod si non posset diuidi natura animi,sequitur non posse mori. [Interire] omnium finem rerum habere, unde leuior res est perisse,quam interire quam rem manifestat Plaut.in Capt. qui per uirtutem perit at non interit.[Argon]Causæ probationi.vult dicere,quod omnes animi tanquam inclusi in corpore sunt peritissimi. & omnium rerum scientiam tenentes, sed cum intrant corpus omnino retinent illam diuinitatem,ueluti qui est in carcere. & uidere non potest, & quòd hoc sit uerum animos esse peritos antequam infundantur in corpore.probat per hoc dicens.[Quod iam pueri &c.]scire est,ut ait Arist. rem per causas cognoscere. [Reminisci] Quantum ad ordinem. [Recordari] Quantum ad scientiam præteritarum rerum. [Hæc scilicet,] quæ dicta sunt per Socr. [Apud Xenophontem] Idem probat per hunc philosophum,qui & Soc.discipulus fuit, & inter hunc, & Plat.magna fuit æmulatio, unde dum Plato librum de immortalitate animorum composuit Xenophon. pædiam Cyri fecit. cuius nunc meminit. [Cyrus maior] Hic præclarissimus fuit,& rex Persarum, de quo ante dicimus [Discessere] obliuero mortem. [Nusquam]Quia in loco feliciratis,& beatitudinis. [Nullum] Nihil futurum esse me. [Nec enim post propositionem posuit rationem]Et quia posset dicerec,um scilicet,discesseris a nobis, nusquam eris,& non uidebimus te,& nullus futurus es,respondit.[Nec uidebatis animum meum] Quia animus est inuisibilis,& immortalis.[Quas gerebam]Magnifice tractabam, multas enim res præclaras fecit, & animo, & uirtute multum ualuit. totum sibi orientem obedientem habuit, sed ipsemet eius imperium exoptauit. [Honores] ut puta epigrammata siue titulos, præclara monimenta, quoniam memoriam seruant mortuorum, quæ si animi mortuorum, & sensus non sentirent, & talibus honoribus delectarentur, non permanerent tales honores nec fierent.[Persuaderi] Animum ad credenda induci. [Animos] scilicet, mori cum ex corpore discederent,& uiuerent cum essent in corpore, nec hoc sit uerisimile, quod in hac uita uiuant animi, post mortem autem moriantur.[Insipientem]Solidum & non scientem. Sed cum liberatus omni amissione corporis, quod compositum est ex commistione quatuor elementorum, & quidam carcer animi. Vt Virg. Nec auras Prospiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.Dissolui tur,quia ut diximus mors est solutio corporis & animę.[Quo discedebant]

scedebant] ad quem locum, omnia nanque reuertuntur illuc, vnde orta sunt, corpus autem ex quatuor elementis formatum est, & cũ moritur in ipsa morte dissoluitur, animus aũt è mẽte diuina delibatus, necesse est illuc reuertatur. [Morti tam simile] Quam somnum, ut Virg. Consanguineus leti sopor. [Multa enim] Quod animi declarent suam diuinitatem probat, & est argumentum à minori ad maius. [Remissi, & liberi sunt] Ab agitatione corporis, & sunt inquiete. [Futura prospiciunt] Lõge uident, & cognoscunt, quæ futura sunt, & multa sunt exempla in libello Cic. de Diuin. & in Val. cap. de Somnio, quã existu sensit. [Corporis uinculi. [relaxauerint] cum mortui erunt, & bene uinculis, quia ut diximus in carcere esse uidẽtur. [Quare concludit, ut dictum est. nam in terra dij esse dicuntur propter aliquas excellentes uirtutes, ut inquit Hieron. Cœlestem uitam ageret in terris. [Vna] simul cum corpore morituris, ut dicebant aliqui stulti philosophi blandientes suæ malæ actæ uitæ, qui cum cognoscebant se male uixisse, & uiuere, dicebant animum cum corpore interire, est .n. interitus quasi interius, quia inter corpus, & animam, unde mors diffinitur esse solutio corporis, & animæ. [Hanc pulchritudinem] hunc mundum, ita bene ornatum, & pulchrum, quem κόσμον dicunt. [Nos si placet] quod per transitionẽ colorem Rhetoricum uenit ad Rom. exempla, ut diximus de externis, dicamus nunc de nostris, & faciteipsos attentos. [Paulum Aem.] Paulum auum naturalem L. Paulum Aemilium. [Africanum] Adoptiuum. Scipio, maiorem Africanum Africani fratrem P. Scipio, qui in princ. j. belli pun. cum Annibale dimicauit. [Ad patruum] Cn. Scipio fratrẽ Scip. qui in Hispania contra Annibalis fratrem missus fuit eodem bello Pun. Patruus autẽ ab auunculo in hoc differt, quod patruus est à patre, auunculus autem à matre. [Animo cernerent] ut acutiorem, & expressiorem rem facerem, inquit, cernerent quasi ante oculos haberent, concernere est oculorũ, uide re animi. Cic. in epist. ad Pl. Sic.n. uideo, quasi ea, quæ oculis cernuntur me à te amari. [More se.] ut homo laudator temporis acti. [Domi] Romæ, & in senatu. [Quibus uitam] .s. finibus sum terminaturus. [non ne m.] Si ita esset, ut cum uita essem terminaturus gloriam, non ne melius fuisset me ætatem, inertem, & ociosam dixisse? q.d. sic. [Contentione] Visu, conatu inertia significat contendo, conari uehementer petere, & litigare. [Sed nescio] Nolebat.n. dicere per doctrinam, & sapientiam ne arrogans uideretur, in quo captauit beneuolentiam. [Erigere] Tractus sermo est ab illis, qui longis, & altis uidere uolũt, ut in digitis, se erigunt. [Prospiciebat] Antecedebat, sicut frequẽter ponit Tul. & illud pro. est Græcum, & significat ante. Aliter prospicio est procul aspicio, ut Virg. in j. Aen. Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur. [Tum deniq;] cum principio haud minus niteretur. [Quid. .s. dicẽs. [Quod sapiẽtissimus quisq; æquo animo moritur] omnes sapientes æquo animo, & sapientes, & lætè moriuntur, quia intelligunt se ad meliorem uitam, ubi summa est facilitas, peruenturos, & præmium bene actæ uitæ habituros. ut in hac uita uidere possumus, cũ quisq; laborat, ut præter modum ex suo labore suscipiat præmium, & cum ita uidemus, quæ tanta est stultitia hominum, ut credant uirtutem sua præmia, & merita non habituram à Deo, cum ipse iustissimus sit? unde stultissimus iniquissimo. .s. moritur animo non intelligens beatitudinem, & summam felicitatem alterius uitæ sicut sapientissimus, qui per sapientiam uidet, & cognoscit ipsam. Quid non ne animus. .s. sapiẽtissimus. Quid plus acutius] .s. per sapientiã. Ad meliora loca) vbi felicitas est æterna. Illud autem) .s. animus stultissimus. Efferor studio uidendi) ducor uehementi quadam uoluptate. Coli] Ad gustus, per exhibitionem reuerentiæ propriæ uenerari. Virg. in x. Summæ deum sanctiq; custos Soractis Apollo, quem colimus. Dilexi) ad beneuolentiam, & diligimus leuius, & amamus uehementius. Cic. in epist. ad Dolab. Nunc amare uidear antea dilexisse. Conuenire) Alioqui, & inuenire. utrunque.n. significat. Audiui) Per historias, & ab aliis. Legi) Per scripturas. est enim propriè legere. Conscripsi) ut in lib. de Orig. in quo Italicarum urbium originem scripsit, & multorum uirorum. Quo) Aduerb. & accentum habet in fine. Pilam) Ludum pilæ, ut indoctus ue pilæ, quo & uiri clarissimi delectabantur admodum, ut Alexander, & propriè exercitatio nobilium uirorum. Largiatur) Largiri enim propriè est cum quadam prodigalitate. Repuerescam) In pueritiem redeam. Est. n. puer quasi puritas à puritate. Vagiam) A uoce quam emittunt infantes. uaca dicitur vagire. [Ad car.] Ad principium curriculi, & cursus. [à calce] A fine. Quãtus esset cursoribus potissimum victori, si brauio adeptio, & decurso semel spatio, iterum cur rere ad idem oporteret sic per similitudinẽ uita nostra. Carceres enim in plurali dicuntur repagula, & fines illi, qui ante pectora equorum sunt, cum volunt currere. Virg. in j. Geor. Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ. Carcer autem locus est noxiorum. Calces enim dicunt fines, vt Hieron. In calce tuarum literarum vidi. [Quid enim] Adducit rationes, per quas cognoscimus non dolendum, sed gaudendum esse morte cum de malo ad bonum transeamus, & de mortalitate, ad immortalitatem. [Sed ha sa.] scilicet, aliquid commodi ipsa vita. [Habet tamen] scilicet, ad commodi satietatem, & modum idest, finem. [Non libet] Erant quidam stulti, indocti, & imperiti, qui cum ad senectutem venerant, dolebant & deplorabant dulcedinem vitæ actæ, dicebant nolle vixisse. multi habent contentionem, ut vulgus ignobile. [Hi docti] derogat auctoritatem testibus. [Pœnitet] Pœnam capio, & doleo a pœna dictum pœnitere, & illud autem. [Non natum frustra.] Et bene summus orator, summus imperator, & summus Senator fuit, ut diximus. [Commorandi enim] Exponit quid sit hospitium. Est enim in quo ad tempus quiescimus, aut propter cibum, aut propter pluuias, aut alias huiusmodi res, quod diuersorium dicimus. Id enim a diuertẽdo dictum, in quo diuertimus causa cibi aut pluuiarum, & cetera, aut quod ad ipsum diuersi homines vertãt. Domos autem proprium est habitaculum hominis. unde dicit, quod natura nobis dedit, non domum, sed diuersorium ĩ hac vita, quo per aliquot dies essemus. [Cœtum] multitudinem diuinam. [Colluuione] quadam sordium aggregatione. [Catonem meum] Filium de quo ante diximus. [Melior] quantum ad uirtutem. [Pietate] Est enim pietas erga parentes, & Deos. [Præstantior] quantum ad beneuolentiam, & claritatem, & gratiam patris. [Cuius] Filij. [Crematum] combustum, quod proprium est Romanorum. Nam ab ipsis est inceptum apud Latinos, ut corpora comburerentur mortua, unde secundum ritum Rom. inquit Terent. ad sepulchrum uenimus, in igne posita est. Cum enim in bello tot occidebantur, insepulta dimittebantur, & canibus & auibus cibus erant. Quare Rom. cœperunt ipsa corpora concremare, & genus sepulturæ erat iniectio pulueris. Fuit autem filij Cat. corpus a patre combustum, & secundum ordinem naturæ debebat prius corpus patris comburi, quod dicit, quòd contra debuit &c. [Ab illo] scilicet, Cat. filio. [Meum] corpus. [Animus] Filij Cat. [Respectans] Vehementi & feruenti quodam studio, & auiditate. [In ea loca] scilicet, ad campos Elysios, quo animæ beatorum ire putantur. [Quo] Ad quæ loca. [Quem meum casum] scilicet, mortem filij. [Visus sum] Vt euitaret arrogãtiam, inquit, visus æquo animo .i. libenter. Digressum & discessum, in quo differunt. quia digressus est de loco a quo, discessus uero est locum ad quem. [His mihi rebus] Rationibus & doctrinis, & uirorum clarissimorum exemplis, & est conclusio ad omnia quæ dixit. tripartita enim est conclusio, quam ἐπίλογον Græci nominant. Fit nanque, ut, inquit Cic. ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Genus autem huius conclusionis est per enumerationẽ. [Admirari solere] ut in princ. admirari soleo, cum hoc C. Læl. &c. [Quod] Miscet hic quandam anthypophoram, quia erant quidam philosophi, qui dicebant animum esse mortalem. [Libenter erro] quia sciebat se non errare, sed uidebatur illis philosophis errare. Ideo ait libenter. [Hunc errorem] .s. ut credam animos immortales, quia certè non est error, sed summa sapientia. [Extorqueri] per uim auferri. [Minuti] quasi nullius precij. vnde derogat auctoritati ipsius. [Philosophi mortui irrideant] quia cum sint mortui, & secundum corũ opinionem vna cum eis animus & sensus est mortuus, non poterunt me irridere. quia nihil sunt, & nihil sentiunt. [Extingui] Mori. [Homini] qui, ut ait Lact. natus est, ut deum cognoscat, cognitum amet, amato fruatur. [Optabile] eligibile. nam optare est eligere. Virg. in j. Aen. Pars optare locum, & concludere fines. [Suo tempore] quod iam uenerit ad summum ætatis. [Modum] Finem & mensuram aliarum rerum, ut uidemus in temporibus annorum quæ sunt quatuor. Ver, Aestas, Autumnus, & Hiems. quæ omnia modum habent. [Peractio] Complementum. Per enim plerunque in compositione perfectionem significat, ut perago, perficio, peroro. [Tanquam fabulæ] Comœdiæ, siue tragœdiæ, quæ per actus quinque sunt diuisæ, & in fine ipsorum uos plaudite dicunt, ego Calliopius recensui. quæ recita

ta semel

ta ſemel ſiquis itetũ à principio recitare inciperet, defatigatio
nẽ afferret,& nemo animo libẽti audiret, ſic eſt in uita noſtra.
[Adiuncta ſatietate].ſ.audiendi, & ſpectandi.[Hæc] Quæ dixi-
mus.[Vt]adiunctiua eſt,quę ſubiunctiuis verbis adiungitur,in
terdum uero cauſalis,plerunq; autem aduerb. ſimilitudinis ex
quo componitur utinam. unde ut,etiam pro utinã ponit Ho-
rat. in ij. O pater ò rex Iupiter, ut pereat poſita rubigine
ferrum. Nam fuiſſe erga me miti ingenio expertus ſum.
Et eſt etiam experiri tentare. Iuuen. Experiar, quid con-
cedatur in illo, Quorum flaminea tegitur ciuis, atque Latina.
Terent. Omnia prius experiri conſilio, quam armis ſapientem
decet.

QVARTA] purgat quartum obiectum dicens. Quarta
cauſa,vt augere.i.comprimere ſollicitudine,atque.i.habere no
ſtram.i.ſenilem ætatem ſolicitam, reſtat ſup. purganda,aut re-
futanda,uidelicet appropinquatio mortis, quæ.ſ. mors nõ po-
teſt certe abeſſe longe à ſenectute, ubi notabit puer omnia à
ſum compoſita datiuo gaudere præter abſum,cui frequentius
ablatiuum damus. O miſerum ſenem, qui non uiderit in tam
longa ætate, quantam dixit mortem eſſe contẽnendam.i. non
formidandam,quæ.ſ.mors aut eſt planè.i.omnino contẽnenda
tanquã nihil habens in nos poteſtatis,ſi extinguit omnino ani-
mũ,aut etiã eſt appetẽda ſi deducit eũ.i.animum aliquo.i.in ali
quẽ locum, ubi animus ſit futurus æternus. Quod ſi Ethnico
eſt perſuaſum,quãto magis Chriſtiano deberet mors eſſe in de
ſiderio?& ita in patientia,ut dicat cum Apoſtolo, Deſiderium
habeo diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Atqui.i.enim nihil certe po-
teſt inueniri tertium .i. medium. Nam aut extinguitur, aut
non extinguitur quilibet in morte animus, ſi non extinguitur
æternus eſt, ſi extinguitur nihil illi forminandum.uerum non
rectè concludit Cato, quia non ſequitur,æternus eſt futurus,
ergo beatus, & ita mors peccatorum peſſima. Igitur quid ti-
meam? ſi aut non ſum futurus miſer,quia nullus futurus ſum
poſt mortem, aut etiã futurus beatus, quãquam quis eſt tam
ſtultus quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum .i. pro certo
cognitum ſe eſſe uicturum ad veſperũ.i.donec veſperus,aut he-
ſperus oriatur,iuxta illud, Nemo tã diuos habuit fauentes cra-
ſtinum,ut poſſet ſibi polliceri.& illud, Quis ſcit an adijciant ho-
diernę craſtina ſummæ Tempora dij ſuperi. Et ſi ad tempora re
ſpicere volumus,etiam illud, Vigilate quia neſcitis diem, neq;
horam. Quinetiam illa ætas.ſ.adoleſcentiæ habet multo plures
caſus mortis,quibus in mortem incidat, quam noſtra.i.ſenilis.
probat ſic. Adoleſcentes incidunt facilius in morbos, & ægro-
tant grauius, & curantur triſtius.i. difficilius, & ita pauci ue-
niunt ad ſenectutem,quod niſi accideret.i.niſi pauci ad ſenium
peruenirent, hoc eſt ſi multi fierent ſenes,uiueretur.ſ. ab om-
nibus melius, & prudentius, quamubi tam pauci ſunt ſenes,ui
uitur. Enim pro quia,mens,ratio, & conſilium eſt in ſenibus,
qui.ſ. ſenes ſi nulli.i.non ulli,ſi non fuiſſent ulli etiã nullæ om-
nino ciuitates fuiſſent. Sed redeo ad mortem impendẽtem.i.ad
narrationem de morte impendente ſenibus. Quid .i. quale cri-
men .i. malum eſt illud ſenectutis cum uideatis eſſe commune
cum adoleſcentia,q.d. nullum: Ego ſenſi mortem eſſe commu
nem omni ætati .i. ſimili in optimo filio meo M. C. tum,ideſt
ſimul in Fratribus tuis ò Scipio expectatis .ſ. à P. R. ad ampliſ-
ſimã dignitatem, ſed ambo Pauli Aemilii patris adoptati ip-
ſius Scipionis filij mortui ſunt immaturi, alter paulo ante triũ
phum Macedonicum, alter paulo poſt. Ad .i. ſed dicitur ſup.
quo adoleſcens ſperat ſe uicturum diu,quod idem.ſ.ſe uicturũ
eſſe diu ſenex non poteſt ſpectare. Ad quod Cato. Inſipienter
ſperat ſup. id adoleſcens. Quod.n.eſt ſtultius,quam habere in-
certa pro certis?& habere falſa pro ueris?q.d. nihil. Senex ne ha
bet quid quod ſperet,q.d aduerſarius ſcio,quod non. Ad quod
Cato. At,ideſt ſed, ſenex eſt eo .i. tanto, uel iccirco meliore
conditione,ideſt qualitate, & fortuna uitæ conſtitutus, quam
adoleſcens, cum .i. quoniam aſſecutus eſt id.ſ.ſenium, quod
ille .i. adoleſcens ſperat ſe aſſecuturum. Sunt tamen qui uitæ
cupidi dicant optabilius eſſe diu victurum eſſe,quenquam,quã
uixiſſe. ſicut gulæ proceres dicunt præſtantius laute cœnatu-
rum eſſe quam cœnaſſe. Ille ſ.adoleſcens,uult uiuere diu hic.i.
ſenex diu, quanquam ò dij boni quid eſt diu .ſ. durans in uita
hominis?q.d. nihil,unde eſt Mezentii. Rhebe diu res,ſi qua diu
mortalibus ulla eſt, Vixi &c. Et illud Iob. Homo natus de mu-
liere breui uiuens tempore &c. Da ideſt concede nobis ſupre-
mum.i.maximum tempus uitę. Expectemus ætatem regis Tar
theſiorum.i.illorum populorum Hiſpanię. Fuit.n.ut uideo ſcri
ptum quidam.ſ.rex Arganthonius. ſ. nomine Gadibus.i.apud
Gades in ultimis locis Hiſpaniæ,qui regnauit annos 90.annos
80.uixit annos 120. Sed nihil videtur mihi ne quidem diutur-
num,in quo eſt aliquid extremum.i ultimum. Cum enim.ſ.ex-
tremum aduenerit,tum illud,quod ſubito elapſum eſt. Et qui-
dem.i.certe illud ſup.manet tantum,quod ſis conſecutus.i.qđ
obtinuiſti recte factis.i.bonis operibus. unde eſt illud Maro-
nianum, Stat ſua cuique dies breue, & irreuocabile tempus.
Oĩbus eſt uitæ, ſed famam extendere factis hoc uirtutis opus.
Horæ. uidetur dicere,quod a D. Auguſtino dictum habemus
non referre quandiu, ſed qualiter quiſque uixerit, cum incer-
ta ſit ratio temporis. Horæ quidem cedunt.i. recedunt a no-
bis, aut ſuccedunt,& dies ex horis, & menſes ex diebus, & annĩ
ex menſibus, nec tempus præteritum reuertitur unquam. nec
poteſt ſciri ſup.a nobis quid.ſ.temporis, aut rerum contentus
eo.i.ea parte temporis, quod.i.quam pars temporis datur. ſ.a
deo,& natura, & caſu cuique,i. cuilibet. Neque enim tabula.
i.comędia,aut tragœdia eſt data Hiſtrioni.i. actori peronato
per agenda ſolummodo in fine.i. ſuprema parte, ut placeat.ſ.
populo ſpectari, ſed ſup. probetur in quocunque actu. ſ. co-
mœdia fuerit.ſ. & ſi non niſi in primo actu ſpectetur. Nec ui-
dendum eſt ſapienti ad ipſius Hiſtrionis approbationem uſq;
ad plaudite.i. finem fabulę. Aut legamus potius uiuendum,vt
ſit,nec uiuendum eſt ſapienti uſq; ad plaudite.i.uſq; ad finẽ vi
tæ ſup.ut probetur. ſicut non eſt agendũ Hiſtrioni uſq; ad fi-
nẽ fabulæ priusq̃ probetur. Enim pro quia, tp̃s uitæ breue. i.
quãuis breue,eſt ſatis longum ad uiuendum bene, & honeſte.
Sin.i.ſed ſi proceſſeris longius.i.ultra florẽ ætatis non magis
dolendum eſt tibi,quam agricolæ dolent, æſtatemq; pro au-
tumno ueniſſe. & hoc ſuauitate.i, amœnitate t.p̃is uerni, qđ
in uere eſt,præterita.i.tranſacta. Enim pro quia, uer ſignificat
tanquã adoleſcentiã,& oſtendit floribus ſuis fructus futuros,
reliqua t.p̃a ſunt accommodata fructibus demetendis. i. deci-
piendis,aut percipiendis.i. utendis, ſeu fruendis. Aũt pro ſed,
fructus ſenectutis eſt,ut ſæpe dixi memoria, & copia.i.conſciẽ-
tia bonorũ. ſ. uerborũ, quæ ſunt recte facta partorũ ante.i. in
florenti ætate. Vero, ꝑ ſed,omnia quæ fiunt ſ̃m naturã ſ. nõ
deprauatam,ea ſunt h̃nda in bonis i.inter bona. Aũt, pro ſed,
quid eſt tam,ideſt tm̃ ſ̃m naturã,quã, ideſt quantũ mori eſt ſe
nibus?q.d.nihil. quod idẽ.ſ.mori contingit adoleſcentibus na-
tura aduerſante,& repugnãte. Itaq;.i.ita adoleſcentes vr̃ mihi
mori ſic,ſup.morit̃,aut extinguitur vis flammæ i.ignis tenuis,
cũ.i.qñ opprimitur,obruit̃ multitudinæ aquæ. Senes aũt', ſup.
vñr mihi mori ſic,ut ignis conſumptus deficiente combuſtibi-
li extinguit̃ ſua ſponte,& hoc nulla ui adhibita.ſ.extrinſeca. Et
quaſi.i.ferè quẽadmodum poma ſi ſunt cruda.i. uiridia, & im-
matura auelluntur,ut.i.uiolẽtia quadam ex arboribus in qui-
bus naſcunt̃,& decidunt.i.deorſum cadunt ſponte ſua, ſi ſup.
ſunt matura,& coacta. Si uis.i.uiolentia aufert adoleſcẽtibus
uitã,& maturitas aufert ſenibus uitã,q̃ ſcilicet maturitas uitæ
eſt quidẽ mihi?q.d.ut nihil de aliis dicã,tam iucunda,ut quod
ideſt quãto propius accedã ad mortẽ, eo ſup. magis uidear ui
dere terrã.ſ.à turbulento mari,& uidear eſſe venturus aliqñ.i.
tandẽ ex longa nauigatione in portũ.ſ.quietis æternæ,ut præ-
miſſum eſt. Senectutis aũt, &c. Cũ ſenectuti nullus ſit termi-
nus,expectãdus.demõſtrat eã animoſiorẽ eſſe, quã adoleſcen-
tiã,cũ ſemper parata ſit obire mortẽ,dicẽs. Aũt pro ſed, cũ cer-
tæ ætates,certo claudunt̃ termino,infantiæ terminus eſt, pue-
ritia,pueritiæ adoleſcentia, &c.ſenectutis nullus eſt terminus
certus,& uiuit̃ in ea recte quoad.i.quãdiu poſſis.i.quãuis poſ-
ſit exequi,& tueri.i.defendere munus.i.debitũ officij.i. ſenilis:
tamen,ideſt nihilominus, quãuis exequaris officiũ,poſſis con-
tẽnere.i.nihil pẽdere,nec timere mortẽ. Ex quo fit,ut ſenectus
fit ẽt aĩoſior,& fortior,quã adoleſcẽtia. Hoc eſt illud, quod re-
ſponſum eſt à Solone philoſopho,& legũ latore Athen. Piſiſtra
to tyranno, ideſt occupatori imperij Athen. cum dicit̃ reſpon
diſſe illi quærenti.i.interroganti,qua tandem ſpe.i.fiducia fre-
tus,ideſt confiſus,adiutus obſiſtere ſibi,ideſt tyranno, id quæ-
renti tam audacter. dicitur dico reſpondiſſe, ſenectute.i. quod
ſenectute fretus id faceret,ſed optimus finis uiuẽdi eſt cum ip-
ſa natura eadẽ quæ coagmentauit.i.perduxit uſq; ad conſum
mationem opus ſuum.i.ſtatũ hominis diſſoluit ipſum mente
integra ſup.adhuc,& in ceteris ſenſibus.ſ.exterioribus ſup.inte
gris. Vt.i.quemadmodum,idem conſtruxit, deſtruxit facilli-

me nauem, aut ædificium .i. structuram ædium, sic eadem natura, quæ conglutinauit.i.compegit, & consolidauit hominẽ, dissoluit hominem optimè conuenientissimè. Nam omnis cõglutinatio recens diuellitur ægrè difficulter, & inueterata.i. tẽpore labefactata, & penè excessa diuellitur d isrumpitur facilè .i. faciliter. Ita fit, ut illud breue reliquum.s. tempus, aut reliqua pars uitæ, quæ breuis est senibus, nec sit appetendum senibus auide, nec sit deserendum senibus sine causa, quæ Catoni minori nõ fuit satis æquè secundum D. Augustinum in De. ciu. dei. imò nulla sufficiens est, ut quis tædio uitæ sibi mortem consciscat, unde rectè dicitur à Marone Aen. 6. Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum Insontes peperere manu, lucemq; perosi Proiecere animas, quam uellent æthere in alto Nunc, & pauperiem, & duros perferre labores, Fata obstant. Ecclesia tamen celebrat sanctissimas mulieres, quæ ad seruandam pudicitiam, & fidei firmitatem ostendendã, semper subuersionem, finem uitæ inuenerunt, sed ad auctorem. Et Pythagoras uetat supp. quenquam decedere de præsidio.i. custodia corporis, quod animus tutatur, ut præsidium urbem, cui impositum est, & de statione.i. loco assignato, ut datur multibus in castris, aut muris, aut acie aperta, sed ut metaphoram aperiat. addit uitæ.s. tutandæ, iniussu.i sine iussu Imperatoris, idest dei, qui tale munus consignauit. Quidem i.certè eulogium, ut apud Vallam legimus eulogium .i. dictum expressum, & prouerbiale Solonis facetis est, quo negat se uelle .i. dicit se non velle mortem suam uacare i uacuam esse, & immunem dolore, lamentis oculorum, vult, vt dicit Cato. ut credo, se esse carum suis.s.amicis, & necessarijs. Bene dicit credo, quia potest etiam alia eius dicti ratio assignari, vt videlicet ideo uelit dolorem afferre, quod uita fuerit ei grata, & iucunda, & ita moriatur priusquam illis molestus esse cœpit. Sed haud scio an Enn. noster.i. Latinus poeta, aut nobis familiaris, uelimus censet mortem non esse lugendam dicens. Nemo &c. Ordo est, Nemo decoret.i. ornet me lacrymis, neque supp. quisquam faxit.i.faciat, instruat funera.i. pompam funebrem fletu.i.luctu, censet dico non esse lugendam, vtpote, quam immortalitas cõsequatur. Iam.i.deinceps loquar (est sensus moriendi) esse aliquando, quia sunt, qui dicant nullum esse, & mortem esse quasi æternum somnum.is.i. sensus durat ad tempus exiguum .i. modicũ præsertim seni. Autem pro, sed, sensus.i.sensio aut perceptio rerum est quidem post mortem, aut optandus, quia ut plerique uolebant esse omnibus animus æternus, & beatus, aut nullus sit, ut Epicurei dicebãt animus nobis, ut anima brutorum cum uita corporali extinguetur. Sed hoc. Reducit ad mores bonos, quorum maximus institutor erat mortis cõtemplationem dicens. Sed hoc debet esse meditatum .i. exercitatum ab adolescentia, ut negligamus mortem sine qua meditatione nemo potest esse animo tranquillo, quia anxio de morte. Enim pro quia, moriendum est.s. omnibus certè .i. indubitanter, quia nil certius morte, & nihil incertius, ipso die, quia nil incertius hora mortis. Igitur quis timens mortem impendentem omnibus horis possit cõsistere animo tranquillo? q.d. nullus, de qua .s. morte uidetur non esse opus disputatione ita .i. ualde lõga cum recorder non solum Iun. Brutum primum consulem Rom. qui interfectus est in conflictu cum hoste, quẽ ipse interemit in paatriam liberet à seruitute Tarquinij Superbi, & sup. non solum duos Decios.s.patrem, & filium, qui incitauerunt cursum equorum ad mortem uoluntariam. quia se se deuouerunt inferis pro salute patriæ, & exercitus. Non etiã solum M.Regulum Attilium, de cuius facto in iij. Off. latè disputatum est. Qui est profectus Carthaginem ad supplicium .i. cruciatum exquisitum, vt seruaret fidem datam.i. promissionẽ iuramento firmatam hosti.s.Carthag. populo. Non solũ duos Scipiones.i.Publium, & Cneum fratres, qui uoluerũt obstruere .i. occludere Pœ nis .i. Punico exercitui iter, uel i.etiam suis corporibus, quia fortè pro patria oppetierunt mortem. Non sup. solũm L. Paulum.s. Scipionem auum tuum ò Scipio, qui luit, idest persoluit, & tulit sua morte temeritatem collegæ i. consulis sui Terentij Varronis in ignominia .i. ignominiosa clade Cannensi .i. apud Cannas ab Annibale Romanis illata non sup. solum M.Marcellum, cuius interitum ne quidem .i.nõ etiam crudelissimus hostis.s.Annibal passus est carere honore sepulturę, sed scripsit in Originibus.i.in libro de Originib. legiones quid em.i.certè nostras.i.Rom. populi profectas sæpe animo alacri, & erecto in locum, unde arbitrarentur se nunquã redituras. Igitur quod adolescentes, & ij quidem non solum indocti, sed etiam rustici .i. agrestes contemnunt, id extimescent senes docti? q. d. id absurdissimum esse, sed inualidum esse argumentum, nisi probasset alus rationibus mortem non contemnendam, ab rusticis.n.& indoctis, non est sumendum exẽplum uitæ, aut mortis. Omnino, probat etiam uita satietatẽ esse debere dicens, Satietas uitæ facit omnino (ut quidem uidetur mihi) satietatem omnium rerum.s.ad istam uitam pertinentium. Certè i.sua, & propria, & determinata studia.i. exercitia cum studio sunt pueritiæ. igitur num.i.nunquid adolescentes desiderant ea? q.d. minimè. Et sunt etiam certa studia adolescentiæ ineuntis.i.incipientis, num, idest nunquid ætas iam constans uidelicet uirilir, quæ dicitur media, scilicet totius uitæ requirit.i.iterum quærit ea .s. quæ dereliquerit adolescentiæ studia? q.d. etiã minimè. Sunt etiam, sup. certa studia eius ætatis .s.constantis, & mediæ. de quibus Horat. in Arte latè disserit. nũ .i.nunquid ea quidem quæruntur in senectute; q. d. etiam nequaquã. Sunt autem quidem studia extrema, aut extremæ senectutis. Ergo ut studia ætatum superiorum occidunt, sic studia senectutis occidunt.i. finiuntur etiam. Quod, scilicet studia senectutis occidere cum euenit satietas uitæ, affert tẽpus maturũ mortis. Equidẽ, idest ego certè nõ uideor cur nõ audeam dicere uobis, quod ipse sentiam de morte, quod.s quod sentior ego uideor mihi videre eo, idest iccirco melius, quod ad usum propius, idest propinquius ad eam.s.mortem. Ego ò P. Scipio, tuq; C.Læli arbitror patres uestros uiros clarissimos, & amicissimos mihi viuere, & ea quidẽ vita, quæ est sola vita nominanda, scilicet vita æterna. Nã dũ, idest donec sumus inclusi in his compagibus, idest cõpactionibus corporis perfungimur quodã munere necessitatis, & graui, idest duro opere. Enim pro quia, animus cœlestis, idest cuius est cœlestis origo ex domicilio altissimo, idest patria cœlesti, est depressus quasi demersus in terrã, appositoriè locũ contrariũ diuinæ, cuius animus humanus particeps, quia Igneus est ollis vigor, & cœlæstis origo. Item, Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus Aethereos dixere &c. & æternitati, cum citra Lunam sit regio transmutabiliũ. Sed credo deos immortales sparsisse animos (D. tamen Aug. dicit, quod anima se infundendo creatur, & creando infunditur in corpora humana, ut essent quæ tuerentur terram autem dedit filiis hominum, qui dicit dominamini piscibus maris &c. quæ tango, ut gentilia, quæ per se parum habẽtia auctoritatis cõprobentur, quinque.i.quidem.(Sunt.n.duæ partes) contemplantes ordinem, & cœlestium s.corporum imitarẽtur eũ.s.ordinẽ modo uitæ.i. uiuendi atque cõstantia. Nec solũ ratio.i.argumẽtatio ac disputatio impulit me, ut crederẽ ita .s. vt dictũ est, sed etiã nobilitas, & auctoritas summorum philosophorũ: Nã audiebã Pythagorã, & Pythagoricos.i. sectatores Pythagorę plenè.i.quasi oẽs incolas nostros.i. Italicos, qui essent nominati quondã philosophi Italici nunq̃. dubitasse, quin hẽremus animos delibatos.i. formatos, aut poti⁹ tenui gustu ne haustos ex vniuersa mẽte diuina, Præterea.i. insuper demõstrabatur mihi quod Socr. disseruisset supremo die vitę.s. q̃ de immortalitate aiorũ.is dico Soc. qui esset iudicatus oraculo.i. rñso Appollinis, quod nõ dabatur nisi orãtibus, aut quod ore sacerdotis enũciabãt. vnde 6. Aen. Cessas in vota precesq; Tros ait, Aenea cessas. neque.n. ante dehiscẽt Attonitæ magna ora domus &c. qui inq̃ esset iudicatus sapiẽtissimus, sup. omniũ mortaliũ, aut primus sapiens. Quid multa sup. dicã? ego persuasi mihi sic, & ego sentio sic sup. esse, uidelicet animos immortales, & duinos, hoc est cũ tãta celeritas animorũ sit, & tãta memoria præteritorũ, & tã ta prudẽtia, quasi prouidẽtia futurorũ, & tot artes, & tãtę sciẽtiæ, tot inuẽta. sentio, inquam, eam naturã, quæ continẽt eas res.s.dictas, hoc est animũ hominis, non posse esse mortalem. Cumque.i.& cũ animus agitetur semper, nec habeat principiũ motus, quia ipse moueat se, nec habiturũ quidem esse finẽ motus.i. semper motũ esse, quia ipse nunq̃ sit relicturus se. Et cum natura animi sit simplex, neq; hẽat in se q.dq̃. admissum disparatque dissimile sui, sentio sup. cũ nõ posse diuidi, quod.s. diuidi in partes si nõ possit, sentio non posse interire, & esse magno argumẽto.i approbationi hoĩes scire pleraque.i. plurima anteq̃ sunt nati, id quidẽ erroneum, quia animæ non fuerunt creatæ anteq̃. infunderẽtur. Vtrũ tñ habent in se principia quædã sciẽtiarũ, per quæ vñr res quas addiscunt quodam modo reminisci. Quo inquã argumento, quod pueri iã cum discãt artes difficiles, ita celeriter arripiãt innumerabiles.s.scientias, ut videant non

non accipere eas. Tum idest tunc primum, sed reminisci.i.redu
tere in memoriam,& recordari, idest ad cor reducere, & uersa-
re. hæc sunt ferè Platonis sup. argumēta ad animorum immor
talitatem probandam. Autē pro sed, Cyrus maior.i. senior mo-
riens apud Xenophontem.i.in lib. quē de eo scripsit Xenophō,
dicit hæc. ò filij carissimi, nolite arbitrari me cum discessero à
nobis, fore.i.futurum esse, aut nusquàm.i.in nullo loco, aut
nullum i.rem nullam. Nec.n. uidebatis animum meum dum
eram.i.conuersabar uobiscum, sed essem, aut esset in hoc cor-
pore, uos intelligatis eum ex his rebus quas gerebam, Credito
te igitur eundem.s.animum esse, etiam si nullum uidebitis.s.
opus, aut iudicium animi. Nec uero honores clarorum uirorū
permanere per mortem si animi eorum ipsorum nihil effice-
rent. Quo.i.per quod teneremus diutius memoriam sui, qui-
dem.i.certè nunquam potuit persuaderi mihi animus, dum.i.
donec, aut quanto essent in corporibus mortalibus uiuere, &
mori, cū exissent ex his.s.corporibus mortalibus. Nec uero po-
tuit mihi persuadi animum esse insipientem, tum cum euasis-
set ex corpore insipienti .i. stolido, & mortali. sed sup. persua-
sum est animum, tum.i.tunc esse sapientem, cum liberatus om
ni admistione.i, contagione corporis, cœpisset esse purus, & in
teger. Atque etiam, cum omnis natura dissoluitur morte per-
spicuum.i.clarum,& euidens est, quo.i.in quem locum. Quæq;
i.quæcunque ceterarum rerum discedant. Enim pro quia, ab
essent super eo vnde sunt orta. Autē pro sed, solus animus non
apparet nec cum adest.s.in corpore nec cum abest, post sperat
idem. Iam vero, affertur id quod prius dixit parum sensus, esse
in morte, cum sit simillima somno; vnde & mortuam Creusam
illi comparauit Maro Aen. 2. dicens. Par leuibus uentis uolu-
criq; simillima somno. Ordo autem est. Vos filij mei videtis iā
nihil esse tam simile morti, quam somnum. Atqui, idest, sed cer
tè animæ dormientium declarant maximè suum diuinitatem.
enim pro quia, cum ipsi animi sunt remissi.s.à curis intensis,&
labori, ipsi prospiciunt, idest prouident futura multa. Ex quo,
idest quare intelligitur quales sup. animi sint futuri, cum rela-
xauerint se planè.i.omnino uinculis corporis. Quare si hęc sunt
in quem.s. animum docuerint uerè immortalem, colite me
propter animum participem diuinæ naturæ sicut deum. Sin.i.
sed si animus est interitus vna cum corpore, uos tamen ueren-
tes deos qui tuentur.i.protegunt, & regunt omnem hanc pul-
chritudinem, idest hunc ornatum totius mundi, qui Græcè
κόσμος.i.mūdus,& ornatus dicitur. unde & mundus muliebris
dicitur quidquid ad ornatum mulieris attinet, seruabitis piè,
& inuiolatè memoriam nostri.s. patris uestri, qui tale munus
nos à deo accepisse fatemur, ut animos immortales,& semper
cum deo futuros fortissimos. Cyrus quidem moriens sup. di-
xit hæc, quod Cato bene addit, ne uideatur à Scipione,& Lælio
postulare, ut se pro deo colant. Nos si placet uideamus nostra
.i.Romana, aut à nobis, seu à nostris excogitata. Nemo autem
Scipio persuadebit mihi, aut patrem tuum Paulum.i.Aemiliū,
aut duos auos Paulum,& Africanum.s.maiorem, aut Afric. fra
trem.i.P.Scip. aut patruum.i.patris tui fratrem, aut multos prę
stantes uiros quos non est necesse enumerare, esse conatos .i.
adorsos,& molitos tanta, quæ pertinerent ad memoriam po-
steritatis, nisi cernerent, idest viderent animo posteritatē posse
pertinere ad se. An censes, ut glorier, idest permittatur mihi glo
riari aliquid de me ipso more senum, me fuisse suscepturum.i.
voluisse suscepisse tantos labores diurnos,& nocturnos, domi
.i.tempore pacis. Cum domi,& in ciuitate essem,& militiæ.i.tē-
pore belli, cum foris agerem si essem.i.mihi persuasissem, quā
essem terminaturus iisdem finibus .i. terminis essem gloriam
meam, est terminaturus uitam.s.temporalem, q.d. nequaquā.
Et tamē si ita esset adhuc uirtus propter se esset amplexanda,
unde pulcherrimè dicitur apud Maronem Aeneid. ix. Pulcher-
rima primum Dij moresque dabunt uestri. Nōne fuisset mul-
to melius diceret Sen. quam non traducere ætatem ociosam,&
quietā sine vllo labore, aut cōtentione, q.d. uidetur sanè quod
sit. Sed uidetur qūo animus erigēs se prospiciebat porrò.i.lōgè
aut inspiciebat posteritatem semper ita, quasi cū excessisset è
uita.s. præsenti, esset deniq;.i.demum uicturus tūc, quod in De
Som. Scip. latius dicitur. Quod ni, nisi haberet se ita, ut animi
essent immortales, animus optimi cuiusq; haud.i.non niterētur,
idest nixu quodam moliretur maximè ad gloriam immortalē.
Quid sup. dicetur de hoc quod sapientissimus quisq; moritur
animo æquissimo, idest libentissimo, & stultissimus quisq; ini-
quissimo.i.amantissimo, nonne videtur vobis is animus.s. sapiē
tissimi uiri qui plus cernat,& lōgius, videre se proficisci ad me
liora. ille autem animus.i.stulti hominis, cuius acies.s.oculorū
sit obtusior.i.hebetior non uidere se.s.proficisci ad meliora. E-
quidem.i.quandoquidem aut certè efferor.i.extra me feror, &
trahor studio uiuendi in alia uita patres nostros, quos colui,&
dilexi.s.in hac uita. Neque vero habeo solum conuenire.i. con-
gredi ad eos quos ipse cognoui, sed etiam illos de quibus audi
ui,& legi,& ipse scripsi.s.in lib. Orig. Quo quidem, graphicè de-
monstrat auiditatem suam hinc ad maiores suos proficiscēdi,
ut quam prius commendauit maturitatem,& satietatem uitæ
sibi non deesse innueret, vnde dicit. Quo .i. ad quos quidem.i.
certè quis.i.aliquis retraxerit haud sanè, idest non multum fa-
cilè.i.faciliter me proficiscentem.i. pergentem, nec retorserit.i.
vi retrocedere coegerit tanquam pilam, quæ impulsa à contra
ludente retorqueretur. Quod si quis deus largiatur mihi, ut re
puerescam, idest iterum puer fiam, ex hac.s. senili ætate, & va-
giam sicut infans feceram in cunis.i. cunabilis, ego recusem.i.
renuam illud donum recipere valde.i.multum. Nec vero velim
decurso iam quasi spacio constituto ad metam uitæ percurren
dæ reuocari à calce, idest meta,& fine, sicut calx, seu calx est fi-
nis pedū ad carceres.i.principia cursus, vnde equi cursuri emit-
tebantur,& priusquam currerent arcebantur, unde dicti sunt
carceres, quasi coarceres. Enim pro quia, quid commodi habet
vita sup. ista? q.d. nihil quid potius non laboris habet? q.d. ni-
hil: etsi nihil. non habet ergo omnem laborem habet, sed hēat
sane sup. commodi. Tamen nihilominus habet certè.i. indubi-
tatè, aut satietatem.s. uitæ, & commodorum eius, aut mode-
stiam.i.temperantiam. Enim, pro quia, non libet mihi deplora-
re uitam, quod.i.quam rem multi, & ij .s. multi docti fecerunt
sæpe, ac pœnitet me uixisse, quoniam uixi ita, vt non existimē
.i.iudicem, aut censeam me natum frustra.i.nequidquam, hoc
est ad nullam utilitatem. Et ego discedo ex hac uita tanquam
ex hospitio, non tanquam ex domo.s.propria. Enim pro quia,
natura dedit nobis in hoc mundo diuersorium commorandī
.i.ad tempus morandi, ut in ædibus alienis, & in caupona mer
cenaria, ad quam diuertimur è via, vnde diuersorium dicitur,
non habitandi.i.tanquā propriā mansionē possidendi. O diem
præclarū, hoc dicto significat se mortē habere in desiderio, cū
proficiscar ad illud.s.nobilissimū consiliū.i.ordinē simul cōuo-
catorū,& ad illud cœtū, qui simul conuenerunt,& discedam ex
hac turba,& colluuione.i.cōtaminatione rerū. Proficiscar.n. nō
solū ad eos viros, de quibus dixi ante, sed ēt ad Catonem meū.s.
filium eius etiam prius memini, quo.s.Catone nemo est natus
vir melior,& nemo præstantior pietate.i. per pietatem. Cuius
corpus iam exangue est crematum à me.s. patre. quod decuit
sup. fieri contra.i.ecōtrario, ut corpus meū ab illo sup cremare
tur, aut meū sup. corpus cremari ab illo. Animus uero Catonis
filij huius nō deserens.i.penitus derelinquēs me, sed respectans
.i.frequenter respiciēs, atq; expectans discessit profecto in ea lo
ca, quo.i.à quo ipse cernebat.i.uidebat esse uidendū mihi.i. in
quo debeam venire pro meritis meis. Quē casum meū.s. quod
filiū sic præmiserim uisus sum ferre fortiter.i.forti animo, non
quod ferrū.i.pateret animo æquo.i. placido, ut mare dū ęquū
est quod æquor dicitur, placidū est aut æquo.i.indifferēti aīo,
& non magis cōmoto, sicut dicitur ab Horat. Aequā memēto
rebus in arduis Seruare mētē, nō secus in bonis &c. sed ipse con
solabar me existimās nō longinquū digressum, atq: discessum
fore.i.futurum esse inter nos. His mihi rebus. Tacitū facit epilo
gū, nā ad antedictorū memoriam habendā innuit cōclusurus,
vnde rata clausula opus illic habuit. hæc dicit ergo. O Scipio,
senectus est mihi leuis.i.facilis toleratur his rebus.i.rōnibus, do
ctrinis,& illustriū uirorum testimoniis, & cōscientia bene actæ
uitæ, te aūt Scipio cōpello,& alloquor, quia tu dixisti cū Lælio te
solere id admirari cū Lælio. Nec solum est senectus mihi non
molesta, sed etiā iucunda.i.delectabilis. Quod si ego erro in hoc
quæ credā animos hominū esse immortales, ego erro libenter
quia iucundius est talē errorem mihi persuasum esse, quā veri
tatē oppositā, si oppositū .s. animos vna cū corporibus perire,
uerum esset, nec uolo hūc errorē quo delector extorqueri.i. vi
adimi mihi, dum.i.tantisper donec viuo. sin.i.sed si ego, ut qui-
dam philosophi minuti.i.minus celebrati, ac authentici, cēsent
.s.existimant nihil sentiam.i.nullum sensum habeo mortuus.i.
vbi mortuus ero, nō uereor, ne philosophi mortui irridcāt hūc
errorē meū, cū nec ipsi sensum habeāt, quod si non sumus fu-

uuri immortales. tamen.i.nihilominus optabile est homini extingui suo.i. maturo,& opportuno tempore. Nam natura habet modum.i. mensuram,& certum finem uiuendi,ut sup. habet modum omnium aliarum rerum. Senectus autem est pera ctio.i.ultima,& consummata actio ætatis, tanquã.i.perinde ac quę esset peractio fabulæ.i.comœdiæ,aut tragœdiæ, cuius, scilicet ætatis consummatæ, & peractæ defatigationem , idest extremam lassitudinem , ita ut penitus defessi nihil amplius possumus,nos debemus fugere, idest non optare,præsertim satietate.s.uitæ adiuncta.i.ubi illa accesserit. Peroratio. Habui ò Scipio,& Læli,hæc quæ dicerem de senectute, ad quam utinã uos perueniatis,ut experti re.i.per rem ipsam possitis probare.i.approbare ea,quæ audisti ex me. s.satietatem uitæ esse senibus, & requiem in ante acta uita, si præclara,& honesta est, & id genus alia quæ non facilè inexperti persuaderi possunt.

FRANCISCI MATVRANTII.

Titulus huius opusculi est , M.T.C. Paradoxorũ liber. Paradoxa dicuntur præcepta admirabilia,quæ sunt præter opinionem hominum, qua ex re in hoc solo uerbo facit auditores dociles,& attentos. Dociles.n. auditores habebimus,si summam breuiter exponemus, breui quidem exponit se tractaturum admirabilia. Auditores attentos habere poterimus,si pollicebimur nos de rebus nouis,& magnis. Cic. enim inusitata, & noua in hoc opere dicturus est. uidens autem Græcos in sententijs præuidere,has admirabiles sententias: Socr. in Latinũ conuertere uoluit sermonem,ad hoc,ut Latini tãto non essent uacui bono. Absoluimus bene iuuante deo Cic. Officia, opus mea quidem sententia pulcherrimum , atque utilissimum omniũ, quæ ille edidit,non minus grauis,& diligens philosophus , quã uehemens, & consummatus orator. Et quoniam Stoicorum ille præcipuè laudat,& sequitur opiniones. (De honesto enim rectius,quam ceteri censerunt, ac dixerunt) haud ab re uisum est id nunc opusculum interpretãdum assumere , & officijs adiungere,quod in iisdem fermè uersatur præceptis. Cõtinent.n. κυρίας δόξας , hoc est maximè ratas Stoicorum sententias. quæ quoniam multitudini incredibiles uidebantur , & probari non facilè poterant, παράδοξα, hoc est præter vulgi opinionem sententia nominabantur. Et certè cum hæc mihi adiecta sit conditio,& ueluti lex proposita , vt semper aliquod Ciceronis opus, sed quodcunque deligere ipse voluerim, publicè profitear, ex tam varia librorum copia , quos diuina illa ingenii ubertas peperit,hoc ut admodum pusillum,sic instar gẽmarum , quæ breuissimi corporis preciosissimæ habentur, optimum & utilissimum usum est. Nam uitia acerrimè insectatur, & in sola uirtute beatitudinem consistere, manifestissimis argumẽtationibus colligit . Quo fit officiorum præceptis instructos si hoc ueluti compendium rectè uiuendi attente legere,& perdiscere uolueritis,uos ex bonis meliores euasuros mihi facilè persuadeam. M. Bruto hoc opusculum dedicauit Cic. quod ex ipsa inscriptione cognoscitur, quæ talis est , M, Tull. Cic. ad M. Brutum Paradoxa. Fuit is Seruiliæ, quæ soror Catonis ex matre erat filius. Et quoniam ardentissimè illam dilexit Cæs. quo tempore Brutus natus est,plures eum Cæs. existimauerunt filium. patrẽ habuit Brutum,eum qui Cisalpinam Galliam defuncto Sylla pro Lepido occupauit , sed à Pompeio Mutinæ obsessus , se illi dedit, cumq; is ad quoddam castellum iuxta Padum discessisset, occisus est. Cædis causa in Pompeium ipsum relata est. fuit itẽ Catonis gener, cuius filiam Porciam uxorem duxit. Græcos philosophos fermè oẽs attigit , nec ullius disciplinæ ignarus fuit. Platonicos tamen,& ueterem Academiam enixe coluit. Antiochum Ascalonitam Academicum ingenti admiratione obseruauit. Quanti eum fecerit Cice. ex multis cognoscitur operibus, quę illius iudicio subiecit, & nomini consecrauit. Cur uero Paradoxa susceperit Cic. ex hac præfatione cognoscitur. æmulari enim Catonem uoluit , ut tentare posset nẽ quemadmodũ ille sententias graues philosophorum alienas à fori , & curiæ consuetudine, ita tractare,& excolere oratione , ut à populo intelligerentur , & probabiles uiderentur . Estque arg. à minori ad maius. Nam si,inquit Cato, qui nulla penè dicendi copia utebatur,id tamen dicendo consecutus est,ut quæ proferret populo probabilia uiderentur . Quanto nos magis consecuturi idẽ sumus , qui non breui, & concisa , sed copiosa,& perpetua utimur oratione? Paradoxa cur uocentur , mox declarat , quoniam præter hominum sunt opinionem , ut si quis dixerit diuitias non esse bonas appellandas , neque appetendas. Cum tamen fermè omnes appetant. Si quis item Curium , aut Fabricium , qui pauperes fuerunt , & diuitias contempserunt, ditissimos omnium fuisse assereret , nemo non ex multitudine admiraretur . huiusmodi Paradoxa sunt. Cum quidpiam proponitur, quod præter hominum fuerit opinionem , & tamen ista esse uerissimis rationibus colligitur. Beneuolum,& attentum hac præfatione auditorem fecit, cum se commodius quã Cato, hæc Paradoxa probaturum populo ostendit, quoniam orationis utatur copia. Attentus auditor magis haberi non potuit,quam si ea promitteret multitudini se probaturum , quæ incredibilia uiderentur.

M. TVLLII CICERONIS PARADOXA SEX, AD M. BRVTVM.

ANIMADVERTI , Brute , sæpe Catonem , auunculum tuũ , cum in senatu sententiam diceret, locos graues ex philosophia tractare , abhorrentes ab hoc usu forensi , & publico ; sed dicendo consequi tamen , ut illa etiam populo probabilia uiderentur . quòd eo maius est illi , quàm aut tibi , aut nobis , quia nos ea philosophia plus utimur , quæ peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea , quæ non multum discrepantab opinione populari ; Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus,& ea sentit, quæ non sanè probantur in uulgus;& in ea hæresi est, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum , sed minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. sed nihil est tam incredibile, quòd non dicendo fiat probabile ; nihil tam horridum , tam incultum , quòd non splendescat oratione, & tanquam excolatur. quòd cum ita putarem , feci etiam audacius, quã ille ipse, de quo loquor. Cato.n. duntaxat de magnitudine animi , de continentia , de morte, de omni laude virtutis , de diis immortalibus, de caritate patriæ , Stoicè solet, oratorijs ornamentis adhibitis, dicere. ego uero tibi illa ipsa , quæ vix in gymnasiis , & in ocio Stoici probant, ludens conieci in communes locos , quæ quia sunt admirabilia , contraq; opinionem omniũ, ab ipsis etiã *paradoxa* appellãtur : tentare volui , possentne proferri in lucem.i.in forum , & ita dici, vt probarentur , an alia quædam esset erudita, alia popularis oratio. eoque scripsi libentius , quod mihi ista *paradoxa* , quæ appellantur, maximè uidentur esse Socratica : longeque verissima.

uerisſima. Accipies igitur hoc paruum opuſculum, lucu-
bratum his iam contractioribus noctibus; quoniam il-
lud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine appa-
ruit, & deguſtabis genus hoc exercitationum mearum,
quibus uti conſueui, cum ea, quæ dicuntur in ſcholis
thetinà, ad noſtrum hoc oratorium transfero dicendi
genus. hoc tamen opus in apertum, ut referas, nihil po-
ſtulo. non enim eſt tale, ut in arce poni posſit, quaſi illa
Minerua Phydiæ; tale tamen eſt, ut ex eadem officina
exiſse uideatur.

FRAN. MAT.

ANimaduerti,] Cato auunculus tuus ò Brute, quod
ego ſæpe animaduerti, cum in ſenatu ſententiam
diceret, locos & ſententias difficiles ex philoſophia
tractabat, easque ſic dicendo aperiebat, ut audito-
ribus perſuaderet. Idem mihi præſtare multo erit facilius. utor
enim maiore dicendi copia, quam Cato. Fuit is Cato Cenſori-
ni pronepos. Ex altero .n. maiore illius filio qui Saloninus co-
gnominatus eſt, nati ſunt L. Cato, & M. Cato. Is trib. pl. fuerat,
& præturam petens mortuus eſt. Ex eo autem natus eſt hic M.
Cato, de quo Cic. loquitur, uir prætorius, qui ſe Vticæ occidit.
Sermo eius nihil iuuenile, aut compertum habuit. ſed erat re-
ctus, plenus, & durus, quamuis lib. de Orat. cl. eloquentię ſe in
eo non deſiderare Brut. dicat. Etſi Stoici Architecti penè uer-
borum in dicendo inopes reperiuntur. Gratia uero quædam,
& attentio inerat breuitate ſententiarum. Vox illi fuit multa,
& abundans tono infracto, atq; inexauſto. Audiuit Antipatrū
Tirium, Stoicæ diſciplinæ hominem, Athenodorum cognomi-
ne Chordylionem Pergami commorantem adiuit. Tribunus
mil. cum eſſet ſub Gel. prætore bello ſeruili. effecitq;, ut ſe in
caſtra ſequeretur, cum tamen ille iam ſenex regum, ac princi-
pum familiaritates amicitiasq; refugeret. In ſenatum primus
ueniebat, ultimus abibat. Nonnunquam uero dum ceteri co-
gerentur ipſe ſedens toga circa librum obducta legebat. [Ani-
maduerti] Antiquè dixit, ut dij bene uortant, nunc magis ani-
maduerti dicimus. [Auunculum tuum] Fuit Cato ſocer, & auū
culus Brut. Auunculus uero matris frater eſt, patruus fratris.
īnde autem appellationem traxit, quod æquè tertius à me, ut
auus eſt, vel auunculus appellatur, quod aui locum obtineat,
& proximitate tuetur ſororis filium auct. Pomp. Feſt. Senten-
tiam diceret] Quod ſibi uideretur aperiret, cum de aliqua re in
ſenatu relatum eſſet. hoc .n. eſt ſententiā dicere. Locos graues]
Eſt locus ſedes argumenti, vel vnde ad propoſitam quæſtionē
conueniens trahit argumentum, eſt & materia, vel membrum
ac pars ſiue ſententia alicuius rei, ut hic, & lib. offi. iij. ubi ait Ci
ce. præſertim cum ſcribat nullum eſſe locum in tota philoſo-
phia tam neceſſarium. Graues] Difficiles. [Ex philoſophia] Mo-
rali per excellentiam intelligitur ſicuti in lib. Off. & in Rhet. ad
Herenn. cum dicitur. Et idipſum, quod datur ocij, libentius in
philoſophia conſumere conſueuimus. Abhorrentes] Alienos,
& maximè remotos. magis enim in ſchola, & inter philoſophos
quam inter ſenatores, qui plerunque philoſophiæ ignari ſolēt
eſſe, tractati conueniebat. Ad hoc uſu for.] Hoc eſt fori conſue-
tudine. In foro .n. cauſæ iudiciales ab oratoribus agebantur. Iu
diciale ergo genus tangit. Publico] In curia, uel ad Quirites, &
deliberatiuum genus ſignificat. Conſequi] Efficere ſiue obtine
re. Vt illa] Hoc eſt loci illi graues ex philoſophia. Etiā populo]
ἔμφασις, eſt. nam populus conſueuit plerunque eſſe indoctus,
cum inter iudices, & ſenatores ſæpe docti inueniantur. [Efficie
bat igitur dicendo] Vt indoctis etiam credibilia quæ dicebat, vi
derentur. Quod] Vt populo eiuſmodi res probabiles uideant.
Ego] Tāto. Maius] Difficilius. Tibi nobis] Qui maiore copia di-
cendi utimur. Ea philoſophia] Nouimus philoſophiam omnē
à Zenone Cittico primum trifariam fuiſſe diuiſam, in Phyſicā,
Ethicam, Logicam, hoc eſt diſſerendi rationem, hæc in Rheto
ricam ſcinditur, & dialecticam. Rhetorica, quæ eſt ars bene di-
cendi circa orationem uerſatur ad perſuadendum idoneam.
Dialectica uero circa orationem, quæ interrogatione, & reſpō-
ſione conſiſtit. Quocirca idem Zeno omnem uim loquendi in
duas partes diſtributam eſſe oſtendens. Rhetoricam palmæ,
Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loqueren
tr Rhetores, dialuectici uero compreſſius. Cum ergo dixit, ea
philoſophia utimur, quæ parit copiam dicendi, logices, hoc eſt
diſſertiuæ. partem ſignificauit rhetoricam. ſ. quæ oratorū eſt,
qui perpetua oratione utuntur, quod etiam philoſophus fre-
quenter facit. [Plus] Quoniam ea quoque utimr oratione in-
terdum, quæ poſita eſt in dialogis, in quibus ſermo omnis in-
terrogatione, & teſponſione, uerſatur. [Quæ pe.] Dico rheto-
ricam ſignificat, quæ eſt dicendi copia. Et in qua dicuntur ea.]
In hoc dicet à philoſopho orator, quod ille demonſtrationibus
utitur, & non niſi uera probare contendit, cum orator probabi
lia, & uerisimilia perſuadere ſatis habeat. eſt autem credibile,
quod ſine ullo teſte, auditoris opinione confirmatur hoc mo-
do, nemo eſt qui non liberos ſuos incolumes, & beatos eſſe cu-
piat. probabile uero eſt, quod ferè ſolet fieri, aut quod in opi-
nione eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinē,
ſiue illud falſum eſt, ſiue verum, vt ſi mater eſt diligit filium. ſi
auarus eſt negligit iuſiurandum, probabilia hæc ſunt, quibus
populus facilè aſſentitur. poſſunt tamen falſa eſſe, nā & multę
matres oderunt filios, & plures auari inuenti ſunt, qui perfectè
cuſtodierunt iuſiurandū. Cato autem &c.] Stoicam ſectam, &
amplexus eſt ab ineunte ætate Cato, & conſtantiſſimè ſemper
fouit omnia Stoicorum dogmata aſſerens, nec loquebatur tan
tum, ſed etiam viuebat, ut Stoicus. Quod apud Plut. in eius ui-
ta, & apud ceteros hiſtoricos diſcimus, qui de eo loquuntur.
Idem exitus quoque eius oſtendit. Nam ſe Vticæ occidit, & mo
ri maluit, quam turpiter, & in ſeruitute uitam ducere. Stoici
autem prius vocati ſunt Zenonij, deinde ex porticu Piſianacta,
quæ, & Pœcile, hoc eſt uaria nominata eſt. Stoici ſunt appel
lari. In eam .n. ſe recipiens Zeno docere ſolebat, ϛοὰ uero Græ-
cè, Latinè dicitur porticus. [Non plane probantur in uulgus.]
Hoc eſt incredibilia uidentur multitudini. Non .n. aſſentiri fa-
cilè poſſunt imperiti, cum audiunt, paruam eſſe, ut magnam
culpam, & omnes ſapientes liberos eſſe, etiam ſi in cōpedibus,
& carcere detineantur. quæ enim uera libertas, & quæ uera ſer
uitus ſit uon cognoſcunt. In ea hæreſi] Licet noſtri Theologī
malam opinionem hæreſim accipiant, & hæreticum uocent,
qui contra dogma chriſtianum ſentiat pertinaxq; admodum
ſit in ſua opinione, proprie tamen electio eſt, vel ſecta, aut op-
tio, αἱροῦμαι .n. eligo eſt, ſeu uolo, αἱρεσιάρχης princeps ſectæ,
eam uero ſectam dici aiunt, ut Laertius ſcribit, quæ rationem
aliquam iuxta, id quod apparet, & in promptu eſt, ſequitur, aut
ſequi uidetur. Nouem autem philoſophorum ſectas fuiſſe idē
auctor oſtendit. [Quæ nullum ſequitur florem orationis] Stoi
ci, & ſi de rhetorica multa dixerunt, & architecti penè fuerunt
uerborum, vt ait Brut. lib. de cl. orat. traducti tamen à diſputā-
do ad dicendum inopes reperiebantur. Copioſam .n. orationē,
quod etiam Laertius ſcribit aſpernati ſunt, dialecticam uero
tāti fecerunt, ut dialecticum ſolum eſſe ſapientem dicerent, &
dialecticæ expertem in oratione ſine lapſu eſſe non poſſe. Ora-
tione autem utebantur conciſa, quam conſtare dicebāt ex ma
xima aſſumptione, & concluſione hoc modo dies eſt, lux eſt.
Dies autem eſt aſſumptio, concluſio, lux ergo eſt. erant autem
huiuſmodi orationem aliæ ueræ, aliæ falſæ, & ueræ quidē quæ
ueri colliguntur, ut ſi uirtus prodeſt, vitium nocet. falſæ autem
quæ falſum aliquid concludit, ut ſi dies eſt lux eſt. dies aūt eſt,
viuit ergo Dion. erant, & aliæ Stoicorum orationes, vt poſſibi
les, & impoſſibiles, neceſſariæ, & non neceſſariæ, de quibus Dia
lectici loquuntur Cic. lib. 4. de fin. bon. & malorū ad Cato. Stoi-
corū loquens. Peripatetici inquit, & Academici ipſa illa, quæ
ſubtiliter diſſerēda erāt, polire apteq; dixerunt, tamen diffiniē-
tes tum partientes, vt noſtri ēt, ſed uos ſqualidius. illorū uides,
quam niteat oratio Neq;] Dilatat arg. quod orator facit. Nam
cum tripartitus ſit ſyllogiſmus, ut dictū eſt Rhet. quinq; patria
utitur argumētatione, quæ cōſtat propoſitione, ratione, ratio
nis confirmatione, exornatione, cōplexione quod apud Rheto
res diſcimus: [Minutis interrogatiunculis] Hoc eſt breuius enū
ciatis. Quāuis interrogatio differat ab enūciato, qđ Greci ἀξίω
μα appellāt, & aut negās eſt, aut affirmās, aut verū, aut falſum,
vt dies eſt, dies nō eſt. hō de ſubſtātia, hō eſt aſin'. Interrogatio
vero reſpōſionē requirit. vt ſi dicā putas dies eſt. Interrogatiun
culis āt dicit Stoicos vti. Nā ſic differētes ab aduerſario q̄rere ſo
lebāt. putas qđ honeſtū ſit id ſolū bonū eſſe? putas ī quo virtus
ſit, ei nihil ad bñ beateq; viuēdū deeſſe? Qđ ſi negatū fuiſſet cō
tra negātes diſputabāt. Quaſi pūctis] Adeo .n. breuis, & cōciſa
eſt dialecticorū oratio, vt quaſi pūctus q̄ dē eſſe videat, q̄ à Stoi
cis diffinitur linę, finis, notaq; minima. Qđ ꝓpoſuit] Fer maxi-
mā, & aſſumptū, vt ſi dies eſt, lux eſt. Efficit] Cōcludit, lux ergo

est,conclusio autem est qua maxima,& assumptum probatur. paucissimis ergo verbis quasi punctis efficiebant, quod intendebant. Nam diuidi eiusmodi argumenta uix poterant, sicuti & punctus,quoniam res minima est,insecabilis est.[Sed nihil] Contra accidit oratoribus,qui & dilatant argumentum, & similitudinibus,atque exemplis utuntur, efficiuntq; copia orationis,ut quæ per se incredibilia sunt,credibilia uideamus.credibile,& probabile pro eodem accipit Cice.differunt tamen,vt supra diximus.[Horridum]Asperum,difficile. Incultum] Inornatum per se. Splendescat] Ad horridum respicit. Excolatur] Ad incultum. Oratione] Est enim ut Academici dicebant,domina rerum eloquendi uis, quæ efficit, ut ea quæ ignoramus addiscere,& quæ scimus alios docere possimus.Quod cum ita putarem] Nihil.s. esse tam horridum, & tam incultum,quod non splendescat,& excolatur oratione.Audacius] & cur audacius fecerit,statim subiungit,quoniā difficiliora, & minus credibilia attigerit, & probabilia populo efficere tentauerit, eloquentiam extollens. Duntaxat] Solummodo Horat.simplex duntaxat,& unum.hæc particula idem significat,quod solum, nec recipit post se,sed,ut,solum.Cic.pro Deiot.quod ipsum,& si non iniquum est in tuo duntaxat periculo. De magnitudine animi]De fortitudine,quæ est pars honesti, & considerata periculorum susceptio,ac laborum perpessio, cuius partes sunt magnificentia,patientia,perseuerantia.De continentia]quam Stoici dicebant esse affectionem inuiolabilem rectæ rationis, siue habitum voluptatibus insuperabilem, est pars temperantiæ.Quæ sic diffinitur,Temperantia est rationis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus animi firma,& moderata dominatio.De morte]quæ pro salute patriæ & pro honestate cōtemnenda est, quam qui non timet verè fortis habetur. Nam fortitudo circa terribilia uersatur,m ors autem ultimū est terribilium,quod ait Arist.De dijs immortalibus] Dicebant Stoici duo rerum omnium principia esse, faciens uidelicet ac patiens, & quod patitur sine qualitate esse substantiæ materiā, quod autem faciat deum esse,quòd in ipsa sit.hunc.n.sempiternum per ipsum singula creare, vnumquodque deum esse, ipsumque & mentem,& fatum,& Iouem multisq; aliàs appellari nominibus,ijdem deum esse,dixerunt animal immortale rationale perfectum,siue intellectuale beatum, à malo omni remotissimum,prouidentia sua mundum, & quæ sunt in mūdo disponens omnia,non tam inesse illi humanæ formæ lineamēta,ceterum esse quidem opificem immensi huius operis, & ueluti patrem omnium, qui hominum uitæ consuleret, ac prouideret, à quo fruges,& reliqua,quæ terra parit tempestates, tēporumq; uarietates humano generi tribuerentur.auct.Laert. & Cic.lib.de Deorum nat. ex quo ad dei cultum hortabantur, quos secutus Virg.terræ cultorem sic adhortatus est.In primis venerare deos, Pythagoram secutus, qui ait, ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται τίμα. De omni laude uirtutis] Quam Stoici dicebant affectionem esse consentientē, & ipsam propter seipsam esse virtutem non ob metum aliquem,aut spē aut aliquid eorum,quæ sunt exterius,inq; ipsa constitutā esse beatam uitam,& uirtutem aliam quidem communiter omnibus perfectionem quandam esse veluti statuæ, aliam inuisibilem ueluti sanitatem,aliam speculatiuam,& intelligibilem, ut est prudentia, docibilem præterea esse uirtutem, idq; eo cōstare,quòd boni ex malis fiant.Panæt, duas posuit uirtutes,cōtemplatiuam,& actiuam.alij tres, rationalem,naturalem,moralem.Quatuor Possidonius,prudentiam,iustitiam,magnanimitatem, continentiam, & has primas esse, reliquas uero his subiectas. Prudentiam diffiniebant scientiam malorum,ac mediorum.Iustitiam,scientiam eorum,quæ eligenda sunt,quæq; fugienda,quæq; sunt media. Magnanimitatem,scientiā, quæ animum faciat celsiorem omnibus, quam contingere possint æqualiter bonorum,ac malorum. Cōtinentiam uero affectionem inuiolabilem rectę rationis, siue habitum uoluptatibus insuperabilem.De caritate patriæ]quæ quia una mens omniū caritates complexa est carissima esse debet, quam non tueri pręter officium esse dicebant Stoici. Idem accessurum ad remp. sapientem affirmabant nisi quid impediret, & uitia propulsaturum,& ad uirtutem exercitaturum ciues suos. omnia denique facturum,quæ fieri pro patria honestas postularet, & ipse Cato ubi pater erat urbisq; maritus,ut ait Lucan.Iustitiæ cultor rigidi seruator honesti in commune bonum.Stoicè]Breui, & inculta oratione.Ego uero]Cōtra se fecisse dicit, & quæ difficillima erant ita excoluisse oratione, ut communia, & penè uulgaria uiderentur. Quæ in gymnasijs] hoc est in schola, & inter philosophos in loco priuato non publico,& apud multitudinem,cui quidem imperitia,plerunque est difficilius aliqd probatur quam illis,qui totos dies in gymnasijs,& schola conterunt.Et est argumentum à difficiliori. Nam si uix probantur in gymnasijs,multo minus in publico posse probari uidentur. Gymnasia autem propriè loca sunt in quibus nudi,ut in palæstra exerceri solebant,ponuntur tamen pro omni loco in quo, vel corpus laboribus,vel animum studijs quispiam exerceat, & Platonis Academia,& Arist.lycium,gymnasia sunt uocata γυμνάζω est exerceo, & γυμνάσιον exercitatio, & γυμναστὴς pueros exercens,[Et in ocio] ἐν τῇ σχολῇ hoc est in schola,quæ ociū Latinè dicitur,& vacatio σχολάζω.n.unde schola uaco,& ociosus sum significat.Nouimus autem ocium literarum esse,cum à labore corporis cessantes studiis tantum intenti sumus. Ludens] Veluti per ludum scribens,unde ludum maiores nostri appellauerunt locum ubi pueri erudiuntur,quoniam cum studia discendi uoluptate constent, ut ait Quin. ueluti ludus quidam, & delectatio susceptus in studijs labor esse debet,& Virg.ait ludere,quæ vellem calamo permisit agresti. Conieci in communes locos]hoc est contuli in sententias,& materiam penè communem,& uulgarem,cum difficilis prius esset,& uix à philosophis inter philosophos probaretur. Apud rhetorem loci cōmunes aliud significant.Quę quia]Interpretatur qui Paradoxa significent. Nam sic dicunt, quod sint præter opinionem hominum, παρὰ.n præter, & δόξα opinio est.In lucē proferri] Hoc est in apertum, in communem omnium utilitatem. An alia quædam erudita,]Omnino est,quæ non nisi à doctis percipitur.At uero popularis est,quam etiam populus comprehēdit, & idem penè dicit,quòd paulo ante tētare se uoluisse,possent, ne quæ inter eruditos disputarentur,etiam populo, & multitudini persuaderi.Erudita ergo oratio philosophorum est,quę inter eruditos tantum habetur,& non uerisimilia, sed ueram complectitur.At uero popularis, quoniam ad rudes habetur, credibilia plerunque, & probabilia sequitur, Eoque]Ideo. Hos lo.]Has sententias.Socratica]Hoc est Socratis,& à Socrate manantia.Socrates Sophronisci lapidarij,& Pharnactæ obstetricis filius Atheniensis,primus oratoriæ cāpos aperuit. Et animaduertens naturalis speculationis fructum nullum esse, eamque ad officium uitæ minimè necessariam, Ethicam primus inuenit,deq; illa in officinis,& in publico continuè disputans,ea potius inquirenda hortabatur,quæ mores instruerent, & quorū vsus domi esset necessarius. ubi Homeri testimonio bonum bonis malumq; nascitur,hunc Socratici reliqui, sed in primis Plato secutus est,qui multiplicem illius disputandi rationē rerumq; uarietatem, & ingenii magnitudinem,memoriæ & literis consecrauit.ipse,n.Socr.nihil scripsit, Idem dicebat solā uirtutem bonum esse.Cetęra uero minimè bona appellanda, ut diuitias,quoniam non minus noceant,quam prosint. oēs præterea bonos beatos esse &c.huiusmodi de quibus Cic. multa li. v.Tusc. quæst. Stoici qui à Zenone Citieo fluxerunt Socratici penè fuerunt,& in disputatione de moribus, Socratem secuti sunt.Cuius in omnibus operibus suis, quæ ad philosophiam pertinent,sed pręcipuè in Off & Tusc.quæst sentētiam semper prætulit Cic.Lucubratū.]Ad lucernā elaboratū noctis tēpore, quādo pinguiore,ut sic dixerim, fuerimus ocio,& Iuuen.ait, Venusina digna lucerna.Cōtractioribus noctibus]significat appetēte uere,uel in exacto hæc se scripsisse,quādo noctes breuiores esse incipiunt,& dies lōgiores. Cōtra accidit in hieme inter dū uacuus esse Cic.nō poterat.defendendis.n.amicis occupabatur. Nam ipse ad Q. Fratrē sic scribit,nullus est penè dies, quo non dicā pro reo.[Quoniā illud maiorū uigiliarū] Quasi excusat breuitatē,& nō posse ob eā conqueri Brutū innuit. Quippe āplixū opus ante acceperat,Tusculanas.s.quæstiones,aut librū de Fin. malorum,& bon.[Maiorū]Vigiliarum. Nā in scribēdis illis voluminibus,& vigiliis opus fuit,& labore nō modico.[In tuo nomine]Tuo.n.nomine susceptū est,& tibi dedicatū.[Degustabis]Quia breue est opus. ueluti ad gustū accedat nō ad satietatē.[Mearum exercitationū]Ad philosophiā.n. me refero. Cum aliquid datur ocii, vt ea,quæ philosophi propria sui officii esse dnr,ad oratoriū munus transferam. scribit hoc multis in locis Cic. à philosophis accipere se materiā,qua ea,quæ in foro ieiunius dicebantur locupletiora redderet, & quodāmodo illustraret.& idē in lib. de orat. pcipuè philosophos legēdos futuro

turo oratori persuadet. Quæ dicuntur in scholis θετικά, Hoc est possessiua propria.s. & priuata ipsorum philosophorum, sicuti ipsi dicunt. Exẽpli gratia propria.s. & priuata opinio Stoicorum, uirtus est summum bonum, diuitiæ uero bona sunt neutra. Item parua, ut magnã culpam. propria Epicureorum opinio fuit uoluptatem esse summum bonum, dolorem summum malum. & Peripapetici triplicem, Platonem secuti, faciebant bonorum diuisionem, ut essent bona animi summè, sed non sola, bona corporis, & bona externa huiusmodi opiniones, quas κτητικά hoc est possessiua, seu possessas, & κυρίας δόξας, idest proprias, & maximè raras appellant Græci in usu forensi, & oratoria consuetudine solitum se usurpare scribit Cic. cũ proprias philosophorum sententias suis orationibus inscribebat, quæ illi subobscurè differebant adhibito dicendi nitore populariter tractabat. [In apertum] ut ab omnibus spectari, & legi possit, quasi in loco aliquo eminentiore positum. [Non.n. tale est] Rationem subiungit, cur non magnopere cupiat hoc opus in publicum referri, quia non eiusmodi sit, ut spectandum omnibus proponi possit, sicut egregia opera in locis eminentioribus poni consueuerunt, ut ab omnibus spectentur, & Minerua Phidiæ miro artificio perfecta in arce collocata est Athen. Illic.n. templum erat Palladis. & Virg. ait, Pallas quas condidit arces Ipsa colat. Fuit Phidias Athen qui ante omnes sculptores floruit Olympiade 38. circiter 300. urbis anno, Iouem Olympium ex ebore, & auro fecit, quem nemo æmulatus est. fecit & Athenis Mineruam ex ebore, quæ fuit ἐν ἰῷ παρθενῶνι posita, & eam quæ in arce collocata est Tenens altera manu lãceam, altera scutum, in quo adeo artificiosè nomen suum inscripsit, ut deleri non posset quin totum opus deleretur. [Nõ] Eiusmodi, inquit, nostrum opus est in Phidia, quod propter egregiam pulchritudinem in arce locari meruit. [Illa] Emphasim habet, tam perfectè absoluta, & tantæ apud omnes celebritatis. [Ex eadem officina] Ex qua cetera opera tibi dedicata manarunt, hoc est ab auo eodemq; ingenio nostro perfecta, & q.a de opere statuarij locutus erat, uocabulum retinuit similitudinis, officina locus est vbi fabri opera sua conficiunt, ab efficiendo dicta. operibus autem suis signum imprimere solent opifices, ut cognoscatur ex qua officina sunt profecta, taberna non idem est, quod officina. nanq; in officina sunt opera. in taberna uenduntur. Quæ sic à tabulis appellatur. ex tabulis enim conficiebatur. Et Iuuen. ait, postquàm omnis vbique Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.

OMNI BONI. ANIMADVERTI, Bruti] Scribit autem hoc opusculum ad Brutum inter Rom. uirum clarissimum, & omni uirtute prædium. de quo dicebat Cæs. quod dignus erat qui post ipsum succederet imperio, tamen causa fuit, & auctor mortis ipsius. sensus enim est. O Brute consideraui Cat. auunculum tuũ dicere sententiam in senatu, qui aliqua Paradoxa, & admirabilia persuadebat populo, quoniam in elegantia ornatus non esset, quanto magis nos qui sumus eloquentes Paradoxa plebi persuadere poterimus, & admirabilia facere credibilia cum nostra copia dicendi? [Cato] Quem post mortem Vticensem appellauerunt. [Auunculum tuum] Br. erat natus ex Seruilia sorore Cat. [Sententiam dicere] opinionem suam de rebus gerendis diceret. [Grauis] Magnæ auctoritatis. [Vsu forensi] consuetudine dicendi, quæ uersatur in foro iudiciali, & tangit genus iudiciale, quod tractabatur in foro. [Et pub.] idest Senatorio. in senatu enim deliberabatur de rebus faciendis, ideo tangit genus deliberatiuum. Demõstratiuum non erat in tanto precio, sicuti sunt alia duo. Inquit igitur Cic. quod Cato proponebat aliqua Stoica, & philosophica in senatu, quod abhorrebant à consuetudine orandi, & tamen probabilia faciebat populo. [Quod eo maius est illi] Tanto difficilius Cat. suas opiniones probabiles efficere, quod dicendi arte carebat, quam tibi.s. Bruto, qui eloquẽtissimus fuit, de quo Cæs. dicebat, oraret Brutus, quod ipse uult nimium. i. orando uult Brutus. Dicendi copiã] Diffinit quid sit Rhetorica.s. copia dicendi. [Mea sententia] uidetur capere ipsum, qui bonus philosophus est, sed artem dicendi non habet. [Quæ non rectè probantur in uulgus] Sola uirtus apud Stoic. appellabatur, diuitiæ non sunt bona quas bonũ vulgares uocitant. [In ea heresi] .i. secta αἱρέω eligo. [Sequitur florem orationis] Nulla habet argumenta dicendi. [Neq; dilatat argumentum] Erat de secta Zenonis, qui dicebat quod pugno clausus erat similis dialecticæ, & Rhetoricæ manus aperta correspondebat. [Interrogatiunculis] Dimin. eligit, ut bene cõtemnat argumenta illa, qua ex re beneuolentiam ab aduersariorum persona captat, ducendo eos in contemptionẽ, suasq; sententias extollendo. [Efficit] .i. concludit, perficit; quòd proposuit minutis interrogatiunculis [Punctus] Siue punctum, nam utrunque dicitur, quia est rotundus, eodem modo cõclusiones Cat. & aliorum dialecticorum diuidi non possunt propter breuitatem suam, sed oratores dilatant argumenta sua, & quamuis sint incredibilia, tamen multis ornamentis, similitudinibus, & exemplis faciunt probabilia. [Probabile] .i. incredibile, & est uocabulum Rhetoricum. [Splendescat] Ad illum horridum est relatum. [Purgat, & colorat] Refertur ad illud incultum. Quod.s. eloquentia facit omnia obscura lucida, hic fecit argumenta audacius ipso Cat. [De magnitudine animi] Quæ est periculorum aggressio. [De continentia] Quæ est frenum contra libidinem. [De morte contemnenda] Pro patria. [De diis immortalibus] quæ religio dijs habenda sit. [Stoicè] ac si dicat seuerè, ac ieiune. sola.n. virtus bonum esse appellandum ab ipsis Stoic. putabatur, & si quis esset in tormento bonum habere diceretur, dummodo eam uirtutem habere uideretur. Ideo dum Cic. Murænam defenderet deridebat Cat. dicendo, iudices audite hunc hominem, qui dicebat, quod atque peccat, qui occidit patrem, & Gallum gallinaceũ, hæc erat opinio Stoica, ergo uero ostendit, quod tentare uult describere, & sua eloquentia aperta, & probabilia argumenta efficere, quæ à Stoici uix probari possunt. [Ludens] Leuiter describens. non.n. magna diligentia scribens. [In communes locos] .i. sententia generales. Nam præcepta quæ tractantur hic pertinent ad omnes, primo erant priuata. i. solum Stoicorum sententiæ. Sed copia dicendi mea fuit publica, & ad omnes pertinent, loci communes dicuntur, ut si dicerem, Socrati est adhibenda fides. [Quæ uix] Cum magno labore, probat hic, quia arte dicendi carent. [Gymnasio] .i. studio, Gymnasium duplex.s. corporis, & animi. [Ocio] .i. literario ceteris remotis rebus. [Admirabilia] Declarat quid sint paradoxa, auditorem attentum reddens. [Ab ipsis] .s. Stoicis, & grandibus philosophis. [Tentare uolui] quasi rem nouam. Expertus n. est, quæ solis in scolis disputabantur in apertum, & lucem educere. [Possent ne proferri] Diximus ante expositionẽ, quod duplex fuit intentio Cic. ptiuata, & publica. hic uero uoluit hæc paradoxa transferre causa hominũ hoc audientium. Vel forum] Vbi causę forẽses tractantur. Vult igitur tentare si hæ generales sententiæ, in foro probari possent. [Frobarentur] Crederentur. [Alia quædã esset erudita alia po.] Popularis oratio debet esse clara, & aperta, ut à quocunque intelligatur. [Erudita] Pertinet ad homines doctos, ac si tam apertè dicam, ut quilibet intelligatur. [Hos locos] .s. sententias generales. [Esse Socratica] Socr.n. primus fuit, qui philosophiã moralem inuenit, de quo dicit Cic. traxisse philosophiam de cœlo. [Lucubratum] Ad lucernam confectum, & vigilatum. [Contractioribus] Breuioribus, ideo opus conuenit tẽpori. breues sunt noctes ad studia, breuis, & libellus. [Illud mu. ma.] ui opus Tusculanarum quæstionum ad hunc Brutum directum fuit, quod in lõgioribus noctibus, & studio maiori Tullius lucubrauit. [In tuo no.] quia descriptio ad Brutũ est ipsum. Exercitationum mearum] Tangit priuatam curam Cice. ut suo prodesset ingenio, se exercebat. [Quibus uti consueui] semper uigilabat in conficiendo, & nouando aliquid, ut transferret. Transtulit enim æconomica Xenoph. ideo dicit. Quibus uti consueui. [Cum ea quæ dicuntur in scholis] quæ tractantur ab ipsis sectis philosophorum sunt propria. & priuata ipsorum philosophorum hoc modo. Virtus est summum bonum, hæc est possessiua propria Stoicorum opinio, quod autem diuitiæ sint commoda uirtutis, hæc fuit Peripateticorum cõmoda sententia. Epicurei uero in uoluptate corporis summum bonum esse affirmabant. & hæc erat ipsorum possessiua opinio. Dicit igitur Cic. ea tractatur in scholis Sroicorum philosophorum priuata, & possessa ab ipsis scholis mea dicenda copia ad nostrã cõsuetudinem oratoriam, & forẽsem inducere nitor. [In scholis] Cum aspiratione scribit, quæ Latinè dicitur. i. ludus propriè possessa. & possessiua ipsorum Stoicorum κτῶται possideo κτῆμα, uel κτῆσις possessio. [In apertum] .i. manifestum. [Vt in arce. i. in loco eminẽti, ex quo omnes spectare possint ne faciant illud Hor. Spectatũ admissi risum teneatis amici. [Quasi illam] Phidiæ, Phydias statuarius optimus Pallad s statuam Athenis elaborauit, quæ insignis erat, & lanceã ac scutũ tenebat, in quo quidẽ scuto suũ scripsit tã artificiosè nomen, ut nullo modo remoueri posset.

239

nisi frangerent scuta, quæ erant in eminenti loco, & hoc fe-
cit, ut suaderat fama propter illius nominis inscriptionẽ quo-
usque duraret statua. igitur Cic. nouit, quod hoc opus esset po
nendum in alto loco, ut spectari possit. Et eadẽ officina exisse]
Ac si dicat, tñ videtur esse ex taberna. i. ex ingenio, à quo illa ma
iora opera nata sunt, quæ ad te dedi. Nã faber signum, quod fa-
cit gladiis, facit & in cultellis paruis, sic inquit Tul. Hoc meum
opusculum habet tamen aliquid nostrorum voluminum, quæ
à te scripta sunt.

ASC. ANIMADVERTI] Brut. in hac præfatione reddit Cic.
auditores seu potius lectores attentos ex difficultate rerum tra
ctandarum. Nam Paradoxa, idest admirabilia, & inopinabilia
hic pertractat non qualiacunq;, sed quę Stoici in scholis dispu-
tare ausi sint, neque id uulgari more, sed oratorio. Vnde, & Br.
quem affatur, & cui opus dicat, beneuolum reddit; attentos au
tem omnes efficit ex manifesta rerum dicendarum apertione.
Ceterum, quia sub ordine quæ elucidanda occurrerint expla-
nare constitui. Ordo est, O Brute ego animaduerti, idest atten-
di, & consideraui. Cat. s. minorem auunculum, idest fratrem
matris tuæ Seruilia tractare sæpe sup. tunc cum diceret senten-
tiam, idest de re proposita afferret, quod sentiret in senatu, id-
est in conspectu senatorum, & patrum conscriptorum locos
graues, idest materias, & (ut dicunt) passus difficiles ex philoso-
phia, idest de quibus philosophi inter se contendunt, abhor-
rentes, idest alienos, & longe diuersos ab hoc, scilicet nostro
oratorio usu forensi, idest quo utimur in foro iudiciali, & pu-
blico. i. quo tractatur resp. & ad ea spectantia. Sed tamen, id-
est nihilominus quamuis ea quæ dicebat, essent abhorren-
tia, animaduertit tamẽ tum consequi. i. obtinere dicendo. i. par
tem dicendi, ut illa uiderentur etiam populo probabilia. Quod
. s. id consequi dicendo est maius. i. maioris ponderis, & momen
ti illi. s. Catoni minus in oratoria perito, quam aut tibi, aut no-
bis. s. ambobus (aut nobis modestè pro mihi posuit) eo. i. pro-
pter ea quia nos utimur plus ea philosophia. i. ea parte philoso-
phiæ. s. Rhetorica, quæ peperit copiam. i. abundantiam dicẽdi,
& in qua dicuntur, ea quæ non discrepant. i. dissonant, & discor-
dia sunt multum ab opinione populari. i. in qua dicuntur ea
quæ sunt uerisimilia, & populo probabilia. Autem pro sed, Ca
to perfectus Stoi. i. in secta Stoi. rigidus philosophus, mea sen-
tentia, idest secundum quod sentio, & . i. simul sentit ea, quæ
non probantur sanè. i. multum in uulgus. i. cum disperguntur
in uulgus, & est in ea hæresi. i. electione, & secta philosophorũ,
uidelicet Stoicorum, quæ nullum florem. i. ornatum, & cultum
orationis sequitur, si ut nec Theologi ferè Christiani, neq; di-
latat. i. extẽdit uarietate sermonis, quæ dilucidius afferre solet
argumẽtũ. i. rẽ propositã, de qua est disputatio, sed efficit. i. effi
caciter, quod proposuit. i. propositum suum interrogatiuncu-
lis minutis. i. breuibus uim urget ad responsionem intentum
habentibus, & quasi punctis. i. clausulis tangentibus rem non
in circunferentia, sed in ipso puncto. Sed nihil est tam incredibi
le, quod non fiat probabile. i. verisimile, ita vt probari possit di
cendo. i. per artem dicendi, & nihil est tam horridum. i. tã aspe-
rum (Hoc est, quod addit) tam incultum, quod non splende-
scat. i. eniteat, & tanquã excolatur dicendo. i. arte dicendi. Quod
cũ putarem. i. cum animaduerterẽ nobis facilius esse Paradoxa
persuadere, quam Catonem, cũ tamẽ ille persuaserit, quę volue
rit, feci ẽt audacius, quã ille ipse uidelicet Cat. de quo loquor.
Cato. n. solet dicere Stoicè. i. seuerè, & philosophicè, iuxta sectã
Stoicorum, nullis ornamẽtis orationis. i. nullis coloribus Rhe-
toricis, & orationibus dicendi adhibitis. i. applicaris ad rem di-
cendam. Duntaxat. i. solummodo de magnitudine animi, de
continẽtia, de morte, de omni laude uirtutis, de diis immorta-
libus, de caritate patriæ. i. de rebus quas uulgus si nõ intelligit,
facilè tunc credit ex religione, & antiqua persuasione, & ita fa-
cilis erat persuasu. Ego autem ludens. i. leuiter describens qua-
si ingenij mei præludia faciens, conieci in communes locos. i.
in sententias generales, uel in eas probationes, quibus res vul-
gares, & uerisimiles probari solent, conieci dicit illa ipsa. s. Pa-
radoxa, quæ Stoici uix probant, idest permittunt in Gymna-
siis, idest in scholis exercitiorum, & disputationum, & in ocio. i.
studio priuato à rep. ubi circa damnum reip. uariæ opiniones
teneri possent. Quæ. s. à me coniecta, & disputata, quia sunt ad-
mirabilia, & contra opinionem omnium. s. vulgarium, appellã-
tur etiam ab ipsis. s. Stoicis, qui ea cum fortitudine tenent Para
doxa, idest admirabilia, & uix opinabilia. Volui tentare. i. expe-
riri, & facere periculum, ne pro an possent proferri in lucem. s.
forum, idest iudiciale, ubi causæ tractantur, & an possent dici
ita. tum ornatè, & persuasibiliter, ut probarentur. i. reciperen-
tur, ut probabilia, an esset potius quædam alia oratio erudita
. i. quæ habeatur tantum inter eruditos, & in scholis, & alia
popularis. i. quæ reciperetur à populo, & esset promulganda,
quod Arist. sentire uidetur dicens, quod loquendum est, vt plu
res: de rebus autem sciendum, ut pauci. Et ego scripsi eo. i. pro-
pterea libentius, quod ista, quæ appellantur Paradoxa. i. admi-
rabilia, videntur esse Socratica, idest doctrinæ Socratis pruden-
tissimi philosophorum moralium contentanea, que, pro &,
aut, idest longè, idest multo omnium uerissima. Igitur, ò Bru-
te, quia ita facere constitui, tu accipies, scilicet gratanter hoc
opusculum paruum, idest exiguum, ubi ostenditur argumen-
tum ualde inualidum, quo prætendit uerba non significare in-
choationem, quia eis additur incipio, aut inchoo, nam sic quo-
que opusculum non esset dimin. cum ei additur paruũ, quod
diminutionem importat. Lucubratum, uigilia, & diligentia
quasi ad lucernas elaboratum. his. n. proximis noctibus iã con-
tractioribus. i. breuioribus, aut potius, quia vigilando ad lucer-
nam illis partem magnã dempserat, quoniam illud minus ma-
iorum uigiliarum. s. opes Tusc. quæstionum apparuit. i. editũ
est in tuo nomine. i. sub tui nominis auspicio, & dexteritate.
Tum degustabis genus exercitationum mearum. i. earum re-
rum, quas exercitandi ingenij mei causa descripsi, quibus. s. exer
citationibus ego consueui uti cum. i. quando, ego trãsfero ad
hoc nostrum oratorium genus dicẽdi, ea quę dicuntur in scho-
lis ethica. i. passiua à Stoicis, ut propria passioni peculiari re-
cepta, seu reseruata. Enim pro quia, ego nihil. i. ne quaquam
postulo, idest expeto à te, ut referas hoc opus, diuulges. Non
enim est tale, idest tam artificio factum, ut possit poni in arce
. i. Capitolina Romæ, quasi Minerua. i. statua illa Mineruæ Phi-
diæ, idest quam Phidias statuarius optimus in arce sculpserat,
nomen suum inscripserat, sed sup. postulo tantum, ut uideat
exisse ex ea officina, ex qua profectum est illud maius opus, &
appareat exisse in eadem figura, idest in eodem artificio dicen-
di, in quo illud.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλόν,

quòd solum bonum honestum.

VEreor, ne cui uestrum ex Stoicorum hominũ
disputationibus, non ex meo sensu, deprom
pta hæc uideatur oratio: dicam tamen, quòd
sentio; & dicam breuius, quàm res tanta dici
posit. Nunquàm me hercule ego neque pecunias isto-
rum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia,
neque eas, quibus maximè astricti sunt, uoluptates in bo
nis rebus aut expetendis, esse numerandas duxi; quippe
cum uiderem homines his reb. circunfluentes, ea tamen
desiderare maximè, quibus abundarent. neque enim un-
quàm expletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neque ea so-
lum, quæ habent: libidine augendi cruciantur, sed etiam
amittendi metu: in equo equidem continentissimorum
hominum maiorum nostrorum sæpe requiro pruden-
tiam, qui hæc imbecilla, & commutabilia, pecuniæ mem
bra solo uerbo bona putauerunt appellanda, cum re, ac fa
tis longè aliter iudicassent. potest enim bonum cuiquã
malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum
ipse esse non bonus? atque ista omnia talia uidemus, etiá
uti improbi habeant, & obsint probis. Quamobrem (li-
cèt irrideat, si quis uult) plus apud me tamen uera ratio
ualebit, quàm vulgi opinio. neq; ego vnquàm illum bo-
na perdidisse dicam, si quis pecus, aut supellectilem ami-
serit, nec non sæpe laudabo sapientem illum Biantem, vt
opinor, qui numeratur inter septem: cuius cum patriam
Prienem cępisset hostis; ceterique ita fugerent, ut multa
de suis rebus secum asportarent; cum esset admonitus à

quodam,

quodam, ut idem ipse faceret, ego uero, inquit facio: nã
omnia mea mecũ porto. Ille hæc ludibria fortunę ne sua
quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Quid
est igitur, quæret aliquis bonum? si quid rectè fit, & ho-
nestum, & cum uirtute id bene fieri uerè dicitur, & quòd
rectum, & honestum, & cum virtute est, id solum opinor
bonum. sed hæc uideri possunt obscuriora, cum sine ap-
positione exemplorum lentius disputantur: uita, atque
factis illustranda sunt summorum uirorum hęc, quæ uer
bis subtilius, quàm satis est, disputari uidentur. quæro. n.
à uobis, num vllam cogitationem habuisse uideantur ij,
qui hanc remp. tam præclarè fundatam nobis reliquerũt,
aut auri, atque argenti ad auaritiam, aut amœnitatum ad
delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum
ad uoluptates. Ponite ante oculos unumquenq; regum.
uultis incipiam à Romulo? uultis, post liberam ciuitatẽ,
ab iis ipsis, qui liberauerunt eam? Quibus tandem Romu
lus gradibus ascendit in cœlum? ijs ne, quæ isti bona ap-
pellant? an rebus gestis, atq; uirtutibus? quid autem Nu-
ma Pompilius? minus ne gratias dijs immortalibus cupi-
des, ac fictiles urnulas fuisse, quàm silicatas aliorum pate
ras, arbitramur? omitto reliquos. sunt enim omnes pares
inter se, præter Superbum. Brutũ uero si quis roget, quid
egerit in patria liberanda; si quis reliquus item eiusdem
consilii socios, quid spectarint, quid secuti sint: nũ quis
existet, cui uoluptas, cui diuitiæ, cui denique, præter offi-
cium fortis, & magni uiri quidquam aliud propositum
fuisse uideatur? Quæ res ad necem Porsenæ Q. Mucium
impulit. sine ulla spe salutis suæ? Quæ uis Horatium Co-
clitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte so
lum? quæ patrem Decium, quæ filium deuouit, ac immi-
sit in armatas hostium copias? quid continentia C. Fabri
cij? quid tenuitas uictus M. Curij sequebatur? Quid duo
propugnacula belli Punici. C. & P. Scipiones, qui Car-
thaginiensium aduentum corporibus suis intercluden
dum putauerunt? quid Africanus maior? quid minor?
quid inter horum ætates interiectus Cato? quid innume-
rabiles alij? nam domesticis exemplis abundamus. an pu-
tamus quenquam horum cogitasse quidquam in uita si-
bi expetendum, nisi quod laudabile esse, & præclarum
uidetur? ueniant igitur irrisores huius orationis, ac sen-
tentiæ: & iam u el ipsi iudicent, utrum se horum alicuius,
qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui si-
gnis, qui tabulis, qui cælato auro, & argento, qui Co-
rinthijs operibus abundant; an C. Fabricii, qui nihil eo-
rum habuit, nihil habere uoluit. similes essem aliis. At-
que hæc quidem, quæ modo huc, modo illuc transfe-
runtur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse ne-
gent: illud tamen arctè tenent, accurateque defendunt,
voluptatem esse summum bonum. quę quidẽ mihi vox
pecudum uidetur esse, non hominum. tu, cum tibi siue
deus, siue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura
dederit animũ, quo nihil est præstantius, neque diuinius;
sic te ipse abijcies, prosternes, ut nihil inter te, & qua-
drupedem aliquid putes interesse? quidquam ne bonum
est, quò d non eum, qui possidet, meliorem faciat? ut
enim quisque est ullum bonum, de quo non is, qui id ha-
beat, possit honestè gloriari. quid autem est horum in
uoluptate? meliorem ne efficit, aut laudabiliorem uirum?
an quisquã in potiundis uoluptatibus gloria sese, & præ-
dicatione effert? atqui si uoluptas, quæ se plurimorum
patrocinijs defenditur, in rebus bonis habẽda est, eaque,
quo est maior, eo magis mentem ex sua sede, & statu di-
mouet: profecto nihil est aliud bene, & beatè uiuere, ni-
si honestè, & rectè uiuere.

QVOD solum bonum, honestum] In emendatis codi-
cibus græce scribebantur, hæ Stoicæ propositiones,
quas Latinis nunc verbis scriptas conspicimus & hęc
quidem græce sic habet. ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν.
Quod honestum sit, id solum bonum esse scilicet, dicimus, uel
assentimus, est Stoica propositio simul, & Paradoxum, quod
ita disputat Cic. & multis varijsque rationibus comprobat, ut
credibile multitudini faciat uideri, non enim habetur, & ieiu-
ne, ut Stoici, & copiose, & a parte differit, ut oratores solent, &
propterea dicit orationem non à Stoicis, sed ex eo quod ipse
sentiat proficisci, ut autem melius sequens disputatio percipia
tur, sciendum est primum Platonem non omnino id secutum,
quod Socrates uolebat, qui solam uirtutem bonum esse prædi
cabat tripartitam bonorum possessionẽ excogitasse, ut essent
bona animi, bona corporis, bona externa Plat. opinionẽ Arist.
& ceteri Peripatetici complexi sunt, & sic contra Stoicos argu-
mentari solebant, hominem non ex animo tantum, sed ex ani-
mo simul, & corpore constare, & iccirco bonis corporis, & exter-
nis indigere. immo Arist. bonum esse, inquit, philosophari, sed
non indigentibus. Idem ait impossibile, esse. aut certe non faci
le, præclara ab eo agi cui desunt facultates. Panætius quoque
& Posidonius uirtutem minime sufficere dicebant, sed opus es-
se bona ualetudine, & affluentia rerum, & robore. huius uero
propositionis quod honestum sit, id solum bonum esse. Zeno
Stoicorum princeps, & Chrys. lib. de uirtutibus auctores fue-
runt, & ferme omnes Stoici hoc senserunt, quod antea senserat
Soc. id autem esse uirtutem asserebant, & quod etiam uirtutis
particeps, cui æquale illud est bonum omne, quod sit id hone-
stum esse, honestumque ac bonum tantundem ualere. Nam
quia bonum est, honestum est, est autem honestum, bonum er-
go est. putabant pręterea omnia bona paria esse, bonumq; esse
summopere esse appetendum, sicq; neque augmentum, neque
detrimentum pati. Omnium autem quæ sunt, alia bona, alia
neutra esse dicebant, & bona quidem uirtutes ut prudentiam,
iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Mala uero his opposi-
ta uitia, neutra quæ nec prosunt, nec obsunt, ut sunt uita, sani-
tas, pulchritudo, uoluptas, & quæ his contraria sunt, ut mors,
ægritudo, dolor, turpitudo; infirmitas, inopia, ignobilitas, &
his similia. Sicut enim caloris proprium est calefacere non refri
gerare, ita, & boni proprium est prodesse, & non nocere, nõ ma-
gis autem prosunt, quam noceant diuitiæ, & sanitas. Quo au-
tem bene, uti, & male possumus, id bonum non est, diuitijs au-
tem, & sanitate bene, & male uti possumus. non sunt igitur bo-
num diuitiæ, & sanitas, uoluptatem penitus repudiarunt, quia
fœda est, nihil uero fœdum bonum est. Sed ut ad rem ipsam re
deamus, contra eos disputat Cic. qui ingentes pecunias possi-
dere magistratus, & imperia gerere in bonis numerant. hæc .n.
& huiusmodi non esse bona ostendit, quoniam neque melio-
rem reddant hominem, & sæpius obsint, quam prosint. diluit
in principio suspitionem, quod facere Rhetoricum est. potuis-
sent enim dubitare auditores hanc disputationem, & Stoico
more introduci, & quia illi incredibilia afferentes obscurius,
quam vt intelligi, à multitudine posset, disputabant, minus for
tasse libenter audituri erant, loquitur autem ueluti in concio-
ne ad astantem multitudinem Cic. [Deprompta] Deducta, &
sumpta. Breuius] Attentos reddit, nam attentus habebatur au
ditor, si summa causa breuiter exponatur. [Tanta res] Quid
enim maius esse possit, quàm quid uerum bonum sit, ostende-
re, quo dignoscendo plerique falluntur. cum id bonum esse exi
stiment, quod speciem quidem habet honestatis, uere autẽ ho-
nestum non est, & id etiam vtile. quod quia honestate caret vti-
le dici, & haberi nõ potest, quibus de rebus lib. officiorum dispu
tat Cic. Nunquam hercule propositionem suam uarijs rationi-
bus probare aggreditur. Sed contrarius prius sensu. Dicit enim
se in bonis non habere, quæ alij bona existimant. [Pecunias]
Quas appellamus omnia, quorum ęstimatio mensuratur à Nu
mo, ut ait Aristo. [Istorum] ut Crassi Luculli, & cæterorũ eius-
modi, quorum ingentes diuitia, vulgus bona appellabat. Cum
autem bona appellari nec possent, nec deberent; Quoniam ad
veram

FRAN.
MAT.

veram libertatem conferebant, neque his quæ possidebant con
tenti erant,sed plura semper anxie,& solicite quærebant,ut au-
tem dici non potest pauper, cui rerum suppetit vsus quod ait
Horat.Et qui his,quę habet contentus est ira diues non est,qui
quanto plura habet tanto plura habere concupiscet. Inquit e-
nim Claudia.semper inops quicunque cupit. [Tecta magnifi-
cat]Aedes magnifice structæ,villæ,insulæ, quales Luculli fuisse
legimus,quas, & Rom.& circa Neapolim in maritimis locis æ-
dificauit,quibus discursus maris, piscososque riuos circundu-
xit.Neque opes]Diuitiæ ampliores priuatis ad magnificētiam
comparatæ [Imperium]Magistratus, & exercituum guberna-
tio.[Voluptates]corporis non animi, uoluptatem omnino re-
pudiarunt Stoici,& Cice.libr.3.de off.voluptatem omnino ho-
nestati dicit esse contrariam: Dinomachumque, ac Callipon-
tem reprehendit,qui uoluptatem honestati dixerunt esse con-
iunctam,tanquam cum homine pecudem copularent. Et certe
uoluptas corporis belluarum est, animi uero nihil aliud est,ut
philosophi uolunt,quam rationis operatio. [Expetendis.] Ex-
petimus autem non nisi bona, & honesta. Quippe cum uide-
rem]Rationis est confirmatio,vel alia ratio.arguit autem à cō-
trario sensu.Nam cum uirtus satis sit ad bene viuendum,neque
extra se aliud requirat,hæc quæ imperiti bona appellant ex eo
minime bona esse cognoscuntur,quod quanto plura quispiam
possidet, tanto plura possidere contendit,recteque Hydropico
auarus comparatur, qui quanto plus bibit, tanto magis sitit,
vnde ait Horat.Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim
pellit nisi causa morbi,Cesserit uenis, & aquosus albo corpore
languor.& Ouid.Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.Ari-
stop.quoque in Pluto sic ait:

χοῶ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν πῶς φῂς, φράσον μοι.
δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα.

[Circunfluentes]Abundantes.[Libidine augendi] Ex quo sem
per egere uideatur,unde Horat.ait,semper auarus eget,certum
uoto pete finem. & Claudianus, semper inops quicunque cu-
pit.[Amittendi metu]Semper enim uehementer timet auarus
ne bona quæ possidet sibi eripiantur, unde ad eum sic inquit
Horat.vigilate metu exanimen, noctesque diesque formidate
malos fures,incendia, seruos. Nec te compilent fugientes hoc
iuuat horum semper ego optarim pauperrimus esse bonorū.
Virtus stabilis est,& firma possessio,quę amitti non potest,quā
uis amitti posse Chrysippus diceret per ebrietatem,& atrambi-
lem.[In quo equidem]locus est ab auctoritate maiorū,qui nū-
quid pecuniæ appellatione continetur nomine,non re bonum
appellari uoluerūt,cum non minus noceant quā prosint.[No-
strorum] Non Stoicorum, sed Romanorū hoīum.[Imbecilla]
debilia.[Cōmutabilia]quæ facile dari, & auferri qua eunt.[Pe-
cuniæ membra]pecuniæ nomine omnia,quæ possidemus con-
tineri ueteres uoluerunt. [Re] Hoc statim declarat subdens fa-
ctis,hoc est ui,atq; affectu. [Potest.n.bonum] Arguit a contra-
rijs,contraria sunt,quæ in eodem posita genere longissime à se
discrepant,ut album,atq; nigrum,malum,ac bonum,quod bo
num est,cuiquam malo herere non potest. diuitiæ à malis ple-
runq; possidātur,bona ergo esse non pñt. Crassus ingētissimar
possidebat diuitias. idem quia auarissimus, malus erat, malo
bonū,hærere non poterat, non ergo bonæ erant diuitiæ, quas
possidebat.[At quisq̃ in abundantia bonorum] Argm̃ est à cō
trario sensu.bonum malo hærere non potest,in bonis uero qui
est non potest non esse bonus,præditus ergo uirtute, & abun-
dantia bonorū, quæ uera bona sunt, bonus sit necesse est.cum
uere bonum non nisi bono hęreat.[Atqui omnia ista] Hoc ad
illud respicit potest ne bonū cuipiam malo esse. [Et absint pro
bis ad illud refertur, aut pōt quispiam in abundātia bonorum
nō esse bonus.Quod aūt noceāt bonis uel uno exemplo cogno
sci potest.Nam cum tabulā illā ingentem proscriptionis propo
suisset Sylla,& multos(ut ipsi dicebāt)interfectores domus am
plissima,multos horti,nonnullos aquæ calidę interimerent;Q.
Aurelius nulli se prorsus negocijs implicari passus, forū ingres-
sus proscriptorum nomina perlegebat,in quibus cum seipsum
comperisset,ue mihi misero,inquit, Albana me uilla persequi-
tur, paulumque procedens à persecutore iugulatus est. Iuuen.
quoque inania,& nocitura hominum uota reprehendens, Sed
plures, inquit nimia congesta pecunia cura strangulat, & au-
cta exuperans patrimonia census obsunt ergo probis, quos ad
exitium perducunt. Quorum mentes peruertunt, ut ex bonis
malos plerunq; efficiat.Nam Isocr.inquit, κακίας μᾶλλον ἢ κα-
λοκαγαθίας πλοῦτος θεραπευθής ἐστι hoc est peruersitatis potius,
quam probitatis diuitiæ ministræ sunt.[Quamobrem]conclu-
sio est à consequenti. Nam rhetores, aut more dialecticorum
conclusionem eliciunt ex præmissis hoc modo. Quę hominem
non efficiunt. non igitur bona sunt diuitiæ,aut à sequentibus,
cum ex his, quæ dicta sunt infertur, quid deuenturum sit. ut
si dicas. Non sunt diuitiæ bona, quoniam eas improbi possi-
dent, & probis nocent. igitur irrideat hanc meam opinionem,
si quis uult.cognoscebat ergo Cic. re uera, quod non proba-
rentur ab omnibus sententiæ, quę propterea Paradoxæ vocan-
tur. Et ideo sic ait irrideat me si quis uult,cui.s. bona esse diui-
tiæ creduntur. [Vera ratio] ut illud appellatur bonum,quod
tantum prodesse potest, quod soli boni possideant, quod ho-
minem efficiat meliorem.cum idem bona,quę appellantur cor
poris,& externa non efficiant.[Vulgi opinio]quod quia impe-
rium est, uerum iudicium ferre de rebus non potest. [Neque
ego &c.] Ratio est, uel confirmatio per exemplum,quod par-
ticulare propositum, aliquid contendit ostendere hoc modo
oportet à Tullio consule necari Catilinā,cum à Scipione Grac-
chus fuerit interemptus.Approbandum est.n.Catilinam à Cic.
debere interimi, quod à Scipione Gracchus fuerit occisus.utra
que particularia esse singularum designat interpositio perso-
narum. eodem modo hic. Non dicitur perdere bona,qui per-
dit pecus, aut supellectilem. Nam Bias unus ex septem sapien-
tibus Prieneus,patria ab hostibus capta,cum à quodam admo-
neretur,ut quemadmodum ceteri faciebant, sic & ipse aliquid
bonorum suorum asportaret,ego, inquit facio,Quoniam bo-
na mea omnia mecum porto. Quibus uerbis hæc, quæ nos ap-
pellamus bona, non esse bona significauit, quia sunt subiecta
fortunæ, & facilè auferri possunt, cum uirtus, quæ uerum est
bonum, adimi non possit. Approbatur ergo hoc particulare,
si quis.s.pecus, aut supellectilem perdiderit, quoniam Biantis
sententiam omnes laudant. [Pecus] Significat hoc omne ani-
mal,quod sub hominum imperio ex pabulo terræ pascitur, ut
bos,equus, mulus, camelus. Supellectilis nomine continetur
quidquid est ad usum domus,& familiæ,& supellectila quidem
notorio vocabulo vtensilia appellamus.Bias unus fuit ex septē
sapientibus Teutami filius. hoc quod Cice. scribit, patria eius
ab Alyatte rege Lydorum capta contigit Priene urbs est Ly-
diæ,qua Meāder fluuius præterlabitur, olim maritima,postea
limi aggestione mediterranea effecta.[Vt opinor]more impe-
ritorum loquitur.Quasi dubitans unus ne fuerit ex septem sa-
pientibus Bias,ne forte exemplis sapiētum, qui rarissimi sunt,
hanc opinionem suam probare uideatur magis,qui rei uerita-
te,uel sic dicit,quoniam alii in alios referunt hoc dictum, ut in
in Stilbonem Megarensem. Quem ferunt capta patria ab ho-
stibus cum admoneretur,ut aliquid suarum rerum asportaret
dixisse,facio, nam omnia bona mecū porto, bellum enim nul-
la ex uirtute spolia trahit. [Hæc diuitias &c.] huiusmodi.[Lu-
dibria fortunæ] quibus in rebus fortuna ludum exercet, Nam
pro arbitrio suo dat, atq; adimit cui uult.Fortunæ uero ludus
est ex paupere diuitem,& rursus ex diuite pauperem facere.Vn
de Iuu. ait, Quales ex humili magna ac fastidia rerum extollit,
quoties uoluit fortuna iocari. Et Sen. inquit: Leuius est for-
tuna; Quæ cito reposcit, quod dedit.[Non sua] tū adimi pos-
sent. Sen. nihil proprium dicas, quod mutari potest.[Appella-
mus bona]cum minimè sint,ut supra est ostensum,quoniā ne-
que stabilia sunt,neque meliorem possidentem faciunt.[Quid
est igitur,&c.]Quādo quidē bona corporis,& externa bona nō
sunt.quid est bonum dicere quispiam potuisset,ideoque obie-
ctioni respondet Cice. & quid sit bonū describit. [Si quid rectè
fit]Rectum,& honestum conuertuntur. Quidquid autē rectū,
inhonestum est, virtus est, vel secundū virtutem. Nā virtus re-
cta,& honesta sectatur,turpia respuit.sic.n.diffinitur à Cic.Vir-
tus est animi habitus in naturæ modum rationi consenta-
neus. In naturæ modum dixit,ut naturam sequamur ducem,
nam uiuentes secundum nostrum omniumq; naturam, nihil
eorum faciemus,quæ à communi lege prohibentur. Est autem
communis lex recta ratio in omnes permanēs, eadēq; in Ioue
principis generationis oīum quæcūq; sunt existēte, vt Stoici di
cebāt.[Rectè]Vt à medio nō recedas, nā virtus in mediocrita-
te cōsistit,& excessu,defectuq; corrūpitur,quod ait Arist. [Vel
re]vt ēt si nullus laudet rectū sit.[Honestè]vt ab omnibus lau-
detur.[Cū virtute]quæ est ipsa rectitudo nō excedēs,neq; defi-
ciēs.[Id solū bonū est]Bonus syllogismus,quod est rectū,& ho-
nestum,

nestum,& cum uirtute,id solum bonum est,[Diuitiæ,&c.]Huiusmodi talia non sunt,non igitur sunt bonum. [Sed hæc uideri possunt]Cum diuitias bonas non esse dico , & quod honestū est,ac cum uirtute id solum bonum esse,obscurum cuipiam uideri potest , & propterea hæc præpositio exemplis illustranda, ac aperienda est. [Lentius] Quasi tardius,& sine uiribus.cum vehementer, & copiose agendum sit. [Subtilius , &c.] Hoc est quæ ab ipsis philosophis eruditius disputantur,quam ut percipere vulgus possit,idem sensus in præfatione est,cum ait tentare se voluisse an alia esset erudita,alia popularis oratio. [Quæro enim à uobis] disputationem sub interrogatione intendit, & veluti ad præsentem populum loquens peto,inquit, à uobis fuerit,ne hæc cogitatio ijs,qui hanc rem publicam fundarunt, atque instituerunt,ut tot labores sustinerent, tot sese periculis obijcerent gratia diuitiarum comparandarum,aut uoluntatis consequendæ,q.d.hanccogitationem nunquam habuere , sed uirtutis,& gloriæ gratia omnia fecerunt.[Tam præclare fundatam]tam sanctis legibus, & tam probatis moribus institutam. [Argenti ad auaritiam]quæ pecuniæ studium habet,quam nemo sapiens cōcupiuit,ut ait Sal.[Amœnitatum,&c.]dicta sunt amæna loca,quod ad se amandum alliciant,vt horti,uillæ,thermæ,viuaria,quæ leporaria Var.appellauit , sunt autem loca septa,in quibus feræ pascuntur,auctore Var. [Ad delitias]Vt nō solum ad vsum sint,sed etiam ad luxum.[Epularum]Terra marique quæsitarum.[Ponite ante oculos]considerate diligenter [Vultis à Romulo].s.incipere, is primus Roman. rex fuit,& vrbis ipsius conditor , à cuius etiam nomine appellata est . Vnde ait Virg. Romulus excipiet gentem , & mauortia condet Mœnia,Romanosque suo de nomine dicet. [Post liberam ciuitatē] Exactis regibus,& creatis consulibus . Qui legibus non arbitratu suo sicuti reges remp.gubernarent. fuerunt autem primi cōsules Iun.Brutus,& Tarquinius Collatinus. Quo pulso Val.Publicola suffectus est.[Quibus gradi,qua via ,] q.d.non diuitiis, non amœnitatibus,aut uoluptatibus,quæ vulgus bona appellat,sed rebus gestis,& voluptatibus , Quid Numa Pomp. & hic virtute non opibus ascendit in cœlum.populum enim assuetū bellis sub Romulo ad pacis studia religionisque traduxit.Curibus autem ascitus est oppido Sabinorum à patribus, qui bonitate,& integritate eius pellecti sunt,vt eum vltro vocarent in regnum.[Minus gratas]q.d.longe gratiores.[Capides]Genus peculi est capis à capiendo dictum, quo in sacris vtebatur Numa, qui se occultos cōgressus cum Aegeria nympha in nemore Aricino habere populo persuadebat,& ab ea perdiscere,quæ de religione,& cæremonijs deorum immortalium tradebat. [Fictiles vrnulas]Vasa è terra ficta,à fingendo enim dicit fictilis,& similem participio vnde nascitur habet significationem , nihil enim aliud fictilis est,quā fictus.Vrna vero sic appellatur,quod sub aqua vrinat , hoc est mergitur . Vrinari enim est sub aqua natare,& iureconsulti de vrinatoribus loquūtur, qui sub aqua natant ad inueniendas res per naufragium , vel iacturam effusas.[Aliorum pateras]Ex auro scilicet, & argento, quibus postea vsi sunt in sacris, vnde in Romanos pontifices sic inuehitur Persius, Dicite pontifices in templo quid facit aurum?uetustiores enim unde Numa paupertate delectabantur. [Omitto reliquos].s.reges Ancum. M. Tullium Hostilium, Tarq. Priscum, Seruium Tullum,hos omnes pares dicit esse uirtute,& bonitate.Tarq.cognomento Superbum excipit , qui ob multa uitia, sed præcipuè superbiā à qua illi cognomē,fuit, pulsus est.[Brutum si quis rogat]Huius opera ēt eiecti sunt reges , quod non uoluptatis,aut diuitiarum gratia fecit,sed virtutis.[Reliquos] eiusdē consilij socios.Signat Collatinum,& Horatium Publicolam aliosque nonnullos,quos L.nominat,qui in expellendis regibus præcipue Bruto adiutores fuerunt. [Eiusdem consilij]ut patriam liberarent. [Quæ res non est hist.] Nam cum Porsena rex Etruscorū Ianiculum ingentibus copijs occupasset, & pulsos reges restituere in regnum uellet, Mut. Scæuola impetrata prius à senatu abeundi uenia , Regem in ipsius castris per insidias aggressus est , cumque frustrato circa purpuram eius ictu teneretur , ardentibus focis manum iniecit , terroremq; dolo geminauit,& trecēti,inquit, sunt ò rex hac grassaturi in te via. Quo factum est,ut rex admiratione simul , & timore cōpulsus, & Mutium dimiserit,& urbem obsidione soluerit , fœdusq; cū Romanis firmauerit.hic Mutius postea Scæuola à clade dextræ cognominatus est.[Quæ uis Coclitem,] hic ingruentibus Etruscis , & pontem occupare uolentibus diu restitit . Cumque undiq; instantes submouere solus non posset , ponte reciso Tyberim transnatauit,nec arma dimisit. Vulnus in crure accepit, ex quo claudus factus est. quod uulnus cum ei obijceretur,singuli, inquit , passus præclaræ uictoriæ meæ de Etruscis me admonent . alij dicunt oculum amisisse. [Quæ patrem Decium] Decius Muræna consul cum Manlio Torquato Bello Latino se deuouit. Nam cum responsum esset illos victoriam reportaturos,quorum imperatores morerentur , uelato capite in cōfertissimam hostium aciem sese coniecit,& occisus est . Deuotionis uerba,& ritum Liu. tradit. [Quæ filium] hic bello Etrusco, Samnitico, & Gallico Consul cum Fab. Max. exemplum patris secutus deuotum dijs manibus obtulit caput . [Quid continētia C.Fabricij]hic bello Tarentino consul contra Pyrrhum Tarentinorum regem oblatā sibi ab illo imperij partem repudiauit . Vnde à Virg. Paruo potentem Fabricium [Tenuitas uictus M. Curij. Is eodem tempore fuit quo Fabricius , & fictilia sua Samnitico auro prætulit. [Quid duo propugnacula belli pun.]Ij fratres fuerunt,& ij belli Punici tempore contra Asdrubalem in Hispania militarunt . Cumque ad debellandū Rom. imperium transiret in Italiam , & se fratri Annibali coniungere Asdrubal uellet, corporibus suis transitū illius occluserunt, & mortui sunt, de his ait Virg. duo fulmina belli Scipiadas. [Propugnacula] Sunt muri , & ædificia ante urbem , seu castra ad defensionem structa , προμαχῶνας Græci uocant. [Africanus maior]hic Carthaginem tributariā fecit.[Quid] minor Scipio Aemilianus Pub.Aemilij filius Scipionis superioris adoptione nepos . Nam ab eius ualetudinario filio adoptatus est. Numantiam , prius deinde Carthaginem deleuit [Quid inter horum ætates interiectus Cato]hic cognomentò dictus est Cēsorius, genere Tusculanus, Primus Portiæ gentis tres summas in homine res perstitisse existimatus est. Fuit n. optimus orator, optimus imperator,optimus senator. eadem,&c. Scipione Aemiliano fuere, sed plurimorum odio laborauit . Cato quater, & quadragies causam dixit , nec quisquam sæpius postulatus est, sed absolutus semper fuit. [Interiectus] Interpositus suasor fuit tertij belli Punici suscipiendi,sed ante deletam Carthaginem raptus est . [Domesticis exemplis] Romanis nō peregrinis. [Laudabile] & propterea honestum . Nam cedunt sibi inuicem , honestum , & laudabile. [Veniant igitur;] Concludit interrogatus . Sit ne aliquis etiam eorum , qui sententiam irrident , & ueluti incredibilem admirantur , & contemnunt , qui malint abundantibus, pecunia, & rebus externis similes esse an tale possidentibus, sed uirtute præstantibus quales ij fuere,quos commemorauit.Et neminem futurum esse dicit , qui non potius optet Caio Fabricio similis esse,quam cuiuis ditissimo . Sed tamen uoluptatem obstinate afferre . quāquam rectè faciant , ostendit penitus repudiandam,dicens esse huius sententiæ meæ. Qui hanc meam sententiam de uero bono non probant, & irrident. [Horum alicuius] ut Crassi , Luculli. [Marmoreis tectis]de marmorum luxuria Plin. loquitur lib. 30. Nat. hist. Et præcipuam morum insaniam appellat, C. Crassus orator primus , peregrini marmoris habuit columnas in atrio Hymettias, nec tamen plures sex,aut longiores 12.pedibus . Tamen ob id M. Brutus in iurgijs eum uenerem platinam appellauit. Ars sunt sculpendi marmora uetustior fuit pictura , ac statuaria.Quarum utraque cum Phidia cœpit L.Lucullus marmore delectatus est nigro , quod in Melo insula nascebatur , & ab eo Luculleum uocatum est . [Ebore] quo lectos,& mensas ornabant. Soli dentes elephantum ebur sunt.vt Plin. scribit. Quos deciduos casu,uel senecta ipsi defodiunt elephantes non ignari , quæ in ipsis præda expetatur . Cœperunt tamen Plinij tempore etiam ossa in laminas penuria secari.Ipsi elephantes cum à uenatoribus inuaduntur , fessi impactos arbori dentes frangunt, prædaq; se redimunt.[Signis]Statuis, & simulacris à præstantissimis artificibus confectis, ut Praxitele, Myrone , Scopa. [Tabulis pictis] ut ab Apelle. Nam pictores , aut in tabellis , aut parietibus pingunt . Et Propert. ait, in veneris tabula sibi palmam ponit Apelles.[Corinthijs opib.] uasa Corinthia significat ex ære Corinthio . quod confusum ære, auro argentoq; fuit . casus autem miscuit . Cum urbs caperetur Olympiade 156 anno 3.urbis Romæ 608.Qui incendio permistis plurimis statuis , atq; simulacris æris auri argentiq; uenæ in commune fluxerunt. Et Corinthij quidem æris genera tria fuisse traduntur . Candidum argenteo nitore ad argentum maximè accedens , & quo alia mistura præluxit . Alterum

rum in quo auri fulua natura. Tertium in quo æqualis omniū temperies, fuerunt auctores Plin. & Floris æris Corinthij preciosior nota fuit, & toto orbe laus. [Atq; hæc quidem] hæc, inquit, quæ facilè mutantur. & in potestate sunt fortunæ, quæ uni dat, alteri adimit, confitentur, aduersari bona non esse. [Illud tamen arctè] Vnum, inquit, est à quo abduci nullo pacto possunt, quoniam uoluptatem esse summum bonum defendunt. Quam eorum opinionem improbat Cic. Eudoxus. ut ait Arist. lib. ultimo Eth. uoluptatem censuit esse summum bonum, propterea, quod cuncta rationalia, & irrationalia illam appetere cernebant. In cunctis autem esse id, quod expetitur probum, ac maximè optimum uolebat. Cuncta uero in idem ferri optimum esse significare. Et singula, quæ bonum sibi sit reperire. Quemadmodum escam. Quod autem omnibus bonum sit, & quod omnia appetunt id esse summum bonum. Nec minus putabant id ex contrario parere, quia dolor per se ipsum fugiendus sit. Idem, & Epicurus sensit, & alij nonnulli quos ceteri improbant philosophi. Cumq; multiplex sit uoluptas, quæ corporis est penitus repudiatur, & belluarum non hominum iudicatur. [Summum bonum] Vt omnia faciāt gratia uoluptatis, ut dolore animi, & corporis uacent. Illud.n. est summum bonum propter quod cetera omnia fiunt, & ad quod ueluti terminum omnia referuntur. [Pecudum] Quæ sensu duntaxat utuntur, ratione carent, quæ præcipites ad id, quod adest feruntur. [Animum] Hoc est rationem. Nam cetera animalia animam tantum habent, qua uiuunt, homines animum quoque, hoc est rationem quo sapiunt. Vnde ait Satyr. Principio indulsit communis conditor illis. Tantum animas nobis, animum quoq;. [Natura] secundum, quam secundum uirtutem uiuere, ad quam natura nos ducimur. hanc autem naturam Chrysippus communem intelligebat, & propriā humanitatis. Est uero natura uis, quæ cerni oculis non potest. Cogitatione autem comprehenditur, corporibus à deo insita, principium motus, & quietis. Ipsa.n. est quæ mouet naturalia corpora, & quiescere rursus facit. omnia nanq; corpora, sicut elementa, & quæ ex his composita sunt, & si à deo motū, & quietem habent, continuè tamen à natura mouent. multa.n. sunt, quæ corpora mouent, primum deus, deinde mens, postea anima, ultimo natura, quæ ueluti instrumentum dei est. hominem.n. & bruta anima, & natura mouet. Corpora vero, & simplicia, & composita sola mouet natura, & quiescere à motu facit. [Diuinius] Animorum originē manare de cœlo inter rectè philosophantes indubitatè constat esse sententia, inquit Macrob. & anima dū corpore vtitur, hāc esse perfectam sapientiā, ut unde orta sit, de quo fonte uenerit recognoscat. hinc à Iuuen. ferio usurpatum est, è cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν. Et delphici vox hæc refertur oraculi consulentis ad beatitudinem quo itinere perueniretur: Si te, inquit, cognoueris. Sed & in ipsius templi fronte hæc inscripta sentētia. fuit homini ergo vna est cognitio sui, si originis principij sui naturalis exordia prima respexerit, nec se quæsierit. Sed ut intelligatur animam nostram partem esse diuinæ mētis, sicut veteres philosophi uoluere, & in primis Plato. Deus qui prima causa est mentē creauit ex superabundāti maiestatis suæ fecunditate, hæc mens omnibus humanis corporibus infusa est, in quibus cum purissima sit degenerat, hoc tamen falsum est. Nam si pars sequitur naturam totius unde est, sequeretur animas nostras, quæ à deo sunt, deos esse, quod dicere absurdum esset. Deum uero mentem esse omnibus elementis infusam, qua omnia uigerentur, etiam Vir. Platonem secutus sensit his uersibus. Principio cœlum, &c. [An quidquā &c.] Validissimum est argumentum, & quod uix possit infringi. Quo uoluptas non esse bonum communicatur hoc modo. Bonum .i. quod possessionem efficit meliorem. Voluptas autem non bonum, sed pessimum efficit possessorem, non igitur uoluptas bonum. Boni est semper prodesse, nunquam obesse. Sed hoc non præstet uoluptas, non est itaq; bonum iudicanda. [Vt.n.] Aliud argumentum. Si hominem uirtus meliorem, & laudabiliorem efficit semper, non iniuria gloriari quis de ea potest. Sed uoluptas eiusmodi non est. non igitur gloriari de ea quispiam potest. ergo malum est, non bonum. [prædicatione] Vt uoluptate glorietur. [Atque conclusio est totius superioris disputationis, sed præcipuè eius, quòd contra uoluptatis assertores dixit. [Patrocinijs] Defensionibus. [Quo maior est] Quanto magis quispiam uoluptate abundat, tanto magis insanit, ut in Cat. maiore Cicer. ait, Cum uero tres sint uitæ, uoluptuosa, ciuilis, contemplatiua uulgus omnino seruile, uitam decorum degit. Sustentatur autem ob id, quo plerique in potestatibus constituti instar Sardanapali uitam agunt. [Profecto] Concludit hoc Paradoxum per propositionis iterationem.

OMNI BONI.

Qvod honestum sit, id solum bonum esse] In hoc paradoxo monstratur, quòd illud solum appellatur bonum cum honestate hoc pacto. Catilina ciuis sceleratus in remp. conspirans uos alloquitur socios multa uobis polliceor, boua enim senatorum, & aliorum clarissimorum uirorum, & ciuium ipsis interfectis surripiemus, & his locupletiores efficiemur, cui alter respondit. Hæc bona non esse uidelicet, quoniam maiestatis locum non tenent. Turpe est senatores occidere hoc uero exemplo hoc paradoxi sensu intelligitur, quod honestum sit, id solū bonum esse subaudi dicunt Stoici, est propositio. facit autem syllogismum thetoricum subiungendo huic multas rationes. [Vereor tamen] Dubitationem remouet auditoribus, ne pereant hæc præcepta etiam secundum disputationem Stoicorum, quoniam secundum Cic. sensum, & opinionem dicūt, qua re attentiores facit auditores. Dicerent fortasse, tu uis probare ista per argumenta Stoica, ideo hæc mea oratio non est deducta ex disputatione Stoicorum, sed ex ueritate, & mea sententia perfecta. [Tanta] quæ maxima est. Quid enim reperire maius possit, quam dignoscere, quid bonum, quid ue malum sit uitæ humanæ? [Nunquam hercule] Subijcit rationem propositionis hæc oratio superius quasi una parenthesis. [Pecunias] quidquid possidetur pecunia nuncupatur. [Imperia] Dominationes, magistratus. [Voluptates] Corporis quibus homines astricti sunt, & tangit duo genera bonorum externa uidelicet, quæ sunt opes, & imperia & res, & corporis bona, scilicet voluptates ut ostendimus in proœmio à Stoicis bona non uocantur, sed solum uirtutem animi bonum appellant de genere bonorum hic intelligitur esse Cic. disputatio. [Quippe cum uiderentur homines] Adiungit confirmationem rationis, seu aliam rationem. arguit à contrario, quod hæc bona non sunt, quoniam his operibus quanto magis sunt repleti homines, tanto magis eas desiderant. [Neque expletur] Quantum ad animum. [Satiatur] Ad sufficientiam. Hydropicus quanto magis bibit, tanto magis auidus bibendi, & auiditas ei crescit. [Neque solum] Adiungit aliam rationem. Bona enim uirtutis non cruciant homines, sicut diuitiæ, quarum auiditas non solum augendi cupiditate, sed etiam timore perdendi animos angit hominum. [In quo] Locus est ab auctoritate maiorum qui diuitias bona appellauerunt, nisi simplici uocabulo, sed in effectu bona, ut nominarentur, permiserunt. [Nostrum] Et bene ne uideatur hæc trahere ab argumentis, Stoi. unde inquit, nostri R. non dico Stoicos has diuitias non uocarunt bonā. [Membra] Diuitias, opes recta. [Cum re] In effectu, sed solo uocabulo vulgari nominauerunt bona. [Potest ne] Ab effectu trahit argumentum, quia bonum non potest adhærere alicui malo, sed diuitiæ possidentur à malis, ideo bona non sunt, breuibus enim interrogatiunculis, ut in uirtute bonus efficiatur, ideo quanto magis quis in abundantia diuitiarum versaretur, tanto magis efficeretur bonus, si essent bonæ diuitiæ, ergo non sunt bonæ, quia hominem faciunt peiorem, & obsunt probis, hæ quidem diuitiæ sic a vulgaribus nuncupatæ sunt, nocent sæpe numero bonis. hi libidinosi, scelerati, superbi plerunq; propter diuitias acquisitas facti requirūtur, ergo bona non sunt, inquit Soc. [Sed etiam improbi] Quantum ad illud, potest ne bonum esse cuiq; malo? [Obsint probis] Quantum ad illud, potest quisquam in abūdantia. Diuitiæ aūt malignitatis magis, quam bonitatis sunt. [Quamobrem licet irrideat] Aliquæ fiunt cōclusiones per verba prædicta, ut si dicam. Diuitiæ possessorem non afficiunt bonū, ecce conclusio, ergo non sunt bona quædā. aliæ fiunt per sequentia uerba, hoc modo posidentes bonum non reddat, ideo irrideat me si quis vult quod dicam, si non concluditur per sequentia. [Neque ego vnq̄] similitudinem fecit. [Laudabo] Probat exemplum Biantis. Exemplū est cū recitatur dictū, aut certi auctoris nomine proposito, ut si dicas. Socr. sic inquit. Similitudo est sine certi auctoris noīe, ut ipse inquit. [Sapientē] Attribuit fidem testi. [Vt opinor.] Loquitur more vulgarium ignorantiū sapientes, qui uolentes dicere philosophos, fuerūt nescio quis philosophus dixerit, & bene facit Cic. dubitare, utrū Bias fuerit denominatus inter septem sapientes, ne uideatur has sentētias probare per exempla sapientum & nō secundū ueritatem

ritatem rei. [Cœpisset hostis] Persæ cœperunt Prienem ciuitatem Biantis, qui cum exiret una cum multitudine per unam portam, hostibus uero per aliam ingredientibus dicitur respõdisse cuidam interroganti, quia non ferebat aliquid de suis rebus. [Omnia mea mecum porto] Intelligendo uirtutem, quæ auferri non potest. Ludibriæ] Fortunæ. Fortuna enim in his rebus ludit cum hominibus, modo extollenda deprimendo, aliquando alium in dignitatem subrogando. [Ne sua] quia quod auferri potest suum non dicitur, sicut diuitiæ nõ sunt sua, quia auferuntur, nec bona nuncupantur, quoniam bonum hominẽ nõ efficiunt, uerte per contrarium. Virtus propria est, quia nõ aufertur uiolentia aliqua, uirtus est bonum, quia bonos reddit possessores. [Quæret igitur aliquis] Probat per diffinitionẽ boni, quod bona commnnia externa sunt nõ bona, igitur aliquis videns, quod istæ diuitiæ, & uoluptates, sunt non bona, quæreret à me quid bonum. [Si quid rectè, & cum uir.] Quæ rectitudo est inter duo extrema, ut puta liberalitas uirtus est, quæ circundatur ab auaritia, & prodigalitate. [Cum uirtute] Quæ est habitus mẽtis benè constitutę, sed illud quod fit ad libidinem, & ornamentum corporis non est cum uirtute, ergo bonum non appellatur. [Lentius] .i. tardius hæc præcepta intrant nisi exempla apponantur. Quam factis scilicet ad declarationem uulgarium. [Illustranda] Ad illud obscusa refertur. [Subtilius diu.] In disputatione subtiliora uidentur. ideo per sublationem exemplorum illuminanda. sunt dixit in procemio alia erudita, alia popularis oratio. ergo quod uulgaris oratio hoc paradoxum officiendum est facilius. [Quæro à uobis] Loquiť ad populum. [Cogitationem] scilicet istarum diuitiarum, ut periculis malis sæpe numero, se, & morti opposuissent maiores non gratia uoluptatis acquirendæ, sed uirtutis amore. [Præclarè fundatam] Disciplinis, & moribus institutam. [Auri, & argenti] scilicet cogitationem habuisse. Aut mœnitatum ad delectationem] Hoc est mori uoluerunt, ut amœnitatem aliquam consequerentur. Amœnam rem dicimus, quæ caret munere. [Quibus gradibus Romulus ascendit in cælum] quibus uiis deificati sunt reges Rom. & alii clarissimi uiri. Nõ .n. abundantiam pecuniarum, ut amęnitate aliqua deificati, sed propter eorum eorum uirtutem, ergo uirtus est summũ bonum. antiqui solebant per istam diuinationem remunerare uirtutem clarorum uirorum. [Numa Pomp.] qui duxit populum bellicis armis assuetum ad summam religionem. Prius .n. populus timebatur perarma, sed gratia religionis in ueneratione habebatur. [Capedines] Vasa quibus Numa utebatur in sacris, quia dicebatur habere colloquium cum nympha Egeria. [Vrnulas] Calices. sed talia dicuntur omnino uasa terrea. [Quam alio] .i. illa Numæ Pomp. uirtute præditi non fuerãt. ut inquit Persius, Dicite pontifices in templo quid facit aurũ? [Omitto reliquos] primo Romulus fuit Tarq. Superbus, sic nuncupatus, quamuis ceteris abundaret uitiis, quoniam superbia alia solet excedere uitia. [Pares uirtute] Scia militari, & castitate. [Brutum] qui expulit Tarq. non gratia uestimentorum, aut uoluptatum, sed uirtutis causa. Reliquos sic Val. Publicola primus consul Brutus fuit. [Quid assecuti] Non diuitias, neq; uoluptatem, sed virtutem cõsequi uoluerunt. [Porsenæ] qui Etruriæ rex fuit, ad cuius auxilium Tarq. Superbus profectus est. persuadent, illi, quod quemadmodum ipse expulsus est, ipse populi sui, sic sibi Porsena facere possunt, quia sibi auxilium traderet. [Quæ uis] Horat. iste quidem gratia uirtutis non cupiditate diuitiarum motus contra Tarquinios in ponte sublicio. i. ligneo se solum collocauit, donec à tergo põs ille fractus est, deinde in Tiberim decidit, & armatus ciuitatẽ transnatauit, qui Cocles appellatus, quoniam oculum suum hic amiserat cocles appellaretur, unde factus est, ut coclites appellarentur monoculi, ut ait Plaut. De coclitum familia es. [Quæ uis] Vt ostendat illud esse summum bonum, quod rectum, & cum honore factum sit. tangit historias quibus hoc esse probatur. plerique .n. non alia causa uitam cum morte commutare appetiuerunt, nisi honestatis, & uirtutis causa, ergo uirtus ipsum bonum appellatur. [Patrem Decium] cum Romani contra Latinos bellum gererent. Decius consul una cum collega somniauit, quod exercitus ille, cuius imperator pro patria diem suum obire uellet, uictoriam contra hostes consequeretur, quo Decius amore patriæ iustructus conuocato sacerdote solemnitatibus factis omnia mala P. R. uentura in suum caput uenire optauit, moriturus in hostium copias, prosternitur, quod idem filius alio tempore fecit, quæ actio ab antiquis, deuotio appellata est. [Copias] Copiæ militum, sunt multitudines militum. [Quid continentia C. Fa.] Qui aurum Pyrrhi Tarentinotum imperatoris amore reip. spreuit, de quo ait Virg. [Paruoque potentem Fabricium. [Quid tenuitas in Curijs] Curius Samnites populos Italiæ debellauerat. quorum in remp. mos erat, quod imperatores essent patroni gentium, quarum uictoria potiti fuerant. Samnites autem cum petijsset Curij domum, eum in igne rapas uoluentem inuenerunt, putantes patronum suum tenuitate coactum hoc facere, magnũ pondus auri ei attulerunt, quod Curius accipere noluit, quod Romanorum mos erat non aurum possidere, sed habentibus aurum imperare. [Duo propugnacula] Cnei, & Pub. Scipionis. cum Aldrubal uellet per Hispaniam trasmigrare in Italiam, ut ferret auxilium fratri Annibali, se opposuerunt illi ne transiret, & illic mortui sunt, & hoc fuit in 2. bello pun. de quibus inquit Virg. Duo fulmina belli Scipiadas. [Propugnacula] Ac si diceret duo castella. [Africanus ma.] Qui erat de familia Corneliorum, qui Carthaginem tributariam fecit. [Quid minor] qui euertit Carthaginem in 3. bel. pun. Inter horum ætates interfectus Cato Censorius, qui vixit tempore Africani maioris, & etiã post eius mortem, deinde mortuus est tempore Africani minoris. Cato igitur, & isti clarissimi uiri nõ cupiditate diuitiarum, non ornamento corporis, non voluptate corporis se periculis subiecerunt, nisi propter virtutem, ut diximus de Catone lib. de senectute, qui maximus erat senator, orator, & imperator. [Præclarum] ad rectum dicitur. [Veniant igitur] per comparationem istorum bonorum externorum, & horum clarissimorũ uirorum ostendit uirtutem esse summum bonum. Interrogat enim istos, qui delectantur his bonis vanis, dicens. Est ne aliquis uestrũ, qui malit esse, similis istorũ alicuius quos diximus superius? An uellet potius diuitijs abundare? Respondit, quod potius uellet istorum uirtutem, quam diuitias, sed hanc una relinquunt, quod voluptate corporis potiri semper uolunt, quam rem suo loco confutabit. ordo est. Tum dicet utrum mallet aliquis esse similis alicuius horum, qui marmoreis tectis utitur, an similis Fabricij, qui nihil horum habuit, nihil habere voluit? [Fulgentibus auro] Auratis. [Signis] statuis æreis, numerat diuitias, quibus antiqui delectati sunt. [Corinthijs opib.] a loco, ut inquit Virgil. & viuos ducendo marmore vultus. [Facile adduci solent] facile probatur, & adducimus istos, cum confitentur ista, quæ huc, & illuc transferri possunt minime bona esse. [Illud stricte te.] Vt voluptas sit summum bonum. Summum illud dicitur, gratia cuius cetera fiunt, & id alicuius causa non fit hoc modo ipsi lucrantur, laborant vt uoluptate corporis potiantur. hæc uoluptas ab ipsis summum bonum uocatur. [Que uox pecudum] remouet auctoritatem illius falsæ sententiæ. pecudes iandudum habent animum in patinis. [Nihil est præstantius] Et in animatis sicut tabulis, & animatis sicut brutis animus præstat. Suffocatis autem tanquam una belua in his volũtatibus diuinis in mundo, neque in corpore humano nihil est diutius animo [Quidquam ue] Argumentum indissolubile, & facit syllogismum, bonum est, quod possessorem efficit bonũ, quod meliorem hoc est maius, sed uoluptas efficit libidinosum possessorem, ergo non est bonum, & hæc est minor. [Honeste gloriari] Nemo gloriari potest quod comederit quatuor anseres in cœna, dico honeste. [Quid autem horum est in uoluptate] hæc est alia minor pars syllogismi. [Prædicatione] quæ est virtutis commemoratio. [Patrocinijs] defensionibus. Patronus dicitur, qui seruum manumisit. Patronus etiam appellatur defensor causarum, cuius relatiuum est cliens. Horum autem patronorum officium patrocinium nuncupabatur. Eaque quo maior, ut diximus, in Catone maiore, quanto magis aliquis in abundantia uoluptatum est, tanto magis perdidit animum, & mentem, quoniam sensus corporis propter illam voluptatem stirpati sunt. [Nihil est aliud] concludit hoc paradoxum reuertendo ad eius titulum, & inscriptionem.

ASC

QVOD solum bonum, honestum] primum Parad. in 3. off. latius disputatum, ita Græce sonat, ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλόν. idest, quod solum bonum honestum ὅτι enim dicitur quod μόνον, idest solum, ἀγαθὸν idest, bonum, τὸ, ut est articulus, καλὸν idest, honestum, & pulchrum. Vereor enim. facit quod pollicitus est, sic enim disputat quasi in senatu, aut foro: dicens, modo patres conscripti, seu iudices, seu quirites, uereor ne hoc oratio quam proposui uideatur cui idest, alicui nostrum deprompta

ex

ex disputationibus hominũ Stoicorum,& non ex sensu .i.inuẽtione, & ingenio meo. Et ita dicam, tantum quid sentio, ne si copiosè disputem philosophorum sensu recitare putem. Vnde Flac. in Serm.i. fine, Ne me Chrispini scrinia lippi Compilasse putes, uerbum non amplius addam. Et dicam breuius, quam res tanta potest dici.s.commodè, aut plus. Ego mehercule.s.iudicante si mentiar nunquam duxi.i. existimaui, neque pecunias istorum .s. contemptibilium hominum terrenis insudantium, qui tamen se primos omnium arbitrantur, dicente Flac. in epist. Hos solos animo sapere, & bene uiuere, quorum conspicitur nitidis fundata pecunia uillis. Neque tecta magnifica.i. ædificia splendida, & magnificè extructa in altũ, neq; opes.i. facultates, & potentias, neq; imperia, neq; eas uoluptates, quib. ipsi sunt maximè astricti.i.deuicti, & incerti esse numerandas in rebus bonis .i. inter res, quæ uerè bonæ sunt. Quippe.i. utpote, aut quis ipsi confluentes .i. simul affluentes, & abundantes his rebus, uiderentur tamen desiderare maximè ea quibus abundarent? & ita quia non satiant non sunt in bonis numeranda. Pecunia non satiat, quia auarus non implebitur pecunia, & ut Iuuen. dicit, Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. vnde addit auctor noster. Enim pro quia, neque sitis .i. auiditas cupiditas expletur, nec satiatur unquam, neque tales cruciantur.i. torquentur anguntur solum libidine.i. mala cupiditate augendi ea quæ habent, sed etiam metu amittendi ea quæ habent. Diuitiæ.n. acquiruntur cum periculo, & labore possidentur cum anxietate, & timore, amittuntur, seu deferuntur, cum suspirio, & dolore. In quo, idest qua in re quidẽ .i. ego certe requiro, idest repeto, & desidero sæpe prudentiam hominum contentissimorum, idest sua bona maximè in se continentium, & ita sua sorte contentorum, nec aliud concupiscentium, utpote maiorum nostrorum, idest priscorum Romanorum, qui maximè auari fuisse leguntur, ut attestatur in præfatione Liuius, qui putauerunt hæc membra, pecuniæ.i. peculi, seu rerum possidendarum imbecillia, quia cito auferibilia, & fluxa ac fragilia, & commutabilia, quia corruptibilia, ut sunt aurum, & argentum, & preciosa supellex, quæ sunt ad ceteros quoq; transmutabilia putauerunt in quam appellanda esse bona solo uerbo.i. solo uocabulo, & non re ipsa, nisi quis bene utatur, atque bonitas non in rebus, sed in usu earum consistat. Cum .i. quandoquidem ipsi iudicassent de his, quæ isti bona uocant. longè aliter re ac factis. Potest ne. Probat, quod proximè proposuerit, idq; est optimum filium orationis, quo sequens reddit rationem præcedentis. sic.n. uerba aptissimè cõtexuntur. Probat in qua ea, quæ uocantur bona non esse bona, eo quod neminem bonum faciant dicens. Potest ne bonum .s.simpliciter, & non nomine tantum esse cuiquam malo? q.d. minimè, aut potest quispiam in abundantia bonorum .s. cum abundet bonis ipse.i.ipsemet esse nõ bonus? q.d.minimè. Atqui .i.attamẽ, aut atq;.i. & nihilominus nõ uidemus omnia ista talia ut etiam improbi habeant.s.alia bona, ut aut improbi, aut potius talia bona absint.i.officiant, & noceant bonis. Vnde in euãgelio, diuitiæ cõparantur spinis, & difficile est diuitem saluum fieri. Quamobrem licet irrideat siquis vult.s.irridere, tamẽ.i.nihilominus uera ratio valebit plus apud me, quam opinio uulgaris iniqua. Quantũcunq; sua numorũ spectat in arca, Tantũ habet, & fidei. auctore Iuuen. & auctore Ouid. dat census honores, Census amicitias, pauper ubique iacet. & Horat. Et genus, & mores regina pecunia donat. Et bene numatum decorant suadela, uenusq;. Neq; siquis amiserit pecus, aut suppellectiũ .i. ornamentum lecti, aut aliud utensile, dicam unquam sup. eũ perdidisse. bona.i. quæ uere sint bona dicenda. Nec non.i. insuper, laudabo sæpe illum sapientem.i. unum ex septem sapientibus Græciæ Biantem.s. Prieneũ. Vt opinor hoc addit ne philosophice disputare putetur, aut ne græcanicæ historiæ fidem adhiberet, quia plurima Græcia mendax audet in historia. qui .s. Bias enumeratur inter septẽ sapientes, quorum nomina in officijs inuenies. Cuius.s. Biantis, cum quidem hostis cœpisset patriam.i. urbem, in qua natus fuerat.i. Priene, & ceteri .s. ciues, ita fugerent, ut asportarent secum multa ex suis rebus.s. melioribus, cum esset admonitus à quodam, ut ipse faceret idem .i. ut asportaret sua, inquit, ego facio uero .i. certe. & ueraciter, quod admones, nam porto mecum omnia mea.i. quæ uerè mea sunt .s. uirtutes, & scientias. Ille .s. nobilis philosophus Bias (declinatur autem Bias Biantis, sicut Abas Abantis, & Calchas Calchantis.) Putauit hæc ludibrio fortuitu.i. quæ pro ludibrio sunt fortunæ, quæ ea dare, & auferre posse uidetur, ne quidem.i. non etiam sua, q.d. tantum absuit, ut ea asportanda secum putaret, ut ne sua quidem esse censeret, quæ nos non appellamus etiam bona, qua iudicat nedum nostra. Quid est? Infert quæstiunculam, quam dissoluet dicens, Igitur, quia, ò Cic. ut dicis hæc nõ sunt bona, aliquis quæret, quid est bonũ? Respõdet si in quod fit rectè, & honestè, & cũ uirtute dicitur vere fieri. Bene ergo opinor solũ id bonũ, quod est, & rectum, & honestum, & cum uirtute. Sed hæc.i. huiusmodi dicta possunt uideri obscuriora, quam .s. ut quiuis intelligatur cum disputatur lentius.i. solis verbis, quæ minus mouent, & probant quam exẽpla. Et ita sunt illustranda .i. elucidanda. & nobilitanda uita, atq; factis summorum uirorum hæc dico. quæ uidentur disputare subtilius, uerbis quam factis, licet reuera non disputentur subtilius, quia facta plus afficiunt. Quæro.n. à vobis, ò quirites, aut populares quibus persuasum est diuitias pro bonis esse habendas. Num.i. nunquid ij, qui reliquerunt nobis ante .i. prius Remp. fundatam tam præclarè, uideantur habuisse illam cogitationem, aut auri, aut argenti ad auaritiam.i. cogitasse, & animo uersasse aurum, & argentum ad auaritiam, aut cogitationem amœnitatum ad delectationem, aut supellectilis .i. ornamenti lectorum, ad delicias .s. exquisitas munditias, aut epularum ad uoluptates.s. pecunias, q.d. nequaquam. vnde addit. Ponite ante oculos.i. considerate unumquenq; regum .s. Romanorum, qui septem fuerunt. Vtilis incipere à Romulo, qui primus regum perhibetur. Vtilis incipere post ciuitatem liberam .i. libertatem à dominatione regis superbi, & filiorum, uidelicet Tarquinij, ab his ipsis .s. Iun. Bruto, & L. Tarquinio Collatino, Lucretio, Valerio. qui liberauerunt eam.s. ciuitatem. Quibus gradib.i. scalis, instrumentis ascendendi, tamen.i. ut paucis absoluam, Romulus ascendit in cœlum.i. translatus dicitur in cœlum, & annumeratur dijs Indigentibus. Ne pro an ijs.s. gradibus. qui bona isti appellant, q.d. ne quaquam. Vbi aduerte puer, ut non legas is neq;, sed is ne, quæ & est uenustus sermo, in quo relatiuum sequenti conformatur. non.n. dicit quos, ut referatur ad gradus, sed quæ, ut referatur ad bona. isti autem per contemptum dixit, an sup. ascendit potius rebus gestis, an uirtutibus, q.d. multo. autem pro sed, quid sup. egit aut sentit Numa Pompilius secundus rex Romanorum à Curibus oppidulo Sabinorum missus in imperium magnum? arbitramur ne.s. debemus ne arbitrari cognita religione Numæ, & eius gratia coram dijs, capedines.i. uasa capacia fictilia, & urnulas.i. vasa minora figlinas.i. à figulo è terra fictas, & formatas, fuisse minus gratas dijs immortalibus, quam delicatas pateras aliorũ, scilicet qui posteri dijs aurum immolare cœperunt, inducti auaritia pontificum. in quos dicit Persius, Dicite pontifices sacris quid facit aurum &c. Omitto reliquos.s. reges Romanorũ. sunt etiam omnes pares.i. continentes, & diuitiarum contemptores inter se. præter Superbum.s. Tarquinium. Siquis roget .i. interroget Brutum quid egerit in liberanda patria .i. ut patriam liberaret, uel dum patriam liberauit, & si quis roget item.i. consimiliter reliquos socios eiusdem consilij.s. Collatinorum Lucretium Valerium &c. quid expetiuerint in patriæ liberatione, & quid sint secuti.i. quam mercedem sibi proposuerint, nunquis.i. non aliquis existat, cui diuitiæ uideantur propositæ, cui uoluptas uideatur proposita, cui diuitiæ uideatur propositæ, & deniq; cui uideatur q.d. quam aliud propositum fuisse.i. pro præmio intentum præter officium.i. prçter quam ut faceret officium.i. debitum exercitiũ uiri fortis, & magni? q. d. nequaquam. Quæ res. probat idem alijs exemplis, quæ in Liuio, & Valerio recitantur, dicens. Quę res impulit. Quintum Mutium iuuenem illum Romanum, Sceuolam deinde agnominatum ad necem.i. occasioenm Porsenę regis Etruriæ Romam obsidentis sine vlla spe salutis suæ. quia non sperauit sumus sibi, sed patriæ, & ita non poposcit sibi diuitias, aut honores in terris, ut autẽ in Liu. li. 2. legimus, Tarquinius post Lucretiæ uiolationem à filio eius illatam, & superbiam exactus confugit ad Porsenam regem Etruriæ, petens ab eo suppetias, qui similes fortunas sibi timens, constituit Romanos ad recipiendum regem cogere, cumq; diu Romã obsedisset, & Romani proixmi ad deditionem essent, Q. Mutius accessit ad patres, petens ueniam exeundi in exercitum hostilem ad perpetrandum facinus memorabile ad salutem patriæ, qua obtenta cum in exercitu uideret scribã regis splendidè vestitum, & regalia ferè munera tractare, eũ occidit. Captusq;, & ad regẽ adductus, interrogatur quisnã esset, & cur id fecisset, dixit se

Romanum

Romanum esse, & cōstituisse regem interficere, sed manum er rasse, quocirca ignem petiit, quo ex ara ablato dexteram in faculam coniecit, eamque fere exussit sine gemitu, aut vultus immutatione, quo uiso iussit Rex ignem amoueri, & iuuenē abire, parcens, quod in se sæuierat, cum à seipso non abstineret. vnde quod sæuus in volam.i.manum fuerat Scæuola agnominatus est. Verum simulans se gratiam regi uelle ferre, dixit trecentos esse iuuenes Romanos coniuratos simili uia in regem crassari, donec obsidionem dissoluerent. sibique primum locū sorte datum, alios fore minus erraturos. Quo intellecto rex acceptis obsidibus, obsidionem dissoluit, & Mutium ad ciuitatem liberatam liberum remisit. Cetera historia recitat, licet succincte in superioribus commentariis. unde ad ordinem reuertar, sed norit puer Porsena media breui, & unico n, a Martiale, & aliis pronunciari, a Marone tamē Porsenna media longa, & n, duplicato scriptum. Quis inquam impulit Q. Mutiū siue ulla spe, non tamen sine re. quia aliter euenit, salutis suæ. i.saluationis uitæ. decreuerat enim omnino pro patria mori, aliter temerarie concepisset in medio exercitus regem occidere. Quæ uis.i.uirtus, & potestas tenuit Coclitem. s. Horatium postea Coclitem ob captum oculum, quem in casu de Ponte amisit agnominatum, solum in ponte.s.sublicio.i.sublicis, hoc est lignis per transuersum dispositis constructo, contra omnes copias hostium.i exercitus Porsenæ, donec pōtem securi intercisum deiecisset. Quæ uis deuouit.i. uoto morti uoluntariæ, & diis manibus oblatæ adduxit Deci. patrem. & qui deuouit Deci.filium, ac immisit in copias armatorum hostium, ubi. s. confertissimi erant hostes, illuc se immiserunt, & sibi necē, exercitui autem salutem inuenerunt, sine deorum fraude, ut decipi euouendi se exemplum sequerentur alij, sine miseratione dei eiam errantis deuotionem suscipientis. Quid sequebatur. i. p̄tendebat continentia.s.ab auo C. Fabricij, qui spreuit aurum Pyrrhi, & cum esset clarissimus imperator collectis populis sepultus est. Quid sequebatur tenuitas.i.exiguitas uictus M. Curij, qui in catino ligneo rapulas in foco tostas comedebat, dū legati Samnitum, uim auri illi afferent, quam reiiciens ait, se malle imperare habentibus aurum, quam auro, nihilq; tali uictu contempto opus esse auro. Quid sup. sequebantur duo propugnacula, idest, ut dicunt fortalitia belli punici, uidelicet Cneus, & P. Scip. qui pro muro se Carthaginiensibus opposuerunt, ut qui putauerunt aduentum Carthaginiensium intercludendum.i.impediendum, & obstruendum suis corporibus. quia fortior repugnando, & cadēdo pro patria corporibus suis obstaculum exhibuerunt, ut recitat cōmentarius. Quid sup. sequebatur Africa.s. Scip. minor.i posterior, qui Carthaginem deleuit, quod sequebatur maior. s. Africanus, hoc est Scipio prior, qui Carthaginem tributariam Romano imperio fecerat. Quid supp. sequebatur Cat.s. maior interiectus inter ætates horum.s.duorum Scip. quia minor erat maiori, & maior minore, ut in de senectute uisum est. quod innumerabiles alij. s. Romani sup. sequebantur, dico inquit innumerabiles. Nam nos abundantes exemplis domesticis.i ciuitatis nostræ an putamus eos cogitasse quidquam esse expetendum sibi in uita, nisi quod uideretur esse laudabile, & preclarum? q.d. minime, q a alter non obtinuisse placitis. Veniant igitur ex superioribus exemplis, & de suo cujusque animo coniurent solam uirtutē, & ita solum, quod honestum inter bona habendum dicens. Veniant igitur irrisores huius orationis, ac sententiæ, qua dico nihil præter honestum esse bonum, etiam iudicent, uel ipsi qui.s.irrident, utrum malint, idest magis uelint se esse similes alicuius horum.s. diuitum huius seculi (notum est, quod sæpe dixi similis, quando ad substantiam spectat genitiuo gaudere) qui abundat tectis.i. ædificiis marmoreis fulgentibus ebore, & auro, qui abundat signis.i.simulacris, & effigiebus preciosis. quia artificiose factis, ut plurimum ex ære Corinthio, qui abundant auro, & argento cælato. i.sculpto, & qui abundant opibus Corinthiis.i.quales Corinthij olim possidebant, q̄ erat urbs opulentissima in Achaia inter duo maria sita. unde Flac. i.Car.Bimarisq; Corinthi Mœnia. An sup. malint esse similes Q. Fabricij, qui nihil horum.i.harum diuitiarum habuit, & nihil uoluit habere, q. d. nemo est tam paruo iudicio, si modo mentiri quin se Fabricij similem malit. Atque tales solent adduci facie, ut negant esse in rebus bonis. hæc quidem quæ trāsferuntur modo huc modo illuc.i.diuitiæ mobiles. Tamen tenēt Epicurei tarcte. i.stricte, & defendunt accurrate.i.adhibita cura uoluptatē esse summū bonū, q̄ quidē mox vr̄ mihi esse pecudū non hominum, Tu, ò homo, cum siue deus, siue natura mater omnium rerum, ut ita dicam, dederit tibi animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius, sic ipse.i.tu te abiicies. i. abiectum, & contemptibilem facies, atque prosternes te, ut nihil putes, interesse inter te, & inter quadrupedem. s. pecudem, & bouem, aut asinum, aut porcum, q.d. siue quæ porcis, & bobus summum bonum est uoluptas, etiam tibi sit summum bonum & uoluptas, etiam tibi sit summum bonum, nullum fuerit discrimen. Præterea addit. Et nequicquā bonum, quod non faciat eum, qui possidet meliorem. q.d. minime. Enim pro quia, ut quisque est maximè particeps boni ita est, & i. etiam maximè laudabilis. Neque est nullum bonum, de quo is qui habeat. s. illud non possit gloriari honestè. Quid aūt horū, i. q̄ laudabilē faciūt: aut de quibus gloriari possis honeste est in voluptate, q.d. nihil unde. addit. ne pro an, uoluptas, sup efficit uirum meliorem, aut laudabiliorem? q d. minime An quisquam excellit se gloriando, & prædicatione. i. apta commendatione in potiundis uoluptatibus.i. in hoc, quod uoluptatibus potius sit? q.d. nequaquam. Atqui.i.sed certe, uel atque si uoluptas, quæ defenditur patrociniis. i. aduocationibus, & defensionibus plurimorum, quia plurimi uoluptati indulgent, nō est habenda. i.repudianda in rebus bonis.i. numero rerum bonarum, & ea quo.i. quanto est maior, eo. i. tanto magis dimouet mentem sua sede.i. firmitate, & statu.i. tranquillitate. Profecto i. reuera nihil aliud est uiuere bene, & beate, nisi uiuere recte, & honeste, & ita nihil est bonum beatificum, nisi rectum, & honestum, quod erat huius orationis propositum.

quòd ipse contenta virtus ad beate viuendum.

Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

NEc uero ergo M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putaui. non enim magnitudo animi eius cruciabatur à Pœnis, non grauitas, non fides, non constantia, non ulla uirtus, nō denique animus ipse; qui tot uirtutum præsidio munitus, tantoque comitatu circumseptus, cum corpus eius caperetur, capi certe ipse non potuit. C. uero Marium uidimus: qui mihi secundis in rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, insane, nescis, quantas uires uirtus habet, nomen tantum uirtutis usurpas: quid ipsa ualeat, ignoras: nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno sua ponit omnia. cuius autem spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna; huic nihil potest esse certi; nihilque ꝙ exploratū habeat permansurum sibi ne unum quidem diem eum tu hominem terreo, si quem eris nactus istiusmodi, mortis, aut exilij minis. mihi uero quidquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidem euenerit, modo non repugnanti. quid enim ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curæ, & cogitationes meæ; si quidem nihil peperi tale, nihil consecutus sum, ut in eo statu essem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria? Mortem ne mihi minitaris, ut omnino ab omnibus, an exilium, ut ab improbis demigrandum sit? mors terribilis est iis, quorum laus e mori non potest: exilium autem terribile illis, q. bus quasi circumscriptus est habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas: tuæ libidines te torquent: tu dies, noctesque cruciaris; cui nec satis est, quod est, & id ipsum, quod habes, ne non diuturnum sit futurum, timet.

mes, te conſcientia ſtimulat maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum, atque legum: quocunque aſpexiſti, vt furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, neque reſpirare non ſinunt. quamobrem vt improbo, & ſtulto, & inerti nemini bene eſſe poteſt: ſic bonus vir, & fortis, & ſapiens, miſer eſſe nemo poteſt: nec vero, cuius virtus, moreſque laudandi ſunt, eius non laudãda vita eſt: neque porro fugienda vita, quæ laudanda eſt: eſſet autem fugienda, ſi eſſet miſera. quamobrem, quidquid eſt laudabile, idem, & beatum, & florens, & expetendum videri debet.

QVòd ſe ipſa contenta virtus ad beatè uiuendũ] Græca propoſitio eſt. ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Senſum Cic. tranſtulit potius quam uerba. Sic .n. melius exprimi, & elegantius uidebatur, quam ſi diceretur, ſufficere virtutem ad felicitatem. hoc Paradoxo oſtẽſurus eſt ſolam virtutem ad beatam uitam conſequendam ſatis eſſe. Eſt autem Zenonis, & Chryſippi propoſitio libro de virtutibus. Stoici virtutem diffiniebant eſſe actionem conſentiẽtem, & ipſam propter ſeipſam eſſe virtutem, nõ ob metum aliquem, aut ſpem, aut aliquid eorum, quæ ſunt exterius, inq; ipſa conſtitutam eſſe beatam uitam. Cum autẽ probauerit Cice. nihil bonum eſſe, niſi quod honeſtum eſſet, conſequens fuit oſtendere beatam uitam ſola virtute eſſe contentam. Beatos autem, inquit Cic. hos exiſtimo, qui ſunt in bonis nullo adiuncto malo. Neq; vlla alia huic verbo, cum beatum dicimus, ſubiecta natio eſt, niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. omnes autem boni, & ſapientes beati ſunt, ut dicebat Socrates, mali uero miſeri. Inuehi autem in M. Antonium videtur. qui etſi opibus abundabat, & multis varijsq; fortunæ præſidijs fultus erat, dici tamen beatus non poterat, cum uirtute careret, & tam flagitioſam vitam duceret. ſunt in eundem orationes, quas Philippicas appellant, in quibus, uir corruptiſſimus reprehenditur. [Quòd ſeipſa contenta virtus] Dicimus .ſ. [Nec vero ego, &t] Propoſitionem ſuam Cic. exemplo M. Reguli probat. Nota eſt hiſtoria, quam multi ſcribunt, ut ipſe Cice lib. 3. Offi. Vbi Regulum contra impugnantes defendit, & mirificè laudat. [Aerumnoſum] Calamitoſum Aerumnæ labores oneroſos ſignificant, unde Herculis Aerumnæ uocatæ ſunt. [Infelicem] Cuius uitæ exitus infelix fuerit. Nam iuxta Solonem, ſpectare finem oportet. diciq; beatus Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. [Non grauitas] Aliquot Reguli enumerat virtutes, quæ expertes erant omnis cruciatus, cum Regulus ipſe à Pœnis cruciaretur. [Grauitas] Quæ opponitur leuitati. [Fides] Quæ eſt fundamentum iuſtitiæ. [Conſtantia] Quæ ſubijcitur fortitudini, eſt autem perſeuerãtia in re bona. [Præſidio] Veluti militibus circunuallantibus. [Nam præſidiũ illos ſignificat milites, qui extra caſtra ſedebant in loco aliquo, quo tutior eſſet regio, à militari ergo cuſtodia tracta eſt ſimilitudo. [Caium Marium] Huius vitam ſcri. Plut. Cice. etiam in Tuſc. quæſt. Marij laudat patientiam his verbis. At uero C. Marius ruſticanus vir, ſed planè vir cum ſecaretur, principio vetuit ſe alligari, nec quiſquam ante Mariũ ſolutus dicitur eſſe ſecatus. [Vnus ex fortunis] hæc eſt vnus ex his, qui propria utũtur fortuna. Quæ ut Cic. ait in oratione pro M. Marcello, quaſi dña eſt rerum humanarum. ei n. fœlicitas, & ſucceſſus hominũ aſcribitur. unde, & Luc. inquit, Quidquid laudamus in ullo Maiorũ fortuna fuit. Pompeium item laudans Cic. inter cetera eximia ei fœlicitatem tribuit. [Vnus ex ſum.] qui pauciſſimi ſunt, in virtutibus uero animi nullam ſibi partem fortuna uendicat, ſi veris magna pariatur fama bonis, Etſi ſucceſſu puta remoto. Inſpicitur virtus, ut ait Luc. [Quo] Quare, ut & in proſperis, & in aduerſis rebus moderatus ſis. Neſcis inſane Nũc in M. Ant.] Planè inuehitur, qui faciebat, quod hypocritæ ſolent. Nam de virtute loquebatur, & diſputabat, male autem flagitiosè uiuebat. Nõ enim in verbis, ſed in actione virtus conſiſtit. In huiuſmodi homines, & Iuuen. inuectus eſt, cum inquit, Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem oceanum. quoties aliquid de moribus audent. Qui Curios ſimulant, & bacchanalia viuũt. [Vſurpas] inculcas, in frequenti vſu habes. [Quid valeat] quantam vim habeat, nam ex ſe ipſa pendet, Fortunaq; pendit opposita virtute minas, laudandaq; uelle Eſt ſatis, & nunquã ſucceſſu creſcit honeſtum. Quod Luc. ſcr. [Nemo poteſt non &c.] qui omnia ſua in ſe poſita exiſtimat. Qui ex ſe ipſo non aliunde pendet, is beatus vocari poteſt. Talis autem eſt vir verè bonus, & ſapiens, qui vtranque fortunam decenter perfert, ac ſemper pro qualitate rerum optimè agit. Nemo autem beatus fieri miſer poteſt. Etiam ſi omnia aduerſa accidant. violari enim beatitudo, quæ naſcitur ex virtutibus animi, non poteſt. [Ex ſe ſe] Ex animo ſuo bene conſtituto, non ex commodis corporis, aut rerum externarum, & re uera, quod Græcorum ibi prouerbio eſt οὐκ ἄνθρωπος ἐστι τὸ ὁρώμενον, hoc eſt non eſt homo, quod cernitur, ſed animus hominis, ſcilicet. Cic. quoque ait nõ eſſe hominem, quod digito monſtratur, ſed animum hominis. [In ſe vno] vnde, & Perſius ait. Nec te quæſiueris extra. [Cui ſpes &c.] Non poteſt eſſe beatus niſi qui firma, & ſtabilia poſſidet bona, diuitiæ, imperia &c. eiuſmodi ſtabilia non ſunt, quoniam facilè mutantur, & auferri poſſunt, nõ eſt igitur beatus, qui hæc poſſidet. [Ex forruna] Ex his quæ bona uocantur fortunę, ex quibus M. Antonius pendebat [Nihil certi] ſicut is, q. virtute eſt præditus, quæ poſſeſſio certa eſt. auferri enim & mutari non poteſt. [Vnum diem] Etiam breuiſſimum tempus. Sępe enim accidit, vt quem mane potentem, & diuitem uidimus, eundem abiectum, & pauperem ueſpere uideamus. [Eum tu, &c.] Huiuſmodi, inquit, hominem Antoni, qui totus ex ſeſe pẽdeat, qui omnia ſua in ſeipſo poſita habeat, terreto quãtumlibet minis mortis, & exilij. Quia nihil proficies. non enim commouetur, & hæc omnia virtute inferiora iudicat, ille commoueri poterit, cuius ſpes omnis, & cogitatio pendet ex fortuna. [Mihi uero &c.] qui ex fortuna pendet terreri poteſt, ergo tantum abeſt, ut uerear quidquid mihi accidat inter ingratos ciues, ut ne recuſaturus quidem ſim, ſiquid acciderit, aut repugnaturus. [Nam libenter ſuſcipiam] Et occaſionem mihi præbitam exiſtimabo periculum mea uirtute faciendi, fruſtra ergo exilium mihi, aut mortem minaris, cum in animo meo mihi omnia mea poſita ſint, & in conſcientia bene actæ uitæ, cum libenter exiturus ſum tam ingratam ciuitatem, quæ liberata olim, & defenſa à cæde, & incendijs per me fuit, cum pernicioſiſſimam coniurationem extinxi, & coniuratos comprehendi, & tamen tot me iniurijs afficit, tot periculis obijci patitur. Nõ repugnanti] Sicut Clodio non repugnauit eiectus ab illo in exilium, cum poſſet, quod ipſe ſcribit multis in locis. noluit enim ciues ſuos, & de ſe optimè meritos, & decertare pro ſe paratos obijcere ſeruis armatis, & gladiatoribus. [Quid enim &c.] Fruſtra, inquit, tot labores ſuſtinuiſſem, tot vigilias, & ſolicitudines in perdiſcendis bonis, & honeſtis artibus conſumpſiſſem, ſi ex hoc ſtatu in quo ſum dimoueri poſſem. [Peperi] Quantum ad opera quæ fecit, nam libros ſuos, & res geſtas partus ſuos vocant poetæ & oratores. [Conſecutus ſum] Ad honores ſpectat, & magiſtratus quos gradatim geſſit. Temeritas] Gaudet enim omnia fortuna commiſcere, quam cęcam, & temerariam uocat. [Mortem ne mihi &c.] Cõfirmat quod dixit, ea ſe peperiſſe, & conſecutum eſſe, quæ labefactari non poſſunt, & ſtultus, inquit, es, ſi mortem mihi minitaris, aut exiliũ. hæc enim quę veluti grauia, & terribilia proponis, grata mihi hoc tempore acciderent. nam per mortem abirem à mortalitate ad immortalitatem. liberarer tot periculis, quot mihi quotidie inſtant. non eſſem diutius inter improbos, & ſceleratos, abirem in cœlum, & præmia bene actæ uitæ acciperem. per exilium uero à malis ciuibus, & ingrata ciuitate ad bonos, & gratos homines me cõferrem, neque angerer, quod patria carerem. nã uiris fortibus, & probis, totus orbis patria eſt. Ab hominibus] ſcilicet migrandum ſit ad deos, ad veram æternamq; beatitudinem, quam illi conſequuntur qui rectè vixerunt. [Mors terribilis eſt ijs] Qui voluptatibus dediti ſunt, & omnis virtutis expertes, ijs moleſtũ eſt mori. [Cum uita] Nam morientes nullam ſui memoriã poſteris relinquunt. His quorum &c.] Cic. in Tuſc. quaſi dicat. Sed profecto mors cum æquiſſimo animo appetitur, cum ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt. Nemo parum diu vixit, qui uirtutis perfectæ profecto functus eſt munere. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerant, quæ utinam potuiſſem obire. nihil enim acquirebatur, cumulata erant officia uitæ, cum fortuna bella reſtabant. Quare ſi ipſa ratio minus faciet, & mortem negligere poſſimus, à uita acta perficiat, ut ſatis ſuperque vixiſſe uideamur. [Mori non poteſt] Sicut mea cũ tot res geſtæ meæ extent, tot monimenta ingenij relicturus ſim.

sim. [Exilium]Isti timent exilium, qui quasi quibusdam includuntur habitaculis, quę egredi non liceat, extra quæ uiuere nec possunt, nec sciunt, nam probis, & fortibus uiris totus orbis patria est. Socrates quidem cum interrogaretur ex qua ciuitate se esse diceret, sed mandatum, inquit. Totius omni mundo se incolam, & ciuem esse arbitrabatur. Aristophanes quoq; ait, πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. quem uersum etiam Teucer. apud Sophoclem usurpauit. [Te miseriæ]Miserum fortasse me existimas, cum hæc mihi miniteris, sed tu miser habendus es, qui libidinibus, & cupiditatibus plura possidendi dies, & noctes cruciaris disputaturus est illud Paradoxum Cic. omnes stultos insanire perturbationibus .s. animi, quas omnes philosophi morbos appellant qui autem in morbo sunt, ij crucientur assiduè necesse est. Contra sanitas animorum in tranquillitatē quadam constantiaq; posita est. Rectè ergo Antonium cruciari ait Cic. cuius animus multis perturbationum morbis circunseptus erat, nec officio suo utebatur, quod est ratione bene uti, quod sapiens facit, qui nunquā perturbatur. [Nec satis est &c.] Quia nunquam, ut supra ait expletur, aut satiatur cupiditatis sitis. [Nec diuturnum sit] Quia fortunæ bonæ transferri possunt, & mutari. ideo diuturna non sunt. [Conscientiæ] τῶν μέσως conscientia, ideo semper aliquid additur, ex quo intelligitur inquam partem accipiatur. Virg. Et mens sibi conscia recti. Papini. Trepidis circunuolat alis Sæua dies animi. Nullum autem tormentum grauius conscientia peracti sceleris. Quod Iuuen. ait, Pœna autem uehemens, ac multo sæuior illis, Quos, & cædis sues grauis inuenit, & Rhadamantus, Nocte dieque suū gestare in pectore testem. [Iudiciorum, atque &c.] Iudicia ex legibus nascuntur. Illæ enim pœnam proponunt sceleribus. [Vt furiæ]Sicut enim furiæ cruciare, & uexare sceleratos dicuntur, ita iniuriam quibus multos effecisti conscientia te exagitat. Quid enim aliud sibi uolunt poetæ cum à furijs matris agitatū scribunt Orestem, quam illum conscientia sceleris peracti uexatum? [Quamobrem] Concludit hoc Paradoxum per contrariū colorem Rhetoricum. [Sapiens enim stulto] Fortis inerti opponitur. [Miser esse &c.]Si stulto, hoc est morbis animi oppresso, & ratione non utent, bene esse non potest, & qui ratione utitur, & omni morbo, hoc est perturbatione caret, qui est uerè sapiens miser esse non potest, etiam si circuetur, & in compedibus, atque carcere sit. [Si esset misera.]Qualis tua est, qui cum tot perturbationibus occuperis, insanus es, & semper cruciaris. Vita sapientis misera esse non potest, quidquid ei accidat aduersi. [Quamobrem &c.] Probat uitam sapientis laudabilem, & per consequens beatam, quidquid beatum est, idem, & laudabile est, & beatum.

OMNI BONI. IN quo uirtus sit ei nihil deesse ad bene beateq; uiuendū] uidens Cic. quod Titu. mala sonaret in Latinum, si de uerbo ad uerbum tractaret. idem per alia uerba dixit, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίας, quod per se sufficiens est uirtus solam habere beatitudinem, admirabili scientia demonstratur uirtus solam habere beatitudinem, sicut in paradoxo demonstratur, quod solum bonum appellatur, quod fit cum honestate, & bona externa, atq; corporis bona uocitanda non sunt, beatitudo autem in se comprehendit omnia bona, quæ facile bona unusquisq; uirtute præditus consequitur. Inuehitur autem Tullius contra M. Antonium, quamuis non nomine eum ostendendo, quamuis abundans maximis copijs fortunæ non tamen est, beatus, quia uirtute caret. [In quo virtus sit nihil ei deesse] Bene subaudi dicunt Stoici. [Neque]Subijcit exemplum de M. Regulo, qui cum cruciaretur à Carthaginiensibus non miseriā sentiebat, immo tunc erat in maxima beatitudine, quia officium uirtutis exercebat. historiæ.n. supersedendum, quoniam superius tetigimus. [Aerumnosum] Aerumna.n. est labor corpori. [A Pœnis] A Carthaginiensibus, Pœni sunt Carthaginienses, q. d. non est ille qui digito monstrari potest. Animus, qui est ipse homo non cruciabatur. [Grauitas]Numerat aliquas partes uirtutis, quas exercebat M. Attilius Regulus. [Fides]Quam præcipuè habuit in obseruando iuramento Pœnis. [Constantia]Virtutis perseuerantia in uita. [Præsidio]Tutela alicuius loci. Corpus eius cum caperetur] Quamuis corpore esset captiuus in libero animo erat, nunquam emisit unum uerbū turpe, sed omnia tollerabilia pro uirtute, quemadmodum fecerunt nostri maiores à tyrannis cruciati C. Marius Arpinas, qui fuit Cic. coetaneus in scientia militari ceteros præualebant, fuit autem in rebus secundis fortunatissimus, in aduersis fortissimus. Cum discordias cum Sylla haberet depulsus est ex urbe, & latuit in Pontinis paludibus postea in urbem reuocatus Syllanus expulit. [Quo nihil beatius reperiri potest]sumus inter uirtute prędito, & uirtutis tutela munitos, quæ corporis crimina sentire non permittit. [Nescis] Dirigit sermonem ad M. Antonium, qui solum nomen uirtutis habebat non actionem, nam uirtutis omni laus in actione consistit, immutabat etiam dictum Iuuen. Et de uirtute locuti clunem agitant. M. Ant. quotidie de uirtute disputabat, & animus eius tot uitijs, & sceleribus implicitus erat. [Quid ipsa ualeat] Quæ nulli pœnis, & tormentis cruciari pōt. [Nemo].i. omnis beatus est ex se.i. ex animo. qui.n. ornatus est uirtute, ille dicitur esse beatus, & omnia in habere bona. [In se uno] idest animo bene constituto, q.d. non est ille, qui digito monstrari potest. [Ex fortuna] non in uirtute, ut M. Antonius nihil certum, & exploratum in se habeat, cum Marcum.i. talem hominem omnia sese recipientem nō minus mortis, non pęna exilii, non alia significatione malo interire aliquo. [Istiusmodi].i. qui sit constans in uirtute, ut M. Antonio nihil certum exploratum fuit. M. Regulus. [Mihi] Vel Cic. uel Catoni, siue alicui simili contingeret aliquid mali illud non timebā, & modo suspiciam libenter, quia uirtutis meæ experimentum faciam. [Ingrata ciu.] Ingrata dicitur, quoniam Cic. eā defendit à conspirationibus Catilinæ. Nunc autem M. Antonius ille minatur mortem, vel exilium. [Non repugnanti.]Quod idem fecit cum à scelero Clodio in exilium missus fuit non repugnauit recedere cum potuisset suscipe arma ostendit in omnibus orationibus quas habuit pro reditu suo. Quid enim, ut eo statu essem, quem non misericordiæ, non fortunæ, non exilia perterrere facerent. [Mortem ne mihi] ostendit istius stultitiam, qui putauit Cic. male tradere illi bonum hoc affert, hoc modo, si mortem mihi præbebis ibo de mortalitate ad immortalitatē, ulterius Sylla passus infinitos labores uirtutis amore ab huiusmodi pœnis ad beatorum loca demigrans præterea si mihi eximium minaris. hoc erit mihi iucundissimum, ab ibo.n. ab improbis, qualis es, tu ad probos, & ad bonos homines. [Ab hominibus]Subaudi demigrandum, ac si diceret ad immortales deos proficiscar, ab improbis ad probos. [Mors]Terribilis, reddit rationem ad mortem. [Exilium] reddit rationem cur exilium sibi non sit terribile. [Circunscriptus].i. illis, qui non sciunt habitare, uidelicet uiuere, nisi in sua officina, & domuncula, non autem terribile exilium sapientibus. ut docebat Socrates, quorum locus habitandi est totus orbi. [Qui te florentem] Maximum enim erat in remp. M. Ant. Cui nec satis]quod est propter auaritiam non sufficiunt sibi diuitiæ quas habet, ideo beatus esse non potest. [Nec diuturnum] ut descripsimus in superiori paradoxo, hæc quæ modo huc, & illuc transferri possunt non sunt diuturna. [Te conscientiæ]conscientia est uocabulum me dium, nam & bona, & mala dicitur conscientia, ut plurimum capitur in malum, ideo semper addendum est, ut ille, & sibi mens conscientia recti. Quint. ait. Conscientia mille testes. Examinat] occidit ne capiatur propter scelera, atque adulteria sua. [Vt furiæ] Tantæ sunt iniuria quas fecit, ut furiæ sibi ante oculos uersari uideantur, quæ non permittunt te libere suspirare. Bonus improbo, fortis stulto, sapiens inerti correspondent. [Nec uero.].i. uita illius laudanda esset si esset misera, vita uirtute bene instituta expetenda est, quia misera esse non potest, quamuis multæ calamitates tribuant sapienti, tamen in ea beatitudo cō sistit cum ea uirtus perdurat, quod sapienti uni secundum Stoicos accidere non potest, secundum uero Peripateticos calamitas hominis quamuis peritissimo euenire potest. Laudabile. Quidquid laudabiliter agitur bonum nuncupatur, sed in Ant. propter scelera sua nihil est laude dignum, ergo in seipso beatitudo consistit, quamuis externis bonis abundans sit.

ASC. QVOD se ipsa contenta uirtus ad beate uiuendum], Hoc ij. Paradoxum sic Græcè sonat, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, idest quòd sufficiens uirtus est ad felicitatem. ὅτι enim dicitur, quod autarKes (profertur autem Græce αὐτάρκης) scilicet multa, & sufficiens (ἡ est articulus) ἀρετὴ idest uirtus est πρὸς, idest ad εὐδαιμονίαν, idest felicitatē. Quam scientiam uidetur contra Antonium induxisse, ut superiorem contra Catilinam, & coniuratos reliquos. Probat autem potissimum exemplo Marci Reguli Attilij, de quo in iij. Officior. latè uisum est. Ordo est, ut proponatur thema. Nihil deesse cum quo sit virtus ad uiuendum beate? quasi dicat quidem assero, nec uero ego putaui nūquam M. Regulum Attiliū, qui vt fidem

sidem hosti seruaret, & Reip. cõsuleret ad dirissimum redit supplicium in carcerem Carthaginiensem, nec ærũnosum.i. ærũnis ac calamitatibus plenum, nec infelicem, nec miserum. Enim pro, quia, magnitudo animi eius non cruciabatur à Pœnis.i. populis Carthag. unde Aen. j. Pun. regna uides &c. Et ideo bella Carthaginiensia bella punica. dicuntur.n. diphtongus sępe in u mutatur, ut a pœna sit punio, & pęnus punicus, à mœnia munio &c. non grauitas, non fides, non constantia, non ulla uirtus supr. alia, non denique ipse animus repente cruciabatur à Pænis, qui.s. animus munitus præsidio.i. defensione, & custodia, quod gallicè garnison dicitur, tot uirtutum, & septus.i. circunstipatus tanto comitatu uirtutis. Cum.i. quando, aut quãuis corpus caperetur, ipse.s. animus non potuit certe capi. Vero pro sed, nos uidimus C. Marium Arpinatem conterraneum Cic. & item nouum hominem, ut ipse erat, de quo in Iugurtha Sal. prima, qui uidebãtur mihi in rep. secundis.i. prosperis, vnus ex hominibus fortunatis i. felicibus, quibus bona fortuna plurimum fauet. qui nimia dexteritate in bello vsus erat, & uidebatur aduersis sup. rebus unus ex summis uiris, quia rex aduersas fortissimo animo tulit. Quod .s. homine qui unus ex felicibus, aut ex summis sit uiris, nihil potest esse.i. contingere mortali .s. homini beatius.i. fortunatius & felicius. O insane quisquis virtutẽ paruipendis, ut tu M. Ant. tu nescis inquam quãtas uires habeat uirtus, tu usurpas tantum nomen virtutis sine re, & ita ignoras quid.s. uera uirtus ualeat. Nemo potest esse nõ beatissimus, qui est totus aptus.i. constans, & quadrans ex sese.i. ex seipso, quique.i. & qui ponit omnia sua in vno.i. solo. vndè Persius, Nec te quæsiueris extra. & Maro de uiro bono: Quin proceres, uaniq́ue leuis quid opinio uulgi Secutus, mundi instar habens teres, atq; rotundus, externæ ne quid labis per leuia sidat. Autem pro sed, nihil certe, & nihil quod habeat exploratum.i. satis scrutatum, & cognitum permansurum sibi .i. ipsum habenti quidem.i. certe unum diem potest esse huic omnis spes, & ratio, & cognitio, pendet ex fortuna terreto eum, .i. eiusmodi hominem cui in fortuna sit omnis spes si nactus eris .i. inueneris, quem .i. aliquem sup. talem terreto inquam istiusmodi minis mortis, aut exilij. Vero pro sed, quidquid mihi acciderit.i. cuiuis viro forti, & constanti (videtur tamen de se loqui, cui iã extremũ suppliciũ minatus etiam, postmodum intulit) in ciuitate tamẽ ingrata, ut qui Camillum, Scip. aliosq; præstãtissimos uiros in exiliũ miserat, & nunc pari uideretur, ut Cic. primus parẽs patriæ appellatus, & qui è Catilinæ faucibus rẽp. eripuerat in exilium mittatur id supplicium ob factionem Amposcatur, euenerit sup. mihi, ne quidem .i. non etiam recusanti .i. ultro ferre parato, non modo.i. ne dum non repugnanti.i. tantum absuerit, ut repugnem, ut ne recusem quidem pro patria mori. Enim pro quia, quid.i. ad quid, ego laboraui, aut quid egi, aut in quo eui gilauerunt curæ, & cogitationes meæ.i. quid mihi proferunt? Quidẽ.i. certè, unde, idest siquidem, hic sunt duæ partes, si ergo nihil tale cœpi, & nihil consecutus sum tale, ut essem eo statu .i. in ea qualitate conditione uitæ. Quem.s. statum, neq; temeritas fortunæ, neq; iniuria inimicorum labefactaret.i. deijceret, & concuteret? q.d. nihil mihi profuerit ante acta uita. unde & Seneca iustum mori respondisse aiunt, in uanum se philosophatum, si mortem patienter ferre modum dedicisset. Mortem ne, & cetera. Docet uiro forti ne mortem quidem timendam, cũ malum non sit. unde, & Horat. de uiro bono in epist. dicit, quod decet minitanti mortem moriatur, mors ultima linea rerum est? quasi dicat nihil amplius in me potes. Et ideo saluator docet non timendos, qui corpus tantum occidere possunt, & quia mors naturalis est, nihil mali saltem culpæ in ea esse uolunt. unde illud est Maronis: Vsque adeo ne mori miserum est &c. illud Iuuen. Magnum crede nefas animam præferre pudori, Et propter uitam uiuendi perdere causas. dicit ergo, Ne, pro an, ò Antoni, aut quisquis es tyrannum agens, minaris mihi mortem, ut sit mihi demigrandum, idest discedendum omnino ab hominibus, idest ex hoc mundo, an minaris mihi exilium, scilicet in aliquas solas terras, aut in alienam prouinciam? vt sit mihi demigrandum ab improbis, qui in ciuitate tali sub tyranno uiuunt. Mors est terribilis ijs, scilicet peccatoribus, quia mors peccatorum pessima, quorum omnia.s. bona, & fama, & uitia, & merita extinguuntur cum uita. quia perit memoria eorum cũ sonitu. Iustus autẽ, ut palma florebit. Et in memoria eterna erunt iusti, & ideo mors non sup. est timenda ijs quorũ laus non põt emori. Autẽ pro sed, exilium est terribile ijs quibus, quasi circunscriptus est locus habitandi: non ijs, qui ducunt .i. reputant omnem orbem .i. totum orbem terrarum esse unam urbem. Vnde Socrates interrogatus cuius esset, mũdanum se esse respondit. significans totum mũdum sibi patriã esse. Miseriæ, & ærumnæ .i. miseri cruciatus conscientiæ tantorum scelerum premunt te, qui putas te beatum, & qui putas te florentem, libidines.i. malæ, & libidinosæ uoluntates torquent te etiam futuræ, quia uermis eorum non extinguetur, tu cruciaris.s. à conscientia, ut dicit Iuuen. Iudice quo se nemo nocẽs absoluitur, dies, & noctes.i. per totum tẽpus uitæ. Nec id, quod est sup. tibi.i. quod habes est satis sup. tibi, & times nec ipsum, quod habes.s. per iniustam occupationem sic non diuturnum .i. breuis possessionis futurum. Conscientiæ maleficiorum tuorum stimulant.i. punguntat, metus.i. formido iudiciorum, atque legum examinat.i. emori facit sine animo, ac animam reddit te, & iniuriæ tuæ.i. quas aliis facis, occurrunt sic tibi quocũque aspexisti.i. oculos direxisti, ut furiæ.s. infernales possunt occurrere parricidis, ut Oresti, & alijs nefandi sceleris auctoribus. Quæ .s. iniuriæ, aut furiæ non sinunt te suspicare liberè.i. sine pressura, & anxietate animi. Quamobrem, ut.i. quemadmodũ nemini, idest non potest esse bene, non alicui improbo, & stulto, & inerti.i. qui neque uult, neque scit, neque ualet bene operari. Improbus enim non uult, stultus non valet, & iners qui sine arte est, nescit, pessimus autem est, qui non uult ita improbus.i. improbandus summopere. Stulto autem ignoscẽdum est. unne Iuuen. Hunc ego satis imputo. Inerti autem qui didicisse voluerit, venia est neganda. unde quia hic etiam stultos taxat, sciemus propriè stultum non esse furiosum, aut per naturam desipiẽtem. sed qui alicui rei uitiosæ studet, atq; ita in uitio est, vt stultus in meretricibus, aut mercatibus. Sic .i. è conuerso uir bonus contra improbum, & sapiens contra stultum, & fortis cõtra inertem, & ignauum non potest esse miser. Nec uero uita eius, cuius uirtus, & mores rersunt laudandi, est non laudanda. Autem pro sed, talis uita esset fugienda si esset misera. Quãobrem, concludit, quidquid est laudabile idem debet uideri, & beatum, & florens, & expetendum.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα:

quòd æqualia peccata.

PArua, inquis res est, atqui magna culpa. Nec enim peccata rerum euentu, sed uitijs hominum metienda sunt. in quo peccatur, id potest aliud alio maius esse, aut minus. ipsum quidem illud, peccare, quoquò te ueteris, unum est. auri nauem euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili uirgine; peccauit uero nihilominus: siquidem est peccare, tanquàm transire lineas, quòd cum feceris culpa commissa est: quàm longè progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet peccare certè licet nemini. quòd autem non licèt, id hoc uno tenetur; si arguitur non licere. id si nec maius, nec minus unquàm fieri potest (quoniam in eo est peccatum, si non licuit, quòd semper unum, & idem est) quæ ex eo peccata nascantur, æqualia sint oportet. quòd si uirtutes pares sunt inter se, paria esse etiam vitia necesse est. atqui pares esse uirtutes. nec bono uiro meliorem, nec temperante temperatiorem, nec forti fortiorem, nec sapienti sapientiorem posse fieri, facile potest perspici. An uirum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset, auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem millibus non idem fecerit? aut temperantem, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? una uirtus est. consentiens cum ratione, & perpetuam

tua constantia. nihil huic addi potest quo magis uirtus
sit, nihil demi, ut uirtutis nomen relinquatur. Etenim
si bene facta recte facta sunt, & nihil recto rectius: certe
nec bono quidem melius quidquam inueniri potest. se-
quitur igitur, ut etiam uitia sint paria: siquidem prauita-
tes animi recte uitia dicuntur. atqui, quoniam pares uir-
tutes sunt, recte etiam facta: quando à uirtutib. proficis-
cuntur paria esse debent: itemq; peccata, quoniam ex
vitijs manant, sint æqualia necesse est. A philosophis, in-
quis, ista sumis, metuebam, ne a lenonibus, diceres So-
crates disputabat isto modo, bene hercule narras. nam,
istum doctum & sapientem uirum fuisse, memoriæ tra-
ditum est, sed tamen quæro ex te (quando uerbis in-
ter nos contendimus: non pugnis) utrum potius de bo-
nis est quærendum, quid baiuli, atque operarij, an quid
homines doctissimi senserint: præsertim cum hac senten-
tia non modo uerior, sed ne utilior quidem hominum
uitæ reperiri ulla possit. quæ uis est enim quæ magis ar-
ceat homines ab improbitate omni, quàm si senserint,
nullum in delictis esse discrimen; atque peccare se, si pri-
uatis, ac si magistratib. manus inferant? quamcunque in
domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidi-
nis? Nihil ne igitur interest, (nam hoc dicet aliquis)
patrem quis necet, an seruum? Nuda ista si ponas, iu-
dicari, qualia sint, non facile possunt, patrem uita priua-
re, si per se scelus est; Saguntini, qui parentes suos li-
beros emori, quàm seruos uiuere maluerunt, parricidæ
fuerunt. ergo, & parenti nonnunquam adimi uita sine
scelere potest; & seruo sepe sine iniuria, non potest. cau-
sa igitur hæc, non natura, distinguit: quæ quando alte-
ri accessit, id fit propensius: si utrique adiuncta sit, pa-
ria fiant necesse est. illud tamen interest, quod in ser-
uo necando, si adsit iniuria, semel peccatur: in patris ui-
ta uiolanda, multa peccantur: uiolatur is, qui procrea-
uit, is qui aluit; is, qui erudiuit; is, qui in sede, ac do-
mo, atque in rep. collocauit: multitudine peccatorum
præstat, eoque pœna maiore dignus est. sed nos in uita,
non quæ cuique peccato pœna, sed, quantum cuique li-
ceat, spectare debemus. Quidquid non oportet, scelus
esse, quidquid non licet, nefas putare debemus, etiam
ne in minimis rebus? Etiam: siquidem rerum modum
fingere non possumus, animorum tenere possumus.
Histrio si paulo se mouit extra numerum, aut si uersus
pronunciatus est syllaba una breuior, aut longior, exi-
bilatur, & exploditur: in uita, quæ omni gestu modera-
tior, omni uersu aptior esse debet, ut in syllaba te pecca-
re dices. Poetam non audio in nugis in uitæ societate au
diam ciuem, digitis peccata dimetientem sua? quæ si ui-
sa sint breuiora, leuiora qui possunt uideri? cum, quid-
quid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque
ordinis; perturbata autem ratione semel; & ordine nihil
possit addi, quo magis peccari posse uideatur.

FRAN. MATV

[P]Arua, inquis, res est &c] Græcus titulus, ὅτι ἴσα τὰ
ἁμαρτήματα tertium est paradoxum, in quo paria
esse peccata ostendere conatur Cic. ex Stoicorum
sententia. hoc enim ipsi existimabant, & sic argume-
tabantur. Si uerum uero maius nō est, nec falsum falso maius
erit, ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. nam, & qui cen
tum stadijs abest a Canopo, & qui uno, æque in Canopo non
sunt, ita qui minus peccat, & qui amplius æque in recto opere
non sunt. Erant enim exempli gratia, Athenis in templo Palla
dis statuæ duæ, aurea altera, altera uero plumbea. Duo fures
ingressi diripiunt alter auream, alter plumbeam, compre n-
duntur, & ad Areopagitas deducuntur. At sunt Draco, & Solō
legum latores. Indicant pari pœna puniendos, quod æquale
peccatum, & idem uterque furatus erat statuam s. Palladis, li-
cet non ex eadem materia, hic non res consideratur, sed causa,
& furis animus, atque intentio. Ex quo scire oportet duplici-
ter considerari peccatum, ab intentione, & a re, quantum ad
causam attinet. quod Cic. docet euidentissime, idem peccatum
est obolum furari, quod aureos centum. In oratione tamē pro
Muræna, hanc Stoicorum opinionem contra Catonem dispu-
tans irridet Cic [parua, inquit, &c.] propositio est quam proba
turus est, aliquid autem suppleas oportet Zeno uel Stoicus.
[Neque enim peccata &c.] Ratio est, quoniam peccata non re-
rum euētu, hoc est eo quod homines effecerint. [Sed uitijs ho
minum] hoc est animo & intentione, Stoici non considerabant
quid factum esset, sed quo animo factum esset. [Metienda] Ex-
pendenda, mensuranda. [In quo] Res in qua quispiam peccat.
[Aliud alio maius] plus furatur qui subripit uiginti, quā qui
subripit decem. est autem confirmatio rationis. [peccatum]
Quomodo sit unum paulo post ostensurus est. [Quoquo uer-
teris] Aut ad maius aut ad minus. [An auri nauem] ponit exē-
plum, ut res facilius ab imperitis percipiatur. Et tam, inquit,
peccat, quantum ad eius attinet inscitiam, gubernator qui au-
ro onustam nauim euertit, quam qui onustam paleis sinit mer
gi, res quidem est diuersa quæ peritur, sed eodem occidit in-
scitiæ uitio. quia nauem regere nesciunt. [Lapsa est] Aliud exē-
plum; si quis cum ignobili muliere communicet. tantundem
esset ac si uirginem uiolaret quantum attinet ad peccatum, cū
peccare nihil aliud sit quam a recto recedere, & ueluti rectitu-
dinis terminos transire. Si quis uero rem expendat, differentia
est. Grauibus enim ledit qui uirginem uiolat, quam qui cum
ignota coit. [Muliere ignota] Vt ancilla. [Ad pauciores] Nam
quia ignota pauci dolēt eam attractari. [Petulans] Lasciuus,
libidinosus. [Generosa & nobili] Et ex familia illustri, & nota.
nam ex quo ad plures dolor pertinet, & grauius peccatum est,
si quis rem solam consideret. [peccauit uero] Vnde & Horat.
ait, quid interest in matrona, ancilla, pecces ne togata? quasi au
tē diffinit quid sit peccare cū dicit esse tanquam trāsire lineas,
hoc est uirtutis, & rectitudinis metas, & propositos terminos
egredi, sicut & relinquere ut Festo placet, & præmittere quod
non oportet præteriri. Linea est quantitas longa sine latitudi-
ne, & profunditate, cuius extrema duo sunt puncta, sic rationa
biliter aūt cōparari uirtuti potest, quæ recta, & æquabilis. hanc
uirtutis lineam qui uno semipede præteriit, non aliter peccat,
quā is qui decem pedibus prætereat. Nā quantum uis minimū
egrediaris, ab ea discedis [Quam longe] Siue parum, siue mul-
tum, nihil refert peccatū est in reliquendo. Exempli causa, edi-
cit Senatus ne quis portam ciuitatis egrediatur, quod si egres-
sus quispiam fuerit exul habeatur. tres egrediuntur, hic tribus
passibus, ille mille tertius decem millibus oēs exules habentur,
& eadem pœna exilii digni iudicantur, quoniā contra Senatus
edictum fecerunt. [Ad augendam, &c.] Qm̄ in transeundo me-
tas peccatum est, non in quantitate excessus, aut qualitate rei.
[peccare certe, &c.] si uirtus iubet quæ facienda sunt, & prohi-
bet contraria, peccatum autem omne contra uirtutem est, se-
quitur nemini concessum peccare. qui ergo peccat, quia egre-
ditur lineas uirtutis etiam si parum peccat, tantum peccare iu
dicatur quantum is qui multū peccat. [In hoc uno tenetur] in
hoc uno q. s. fecerit] tenetur i. consistit, & perpositū est q. s. non
licet, q si quis est qui fecerit, q nō licet peccat. Quidquid illud
est, q fecerit [Si arguitur] si probatur s. nō licere. Id argumēta-
tio est hoc modo, si q non licet, neq; maius, neque minus fieri
unquā pōt: cum peccatum sit in eo, q nō licet, q semper unū,
& idem est, & peccata quæ nascuntur ex eo, quod non licet pa-
ria sint oportet, qui rem habet cū ignota facit, quod non licet,
non minus quā qui uirginem uiolat, utrunq; peccatum ex eo
nascitur, quod non licet paria igitur sunt. [Quod si uirtutes]
Ratio est a simili, sicut uirtutes pares sunt inter se, sic & uitia,
quæ sunt opposita uirtuti paria sunt. Stoici omnia bona paria
esse putabant, bonumq; omne summopere esse appetendum,
idq; neq; augmentū suscipere, nec decrementum exempli grā.
tā implet officiū liberalis uiri, qui largitur aureū, cū plura lar-
giri nō possit. q. q. decem aureos erogat, cū possit nec cōsidera-
bant illi bonū, vt maius uel minus est, sed ut q. spiā suscipiebat.
[Pares] quia uirtus maior alia uirtute nō est. Est aūt bonus syl-

 logismus

logiſmus, conclusionem relinquit more oratoris, facile enim eii ci poteſt poſitis præmiſsis. [Nec bono &c.] Non recipiebant cõparationis gradus Stoici, cum bonum neminem intelligerent, qui non eſſet perfecte ereque bonus. Quicunque implet officiũ uirtutis, is uirtute præditus bonusque dicitur. Cui uero quippiã defuerit bonus eſſe non poteſt. Tam ergo liberalis eſt, qui pauca largitur cum plura non poſſit, quam qui multa cum poſſit. [Bono uiro] Iuſto. Nam ex iuſtitia boni uiri nominantur, ut ait Cic. in off. Tangit autem hic quatuor uirtutes principales. [Sapienti] Prudenti. non tamen idem ſunt prudentia, & ſapientia. Nam prudentia eſt habitus uerus cum ratione, qui in his augẽdis uerſatur, que ſunt homini bona, & mala. Sapientia eſt ſcientia, & intellectus precioſiſſimorum natura. Sapiẽtes plerunq; rebus admirabilibus, & diuinis intenti propria commoda ignorant. At uero prudens circa illa uerſatur, in quibus conſilium locum habebat, cum bene conſulere ad eum præcipue ſpectet. [An uirum bonum, &c.] Exemplo oſtendit uerum eſſe quod dixit, bono meliorem fieri non poſſe. Quia tam bonus eſt qui depoſita apud ſe auri pondo decem reddit, cum lucrari impune poſſit. Quoniam nullus teſtis fuit, cum deponerentur, quã qui reddit decem millia. Hoc ex contrario uerum eſſe cognoſcitur. Quia tam peccat qui non reddit decem pondo apud ſe depoſita, quàm qui decem millia, Iuſtum enim non intelligit, ſecundum rei qualitatem circa quam iuſtus eſt, ſed circa animnm, & intentionem iuſtitiam exercentis. [Pondo] Generis eſt neutri, & pluratiui numeri, ac μονόπτωτον Significat autem libellam, vnum pondo non dicimus, ſed duo tria pondo, & deinceps obſeruamus. [Aut temperantem] qui ſemel intemperans fuerit, etiam ſi ſe, & prius & poſterius ſemper continuerit, dicit temperans amplius non poteſt, cum ſemel recti terminos egreſſus ſit. ut uirgo quæ ſemel tantum ſe uiolari ſiuerit, uirgo amplius appellari non meretur. [In aliqua] Vt in uirgine. [In aliqua] Vt in ancilla. [Vna uirtus &c.] Probat uerum eſſe, quod dixit ex deſcriptione uirtutum, quæ eſt habitus animi in naturæ modum rationi conſentaneus. hæc uirtus conſiſtit in faciendis, & non faciendis. Nunquam autem appetiui ſeruit, imo illi ſemper dominatur, & perpetuo cum ratione cõſentit, per quam homini prima cum Deo cognatio eſt. Cum uero Deus homini rationẽ dedit, & rectam rationem dedit, quæ eſt naturalis lex, imperans nobis quę facienda ſunt, & prohibens contraria. Eſt autem bonus ſyllogiſmus, quo unam eſſe uirtutem, & augeri, uel minui non poſſe oſtendit, hoc modo. ſi una eſt uirtus conſentiens cum ratione, & perpetua cõſtantia, nihil huic addi poteſt, relinquitur concluſio, ergo neque bono uiro melior neque forti fortior, neque temperato temperatior eſſe poteſt. [Demi] quidquid enim demeretur, uirtutis nomen tolleretur. [Et enim] Bonum & rectum conuertuntur. quidquid autem rectum eſt, rectius eſſe non poteſt. ut linea quæ ſi recta eſt, rectior fieri non poteſt, & ſi hæc illa rectior duceretur, ſe quereretur illam rectam non fuiſſe eodem modo cum rectum, & bonum ſint idem, quidquid bonum eſt, eſſe melius non poteſt, quoniam ſi bono melior eſſet, ſequeretur eum qui bonus eſt, bonum non eſſe, cum bonitas augeri, aut minui non poſſit. [Atqui, &c.] Si pares ſunt uirtutes, ut dictum eſt, & quæ ex uirtutibus opera oriuntur, paria ſint neceſſe eſt. Semper enim pars ſequitur totum. Si autem uenie̅tia a uirtutibus uaria ſunt, & peccata quæ ueniunt a uitijs neceſſario ſunt æqualia. [A philoſophis] quod probauit rationibus, id anctoritate confirmat, omnia ſcilicet peccata paria eſſe, ut ſicut omnis cædes par eſt, ita libido omnis parſit. Facit autem quempiam ſibi occurrere, quæ diſſerit de paritate peccatorum a philoſophis ſummis. Cic. q.d. admittenda propterea non ſunt, quod incredibilia, dicunt, philoſophi, cui irridens reſpondet Cic. Timebam ne peteres a me, ac ciperem ne hæc a lenonibus. q.d. a quibus commodius, & melius hæc accipere poſſum quàm a philoſophis, qui hæc ſciunt, & quotidie diſputant. habentibus autem peritiam rei credendum eſt. [Socrates primus is fuit] qui dixit pares eſſe uirtutes, & paria uitia, & ſunt aduerſarij uerba. [Bene hercle] Ciceronis reſpõſio. [Iſtum] Socratem. [Doctum] quantum ad ſcientiam. [Sapientem] quantum ad mores, de quibus ut ſupra diximus, primus diſputare incipit. [Quid baiuli,] q.d. quærendum eſt quid docti ſenſerint, non quid indocti. Baiulos auctore Pompeio dicebant antiqui, quos nunc operarios uocamus. unde adhuc operari baiulari dicitur, ſed nos eos Baiulos in telligimus, quos gerulos nominauit antiquitas, quod onera gerunt. Græce βαςάζοντες dicuntur. operarij uero ἐργάσαι, qui diuerſa exercent odera. [An quid homines] quam quiſque nouit artem in hac ſe exerceat, inquit Cic. in Tuſc. quæſt. [Hæc ſententia] Hoc paradoſo, quod peccata omnia paria ſint in ſuo genera non ad diuerſa genera comparata. [Nec utilior] Et quod utilior non ſit mox oſtendit. [Quæ uis] quæ potentia. [Arcet] Prohibet. Trahitur autem a Græcorum magiſtratu hoc uerbum, quem illi ἀρχὸν uocant. in cujus poteſtate eſt, uel cogere, uel prohibere. [Diſcrimẽ] differentiam ut idem ſit paruum peccatum, & magnum ratione, quàm ſupra diximus qui enim hoc intelligit, & credit, is, ab omni abſtinet peccato quod ſi perſuaſum fuerit peccatũ aliud alio magis eſſe, a maioribus tantum fortaſſe abſtinebunt nonnulli, minora licentius quotidie perpetrabunt. quod non faciẽt ſi hanc admiſerint propoſitionem æqualia ſcilicet, eſſe peccata. [Si priuati, &c.] Multi abſtinent ab iniuria magiſtratibus inferenda, iidem uero priuatos paſſim lædunt, quod illud grauius, hoc leuius credunt peccatum. Sed cum intelligent paria eſſe delicta, non minus priuatis parcent quàm magiſtratibus, priuatus, & magiſtratus cõtraria ſunt. [Quamcunque domum] Siue diuitis, ſiue pauperis, ſiue nobilis, ſiue ignobilis. [Nihil ne, &c.] Obiectionem contra ſe format. dicere enim potuiſſet quiſpiam ergo ſententia tua tantundem eſt patrem, ac ſeruum occidere, non eſt tantundem, ut inquit, quoniam accidit, ut & parentem occidere ſine ſcelere liceat, & ſeruum non liceat. [Nuda] Iſta eſt Ciceronis reſponſio, qui dicit æquale eſſe peccatum patrem, ac ſeruum occidere, ſi eadem cauſa uterque occiditur per iram. Nuda ergo non adiecta cauſa, quę efficere poteſt, ut patrem necare ſcelus non ſit, ſeruum uero occidere ſcelus. [Patrem uita, &c.] Si, inquit Cic occidere patrem nulla adiecta cauſa ſcelus eſt dic mihi, ſcelus ne fuit Saguntinis parentes occidere, ne in ſeruitute uiuerent? q.d. ſcelus non fuit, neque ſunt parricidæ nominandi. Cauſa enim qua impulſi ſunt honeſta fuit. ſatius enim mori eſt quàm libertatem amittere, & turpiter uiuere. [Saguntini] Hiſpaniæ ciuitas eſt Saguntus a Zacinthijs condita eſt, ad Hiberi amnis exitum ſita, quàm Annibal contra fœdera Populi R. diruens ſecundi bel. Pun. ſuſcitauit incendium. Nouem autem menſibus feſſi Saguntini fame, machinis, ferro, uerſa deni que in rabiem fide immanem in foro excitarunt rogum, tum deſuper ſe ſuoſque cum omnibus opibus ferro, & igni conſumpſerunt. ſcribit hanc Hiſt. Liu. lib. 31. ab urb. cond. [Parricidæ fuerunt,] q.d. minime fuerunt parricidæ, ergo &c. Sicut & Saguntini ſine ſcelere uitam parentibus ademerunt, ne fidem datam Romanis fallerent, & illi in ſeruitute uiuerent. [Cauſa igitur] Peccata, inquit, cauſa diſtinguit non natura. Idem enim ſunt natura peccata, eiuſdem generis cauſa ſeparantur, quoniam non eſt ſcelus patrem occidere, ſi iuſta cauſa eſt, & ſcelus non occidere ſi iniuſta cauſa eſt. Saguntinis non fuit ſcelus parentes occidere. Cauſa enim qua moti ſunt iuxta extitit, ſcilicet ne in ſeruitute illi uiuerent. Videtur autem Cic. uelle facta non euentu, ſed uoluntate metienda eſſe. Quod Demoſthenes in Philippicis confirmat, & Ouidius non minus eleganter in Heroidib. ubi ait, Exitus acta probat, &c. [Quæ] Ca. [Vltro] Non accerſita a nobis. multi enim ultro cauſas malefici quærere ſolent, ne uideantur ſponte peccaſſe, quod Seneca ait. Vt facta cernantur, animus non uideatur. Vel ultro, hoc eſt cauſa ratiocinatiua nõ impulſiua. Eſt enim ratiocinatiua cauſa cum diligens, & conſiderata faciendi aliquid, & non faciendi cogitatio præcedit. Impulſiua uero quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia. [Propenſius] Promptius, facilius. [Si utroque, &c.] Si pater, & ſeruus eadem cauſa necantur, ut ita par, ſcelus dicitur eſſe, quantum ad cauſam ſpectat, & quemadmodum pater, ut dictum eſt, ſine ſcelere occidi poteſt. Sic, & ſeruus ſine ſcelere necari poteſt, ut ſi quis ſeruum occidat conſcium coniurationis in tyrannum, ne eam detegat, ſi detectorum forte minetur. Satius eſt, enim unum perire quàm multos, quos tyrannus occideret coniuratione intellecta. [Illud tamen intereſt] Inter cædem patris, & ſerui, quæ ex eadem cauſa profecta ſit, multum differt, non quantum attinet ad cauſam, ſed quantum ad euentum ſpectat, ut oſtendit. [Semel peccatur.] Vna enim duntaxat perſona necatur. [Iniurie] Iniuſte, & aduerbium eſt. [Multa] quatuor ipſe dicit peccata. [Qui procreauit] Filius non debet illud patri eripere, quod ab eo ipſe accidit, uidelicet uitam. [Qui erudiuit] Erudire pater filios dicitur, ſiue ipſe laborem erudiendi ſuſtineat, ſiue impenſam, & alij curam mandet, eaq; in re diligens ſit. Cato Cenſorinus filium

ſuum

suum ipse erudiuit. Philippus Alexandrum filium ab Arist. philosophorum principe erudiri uoluit. Quantum uero iis, a quibus eruditi fuerimus obligati esse debeamus. Alexāder docuit, qui dicere solebat se non minus Arist. amare, quā patrē, q̄d ab hoc uiuendi, ab illo bene viuēdi rōnem, & causam assecutus esset. [Pœna maiore] Apud ueteres grauiores pęnæ parricidis propositę erant, quam ceteris homicidis. lege Pompeia parricidæ nō gladio, neq; igni, neq; ulli solemni alij pęnæ subiiciebantur, sed insuti culeo, cū cane, gallo gallinaceo, & vipera, ac simia in uicinum mare, uel fluuium proiiciebantur, ut omnium elementorum usu uiui carere inciperent, & ipsis cœlum superstitibus terra mortuis auferretur; at uero homicidas lex Cornelia ultore ferro tantum prosequitur. [Sed nos] licet plus peccare uideatur, qui patrem occidit, quam qui seruum, etiam si eadem causa sit peccare, nos tamen inquit, non pœnā delictis propositam intueri par est. Sed quantum cuiq; liceat nemini licet occidere. Si hoc ita est, nulla cædes alia maior est, & quicunque occidit tantundem peccat. Quia legem honestatis trāsgreditur, quantumcunque transgrediatur, ut supra est ostensum. [Quidquid non oportet] Non cōuenit facere, quod non necesse est facere, multi cum faciant, quod oportet, non peccant, ut si quis ne fame moriatur triticum illi furetur, qui abundat, & quantum satis est ad depellendam famem, idem facere non indigenti minime licet. oportet ergo facere cum necesse est licet, cum possumus quidem facere, si uolumus. [Etiā ne in minimis rebus.] Verba sunt aduersarij quærentis num idem intelligitur. s. scelus esse, quidquid non oportet, & nefas putandum quidquid non licet etiam in minimis rebus. [Etiā] Est responsio Ciceronis, dicentis idem intelligi etiam in minimis. [Si quidem rerum modum] Rō est cur idē intelligatur, & in maximis, & in minimis rebus. Quoniam cum peccauimus afferre modum peccatis non possumus, ut ea corrigamus. Nam quæ facta sunt reprehendi possunt. At uero animum tenere possumus, & frenare antequam peccemus. ergo imaginari, & concipere animo non possumus, quemadmodum modum rebus afferamus, hoc est quo pacto res constituamus, & corrigamus, uel certe hoc ait, quia sunt multi qui sciunt aīum suū perturbatione aliqua inuadi, & occupari, ac nullū deinde in rebus modū seruare possunt. [Aīorum modum] Vt nunq̄ irascātur, nunq̄ alia perturbatione occupentur. [Histrio, &c.] si histrio, inquit, dū alicuius personā, & uocem exprimit, uel in gestu, uel in pronunciādo, uel paulum errauerit, aut ab oībus deridetur, aut eiicietur, quanto minus qui errauerit in uita, & ēt in minibus rebus peccauerit ferendus est. Histrio dictus, quod primū ex Histria uenerit, uel quod is, qui è Tuscia missus est, Histrio appellaretur. Ludionem ueteres dixerunt, μίμον ἀπὸ τοῦ μιμεῖσαι, hoc est imitando Græci uocāt. [Extra numerum,] Hoc est ordinem, uel legem sibi impositam, atque perfectionē quam seruare ei conuenit. numerus. n. pro perfectione rei accipitur, & aliquid suis numeris constare dr̄. i. perfectū absolutūq; esse. [Longior, aut breuior] Barbarismū fecerit, & ex breui longam, contraque ex longa breuem pronunciando reddiderit. Exibilatur, deridetur. Is enim exibilo significat transitiue positum. Intransitiue uero sibilum facio. [Vt in syllaba] q. d. non debes dicere si in re parua peccaueris tuum paruifaciendum esse peccatum, ut Histrionis. Si forte in syllaba pronuncianda aberrauerit. [Poetam non audio, &c.] argumentum est a maiori ad minus. Si poetam ferre non possum errantem in Poematibus suis, & fabulosis rebus, quæ nugæ sunt, & ferè nullius ponderis, multo minus ciuem feram in cōione uitæ peccātē. [Digitis dimetientem] Expendentem, & connumerantem digitis, ut fieri solet, sua peccata hoc modo, semel uitium intuli Pamphilæ, semel illum uerberaui, illud grauius est, hoc enim facere solemus, ut in digitis peccata nostra connumeremus, & ponderemus. [Breuiora, &c.] Verba retinuit similitudinis, de poeta enim locutus est, qui longioribus, aut breuioribus peccat syllabis. [Cum quidquid] non est differentia in peccatis, cum ex eodem, quasi fonte omnia manant, uidelicet ex perturbatione. Quæ secundum Zenonem est irrationalis ad præter naturam animi motus, siue appetitio abundans. cuius genera sunt Dolor, Metus, Concupiscentia, Voluptas, sub singulis autem generibus multæ sunt species. Quoties ratio perturbatur, & ab aliquo affectu uincitur, peccat homo, & transgreditur lineas honestatis. Est autem optima conclusio Quoties aliquid peccatur, perturbatione rationis peccatur peccatum autē, q̄d proficiscitur a perturbatione rationis æquale est uera, est ergo proposito, paruam esse, ut magnam culpam.

PARVA, inquis, res est, atque magna culpa,] Hæc propositio Stoica, quod æqualia sunt peccata, ut idem dicit titulus Græcè ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. quòd æqualia sunt peccata quòd autem sit uerum probatur per similitudines, & pleraq; rōnes a Cic. hoc modo, quod exemplum in principio sumendum est Athenis tempore Areopagitarū. quidam statuam plumbeam, & alter auream Mineruæ eripuit. hi ambo ad Draconem legūlatorem deducti sunt, quos Draco morti tradendos esse iudicauit. [Nec enim peccata rerū euentu, sed uitiis hominū metienda sunt] Nā Stoici hanc sententiā Draconis ostendentes ad exteriores euentus non considerant, sed mentē, & uitium peccantis accusant, & a quibus peccatoribus. [In quo peccatur] Maius est occidere patrē q̄ gallum, sed quantum ad mentem sceleratā idē est, siue occidas hominem, siue beluam. [In re aliquantum] Quantum ad amissionē rei magna est differētia inter aurum, & paleas. [Inscitia] ad Ignorantiam gubernationis idem est. illius enim æqualem esse ignorantiam non iudicare, quis qui fregit nauem auream, & illius qui fregit nauem paleam emersit. [Dolor ad pa.] Si stupratur ancilla, hoc stuprū ad pauciores pertinet, quasi stupraretur generosa mulier, quantum ad stuprum idem, sed si referre uolumus ad actionem sceleris differentia est. [Petulans] Appellatur qui secundum appetitum uiuit, uel à peto dictum. [Tanquam transilire lineas] Per lineam rectam uirtutem intelligimus, quæ stat sic, si quis autem transit lineam per unum digitum æque peccat, ut ille, qui per unam transiuit palmam, quam primum enim a uirtute recessisti, non amplius aliquid illis rectitudinis uirtuosæ retines. [Ad augendam] Transeundi culpam, hoc modo, si quærat q̄s a duobus bis ter quantum faciunt, respondeat unus octo, alter dicat bis ter faciūt septē, ęquali numero ambo peccauerint, q̄d Parmeno dicat faciunt septē. & Sosias octo, Parmeno fuit propior ueritati, quam Sosias, sed tamen ambo ignorantes sunt. non enim animaduerti quis dixerit septem, uel octo, sed amborum ignorātiam fuisse dico. Peccare certe licet nemini, alia rō principis mandato edictum fit, ne aliquis triticum de suo principatu asportare audeat, reperiuntur unus tres modios, alter uero duos sacculos tritici asportauit, qui æque peccauit, ac ille qui centum modios. [In hoc tenetur] Hoc solo obligatur, q̄d si non licuit asportare triticum, & hoc licere nō potest minui, nec augeri, quamuis modus peccandi augeatur, & minuatur. Quanti ideo peccandi, scilicet hoc licere solum admittitur. [Si nō licuit] Nō asportare triticū licuit, & hoc semper unum, & idem erit, qua ex re peccata quæ ex illo licere nascūtur æqualia sunt, quantum ad illud non licere. [Quod si uirtutes] Virtutes inter se sunt pares, ut si dono alicui pecunias, alteri triticum, hæ omnes uirtutes sunt æquales. [Atqui uirtutes inter se pares existunt] Quod tanta est liberalitas in donando tibi triticum, quanta est in largiendo pecunias, ergo possessiua comparari non possunt, quoniam si unus est iustus, integer esse debet iustus, & esse non potest iustior, quia sequeretur, quod iustus non haberet iustitiam, diximus enim, quod cum descendit a linea uirtutis sceleratus est. Ordo autem qui facillime percipi potest, pares esse uirtutes. [Nec bono meliorem] Aliquo modo comparatiua apud Stoicos non reperiuntur. Bonus, ut etiam dicit Cic. in lib. off. pro iusto capit. [Nec temperante] Tangit quatuor pares uirtutes. [An uirum bonum] Siquis enim depositum triginta aureorum acceperit, & illud postea integrum reddiderit, postea decem pondo auri pe... illud postea integrum reddiderit, postea decem pondo auri pe nes se depositū susceptit in restitutione duos teneat aureos, iustus non appllatur homo, quoniam depositum integrum non restituit. [Non idem effecerit] Quia forte tēperatur uocabulū, si uirgo perdidit uirginitatem, cum multis annis continens fuerit, non amplius nomen uirginitatis retinet. [Vna uirtus consentiens] uirtus enim se semper sibi consistit, hoc est nunquam assentit uitio neque alteri, sed semper sibi consentit cum ratione, atque constans est. [Perpetua] Aut q̄ uis aliquis t̄pe steterit castus, postea in aliqua peccet libidine, non dr̄ temporatus, qm̄ castus nō est. [Nihil addi pōt] Ergo cōparatiua non sunt, & sicut aliq̄d addi nō p̄t, sic ēt aliq̄d nō diminui, qm̄ si a uirtute desistit, desinit esse bonus hoc modo ad liberalitatē q̄ oportet. Sunt aūt duo, qui pane indigent, famelicus unus, alter uero non, si illi, q̄ non est famelicus panē do, nō appellor liberalis. Nā q̄uis dederim cui oportet indigenti, & quantum oportet:

oportet.non autem dedi quando oportebat, desino ab illa, &
illiberalitate, & uirtute.[Nihil recto rectius] si .n. aliqua linea
fit quę non minus recta sit.sed alia rectior, illa desinit esse recta,
quoniam aliquam habet in se iniquitatẽ, quia linea recta alia
rectior fieri non potest, quia prior recta nõ esset. sic etiam ali-
quis melior non reperitur bono.sequeretur autem, quod ille,
qui bonus dicitur ab aliqua bonitate desisteret, ergo bonus nõ
esset, igitur melior aliquis bono esse nõ potest, quia virtutes pa
res sunt, ergo facta, quę proficiscuntur ab ipsis debẽt esse paria,
& vitia, quę fiunt cõtra virtutes paria necesse est, vt sint, & est cõ
clusio.[A philosophis inquit]Probat per auctoritatem philoso
phorum, quod peccata sunt paria. intelligamus.n. esse paria ad
similitudinem peccatorum, hoc est cædes omnis æqualis est, sic
omnis libido æqualis est.[Inquit]Aduersarios hæc sumit à phi-
losophis præcepta. [Ne lenonibus] Computat hoc dictum, ac
si dicat. hoc.n. uolo, ut dicat.[Socrates disp.] Isto modo, uerba
sunt aduersarij, quem sic Cic. introducit, ut auditoribus osten-
dat hanc rationem non fuisse sumptam nisi à doctissimo uiro.
[Doctum] Ad sententiam. [Sapientem] Omni uirtute prædi-
tum, qui Græcè σοφὸς dicitur. [An quid homines doctissimi,]
q.d. unusquisque suæ artis disputator est optimus. [Non mo-
do] uereor. Hæc sententia non solum uera, sed etiã utilis, quod
utile hominibus, ut parua sana scelera, & magna esse existi-
maret. [Si priuatis] Ac si in magistratibus manus inferant, si
quis dubitauit esse in homine nullum discrimen in uerberan-
do homine priuatum, & se magnopere à peccatis abstinet, ma-
gistratus autem est officium, quod appellatur Græce ἀρχὴ, &
personam gerentem officium, quam Græci uocant ἀρχὸν], ean
dẽ esse labem, siue matrona nobilissima, siue ancilla fecerit stu-
prum omnino erit æqualis libido.[Nihil ne igitur]Distinguit,
quod aliquando sit honestum extinguere patrem, & hoc sine
scelere posse fieri, & aliquando scelus est necare seruum.[Nuda
ista]responsum, quod sit iustũ occidere patrem, & seruum. si.n.
occidit seruum per furiam, & patrem æquale peccatũ est, quan
tum ad necem, inquit, igitur nuda sunt ista interrogata, quæ
facilè non iudicare possum utrum sunt parua, nisi distinguam
quomodo hæc cædes fieri potest. [Patrẽ priuare uita scelus per
se] Bene dicit, quod aliquando licèt occidere patrem sine pec-
cato. [Saguntini]Populi Hispaniæ uidentes se uenturos in ma
nus barbarorum, & Carthaginiensium, quorum tunc impera-
tor Aunibal erat piram grandem in foro instruebat, ubi se mor
ti tradebant, seniores uero filios suos explorabant, ut eos vita
priuarent. Saguntini uero sine culpa patres occiderunt. hoc au
tem secũdum Gentilium fidem licebat, quod minimè Christia-
nis licitum est.[Parricidæ fuere] Interrogatiuè. [Sine iniuria
non potest] Aliquando accidit, quod seruus occidi non potest
nisi cum scelerę, ut per furiam seruum necare nefas est. [Causa
igitur non natura distinguit scelus]Quia occidere patrẽ, & ser-
uum per furiam idẽ est, sed ipsa causa distinguit, quod aliquan
do licet occidere patrem sine scelere, sic etiam seruum, & aliquã
do seruus non potest necari nisi culpa commissa, vel demonstra
uimus, quo facto, quia spontè sua accidit, tu inclinaris illud fa-
cere; possumns.s. morti patrem tradere, ut fecere superius no-
minati Saguntini, qui suos necauerunt patres scelere propter
causam seruitutis futuræ in manus hostium. [Si in utroq; cau
sa coniuncta] Si uero necatur pater, & seruus, eadem de causa,
vel per indignationem, tunc illud par dicitur esse scelus, notan
do tamen, quod quemadmodum interuenit occidendo patrẽ,
sine scelere, sic etiam contingit posse perire seruum peccato nõ
commisso. quidam amore libertatis tyranno parabat insidias,
cuius consilij seruus conscius erat, tyrannus intelligens hoc to-
tis uiribus inquirebat, ille autem ne sua cõspiratio gratia liber
tatis contracta in publicum deduceretur, seruũ mori fecit, quæ
occisio secundum moralem opinionem delicto caruit. [Illud]
Inquantum ad occisionem serui, & patris nihil interest, sed ad
personam in qua est differẽtia. in seruo.n. una sola moritur per
sona, sed in patre quatuor necantur personæ.s. creator, alum-
nus, præceptor, & honorator.[Is qui erudiuit] Cato Censorius
uoluit suos docere fiiios, quo maiorem erga ipsum amorem
gererent. solebat.n. Alexander Magnus dicere, quod non mi-
nus Arist. præceptorem, quam Philippũ patrem diligeret.[Mul
titudinem peccatorum] Multa peccata committuntur in per-
sona paterna, quæ in seruo fieri non potest.[Eaq; maiore] An-
tiqui maiore supplicio parricidas afficiebant, quàm alios homi
cidas, quod parricida in aculeo, unà cum simia, & serpente pro-
ijciebantur in pontum. [Sed nos] Non.n. specto pœnam, quæ
datur peccantibus. quis, n. ignorat, quod maior attribuitur pœ
na parricidæ, quam homicidæ? sed cædis nomẽ, quã animaduer
tere soleo, quod quantum quique animaduertere debemus,
quantum cuiq; sit est nemini licitum ocidere. ratio, quisquis si-
ue magnus, siue paruus necatus idem erit, quoniam fit contra
licitum, non specto pœnam, qua peccatores afficiuntur.[Quid-
quid non oportet scelus esse] dicunt inter se licere oportere.
minus est.n. oportere, quam licere. hoc modo si quis furatur tri
ticum indigentia, hoc dicitur non oportere, non sanè oportet,
licebat tamen furari, ut uiueret. Lacedæmonij dicebant libe-
ros depredari, ut callidiores efficerentur. [Quidquid nõ licèt]
si fit aliquid contra licitum nefas est.i, committitur contra legẽ
diuinã hoc modo. Christianorum lex est, ut nullus occidatur,
occidit ut seruam, uel minimam personam interficiat, idem ne
fas est, ac si principem occidisset. [Ne in minimis rebus] Ver-
ba sunt etiam Cic. confirmantis, quod etiam in minimis rebus
nefas committitur, sicut in magnis, ut dictum est de seruo, &
principe.[Siquidem modum rerum]Reddit rationem. fit idem
nefas in minimis rebus, sicut in maximis, quando non possu-
mus fingere mensuram rerum. in quibus peccamus. si seruum,
& vnum principem occidissem, animo meo fingere nõ possem,
vtro istorum dederim maiorem mortem, sicut si occiderem
seruum, & regem, eos amplius in uitam reuocare non possim,
at bene furiam, & motum animi mei tenere possim, hoc uero
non serie minus inepta uidebitur. ratio, quod quia à nobis per-
empti non amplius fingi possunt, & formari possunt, vt viuãt,
sed bene, quoniam eos occidimus, nec qua furia interfecti sunt
memoria tenere poterimus, ergo animi furor respuendus est.
histrio qui solet imitari uerba recitantis, si in gestibus paulul
errauerit in faciendo gestum, aut in pronunciando unam syl-
labam breuem pro longa, continue deridetur à scena: quanto
magis homines in uita peccant, & in minimis expellendo. Hi-
striones appellati ab histrio Tusco, qui dicuntur etiam ludio-
nes, quos Græci uocant μίμους. [Mouit] extra numerum faciẽ
di gestus.[Exibilatur]cum sibilis expellitur. [Exploditur] de-
pellitur. [In uita] Adaptat similitudinem. Omni uersu aptior]
.i. quacunq; in re debes esse moderatior in uita, quam in sylla-
bis, ut in syllaba si peccaueris non debes paruifacere, ut dicas
peccaui ridendo, uidendo, tanquam peccasses in minima sylla-
ba. [Poeta non a.] Fictionis malam congruitatem non audit,
quanto minus in uita sociali, qui mensurant peccata sua digi-
tis, ac si scanderent uersus, dicendo: Ego solum cum Ancilla stu
prum feci, paruum est hoc scelus, & memorat, quod peccata fa-
cta sunt, quæ grauia, & quæ leuia, aut inter se metiri solent per-
turbationem rõnis cũ peccatur. aliqua ratio probatur, quæ est
malorum, & bonorum discretio. Ratione] quia efficitur homo.
[Ordine] Qui facit hominem differre à bellua. [Nihil possit ad
di] Hæc est formosa conclusio, quod peccator aliquis peccat cũ
perturbatione rationis, & ordinis. Illud autem peccatum, quod
perficitur à perturbatione rationis æquale est, qm̃ quidquid
perturbata mente efficitur par est scelus, cum scelus aliquod fie
ri non potest, nisi cum perturbatione rationis, ut dictum est.

PARVA, inquis &c.]Paradoxum sic proponitur ὅτι ἴσα τὰ
ἁμαρτήματα .i. quod æqualia peccata. Nã ὅτι dicitur, quod ἴσα,
idest æqualia. τὰ est articulus, ἁμαρτήματα .i. peccata subaudi
sunt. quod Paradoxum est ex Stoicorum disciplina profectũ.
Horat. in j. Serm. rectè improbat, dicẽs. Queis paria esse ferè pla
cuit peccata laborant, Cum uentum ad uerum est. neque satis
firma sunt auctoris ad ipsius probationem argumenta. Quo-
circa nos credimus, ut hic peccatorum, ita apud inferos suppli-
ciorum gradus, ut qui deliquit grauius, grauioribus illis subia
ceat pœnis. Verum ordo est, ut qui stuprũ ancillæ, aut pauper-
culæ intulerit, dicat Parua, inquit.s. quispiã est res.s. ancillæ ui-
tium offerre, aut plumbeam statuam furari. Atq;, vel atqui.i.
nihilo minus culpa est magna. Neque.n. peccata sunt metuen-
da euentu rerum, sed uitijs hominũ, quod uerissimum est. Vn-
de qui corruptæ uitium obtulerit per uim, & integrum putarit
stupraturis incorruptæ crimen habet. unde Iuue. Intra se taci-
tum qui conspicit ullum, Facti crimen habet. Id in quo pecca-
tur.i. obiectum, aut res circa quam versatur peccatum potest
esse aliud maius, aliud minus alio, & id quoq; uerũ est. Quidẽ
certe illud ipsum peccare quoquo .i. quocunq; uerteris te est
unũ.i. uniforme, & ęquale, id autẽ inficias. itẽ si animus fuerit
dispar. Nã qui cum soluta peccat, non peccaturus si coniugam

norit

norit minus peccat,quam qui coniugem, & qui rem non sacrā de non sacro furatur,non furaturus eam, si aut sacra esset, aut in loco sacro minus peccat sacrilegio,& ita in consimilibus. Vnde exemplo adducto ab auctore si partem negligentia par uideri posset culpa, nisi quod maior cura rei maior debeatur. Dic ergo an gubernator euertat nauem auri .i. refertam auro, an paleæ .i. oppleta palea interest .i. discrimē est aliquantum in re .s.effusa.Sed sup. nihil interest inscitia gubernatoris, libido ipsius.s.gubernator,aut alterius est lapsa.i.euacuata,aut expleta in muliere ignota.Dolor pertinet ad pauciores,quam si fuisset petulans, idest lasciuè impetuosus in aliqua virgine generosa, ac nobili.Vero pro sed.ipse.nihilominus peccauit,qđ verū esset si animus idem illi esset,vt si ignobilē stuprans ēt nobilissimam quamq;(si voti compos esset)stuprare velit, cū omni iniuria, animo quidē tātūdem peccat, nō re,ac si quia paucis iniuriam inferret,ignotā corrumpit,nō corrupturus nobilē,ne pluribus iniurius fiat,minus peccat,& re,& animo,quāquā in nobili corrupta,aut consentiente,minus posset esse peccati,quā in ignota uirgine,& refragrante. Peccauit,inquit,nihilominus, quidē certè peccare est tanquā transilire lineas,quia utrobique transiliuit.Quod.i.trāsilire lineas cū feceris,culpa est cōmissa. q.d.vt primū transgressus es.Et nihil pertinet ad augendam culpā trāseundi,quā.i.quantū longè progrediare cū transieris semel, q.a certè nemini licèt peccare,quod quidem verissimū,sed non probat intentū.vnde nō procedit,qđ infert. Autē pro sed,id qđ nō licet tenetur hoc uno si arguitur non licere,siquidē id.s.licere, nec pōt unquam fieri,nec maius,nec id uerū non est, quia minus licèt, habet religiosa coitū cum libero ab omni voto,& ita illa grauius,quam hic peccet,quoniam (inquit) peccatū est in eo si non licuit,quod.s.non licuisse est semper vnum,& idē.hoc, vt dixi verum non est,& ideo oportet,vt sup.ea peccata,quæ na scuntur ex eo.s.non licuisse sint æqualia.Bona est sequela, sed assumptū improbandū.si.n.æqualiter nō liceret æqualiter trāsgrediens,æqualiter peccaret.sed potest fieri,vt inæqualiter non liceret,& quod æqualiter non licet inæqualiter fiat, quia diuerso animo, & diuersis incitamentis. Vnde senex iā frigidus per prouocatā libidinem cū eadem,cū qua iuuenis ardens grauius peccat.Quod si virtutes sunt pares inter se, necesse est vitia etiā esse paria consequentia rursus bona, quia oppositorum eadē est disciplina, sed præsuppositum minus verū, & probatio eius inualida,cum addit. Atqui.i.sed certè potest perspici.i.perfectè uideri facillimè uirtutes esse pares, nec meliorem esse uiro bono.i.quam sit is qui vir bonus est dicens,quod non est dicendū, nisi Stoicè dicamus neminē esse virum bonū, nisi omnes numeros habeat bonitatis. qualem Stoi.neminem reperiet,nos tantum vnum saluatorem nostrum,quia non est, qui faciat bonū non est usq; ad unum.Et unus est bonus Deus noster.Sed esto nemo sit bonus præter Deum,id nihil faciet ad institutum, eo autem modo quo homines dicūtur boni.est alius alio melior, & ita uirtutes non sunt pares, alioquin huiusmodi adiectiua non reciperent comparationem.Et reuera multæ sunt, quæ si propriè accipiantur augeri non possint,& tamen in proprietate comparationem habent,utiustus sit is,cui penitus desit,aut supersit ad iustitiam,sed ad ordinem,& potest perspici, nec temperatiorem esse temperante.i.eo qui uerè est temperans. Quia secundum Stoic.si in aliquo minus temperans fuerit non sit dicendus temperans,si in illo non temperans, ergo temperatissimus,nec fortiorem forti,nec sapientiorem sapiente. Verum in his dicemus,quod si uirtute præditus tantum sit dicendus, cui numeri eiusdem conueniunt neminem esse talem,nec tamē cōtinuo sequi uirtutes esse pares,quia quicunq; habet uirtutem aliquam secundum omnes numeros,is dicendus erit præditus, & bonus,& studiosus,quia in nullo uitiosus,aliter non haberet omnes numeros,& tamen potest fieri, ut alius habeat eosdem numeros magis intensos,qui melior erit dicendus,& ita uirtutes non erunt pares.unde sicut lignum calefactum non potest non dici calidum,& tamen minus calidum est, quam ferrū candens,ita habens fortitudinem in primo gradu non est non fortis,& tamen non est fortissimus.Auctor tamen nititur probare omnes numeros bonitatis esse in quolibet, qui merito dicēdus sit bonus, sed non propterea probat quin auctiores numeros unus habeat,quam alius,ut u.g.In cęlo nemo est,qui quidquā habeat uitij,tamen nec uirtutes, nec uirtutum præmia in eodem obtinent gradu.Dicit autē sic.Et potest facillimè perspici, nec sapientem esse sapientem,quę om nia probantur sic. An dicis uirum bonum, qui cum posset lucrari.s.detinendo impunè .i.sine punitione,& pœna ab iudice infligenda depositum .i. rē depositā domi suę nullo teste.i.clam omnibus præterquam se, & deponente reddiderit decem pondo.i.libras auri, si idem .s. depositarius non fecerit idem.s.eandem rem,hoc est restitutionem in decem millibus pondo.i.q.d.minimè dicendum bonū, idest iustum, quod uerissimè dicat non tamen continuo pariter bonos arguit.Nam fieri potest, ut qui decem pondo amore dei,& iustitiæ reddiderit,plus mereatur,quam qui millē, sicut uidua,quæ duo minuta in gazophylacium misit, quia effectus non affectus remuneratur à Deo.deinde boni uiri non dicuntur tantum,qui declinant à malo, sed qui faciunt bonum. Quocirca etiam,si omnes iusti indifferenter declinent à malo, ita ut penitus nihil iniusti admittere uelint, tamen non statim erunt æquè boni,quia alius alio poterit plus boni, aut cū maiori caritate,& gratia facere. Aut an dicis eum temperantem, qui continuerit in aliqua libidine,& effuderit.i. penitus exposuerit in aliqua.s.alia,utpote uehementior,quasi diceret mihi-mè,& id uerè,sed ut prius. Vna .i.unaquęq; uirtus est consentiens cum omni ratione,& perpetua constantia,ita ut is in quo uirtus dicatur, nihil unquā faciet, aut saltem facere proponit contra rationem, & id quoque uerum, sed in proposito, & in facto sunt gradus quibus disparia fiunt merita.Nihil pōt addi, huic.s.alicui uirtuti,quo.i.ut uel per quod sit magis uirtus.potest tamen addi,ut sit maior uirtus,& denique.i.etiam si ad ultimum pensitetur nihil potest demi hinc.i.ab hac, hoc est quātiuis uirtute,ut nomen uirtutis relinquatur.i.aut maneat tamē uirtus,imò potest intentio,& feruor,ita & uirtus maneat non minus propriè quam prius,sed tamen minor. Verū hæc Theologi nostri argutius disputabunt. Etenim si bene facta &c. Hoc argumentum in eodem hęsitat luto. Nam esto rectū, & æquū non suscipiant magis, & minus, ita ut linea pedalis si modo sit uerè recta,non sit minus recta quā linea quadrupedalis. Nō tamen cōtinuo erunt pares,aut paria recta,sed pariter,aut ęquè. Sic uirtus quæ recta est,non minus est recta in Marta,quam in Maria,est tamen minor, sed hoc saxū satis uoluimus ordo est. Etenim.i.certè si bene facta sunt rectè facta,q.a nihil est rectius recto,certo nec quidem.i.nec etiam quidquā pōt inueniri melius bono,imò potest si melius sit nomē præsertim. Igitur sequitur,ut ēt uitia sint paria, quia ut dixi ex Arist. Oppositorū est eadem disciplina,sed quia idem iiij. Ethic. dicit, quod tanta est offensa,quantus qui offenditur,quis neget cōtumeliosum in deum,aut parentes maius habere uitiū,quā qui in uilissimū quenq; hominem? Atqui.i. sed certè,quoniā uirtutes sunt pares,rectè facta quando.i.quandoquidem proficiscuntur à uirtutibus,debēt esse paria.uidetur sequela satis probanda,sed assumptum, ut dixi, inualidum est,& non continuo bonitas fa-cta,& uirtute naturali,sed à gratia dei ipsum acceptantis depēdet.Itemq;.i.& consimiliter peccata,quę manant.i. profluunt ex uitijs,necesse,ut sup. sint æqualia. Inquis.s.tu qui es plebeus, aut inuidulus,ò Cicero tu sumis ista à philosophis,vtpote Stoicis. ad quod Cicero per irrisionē. Metuebam ne diceres, quod sumerē à lenonibus.Et si dicis, qđ Soc. disputabat isto modo, hercle tu narras bene.i.conuenienter mihi. Nam traditum est memoriæ,istum.s.quē mihi obiicis Soc. fuisse uirum doctum, & sapientem.Sed tamen quæro ex te quādo.i. quādoquidē nos cōtēdimus inter nos uerbis,non pugnis. utrum de bonis.i. qñ quæritur de bonis,quærēdū est potius quid senserint baiuli.i. uilissimi,& rudissimi hoīes,q̃ baiulādis.i.portādis mercibus sarcinulis uictū tenuē uix unciatim lucrātur, unde uulgo lucratores denariorum (gaigne demers) dicūtur, atq; qui operarij mechanici uulgo dicuntur senserint,an sup.quærendum est, quid homines doctissimi?q.d. nimirum,quod doctissimi,præsertim cū hæc sentētia nō modo uerior sup sit,sed legendū credo hęc, ut sit ordo.Præsertim cum nō modo ulla sententia uerior hac sentētia.i.quam sit hæc sententia,censes omnia uitia esse paria, & ob id pariformiter puniēda.Sed ne quidē.i. non etiam (quæuis id potius uideatur) utilior possit reperiri. Probat utilitatē, quia ab omni scelere indifferenter arcet dicēs. Etenim pro q.a, quę uis.i.potestas,aut auctoritas arceat magis homines ab omni ꝓbitate,quā si senserint nullū discrimē.i.nullā differētiā esse in delictis?q.d.nulla,& q̃ si senserint ęquè .i æqualiter.vnde sentiendū est ęque nō atq; peccare si manus inferant priuati.s.magistratu,ac inferant magistratꝰ.i in officio publico existētibus, ut cōsulibus,ꝓtoribus,ædilibus &c. Et quā si senserint eandem

labem libidinis eſſe in quancunq; domum.ſ. nobilē, ſiue igno-
bilem,ſeu pauperem, ſeu diuitem intulerit ſtuprum? q.d. nul-
la . Verum quia , nemo ſine crimine uiuit , ſi hoc eſſet perſua-
ſum male ageretur cum multis à quibus nunc abſtinetur.Præ-
terea multi de uenia deſperantes damnarentur, cum Cayn , &
Iuda , qui nnnc ueniam exorant cum Petro , & Paulo.Nihil ne
igitur.In ſolutione huius obiectionis multo ſanctius loquitur,
quā in ſuperiorib. Vult.n.facta,quæ in ſe eſſent paria ex diuer-
ſis cauſis, & uolūtatib. fieri imparia,quod quidē uerißimū eſt,
ſed ex eo arguuntur uitia non eſſe paria,quia qui ex leuiori at-
tētione peccat , minus peccat . Vnde maius erit peccatum Iu-
dæorum ex malitia,& inuidia peccantium, quàm & Pilati prin
cipis ex ambitione,& timore. Sed ad ordinē.igiē nihil intereſt ,
(Nam aliquis hæc dicit, aut dicet.i.obijciet mihi)an quis necet
patrem, an ſeruum,reſpondet,ſitu potes iſta .ſ. occidere patrē ,
& ſeruū nuda.i.ſine additione cauſæ,& intentionis occidentiū,
ipſa nō poſſunt facilè iudicari qualia ſint.ſ. an uitioſa, an non,
quia utrunq; vitioſè,& utrunq; citra uitiū fieri poſſe arbitra-
tur.unde addit:Si priuare patrem vita eſt ſcelus per ſe .i. à toto
genere,& ſimpliciter quacunq; occaſione adiecta. Sagūtini po
puli illi in Hiſpania Romanis confœderati , qui maluerunt pa-
rentes ſuos emori,imò comburi liberos.i. tantiſper dum eſſent
liberi,quā viuere ſeruos.i.in ſeruitute ſub Annibale , fuerunt
parricidæ.i.dicendi occiſores patrum,& tamen laudātur ab ho
minibus,tanquā bene fecerint,ac fortiter.Ergo uita pōt adimi
.i.demi,& auferri,&.i.etiam parenti ſine ſcelere,& ſi uita nō po
teſt ſæpe adimi ſeruo,ſine iniuria , utpote quando nihil pecca-
uit, aut etiam bonum opus fecerit.vt ſi tyrannum,qui amicus
erat domini occiderit, aut bonum ciuem,qui inimicus eſt do-
mini ſeruauerit.Igitur,cauſa, quare quis occidatur, diſtingui-
tur iſta,& non natura,q.d.ex cauſa adiecta poſſunt , quædam
vitioſa eſſe,quod quidem utrum de his, quæ non uitioſa à to-
to genere. Quod.ſ.cauſa quando acceſſerit ultra.i.extra uolun
tatē facientis,id quod ſit propenſius.i.intenſius.Si ſ.eadem cau
ſa eſt adiecta in utroq;,aut utriq; neceſſe eſt,ut ipſa facit ſupp.
fiant paria,id negaret Peripateticus.quia grauius peccaret,qui
ex eadem libidine adulterium committeret , quam qui ſimpli-
cem fornicationem,dummodo in fornicatione nō putet adul
terium.Tamen,inquit illud intereſt,quod in ſeruo necando.i.
dum ſeruus necatur,ſi id fit iniuria .i. per iniuriā , peccatur ſe-
mel,quia in vnum tantum Et in vita patris uiolanda peccatur
multa.Qui is.i.pater,qui procreauit occiſorem,uiolatur ab eo,
& is qui aluit,is qui erudiuit.& is qui collocauit eum in ſede ,
ac domo in rep.& ita præſtat.i.exhibet multitudinem peccato
rum,& eo.i.propterea,aut tanto maiore pœna dignus eſt. Sed
nos debemus ſpectare in uita, non quæ pœna ſit cuique pecca
to,ſed quantum cuiq; liceat.Id quoq; uerū,quia licèt fur gra-
uius puniatur quam adulter,latius tamen eſſet furtum,quam
adulterium,committere coram deo . Et nos putare debemus
quidquid non oportet ſup.fieri eſſe ſcelus , & quidquid non li-
cèt eſſe nefas, etiam quidquid non licèt quidem.i. nō etiam in
minimis rebus.Siquidem.i.quia certè nos non poſſumus fuge
re modum.i.mēſuram rerum,quæ ex natura eſt,ſed poſſumus
tenere modum animorum,i.intentionum,& uoluntatum no-
ſtrarū,quibus aliquid faciamus.Si hiſtrio.i.mimus,aut auctor
fabularum,& qui geſtu corporis uictū quærit,ſi mouit ſe pau-
lo,aut paululum extra numerum.i.rhithmum,& modulos ti-
biæ , aut ſi uerſus eſt pronunciatus breuior , aut longior una
ſyllaba ſup. quam ſit, ipſe exſibilatur.i.cum ſibilo, & riſu eijci-
tur , & exploditur .i. concuſſis manibus in deteſtationem eius
erigitur. Explodere eſt contrarium eius, quod eſt applaudere.
Applaudimus .n. cui erectis manibus aſſenſum , & laudem da-
mus. explodimus quem concuſſis manib. eijcimus. unde com-
ponitur ab extra,& plaudo mutando au in o.Et tu dices te pec
care in uita, quæ debet eſſe moderatio geſtu .i. agitatione cor-
poris,& aptior omni vſu peccare.vt in illa ſyllaba,ita ut ſi mini-
mo deliqueris explodendus ſis.Ego non audiam poetam .i.uer
ſificatorē,demetientē peccata.i. errata ſua digitis .i. ad ſcanſio-
nem factā in digitis,quia digitis callemus,& arte,in nugis .i. in
rebus friuolis nihil ad ſanctitatem uitæ facientibus , utpote in
fabulis, hoc eſt ſi non recipio excuſationem poetæ ſibi ſe parū
peccaſſe dicit.Audiam,i.audire ne debeā ciuem dimētientē di-
gitis peccata ſua in ſocietate uitæ.i.ponderantē quātū quodli-
bet ſit peccatum commiſſum in ſocietate uitæ? q.d. minimè ,
ſed ſtatim exploditur,& paria eius uitia cenſebo. Quæ .ſ. uitia
ſi viſa ſunt breuiora.i.minus duraſſe, qui.i. quomodo poſſint
uideri leuiora. Cum.i.quoniā quidquid peccatur perturbatio-
ne rōnis,atq; ordinis,quem Deus in vniuerſo conſtituit,vt pul
cherrimè in libello de nrdine diſſerit D. Aug. Autē pro ſed, rō-
ne ſemel perturbata,& ordine ſup.ſemel perturbato, nihil poſ-
ſit addi quo uideatur poſſe peccari magis,i.intēſus,ſed poſſit,
qm ēt in ꝑturbatione eſt gradus,q a minus ꝑturbaē,qui nō niſi
cum proſtituta uelit peccare, quā qui etiā cum facta moniali.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται.

quòd omnes ſtulti inſaniunt.

EGo uero te non ſtultum,ut ſæpe,non impro
bum,ut ſemper, ſed dementem, & inſanum
rebus addicam neceſſarijs. Sapientis animus
magnitudine conſilij tolerantia rerum hu-
manarum contemptione fortunæ, virtutibus denique
omnibus , ut omnibus , ſeptus uincetur , & expugnabi-
tur,qui nec ciuitate quidem pelli poteſt.quæ eſt enim ci
uitas?omnis ne conuentus ferorum,& immanium? om-
nis ne etiam fugitiuorum , ac latronum congregata unū
in locum multitudo?certè negabis . non igitur erat illa tū
ciuitas,cum leges in ea nihil ualebant ; cum iudicia iace-
bant,cum mos patrius occiderat;cum,ferro pulſis magi-
ſtratibus,ſenatus nomen in rep.non erat . prædonum ille
concurſus, & te duce latrocinium in foro conſtitutum,
& reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuum ſce-
lus,furoremq́ue conuerſæ, non ciuitas erat . itaque pul-
ſus ego ciuitate non ſum, quæ tum nulla erat : accerſitus
in ciuitatem ſum , cum eſſet in rep. conſul , qui tum nul-
lus fuerat; eſſet ſenatus, qui tum occiderat: eſſet conſen-
ſus populi liberi : cum eſſet iuris , & æquitatis, quæ uin-
cula ſunt ciuitatis, repetita memoria. At uide, quam iſta
tui latrocinij tela contempſerim.iactam , & immiſſam à
te nefariam in me iniuriam ſemper duxi,perueniſſe tamē
ad me nunquam putaui. niſi fortè,cum parietes diſturba
bas, aut cum tectis ſceleratas faces inferebas , tunc meo-
rum aliquid ruere,aut deflagrare arbitrabare,nihil neque
meum eſt,neque cuiuſquam , quòd auferri, quòd eripi,
quòd amitti poteſt.ſi mihi eripuiſſes diuinam animi mei
conſtantiam, meas curas, uigilias, conſilia,quibus reſp.
inuicta ſtat; ſi huius æterni beneficij immortalem memo
riam deleuiſſes; multo etiam magis , ſi illam mentem ,
vnde hæc conſilia manarunt, mihi eripuiſſes:tum ego ac
cepiſſe me confiterer iniuriam, ſed ſi hæc nec feciſti , nec
facere potuiſti , reditum mihi glorioſum tua dedit iniu-
ria, non exitum calamitoſum : ergo ego ſemper ciuis e-
ram , & tum maximè, cum meam ſalutem ſenatus exte-
ris nationibus, vt ciuis optimi , commendabat,tu ne nūc
quidem es ciuis niſi fortè idem hoſtis,& ciuis eſſe potes.
an tu ciuem ab hoſte natura,ac loco,non animo,factisq́;
diſtinguis?cædem in foro feciſti: armatis latronibus tem
pla tenuiſti,priuatorum domos,ædesq́ue ſacras incendi-
ſti.cur hoſtis Spartacus, ſi tu ciuis?potes autem eſſe tu ci
uis. propter quem aliquando ciuitas non fuit? Et me exu
lem , tuo nomine ; appellas ? cum omnes meo diſceſſu
exulaſſe remp. putent,nunquàm ne homo amētiſſime,te
circunſpicies?nunquàm ne,quid facias,conſiderabis,nec
quid loquare?neſcis exilium ſcelerum eſſe pęnam,meum
illud iter ob præclariſſimas res à me ante geſtas , eſſe ſu-
ſceptū?omnes ſcelerati, atq; impij,quorum tute ducem
eſſe profiteris , quos leges exilio affici volunt . exules

ſunt,

ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt. an, cum omnes leges te exulem eſſe iubeant, non eris tu exul? nõ appellatur inimicus, qui cum telo fuerit? ante ſenatum tua ſica deprehẽſa: eſt qui hominum occiderit? tu plurimos occidiſti, qui incendium fecerit? ædes Nympharũ manu tua deflagrarunt: qui templa deorum occupauerit? in foro etiam caſtra poſuiſti, ſed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? familiariſsimus tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum, Bonæ deæ acceſsiſſes, exulares, at, te id feciſſe, etiam gloriari ſoles. quomodo igitur, tot legibus eiectus in exilium, nomen exulis non perhorreſcis? Romæ ſum, inquis: & tu quidem in operto fuiſti, non igitur, ubi quiſque erit, eius loci ius tenebit, ſi ibi eũ legibus eſſe non oportebit.

QVOD omnes ſtulti inſaniunt] Græcus titulus eſt, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται, hoc à Socrate acceptũ diligenter. Stoici retinuerunt. Quis eſt.n. animus aliquo morbo, hoc eſt in motu perturbato, nõ magis eſt ſanus, quã id corpus, quod in morbo eſt ita ſit ſapientia ſanitas ſit. animi.n. ſapiẽtia quaſi inſanitas quædã. Vnde exiſſe poteſtate dicunt, qui effrenati fuerunt, aut libidine, aut iracundia, Inſanię nomẽ mẽtis, ſignificare ægrotationẽ, & morborũ, & ægritudinẽ animi, quam veteres appellauerunt inſaniã, hic autem locus egregiè à Cic. lib. 3. Tuſc. quæſt. tractatus eſt, cum ait, Omnes autem perturbationes animi morbos à philoſophis appell[illegible]tis, negareq; illos quenquam his morbis vacare, qui autem in morbo ſunt, ſanos non eſſe, & omnium inſipientiũ animos in morbo eſſe. Omnes igitur inſipiente inſanire. ſanitatem .n. animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantiaq; cenſebat, & his rebus mentem vacuam appellarunt inſanã. propterea, quod in perturbato animo, ſicut in corpore ſanitas eſſe non poſſit. Quemadmodum autem ſuperiore Paradoxo in M. Antonium inuectus eſt, ita hoc in P. Clodium inuehitur, qui Ciceronis acerrimus hoſtis fuit, ſic autem immoderatè uixit, ut ſæpe remp. perturbauerit. & quod Cic. inquit in epiſtolis, non pluris fecerit Bonam deam, quam tres ſorores quas uiolauit. ut autẽ Ciceronem opprimeret. Fontio cuidam, & plebeio, minori natu contra leges ſeſe adoptandum præbuit. Tribunus autẽ plebis factus, & Gabinium, ac Piſonẽ conſules nactus homines nefarios, & Cic. inimicus eum ex urbe eiecit. Sed hæc ſi nota ſunt, ut recitari à nobis opus minimè ſit. Clodius igitur reprehenditur, & ſtultiſſimus eſſe oſtẽditur. Quoniam in morbis eſſe plurimis, hoc eſt animi perturbatis moribus, & affectibus, quos morbos dicunt philoſophi, ut ſupra oſtenſum eſt. [Omnes ſtultos inſanire] .ſ. dicunt Stoici. [Addicam] Conuincam. unde addictus quiſpiam dicitur, hoc eſt obnoxius, & adſtrictus alicui. Hor. Nullius addictus iurare in uerba magiſtri. Stultus eſt, haberi ingenio, & obtuſo. Idem eſt ſtolidus uocatus, fatuus uero eſt, qui inepta loquitur, inſulſus eſt corde, & animo, inſanus eſt, qui mẽtis, & rõnis perturbatione labitur in furorẽ. Demẽs integram mentem, & rationem non retinet. Amens uero penitus à mente, & ratione excidit. Et ſtultitia quidem modis quatuor cognoſcitur. Aut cum non uenerit in mentem, quod oportet, aut ſi uenerit non tenere, aut bonum cõſilium dimittere, aut malum admittere. [Rebus neceſſarijs] Veris, & indubitatis argumentis. [Sapientis animus &c.] Alibi inquit Cic. Sapientis eſt .n. proprium, nihil cuius pœnitere poſſit facere, nihil iniuſtè, ſplendidè, conſtanter, honeſtè omnia. Nihil expectare, quaſi certo futurum, nihil cum acciderit admirari, ut inopinatũ, ac nouum accidiſſe uideatur, omnia ad ſuum arbitrium referre, ſuis ſtare iudiciis. Quo quid ſit beatius mihi certe uenire in mentem non poteſt. [Magnitudine conſilij] Tangit prudentiam, nam prudentis maximè opus eſt. ut ait Ariſt. bene conſulere. Bene conſulere autem is dicitur, qui quod optimum eſt homini in rebus, id ratiocinando coniectura aſſequitur. [Tolerantia &c.] Fortitudinem tangit, quæ eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborũ perpeſſio. eius partes ſunt, Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perſeuerantia. [Rerum humanarum] caſuum, qui accidere homini poſſunt. plurimi autẽ ſunt. [Fortunę] quæ mutabilis eſt, & uaria, modo dat, modo adimit. Vt mœnibus] Vt bene munitus. locus haud facilè expugnari poteſt. Sic multis comitatus, & quaſi cinctus uirtutibus lædi non poteſt. [Expugnabitur?] quaſi dicat minime. [Qui ne ciuitate, &c.] Paradoxum eſt, cum dicitur ſapientem ciuitate pelli non poſſe, & tamen facile ita eſſe oſtenditur. Nam ſi lædentes bonum uirum, & ſapientem improbi ſunt, & locus unde uir bonus pellitur, is eſt, in quo improbi dominantur, certe undecunque uir bonus pellat̃, locus illa ciuitas non erit. Eſt enim ciuium multitudo recte, & ſub eiſdem legibus uiuentium. improborum nullæ ſunt leges, ſed coniurationes potius. Ex quo non fuiſſe ciuitatem Romam oſtendit Cic. cum Piſo, & Gabinius conſules, cum Clodius Trib. pl. omnia pro libidine ſua agerent, cum eorum furore leges ſilerent, iudicia eſſent ſublata. [Quæ eſt ciuitas] Si furum, & immanium congregatio non eſt ciuitas, ſequitur proborum, & uirtute præditorum iiſdem legibus ſociatam multitudine ciuitatem dici debere. [Furum] qualis tu es Clodi, & operę tuæ. Immanium] qui humanam conſuetudinem peccando excepit, is immanis uocatur, qui eſt extra omnem humanitatem. [Latronum] Fur occultè ſubripit. latro tranſeuntes ex inſidiis inuadens ſpoliat, & plerunque occidit. [Certe negabis] Tu quoque huiuſmodi hominum conuentum non eſſe ciuitatem confiteberis. [Non igitur, &c.] quando me in exilium pepuliſti ciuitas non erat Roma, ſi improbi, & ſcelerati dominabantur. [Leges] quæ ſunt ſcriptæ. Iudicia] quæ ſecundum leges conſtituuntur. [Mos patrius] qui potius eſt in conſuetudine. Nam, quod Vlp. ait de quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod de moribus, & conſuetudine introductúm, & inueterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtodietur. Tria autẽ tangit, quibus ciuitas conſtituitur, atque infirmatur, leges, iudicia, mores. Quibus ſublatis eſſe nõ põt. [Cũ leges. &c.] ut Fuſia; & Helia. Quæ prohibebant quidq̃ non populo agi, niſi prius de cęlo ſeruatum eſſet, quas leges Cic. in orat. contra L. Piſonem propugnacula muroſque tranquillitatem, atque ocium. Appellat. P. Clodius Trib. pl. quatuor leges pernicioſas. P. R. tulit Annoniam, quæ fuit ſumme popularis, ut frumentum, quod antea populo ſemiſſibus, ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Alteram, ne quis pes eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret, & ſic leges Fuſiam, & Heliam ſuſtulit. Tertiam de collegiis reſtituendis, nouiſque inſtituendis, quam Cic. inquit tex. Seruiliorum fæce conſtitutam. Quartã ne quẽ cenſores in ſenatu legẽdo pręterirent, ne ue qua ignominia afficerent, niſi qui apud ipſos accuſatus, & utriuſq; cenſoris ſententia damnatus eſſet, qua lege cenſura magiſtra pudoris, & modeſtiæ ſublata eſt. [Cum ferro] Cic. in orat. contra Piſonem. Cum equite Rom. necarentur, uiri boni lapidibus è foro pellerentur. De Clodij autem furore loquitur. [Magiſtratibus] Vt præ foribus ſæpe cum extendere Cic. uellet Clodius, res ferro, & lapidibus acta eſt. Et Q. Fr. in ſenatu ictus eſt. [Senatus nomen] omnia enim unius arbitrio, uel paucorum, ut Piſonis, Gabinij, Clodij gerebantur, [Prædonum concurſus] qui huc ad cædes rapinaſq; diſcurrebant. Latrocinium] Latronum, multitudo. [Et reliquæ &c.] quidquid ſuperfuerit ex nefaria coniuratione Catilinæ, quam Cic. extinxerat, ad Clodium confluxerat dignum Catilinæ ſucceſſorem. [A Catilinæ furijs] ſemper ſic de Catilina loquitur Cic. vt furore agitatum dicat, quippe qui perniciem patriæ machinari potuerit, & in oratione contra eum ad Quirites ſic, inquit, Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, vobis atq; huic vbi ferrum, flammamq́; minitantem, ex urbe, vel eiecimus, uel emiſimus, uel ipſum egredientem proſecuti ſumus. [Non igitur &c.] Concludit, non me ciuitate eieciſti, ſicut gloriaris, nam ciuitas non erat, cum leges nihil in ea valerent, cum iudicia iacerent, cum pulſis magiſtratibus forum prædones, & reliquiæ Catilinæ te duce occuparent. [Sed accerſitus in ciuitatem] Pulſus ex ciuitate minimè. Sed reuocatus ſum ab exilio in ciuitatem. cęperat.n. ciuitas eſſe reiectis improbis, & in ſuum locum reſtitutis bonis. Pulſo Cice. tantum uiolentia, & armis Clodius ualebat, ut oẽs haud mediocriter terrerentur ex quo afficiebatur, vt non mediocre eſſet Cic. deſiderium. Vniuerſa igitur ciuitas hoc unum ſtudebat, ut Cic. reſtitueretur. Pompeius itaque bonorum multitudine tandem collecta, coactis etiam ex uicinis Italiæ locis non paruis auxiliis Clodium foro expulit, ciues ad ferendam legem de Cic. reditu conuocauit. Tulit. T. Aunius Milo. Nunquam fertur tantus cõſenſus. P. R.

de

de aliqua re fuisse, neq; tantum studium totius Italiæ, quæ ob hoc ipsum Romam confluxerat. [Consul] Bonus, & integer Lẽtulus Spinther. Qui in reuocando Cic. precipuam nauauit operam. [Nullus erat] Nulli erant consules Romæ. Nam Piso, & Gabinius scelerati homines, & improbi non erant consules habendi. non.n. consulebant reip. quam diripiebant, & labefactabãt. [Ceciderat] nam furore Tribunitio territi boni aufugerunt. [Liber] qui prius timore astringebatur. [Iuris] quod scriptum est, & multifariam dicitur, ac boni, & æqui ars à Celso diffinitur. [Aequitatis] Bonum, & æquum sunt emendatio legis, qua aliquid omissum erat, propter uniuersale. lex enim uniuersaliter dicens, & quod plurimum est complectens emendatione aliquando indiget, quæ non ex scripto, sed ex sapientis interpreratione proficiscitur. Rectè, itaq;, inquit, ius, & æquitarem uincula esse ciuitatis. His .n. sublatis stare ciuitas potest. [At uide tu latrocinij] Tui tribunatus, qui latrociniũ potius appellãdus est. [Iactam] Sensus, existimaui uoluisse quidem te, & cogitasse me iniuria afficere, & tela in me contorsisse, sed corpus meum non attigerunt. Quoniam quidquid in me egisti contempsi. Virtus .n. mea lædi non potuit. Biantis sequitur sententiam, qui bona sua omnia in seipso posita existimabat. Et Diogenes, qui admonitus à quodam, quod à Corinthijs iuuenibus derideretur, sic respõdit, αὐτοὶ ἐπιρωνευουσι ἀλλὰ οὐκ ἐπιρονευομαι. Ipsi deridentme, sed non derideor. [Parietes] domus meæ, quam incendit, & demolitus est Clodius cũ prius direpta esset. Quo autem solum quoque aufert, & templum libertatis in arca dedicauit, bona omnia quæ, aut in domo, aut in uillis fuerunt, publicata sunt. [Auferri] Fraude. [Eripi] Vi. [Amitti] Negligentia. [Meorum] Nihil .n. meum erat, quod auferri poterat. [Si mihi hæc eripuisses] Hæc mea sunt, & auferri mihi non possunt. Quæ si tamen eripi à te potuissent, iniuriam mihi à te factam confiterer. Sed eripi neque à te, neq; à quoquã possunt, non igitur facta mihi iniuria est [Curam] Seruandæ, & illustrandæ reip. [Vigilia] Aliquid excutiendi quod, & uiuis, & posteris utilitati sit. [Huius externi &c] Quod in rep. contulit, cum nefariam coniurationem extinxi. Remediũ gloriosum] Vt optabile fuerit pelli, quo suis humeris Italia me ab exilio reportaret, quod de se scribit Cic. est autem contrarium color. contraria .n. sunt reditus, & exitus. [Ergo ego &c.] Et antequam pellerer, & postquam pulsus fui. nõ n. quidquã meũ amisi. [Exteris nationibus] ad quoscunq; ueniebar, ut Epiroticis, Macedonib. [Tu ne nunc quidẽ] Clodium non fuisse ciuem, sed hostem probat: nam ciuis defendit patriẽ, hostis offendit, ut Clodius faciebat, hostis ergo erat. [Natura, & loco] Quod ciuis natus sit in eadem ciuitate, hostis contra extra. [Animo, inquit, & factis] Hostis, & ciuis differunt. Nam ciuis animus est iuuandi remp. hostis cõtra lædendi. [Cædem in foro &c.] cum T. Annius Milo legẽ ferre uellet de Cic. reducendo, Clodius cum suorum manu restitit, eo res deducta est, ut unus ex tribunis ipsis uulneraretur, alij multi uocarentur. Q. Cic. frater non alia uia euasit, quam quod se mortuum finxit, & inter cadauera per forum iacentia delituit. [Tẽpla] Vt Castoris, Telluris, in quibus haberi Senatus solebat. [Priuatorum domus] Vt Cic. & Q. fratris. [Cum hostis Spartacus] Si tu non minus, quam Spartacus patriæ nocuisti ciuis appellandus minimè es. Nam si hoc nomine dignis iudicareris, nunquam hostis Spartacus diceretur. Sed ille hosti dicitur, quã à nocuit, & tu hostis dicendus, qui nocuisti. Absurdum quidẽ esset Spartacum hostem non nocere, & te ciuem nominare nõ minus absurdum putaretur. Spartacus, Chrysus, Oenomaus gladiatores fuere; qui effracto Lentuli ludo cum 30. aut amplius eiusdem fortunæ uiris erupere Capua, seruisque ad uexilla uocatis exercitum contraxerunt decem millium, & uariis damnis affecere Campanos primum cœperunt. Vario cum illis euentu à Romanis ducibus pugnatum est, tandem à M. Licinio Crasso circa Brutum angulum in extrema Italiæ ora clausi eruptione facta dignam uiris obiere mortem. Spartacus, ut imperator fortissimè dimicans occisus est. [Per quem ciuitas non fuit] sublatis legibus, & iudiciis, pulsis bonis, erepta populo libertate. [Tuo nomine] quod te decet, quod probat ex uocabuli diffinitione dicens, non esse exules illos duntaxat, qui solum mutauerint, sed qui propter scelera pœna exilij digni sint, etiam si non pellantur. Ex quo non fuit exul Cicer. qui propter scelera pulsus non est. nihil .n. mali commiserat, & Clodius exulerat cum propter inauditam improbitatem exilio dignus esset. [Exulasse. remp.] Nam me discedente omnia publica iura a sceleratis oppressa sunt. [Circumspicies] Vt qualis, & quam amens sis tandem intelligas, & si fieri potest respicias. [Scelerum esse pœnam] qui ergo bonus est, & omni caret improbitate exul qui potest? [Illud iter] qđ tu exilium uocas. [Ob clarissimas res] quoniam ciuitatem ab incendiis & rapinis liberaui, perniciosissimam coniurationem sopiui. Et si solum &c.] Etymologiam tangit nominis. Nam exul est extra solum terræ patriæ pulsus. [Tua sica] Lex erat ne quis cum telo Senatum ingrederetur. Clodius cum sica inuentus est, qua Pompeium uolebat occidere. quare Pompeius domi se continuit, donec Clodius Trib. pleb. fuit. historia hoc habet, pulso Cic. Clodius uexare Pompeium non destitit, eius primum acta rescindere conatus est, & uerbis turpibus inuectus. Quidam autem ex domesticis Clodij cum se ad Pompeium in foro tulisset, gladium a circunstantibus inferre cognitus est, & submotus. Quare tertius Pompeius uenire in forum Clodio tribuno postea usus non est. legitur apud Asconium, Pisone, & Gabinio consu. pulso in exilium Cic. cum tertio Idus Septem. Pompeius in senatum uenisset. Seruo Puplij Clodij sicam excidisse, eamque ad Gabinium cõsulem delatam, dictum a seruo imperatum sibi a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeium domum rediisse, & ex eo domi tenus obsessam. [Qui hominem occiderit. [Suppleto nõ ne, & is appellatur inimicus? [Aedes nympharum] Aedes dictæ à nymphis. [Templa deorum occupauerit] Vt Castoris, Telluris. [Sed quid ergo?] Hæ leges omnes contra quas fecisti communes tibi cum aliis sceleratis, quia similia scelera comittunt. Tua est lex in te solum lata. Quoniam tu solus inuentus es, q contra eam feceris. P. Lentulus familiarissimus Clodio legem tulit, ut quicunque uir in tectis Bonæ Deæ deprenderetur, exul esset. Clodius ueste muliebri indutus in sacris Bonę Deæ dum domi Cæs. Pont. celebrarentur deprehẽsus est. Quare Cæs. cum Pompeia uxore Q Pompeij filia diuortium fecit, adulteratam à P. Clodio opinatus. Senatus autem de pollutis sacris quæstionem decreuit. De Boña Dea multa scribuntur, Lact. lib. 2 diuin. inst. Macr. lib. 1. Satur. & Ouid. 6. Fast. complu resque alij uiri in opertum eius ingredi fas non erat. [Gloriari soles] Ex quo ingens esse temeritas, & dementia tua cognoscitur. [Quis enim] Nisi stultissimus de turpitudine gloriatur? [Quomodo igitur] Cõclusio est, qua insanire Clod. ostenditur, tot legibus. multæ enim leges, ut dictum est, te exulem faciunt. [Non perhorrescis.] cum aliis obiicias. [Romæ sum inquis] Obiectio est Clodij, quam diluit statim Cic. dices fortasse non esse te exulem, ut ego sentio, quia Romæ es: sed enim quicunque in aliquo loco est, eius loci continuo ius ac potestatem habet. [In portu fuisti] Qua ratione Romæ es, nõ ut hic permaneas, sed ut his legibus pellaris, quibus exul factus es, & quemadmodum nautæ, cum in portu sunt eius loci iura non tenent, sic nec tu urbis potestatem habes, quoniam natura aut loco quis potestatem loci tenet, sed animo, & factis. [In operto] In sacris Bonæ Deæ, & ita tamen tibi non licebat. [Non igitur &c.] Claudit hanc ultimam argumentationem, ubi, inquit, oportebit esse cũ legibus, ius illius loci in quo erit quispiam non tenebit, ut si quis ciuitatem quampiam ingrediatur, quoniam cum illius legibus consentire, & uiuere ei non oportet, illius ciuis non erit, nec tu Clodi ciuis R. es, licet Romæ sis, quoniam cum Romanis legibus, ut te facere oportet non consentis.

QVOD omnes stulti insaniunt] Præposuit titulum more suo. qui græcè sic resona. ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. ideo uero de patre suo Claudio sit dicere solebat. pater meus incipit morari inter homines, prima producta insanire significat moror, latinè primam corripit, sed aliam habet primam longam, ad huius autem paradoxi sententiam quarundam uocabulorum differentiæ notandæ sunt. Stultus appellatur ille qui habet hebes, & obtusum ingenium. Stolidus dicitur ille qui nec fatur, nec quid alij fantur intelligit. Insanus autem est ille qui in furias incidit. Demens uocatur, qui totam mentem integram non retinet. Amens autem plus quam demens, quoniã amens est sine mente, Vult autem Cic. probare, stultum esse insanum, ad quam quidem approbationem exemplum Clod. inducit, contra quem hoc paradoxum excogitatum fuit. Clodius ciuis generosus de gẽte patricia natus omni flagitiorum genere prædtus, uolens Cic. de urbe R. expellere se um plebeio

minori natu adoptauit, quo trib.pl. crearetur. Lex enim erat, quod nemo niſi plebeius tribunus procreari poſſet. Cum eſſet tribunus, conſulibus duobus ſceleratis hominibus Piſone, & Gabinio, Tullium de urbe recedere coegit Cic. in preſenti ſententia pernicioſi Clodij oſtendit inſaniam, ut per ſequẽtia declarabitur. [Omnes ſtultos inſanire] i. Stoici dicunt. [Ego uero] Ordo, adiungam te non modo ſtultum. i. obtuſum. [Vt ſæpe] Quia ſæpe Clod. ſtultus erat. [Imbrobum] Probum dicimus abſque uitio, improbum uero qui uitia amplectitur. [Dementem] Ac ſi dicat deorſum à mente. [Rebus neceſſariis] Argumentis ueris probo te dementem, & inſanum. [Sapientis] Tullius ſe laudibus extollit ad contentionem Clodij, tradit autem ſimilitudinem talem, ſi quis paruis militum copiis bene munitum oppidum expugnare uellet, ſtultus eſſet, & inſanus, eodem modo Clod. ſtultus uocandus eſt, qui amicum Cic. uirtutibus omnibus ſeptum debellaſſe putat, poſtquam eum vrbe extruſit. [Rerum humanarum] ſiue bonæ, ſiue malæ à ſapiente tolerandæ ſunt uirtutibus omnibus prudentia, temperantia. [Expugnabitur] Pugnando ſuperabitur, ac ſi di. non. [Quæ eſt] Diffinit, quid ſit ciuitas, per quam diffinitionẽ probat ſapientem non poſſe de ciuitate expelli. facit enim ſyllogiſmum proponit maiorem, deinde minorem poſtea ſubiicit. [Omnis ne.] Diffinit ciuitatis nomen à contrario, congregatio latronum, aut furum ciuitas non appellatur. [Immaniũ] Immanem appellamus qui eſt contra humanitatem, vt occidere parentes. [Fugitiuorum] Fugitiui ſerui, transfugæ uero milites dicuntur. [Latronum] qui ſpoliant homines, atque pernecant. [Certe negabis] Dices hanc multitudinem ſceleratorum non eſſe ciuitatem. hæc eſt maior, ſubiicit deinde minorem. [Non erat igitur] Tunc illa ciuitas, Roma non erat tẽpore tuo, qñ me exilii pęna affeciſti. [Cum leges] Quæ ſunt ſcriptæ, iudicia prolationes, amores ſine ſcriptis, eligit tria quæ faciunt ciuitatem. Ciuitas enim eſt multitudo ciuium iure uiuentium, ſed urbs ſunt foſſæ, mœnia, muri, turres. [Cum ferro] Tempore Clodii iudicauit per arma. adeo, ut cum contra opinionem aliquid ferretur. ferro uindictam ſumebat, ideo Q. F. Tulli percuſſus fuit in ſenatu. [Senatus nomen] non erant ſenatores. [Et latrocinium] Multitudo latronum. [Et reliquiæ] Clodii erant de conſpirantibus cum Catilina. ideo reliquiæ illius ad Clodium reuerſæ ſunt. [Itaque] Hæc concluſio ſyllogiſmi, quod cum multitudine latronum expulſus ſit. Non de ciuitate eiectus fuit. [Accerſitus] oſtendit inſaniam, & ſtultitiam huius hominis, qui putans præbere malũ Cic. bonum illi tradidit. Cic. enim reuerſus eſt Roma cum magna gloria Metello conſule adeo, quod ad illius aduentum tota cõcurrit Italia, tũc omnia & iura, & boni reuocati ſunt qui ciuitatem eſſe ciuitatem fecerunt. [Qui cum] Tempore tuo illi erant homines uitioſi quos diximus. [Conſenſus populi eſſet liber] Qua ex re in urbem Tullius accerſitus eſt, quia populus Clodianæ pernicei ſubiectus erat, & libertatem priſcam non tenebat. [Iuris] ordo de memoria iuris, & æquitatis, quæ uincula ſunt ciuitatis repetita eſt memoria. Ius eſt inſcriptis, & ſine ſcriptis, æquitas iuris mitigatio. [Tui latrocinij] Voluitur dicere tribuni tui, ſed propter ſcelera, inquit, latrocinij. Neſariam] Quæ fuit contra fas. [Perueniſſe] Ad me nunquam putaui, cogitabam iniuriam iactã à te in me. ſed nunquam, ut ad me peruenerit exiſtimabã, ac ſi dicat nou curabã de tuis uiris, quod idem dixit Diog. cum eſſet monitus a quodam, quòd iuuenes Corinthii deriderent eum. dixit ſic, iſti derident, quia ſuas deriſiones contemno, & ſperno. [Niſi forte] Ironice conceſſio facta, ut declaret ſtultitiam ipſius, & mala, quæ Cic. fecit Clod. uaſtans ueſtes, domos, & prædia Cic. cum tunc quaſi pugnis, & uerberibus afficere putapat. [Ruere] Ad illud parietes perturbabas. [Deflagrare] Quantum ad ſceleratas faces. [Nihil enim meum] Generalis ſentẽtia, quã Biantem commemoraſſe in primo paradoxo confeſſus eſt. Neque cuiuſquã, quod auferri, per fraudes, eripi per uim amitti negligentiam. Bias. n. reſpondit cuidã admonẽti, ut aliquid de ſuis rebus aſportaret. Omnia mea mecum porto. [Si mihi eripuiſſes] Oſtendit ſtultitiam Clodii qui putans bona deripere. Cic. reſtabat ad incendendas ædes, quæ bona non ſunt bona, quidem animi, quæ propriæ nuncupantur bona, à Clodio eripi non poterant. [Conſtantiã]. i. uirtutem. [Meas curas] Quas habui ne in ſeruitutẽ reſp. ueniret. [Vnde]. i. qua mẽte, & aĩo ꝓficiſcimur. [Nec facere potuiſſe] Nõ. n. beneficia diuina, &c. uerti poſſunt. [Iniuria] Vituperium numerat. Cic. cuius fuit uirtus, & in illo exitu atq; reditu magnam adeptus eſt gloriã ergo quamuis me de urbe expuliſti tamen ſemper ſui ciuis, ſed cum potiſſimum me commendabat exteris. [Tu ne] Demonſtratur, qui ſit ciuis.] Non es niſi forte ironica conceſſio. i. quæ per contrarium exponitur, qui iniuria ciuitatem ſuffocat ilius hoſtis appellatur, ergo Clodius nõ eſt ciuis, niſi idem ſit ciuis, quod hoſtis, ac ſi dicat, non hoſtis, ſed inimicus, hoſtis eſt inimicus publicus, inimicus priuatus, cuius officium eſt ciuitatis leges imitari. [Non animo] ſcelerato. [Factis] quibus reſp. in maxima detrimenta agitabatur. [Templa tenuiſti] Diripiendi cauſa. [Cur hoſtis Spartacus] Per exemplum probat Clod. eſſe inimicum publicum, quodam tempore ſeruorum multitudo ſpirabat contra patriam, quorum dux Spartacus fuit, contra, inquit Clodi, non appellaris hoſtis, cur contra officium facis, ſcis quia Spartacus ſit appellatus hoſtis. [Aliquando ciuitas non fuit, ſicut traditum eſt ſuperius, quia propter Clodium in vrbe Rom. leges, mores iudicia iacebant, ſine quibus ciuitas eſſe nõ poteſt. [Tuo nomine] ideſt nomine conuenienter tibi, & declarat quid ſit exul, non dicuntur ſolum, qui ſunt extra ſolum, quia ſunt etiam multi ruſticãtes, ſed illi exules appellãtur, qui propter ſcelera ſua pœna exuli afficiuntur, igitur Cic. exul non erat, quoniam aliquid non admiſit. Clodius autem nomen exilii merito conſequebatur, cum omni flagitiorum genere præditus. [Exulaſſe remp.] Me abeunte omnia de urbe receſſerunt. [Amentiſſime] O ſine mente caput non reſpicis te. [Nec quid loquare?] quia fatuus es. [Exilium ſcelerum eſſe pœnam] Ergo ego ſceleribus carens exilium paſſus non ſum, ſed tu illis præditus quamuis in urbe ſis exilium habes. [Ad præclariſſimas] Clodius accuſauit Tullium occidiſſe plures ciues cõtra legem Porciam, quæ fuit, ut aliquis ciues Rom. mori nõ faceret. Sed Tull. truncari conſtituit conſpiratores Catilinę, quo quidem beneficio illi ſcelerati iudices Cic. exulare permiſerũt. Etiam ſi ſolum non mutauerint etymologia exulis, qui dicitur extra ſolum dicit igitur, tui ſoci, ſcelerati, & in urbe exiſtentes exules nominantur. [Qui cum telo fuerit ante ſen.] facit multos ſyllogiſmos. Lex erat, ut aliquis in ſenatu arma non ferret. Clodius coram ſenatu tulit. ergo eſt inimicus ciuitatis. [Tua uero ſica] Paruus gladius ad inſidias, qui dicitur à ſeco ſecas nam ſecari dicuntur. [Deprehenſa] Deprehendere eſt in aliquo uitio reperire. [Occiderit] Huius maior, & multi alij ſunt ſyllogiſmi, ſubaudi, & exul eſſe debet inimicus patriæ, ſed tu occidiſti homines, ergo tu hoſtis, & exul, & eſt minor. Qui incendium fecerit] ſubaudi ciuis non eſt, ſed tu incendiſti ergo ciuis non appellaris. Qui templa deorum occupauerit] armis, & incendio, ſed nõ ſolum templa occupaſti, ſed etiam caſtra in foro locaſti, non inimicus, & publicus exul, & erit minor. [Sed quid communes leges profero] Omnes iſtæ leges erant bonæ. Erat una lex, ut aliquis non incenderet templa, quæ omnia ſunt ſuperiora, commiſit Cl. ideo merito exul nuncupatur. [Familiariſſimus] Quidam fuit familiariſſimus Clodij, qui fecit unam priuatam legem, ut in Clodius ad ſacrificia Bonæ deæ acceſſiſſet exul eſſet. Tangit ſic per tranſitum quomodo Clod. deprehenſus fuit in ſacrificij Bonæ deæ. Aurelia mater Cæſ. fecit conuocare matronas Rom. ad ædes ſuas inter quas profectus eſt Clod. in habitu mulieris, & ibi ad uocis ſonitum eſt cognitus maſculus, & latuit ſub lectica cuiuſdam ancillæ, quæ uocabãtur proprio nomine Aura. Erat autem Clodius captus amore Põpeiæ uxoris Cæſ. qui accuſatus eſt de pollutis ceremonijs. [At te id feciſſe] Clod. ſolebat gloriari polluiſſe ſacrificia. [Tot legibus] ideſt cum tot leges iubeant exulem eſſe non times. ſ. nomen exulis, ac ſi dicat ſolum in audiendo exules timere deberes. [Romæ ſum inquis] Inquit Clod. ego ſum Romæ quum oſum eiectus in exilium. [Et quidem fuiſti in portu] ſimilitudo tracta à nauigantibus, qui ingrediuntur urbem aliquam, ut ſtent in portu, tamen illius loci ubi ſunt iura, nec leges tenent, ſic etiam tu es Romæ tanquam in portu, non tamen propter ſcelera tua illius iura obſerues. [Si ibi] Vbi non oportet eſſe cum legibus, ius illus loci non teneo, quia me leges illas habere nõ oportet.

QVOD omnes ſtulti inſaniunt] Paradoxon hoc græcè proponitur. ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. proferuntur autem, q a n, ante t, facit ipſum ſonare, ut d, quia ι, ut οἱ, & αι, ut e, ſonant. ſic, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ ἀπινύσσονται. i. quòd omnes ſtulti inſaniunt, aut imprudentes ſunt. Nam ὅτι, idem eſt, quod πάντες, ideſt oẽs, οἱ, articulus eſt, μωροὶ. i. fatui, ſcribitur autem, μωρὸς,

pro

pro fatuo per ω, uam per ο, mors est, ἀπινόσσονται.i sine prudentia sunt. Nam a, priuatiua est particula, πινυτη, prudentia, & πινυτος, ptudens, vnde ἀπινύσσω, sine prudentia sum, & insanio. volunt autem in Clodium, dictum esse, quem Milo à Cic. defensus occidit. Iuuen. tamen eum, ut principem homicidarum taxat, dicens Sat. ij. Si fur displiceat Verri, aut homicida Miloni. sed ne prolixior sim. Ordo est. præponunt Stoici sup. aut dicunt pro themate. Omnes stultos insanire. imprudentes, & insanæ mentis esse. Ego uero ò Clodi dico sup. te nunc nō modo stultum.i. insipienter vni rei inhærentem, hebetem, & obtusum, ut sæpe sup. fuisti, & non modo improbū, vt semper sup. fuisti, sed quoque, idest etiam dementem. idest peruersæ mentis, & insanum, idest ut non sanum furentem, qui me aut quēuis aliam sapientiæ præditum stultitia tua expugnare conaris. Nam putes tu, quod animus sapientis septus, idest munitus, & circundatus rebus necessarijs ad uictum, scilicet animi, hoc est magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione, idest aspernatione fortunę, & denique, ut semel omnia dicam, septus omnibus virtutibus, vt veluti mœnibus quibusdam uincetur sup. à te, & expugnabitur. i. per pugnam excipietur, qui nec ciuitate potest pelli, quod multo minus est, quam capi. Et si dicat Clodius Cic. ciuitate expulsum. Negat id dicēs. Quæ est. n. ciuitas. scilicet verè dicenda, aut quæ mereatur uere dici ciuitas. Ne, idest an ne omnis conuentus, idest conuentio, & concio etiam ferorum, & immanium qualis tui es, & tui similes. Ne, idest an ne omnis multitudo fugitiuorum, ac latronū congregata in vnum locum, certè tu negabis. s. quod talis mereatur dici ciuitas. Igitur illa congregatio Romanorum in urbem Romanam, non erat tamen ciuitas. s. uerè dicenda, cum, idest quando leges nihil valebant in ea, enim iudicia. s. recta, aut exercitia fori iudicialis iacebant, idest non exercebantur, cum mos patrius, idest uetus institutum in patria seruari solitum, aut à patribus traditum, sed uerius à patria patrius dicitur. nā à patre potius dicitur paternus. Maro tamen dixit Aen. j. Neq; enim patriam consistere mentem Passus amor. cum nomen Senatus non erat in rep. & hoc patribus, idest senatoribus pulsis ferro, idest ui armorum ille, qui tunc erat concursus prædonum, & latrocinium constitutum in foro te duce, idest principe, & capite, & reliquiæ quæ remanserant à furijs coniurationis Catilinę, de quo in Bello Catil. Salust. abundè tractat. Itaque, idest & ita, quia tunc non erat ciuitas, ego non sum pulsus ciuitate, ut pote quæ nulla erat, & sum accersitus, i. aduocatus in ciuitatem, idest à bonis ciuibus, qui iam ciuitatem constituerant, ut esset, scilicet uerus consul in ciuitate. Qui tum. s. dum tu consul fueras nullus fuerat, & ut esset in ciuitate. Senatus, qui occiderat, idest interfectus, & extinctus erat, tum, idest tūc, & ut consensu populi, scilicet R. esset liber, scilicet in suffragijs nō coactus te tyranno, & occupatore dominationis, ut memoria iuris, & æquitatis, quæ sunt in uincula, idest nerui, & colligationes ciuitatis essent reperta, quæ tunc in obliuione erat. At uidē. insultat in Clodium quem conatibus suis, ut quemlibet stultum, & impium frustratum asserit dicens. At, scilicet sed, vide, idest considera, quam, idest quantum ego contempserim. i. vilipenderim ista tela, idest iacula, & arma inuasiua, cominus vim inferentia tu latrocinij, scilicet, quibus latrocinium exercebas in ciuitate apta. Ego semper duxi, idest captus sum iniuriā nefariam, & factam, & miss[illegible] à te in me, tamen ego nunquam putaui iniuriam tuam peruenisse ad me, quasi quidquam potestatis in me haberet, nisi fortè cum, idest quando tu distribuebas parietes, idest ædium mearum, aut cum inserebas tectis, scilicet meis, faces sceleratas, idest scelere iniquitatis illatas arbitrabare aliquid meorum, idest quæ uerè mea essent, ruere. Aut deflagrare. i. ardere in igne, absumi in urbe. s. Roma, q.d. quia id arbitrabare stultus eras. Nihil enim est meum, neq; cuiusquā, scilicet alterius. quod potest auferri, quod eripi, quod potest amitti. Si tu eripuisses mihi diuinam, idest à dijs datam, aut diuinæ pœnæ similem. Constantiam animi, & meas curas, & consilia mea, etsi eriperes modo remp. cum resp. stat meis curis, & uigilijs. etsi deleuisses immortalitatem, idest semper duraturā memoriam huius æterni. s. semper profuturi beneficij. s. mei in liberanda patria, & multo magis si eripuisses mihi illam, idest tam nobilem mentem. unde hæc consilia manarunt, scilicet orta sunt. Tum, idest tunc ego confiterer me accepisse iniuriam abs te. Sed si nec fecisti hæc, nec potuisti facere tua iniuria, quā inferre moliebaris, sed nec quidquā dedit mihi reditum in patriam gloriosum, & non exitum calamitosum, qui tamen ipsum tunc manebat, quo minus gloriandum est nobis, nisi cū Paulo in cruce domini. Quia nescia mens hominum fati sortisq; futuræ, ut auct. est Maro. Ergo quia me expellere ex bona ciuitate nequiuisti, ego eram sup. semper ubicunq; eram ciuis. s. Rom. quia in numero bonorum ciuium, & maxime. i. potissimè, tum. i. tunc cum. i. quando senatus commēdabat exterius nationibus. i. prouinciis salutem meam, ut sup. commēdaret salutem optimi ciuis. Tū, ò Clodi ne nunc quidem cū in ciuitate uersaris, es ciuis, nisi idem potest esse hostis, & ciuis, An tu distinguis ciuem ab hoste natura. i. per natiuitatē, ac loco. i. per locorū distantiā, & non animo, & factis? q.d. potius animo, & factis distingui debere. Tu fecisti cædē. i. occisionē, & stragem in foro. s. Rom. & tenuisti. i occupasti tēpla. i. ædes deorū ad cōtemplationem extructas latronibus. i. satellitibus tuis à latere quasi laterationibus dictis, & ad latrocina instructis armatis, & ita uim inferentibus, & incendisti domos priuatorum, & ædes sacras. i. diis consecratas. Cur hostis. Conatur argumento conuincere Clod. potius hostem declarandum, quā Spartacus olim fuerat, cū id in ciuitate faceret, quod ille fortis fecerat. de Spartaco etiam sic habetur ex Liuio, & Appiano. Quatuor, & septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, & congregata seruorum ergastulorūq; multitudine Chriso, & Spartaco ducibus bello excitato Clod. Pulchrum legatum, & P. Varenum prætorem prę[l]io uicerunt, auct. Liu. lib. 65. Marcus autē prætor Chrysum fugitiuorū ducem cum 20. milibus hominū cecidit. Cn. Lentulus consul male aduersum Spartacum pugnauit, ab eodem L. & B Q. Arius prætor acie uicti sunt. Idem C. Crassus proconsul, Cn. Manlius prætor male aduersus Spartacum pugnauerunt, ut ait idem libro 96. M. Crassus deinde cū Spartaco pugnauit cæsis cum ipso Spartaco millibus quadraginta, ut ait idem lib. 97. Meminit etiā Florus. Sed latius App. lib. j. de bel. ciu. inter quæ dicit Spartacum Thracem fuisse, & gladiatorem, qui aliquando cum Romanis meruerat, & in custodia, ac gladiatoris spectaculis asseruabatur tantumq; animi assumpsit, ut 70. uiris comitatus pro libertate potius illos certare persuaserit, quam in spectaculis pericula subire. Itaq; per uim repulsis his, qui custodiæ præerant fuga abiit &c. Huius meminit etiā Hora. in iij. Carm. dicēs, Spartacum si qua potuit uagantem Fallere testa. Sed ordo est. Cur Spartacus sup. est declaratus hostis situ ciuis. Autem pro sed, potes tu propter quē ciuitas aliquando non fuit. i. extincta fuerat, & esse desijt, esse ciuis, q.d. minimè. &. i. & nihilominus appellas me exulem. Nomine tuo. i. te digno, & ibi uere conuenire, cum omnes putent remp. exulasse meo discessu, idest cum ego discederem, quasi secum dicam remp. profectam. Ne, pro an, ò homo amentissime, idest maximè amens, nunquam considerabis, quid facias, quid loquaris. Nescis exilium esse pœnam scelerum, & ita cum scelestus non fuerim non passus sum exilium, sed illud iter meū esse suscepturum me ad res præclarissimas gestas ante à me. Omnes scelerati, atque impij quorum tu profiteris te ducem, & quos leges uolunt affici exilio sunt exules, etiam si non mutauerint solum, idest extra solum non ierint, cum exulo sit extra solum eo, & exul extorris extra solum degens. An cum omnes leges iubeant te esse exulem, tu non eris exul. Non appellatur, q d. id merito fieret inimicus, is, qui fuerit cum telo ante senatum, q.d. maximè, & ita ò Clodi inimicus reip. es appellandus, quia tua sica, idest pugio tuus est deprehensa, scilicet in manu tua, aut sub ueste tua. Qui occiderit hominem, est ne appellandus? q.d. maxime, & tu plurimos occidisti. Et qui incēdium in urbe fecerit? q.d. certissimè, & manus tua deflagrauit, idest penitus conbussit ædes nympharum. Et non ne dicendus est inimicus, qui occupauerit templa deorum? q.d. haud dubie, & tu posuisti castra etiam in foro, scilicet Romano, quo ciues pro libertate tuenda conuenire solent. Sed quid, idest ad quid ego profero leges communes? quibus omnibus tu es exul tuus familiarissimus, idest maxime familiaris, scilicet Cæsar (vt quidam uolunt) qui legem de adulterijs tulerat, quæ lex Iulia dicitur, tulit etiam legem ne quis uirorum templum Bonæ Deæ ingrederetur, unde est illud Ouidianum. Templa Bonæ maribus non adeunda Deæ. Ea autem in Clodium sibi susceptū tulisse nolunt, sed frustra. Nam P. Clodius Pompeiam C. Cæsaris uxorem adamans, dum sacra Bonæ Dæ per noctem fierēt in Cæsaris domo, qui pontifex maximus erat, muliebri ueste illuc ingressus, & deprehensus est, sed tamē corruptela iudicum

absolutus

abſolutus euaſit. de quo plurima in Cęſ. Plut. unde & illud Iuuē. Clodius accuſet mœchos &c. Tulit de te priuilegium, ideſt priuatam & ſpecialem legem ut exulares, ideſt ad exilium mitteretis, ſi acceſſiſſes in opertum, ideſt ſub tectum Bonæ Deæ. At tu ſoles etiam gloriari, ideſt iactāter recitare te feciſſe id. i. ingreſſum opertum & ſecretum Bonæ Deæ. Igitur quomodo tu erectus in exilium tot legibus non perhorreſcis nomen exulis, quod ciui obijcis? Tu inquis, Ego ſum Romæ, & ita non exulo, & tu quidem fuiſti in portu. i. ut is qui in portum applicuit nauem, ius loci non obtinet, ita nec tu Romæ exiſtens ius ciuis, cum merito exules, vnde infert. Igitur quinque non tenebit ius ciuis loci, ubi erit, ſi non oportebit, eum ſibi eſſe ſubiectum legibus, quia qui parere legibus ciuitatis recuſat, priuilegiis gaudere non debet, & tu aut ſi legibus pareres, iampridem exulares, & hæc potius in Clod. quam ad rem dicta ſunt.

Ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι:

Quòd ſapientes liberi, & ſtulti ſerui:

LAudetur uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur: quo modo? aut cui tandem hic libero imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare? refrænet prius libidines, ſpernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, ceteras animi labes repellat, tum incipiat alijs imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis dedecori, ac turpitudini parere deſierit: dum quidem his obediet, non modo imperator, ſed liber habendus omnino non erit. præclare enim eſt hoc vſurpatum a doctiſſimis: quorum auctoritate non uterer, ſi mihi apud aliquos agreſtes hæc habenda eſſet oratio: cum uero apud aliquos agreſtes loquar, quibus hæc inaudita non ſunt; cur ego ſimulem me, ſi quid in his ſtudijs operæ poſuerim, perdidiſſe? dictum eſt igitur ab eruditiſſimis uiris; niſi ſapiētem liberum eſſe neminem. quid eſt enim libertas? poteſtas uiuendi, ut uelis. quis igitur viuit, vt vult? niſi profecto, qui recta ſequitur, qui gaudet officio; cui viuendi uia conſiderata, atque prouiſa eſt; qui legibus quidem non propter metum paret, ſed eas ſequitur, atque colit, quia id ſalutare maxime eſſe iudicat; qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique niſi libenter, ac libere; cuius omnia conſilia, reſque omnes, quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur, eodemque referuntur; nec eſt ulla res, quę plus apud eum polleat, quàm ipſius uoluntas, atque iudicium? cui quidem etiam, quæ uim habere maximam dicitur, fortuna ipſa cedit: quæ, ſicut ſapiens poeta dixit, ſuis quiſque fingitur morib. ſoli igitur hoc contingit ſapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. quod etſi, ita eſſe pluribus uerbis diſſerendum eſt, illud tamen breui conficiendum eſt, niſi qui ita ſit affectus, eſſe liberum neminem. igitur omnes improbi ſerui: nec hoc tam re eſt, quam dictu inopinatum, atque mirabile. non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, ut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: ſed, ſi ſeruitus ſit ſicut eſt, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carētis ſuo, quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos eſſe ſeruos? An ille mihi liber uideatur, cui mulier imperat? cui leges imponit, præſcribit, iubet, uetat, quod uidetur? qui nihil imperanti negare poteſt, nihil audet? poſcit, dandum eſt; uocat, ueniendum: eijcit, abeundum, minatur, extimeſcendum. ego uero iſtum non modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto. atque, ut in magna familia ſtultorum, ſunt alij lautiores, ut ſibi uidentur, ſerui, ſed tamen ſerui, atrienſes, ac topiarij, ſtultitiæ ſuę: quos ſigna, quos tabulæ, quos cęlatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. At ſumus, inquiunt, ciuitatis principes. uos uero nec ſeruorum quidem ueſtrorum principes eſtis. ſed, ut in familia, qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenent: ſic in ciuitate, qui ſe iſtarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipſius ciuitatis locum penè infimum tenent. Magna, inquis, bella geſſi, magnis imperiis, & prouincijs præfui: gere igitur animū laude dignum. Actæonis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti omitto, unde ſuſtuleris; & quo modo habeas, intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum uideo, ſeruum te eſſe ineptiarum omnium iudico. Non ne igitur ſunt illa feſtiua? ſunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus; ſed obſecro te, ita uenuſta habeantur iſta, non ut uincula uirorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum. quid enim cenſes? ſi L. Mummius aliquem iſtorum uideret matellionem Corinthium cupidiſſime tractantem, cum ipſe totam Corinthum contempſiſſet, utrum illum ciuem excellentem, an atrienſem ſeruum diligentem putaret? reuiuiſcat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in uilla, ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit, ptæter ipſos; & uideat aliquem; ſummis populi beneficijs uſum, barbatulos mullulos exceptantem de piſcina & pertractantem, & murænarum copia gloriantem: non ne hunc hominem ita ſeruum iudicet, ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negocio putet? An eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij? nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis hæreditatis ſpes, quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcepit? quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? loquitur ad uoluntatem: quidquid nunciatum ſit, facit, aſſentatur, aſſidet, miratur, quid horum eſt liberi? quid denique non ſerui inertis? Quid iam illa cupiditas, quæ uidetur eſſe liberior, honoris, imperij, prouinciarum, quā dura eſt domina, quàm imperioſa, quàm uehemens? Cethego, homini non probatiſſimo, ſeruire res coegit, eos, qui ſibi eſſe ampliſſimi uidebantur, mittere munera, noctu uenire domum ad eum, precari, denique ſupplicare, quæ ſeruitus eſt, ſi hæc libertas exiſtimari poteſt? Quid? cum cupiditatum dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus, ex cōſcientia peccatorum, timor: quàm eſt illa miſeria, quàm dura ſeruitus? adoleſcentibus paulo loquacioribus eſt ſeruiendum; omnes, qui aliquid ſcire uidentur, tanquam domini timentur: iudex uero quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? an non eſt omnis metus ſeruitus? quid ualet igitur illa, eloquentiſſimi uiri, L. Craſſi copioſa magis, quàm ſapientis oratio? ERIPITE NOS EX SERVITVTE. quæ eſt iſta ſeruitus, tam claro homini, tamque nobili? omnis enim animi debilitati, & humilis, & fracti timiditas, ſeruitus eſt. NOLITE SINERE NOS CVIQVAM SERVIRE. in libertatem uindicari uult? minime; quid enim adiungit? NISI VOBIS VNIVERSIS. dominum mutare. non liber eſſe, uult. QVIBVS ET POSSVMVS, ET DEBEMVS. nos uero, ſi quidem animo excelſo, & alto, & uirtutibus exaggerato ſumus, nec debemus, nec poſſumus. tu poſſe te dicito, quandoquidem potes; debere

bere ne dixeris: quoniam nihil quisquã debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed hæc hactenus. Ille uideat, quo modo imperator esse possit, cum, eum ne liberum quidem esse, ratio, & ueritas ipsa conuincat.

QVòd sapientes liberi, & stulti serui] Grecus titulus est. ὅτι μόνοι σοφοὶ ἐλεύθεροι καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι: Est autem Stoica propositio. Stoici enim solum sapientem liberum esse dicebant, malos autem seruos esse, libertatem uerò potestatem, operandi, qua stulti & mali omnino careant, seruitutem autem aliam quæ in subiectione consistit aliam quæ in conditione ac subiectione sit. Cui opponitur dominatio, & ipsa mala. Non autem liberos esse sapientes, uerum & reges, cum sit regnum imperium nemini obnoxium, quod de sapientibus solis asseritur. Illud igitur sciendum est libertatem naturalem, facultatem naturalem esse eius, quod cuique facere libet, nisi quod ui, aut iure prohibetur. Sed duplex est libertas, ciuilis, cum in nostra potestate existimus, & nemini subiecti sumus, philosophica, cum uitiis non paremus, & nulli succumbimus animi perturbationi, etiam si uicti in compedibus detineamur, & cuius pessimo tyranno pareamus. Seruitus est constitutio iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur, & ipsa ut libertas bifariam diuisa est, altera qua cuipiam subiecti sumus, & eius uoluntati paremus, altera qua uitijs dediti sumus, & hæc pessima est, & habetur, & quantum ad ciuilem attinet libertatem, ac seruitutem, iure naturali omnes liberi nascebantur, sed cum bella orta sunt, & captiuitates secutæ sunt, & seruitutes quæ sunt iuri naturali contrariæ. [Omnes] Contrariæ. [Omnes sapientes &c.] Suppleto Stoici dicunt, & hic in M. Ant. inuehitur Cic. qui se esse imperatorem iactabat, cum præesset exercitui. ostendit autem imperatorem neque esse, neque esse posse, cum seruus sit & uitijs pareat. Non autem potest alijs imperare, qui sibi ipsi & cupiditatibus suis non imperat. [Laudetur uero, &c.] ironicus sermo est, q.d. laudem nõ meretur. Est enim laudatio oratio ex uirtutibus alicuius contexta, & laudata uirtute proficiscitur, sicut a uitijs uituperatio. [Appelletur] Non enim dignus est, qui imperator appelletur. [Hoc nomine dignus] Conuenit enim bonis, integris, fortibus, non autem improbis, sceleratis, mollibus qualis tu es Antoni. [Quomodo autem &c.] ratio est eius quod dixit, q.d. qui uitijs seruit, ut tu, is imperare liberis non potest, quibus ille recte imperat, qui animo liber est, & uirtute præstat. Diog. Cynicus cum in seruitutem concidisset, ac uenundaretur a Xenade Corinthio quodam, qui emere eum uolebat, interrogatus quid artificij nouisset. noui, inquit, liberis hominibus imperare. quare ille eius admiratus responsionem, emit, & manumisit. Filiosque suos ei committẽs. Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. Idem & in Aesopum Phrygium fabulatorem refertur. [Libidines] Appetitio quæ aduersus rationem incitata est uehementius, libido appellatur, quæ in omnibus stultis inuenitur. [Voluptates] Quæ sunt inhonestæ & ea appetunt quæ quinque corporis sensus non delectant tãtum, sed explent. nam nihil est aliud uoluptas, quàm nimia repletio, ut Arist. ait. & quidem gulosus, quod idem auct. scr. lib. 3. Eth. quoniam gustu gaudebat, precatus est longius sibi guttur, quam ciconiæ fieri. [Iracundiam] Quam lib. j. Off. repudiandam omnibus in rebus dicit Cic. optãdumque, ut qui reip. præsunt, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Differt ab ira quæ perturbatio est subito exoriens, neque persistens. cum iracundia persistat, & homini ingenita pene sit. unde iracundum hominem dicimus, qui secum iram semper gerit. Iratum qui pro tempore excandescit. Quod lib. 3 Tusc. quæst ostẽdit Cic. & iracundia quidem est quam μῆνιν a permanendo greci uocant. Peripatetici & Arist. in Eth. iracundiam laudant, quã etiam cotem fortitudinis dicunt esse, & ira quidem diffinitur. libido puniendi eius, qui læsisse uidetur iniuria. Iracundia uero ita inueterata, & plena odij, Vlciscendi tempus obseruans. [Auaritiam] Hæc nimium pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit. Quod, inquit historicus. Vnde & sic diffinitur a Cic. Auaritia est opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit, inhærens & penitus insita. [Cæteras animi labes] Perturbationes & uitia quæ græci πάθη. Nam animum fœdant, qui uirtute præditus esse debet. [Tum incipiet] Purgato animo per uirtutem, & repulsis uitijs. [Improbissimis dominis] qui sint ipse subdit, scilicet dedecus & turpitudo. [Desierit] Destiterit. [His] Vitijs. [Nos modicis] si non erit liber, multo minus imperator. [Præclare &c.] Locus est ab auctoritate maiorum. qui non frustra, inquit, dixerunt hominem esse sapientem nisi liberum. Libertatem autem intellexerunt potestatem operandi quæ uelis, citra turpitudinem tamum. [Vsurpatum] In frequenti usu habitum. [Apud agrestes] locus est beneuolentiæ, quam a persona auditorum colligit. Laudat enim cum non esse rudes & agrestes dicit, & apud doctos quidem. Doctorum etiam præstantium philosophorum utimur auctoritate, apud imperitum uero vulgus notos quosdam multitudini nominamus auctores, & hoc rhetoricum præceptum est. [Cur ego simulem?] q.d. simulare debeo minime. [Operæ] Laboris, & studij. [Perdidisse] uile enim latens uirtus. Quid enim submersa latebris Proderit obscuro ueluti sub remige Puppis, vel lyra, quæ reticet, uel qui non tenditur? ut ait Claud. [Dictum est igitur] Repetit quod dixerat. hoc usurpatum est a doctissimis, quod facimus quoties ab eo quod proponimus aberrantes in longum producimus orationem. Nam aut eadem uerba, aut similem sensum habentia reperimus. ut lib. j. ad Heren. si persuasus fuerit auditor, idest si oratio aduersariorum fecerit fidem auditoribus, neque enim non facile scire poterimus, quoniam nõ sumus nescij quibus rebus fides fieri soleat. ergo si fidem factam putabimus. [Quid enim est libertas?] Si libertas ut philosophi uolunt est potestas uiuendi, ut uelis, & ille tantum uiuit, ut uult, qui recta sequitur, non potes tu dici liber, quoniam non uiuis ut uis, cum turpia & nefaria feceris. [Vt uelis] Velle autẽ est, aliquid cum ratione appetere. [Qui recta sequitur] quæ recta sunt honesta sunt. Nam rectum & honestum sibi inuicem cedunt. Quæ autem honesta sunt, laudabilia quoque existunt. non enim potest esse quidquam, quod quidem continuo laudabile quoque non sit. [Officio] actione uirtutis. Est autem officium quod cur factum sit ratio probabilis reddi potest, κατόρθωμα à græcis appellatur, de quo apud Cic. in Off. multa a nobis dicta sunt. [Viuendi uia] qui non uiuit temere, sed & uitæ genus delegit, & finem sibi proposuit, ut Hercules qui uiam uirtutis ingredi maluit, quam uoluptatis, cum utraque ostenderetur. quod de eo Prodicus philosophus scripsit. unde Hercules Prodicus appellatur. [Qui ne legib.] Boni autem sunt sponte, haud metu legum & iudiciorum. unde ait Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ, Oderunt peccare boni uirtutis amore. Sed sicuti non peccat qui minus peccat, ita non bene facit qui inuitus bene facit. opera enim rectitudinis sponte suscipienda sunt, non autem propter aliquam causam extraneam, ut spem, & timorem, quod alias diximus. Et Seneca inquit, plerique metu peccare cessant, non innocentia profecto tales timidi, non innocentes dicendi sunt. [Sequitur] Sua sponte. [Colit] Veneratur uel exercet. [Facit] Operatur. [Libenter] quia sponte. [Liber] Non metu aut spe. [Ab ipsius] Animo & uoluntate, non ab aliqua ui extrinseca. [Eodẽ] Ad eundem animum & uoluntatem. Nam quidquid inest propria uoluntate commotus facit, quidquid item facit ea gratia facit, ut uoluntati suæ satis faciat. ergo principium operationis a propria uoluntate pendet, & finis ad eandem fertur, & hoc proprium est libere uiuentium. [Polleat] Possit. [Voluntas] que quid cum ratione desiderat & βούλησις a græcis appellatur, estque in solo sapiente, huic opposita est, quæ libido uocatur, uel effrenata cupiditas aduersus rationem incitata uehementius, & hæc in omnibus stultis inuenitur. [Atque iudiciũ] Tria sunt in animo quæ rei gerẽdæ ueritatique dominetur, ut ait Arist. lib. vj. Eth. Sensus, intellectus, appetitus, Sensus nullius rei agendæ principium est, id ex eo patet, quod bestiæ sensum quidem habent, rerum uero agendarum participes non sunt. Quod uero est in morte assentire, & dissentire, idest in appetitu sequi & uitare, & hoc dicitur electio siue iudicium, quod est principium rei agendæ. Mens ergo siue intellectus, qui principia apprehendit mouet appetitum. Appetitus per electionem iudicat de rebus quales sint, & aut sequitur aut uitat. Ex quibus dictis facile intelligitur, quid sibi uoluerit Cic. cum ait, uoluntas & iudicium. Nam intellectum siue appetitum per uoluntatem, per iudicium uero electionem intellexit. [Cui quidem] si sapiens in bonis animi quæ non sunt subiecta fortunæ omne præsidium suum collatum habet, sequitur, ut fortunam minime timeat, unde & Cato ait apud Lucan. An noceat uis

ulla

ulla bono, fortunaque perdat Opposita uirtute minas. [Quæ uim dicunt habere maximam] quam rerum humanarum dominam Cic. uocat in Orat. pro M. Marcello De qua Iuuen. ait. Sed te Nos facimus fortuna deam cœloque locamus. Et est fortuna in incertis rebus. unde & Plin. inquit lib. ij. nat. hist. de dijs loquens. Inuenit tamen inter has utrasque sententia medium sibi ipsa mortalitas innata. Quo minus plena de deo coniectatio esset. Toto quippe mundo, & locis omnibus omnibusque horis omnium uocibus Fortuna inuocatur, & una nominatur una accusatur, una agitur rea, cogitatur sola, sola laudatur, sola arguitur. & cum conuitijs colitur, uolubilisque, a plerisque uero & cæca etiam existimata, uaga, inconstans, incerta, uaria, in dignorumque fautrix, huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranque paginam facit. [Cedit] Vincitur. sic & Marc. exponit Liu. cui nostri exercitus sæpe cesserunt. [Sapiens poe.] quem non nominat, fortasse Ennij est. [Suis quisque fungitur morib. [Boni ij, sunt dumtaxat, qui suis utuntur moribus, non autem alienis cum non timore, aut spe aliquid faciant, sed quidquid faciunt sua sponte faciāt. [Inuitus] quidquid est honestum sponte facit bonus, turpitudinem, semper refugit, nihil ergo facit inuitus. [Nihil dolens] quamuis grauis sit labor quem sustinet pro re honesta afficienda, nihil dolet. cum nulla perturbatio in sapientē cadat. [Nihil coactus] Non enim quæ fecit timore legum aut iudiciorum, sed sponte facit. [Quod & si ita esse] Indigeret, inquit, res longiore oratione, ut melius comprobaretur, sed ex his quæ dicta sunt illud elici potest, eum qui huiusmodi non fuerit, liberum non esse. Nam si libertas uoluntas est operandi quæ uelis, seruitus uero ei contraria, qua quis operari non potest quod uelis, Sequitur omnes malos qui in morbis sunt, & perturbationibus quibus parent liberos non esse, & pessimis tyrannis seruire. [Breue] Breuiter. [Ita affectus] idest dispositus. [Serui &c.] Si nemo liber nisi qui nihil inuitus facit, nihil dolens, nihil coactus. [Omnis qui aliquid inuitus, dolens, aut coactus facit, seruus est. [Serui ne?] Aduersarij uerba irridentis, uel non credentis, q. d. seruos esse omnes improbos affirmas. cum tamen non serui esse non uideantur. Quippe qui empti a quodam nō sunt, aut iure aliquo dominis adstricti fateor, inquit Cic. non esse ut mancipia, quæ uel nexu, uel ciuili iure fiunt, sed tamen quoniam animo sunt fracto, & arbitrio suo non uiuunt, ideo serui sunt habendi. [Nec hoc tam re &c.] Hæc inquit incredibilia, & admirabilia uidentur, cum dicuntur, sed re ipsa siquis cōsideret, neque incredibilia, neque admirabilia existunt, cum sit seruitus duplex, ut ante est dictum, ciuilis qua iure ciuili alicui subijcitur, & a terra qua nos uitiis submittimus, & alienæ paremus uoluntati. quod ex animi nostri procedit imbecillitate, & obiectione. [Re] Affectu, si quis rem expendat. [Dictu] Nisi pluribus probetur. [Inopinatum &c.] Descriptio est Paradoxi. [Non enim dicunt] Sapientes non intelligunt, ita seruos esse improbos, ut mancipia sunt, quæ nexu fiunt, aut iure ciuili. [Mancipia] Serui sunt proprie in bello capti. græci δουρααλώτους uocant, hoc est hasta captos. serui ex eo appellati sunt, hos imperatores captiuos uendi uolebant, & propterea captos seruari, non occidi iubebant, ut antea nascuntur, aut fiunt serui. Nascebantur iam ex ancillis, fiebant captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior uiginti annis ad precium participandū se se uenundari passus esset. Qua ratione & nunc quotidie serui fiunt. [Nexu] Vt locus hic intelligitur sciendum est, omnes res quæ ab alienari possunt, idest à nostro ad alterius transire dominium, aut mancipi esse, aut ne mancipi. Mancipi res ueteres appellabantur quæ ita abalienabantur, ut illa abalienatio per quandam nexus fieret solennitatem. Nexus uero est quædam uiris solennitas, quæ fiebat eo modo quo in institutionibus Caius exposuit. Eiusdem autem Cic. lib. j. institutionum de nexu faciendo hæc verba sunt. Est autem mācipatio, ut supra quoque iudicauimus, imaginaria quædam uenditio, quod ipsum ius proprium est Romanorum ciuium, eaque res ita agitur, adhibitis non minus quinque testibus ciuibus R. puberibus. Et præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libri pens. Is qui mancipium accipit, & æs tenet ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio, isque emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accipit, quasi precii loco. Quæcunque igitur res lege 12. tabularum nisi per hanc solennitatem abalienari non poterant. Sin autem iuris cedere, ne mancipi uocabantur. [Aut aliquo ciuili iure] Decessionem quæ fiebat iure ciuili, hoc modo, ut idem Caius exposuit, apud magistratum populi Rom. uel apud prætorem, uel apud præsidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur rem tenens, ita uendicat, Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio. Deinde postquam hunc uendicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit, an contra uendicet, quo negante, aut tacente ei qui uendicauerit, eam rem adiicit, idque legis actio uocatur. Res igitur quę mancipi sunt, aut nexu abalienantur, aut iuris cessione, inter quos iure ciuili fieri possunt. At si ea res quæ mancipi est nulla solennitate traditur, ab alienari non poterit, nisi ab eo cui traditur, usu capiatur. [Vel antiquo ciuili iure] Vel quis maior 20. annos, quemadmodum dictum est, se ad precium participandum uenundari passus est. [Sed si seruitus] Si, inquit, non illi tātum dicitur seruitus, quæ nexu fit, aut aliquo ciuili iure, & omnis obedientia animi arbitrio suo non utentis seruitutis est, certe omnes qui alicui perturbationi seruiunt, serui sunt. [Fracti animi] Mollis, & effœminati, nec munere suo; hoc est ratione fungentis. [Abiecti] Vilis. [Arbitrio suo qui nihil quod uelit ipse facit] Optimus autem hinc elicitur syllogismus, hoc modo. omnis fracto animo, & abiecto, & arbitrio suo carens seruus est. omnes leues, cupidi, improbi sunt fracto animo, & abiecto, & arbitrio suo carent. igitur omnes huiusmodi serui sunt. [Quis neget] Cum seruitus nihil aliud sit, quam obedientia quædam, cum quis fracto animo, & abiecto alicui se subiicit. [An liber &c.] Ostendit qualis ista seruitus sit fracti animi, &c. de aliquo uxorio loquēs qui ad arbitrium uiuit uxoris, & quidquid illa iubet facit. Quicunque autem huiusmodi est, is appellari liber nō potest. Iuu. Sat. 6. de uxoris in uirum imperio sic ait; Nil unquam inuita donabis cōiuge, nec uendes. Ac āobstte nihil, nihil hæc si nolet emetur, Hæc dabit affectus &c. [Imperat] Veluti mancipio. Imperium est liberi in seruum & maioris in minorem. [Leges] Contra quas si fecerit omnis quietis abiicienda spes est. [Pręscribit] Quod in futurum seruandum sit. præscriptio ueluti regula est rei agendæ. [Iubet] Quæ in præsentia uult fieri. [Vetat] Quæ contra non vult fieri. [Quod uidetur] Quidquid sit. Dicit enim Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. [Qui nihil negare potest] Si amat. [Recusare audet] Si timet. Poscit annulum, uestem. [Dandum est] Velis nolis. necessitatem dicunt huiusmodi gerundia. [Vocat] Absentem. [Eiicit] Excludit ui, ut per contemptum. [Minatur] Aut abituram se, aut mali aliquid facturam. [Nequissimum] Pessimum, uel potius uilissimum. Nequā enim est, ut Festo placet, qui ne tanti quidem est, quanti qui habere minimi. [Amplissima] Maxima, & nobilissima, ut Corneliorum, Fabiorum, Metellorum. [Atque ut in maxima familia] Ordo est, atque appellandum puto lautiorem, & in maxima familia alii serui lautiores suos, ut sibi uidentur. [In mag. familia] In magno numero, & multitudine. [Stultorum] eorū qui turpitudini parent. Sensus autem est, quemadmodum in magna multitudine seruorum, alii serui sunt, aliis seruis lautiores, hoc est maiores, & superiores, & tamen omnes serui sunt, ita in magna multitudine, eorum qui uitiis dediti sunt alii aliis sunt nobiliores, omnes tamen serui sunt uitiorum, quoniam omnes pariter uitiis seruiunt. [Lautiores] Delicatiores, & aliis superiores, honoratioresque. apud antiquos elegantiæ quæ nunc sunt, non fuerun traroque aliquis lauabatur, unde lautus, & lautitia epularum magnificentia, a lauatione dici putantur. Auct. est Festus. [Vt sibi uidentur] Cum lauti re uera non sint. Nam etsi honoratiores sunt, seruiunt tamen quemadmodum reliqui serui minus honorati. Eodem modo in numero stultorum, hoc est uitiis parentum, qui sibi splendidiores aliis uidētur pares illis sint, sunt enim in eadem seruitute. [Sed tamen sunt serui atrienses] Atriū genus est ędificii, auct. Pomp. ante ædes continens mediam aream, in qua collecta ex omni tecto pluuia descendit. Dictum est autem atrium, uel quia id genus ædificii atriensibus Etruriæ sit primum institutum, uel quia à terra oriatur. In atrio uasa aurea, & argentea seruabantur, aulæa, statuæ, tabellæ, stemmata præterea cum imaginibus familiæ. Vnde ait Ouid. pro lege dispositas generosa per atria ceras. Et Iuuen. Tota licet ueteres extornent undique ceræ Atria, nobilitas prima est atque unica uirtus. Atrium enim primum uestibulum transeuntibus occurrebat, ideoque illud præcipue ornatum esse maiores uoluerunt. Et qui curam atrii gerebat atriensis uocabatur. Plut. in Asin. de atriensi loquitur.

Laurea,

Laurea,quem inter ceteros eiuſdem familiæ ſeruos fuiſſe ho-
noratiorem conſtat.Dicit autem uiros opulentos qui cupidita-
tib parcunt,à ſeruis atrienſibus non differre.Nam ſicut ij ſupel-
lectilis curam habent,quæ in atrio cuſtoditur, ita illi admiran
tur ea,quæ exornare atrium ſolent , & illic reponi ac cuſtodiri',
ergo diuites ſtultos, hoc eſt uitiis parentes, qui ſe lautiores pu-
tant eſſe,Sernis comparat atrienſibus. Nam ſicut ij honoratio-
res ſunt reliquis ſeruis,& tamen ſerui ſunt, ita illi lautiores qui-
dem ſunt reliquis ciuibus,ut ſibi uidentur , ſerui tamen ſunt ui-
tiis,ut illi ipſi quibus ſe lautiores eſſe exiſtimant.[Pari actu]Pa-
ri re,præſen tatione atque exercitatione ſtultitiæ. Nam ſic cete-
ris ſe lautiores exiſtimant,quod ſigna, quod tabulas,quod cęla-
tum argentum,quod cetera eiuſmodi poſſideant , quibus dele-
ctantur,quemadmodum ſerui atrienſis , aliis ſeruis ſe lautiores
credunt eſſe , quod præfecti atrio à dominis diuerſa opera illis
imperant.Cum tamen,& ipſi non minus quam illi ſerui ſint,&
arbitrio ſuo non uiuant,[Signa]Statuæ, imagines præſtantiſſi-
morum artificum manufactæ [Tabulę]Ab egregiis pictoribus
depictæ.[Cęlatum argentum] Pocula anaglypha quibus ars pre
cium auget. Virg. Ingens argentum menſis , cęlataque in auro
Fortia factæ patrum,ſeries longiſſima rerum.[Corinthia ope-
ra]Ex ære Corinthio confecta, cuius nota fuit precioſior,uel ſi-
gna accipiamus quæ priſci Corinthia uocauere , quibus pleriq;
ut ait Pli.in tantum capiebantur, ut ſecum circumferrent , ut
Hort. orator Sphyngem Verri reo ablatum , & Nero princeps
Amazonem.[Aedificia magnifica]Vt porticus , thermæ cæna-
cula, inſulæ.[Nimio opere] Magno & diuturno labore confe-
cta.[Et ſumus inquiũt &c.]Dicis nos ſeruos eſſe.ſed cum è ſum-
mis ciuitatis principibus ſumus ſerui eſſe qui poſſumus ? [Vos
uero]Reſpõdet Cic.ex principib.ciuitatis uos eſſe dicitis , ſed ne
ſeruis quidem ueſtris præferendi eſtis.[Sed ut infam.] In ma-
gno numero ſeruorum alii alio funguntur miniſterio , & tamẽ
ſerui ſunt omnes . Sic qui meliora exercẽt miniſteria illi minus
honeſtum locum tenent,eodem modo in ciuitate alii aliis nobi
litate,& amplitudine familiæ maiores , & honoratiores ſunt,&
tamen qui reb.ſupra dictis delectantur, & res immoderate con-
cupiſcũt,ut ſerui uiliores inter alios ſeruos,ſic ipſi in ciuitate in-
firmum locum tenent, cum magis cupiditatibus pareant , qui-
bus ceteri ciues non uſque adeo parent.[Tractant]contingunt,
& curæ habent.[Iſta]Superius dicta.[Tergunt]Statuas,& tabel
las repugnantes.[Verrunt]Mũdant,ut pauimenta ſcopis.[Vn-
gunt]ut uaſa ne rubigo innaſcatur, uel ungunt condiunt intel-
ligas epulas,ut ſapidiores ſint.[Spargunt]ut flores crocos,odo-
resque alios,uel eſt effundunt ſiquid eſt mali liquoris [Non ho
neſtiſſimum]hoc eſt uiliſſimum.Ser.Sulp.in epiſt. Cic. Et ſi ſcio
non iucundiſſimum,nuncium me nobis allaturum. [Sed mag.
imp.]Verba ſunt aduerſarii , ut M. Antonii qui Cic.obiicienti
quod infirmum locum ciuitatis tenere ſic reſpondere potuiſ-
ſet , quomodo infimum locum teneo . qui ſæpe cum hoſtibus
congreſſus ſum,& magna bella geſſi,ſæpe prouinciis præfui.re-
ſpondet non eſſe magnum , qui magnas res gerit,& magnis re-
bus præeſt, niſi animo fuerit laude digno , qui cupiditatibus &
uitiis non pareat , qui rebus uanis ſpectandis non obſtupeſcat.
vincebant quidem hoſtes Romani,ſed uincere ſeipſos non pote-
rant , nam cupiditate trahebatur ſigna , & tabulas reportandi
præſtantium artificum,effugere autem cupiditatem,ut Sen.ait
regnum eſt uincere , quare Iuuen.Sat.8.quid ſit uera nobilitas
diſputans, ſic Ponticum admonet . Expectata,diu tandem pro-
uincia , cum te Rectorem accipiet. pone ira frena , modumque.
Pone, & auaritiæ miſerere in opum ſociorum'. quos ſpoliabat
ſignis omnibus & tabellis egregiis , tanto eiuſmodi rerum ſtu-
dio tenebantur.Cic.Verri.reo obiicit quod nullum ſignum,nul
lam tabulam,nihil quod eius oculos animumque accenderit uſ-
quam reliquerit,ubi magiſtratum geſſit. Quanta autem libidi-
ne opera egregiorum artificũ comparandi incenderentur apud
Plin.licet cognoſcere , & apud Iuuen.in eadem Sat. [Echionis]
Fuit is pictor inſignis.Plin.lib.35.Clarius Echion 107.Olympia
de extitit,huius nobilis picturæ.Liber pater.Tragœdia,Comœ-
dia,Semiramis ex ancilla adipiſcẽs regnum,Ante lampadas præ
ferens. Noua nupta uerecundia notabilis.[Signum aliquod Po
lycleti]hic ſtatuarius fuit Ageladis diſcipulus Sicyonius qui flo-
ruit Olympiade 87. multa eius & præclara opera Plin. comme-
morat. [Omitto unde ſub] poteſt hoc in M.Ant. trium uirum
dictum putari , nam multa loca ſpoliauit huiuſmodi rebus ut
Sami , unde tria opera coloſſica ſuper una baſi poſita ſuſtulit.

Aug.uero Cęſ. duo in eandem baſim repoſuit Palladem & Her.
Iouem autem tranſtulit in Capitolium & ſacellum ei conſtru-
xit Auct.Strab. apud Iuuen. cum ait. Inde Dolabella atque hinc
Antonius , illinc Sacrilegus Verres referebant puppibus altis
Occulta ſpolia,& plures de pace triumphos.de C.Ant.potius in-
telligitur quem cenſores ſenatu mouerunt,cauſam ſubſcriben-
tes quod ſocios diripuiſſet. Idem & in exilium miſſu eſt,aucto-
res Pæd.& Strab.[Quomodo habeas]Per ſcelus ſcilicet, & frau-
dem.[Intuentem]Immoderate aſpicientem.[Clamorem tollē-
tem]Præ nimia admiratione exclamãtem.[Nonne igitur]Obie
cto eſt aduerſarii,ineptias hæc non recte appellas . Cum feſtiua
ſint,& delectent plurimum,fateor inquit feſtiua eſſe, & admira
bilia,ſed non tamen eiuſmodi ſunt.ut uiros affixos , & quodam
modo alligatos tenere debeant,ſed pueros,qui talibus oblecta-
mentis facile capiuntur,ut picturis.[Nam nos quoque] Non.n.
ita rudis ego ſum,quin iudicare poſſim qualia ſint. [Eruditos]
Iudicare quæ cernunt aptos.[Vincula] ut ueluti ligatos teneãt
homines nimis admirantes , & pene ſtupidos.[Quid enim cen-
ſes]uerum eſſe quod dixit,ſcilicet eiuſmodi res,non uincula eſ-
ſe uirorum,ſed oblectamenta puerorum , auctoritate compro-
bat clariſſimi uiri L.Mumii,qui ut ait Cic.lib. 2.off. cum copio-
ſiſsimam urbem funditus ſuſtuliſſet. Italiam ornare quam do-
mum ſuam maluit, Et,ut inquit Plin. repleuit urbem non reli-
cturus filiæ dotẽ . Corinthus olim minutiſſima ciuitas Achaiæ
caput fuit,& Græciæ decus,inter duo maria Ionium , & Aegeũ,
quaſi ſpectaculo poſita. [Mathellionem Corinthum] Matula
uas eſt urinæ ſic dictum,quod manu tenetur.De quo Mart cum
poſcor crepitu digitorum, & uerna moratur , O quoties pollex
culcitra facta mihi eſt.Matulæ diminutiuum eſt matella. Matel
lio quoque a matulla eſt ſic uocatus,poſtquam largius a figura
matulæ diſceſſit,ſed matellio aqualis dicitur,quoniam , & ipſe
urinæ eſt,auct.Varro [Tractantem] Dum admiratur. [Totam
Corinthum]Omnia ornamento Corinthi , quibus Italiam,ut
dictum eſt , ornauit , cum in domum ſuam nihil attulerit.[An
atrienſem]q.d.atriẽſem ſeruum putaret , qui curam ſignorum
tabularum,& uaſorum habebat.[Reuiuiſcat M.Curius]Hunc
Sannitum legati agreſti in ſcanno ſedentem , foco rapas torren
tem,ac ligneo catino cœnantem , offenderunt reuerſi ſunt do-
mum , eius paupertatem ſuis retulerunt , redierunt magnum
auri pondus publice miſſum afferentes, & benignis uerbis Cu-
rium inuitarunt,ut eo uti uellet, qui vultum riſu ſoluit. proti-
nus ſuperuacue,inquit,ne dicã inepte legationis miniſtri , Nar-
rate Sannitibus M.Curium malle locupletibus imperare , quã
ipſum fieri locupletem.atque iſtud; ut precioſum,ita malo ho
minum excogitatum . munus refertote , & mementote me nec
aſtutia uinci , nec pecunia corrumpi poſſe.Idem cum interce-
ptæ pecuniæ argueretur , cadum ligneum quo uti ad ſacrificia
conſueuerat in medium protulit , iurauitque ſe nihil amplius
de præda hoſtium in domum ſuam conuertiſſe. [Eorum ali-
quis]Vt Fabricius Cincinnatus.[Villa]Rure. [Domo]In urbe.
[Pręter ipſos]Qui ſoli pro ornamento domo ſufficiebant,cum
adeo continẽtes eſſent,& tot egregis uirtutibus præditi. [Sum-
mis populi beneficiis uſum] Hoc eſt maximis honoribus fun-
ctus,& magiſtratibus , quos fauor populi & ſuffragia deſeruit.
Vnde Horat.ait. Hunc ſi nobilium turba quiritum . Certet ter
geminis tollere honoribus,& Virg Non illum populi faſces,nõ
purpura regum Repleuit.faſces populi dixit,hoc eſt,quia popu
lo præſtantur.[Barbatulos mullulos] hoc eſt precioſis , & opti-
mis piſcib. gaudentem , eosque in uiuariis ſeruantem . Quid
priſci Rom.fecere in quorum luxuriam Pli.inuehitur. Aſin.Ce-
ler uir conſularis nullum octo mil. nummis mercatus eſt.auct.
Plin. ex quo luxuria ſeculi illius exiſtimari poteſt. quod idem
Plin.[negat mullum repertum qui duas libras ponderis exupe-
ret,& neque piſcinis,neque in uiuariis creſcere aſſerit , a colore
mulleorum calciamentorum ſic dicti ſunt mulli , erant mullei
calcei regum Albanorum , & poſt patriciorum fuere a mullan-
do, ideſt ſumendo uocati,ut Pomp.ſer. Mullorum genera ſunt
plura,barba gemina inſigniuntur, ut Plin.tradit in inferiori la-
bio,unde barbatulos dicit Cic. Var.de piſcinis loquens lib.de re
ruſt.Celerius inquit , uoluntate Hortenſii ex æquali educeres
rhedarios,ut tibi habere mullos, quam è piſcina barbatũ mul-
lum . At inquit ille , non minor cura eius de ægrotis piſcibus,
quam de minus ualentibus ſeruis.[Exceptantem]Quaſi luden
tem cum piſcibus,& excipere tentantem , minus enim eſt exce-
ptare,licet frequentatiuum ſit qua excipere,ſicut captare, dor-
mitare,

mitare, quæritare minus sunt quam capere, dormire, quærere. [De piscina] De uiuario in quo pisces conclusos habet, quos saginat. Murenarum copia] Anguillas marinas vulgus appellat, quas in siccum littus elapsas, vulgus coitu serpentum impleri putat. Mas ab Arist. Zinirus uocatur. dignoscitur a femina, qđ illa uaria, & infirma est, is uero unicolor, & robustus, dentesque extra os habet. Inuenit in hoc animali documenta sæuitiæ Vellcius Pollio eques Romanus. ex amicis diui Augusti, viuariis earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Tenuissimi muneris tergus, 5 anguillis crassus, & murenarũ quidẽ uiuariũ priuatim excogitauit añ alios Curtius, q cœnis triũphalibus Cęs. dictatoris sex millia numero murenarũ mutuo appẽdit. Nã permutare quidẽ precio noluit aliave merce. Piscinã habuit Hortẽsius orator, in qua murenã adeo dilexit, ut examinatã flesse credať. Antonia Drusi murenæ quã diligebat inaures addidit. auct. Plin. [Aliquo maiore negocio] Quã piscibus delectari, & eorũ curã gerere. An eorũ] Alia est species seruitutis eorũ qui augere patrimoniũ, & diuitias studẽt, & nullos labores, nullã deuitant turpitudinẽ, dũ id efficiant. De q bus ait Iuu. Viuant Arcturius istic. Et Catullus, maneant qui Nigrum in candida uertunt, Quis facile est ædem conducere, flumina, portus Siccandam eluuiem portandum ad busta cadauer. [Peculij] Dissentiunt ipsi inter se iurisconsulti de peculij proprietate, nec grammatici idẽ dicunt. Constat tamen peculialiter esse in quacunque persona quidquid labore nostro partum est. & cum inquit Celsus iurisconsultus audisse se rusticos senes, ita dicentes. pecuniam sine peculio fragilem esse, lucrum industria partum per peculium intellexit, in quam significationem hic accipere debemus. accipitur, & pro eo, quod seruus domini permissu separatim a rationibus domini habet, & est peculium castrense, quod a parentibus, & cognatis in militia degẽti donatum est. [Hæreditatis spes] Nihil adeo durum, & difficile est, quod quispiam recuset, si consequendæ alicuius hæreditatis spes proposita fuerit. [Iniquitatis] Iniusti laboris, & oneris. Quem nutum, q. d. annuit quidem diues, & orbus quin pareant. Quos autem labores experirentur quas subirent difficultates; qui diuitum orborum captabant hæreditates, & quæ & quãta afferrent munera, Iuu. docet. [Nutum] Non tantum uerba, & nutus est nota quæ capite fit. [Locupletis] Multa possidentis. [Orbi] Filijs carentis. [Senis] Iamiam morituri [Orbi] dicuntur priuati aliqua persona cara, & qui filios quasi lumẽ amiserunt Filii quoque parentibus orbi appellantur. [Non obseruat] Non diligẽter custodit, & exequitur. [Loquitur ad uoluntatem] Quidqd placere diuiti orbo intelligit. & ut Gnato ille Terentianus si ait ille, & ipse ait, si negat, & ipse negat. [Assentatur] Laudat. est assentati proprie insidiose, & conciliandæ alicuius utilitatis gratia effusius, & plerunque falso quempiã laudare. Adulari uero, inseruire, & captare, ut fauorẽ emereamur. [Assidet] Languenti, & ægrotanti. id n. assidere proprie significat. Mart. Te mœste decet assidere matri. Lugentiq; uirum, ipsumque fratrẽ. [Muneratur] Munera afferre. Dicimus aũt muneror te, hoc est munus tibi affero. Sed pro munero ponitur, sicuti nonnulla uerba patiendi pro agentibus ponuntur eleganti gratiaæ, quod ser. A. G. ut munero te pro munero, & significor pro significo, assentior pro assentio, fœneror pro fœnero, pigneror pro pignero. [Non inertis] Strenui, & diligentis, qui etiam ex nutu, quid dominus uelit intelligũt. [Quid illa cupiditas, &c.] Tangit illam seruitutis speciem quæ nascitur ex nimia cupiditate honoris, quam nos ambitionem uocamus. Quid autem non faciunt plerique, cui se non subiiciunt, ut magistratũ consequantur, pessima profecto domina est hæc cupiditas, quæ tamen liberior aliis cupiditatibus haberi solet, ea enim appetit quæ honesta uidentur, hanc tamen cupiditatem, quod Cic. tradit in Tusc. ad summam utilitatem a natura datam esse dicebant Stoici, & quenquam, nisi quod libeat, præclare facere posses, sed cauenda est, ut idem inquit in officijs, gloriæ cupiditas. Eripit enim libertatem pro qua magnanimus uir omnis debet esse contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius, aut nõ accipienda interdum, aut etiam deponenda nonnunquam. [Honoris] Magistratus urbani. [Imperij] Vt præsis exercitui. [Prouinciarũ] ut, puincias gubernes. [Dura] Pene inuincibilis. [Imperiosa] Sæua, exercens imperia. [Vehemens] Vrgens, & assidua. [Cethego homini &c.] Quanta sit huius honoris cupiditatis uis exemplo ostendit Cethegi uiri improbissimi, cui tamen multi, & amplissimi uiri se subiecerunt, & humiliter nimium submiserũt, ut fauore eius q rep. ,p libidine sua administrabat quos optabant honores, & magistratus consequerenť. hic Cethegus Romanæ libertatis dignitate prope extincta, oĩa ad gratiã obeunda princeps in rep uidebatur. Erat aũt Lucullo infensus, quod is ob cenã illius uitã libidinum, flagitiorũ, errorũ, scelerũ plenã fastidiebat. Fuit eodẽ tpe mulier in urbe Precia nomine, nulli uetustate formæ, & uerborũ lepore ac comitate cõcedẽs, nulli tamen uita impurissimo quopiã scorto præstabat, hæc Cethegum, qui summa florebat gloria urbemque suo nutu ductitabat, insano amore sibi deuinxit. [Effecitq;] ut Lucullo Ciliciã prouinciã postulanti, & faueret Cethegus, & primus suffragium ferret. Auct. Plut. in uita Luculli. [Non probatissimo] Minime probato. [Eos] Vt Lucullũ. & ceteros, qui tunc erant principes ciuitatis. [Videbanť] Non tamen re uera erãt, cũ liberi non essent & cupiditatis gratia homini improbatissimo ipsi subiicerent. Nam, ut ait Cic. in Antonium Phil. 3. Cum aũt oĩs seruitus misera, tum uero intollerabile esset seruire impuro, impuro dico, effœminato, nunquã ne in metu quidẽ sobrio. [Munera mittere] Vt promptius faueret. Nam Ouid. ait, Munera crede mihi placant hominesq;, deosq;, Placatur donis Iupiter ipse datis. [Noctu] quo tempore conquiescere eos conueniebat. [Precari] Precibus, ut solent qui impetrare a quopiam aliquid uolunt. [Supplicare] sese penitus submittere. unde & supplicare diis proprie dicimur. est ergo supplicare ambitiosius, & submissius rogare. [Quæ seruitus] quasi dicat nulla seruitus non est appellanda seruitus, si hæc facere, & pati seruitus non est. [Quid cum dominatus cupiditatum] Aliã tãgit seruitutem, quam timor effecit, qui ex conscientia nascitur peccatorum, quo tormẽto nullum est grauius. Nã Iuu. inquit. Pœna aũt uehemẽs, & multo sæuior illis, quas, & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamantus, Nocte dieque suam gestare in pectore testam. est autem timor metus mali appropinquantis. [Misera] Ab effectu. [Dura] Difficilis, & pene intollerabilis. nũquam enim timor ex conscientia sceleris, uel paulum remittitur. [Adolescentibus paulo loquacioribus] Ne forte accusarent in foro. Nam quod Cic. lib. 1. off. Sæpe adolescentes illis temporibus ex accusationibus improborum laudem quærebant, & gloriam comparabant. Quod fecisse idem tradit M. Antonium P. Sulpicium, & alios permultos. [Loquacioribus] Si loquaces timendi, erant multo magis eloquentes, cum loquacitas uitium sit eloquentia, uero uirtus. nam cum sapientia coniuncta est. [Quia aliqd scire vĩr] Etiam si nesciũt, mõ opinio sit eos posse dicere. [Iudex uero &c.] Cuius est dãnare, & punire. hunc ergo uehementer timent, ne scelera sua rescicsat. [Ac uero est &c.] obiectio est aduersarij, qui dicit non omnem metum seruitutem esse. quam exemplo Lucij Crassi dissoluit, probans omnem metum seruitutem haberi. Nam si omnis metus seruitus non esset, nunquam dixisset L. Crassus orator eripite nos à seruitute. Fuit hic L. Crassus orator insignis, q apud Cic. de oratore disputat, de quo multa idem lib. de clar. orat. hanc uero orationem uel tunc habuit Crassus, cum Apuleius Saturninus Gracchianas leges asserere uoluit, quæ maxime populares erant, uel tunc cum postea Liu. Drusus senatus causam suscepisset, & ut uiueret, acquireret, perniciosa largitione plebẽ excitasset. cui cum resisteret L. Philippus consul, qui non esse ex dignitate senatus rem ipsam uidebat, & senatui segnitiem exprobrans, alio senatu sibi opus esse dixisset. id permolestè uir summus, & eloquentissimus Crassus tulit ad quem comprehendendum cum lictorem Philippus misisset, non es, inquit Crassus, mihi Philippe consul, quando ego tibi senator non sum. potuit ergo eo tempore hanc orationem habere, & conuersus ad nobilitatem, ac senatum inter cetera, eripite nos à seruitute dixit. quæ oratio magis, ut ait Cic. copiosa fuit, quam sapiens. nã sapienti nulla seruitus proponi potest, qui aut timet quidem aliquid, aut sperat, quod sæpe dictum est. [quæ seruitus] Interrogat Cic. & respondet, uere seruitus fuit in Crasso homine nobili, & claro, quoniã timuit. Nam expers timoris esse debuisset, & tunc demum eius oratio sapiens nõ minus, quam copiosa fuisset. [Debilitas] quoties timore debilitatur, & penè deficit [Humilis] quia magna, & homines desint appetere. [Noli te sinere] Rursus Crassi uerba sunt sic loquentes quasi seruiret. [In libertatem] Interrogat quid sibi his uerbis Crassus uellet, & asseri inquit in libertatem uolebat, ut libere uiueret,

teret,& nemini pareret. non ita est, respondet, imò dominum mutare uult,ut omnibus senatoribus,non uni Philippo subesset. [quid.n.] Adiungit illis uerbis,nolite sinere,nos cuiquã seruire adiunxit Crassus,sed uobis uniuersis.s.sinite seruire. [Dominum mutare] ut ne seruiat uni, multis seruiat.[quibus,& debemus]Et hæc Crassi uerba sunt adnexi superioribus. Nam tota est vna oratio. Eripite nos seruitute,nolite sinere nos cuiquã seruire,nisi nobis uniuersis,quibus , & debemus , & possumus. [Nos vero]Respondet his uerbis Crassi.possumus,& debemus, & nos,inquit,qui sapientes dici , & haberi uolumus , qui recto animi, & uero munere fungimur, seruire cuiquam, nec possumus,nec debemus.uirtus.n.nemini subesse uult,& liberum possessorem efficit.Dicis o,inquit,te Crasse posse, Nam quod potes ex animi tui imbecillitate proficiscitur. Sed debere minimè dixeris.nemo.n.debet seruire cuiquam,cum ea debeamus tantum,quæ honesta sunt,& quæ efficere nos necessario conuenit, ut iuuare patriam,parentes,dissoluere æs alienum,& cætera huiusmodi,possumus autẽ implere,& efficere, quod in nostra positum est uolũtate. Nec quod possumus,debere nos dicere possumus.[quoniam nihil] Interpretatur, quod dixit, & nihil,inquit,quispiam debet, nisi quod turpe est non reddere .i. efficere,quidquid ex debito efficere tenemur, id cum implemus reddere dicimur,ut Deo cultum,parentibus nutricationem , benemerenti beneficium cum conferimus reddere dicimur. debebamus.n.& tenebamur. si quid turpe est,id reddere nõ debemus . [Ille uid.at.] concludit hoc Paradoxum,illud more suo repetẽs, quod in principio dixit non esse imperatorẽ,qui sibijpsi,& cupiditatibus non imperet.[Ile]Antonius.[Ratio]quæ posita est in argumentationibus.[Veritas]quæ in exemplis cõsistit,ut supra patuit.

OMNI BONI. QVOD sapientes liberi , & stulti serui] Hic est titulus latinus, ad cuius mirabilis sententiæ declinationem memoriæ trãdendum est,quod duplex est seruitus,& libertas. Primo omnes oriebantur liberi, sed iure gentium , & propter Bellorum occasionem serui reperti sunt, ne omnes uita priuarentur in bello, hoc remedium inuentum est,ut captiui serui fierent. & ideo est vna seruitus ciuilis,& altera seruitus philosophica, cum aliquis uitiis paret seruus apud philosophos nũcupatur. Libertas quędam est secundum iura,vt nulli homini seruiat,& altera est philosophica,quando nulli uitiorum turpitudini subiectus sit Cic. narrauit hoc paradoxum contra M.Ant. in quo declarat ipsum seruum esse, quamuis imperator , & splendidus homo sit, dicit ergo per ironiam. [Laudetur hic imperator].i. laudibus extollatur. [Aut etiam appelletur] Dicatur salue imperator, hoc nomine dignus sit propter magnificentiam,& opes, æstimetur dignus nomine imperatorio.hic.n.Tul.non posuit verba, non dixit hic est uerus imperator, sed minimè hac appellatione dignus est,qui non potest, q.d. qui seruus est scelerum. [Libero] quod imperator non debet.[Iracundiam] quæ est longa quædã cupiditas uindictæ quasi una cum homine genita . Ira breuior iracundia. [Tum incipiat imperare] Tunc seruus turpitudinis existens imperator dici nõ dẽt,sed flagitiis remotis tunc imperator diceretur. [Dedecori]Contra decus,& famam uirtutis turpitudini,quæ est contra ipsam uirtutem. [Desierit]Peccata minuerit.[Præclarè]Locus est ab auctoritate maiorum. [A doctissimis uiris]Fides istis semper danda apud aliquos agrestes est,apud imperitos nunquam eligendi sunt auctores , & philosophi antiqui,quorum ignorant non solum nomina,sed minimè pro ferri sciunt ,ideo consueuerunt uiri docti quando loquuntur apud indoctos nominare quosdam notos homines , cum tamẽ ipsi sententias maiorum dicunt.Apud prudentissimos] Captat beneuolentiam ab auditoribus. [Cui ergo simulẽ] quia debeo fingere non scire apud doctos, & eruditos uiros , postquã in his studiis operam dedi.[Me perdidisse] quasi ignorasse.[Potestas uiuendi , ut uelis] Velle dicimus aliquid cum ratione appetere,non fur,qui capit alienas diuitias uelle dicitur, qui igitur uult cum ratione,& uirtute uitæ uocatur uiuere,ut uult. [Officio]officium est illud quod faciẽdum est secundum uirtutem, ideo Tullium de officiis appellamus . [Non propter me] Duo sunt genera bonorum hominum . Aliqui .n. reperiuntur boni propter timorem supplicii . Aliqui boni existunt amore uirtutis,unde uerius:Oderunt peccare boni uirtutis amore.Oderunt peccare mali formidine pœnæ. [Et colit] Veneratur leges propter uirtutem.Id salutare]Ad salutem hominum leges putant esse colendas, propter uirtutem solum. [Nihil facit,nihil cogitat]Nisi libenter hoc illi, quodlibet quantum ad uelle , dicitur, qui igitur uiuit cum ratione,& uirtute uiuit libere.[Ac libere] Nemini uitiorum subiectus sit [Ab ipso] .i. ab animo,ut dicũt græci. [Eodem]Ad eundem animum uirtute præditum omnia referenda sunt, à quo proficiscuntur.[Polleat]Possit , aliàs pollere splendere dicunt.[Ipsius uoluntas]Vt dictum est , appetitus est honestus. [Iudicium] Bene iudicium,& uoluntas ad iudicem applicantur.Iudicium est discernendi ratio boni,& mali. [Cui fortuna ipsa cedit].i.vincitur fortuna tali uiro , qui uolũtatem,& iudicium rerum faciendarum retinet . Cedere , Non. Marcellus exponit vincere.quoniam maximum apud ignorantes fortuna locum obtinet, unde solebant dicere antiqui Te facimus fortuna deam,sed periti spernunt ipsam, & ideo propter fortunas , & opes aliquem peritum uocamus. [Sapiens poeta] cuius ignoratur nomen.[quisque fungitur suis moribus]Boni semper utuntur moribus. [Inuitus] Libens obseruat uirtutẽ. [Nihil dolens] Et si fortuna sit aduersa non debet . [Nihil coactus]Non cogitur iura legum obseruare , sed libens uirtutis amore leges timet.[Quod,& si]Postquam demonstrauit libertatem esse uoluntatem.i. apppetitum animi cum ratione , & uirtute,per contrarium ostendit quid sit seruitus,& neminem esse liberum nisi qui affectus sit illa uoluntate, cuius tractatio facta .s.soli huic igitur contingit.[Nisi qui ita sit affectus] Vt dictũ , qui est, uitio nulli subiectus est,sed uoluntati,atq; iudicio præditus existat. [Improbi]Qui flagitijs dediti sunt, serui nuncupãtur.Hoc uero non tam re est.]Istud non tam admirabile in effectu,sed in uerbis.audire.n.hominem imperantem esse seruum, hoc admiratione dignum est , sed in effectu. hoc est consideremus illius uitia,seruitus appellatione afficiendus est. [Inopinatum, atque mirabile] Diffinitio paradoxi. [Dicunt sapientes] Non appellant eos seruos. [Vt mancipia] Quæ sunt dominorũ secundum legem 12. tab. quas ab Atheniensibus Romam accepcrũt.Mancipium dicitur ipse seruus,& seruitus.i. officium ad seruum pertinens.[Nexu] Fiebãt mãcipia dominorũ per hunc modum . Erat quidam magistratus præfectus mancipijs conficiendis,coram quo,aderant vendentes,& emẽtes.Dicebat magistratus ille,Vis uti iure mancipij,& ille dicebat Suscipio hoc pacto cum quadam solennitate magistratus habẽs aliquid æris .i. quandã campanellam pulsabat,& aderãt 12. testes psentes, quæ quidem erat modus faciendi mancipia.Per nexus igitur,inquit, sapiẽtes appellãt istos seruos scelerum mãcipia per nexum, aut aliquod ius confectũ. [Iure ciuili aliquo] Vel per aliud ius poterant fieri mancipia , nunc ad Christianum seruum efficiendũ quinque serui lege requirendi sunt.[Sed si serui tus] Diffinitio seruitutis,quæ caret arbitrio suo.[Quis neget]Cum seruitus sit quædam obedientia animi fracti, & non humana continentis? quis negabit omnes cupidos,& improbos non esse seruos?[An illa similitudo unde bone , quod propositum est in proœmio obseruat,quoniam hoc paradoxo longiori probat . [Cui leges imponit]Nisi ita facias domum patris mei petam , illi uocãtur uxorij,qui ita uxorib. dedit isunt. [Præscribit] quod faciẽdum sit.[Iubet]Vt expellat seruos. [Vetat] Ne ducat amicos ad cœnam,qua de re Iuuen. unam mediam satyram facit.[Poscit]Vestem.[Dandum est] De necessitate hæc gerundia necessitatem important. [Vocat ip.] De magistratu abeundum est . [Nequissimum]Quod uulgo dici solet bone da nulla , neque facit uenit nequissimum. [Atque ut in ma. fa.] Aliam ponit similitudinem princieps , hoc est primi ciuis consueuerunt in atriis, seu fastibus habere uasa argentea , & aurea ad ornamentum domus,quibus rebus plerique præsunt serui.alii domum uerrebant, alij tergebant,quibus quidem alij serui erant præfecti, qui appellabantur serui atrienses . [Familia] In magna gentis multitudine. [Stultorum] Stultos appellamus illos , qui in istis delitijs cupiunt uiuere,unde cœna lautica nominari solet. [Alij lautiores]Delicatiores alii seruis , qui sciunt incidere carnes. qui quidem serui uidentur esse inferiores atriensibus, & atrienses serui sunt. [Si tamen serui atrienses actu]Pares stultitiæ suæ,quãuis atrienses sunt, honoratiores tamen , quantum ad istius actum seruitutis,& istius curæ, quam habet in tergendis uasis,tamen serui sunt ac uocant.[Stultitiæ suæ] Stultitiam appellant curam quam habẽt domini in pręficiendis seruis istis rebus,quæ uirtutis partẽ habent,aliquã non retinẽt. [Quos signa] Qui statuis,& alijs magnis rebus delectantur serui appellãtur. Apostrophat ad istos magnos ciues,qui principes sunt,tũc ueniũt,qui dicũt. Sumus principes in hac ciuitate] Ideo his delectari

sectari rebus magnis possumus. [Vos] Rñsum q dem minimi seruorũ suorũ principes sunt, cum his coram habeant. [Sed ut in familia] Adaptat similitudinem queadmodũ diximus superius. [Seruorũ] off. quòd aliq̃ tergũt & aliqui uerrunt, sic eodẽ mõ sunt isti primarii ciues, quorum aliqui sunt maiores, aliqui minores in ciuitate, tñ oĩno serui sunt. [Qui tractant] Correspondent singula singulis qui tractant referendo, ad aliquos. [Signa alicuius serui] Qui portant statuas de loco ad locum. [Qui tergunt] Ad tabulas refertur, aliqui tergunt puluerem. [Qui ungunt] Vasa cælata. in quibus insculpitur, uel aliquid aliud. quę sculptiones uocantur emblemata. [Qui uerrũt ædes] Spargũt flores, & rosas. mihi non uidetur esse adaptatio similitudinis, sed potius quædam est de per se acta similitudo, illa aũt superior ratio, quæ inquit. Quos si non ad seruos pertinere uidetur, sed ad dominos rebus delectari, ideo serui apud maiores appellantur. hæc uero seruorũ similitudo est ad dños. [Magna inquis] Iterũ apostrophat. [Certe igitur aĩum laude dignum] Rñdet Cic. quòd magnas gerunt dignitates animum eorum cum uirtute illis dignitatibus dignum gerant. [Auctionis tabula] Et probat per inductionẽ, quòd multi sunt serui uirtute, philosophicam, defendit quod multi sunt qui delectantur tabulis, & picturis, & cupidi fiunt, quæ seruitutis species. [Polycleti] Fuerunt optimi pictores. [Miror] Vnde loquitur ad M. Ant. qui fuerat in magistratu, & qui tutari debeat ab his, has diripuit tabulas. [Intuentem] Declarat istũ stolidum. Ineptiarum omnium] Istæ quidem tabulæ munditiæ appellãtur. sed Cic. eos modo seruos ineptiarum non munditiarum nuncupat, qui delectantur ineptiis quæ fiunt præter tempus, ut plorare in nuptiis. [Non ne] Anthypophoram facit Ant. Non ne ista festiua sunt? oculos eruditos, & me ista delectant. sed me non detinet stuprum cum uirtute operam non dantem. [Venusta habent] Cum honore, & honestate ista festiua, non autem uincula tecum carent. [Oblectamenta puerorum] pueri his picturis delectari solent. [Mumius] Per auctoritatem huius clarissimi uiri de magistrat. has res esse contemnendas. Corinthij uiri superbia quadam agitati Romanorum legatos asperserunt urina, qua ex re multæ Corinthiæ Romam ductæ sunt, has omnes Mumius non solum picturas, & matelliones earum uidere noluit, sed totã consumpsit Corinthũ, de quo ait Virg. Ille triumphata capitolia ad alta Corintho. [Tractantem] Manibus uoluentem. [Vtrum ciuem an atriensem] q. d. Mumius si aliquem in istis tabulis stupidum aspexisset, non ciuem, sed atriensem seruum iudicaret. [Aut eorum aliquis] Qui nor. has cupiebant munditias, nec in uilla, nec ciuitate. uilla domus rusticana uocatur a uehendo dicta, uel a uallis. [In domo] Vrbano domicilio. [Videat ali.] Ista species seruitutis, quod si L. Mumius aliquem uidisset gloriantem copia piscium, etiam habentem piscinam non modo cum ciuem excellentem appellasset, sed potius miserrimum. [Visum] Bene qui fuerat honoratus magistratu. [Barbatulos mullulos] Mulli pisces, quorum ex ore quædam pendet barba. [Exceptantem] Vsus est frequentatiuo, quo magis illius seruitutem ostendat. [Murenarum] Murenæ maris anguillæ dicũtur. [Vt ne in familia quidem dig. Qui piscium delectationem habent, hi non modo in familia sunt, sed aliquo maiore negocio, uel magistratu minime digni putantur, nisi pertracta re pisciculos. [Qui cupiditate peculij] Solebant antiqui serui, ut inquit Iuuen. in ep. Crepusculis adire domum alicuius diuitis senis orbi, uel debilis in seruiendo sibi adulando, & omnia seni assentiendo, ut pecunias consequerentur, peculium est proprie pecunia, unde fit peculiaris. hoc autem peculium quę ritur, uel in castris, seu aliqua liberali arte acquiri potest. [Quid ini] Non modo uerba, sed meritum senis cognoscit, ut si non placet illi gallina turdos edit. [Locuplet] Sine diuitiis hanc nõ faceret seruitutem. [Orbi] Si filiis non carerent, sibi non seruirent. [Senis] Qui pauco est duraturus tempore, & hæc tria conueniunt ad hanc seruitutem tolerandam. [Denunciatum] Si oportet ius petere paratus est. [Assentatur] Si senex se laudibus extollat, ille easdem non confirmat, sed auget. [Assidet] Penes illum sedet. [Munerat] Senes donantur pane, caseo, & aliis rebus ab illo proprio serui. [Serui ines.] Non liberi, sed serui astuti, & diligentes. [Quid iam il. cu.] s. libertatis habere uidetur, q. d. uel etiam aliud genus seruitutis plerique supplicant, donant, & multa patiuntur causa cuiusdam dignitatis acquirendæ. [quæ uidet ur esse li.] Hæc seruitus, quoniam fit in consequentibus liberalior esse uidetur. quoniam nõ auaritiæ causa gignitur, sed propter honorem, & tamẽ omnino seruitus est. [Honoris] Alicuius magistratus. [Imperij] Fieri imperator. [Domina] Tyrannis est. [Imperiosa] quæ imperat hominibus omnia mala pati, ut imperium adipiscantur. [Vehemens] Trahit omnes ad supplicandum uel ad alia indigna se faciendum. [Cethego] Fuit quidam Cethegus, ante Cethegum Catilinæ, qui ciuitati Romanæ uir primarius, cum esset captus amore cuiusdam Preciæ, se creari imperatorem contra Mithridatem uellet, qui Preciæ Cethegi amicæ supplicabat, eique donabat. qua ex re gratia illius Cethegum imperatorem Lucullus orauit, quæ. n. maior seruitus inueniretur, quam Luculli seruitus mulieri supplicans? [Non probatissimo] Ac si diceret improbatissimo. [Seruire coegit] s. cupiditas honoris cogebat nõnullos seruire Cethego, quam respondeo sibi esse probatissimũ, tamẽ serui erant. [Munera] qui illum Cethegum multis donabant rebus. [Noctu uenire domum] In die negociosi sunt principes, ideo de nocte domum illius proficiscebant. [Supplicare] Subiacendo. [Quæ seruitus est] Ac dicat si supplicantem, & talia tolerarem cũ dignitatis habendæ libertas existimetur. non illa pōt esse seruitus, sed aliæ sunt seruitutes sicut hæc uocitanda est. [Quid? cum cupiditatum excessit dominatus] Transitio, color commouere facit auditores, de quibus locutus est, & itẽ ostendit quid consequitur sensus, quid præterea seruitus cupiditatis bonorum. alia exoritur seruitus uidelicet timor quem adipiscitur ex conscientia peccatorum, & per inductioneam hanc ostendit seruitutem philosophicã. [Conscientia] Est uocabulum mediũ, quod tamen, vt plurimum in malã partẽ sumitur, sicut uoluntas, dicitur autem conscientia proprie examinatio. [Quam dura seruitus] Peior hæc est, quam ciuilis seruitus, quocunque enim uadis hæc te philosophica seruitus persequitur die noctuque. [Adolescentibus] Cum Rom. imperium adiungerent, magna in eloquentia maxime uim inesse cognouerunt.

QVOD sapientes liberi, & stulti serui:] Thema græcum est. Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, κὶ πάντες οἱ μῶροι δοῦλοι. i. φ sapiẽtes liberi, & stulti serui ὅτι. i. φ μόνος. i. solus, hoc est articulus, ut gallicis le. flandinis, ὁ σοφὸς. i. sapiens, ἐλεύθερος. i. liber, & ingenuus, καὶ. i. &. πάντες. i. omnes, οἱ, articulus pluralis μωροὶ, idest stulti, δοῦλοι. i. serui sunt, inde dulia cultus seruilis, Hoc Paradoxum ueritati euangelicæ consonum est, quia solus peccator stultus, stultorum autem infinitus est numerus, qui uero facit peccatum seruus est peccari. itaque cuius animus liber est à uitijs, quia potiorem partem sui liberam habet, seruus non est. De hac re etiam Persius pulchrè scripsit. Sed nos ordinem prosequamur, quia talis est. sed sciamus hoc secundum quosdam dici in M. Antonium, qui libidinibus exarsit, & cum Cleopatra regina Aegypti turpissimè uixit, uerum id post mortem Cicer. fecit obtuit antea etiam alias amasse, & sed Clodio congruit. unde proposito Themate, quasi dicat dicunt; aut dico omnes sapientes esse liberos, & omnes stultos esse seruos. Vero pro sed, hic imperator uidelicet M. Antonius triumuir, refrenet ipse primum libidines suas, spernat uoluptates, teneat, idest contineat, & refrenet iracundiam, coerceat auaritiam, & repellat à se ceteras labes. i. corruptiones, quæ eum labefaciunt, animi, scilicet sui, & incipiat, tum, idest tunc imperare alijs, cum ipse desierit parere turpissimis dominis, uidelicet dedecori, idest infamiæ, & turpitudini uitæ. Quidem, idest certe, dum, idest donec ipse obediet his, idest dominis dictis, non modo, idest non solum non erit habendus, idest reputandus Imperator, sed erit habendus omnino non liber, idest seruus. Hoc enim est usurpatum, idest in usum, & prouerbium acceptum præclarè à doctissimis, scilicet philosophis, quorum auctoritate ego non uterer, si hæc oratio esset mihi habenda apud agrestes philosophiæ ignaros, cum uero loquor apud prudentissimos, scilicet patres conscriptos in Senatu contra Antonium, quibus hæc non sunt inaudita, immo maximè cognita. Cur ego simulem, idest falso fingam, me perdidisse, idest inuanum assumpsisse operam, quidquid operæ, idest studij, & laboris posuerim, idest locauerim in his studijs, scilicet philosophicis. Et quia non dixerat, quid esset præclarè dictum, nunc repetit dicens. Igitur. i. ut ad propositum redeam, dictum est à uiris eruditissimis, neminem esse liberum nisi sapiẽtem. Enim pro quia, quid est libertas? Respondet, potestas uiuendi, ut uelis. Igitur quis uiuit, ut uult, nisi qui sequitur recta ? q. d. nullus. & uere

quia desideriũ peccatorũ peribit. Et qui gaudet officio.i. debito,cui uia uiuendi est considerata,atq; prouisa,quæ patet quidem legibus,sed non propter metum.i. timorem seruilem,quia Horat. dicit, Oderunt peccare boni uirtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. sed qui sequitur atque colit eas .s. leges, quia iudicat id esse maximè salutare, qui nihil dicit, facit nihil,nihil deniq; cogitat, nisi libenter.i. cum approbatione conscientiæ non refragantis ac liberæ. Cuius omnia consilia, & omnes res quas gerit proficiscuntur, idest oriuntur ab ipso ipsius imperio, & uoluntate, & feruntur, idest diriguntur eodem, idest ad eum ipsum. quia amore dei quem secum habet, & sui,omnia facit, nec est ulla res, quæ polleat, idest possit, & ualeat plus apud eum, quam uoluntas, atq; iudicium ipsius. Nihil enim uult, nisi quod iudicat faciendum, aut uolendum, nihil autem iudicat faciendum, & uolendum. nisi quod licitum ac honestum, & facile factu. quo circa solus sapiens quidquid uult facit. Cui,scilicet sapienti, & libero etiam ipsa fortuna,quæ dicitur habere maximam uim. (Vnde Maro. fortuna omnipotens &c. & Salust. in Catil. Sed profecto fortuna in omni re dominatur.) cedit.i. locum dat.unde Iuuen.Nullum numen,habes si sit prudentia, sed te Nos facimus fortuna deam cœloq; locamus. Vnde idem Salust. in Iugurt. Sed dux, atq; imperator uitæ mortalium animus est, quippe fortuna probitatem, industriam, aliasque bonas artes, neque dare, neque eripere cuiquam potest. Sene.epist. 99. Errant, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam. Valentior enim omni fortuna animus est, & in utranque partem ipse res suas ducit, beatæq; ac miseræ uitæ sibi causa est &c. Sicut sapiens poeta dixit, quisque fungitur suis moribus,idest cuique secundum mores suos euenit. Vnde Salust. in Catil. Aut fortuna simul cum moribus immutatur. sed ad ordinem reuertamur. Soli igitur, concludit,quod proposuerat dicens. Igitur hoc contingit sapienti,ut nihil faciat inuitus,nihil dolens, & nihil coactus. Quod .i. quam rem ita esse,idest ita se habere, & si.i. quanquam est differendum .i. probandum diserte pluribus uerbis, illud tamen est, & breue, & confitendum, neminem esse liberum, nisi qui sit affectus, idest animatus, & dispositus, ita ut dictum est. Igitur à contrario sensu omnes improbi sup. sunt serui, nec hoc est tam inopinatum atque mirabile, neq; dictu .i. dum dicitur. Enim pro quia, homines, aut philosophi non dicunt eos, idest tales uidelicet improbos ita esse seruos, ut mancipia. idest manucapta seruitia, & ita seruata,ut seruiant, & serui sint, quæ sunt facta dominorum, idest in potestate eorum. Nexu .i. obligatione, ut uinculo, aut aliquo iure ciuili. sed si seruitus sit sicut reuera est obedientia animi fracti, & abiecti, & carentis suo arbitrio, quis neget omnes, leues, omnes cupidos,omnes denique improbos, esse seruos? q.d. nemo. An ille uidetur mihi liber cui mulier imperat? ut Antonio Cleopatra, sed tamen de ea non intelligit,quia post mortem Ciceronis id contingit.Cui mulier imponit leges, & præscribit, iubet & uetat, quod uidetur .i. quidquid iubet, qui nihil potest negare mulieri imperanti, & negat,audet recusare?q.d. minimè omnium. Si mulier poscit sup. aliquid, dandum est, si uocat ipsum, ueniendum est, idest oportet ad eam uenire, si mulier eijcit eum abeundum est ei, idest oportet eum abire, si minatur, extimescendum est ei. Ego uero puto istum, idest huiusmodi uirum qualis erat Antonius saltem postea, uel etiam tunc libidinis ardens, ut idem Clodius, qui pro principe mœchorum taxatur à Iuuenale, appellandum non modo, idest non solum seruum, sed nequissimum, idest maximè nequam, te nihil queuntem seruum etiam si sit natus in familia amplissima, ut Antonius, & Clodius. Atq; ut in magna familia alij stultorum, idest alij stulti sunt lautiores,idest mundiores serui,ut sibi uidentur. utpote, qui escariis, & poculentis uasis preciosis præsunt, & artium obseruant, si tamen, inquit, atrienses serui sunt illis pares, aut pari actu suæ stultitiæ, idest inutilis curæ. Illi quos signa, idest simulacra, ad uiuum efficta, & quos tabulæ, scilicet eburneæ, aut ex ligno precioso, quos argentum cælatum, idest sculptum, quos opera Corinthia, idest ex ære Corinthio, quos ædificia magnifica delectant nimio opere, idest nimio studio,& .i. attamen tales inquiunt nos sumus principes ciuitatis, uos uero seruorum quidem uestrorum principes estis,sed ut,idest quemadmodum, qui tractant ista, scilicet uasa, & suppellectilia in magna familia, qui tergunt, qui ungunt contra rubiginem. Qui uerrunt, idest mundant scopis, qui spargunt, ut non cõsumantur à tineis,tenent locum seruitutis non honestissimę, & sic in ciuitate, qui dederunt se cupiditatibus istarum rerum obtinent penè infirmum locum seruitutis. Magna inquis, Docet ambitiosos esse stultos, sicut docuit libidinosos, mulierosos, & rebus friuolis intentos insanire dicens. Tu gloriose inquis, gessi magna bella,& præfui magnis imperijs,& prouinciis. Igitur si in illis laudari uis, gere animum dignum laude. Tabula actionis qua bona ciuium,aut prędæ ueneunturin foro à pręcone, quasi sub hasta augendo precio detinet te stupidum, idest hyantem ad lucra,& ambitionem,sicut Sillam detinuit.Aut aliquod signum Polycleti, idest à Polycleto statuario optimo factum. Ego miror, unde sustuleris.i. subtraxeris te,& quomodo habeas .i. geras te admirantem, & tollentem .i. extollentem clamores, cum ego uideo te, iudico te esse seruum omnium ineptiarum, igitur quærit ambitiosus: Nonne illa signa sunt festiua.i.lepida,& festa congruentia?sint,inquit Cic. Nã nos quoque habemus oculos eruditos, ut sciamus quid artificiose factũ sit, sed ego obsecro te, ut ista habeantur, idest reputentur à te ita uenusta, idest pulchra, & speciosa,ut non sint uincula uirorum .i. quibus irretiantur, & in seruitutem redigantur uiri, idest qui se uiros censent, sed sint oblectamenta puerorum. Quid enim censes. L. Mummius, qui Corinthum incendit, & diruit ne Romano imperio officeret, uideret aliquem qui se princeps ciuitatis factitat Matellionẽ Corinthium, idest admirantem signa ex metallo, seu ære Corinthio. Tractantem, sup. ista cupidissimè. Cum ipse contempsisset totam Corinthum, q.d. cum toto metallo, dicerem stultum si in metallo Corinthio nõ Matellionem &c. Vtrum putaret illum .i. talem Matellionem ciuem excellentem, an seruum atriensem diligentem, q.d. certe scio;quod potius seruum, quis eius similior est. Reuiuiscat, taxat nunc gulosos dicens. Reuiuiscat M. Curius, qui de Sabinis triumphauit,& rapas in catino ligneo edat, ut prius dixi. Reuiuiscat, idest redeat in uitam,aut aliquis eorum, in quorum uilla,idest domo rustica, & domo, idest in ciuitate nihil fuit splendidum,& nihil ornatum præter ipsos; quales erant, Fabricius, Cato maior, Q. Cincinnatus,& similes. Et uideat melius,quam uideant, quia dixit reuiuiscat, & dicet, iudicet aliquem usum summis beneficiis populi, idest summo magistratu. Exceptantem, idest cum delectu extrahentem. De piscina .i. conseruatorio piscium. Barbatulos,idest pisces tales à barba dictos. Et mullulos,idest mulos teneriores,qui in summo precio erant. Aequã tem sanè paribus sestertia libris, idest mullum sex librarum sex milibus sestertium,& pertractantem tales pisces,& gloriantem. Copia Murenarum, quas Lampredas uocant nonne iudicet hunc, idest talem hominem ita seruum, ut ne quidem putet. Cum aliquo maiore negocio in familia. An eorum seruitus. inuehitur in auaros dicens.An seruitus eorum nullas conditiones durissimæ seruitutis recusant, cupiditates Peculij, idest ut augeant peculium, idest rem sibi propriam.est dubia, idest incerta, quasi dicat minimè, cum sit manifestissima spes hæreditatis, idest qua quis sperat hæres à diuitie institui. Quid iniquitatis, idest iniquæ seruitutis non suscipit,idest non libenter subit in seruiendo, quasi dicat nihil, & ita maximè serui sunt hæredi pedes. De quibus Flac. secundo serm. Sat. ser. hoc quoque &c. Quem nutum suis locupletis, & orbi, idest non habentis liberos, non obseruat, ut obsequatur, & inseruit, quasi dicat nullum non, & ita quemlibet obseruat. Quidquid denunciatum sit ipse loquitur, totum ad uoluntatem illius senis, & facit, & assentatur, & assidet, & muneratur. Quid horum est liberum, idest pertinet ad liberum hominem,quasi dicat nihil,quid denique horum est nisi serui non inertis, idest seduli,& strenui, quasi dicat etiam nihil, & ita totum, hoc est serui non inertis. Quid iam, inuehitur rursus, sed manifestus in ambitiosos dicens. Quid iam illa cupiditas honoris, imperii, prouinciarum, quàm uidetur esse liberalior, quam, idest quantum dura, & imperiosa, & quam uehemens est domina. Res, idest cupiditas honoris, aut rei familiaris coegit seruire Cethego, qui erat in coniuratione Catilinæ homini. Non probatissimo, immo minime probato, eos qui uidebantur sibi esse amplissimi, & coegit eos mittere ad eum munera, uenire noctu ad eum, domum, idest ad domum eius, precari eum, & denique, idest quod uilissimum est supplicare, idest se plicare, & genua flectere coram eo. Quæ est seruitus, si hæc, idest huiusmodi uita potest existimari libertas? q.d. nulla. Quid sup. dicemus dum dominatus cupiditatum .i.

quem

quem cupiditates in homine ambitioso, aut auaro habebat, excessit, idest egressus est, & alius dicunt, uidelicet timor est exortus ex conscientia peccatorum. Quam .i. ò quantum misera, & quam .i. ò quantum dura est illa seruitus, q.d. durissima, quia seruiendum est adolescentibus loquacioribus paulo .s. habentibus aliquid facundiæ, & eloquentiæ. quibus seruiendum est ne uocentur ab illis in ius, & accusentur ab illis, quod iuuenti uti Romani licebat, omnes qui uidentur aliquid scire, scilicet de sceleribus eorum timentur tanquam domini, & ita timore seruili. Vero pro sed, quantum dominatum habet iudex in eos, qui peccatis inseruiunt, quo timore afficit nocentē? q.d. maximum, & maximo. An non omnis metus est seruitus? q.d. maximè. Igitur quid ualet illa oratio L. Crassi eloquentissimi existens magis copiosa .i. abundans uerbis, quam sapiens .i. sapientia sententiarum condita, cum diceret, aut P.C. aut quirites eripite nos ex seruitute. Quæ est ista seruitus homini, tam claro, & tam nobili? q.d. talis non debebat iugum dominorum externorum timere, censuerat seruitutem si modo animum liberum haberet. Omnis enim timiditas animi debilitata, & humilis, & fracta est seruitus. Nolite sinere, idest permittere nos seruire cuiquam, uult ipse in tali oratione uindicare .i. morte uindici sibi acquirere, quasi uindicta prætoria libertatem. Minimè, inquit Cic. Enim pro quia, quid, idest ad quid adiungit nisi uobis uniuersis quibus, & possumus, & debemus seruire. sic enim vult mutare dominum, & non vult esse simpliciter, quod tum uelle debebat Crasso. hic autem locus corruptus est, & ob id à commentario prætermissus. nos vero siquidem, idest certè si sumus animo excelso, & alto, & exaggerato, idest accumulato uirtutibus, nec debemus nec possumus sup. seruire. Tu Crasse dicito te posse, quoniam quidem potes, & ne dixeris debere quomodo quisquam nihil debet, nisi quod est turpe non reddere, sed hæc hactenus in Crassum dicta. Ille in quem cepta est oratio, uideat quomodo possit esse imperator. cum ratio, & ueritas conuincat ipsum, ne liberum quidem esse, quod multo minus est, quam in liberos habere imperium. & hæc in Cic. Parado. nam in ultimum in quod nihil inuenimus scriptum sequens est nostra explanatio.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

quòd solus sapiens, diues.

QVæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? solus ne tu diues? pro dij immortales, ego ne me audisse aliquid, & didicisse non gaudeam? solus ne tu diues? quid, si ne diues quidem? quid si pauper etiam? quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus sit; qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hominem sermo, neque Possessiones tuæ. qui si sibi nihil deesse putat, nihil curat amplius, satiatus est, aut contentus etiam pecunia: concedo, diues est. sin autem propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti ordine ne honestus quidem esse possit ullus; si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis; si socios spolias, ærarium expilas; si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atque ipse supponis: hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? animus hominis diues, non arca appellari solet. quamuis illa sit plena; dum te inanem uidebo diuitem non putabo. etenim ex eo, quantum cuique satis est, metiuntur homines diuitiarum modum. filiam quis habet; Pecunia est opus: duas; maiore: plures; etiam maiore. si (ut aiunt) Danai quinquaginta sunt filiæ; tot dotes magnam quærunt pecuniam. quantum enim cuique satis est, ad id accommodatur, ut ante dixi diuitiarum modus. qui igitur non filias plures; sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaurire possint; hunc quo modo ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat? multi ex te audierunt, cum diceres neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus: quòd P. R. ex tantis uectigalibus iam pridem uix potest. ergo, hoc proposito, nunquàm eris diues ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tantum desit, ut expleas id, quòd exoptas. itaque istam paupertatem, uel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti. nam, ut ijs, qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quæsito, sic qui uidet domi tuæ pariter accusatorum, atque iudicum consociatos greges; qui nocentes, & pecuniosos reos eodem te auctore corruptelam iudicij molientes; qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, pecuniarum incoitionibus candidatorum, dimissiones libertorum ad fœnerandas, diripiendasque prouincias? qui expulsiones uicinorum, qui latrocinia in agris, qui cum seruis, cum libertis, cum clientibus societates, qui possessiones uacuas, qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordetur; qui testamenta subiecta, qui sublatos tot homines; qui denique omnia uenalia, delectum, decretum; alienam, suam sententiam, forum, domum; uocem, silentium; quis hunc non putet confiteri sibi quæsito opus esse? cui autem quæsito opus sit, quis unquàm hunc uerè dixerit diuitem? est enim diuitiarum fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum, atque abundantia: quantu quoniam nunquam assequere, nunquam omnino es futurus diues. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & rectè. est enim ad uulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo; de te loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit; utrum tandem pluris æstimabimus pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricij, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum Samnitum, an responsum M. Curij? hæreditatem L. Pauli, an liberalitatem Africani, qui eius hæreditatis Quin. Maximo fratri partem suam concessit: hæc profectò, quæ sunt summarum virtutum, pluris æstimanda sunt, quàm illa, quæ sunt pecuniæ. Quis igitur (si quidem, ut quisque, quòd plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin in uirtute diuitiæ positæ sunt, quoniam nulla possessio, nulla uis auri, & argenti pluris, quàm uirtus æstimanda est? O dij immortales, non intelligunt homines, quàm magnum uectigal sit parsimonia. uenio enim ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Capit ille ex suis præditis sexcenta sestertia: ego centena ex meis. illi aurata tecta in uillis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & uestem infinite concupiscenti, non modo ad sumptum ille fructus est, sed etiam ad fœnus, exiguus: ex meo tenui uectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit, uter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam; an quæ suis se ui-

ribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum, ac temporum vitio, aliquantum etiam ipse fortasse in huius seculi errore uerser? M. Manilius patrum nostrorum memoria (ne semper Curios, & Luscinos loquamur) pauper tandem fuit. habuit. n. ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. nos igitur ditiores, qui plura habemus? vtinam quidem essemus, sed non æstimatione census, uerũ uictu, atq; cultu terminatur pecuniæ modus. non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, uectigal est: contentum uero suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæq; diuitiæ. etenim, si isti callidi rerum æstimatores prata, & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi possessionum minima quasi noceri potest: quanti est æstimanda uirtus, quæ nec eripi, nec subripi potest unquam neque naufragio, neque incendio amittitur; nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur? qua qui præditi sunt, soli sunt diuites; soli. n. possidẽt res, & fructuosas, & sempiternas, soliq;, quod est proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis; satis esse putant quod est; nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiũt; nihil requirunt, improbi autem, & auari, quoniam incertas, atque in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui, quod haberet esset satis; non modo, non copiosi, ac diuites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.

FRAN. MAT. QVòd solus sapiens diues] Græcus titulus est, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος: & hæc Stoica est propositio, qua ostenditur solum sapientem diuitem esse, eos uero qui diuitijs abundãt, & illis cumulãdis intenti sunt, diuites non esse, ex quo fit, ut Paradoxum sit, sed solum sapientem aere diuitem esse facilè probatur, quoniam animo est bene instituto, & virtute prædito, in quo autem uirtus est, ei nihil deesse potest ad bene uiuendum, quod supra disputatum est. Et satis quidem sapiens habet, si necessaria non defuerint, & ea sine quibus uita esse omnino non potest. Vlterius nihil concupiscet, dicetq;, ut Socrates solebat, non se viuere, vt edat, sed edere, vt viuat. [Et qui diuites habentur] Quoniam plura quotidie possidere student, diuites reuera nõ sunt, nam diues animus hominis est, qui sibi uidetur diues, qui paucis minimisq; pro naturæ indigentia contentus est, at quod supra quoque diximus, semper inops quicunq; cupit. Vt enim si diues quispiam quærendi finem faciet, necesse est. Videtur autem hoc Paradoxum In M. Crassum illum diuitem dicere, in quo plurimas uirtutes unius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse legimus. Neminem autem diuitem, aut appellari, aut existimari debere aiebat, qui propriis facultatibus alere exercitum non posset. Cum bellicorum sumptum nullus sit modus, nullaque mensura bellum nutritur, ut inquit Archidamus. Diues ergo auarus non esse, uere diues ostenditur. [Quod solus sapiens &c.] f. dicunt uel asserunt Stoici. [Quæ est ista] Statim in ad uersarium orationem conuertit, cuius insolentiam, & stultitiam arguit, quod se solum diuitem existimet. [Ostentatio] Iactatio est ostentare sæpe ostendere gloriandi causa. [Pecunia tua] Diuitiis. pecuniæ enim nomine, quod supra diximus, omnia continentur, quæ possidemus, quamuis, & pro signatis numis accipere possumus, quorum ingentem numerum Crassus possidebat. [Insolens] Superbus, nam insolens, & atrogans intelligitur, qui præter legem agit humanam, & naturalem. Cic. pro M. Marc. præsertim uictoria, quæ natura insolens, & superba est. [Pro dii im. [Exclamatio est ex nimia indignatione. [Ego ne me] Lætari, inquit, debeo, quod aliquid à præceptorib. meis audierim, aut didicerim, & ostendere possim, tantum abesse, ut diues sis, ut etiam pauper dici, & haberi merearis. [Audiuisse] Et quia non satis est audire, nisi etiam discas, ideo subdidit didicisse. [Quid si pauper etiam] In hoc est paradoxũ, cum pauperem esse dicimus illum quem uulgus diuitem existimat. Quem. n more suo uocabulum diffinit, & ad rei diffinitionem accedit. omnis aut quæ de aliqua re suscipitur disputatio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Hoc uerbum, quod est diues. [Opinor in eo] sententiam suam dicit Cic. & quis vere diues sit declarat, & is diues est, inquit, qui tantum possidet, quantum satis est ad liberaliter viuendũ, hoc est, vt liberum decet, vel vt etiã bene facere alijs indigentib. possit. Laudantur. n. diuitiæ si ad liberalitatẽ conferuntur, modo ea liberalitas modũ nõ excedat, aut non morientib. conferatur. [Nihil quærat] Nam diues non est, qui augere patrimonium studet, etiam si plurima possideat, tunc demum diues quispiam intelligitur, cum his quæ habet contentus est. [Quærat] Labore corporis. [Appetat] Animo. [Optet] Plus est optare, quam appetere. Nam optamus plerunque quæ eis consequi possumus. [Animus oportet tuus] qui si fuerit virtute præditus, nihil optabit, & his contentus erit, sine quibus vita esse non potest. [pecunia] quam habet. [Sin autem] Ostendit à contrario diuitem non esse. [Turpem] Vt fœnerari, conducere, vt ait Iuuen. Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer. [Isto ordini] Senatorio. non enim decet senatorem artem aliquam exercere non honestam. Cumque omnis ordo abesse ab auaritia longissimè debeat senatorius præcipuè abesse debet. in Crassum possunt hæc dicta uideri. [Fraudas] Aliquid cupiam per fraudem detrahis. Decipias non reddendo depositum. [Poscis] cum poscere te non deceat, ut pro agenda causa, uel poscis, ut egeni solent. [pacisceris] pactum facis, & conuenis cum aliquo quãtum tibi dare debeat, si hoc uel illud pro eo feceris. [Aufers] Occultè. [Eripis] Vi. [Socios] quos tueri deberes, & illæsos conseruare, at potius augere. [Expilas] Aerarium. Quod crimen peculatus uocatur. Expilare est paulatim detrahere. Aerarium autem locus est vbi publicæ seruantur pecuniæ. Fuit autem Romanorum Aerarium in æde Saturni, quod tempore quo is Italiam incoluit fertur in eius finibus nullum esse futurum commissum, aut quia sub illo nihil erat cuiusquã priuatum. Nec signare solum aut partiri limite campum Fas erat, in medium quærebant. [Si testamenta] Alicuius senis or bi quem captas. [Supponis] falsa pro ueris subijcis. unde extat lex testamentaria, quæ & de falsis dicitur, pœnam irrogans ei qui testamentum, uel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, & recitauerit, subiecerit, qui ue signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, eiusque legis pœna in seruos ultimum supplicium est, in liberos uero deportatio. Supponere est falsum pro uero subijcere, vnde pueri suppositi dicuntur, quos Græci ὑποβολιμαίνους, idest suppositos pueros uocant, ὑποβολεῖν, idest subijcere, & supponere est. [Animus hominis] Pulchra sententia, non ille vere diues est, qui arcam numis plenam habet, sed qui his quæ sufficiunt contentus est, ut ait Sen. qui cum paupertate bene conuenit diues est. [Inanem] uacuum uirtute, quæ est verus animi thesaurus. [Ex eo, quantum quisque possidet] Sed ex eo quantum cuique sufficit. non etenim est pauper cui rerum suppetit usus. [Filiam quis habet] Exemplum subijcit, quo ostendit diuitem esse cum qui pro indigentia quærit, quæ maior est uni quam alijs, quoniam mensura diuitiarum colligitur ex indigentia cuiusque. Sed qui habet innumerabiles, dum singulas explere cupit diuitias consumit, diues autem non est, quia semper quærit, ut semper consumat, iuxta illud Nasonis, Quærere, ut absumant, absumpta requirere certant, Atq; ipse uitiis sunt alimenta uices. [Quantum enim &c.] Modus ergo diuitiarum est pro cuiusque indigentia. [Vt aiunt] scilicet fabulæ, uel poetæ. [Danai &c.] Nota est fabula. Danao Regi Argiuorum 50. filiæ, Aegypto fratri eius 50. filij fuerunt. Cum ergo Aegystus filias à Danao filiis suis locari postularet, primo negauit Danaus, quia audierat ab oraculo fore, ut ab uno filiorum Aegysti, si gener suus esset, occideretur. Coactus tamen dare filias fratris filijs, dedit illis occulto ferrum, & iussit prima nocte maritos occidere, quod omnes fecerunt præter Hypermnestram, quæ Lyno uiro suo pepercit, à quo Danaus postea est occisus. [Exhaurire] Euacuare, consumere. [Multi ex te] hoc idem scribit Plut. & Cicer. in Offic. [Ex suis fruct.] Quos percipit, & colligit ex prædijs suis, & possessionibus. [Quod populo Romano] scilicet alere exercitum. [Ex uectigalibus] Tributis. uectigal dicitur quidquid penditur nobis tributi, ex aliqua re à nobis locata. Et ager uectigalis uocatur pro quo aliquid nobis penditur ab eo, cuius usus fructus est, cum proprietas nostra sit, Græci ἐμφυτευσιν vocant, uectigal, & agrum ἐμφυτευτικὸν. [Exercitum] Non unã cohortem, neque unam alam dicimus,

dicimus, inquit Vlp. sed numeros multos militum. [Ergo hoc proposito] Nullum esse diuitem nisi qui exercitum alere possit fructibus suis. Nam si P.R. tot uectigalibus uix potest contingere, multo minus tu poteris Crasse. Cupiens autem esse diues, nunquam eris. [Sex legiones] Ex tot enim constat exercitus. Et legio quidem, peditum sex millia, equites sexcentos cōtinebat, sine auxilijs, quæ sic ab auctu sunt vocata, quod his exercitus Rom. augeretur cum accesserant, qui adiumento essent alienigenæ. Varro. [Iam fateris] Diues est cui nihil deest, & qui propterea nihil optat. Tu cum ex fructibus tuis exercitū alere cupias, & cum id non possis, diues certè non es. Itaq; &c.] Cum fatearis non esse tantum fructum tibi, ut alere exercitum possis, idem non esse te diuitem fatere videris, & cum tanta sit cupiditas tua, omnes te esse pauperem intelligunt. Paupertate] Pauper dicitur à paruo ære, qui, scilicet pecunijs non abundat. [Egestatem] Plus est egestas, quam paupertas. egenus enim est, cui desunt necessaria [Mendicitatem] Mendicus est, qui cum ipse non habeat hostiatim quærat, vel residens in aliquo loco à transeuntibus petit. Vnde mendicum dici Festus existimat, quod quenque precatur, ut uitæ suæ medeatur cibo. vel is est mendicus, qui minus habet quam dicit. [Nunquam obscurè tulisti] Semper patefecisti. [Nam, ut his &c.] Probat Crassum per similitudinem diuitem non esse, & est argumentum à minori ad maius. si his, qui honestè lucrari quærunt, opus est iam partis, quanto magis tibi parto opus est, qui non honestas artes exerces, ut lucreris, sed omnia flagitia moliris, omnia tentas, ut diuitias comparare possis, ex quo diues non es. [Rem] Substantiam, bona. Horat. Rem poteris seruare tuam. [Mercaturis faciendis] Emendis, vendendisque rebus, terra mariq; conuectis. Mercatura autem honesta est, si sordida non est. Quod in officijs dicit Cicer. [Operis dandis] Locandis operibus seruorum, quod Crassus faciebat, qui seruos circiter quingentos emit, fabrilis artis, & architecturæ peritos, quibus non ad propriæ domus extructionem tantum utebatur, sed ciuibus ædificare uolentibus eorū operas locabat mercede auct. Plin. [publicis sumendis] Vt conducendis uectigalibus, portubus, & ceteris eiusmodi. [Sic qui vidit] Sic tibi opus est quærere, & multo magis. [Accusatorum iudicum &c.] fuit Crassus Rhetoricæ facultatis admodum studiosus, circaque illa uehementer elaborauit, Cumque ad dicendum nō satis idoneus natura esset, studio ac diligentia tantum profecit, ut eos qui natura aptissimi in ea re essent, facilè uinceret. Nullam autem causam quamuis tenuem, & contemnendam sic suscepit, ut ad eam agendam impremeditatus accederet. Cumque Pompeius, Cæs. ac Cice. nonnullas causas, quasi se parum dignas rejicerent, ipse earum patrocinium suscipiebat, quare maximam apud populum gratiam adeptus est, cum esset accusatus, & diligens, facilisque, ad opem indigentibus ferendam, Arist. plu. Cicer. qui parum amicus erat Crasso, ditari solitum dicit ex defensionibus diuitum sceleratorum, & innocentum accusationibus. [Accusatorum] qui ueniunt ad te, ut te causam agentem, quempiam accusant, magnam mercedem pollicentes. [Iudicum] qui te corrupti pro libidine tua iudicant, & hunc damnant, illum absoluunt. [Qui in.] Suppleto nedum videt. [Molientes] Fabricantes, & parentes quomodo iudicia, te auctore corrumpant. [Reos] Is dicitur reus, de cuius re agitur, siue sit in culpa, siue non, & propterea, inquit, reos innocentes. [Pactiones] Pacisceris enim cum ijs, qui à te defendi uolunt, nec nisi certa mercede constituta ad dicendum accedis. Ordo est, qui uidet tuas pactiones mercedum intercisas, & interpositas patrociniis, & qui uidet pactiones pecuniarum intercisas in concionibus candidatorum. [Concionibus] Conuentibus. [Intercisas] Pecuniis in concionibus, & qui uidet pecunias interpositas, aut interceptas in multitudine candidatorum. pecunia enim ab ijs intercipiebatur, qui suffragium eius petebant in magistratuum petitione. [In concionibus. [Comitiis. [Candidatorum] Qui in alicuius magistratus petitione uersantur candidati à toga candida, quam per id tempus induebant sunt dicti. Cicer. pro Muræn. solitus sum dicere magis te fortem senatorem mihi uideri, quam sapientem candidatum. toga candida induti in campum Martium ad petendos magistratus descendebant. [Dimissiones libertorum] quos ad diuersa loca mittis lucri causa. [Fœnerandas] Fœnore alligandas. propterea enim mittis, ut fœnerationem exerceant, qua uia nulla facilior ad comparandas pecunias. unde fœnus dicitur à fœtu parientis, atque increscentis pecunia. [Diripiendas] Hoc enim pacto fit spoliare, ut diripere hostiliter uideantur. [Expulsiones] Vicinorum. ex suis enim ædibus, villis, & prædijs uicinos extrudis, si quæ possident, tibi placuerint. [Latrocinia] Spoliando, atque occidendo quoscunque, ex quibus spes lucri tibi arriserit. [Qui cum seruis] Cum his hominibus societatem lucri causa contrahebat. nam damni, & lucri in iure ciuili societas est. [Qui possessiones uacuas] Crassus trecenta tantum talenta ex paterna hæreditate accepit, prius tamen quam aduersus Parthos exercitum duceret, septem millium, & centum talentorum summam coegit. Cum tamen decimam facultatis partem Herculi consecrasset, & publicè epulum dedisset populo, ac tres numos in singula ciuium capita contulisset. Maximam autem diuitiarum partem ex ciuilibus bellis, atque incendiis comparauit, calamitatibus publicis ad priuatas utilitates abutens. Cum enim Sylla uictor urbe potitus interfectorum à se ciuium bona, quasi prædam iusto bello ex hostibus, & captam uenderet, cupereque quam plures, e x potentioribus ciuibus illarum, quasi contagione inquinari, nihil unquam Crassus, uel largitionis, uel emptionis nomine accipere recusauit. Multas preterea ciuitatis partes incendio consumptas, & deformes tantum parietes, quasi domorum cadauera derelicta, cum uidisset, quotquot earum potuit, paruo domorum precio mercatus est, cum illarum domini, partim metu, partim egestate compulsi, nihil petenti negare auderent. hoc itaq; pacto magnam uerbis partem iuris eius fieri contigit. Auct. Plut. his dictis, quæ de Crasso scribit. Cic. facilius intelligentur. [Vacuas] Pulsis ueris possessoribus, & dominis. [Proscriptiones locupletum] quorum nomina refers in tabellam, & in publico proponis, ut impunè occidi possint, diuitum nomina proscribebat Crassus, ut eorum bona inuaderet, atque occuparet. [Qui cædem municipiorum] Hoc est cædes in municipiis factæ. Multa autem municipia L. Sylla cœpit, & diripuit, in quibus opera Crassi uoluntate, multi occisi. Nam Syllanus fuit [Messem] Sylla quoties promptiorem ad obsequia militem reddere volebat, aliquam ei diripiendam urbem concedebat, & hoc messem suam uocabat, quasi hac uia, & ratione fructus suos colligeret, qui ad tempus sufficerēt, sicut ex agris fructus colligunt agricolæ, qui ad annum sufficiant. [Messem] Ergo prædam veluti fructus, quos ex agris colligunt agricolæ. [Testamenta subiecta] illis quorum ea essent pro arbitrio suo dictata, quod factitare solitum M. Regulum causidicum, Plin. iunior scribit his uerbis. Aspice Regulum, qui ex paupere, & tenui ad tantas opes per flagitia processit, ut ipse mihi dixerit cum consuleres, quam cito sextertium sexcenties impleturus, esset, inuenisse se extra duplicata, quibus portendi millies, & ducenties habiturum, & habebit, si modo, ut cœpit aliena testamenta, quod est improbatissimum genus falsi, ipsis quorum sunt illa, dictauerit. [Tot, qui sublatos homines] De ciuitate pulsos, aut occisos. [Venalia] qui omnia uenalia apud te uideat, & exponit, quæ uenderet Crassus, cum delectum habebat, hoc est milites, & pedestres copias deligebat, neminem assumebat à quo precium non accepisset. [Decretum] Senatus, quod pro aliquo fiebat non prius ab illo obtinebatur, quam aliquid Crasso persoluisset. [Alienam] non suas tantum, sed & aliorum uendebat sententias, quas pro aliquo, aut in iudiciis, aut in sententia dicebat, uel dici faciebat. [Forum] Iudiciales causas, & forenses, quas uendebat. [Deorum] quæ nemini patebāt, nisi aliquid afferenti. iuxta illud Prop. Ianitor ad dantem uigilet, si pulset inanis, Surdus in obductam somniet usque seram. [Vocem] non enim gratis salutabat. [Silentium] Etiam ab his accipiebat quos salutare, aut resalutare non dignabatur. Iuuen. Quid das, ut Cossum aliquando salutes, ut te respiciat clauso cogente libello. Quanquam legimus apud Plut. summam Crasso in appellandis ciuibus, salutandisque humanitatem fuisse. accipere igitur, & sic possumus vocem, ut pro aliquo dicere, silentium ut tacere, & non accusare. [Hunc] Huiusmodi homines qualis tu es Crasse. [Cui autem] Hinc elicitur syllogismus, ille non est diues cui opus est quæsito, hoc est quærere, & lucrari, tibi opus est quæsito Crasse, non igitur tu diues. [In

copia] Vt adsit rerum copia pro indigentia. [Fructus] Vsus. [Nunquam diues] quia semper inops quicunque cupit Diuitem non esse, Crassum per definitionem partium diuitiarum probat, quæ diuitiæ copia sunt ad usum, hæc uero copia per satietatem rerum, atque abundantiam acquiritur, qui hac saturitate caret, diues non est, diffinitio quidem bona est, si diffinitum in genere consideres, sed in specie. [Meam autem] Non loquar, inquit, de pecunia mea, & cur non loquatur rationem subiicit. [Modica] Moderata. [De me silebo] Animi mei uirtutem retinebo, de qua si loquerer me copiosiorem te esse ostenderem, & ego arrogans uiderer. [Si censenda] Et exemplis probat diuitiis vinci Crassum à multis etiam pauperib. Fabricium, ut ait Valer. locupletam faciebat non multa possidere, sed modica desiderare. [Pyrrhi] Regis Epirotarum. [An responsum] De quo superius. [Hæreditatem L. Pauli] L. Aemilius Paulus filius eius fuit, qui apud Cannas cecidit, de Ligurib. triumphauit, Persen Philippi filium Macedonum regem cœpis, & in triumphum duxit, in qua lætitia duos filios amisit, & progressus ad populum gratias fortunę egit, quod si quid aduersi reip. imminebat sua esset calamitate decisum, ob hæc omnia enim à populo, & senatu concessum est, ut ludis Circensibus triumphali ueste uteretur. Tātæ autem fuit paupertatis, ut post mortem eius dos uxori nisi uenditis possessionibus exolui non potuerit. [Ad libertatem Africani] Hic est Scipio Aemilianus, Pauli Aemilij Macedonici filius, à Scipionis superioris filio ualetudinario adoptatus, qui partem hæreditatis naturalis patris, quæ sibi iure debebatur, Q. Maximo fratri ultro cōcessit. [Hæc profecto] Vt spernere aurū largiri partem hæreditatis fratri &c. [Qui igitur] Concludit. Cum uirtutes multo pluris faciendæ sint, quam diuitiæ, sequitur, ut quanto quis uirtutib. magis abundet, tanto magis diues sit. [Nulla uis] Copia, & abundantia. Iuuen. Verborum tanto cadit uis. [O dii immortales] laudat Parsimoniam, ut ostendat uerum esse, quod dixit in uirtute diuitias esse, & magnum esse uectigal dicit, hoc est fructum, atq; prouentum. Ex quo conqueritur de sumptuosis hominibus, qui omnia temere effundunt. Est autem parsimonia frugalis, & moderatus uictus, qui sumit necessaria, non autem effundit, & dissipat parcere, conseruare est. Virg. lib. 10. Arcentique, atq; auri memoras, quæ multa talenta, Natis parce tuis, præteritum facit pepreci, parsi. Vnde Parsimonia, & parce agere, inquit Donatus, laudis est nimium peccati. Virg. parcas apes uocauit, hoc est seruatrices, neque parcus dicitur ab arca, neque ab arcendo, sed à paruo, uel parum, ut Gell. placet [Quæstuosum] quæstus, & lucri cupidum. [Vectigal, ueluti uectigal, hoc est fructus, & prouentus. [Sumptuosissimos] Vt Lucullum, & Horten. quorum utrumque immoderato sumptu in reb. inanib. usum legimus. comparat autem sumptuosissimos parcis, & ostendit pauperiores esse. [Capit ille] Sumptuosus quicunque sit. [Sexcenta sextertia] Dicitur sextertius, & sextertium. Numus autem est duarum semis librarum, notatur autem per duo. II. & S. à quo incipit semis. unde sextertius dicitur semis tertius, de quo Aruntius hæc ait. Sextertius olim dupondius, & semis, idest duæ libræ, & semis quasi semis, idest tertius, quo tempore denarius decussis ualebat. hoc est post duos, sequens tertio loco est semis. ueteris autē consuetudinis fuit retro ætate dicere ita, ut semis quintus, semis quartus, semis tertius enunciarent. sensus uero est, aliquis sumptuosus sexcenta percipit sextertia ex prædiis suis, alius parcus, & frugi centum ille omnia absumit, huic quoniam modeste uiuit, aliquid in fine anni superest ex centum sextertijs, ergo hic illo ditior est. [In uillis] multo magis in urbe. [Sola marmorea] sola legendum est, quæ sunt sedilia. in quib. singuli tantum possunt sedere, ideoque solare sternere dicitur, quam solisternium habent, & solaria uocantur Babylonica, quia eadem sternuntur auctor Pompeius. solarium uero dictum, in quo horæ in sole inspiciuntur. [Vestes] Stragulas, & ad cultum corporis. [Non modo ad sumptus fructum est, sed etiam ad fœnus exiguus. Sic legendum est, & sic habent emendati cod. nam si legas non modo ad fructum est sumptus, sed autem ad fœnus exiguus, sensus uerus elici non potest. Qui est tot huiusmodi hominem sumptus facere, ut fructus ei non sufficiant etiam ad persoluendas vsuras. Nam, ut cupiditatib. satisfaciat etiam mutuas cum fœnore accipit pecunias. [Ex meo tenui uectigali.] Ex meo paruo prouētu. [Detractis sumptib. cupiditatis. [Quos aliqua cupiditate impulsus facio. [Redundabit] Aliquid superabundabit. non .n. omnia absumam. [Vt igitur] Probat diuitiorem sic esse, cui superest in fine anni. [Cui deest] Vt sumptuoso. [Cui superat] Vt parco. [En plus requirit ad se tuendam] Vnde ait Col. quod sapiens unus de septem in perpetuū posteriori pronunciauit, ad habendum modum, mensuramq; reb. id non solum aliud actuus, sed & agrum paraturis dictum intelligi, ne maiorem, quam ratio calculorum patitur emere quisquam uelit. Et huic spectat præclara Virg. sententia, Laudato ingentia Iura, exiguum colito. Pœnos item acutissimam gentem dixisse conuenit imbecilliorem agrum, quam agricolam esse, dicere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualet, dominus alliditur. Cato quoq; sic præcipit agrū empturis, sumptuosus ager ne fiet, scito idem agrū, quod hominem quamuis quæstuosus fiet si sumptuosus fiet, relinquere non multum. [Suis uirib.] Nulli aliorum indigens auxilio. Virtus .n. sola sufficit ad bene uiuendum. ubicunq; sumus præest, ac tuetur. Sed quid ego?] Non uult de se loqui, sicut posset, quia non omnino ab aliorum abest errore, uitio tamen tēporis, quos omnes auari erāt, & parandus diuitijs studebāt. [M. Mālius] Hoc exēplo ostēdit, in quo homine uere sunt diuitiæ. hic M. Mālius fuit uir continentissimus, cuius parentes Cic. & Crassi meminerant, uixit semper moderatissimè parua domo, quæ fuit in Carinis, & fundo, qui fuit in Labicano contētus, omniū propterea diutissimus iudicandus, quod sibi esse diues uidebatur, & nihil cupiebat. [Curios, & Lucinios] De quib. sæpe superius locutus est per Lucinium autem Fabricium intelligit. Nam Fabricius Lucin. dictus est, de quo Val. Max. idem sensit. Fabricius Lucinius honoribus, & auctoritate omni ciue tēporib. suis maior, censu par unicuiq; pauperrimo. [Aediculas] paruas ædes. [In Carinis] Regio Rom. carinæ fuit monti Cœlio proxima, & caput sacræ uiæ. auct. Varro, Virg. Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis. Sic dictæ sunt, quoniam in ea regione ædificia essent in Carinarum modum, quod traditur. [In Labica.] In via Latina, Labicum oppidum fuit à quo uita ipsa Labicana, uetustum, & in sublimi loco positum procul à Tusculo. auct. Stt. [Census] Diuitiarum, & prouentus. Nam censor erat, ut ait Varro, ad cuius censionem, idest arbitrium populus cēseretur. unde census propriè est, quam vulgus dicit ęstimationem bonorum, quæ quisque possidet. [Victu] Vt tantum habes, quantum satis est ad uictum, & cultum corporis. [Modus] A mensura. hic. est .n. modus, & finis pecuniæ, ut sufficiat ad uictum, & cultum necessarium. [Cupidum pecunię] græci dicunt φιλοχρήματον. [Emacem] Nimis intentum emendis uectigalib. Cato admonet agricolam ne cupide emat. [Etenim si isti] Argumentum est à minori ad maius, si auari, inquit, magnifaciunt areas, & prata, quod quasi noceri illis non potest, quanti uirtus facienda est, quæ uiolari non potest? certè maximi. [Prata] Horum, ut Plin. ait facillima agricolis cura, ac minimi impendij. unde, & prata dici existimantur, quod sint ad ferendum fructum sine labore nostro parata. [Areas quasdam] Area propriè, ut ait Fest. dicitur locus, uacuus, quasi exhaurierit, & non possit quidquam gerere. Areas autem uocare solebāt ueteres, aliquid operis illic facere uolentibus. [Minimè noceri posit] Nam neque pluuiæ, neque grando, aut uenti alia ue tempestas nocet. & Cato inquit, Iupiter nocere non posset. [Quod] Addit, quia tanta uis posset esse tempestatis: aut diluuij, ut auellere posset. [Eripi] Per uim. [Surripi] Per fraudem. [Tempestatum] Aeris mutationum. [Temporum mut.] Vt si paci succedat tempus belli. [Sempiternas] Sola enim uirtus, ut ait Salust. stabilis æternaque habetur. [Improbi autem] Demonstrat à contrario sensu solos sapientens diuites esse. [Incertas] Fortunæ subiectas. [Inopes] Qui sunt sine ope. [Pauperes] Quibus est modica pecunia.

ASC. QVOD solus sapiens diuus.] Titulus hic Græcus, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος, idest quod solus sapiens diuus. Nam ὅτι, dicitur, quod μόνος, solus, ὁ, articulus est, σοφὸς, sapiens, & πλούσιος, diues. proposito autem tit. rem disquirit dicens, Quæ, idest qualis est ista, idest tua, & uilis, tam insolens .i. importuna, & immodesta ostentatio, idest ostendendo iactatio, in pecunia commemoranda. Ne .i. nunquid tu solus diues supple es. Pro dij immortales, exclamatio est indigantibus congrua, quando deorum fidem imploramus, cū in hominib. desit, quasi sit plenus ordo. Proh, idest profecto. O dij immortales, ego uestram fidē imploro, cū mortalibus nulla sit. scribitur aūt etiam

pro interiectio ſine h, ego ne.i.putas ne,aut uis ne ò pecuni osè;
quod ego non gaudeam me audiuiſſe, & didiciſſe aliquid ? So-
lus [ne inquam]tu diues quid ſup.dicas,ſi probem quod ne di-
ues quidem ſup.ſis,cum te ſolum diuitem arbitreris . Quid ſi ēt
.i.inſuper.Pauper ſup.ſis.Enim pro quia, quem intelligimus di-
uitem,aut in quo homine ponimus hoc uerbum .ſ. eſſe diuitē .
Ego opinor,quod ſup. poſſimus in eo, cui eſt tanta poſſeſſio,vt
viuendo liberaliter , ſit facilè contentus, qui nihil quærat,nihil
appetat,nihil optet amplius . Oportet.n. vt ſupp.animus totus
iudicet ſe diuitem non ſermo hominem , neq; poſſeſſiones tuæ
ſup.te diuitem faciant . Et qui nihil putat deeſſe , nihil cui erat
amplius,& qui ſatiatus eſt,aut contentus etiam pecunia,conce-
do,quòd diues eſt.Si autem .i. ſi nullū quæſtū putas turpē pro-
pter auiditatem pecuniæ.i.propterea , quod tam auidus eſt pe-
cuniæ,cum.i. quāuis tum ſup. talis ne honeſtus quidē eſſe poſ-
ſit.i.decorus, & congruus iſti ordini diuitū, & ſi tu fraudas quo
tidie ullius ſup.rei poſſeſſiones.tum quē tu decipis, & ſi tu poſ-
ſis paciſceris.i.pacta fraudulentia facis,ſi ęris,aufers,ſi ſpolias ſo
cios,ſi expilas.i.furaris,& imminuis ærarium.i.reip.theſaurum,
ſi expetis teſtā amicorum,aut ſup. demus ne .i. quod non expe-
tas quidem,atq; ipſe.i.tu non expetendo ſup.ponis.i. falsè te lo-
co ueri hæredis ponis,& inſcribi curas,dic ſupp. quidem.i. certè
utrum hæc ſunt ſigna abundantis,an egentis? q d. nimirum e-
gentis,quia animus hominis non arca ſolet appellari diues,pu-
tabo id putas , nūquàm ego putabo te diuitem,quamuis illa ſ.
arca ſit plena.Dum.i.quādiu ego uidebo te inanem.i.inſatiatū,
quia tam deeſt auaro,quod habet,quam quod non habet. ut d.
ſen q.d.minimè.Etenim.i. quia certe homines metiuntur ex eo
.ſ.animo modum.i.menſuram diuitiarum . Quantum cuiq; ſa-
tis ſup. putant.Si quis habet filiam opus eſt ſup. ei pecunia pro
dote.ſ.ſi quis ſup.habet duas,opus eſt ei maiore. ſup. pecunia ,
& ſi ſup.habet adhuc plures,opus ſup. habet adhuc maiore ſup.
pecunia ,etiam ſi quinquaginta ſunt filiæ , ut aiunt ſup. fuiſſe
Danai,quæ patrueles ſuos quos maritos habebant , & 50. una
nocte interemiſſe dicuntur , præter Hypermnæſtram , quæ ſuo
pepercit.ſi ergo 50.ſunt filiæ,tot dotes quærunt,magnam pecu
niam.Accommodatur .n. ut dixi , modus diuinarum quantum
opus eſt cuique ad id. Igitur qui habet plures.i.valde multas fi-
lias,ſed habet innumerabiles cupiditates,quæ poſſunt exhauri
re breui tempore maximas copias.ſ.diuitiarum, quando appel-
labo ego hunc.i. talem diuitem , cum ipſe ſentiat ſe egere.q.d.
nunquam multi audierunt ex ſe , alludit ad eum quem in offi-
ciis id dixiſſe teſtatur,cum diceret neminem eſſe diuitem , niſi
ſup.eum qui poſſet alere exercitum ſuis fructibus.i.prouētibus
quod vix poteſt contingere iampridem .i. poſt tot uictorias . P.
R. ex tantis vectigalibus.i.publicis redditibus.Igitur tu nunquā
eris diues hoc propoſito ſup.ſtante,antequā tantum ſup. pecu-
niæ reficietur.i.coaceruabitur ex tuis poſſeſſionibus , vt poſſis
tueri.ſ.à fame,& frigore,eo.ſ.pecuniarū cumulo , ſex legiones ,
& magna auxilia equitum,& peditum. Cum igitur fateris te iā
non eſſe diuitem,cui deſit tātum priuſquā peruenias.ſ. ad hoc,
vt expleas, id quod exoptas . Itaque tu nunquā tuliſti obſcurè ,
ſed in propatulo iſtam.ſ.tuam uilem paupertatem , uel potius
egeſtatem,ac mendicitatem.Nam vt nos intelligimus opus eſſe
quæſito.i.acquiſito his,qui quærunt honeſtè rem.i. diuitias fa-
ciendas mercaturis.i.faciendo mercaturas honeſtè,& operis dū-
dis.i.dando operas,& ſumendis.i. operis, aut rebus publicis , ſic
qui vidit domi tuæ greges accuſatorum , & iudicum conſocia-
tos,pariter qui vidit innocentes,& pecunioſos reos .i. accuſatos
in iudicio,moliētes te eodem auctore corruptelam iudicij , qui
vidit tuas pactiones mercedem pecuniarum interciſas .i. immi-
nutas in patrocinijs , qui non iuſtum patrocinium præbes per
pactiones mercedum,qui uidit in concionibus candidatorum ,
ideſt competitorum dignitatum.qui candidati in ueſtibus albis
ambiebant. Dimiſſionis libertorum ad fœnerandas,& diripien-
das prouincias.qui uidit expulſiones vicinorum, qui vidit latro
cinia in agris,qui uidit ſocietates cum ſeruis , cum liberis , cum
clientibus.i.confuſas,qui vidit poſſeſſiones vacuas. qui uidit ꝓ-
ſcriptiones locupletum(ſed & locupletium dicitur)qui vidit cę
des.i.occiſiones municipiorum.i.municipum hoc eſt eorū , qui
in municipijs degunt, ſed accepit locum pro locatis , qui recor-
detur illam meſſem.i.calamitatem, ac vaſtationem tēporis Syl-
lani,quo L.Sylla proſcripſit tot bonos ciues,& tot interemit, ꝗ
recordetur tot teſtamenta ſubiecta.i.falsè adiecta, qui recorde-
tur tot homines ſublatos.i. occiſos . qui deniq; recordetur om-
nia uenalia,delectum,& decretum alienum,& ſuam ſententiā ,
forum,domum,uocem.Silentium ſup. qualia fuerint recordet
quis non putet hunc.i.talem,ac talia molientem,non confiteri
opus eſt quanto.i.vt acquirat,& acquiſitum habeat . quis autē
dixerit unquā hunc cui opus ſit quæſito uere diuitem? quaſi di
cat.nemo etenim fructus diuitiarum eſt in copia. Autē pro ſed ,
ſatietas rerum, atque abundantia declarat copiam. quam ſatie
tatem,& copiā,quoniā nunquā aſſequere.i. aſſequeris , hoc eſt
impetrabis,tu nunquam omnino es futurus diues. Autem pro
ſed,quoniam tu contemnis meam pecuniam, & rectè. eſt.n me-
diocris. At.i.ſecundum opinionem uulgi , & eſt nulla .i uidetur
quaſi nulla ad opinionem tuam , & eſt modica ad opinionem
meā,ego ſilebo de me,& loquar de te. Si res eſt nobis cenſenda ,
atq; æſtimanda,utrū.i.quod duorū nos æſtimabimus.i. appre-
ciabimus pluris,iudicabimus plus valere,an pecunia Pyrrhi , ꝙ
dabat.i.dare uolebat Fabricio illi Rom.cōtinentiſſimo,an con-
tinentiam Fabricij,qui repudiabat illam pecuniam ? Vtrū ſup.
æſtimabimus,an aurum Samnitum .i. quod Samnites obtule-
runt M.Curio?an reſpōſum M. Cur. qui reſpōdit Romanos po-
tius velle imperare habētibus aurū,quā auro. An etiam hæredi
tatem L. Pau. Aemilij,qui Perſas expugnauit , an libertatem A-
fricani.ſ.Scip.qui conceſſit. Q. Maximo fratri ſuo ſuam partem
eius hæreditatis.Profecto hæc quæ ſunt potiora.ſ.membra ſum
marum virtutum ſunt æſtimanda pluris,quā illa quæ ſunt mē-
bra pecuniæ.Quis igitur ita ditiſſimus habendus eſt , ſi quidem
ſup.demus,ut quiſq; poſſideat, quod ſit plurimi ſup. faciendū,
ſi dubitet quin in uirtute diuitię ſint? quō nulla poſſeſſio,& nul
la uis auri,& argenti eſt æſtimanda pluris,quā uirtus . O dij im-
mortales,homines non intelligunt,quā.i. quantū magnū uecti
gal.i.redditus,& prouentus rerū ſit Parſimonia.Ego.n.uenio iā
ad ſumptuoſos.i qui multa expendunt, & relinquo iſtinc quæ-
ſtuoſum.i.multa quærētē.Ille capit,ex ſuis prædiis .i. ponatur,
quod capiat.Sexcēta.i.valde multa (cum.n. numerū pro incerta
multitudine moris eſt ponere)ſextertia, ego ſup. capio ex meis
ſup.prædijs centū ſup.ſextertia ſumptus i. expenſa eſt illi facien
ti in uillis ſuis aurea tecta.Et ſola.i. pauimenta marmorea, &
concupiſcenti ſigna,tabulas,ſupellectilem , & ueſtem infinite .i.
inſatiabiliter . eſt dico ſumptus ille exiguus illi nō modo ad fru
ctum,ſed etiam ad fœnus.i.ad lucrū uſuræ.Sūptibus more cupi
ditatis.i.quod cupiditas nō egeſtas,aut vtilitas faceret,detractis
.i.ſi uelim eos detrahere aliquid etiam uenundabit.i.ſupererit,
ex meo tenui uectigali.Igitur uter ſup. noſtrū eſt ditior , an cui
deeſt,an cui ſuperat,id eum ſupra quam ſatis eſt is, qui eget,an
qui abundat,an ſup.is,cui quo.i.quanto maior eſt poſſeſſio,eo
.i.tanto plus requirit ad tuendū ſe , an ſup. is cui eſt poſſeſſio ,
quæ ſuſtinet ſe ſuis uiribus.Sed q d ego loquor de me ? ꝗ uerſer
in errore huius ſeculi , fortaſſe etiā aliquantū ſæpe uitium mo-
rum,ac tēporū.M.Manlius fuit,memoria patrum noſtrorū.i.ut
patres noſtri memorāt pauper tandē.i.ut aliquādo de eo loqua
mur,& nō loquamur.i.in ore habeamus ſemper Curios, & Lu-
cinios quoties paupertatē,aut continentiā laudamus . Habuit
.n.uidelicet Manlius ædiculas.i. paruas ædes in Carinis .i. Vico
Romano,ubi ædes erant in modū Carinarum extructæ,& habe
bat fundum in Labicano.i.loco uili ſic dicto. Igitur nos qui plu
ra habemus ſumus ditiores, quidem.i.certè utinā eſſemus , ſed
modus.i.menſura pecuniæ terminatur.i perficitur,non æſtima
tione cenſus, uerum.i.ſed uictu , atq; cultu .i. uſu eius non eſſe
cupidum,eſt pecunia,nō eſſe emacem.i. aſſiduè emere uolentē
eſt uectigal.i.prouētus.Vero ſed,ueræ,& maximæ diuitiæ ſunt,
eſſe contentus ſum.Etenim ſi iſti callidi æſtimatores.i.apprecia-
tores rerū æſtimant magno.ſ.precio prata,& quaſdam areas,qđ
.i.quia quaſi minimè noceri poteſt ei generi poſſeſſionum,quā
ti eſt uirtus æſtimanda,q d.infinito pluris,quæ nec eripi.i.uiolē
ter rapi,nec ſurripi.i.clam rapi poteſt,neq; amitti naufragio,ne
que incendio,nec mutatur perturbatione tempeſtatum,nec tē-
porū,quia qui uirtute præditi ſunt, ſoli ſunt diuites. Ipſi.n.ſoli
poſſident res,& fructuoſas,& ſempiternas , & ipſi ſoli contenti
ſunt ſuis rebus,quod eſt proprium diuitiarū . Ipſi putant ſatis eſ-
ſe,quod eſt.i.quod habent,nihil appetunt, nulla re egent. Nihil
ſentiunt ſibi deeſſe,nihil requirunt.Autem pro ſed improbi , &
auari,quā.i.quātum incertas poſſeſſiones,& in caſu poſitas ha-
bent,q.d.incertiſſimas , & appetunt , nec quiſquā eorum eſt in-
uentus,cui ſatis eſſet,quod haberet. Et ideo exiſtimādi ſunt nō
modo,non copioſi ac diuites,ſed etiā inopes,ac pauperes,quā-
tum quidem ad animum,etiam ſi poſſideant quamplurima.

MARII NIZOLII BRIXELLENSIS defensiones aliquot locorum Ciceronis in libro de Officijs, contra Disquisitiones Cœlij Calcagnini Ferrariensis.

COELIVS Calcagninus Ferrarienſis uir fuit ęta-
te ſua a multis quidē ualde doctus exiſtimatus.
Sed poſtea quam mortuus eſt, res ipſa docuit eū
fuiſſe non dico indoctum ne cum laruis luctari
uidear, ſed certe parum conſideratum, quippe
qui reliquerit cum multa alia opera iudicio multorum non
optima, tum etiam libellum quendam aduerſus Cicer. in
quo uigintiquinque loca officiorum illius in diſquiſitionem
uocauit, & ea omnia uel refutare, tanquam falſa, uel expla-
nare, tanquam nimium obſcura conatus eſt. Qua quidem
in re uſque adeo indocte, atque imperite iudicio meo ſe geſ-
ſit, ut ualde mirer quomodo uir ille alioqui non uulgariter
doctus in tot, ac tantos inciderit errores. Aduerſus hunc au-
tem M. Anton. Maioragius Mediolanenſis ſuſcepto Cicer. pa-
trocinio ſcripſit totidem reſponſiones, hoc eſt uigintiquinque
Deciſiones, in quibus totis uiribus pugnat, ut Cicer. ab inep-
tis Calcagnini ineptiis liberet, & recte quidem ille talem pro-
uinciam ſuſcepiſſe uideri poſſet, ſi in rectam defendendi ra-
tionem eſſet ingreſſus, & ſi compluribus in locis Cicer. non
peius ab eo defenſus, quam a Calcagnino oppugnatus eſſe ui
deretur. Quamobrem ego quoque nunc tanquam nouus
quidam patronus accedo ad Cicer. ut ſpero rectius tuen-
dum, atque ad oſtendendum eum, non ſolum a Calcagni-
no non iure repræhenſum, ſed etiam a Maioragio magna ex
parte non uere, neque recte defenſum fuiſſe. Quod tamen
quam breuiſſime potero ſum facturus, ne in refutandis im-
peritorum nugis, nimis multa uerba in caſſum prodigam,
& ſtudioſos a melioribus, & utilioribus ueterum ſcriptis ſe-
ctandis ambitioſe, ac prorſus inutiliter auertam. Quare
iam omiſſo longiore procemio ad propoſitum negocium ue-
niamus.

Contra 1. diſq.

In prima Diſquiſitione ſua Calcagninus in ſumma non
probat titulum libri de off. plenius enim inquit, & uberius de
officio exiſtimaſſem, ſicut, & Panæt. inſcripſit. περὶ τοῦ καθη-
κοντος, eademque ratione damnat inſcriptionem lib. de Fin.
bo. & mal. commodius enim Zenonem περὶ τέλεους lib. ſuum
inſcripſiſſe ait. Hæc in ſumma ſunt, quæ Calcagninus in pri-
ma diſquiſitione ſua Cic. obiicit, nam omnes illius nugas, quæ
multæ ſunt nec referre, nec refutare in animo eſt iis. enim quæ
retulimus refutatis cetera, per ſe ipſa facile inania, & puerilia
apparebunt. Calcag. autem Maioragius ita reſpondet, ut con-
tendat Cic. recte de officiis inſcripſiſſe, & ſi de officio inſcripſiſ-
ſet, ut Calcag. vult, inſcriptionem illam nec rectam, nec lati-
nam futuram fuiſſe. At ego aduerſus utrunque dico librum
illum a Cicer. utroque modo, hoc eſt, & de officiis, & de offi-
cio recte inſcribi potuiſſe. ſed inſcriptionem de officiis eſſe ple-
niorē, idque affirmo adductus non ſolum auctoritate Cicer.
qui id dicit in quadam ad Att. epiſ. ſed etiam ratione ualida,
atque firma, quam neque Calcagninus neque Maioragius in-
tellexerunt, atque hinc omnis eorum error, & offenſio ema-
nauit. Quod ut clarius & apertius omnes percipere poſſint,
paulo altius huiuſce probationis initium mihi repetendum vi
detur. Dico igitur, & in communi omnium conſuetudine lo-
quendi, & in ſcriptis magnorum uirorum tam Græcorum, quā
Latinorum, ſæpe uſu uenire, ut numerus ſingularis pro plura-
li, & unum pro pluribus uel omnibus, & deniq; ut pars pro to-
to ponatur, idq; per figuram illam, quam Grammatici ſynec-
dochen appellant, ut apud Liuium, Roman. pugnando uicto-
res, & apud Virg. Hoſtis hēt muros, hoc eſt, Hoſtes habent mu-
ros. Qua loquendi figura paſſim utuntur omnes communiter
loquentes, & ſcribentes, cum in multis aliis ſermonum generi-
bus, tum maxime in exemplis afferendis, in legibus ſanciendis,
in definitionibus reddendis, in ſcientiis tradendis, & denique,
quod ad propoſitum noſtrum pertinet, in faciendis inſcriptio
nib. librorum. ſed antequam de hoc loquamur breuiter exēplis
probemus ea quæ ſupra dicta ſunt. In exemplis afferendis, ut
Ariſt. cum multis aliis in locis, tum maxime in j. de hiſt. anima-
lium, inter cuius initia, dum variorum animalium exempla
profers. quinquagies, & amplius ut opinor ita loquitur, ut ni-
hil intereſſe putet, ſiue dicat exempli gratia, ut piſcis ſiue ut pi-
ſces, ſiue ut genus piſcium, item in alio genere, ſiue ut apis, ſiue
ut apes, ſiue ut genus apum. his enim tribus afferendorū exē-
plorum modis idem plane ſignificatur, niſi quod exempli po-
ſitio in ſingulari numero figurata eſt, ponitur enim unus pi-
ſcis pro omnibus piſcibus, & una apis pro omnibus apibus: cū
uero, uel in plurali numero, uel cum adiunctione generis effer
tur, tunc non figurata eſt, ſed propria locutio, in qua nomē plu-
rale, uel collectiuum, quod tantundem ualet, pro pluribus vel
omnibus uſurpatur. Eodemque modo apud Latinos intelli-
gendus eſt M. Tullius in j. de Inuent. lib. cum ait, Genus eſt qđ
plures amplectit̄ partes, ut animal. ibi enim Cic. cum dixit, ut
animal, ſimiliter atque Ariſt. dicere poterat, ût animalia, ſiue
ut genus animalium, idem enim plane ſignificaſſet, hoc eſt uni
uerſam animalium multitudinem, quæ proprie, & uere eſt ge-
nus. Atq; ita in exemplis proferendis perſpicuum eſt nihil dif-
ferre ſiue ea ſingulariter ſiue pluraliter, ſiue cum nomine ge-
neris ſiue ſine eo proferamus, niſi quod exēpla in ſingulari nu-
mero figurate, & συνεκδοχικῶς pro plurali ponuntur, in plura
li uero, & cum nomine generis cōiuncta propriam referunt ſi-
gnificationem. In legibus ſanciendis, ut lex 12. tabularum cum
ait, Tutor cum pupillorum matre ne habitato. nemini enim
dubium eſt, Tutorem. ibi pro omnibus tutoribus, & matrem
pro omnibus matribus pupillorum eſſe poſitam, vt perinde ſit
ac ſi ita ſanxiſſet in plurali numero. Tutores cum pupillorum
matribus ne habitanto. id quod oſtenditur ex ſequenti lege q̄
in plurali numero lata eſt hoc modo, Agnati aut ſubſtituti, q̄
ſucceſsionem ſperāt, tutores ſunto, quo in loco legiſlator ſi uo
luiſſet dicere poterat in ſingulari numero ſic, Agnatus aut ſub-
ſtitutus q̄ ſucceſsionē ſperat, Tutor eſto. Sed cur legiſlator in
ſuperiori lege ſingulari, in poſteriore autem plurali numero
uſus eſt? Quia leges in ſingulari per eam quam diximus figu-
rā, in plurali aūt proprie & recte ſanciri poſſunt: In definitioni
bus reddēdis, ut cū dicimus, hominem eſſe animal rōnale mor-
tale. Sic. n. cōparatum eſt, & cōſuetudine linguarū omnium, &
uſu probatiſsimorum ſcriptorum, ut unus hō exēpli gratia ꝓ
omnibus hominib. definiat̄, ut ſi perinde ac ſi ita definiremus,
homines ſunt animalia rationalia mortalia. ergo etiam in de-
finitionibus ſingularis numerus pro plurali uſurpatur, idque
duabus potiſsimum rationibus, primo, quia conceſſum eſt
per eam, quam iam toties diximus figuram, quam, & commu
nis omnium loquendi conſuetudo, & doctiſſimi quique homi
nes identidem vſurpant. Deinde etiam per illam Ariſtotelis re
gulam in Topicis, ut ſe habet in uno ſimilium, ſic & in reliquis.
definito enim uno homine, reliqui omnes, quia ſimiles ſunt,
eodem modo definiti eſſe intelliguntur. Quod dixi de ho-
mine idem intelligi uolo de omnibus quæ definitionē recipe-
re poſſunt. In ſcientiis tradendis, ut cum Euclides probat triā-
gulum habere tres angulos æquales duobus rectis, de uno qui
dem triangulo fit probatio, & de uno tantum triangulo ſcien
tia traditur. ſed de omnibus tamen triangulis tradita figura-
te intelligi debet. ut nō ſit neceſſe nec propter definitiones red
dendas, nec propter ſcientias tradendas, nec propter ullū aliud
corum quæ diximus, ponere atque introducere illa, quæ Dia-
lectici, & philoſophi appellant uniuerſalia. de quibus aiunt, &
definitiones reddi, & ſcientias tradi, & demōſtrationes, quas ip
ſi potiſsimas uocāt, fieri ſolere, cum tamen nemo eorum unq̄
nec ipſe intelligere nec alios docere potuerit, quid eſt; qualia
ſint iſta uniuerſalia nec mirum, cum non ex ipſa rerum natu-
ra, in qua prorſus non reperiuntur, ſed ex falſis, & inanibus
ipſorum imaginationibus deprompta fuerint. Satis enim &
definitionum redditio, & ſcientiarū traditio, & demonſtratio-
num confectio ſeruatur duobus illis, quos dixi modis, hoc eſt
per uſitatam illam communis ſermonis, & doctorum omnium
loquendi figuram, & per regulam illam Ariſtotelis, quam mi-
rum eſt ab eis nunquam ſatis fuiſſe animaduerſam. nec pro-
pterea tamen hoc dico, quod prorſus negem uniuerſalia eſſe.
ſunt enim ſed nō eo modo nec ad eos uſus, ut Dialectici & Phi
loſophi arbitrantur, ſed de his alio loco multa diximus, & mul-
ta ēt poſthac ſi uita ſuppeditabit, dicturi ſumus. Nunc ut redeā
unde diſceſsi, & ad id ueniā, de quo agitur, dico ēt in inſcriptio
nibus librorum faciendis maximos quoſque ſcriptores hac fi-
gura potiſsimum uti ſolere, ut in hac ipſa de officiis Cice-

ro, si voluisset etiam de officio singulariter inscribere potuisset librum suum, nec minus tamen propterea Latine, & usitate locutus esset, sed non propria, uerum figurata usus fuisset locutione. unum .n. officium pro multis, uel omnibus, συνεκδοχικῶς posuisset. Cum uero dixit de officiis iam non figurare sed proprie locutus fuit, atq; iccirco in illa ad Att. epist. scripsit pleniorem sibi uideri eam inscriptionē, nempe, quoniam propra locutio semper plenius exprimit significationem suā, quā figurata. Quis .n. audita uoce plurali nō plenius intelligit plura, quam si eadē singulari, & figurata uoce significarentur? profecto nemo. Hoc igitur est illud quod dixit Cic. sed plenior inscriptio de officijs, & quod supra dixi, nec à Calcagnino, nec à Maioragio fuisse intellectum. Huius .n. figuræ ignoratione uel certe non animaduersione ambo uehementer errauerunt, dū alter de officiis, alter de officio inscriptionem improbat. non .n. uerum est Cicer. de officiis potius quam de officio inscripsisse, quod aut à Panetio euariare cuperet, vt calumniatur Calcagninus, aut minus Latinam inscriptionem de officio putaret, ut arbitratur Maioragius. sed quod reuera plenior, hoc est, ut ita dicā signantior est inscriptio de officiis, quam de officio, ob eā quam dixi rationem. Atq; vt appareat verissimum esse id quod dixi de inscriptionib. librorum in utroq; numero recte faciendis aliquot exempla scriptorum ueterum tam Græcorum quā Latinorum proferre uolo. Primum igitur Plato apud Græcos libros suos de rep. inscripsit περὶ πολιτιῶν ἢ περὶ δικαίον, partim in singulari numero partim in plurali, & si uoluisset eque rectè περὶ πολιτείας inscribere potuisset. quod patet primo ex Diogene Laertio, qui in descriptione librorum Platonis, cum ad hos libros uenisset, ita scripsit πολιτία ἢ περὶ δικαίου, deinde ex Proclo super eisdem libris, cum centum, opinor, locis ita loquitur, vt dicat, ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς πολιτείας, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς πολιτείας, ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς πολιτείας, & in summa nunquàm eos libros, quod ego sciam, nisi in singulari numero citat, ex quo perspicuum est nihil differre, siue περὶ πολιτιῶν, siue περὶ πολιτείας inscribamus. Cic. uero Latinè nos eosdem libros non de rebus pub. ut Plato, sed de rep. inscripsit, non quia non posset etiam in plurali, sed quod singularis inscriptio mitior, & suauior auribus accidere uidetur. Præterea Hermogenes partem libri sui inscribit περὶ εὑρέσεων in numero plurali, & idem tamen in procemio operis quasi citās seipsum, ita græcè inquit ἐςὶ δὲ ὁ αὐτὸς σχεδὸν τὰ περὶ εὑρέσεως, πλὴν ὅσον οὐ πάντα ἔχει τὰ περὶ εὑρέσεως, & alibi, ἐν τῷ περὶ εὑρέσεως. quo in loco Hermogenes apertè docet, nihil differre, quod ad rectè loquendum pertinet, siue περὶ εὑρέσεων, siue περὶ εὑρέσεως in lingua Græca inscribat, quod idem quoque in lingua Latina non aliter uerum existimandum est. nec .n. Cic. librum suum iccirco de inuentione inscripsit, quod non posset etiam de inuentionibus inscribere, sed quod aut ita uoluit, aut leniorem secutus est inscriptionis appellationem, nam in inscribendis libris cum multa alia tum maxima tria mihi consideranda uidentur, primum ut non nimis dura uideatur inscriptio, ut si Cic. Latinè librum suum inscripsisset de rebus publicis, deinde ut res ipsa inscriptioni nō repugnet, ut si quis inscriberet de mundis, cum unus tantum sit mūdus, postremo ut titulus, quam maximè fieri potest plenam habeat significationem, ut de officijs potius, quā de officio, quod tamen totum plerunque positum est in arbitrio scribētis, cum si aliter faciat, tamen defendi possit auctoritate magnorum hominum, ut Panetij qui maluit περὶ τοῦ καθήκοντος, quam περὶ τῶν καθηκόντων, & Zenonis qui non περὶ μελῶν, sed περὶ τέλους inscripsit, si tamen uerum est, quod dicit Calcagninus, Zenonē ita inscripsisse librum suum, quod ego uusquam me legere memini, & denique etiam Cice. qui finem tum ultimum, tum extremum in numero singulari profert. Quinetiam hac in re illud attendendum est, inscriptiones generales frequentius in plurali numero efferri solere, ut apud iurisconsultos, dē bonorum possessionibus, speciales autem in singulari, ut apud eosdē de bonorum possessione secundum tabulas, de bonorum possessione contra tabulas, eodemq; modo, ut ad officium reuertar, Cic. de officijs generaliter tractaturus inscriptione generali usus est. quod si de officijs tantum unius ordinis, uel generis personarū scribere uoluisset, usitatius fortassis inscripsisset exēpli gratia, de officio patris, de officio principis. sic enim Iuriscōsulti de officio consulis, de officio ꝓtoris. de officio ꝓsidis inscribunt, q̄ q̄ hæc differētia, nec apud Iuriscōsultos ꝑpetuo seruata reperit. extat .n. in libris Digesto. Titulus generalis de donationibus, & alter specialis in eodē numero de donationibus causa mortis. Quod si perpetua esset illa differentia de donatione causa mortis potius dicendum fuisset. Item de pactis generaliter sine ulla adiectione, & de pactis dotalibus cum adiectione plurali. Ex quibus omnibus concludo inscriptiones librorum, & operum tam in singulari, quam in plurali numero recte fieri posse, considerationibus tamen iis, quas supra dixi, nō neglectis atque hoc pro perpetuo habendū est, nihil in hac re perpetuum præcipi posse, ut constet Calcagninum prorsus deridēdum esse, cum titulum de finibus bonorum, & malorum commodius de fine enunciari potuisse asserit, eo quod Zeno περὶ τέλους inscripserat, in quo dupliciter peccauit, primum quia pluris fecit Zenonem, cuius nec librum nec inscriptionem vnquam viderat, quā Cic. cuius diuina scripta quotidie habebat in manibus. Deinde quia non intellexit, quā ob causam Cic. inscriptionem de officiis pleniorem esse dixerit, nec minori reprehensione dignus est Maioragius, qui ait Titulum illum Panætij περὶ τοῦ καθήκοντος, si mutetur, ita ut dicat, περὶ τῶν καθηκόντων, priorem illam uetustatem amissurum, cum id ipse nec sensu ullo nec ratione possit iudicare. Imo ego contra περὶ τῶν καθηκόντων. dico esse rectius, & plenius apud Græcos, sicut de officiis apud Latinos, propter eandem quam supra dixi, rationem, sed ad primam disquisitionem hactenus.

Cicero inter initia primi libri de officiis pollicetur se definiturum esse quid sit officium, quod a Panætio prætermissum esse miratur, & causam quamobrem ita polliceatur statim exponit, vt scilicet intelligatur quid sit id de quo disputetur. Id autem de quo disputatur est officium medium, ut ipsemet duobus in locis testatur in 3. de off. lib. Deinde paulo post ex sententia Stoicorum non solum officij medij, sed et officij perfecti definitionem affert cum dicit, Atque ee sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiāt. Medium autem officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Atque ita Cicero cumulate persoluit, id quod pollicitus est, fidemque suam optime liberat. Quod cum ita sit, valde mirum est quomodo Calcagninus in hac disquisit. scribere ausus sit, definitionem officij, quam Cicero promiserat, ab eo non fuisse præstitam. Sed quoniam ipsemet, ita ut sunt. sic etiam uidebat omnia quæ hoc in loco dixerat esse falsa, & aduersus Cic. iniquissime effutita, iccirco in 21. Disquisit. rursus redit ad hunc locum, & persuadere conatur Cic. non medij neque perfecti, sed generalis officij definitionem promisse, & ea persoluere debuisse, quod non fecerit, atque ideo fidem eum suam non liberasse. Quæ rursus omnia non minus falsa sunt, quam illa superiora, nullo enim loco Cicero promisit definitionem officij cuiuspiam nisi eius de quo erat disputaturus, hoc est medii, quam cumulate persoluit, ut dixi, cum non solum quid medium, sed etiam quid perfectū officium si tegregie definierit ex sententia Stoicorum, Quare Calcagninus in hac altera disquisit. nihil aliud mihi uidetur facere uoluisse, nisi mendacia dicere, atque mentiri, nec his contentus etiam, si Diis placet, nitetur labefactare definitionem utriusque officii à Cicerone traditam. Primum enim ait eas non esse aptas, nec idoneas, a quibus natura officii substantiaque declaretur, quippe cum in eis genus, hoc est caput ipsum definiēdi desit. deinde perfecti officij definitionem medio officio, & contra medii definitionem perfecto bellissime accommodari posse. quæ ille clamat esse duo maxima definiendi uitia, atque hoc modo medij, & perfecti officii definitionem Cic. prorsus euertisse se putat. Cui breuiter respōdeo. primum definitiones illas, ex sentētia Stoicorum, ut supra dixi fuisse traditas, ut si quid errati in eis est, id totum non Cic. sed Stoicis ascribendum esse uideatur. Deinde etiam si maxime concedatur Cic. ex sententia sua definiuisse, non propterea tamen recte definitiones eius reprehenduntur a Calcagnino, nam quod ad prætermissionem generis attinet, tantum abest, ut ea in definiēdo uitiosa sit, ut sæpenumero genus si opponatur, insulsam & garrulam faciat definitionem. quod potissimum accidit in definiendis iis speciebus. quæ generis sui nomen sibi uendicant, ut phlegmone apud Medicos. nam Galenus in ij. Therapeuticon ad Glauconem ait, phlegmonem tum commune omniū abscessum nomen esse, tum proprium illius tantum qui è sanguine gignitur. Itaque si quis definiens phlegmonen quæ species est ita dicat, phlegmone, est phlegmone, &c. quamuis proprium genus apponat, tamen insulse, & loquaciter definire uideatur.

Cōtra 2. & 21. disqui.

deatur. Item Adoptio apud Iurisconsultos, Adoptionis.n.no-
men, Modestinus, inquit, generale est, idq; in duas species diui-
ditur, quarum altera adoptio similiter atque genus dicitur, al
tera, arrogatio, atq; adoptio ad filios familias pertinet, arroga
tio ad eos qui sui iuris sunt. Hinc siquis definire uolēs adoptio
nem specialem dicat, adoptionem esse adoptionem &c. ta-
metsi speciem in suum genus referat, tamē uix effugiat loqua-
citatis suspicionem. Item Qualitas apud oratores. Nam ut te-
statur Quintil. in 7. in c. de qualitate, Qualitas alia est de sum
mo genere, alia de succedentibus, & idem infra eodem capite
ita scribit, nam Græci, & ποσότητα & ποσειότητα dicunt, nos
utrunque eadem qualitatis appellatione complectitur. ex qui-
bus uerbis in summa colligitur qualitatem quandoque accipi
ut genus, & hoc modo non solum de qualitate speciali, sed ēt
de quantitate multisque aliis dicitur, quandoque autem, ut
species, & hoc altero modo qualitati generali subiicitur, quan
titati tanquam species diuersa è regione opponitur. Quam-
obrem siquis hanc specialem qualitatem ita definiat, ut dicat
qualitatem esse qualitatem, recte is quidem in genus, ut phi-
losophi dicunt, ponat, sed superuacaneam, & nugatoriam effi
ciat definitionem. ex quibus omnibus satis constare arbitror,
non solum non esse uitiosum in definiendo non nunquam ge
nus omittere, sed ēt persæpe errari, & loquaciter fieri si oppona
tur, atq; ideo scriptores in eiusmodi speciebus, quales dixi, defi
niendis non generū noīa, sed pronomina loco generū ponere
consueuerunt, eoque modo, & gratulitatem effugiunt, &
opportunitatem definitionis consequuntur. facile enim pro
nomine loco generis posito genus ipsum intelligitur, ut siquis
eas quas supra dixi species definiens dicat exempli gratia, phleg
monem esse illā, quæ ex sanguine gignitur, adoptionem esse il-
lā qua fi ius familias in filium asciscitur, qualitatem esse illam,
qua quis ꝓprie qualis esse dicitur, ut bonus, uel manus albus,
uel niger, uel aliqua huiusmodi propria qualitate præditus In
his enim omnibus auditor cum pronomen, illam loco generis
positum audit, in prima definitione facilè subintelligit pleg-
monem, in secunda, adoptionem, in tertia; qualitatem. & ita
generis prætermisso in definitionibus aliquādo nō solū nō ui-
tiat definitionem; sed eam a uitio conseruat intemeratā. Quā
rem iccirco paulo altius repetiui, & pluribus uerbis egi, ut ostē
derem in officij definitionem eadē ratione omissum fuisse ge-
nus a Cic. nec tamē uitium ullum ab eo fuisse admissum, nam
officium, & ut genus, & ut species accipi potest, quòd si ut ge-
nus capiatur, de medio, & de perfecto officio tāq̄ de speciebus
fuit, dr̄, sin accipiatur, vt species, non dubium est, quin subiicia
tur officio cōi, & eius nomen retineat. appellatur. n. tū officiū
medium, tū officiū perfectum, atque ideo in utriusq; definitio
ne non necesse est apponere nomen generis, sed satis est dicere,
ut dixit Cic. perfectum officium id esse quod rectum sit, me-
dium autē officium, quod cur factum sit, probabilis ratio red-
di posit; subintelligitur enim ī utraque definitione officium,
quod est suum, & proximum genus, atque ita nullum est hacte
nus in definitionibus illis uitium, siue illæ Ciceronis propriæ
sint, siue Stoicorum. Omitto hic, ne sim longior, multos & do
ctissimos uiros, qui in definitionibus reddendis sæpenumero
genus prætermiserunt, ut Arist. in Top. & Porph. in Isagoge cū
dixerunt genus esse id quod de pluribus diceretur &c. nullum
enim apposuerunt generis genus, & Euclides in primo elemē-
torum cum dixit punctum id esse, cuius pars non esset, & figu
ram esse eam, quæ termino uel terminis contineretur, in qua-
rum definitionum neutra genus positum uidemus, sed tan-
tum per pronomen significatum, ut supra diximus. Quare
Cicero etiam si nullam eius tuendi rationem habuissemus,
tamen auctoritate, & exemplo maximorum uirorū rectè defi-
niuisse, & nihil errasse defendi poterat. Quod autem secun-
do loco Calcagninus ait utranque officij definitionem alteri
posse accommodari, hoc est illam medij officij perfecto, & per-
fecti medio, prorsus falsum est, & ab omni ueritate, alienum,
ad cuius rei intelligentiam sciendum est, officium generale ni-
hil aliud esse nisi functionem, & actionem quandam. & quo-
niam actionum, siue functionum quædam sunt, quarum per-
fecta ratio reddi potest quædam uero quæ tantummodo pro-
babilem habent rōnem, iccirco duę sunt ēt generalis officii spe
cies, quarum una perfectū officiū, altera mediū officiū dr̄, ac
perfectū quidē officiū est illud, cuius perfecta rō, mediū aūt of-
ficiū cuius probabilis tm̄ rō reddi pōt, nam quod Cicero non
iisdem, sed aliis quibusdam uerbis officium perfectum definit,
nihil refert. eadem, n. est sententia, siquidem cum ait, quod re-
ctum sit id perfectum officium esse definiunt, per rectum nihil
aliud intelligit nisi actionem rectam, & citra omnem dubitatio-
nem cum uirtute coniunctam. rectum .n. & uirtus idem sunt,
nisi quod rectum magis ad actionem, quæ ex uirtute oritur, vir
tus autem ad habitum magis actionis productiuum pertinere
uidetur, eodemq; modo ferè differunt uirtus, & officium. uir-
tus.n. magis in habitu, officium autem magis in actione consi-
stit, itaq; siquis uirtutem, & officium ita definiret, ut diceret,
uirtutem esse officium in habitu, officium autem esse uirtu-
tem in actione positam non omnino male deffiniuisse uidere-
tur. sic.n. Cic. dixit omnem uirtutis laudem consistere in actio-
ne, hoc est in officio, quod à uirtute, siue perfecta, siue appa-
rente oritur. hæc dixi paulo diffusius, ut clarius intelligere-
tur, quæ differentia sit, inter uirtutem, & officium, & in officijs,
quomodo medium à perfecto distinguatur, quę quoniam om-
nia à Calcagnino ignorata fuerunt, iccirco non mirum est si di-
xit definitionem perfecti officii, quam Cicero attulit, conueni-
re medio, & medij perfecto. quod si intellexisset, uel tantillum
quomodo illa inter se differrent. nunquam profecto ita dixis-
set, nec in tantum uirum tam pueriliter declamasset, nā quod
ait neminem tam contumacem esse, qui contendat, aut sine
probabili ratione perfectum officium geri, aut medium offi-
cium esse id, quod rectum non sit, respondeo me utrunq; ne-
gare, neq; tamen propterea contumacem esse. nam in defini-
tione officii medii cum dicitur, cuius probabilis ratio reddi po-
test, ita intelligi debet ratio probabilis quasi dixisset, quæ pro-
bari quidem, & defendi potest, sed tamen non nihil habet du-
bitationis, & quod ex contraria parte dici possit, atq; hoc mo-
do intelligendo probabilis ratio nequaquam conuenit officio
profecto. officii .n. perfecti ratio perfecta est, nec ullam pror-
sus admittit dubitationem, item medium officium est, & ta-
men rectum non est, eo.s. modo quo Stoici rectum intelligunt.
rectū .n. à perfecta uirtute nihil differt nisi ut supra dixi, quod
rectum ad actionem magis, & ad officium, uirtus autem ma-
gis ad habitum refertur, atq; ideo rectum cum officio medio
nequaquam rectè coniungi potest, neq; ualet illa conclusio ri-
dicula, si officium medium non est rectū, ergo peruersum. non
.n. nunc est sermo de lineis, aut de hastilibus quibusdam, quæ
si recta, non sint, necesse sit esse peruersa, & contorta, sed de
uirtute, & officio, atq; id non ex sententia omnium, sed ex
opinione Stoicorum, nam Cicero in diffinitione utriusq; offi-
cii sequitur Stoicos, ut Calcagninus non solam errauerit, quia
putauit vtranq; diffinitionem alteri posse accommodari, quod
falsissimum est, sed etiam quia non uidit definitiones illa ex
sententia Stoicorum esse traditas, & ad Stoicorum morem, ac
consuetudinem loquendi esse intelligendas. Sed quid multa?
paucis concludo Calcag. in illo Cic. loca omnia perperam ac-
cepisse, ac peruerse intellexisse. Itaque in eo refutando non
mihi uidetur plura esse prodigenda. Sicque responsum sit ad 2.
& 21. Calcagnini Disquisitionem. Quod autem M. Antonius
Maioragius Calcagnino respondens, & ostendere uolens Cic.
præstitisse eam officii definitionem, quam initio pollicitus
fuerat, conatur ostendere, ac probare diuisionem illam, quam
primo proponit Cic. esse diffinitionem, & propterea Cicer. id
quod promiserat præstitisse, & fidem suam liberasse, nimis cras-
sa, & rudis defensio est, nam fateor illam diuisionem, & esse,
& rectè appellari posse definitionem, quod nec Calcagninus
opinor negaret, sed quid Cicer. prodest diuisionem illam uo-
cari posse diffinitionē? nam diceret Calcagninus, uel aliquis-
piam Calcagnini defensor, Cicer. promisisse non qualecunque
diffinitionem, sed eam, ex qua intēlligeretur, quid esset id, de
quo disputetur. sic .n. Cicero dicit. nunc ex ea diuisione, siue
ea diuisio siue diffinitio appellanda est, id non intelligi, nam
quemadmodum ex sola animalis diuisione nemo cognoscit
quid sit homo, aut brutum, sic ex diuisione officii, generalis
nemo percipit quid sit officium medium, aut perfectum, atq;
ideo fidem Cic. ea diuisione, etiam si definitio sit, non esse li-
beratam, nō magis, quam siquis cuipiam pollliceretur equum
bene saltantem, deinde persolueret talem, qui pedes à terra
uix tollere posset. Sic inquam, uel Calcagninus, uel ali-
quis Calcagnini defensor respondere posset Maioragio, & quā
quam concederet quidquid ille diceret non propterea tamē fa-
teretur Cic. rectè esse defensum, & fidem eius esse liberatam.

Quare

Quare quidquid hac in parte à Maioragio dictum fuit, id totũ prorsus est super uacaneum, & Cic. nulla ex parte prodest. Deinde cum respondet ad Calũniam Calcagnini de inscriptione officij, & ait diffinitionem esse singularium, rursus vehementer errat, nisi ita intelligat, singularium, non singulariter, sed pluraliter acceptorum, per figuram synecdochẽ, vt nos supra diximus. nam cum dicimus hominem esse animal rationale, quid aliud intelligimus nisi omnes homines esse animalia rationalia? aut esse singularium reuera, sed ita, ut quod de singulis dictum sit, de vniuersis dictum esse intelligatur, quibus duobus modis seruantur definitiones in singulari, & de vno factæ, cum tamẽ non ad singulos, nec ad vnum, sed ad omnes, & uniuersos pertineãt. postremo vero cum damnat definitionem officij generalis, quã Calcagninus attulit, Dij boni, quam est ridiculus. putat enim eum male dixisse, officium esse actionem in omni vita, eo quod etiam esset officium in pecudibus, quæ habent uitam. Papæ quam acutus Dialecticus, equidem non arbitror Carneadem illum, tam subtilem disputatorem cum isto esse comparandum, sed tamẽ nos aliquid ei respondeamus. Dico igitur ò bone vir, cum quis dicit officium esse actionem in omni vita, de uita hominis per excellentiam esse intelligendum, & de partibus eius, hoc est de vita tam non sapientum, quam sapientum, quod ille cum tibi diserte expresserit, mirum est quo modo non animaduerteris, præsertim cum sit verum. Atque ita quod verum erat, improbasti, quod autem falso dictum ab eo fuerat, cõcessi, hoc est, quidquid à virtute absit ab officio longè abesse, cum multa sint à uirtute longe remota, quæ tamen inter officia numerantur, vt si quis forte quidpiam agat officiosè, ac piè, qui tamen habitum virtutis nondum sit consecutus, sine habitu.n. virtus esse non potest. at officium aliquod citra habitum esse nihil impedit ac prohibet, præterea cum tu rectius officium definire volens, ais, officium esse actionem in omni vita hominũ, cuius probabilis ratio reddi potest, prorsus indicas te nec scire quid sit officium, nec quid Cic. sibi uoluerit, nec quomodo distinguatur officium generale ab officio medio, & ab officio perfecto. nam cum dicis actionem in omni uita hominum, fateor rectè additum esse in omni uita hominum, tametsi intelligeretur etiam si non esset appositum. nam cum dicimus officium esse actionem in omni vita, de uita hominum necessario est intelligendum in nulla enim vita officij actio est nisi in humana. sed quæro à te cur addidisti, cuius probabilis ratio reddi possit? nam si ratio probabilis ponitur in officio generali tanquã eius differentia, quomodo eadẽ in officij medij definitione tanquã differentia poni potest? aut quomodo officium medium differet ab officio perfecto? profecto ego nec uideo, nec intelligo quid tu tibi illa additione volueris, vel potius, & uideo, & intelligo te non satis animaduertisse quid diceres. ego.n. si mihi definiundum esset officium generale, ita me longe melius definiturum arbitrarer, si dicerem, officium esse actionem, cuius aliqua ratio reddi possit, nam cum dico actionem non cuiuscunq; intelligo, sed solummodo hominis per excellentiam, & quia officium in nullo esse potest præter quam in homine. cũ uero addo cuius aliqua ratio reddi possit, appono differentiam indeterminatam, quæ postea determinatur in speciebus. nam ratio probabilis alteri speciei tributa medium officiũ perficit, ratio autem perfecta perfectum complet officium, atque ita nihil absurdum dicitur, nec ullum sequitur in conueniens, sed ad Maioragii defensionem quoq. hactenus satis.

Contra 3. disq.

Cum tertiam hanc Calcagnini Disquisitionem primum legi, valde mecum dubitaui, vtrum is imperitior homo an obliuiosior, an uero malignior fuerit. nam eum reprehendit Cic. quod à Panætio, & à Stoicis in aliquibus dissentiat, videlicet vel nunquam legisse proœmiũ libri de officijs, uel si legit oblitus esse, quod ibi scribit Cic. cum profitetur se quidem in ea quæstione potissimum imitari Stoicos, uerum inquit, non ut interpres, sed ut solemus è fontib. eorum iudicio arbitrioq; nostro quãtum quoque modo uidebitur, haurientes vel si nihil horũ fuit, certe id egisse, ut omnes etiam si uerum non esset, tamen putarent Cic. se se alligasse, atq; addixisse præceptis Stoicorum sequendis. Deinde per leuitatem, & inconstantiam, aut certè per imprudentiam ab eis desciuisse eo, quod non sustulerit, quemadmodum illi, discrimen, & differentiam omnium officiorum, nec omnes virtutes omniaq; peccata more illorum æqualia, & paria esse dixerit. Sed cum non alligarit nec addixerit se Cic. præceptionibus Stoicorum imitandis, nisi quantum ipsi videretur, ut ex verbis eius apparet, quid erat obsecro cur Calcagninus miraretur Cic. dixisse duo membra diuisionis illius à Panætio non rectè prætermissa? hoc est duobus propositis honestius, utrum honestius, & duobus propositis utilib. utrum utilius? in ea.n. parte Stoicos sequi non uult, quia eos errare putat, qui nec honestum honestus, nec vtile utilius fieri posse existimant, atque ideo Calcagninus hoc in loco condemnandus est, uel imperitiæ, quia non legit, uel obliuionis, quia lectorum non recordatur, vel denique malignitatis, quia prudens, & sciens falso calumniatur. nam quod nonnulla exempla, & similia profert, quib. probare contendit, contra Cicer. non solum de duobus honestis vtrum honestius, & de duobus utilibus utrum utilius, sed etiam de pluribus, quàm duobus honestis, & utilibus nonnunquam deliberati solere, ea sunt exempla, & similia prorsus commentitia, &, ut ita dicam, imaginaria, quæ nunquam simul acciderunt, nec unquam fortassis accident, atque ideo aon refutanda tanquam seria, sed deridenda tanquam inania, & uana mihi uidentur, nec rectè Maioragium fecisse arbitror, cum in eis refellendis tantum uerborum, & nugarum prodigit, & interim veram Cicer. defensionem, quam nos supra posuimus omittit, hoc est Cic. non iure reprehendi posse, quod à Stoicis in aliquibus dissentiat, cum se non in omnibus eorũ dogmata sequi uelle in principio fuerit testatus.

Contra 4. disq.

Hæc quoq; disquitio similis est superioris, hoc est frigida, & inepta. nescit.n. Calcagninus in ea quid disquirat, nec quid sibi uelit. Plat. in 7. de rep. damnat Philosophos, qui suis studijs dediti reip. curam abiiciant, nec nisi coacti ad eam administrandam accedere uolunt. itaque dicit eos iure cogi posse. quam Platonis sententiam hoc in loco probat Cicer. Ipse enim quoque uituperat philosophos, qui non potius sponte sua remp. capessant, sed expectant dum cogantur, æquius enim, inquit, erat, id uoluntate fieri. At Calcagninus usque adeo delirat, & Cice. non intelligit, ut putet Platonem dicere, Philosophos ad remp. accedere non debere nisi coactus, & propterea iure optimo à Cicerone reprehendi, quod æquius sit eos id uoluntate sua facere, sed hoc prorsus falsum est. Cicero.n. non Platonem, sed Philosophos damnat, atq; ad probandam eorum iniustitiam Platonis testimonio utitur. Quo .n. Cicero reprehendit Platonẽ? cum ipsemet Plato quoq; in eo quẽ supra dixi loco, redarguat philosophos, & dicat eos iure cogi posse, ut remp. administrẽt? Sed Calcagninus uerborum Cicer. sententiam non rectè percipit. Nam cum ait, Itaq; eos ad remp. ne quidem decessuros putat Plato, nisi coactos, non id significat, Plat. approbare factũ philosophorum, sed Plat. eius philosophorum facti testem esse. Deinde cum dicit, æquius erat uoluntate fieri, non contra Plat. sed contra philosophos ea uerba profert, ex quo patet Calcagninum nihil prorsus eorum uerborum intellexisse, & toto, ut dicitur, cœlo errasse. Itaq; nihil respondendum est ad cetera, quæ multa, & ridicula nugatur. Quinetiam Maioragius ipse quoque in eodem uersatus errore, nec attendit non Platonem ibi, sed philosophos à Cicer. damnari, quod illi eo turpius est, quam Calcagnino, quod eius quem tuendum suscepit, nec sententiam percipere uidetur, & propterea quæcunque aduersus Calcagninum hoc loco scripsit, talia sunt, ut nec Calcagnino quidquã obsint, nec Ciceroni vlla ex parte opitulẽtur. prorsus.n. sum, vt dicit ἀπροσδιόνυσα.

Contra 5. disq.

In hac Disquisitione Calcagninus dũ Cicer. diuisionem reprehendere uult, suam ipsius prodit inscitiam, & ignorantiã. putat.n. multa in diuidendo à Cicer. prætermissa, nec intelligit eam quam, vt diuisionem reprehendit, non reuera diuisionem esse, sed quandam exemplorũ prolationem, qua id, quod antecessit clarius explicatur, & explanatur. In qua quidem, ut ita dicam exẽplificatione nullum uitiũ est omittere aliquam, aut etiam multas partes. Sic.n. factitatum uidemus apud scriptores idoneos, tam Græcos, quam Latinos. Horatius .n. ad Florum scribens, sic inquit, Tanquam, Sit proprium cuiquam puncto, quod mobilis horæ, Nunc prece, nunc precio, nunc ui, nunc sorte suprema Permutet dominos, & celat in altera iura. Qua in numeratione partium complures partes omittuntur. sunt.n. multi alij modi quib. quod proprium unius est, dominum mutare, & proprium alterius fieri potest. Quare quemadmodum Horat. non necesse habuit omnes eos modos enumerare, sic etiam Cicero non necessarium sibi putauit esse ad vnũ persequi omnes modos quib. aliqua communia fiant priuata. Sicq; illa enumeratio Cicer. non diuisio est reuera, ut Calcagninus

gninus putauit, sed quædam exemplorum prolatio, in qua aliquid omittere uitiosum non est, nec si reuera esset diuisio, tamen continuo Cic. errasset non. n. in omni diuisione necesse est enumerare omnes partes, sed tantum, cum uel à partibus argumentamur ad totum probandum, uel de plurimis rebus dicturi eas proponimus per enumerationem, at extra hos duos casus nemo iure reprehenditur; quod unam, uel duas, uel etiam plures partes omiserit præsertim in exemplis afferendis, ut hoc in loco facit Cicero. Quare constat eum à Calcagnino iniquissimè taxatum fuisse. Quam solutionem Maioragius ipse quoq; non ignorauit, sed in eo peccauit, quod nimis multa uerba insumpsit in ostendendo edictum prætoris, & alia multa nomine legis intelligi solere. nam etsi ita sit, tamen ea propriè non sunt leges. Cicero autem ibi propriè de lege loquitur, vt vere dicit Calcagninus, alioqui superuacua essent illa, quæ addidit, aut pactione, conditione, forte. nam si legis nomine hæc omnia intelligũtur, ut Maioragius dicat, cur Cicero post nomẽ legis expressum ea omnia putauit esse addenda? Itaque uera Ciceronis defensio est ea quam diximus, non necesse est. s. in exemplorum positione omnes partes persequi, & si illa esset diuisio, quæ non est, tamen non oportet in omni diuisione omnes semper numerare partes.

Contra 6. disqu. Verba Cicer. sunt, Qui non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in uitio, quam si parentes, aut patriam deserat. Quæ verba Calcagnino nimis Stoicè dicta uidentur, nec mirum cum multa superius dicta, quæ leuiora sunt prorsus non intellexerit, & pessimè fuerit interpretatus. putat. n. Calcagninus Cicer. dicere tantum esse scelus non obsistere etiam alienorum iniurijs cum possumus, quam si patriam desereremus, aut parentes, sed non ita est. Cicer. n. hoc sentit, eum qui non defendit, si potest hominem etiam alienum, tã esse in genere iniustorum, quam is qui patriam, aut parentes deserit. & hoc verum est. nec enim fit ibi comparatio magnitudinis peccati, sed generis peccati. sicut cum dicimus, tam esse animal formicam, sicut elephãtum. nam tametsi elephantus multo maius sit animal, quam formica, non tamen est magis animal, quam formica, hoc est, non est magis in genere animalium, quam formica. Quare deridendus est Calcagninus, qui quæ non intelligit, ea omnia falsa esse putat, atque ideo ea euertere, & labefactare conatur. Maioragius aduersus hanc Disquisitionem omnia rectè dixit, nisi qđ in refutandis meris Calcagnini nugis nimis longam insumpsit orationem.

Contra 7. disqu. Calcagninus in hac Disquisitione ait Cic. confundere liberalitatem cum iustitia, quod primum non facit Cice. cum liberalitatem apertè à iustitia distinguat eo loco, cum ita dicit. De iustitia satis dictum est, deinceps vt erat propositum de liberalitate, & beneficentia dicatur. Deinde si id faceret Cic. non propterea tamen errare putãdus esset. Est. n. liberalitas reuera species, siue pars quædam iustitiæ, ut docet ipse in v. de Fin. his verbis. Quæ animi affectio suum cuiq; tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ munificè, & æquè tuens iustitia dicitur, cui adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, & quæ sunt generis eiusdem. Quod idem confirmat etiam Thomas Aquinas in secunda secundæ, ut uocant, capite de iustitia. Quare nihil erat quod Calcagninus miraretur, aut damnaret Cic. hoc loco, quod liberalitatem iustitiæ cõiunctam esse dixisset, cum id uerum sit etiam si Arist. aliter sentiat. non enim semper Arist. meliora dicit, quam Cic. nisi fortè apud eos, qui illi ita sunt addicti, vt eum nunquam errasse putent, quo in numero ferè sunt omnes, qui ætate nostra philosophantur. quam rectè autem id faciant, ipsi uiderint. Ego certè, quod ad me attinet, Aristotelẽ, & errare potuisse, & sæpe etiam errasse arbitror.

Contra 8. disqu. Cur iustitia, & liberalitas præter ceteras uirtutes nos ad sese alliciant, faciantq; vt eos diligamus, in quibus inesse uidentur? Calcagninus causam à Cic. pretermissam putauit, sed falso. multis enim in locis Cic. id significat, quod quoniam omnibus qui Cic. lib. de off. legerunt, facilè notum esse arbitror, non ultra de hac re uerba faciam.

Contra 9. disqu. Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit. Hæc sunt uerba Cic. quæ à Calcagnino carpũtur his uerbis. An parum, inquit, adiuuit Themistocles Areopagum, cũ exposuit oraculum illud de muris ligneis faciendis? & de nauibus conscendendis? cui respondeo Themistoclem patriæ quidẽ, & ciuibus suis magno adiumento fuisse explanatione illa, sed non propterea tamen Areopagum ad iuuisse. Adiuuare. n. Areopagum, est esse auctorem, & suasorem Areopago ferendæ alicuius legis, aut senatus consulti, aut instituti, aut alicuius rei similis, quorum nihil unquam Themistocles fecisse legitur. atqui ideo Cicer. affirmat eum nihil adiuuisse Areopagum, nec propterea tamen negat ullam sententiam ciuitati utilem à Themistocle unquam fuisse dictam, quod de tanto uiro valde absurdum dictum esse uideretur.

Contra 10. & 11. disqu. Calcagninus, quoniam in decima, & vndecima Disquisitione nihil contra Cic. apertè dicit, sed tãtum in illa superiore prudentia apud Aristot. inter uirtutes architectonicas, locum obfinire ait. in posteriore autem opinionem Cic. & Horatij de iocis Plautinis ita recitat, ut tamen magis approbet illam Cicer. quam Horatij, iccirco nihil est, quod hoc in loco multum immoremur, cum nihil sit, quod cõtra Cic. uideamus esse dictum.

Neque in hac Disquisitione video quid Calcagninus sibi uoluerit. Differentiam inter continentem, & incontinentem, temperantem, & intemperantem ex Aristot. sententia commemorat, nec tamen Cic. quidquam errasse dicit, nisi forte tã est stultus, ut putet Cic. uitio dandum esse, quod non omnia dixerit, quæ ab Aristotele traduntur.

F I N I S.

Lo Gabriel Fondi

IIII